37
36 C
9

OPERA
JACOBI SIMANCÆ
EPISCOPI PACENSIS,
ET POSTMODUM
ZAMORENSIS.

OPERA
JACOBI SIMANCÆ
EPISCOPI PACENSIS,
ET POSTMODUM ZAMORENSIS
JURISCONS. PRÆSTANTISS.
HOC EST.

DE CATHOLICIS INSTITUTIONIBUS
Liber ad præcavendas, & extirpandas hæreſes admodum neceſſarius.

THEORICE, ET PRAXIS HÆRESEOS,
Sive Enchiridion Judicum vjolatæ Religionis.

ANNOTATIONES IN ZANCHINUM,
Cum animadverſionibus in Campegium,

Et Liber Singularis de PATRE HÆRETICO.

Quæ omnia huc uſque diſperſa ad commodiorem uſum in hac noviſſima impreſſione congeſſit in unum, notis illuſtravit, & Conſtitutionibus Apoſtolicis recentioribus ad S. Inquiſitionis Tribunal ſpectantibus locupletavit Franciſcus Caſtracanius Ferrarien. Cathedralis Canonicus J. V. D. Prioralis S. Romani Mart. Vicar. perpetuus, ac S. Inquiſit. Conſultor.



FERRARIÆ, M.DC.XCII.
Typis Bernardini Pomatelli. *Superiorum permiſſu.*

EMINENTISS.^mo AC REVER.^mo PRINCIPI
FLAVIO CHISIO
S. Rom. Eccleſiæ Cardinali Epiſcopo Portuenſi, & Sacri Emin. Card. Collegii Subdecano.

Franciſcus Caſtracanius Fauſtitatem.

E*Ruperunt olim in lucem hæc Opera, Eminentiſſimè Princeps, & Alma iſthac in Urbe Patronum, ſub cujus tutaminis umbra ſecura quieſcerent, efflagitantia: Summo in Vaticani Cacumine Gregor. XIII. fel. rec. patrocinium hoc ſibi pacato vultu pollicentem, mirata, ac ſimul lætata ſunt inveniſſe. Prodeunt nunc denuò, & ad tam excelſum advolare Faſtigium non auſa, vetuſto honore contenta:* Chiſios Montes *petunt, & ad Eminentiæ Tuæ ſinum humiliter procumbentia, alterum ſibi decus ex ineffabili Tua Humanitate depoſcunt. Tua ſunt, & Tibi omni ſtricto jure debentur; cum etenim* Catholicarum Inſtitutionum, & Violatæ Religionis Judicum Enchiridii *præſeferant characterem; ſi ad Infallibilem Catholicorum Inſtitutorem, & Primum Violatæ Fidei Judicem obſequii er-*

go non properant: ad nullum alium, præter Te, cui jure merito mancipentur, debent profectò properare. Tu enim es, qui nedum inter Purpuratos S. R. E. Dynaſtas, verùm & inter Supremos totius Chriſtianæ Religionis, ſi fortè labefactari contingat, Arbitros, veluti inter ſidera primæ magnitudinis Sidus *eluces, Cedrus in Libano, Inſigne Turris Davidicæ Propugnaculum. In hoc Ampliſſimo, atq; metuendo Senatu ſuffragium Tuum Quis Prudentum non fuit admiratus: Quis Impiorum non timuit? Scientificæ illius Arboris, quam olim Divinus Sator in medio Paradiſi plantavit, arbitrati ſunt ſemen, quod noſtro hoc ævo quot quot ex Tartareis Hæreſeos Oris caput extulerunt Oſtenta, non ſecus ac Clavam Herculeam expaveſcentia, inciſo circum lemmate nobilitarunt:*

Sæva Lernæ Monſtra, numeroſum malum
Non igne demum vicit, & docuit mori?

Quicquid Roma, & Quirites, Quicquid Chriſtianus Orbis acceptum Tibi retulit, tum, cum Decorus Purpura, immò potius Purpuram decorans Alexandro VII. *Patruo, Maximo tunc temporis Piſcatoriæ Cymbæ Archithalaſſo præſto eras; meum non eſt in præſentiarum recolere; Hæc enim omnia per cunctas Terrarum Orbis oras verax Fama, fremente licèt Invidia, promulgavit, & Te Cælo parem tollens, & Aſtris, de Urbe, de Orbe, de que tota Eccleſia ſemper ita benemeritum extitiſſe promulgat, ut Tibi parem, niſi Te ipſum*

agno-

agnoſcat , & quos ex ultimis Terrarum finibus ad ſui contemplationem Roma non traxit , ad Tui unius rumorem ſe non ſemel perduxiſſe fateatur. Quare ſacro, quo fulges Oſtro , quaſi invidentes Epiſcopales Inſulæ, & Cruces Equitum Solymeorum Inſignia ſecum autumantes conjungi, dimidium accepti decoris , ut ſibi dignaretur impartiri , fuerunt ſuppliciter deprecatæ , votiq; compotes factæ, Cęlum ſe tetigiſſe , & ſublimi vertice ſidera feriiſſe cenſuerunt. Reliquum eſt, ut iſthæc Vota Tuis ex tholis pendentia ſuo Numini ſacranda dicentur, habeatq; ſua Cerealia Ceres, ſuum Ulyſſem Minerva ; Et quemadmodum me Tui famulatus honore jam dudum decorare humaniter non renuiſti ; Sic laborem hunc meum, qualiſcunq; ſit, patrocinio Tuo tueri, & condecorare non renuas ; Hoc enim laureatus incedens , per medios ibit hoſtes , & critici livoris dentes non formidabit. Fauſtiſſimam Chiſii *Nominis notam harum paginarum in fronte præſeferant characteres, & tunc quales flores in ſacro Catholicæ Eccleſiæ Pomario naſcentes,* inſcripti Nomina Regum *erumpent. Hoc qua polles Clementia, qua ubiq; Gentium laudaris humanitate, mihi polliceor, ut ſcilicet læto ſupercilio, ac benigna fronte munuſculum hoc in ſe exile , & parvum, in Te conſiderabile, & magnum, non ſis dedignaturus inſpicere ; me que, & illud in obſequentiſſimum ſervum, in perenne, & gratum Donum ſuſcipere. Ad Neſtoreos Annos valeto.*

LE-

LECTORI
BENEVOLO.

NOnnulli ex his, qui materiebus ad S. Inquiſitionis Tribunal ſpectantibus; vel ex officio, vel ex ſtudioſa curioſitate non ſemel vacant in dies, aliquot Operum Jacobi Simancæ exemplaria deſiderabant, præcipuè quæ de Catholicis Inſtitutionibus inſcribuntur, quippe quæ cum olim Typis edita Romæ fuiſſent ſeculo ab hinc integro, & ultrà; temporis diuturnitate rarefacta, paucis, & non niſi in inſignioribus Bibliothecis legebantur. Huic pio ſatisfacere deſiderio bonum eſſe ratus, hęc ex diverſis exemplaribus in unum redacta, notis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus recentioribus ad rem facientibus aucta, prę-lo dęmandanda curavi. Notas ſupervacaneas, & me has conſcribentem, tibique exhibentem, poma Alcinöo porrexiſſe, vaſaque finxiſſe, & Corinthum detuliſſe fortaſsè dixeris; & benè; aſt Alcinoum quoque Poma aliena quandoq; non deſpexiſſe, Poeta lepidiſſimo teſte, & exterorum vaſa non penitus inutilia, ſed alicui fuiſſe Corinthiis uſui, deprecor reminiſcaris. Inter Apoſtolicas Conſtitutiones, ſiqua fortè ex recentioribus deſideretur, hoc factum fuiſſe ſcias, vel quoniam ad me extra Urbem degentem exacta omnium notitia pervenire non potuit, aut quia, continentibus illis meram nonnullorum librorum prohibitionem, ſatius eſſe tibi librorum prohibitorum indicem indicare, quàm omnibus gravare volumen. In notis ſi quid boni fortè repereris; id Deo O. M., qui omnis Bonitatis fons extat, referto. Si quid mali, futilis, aut inſulſi; mihi adſcribito, illud que, & errores, qui ex Typographi incuria evitari non potuerunt, ſed tantùm de more in calce Operis emendari, Chriſtiana compatitor charitate. Vale.

VITA

VITA
JACOBI SIMANCÆ
EX HIS, QUÆ SCRIPSIT.

D. Nicolaus Antonius Hiſpalenſis I. C. Ordinis S. Jacobi Eques, Patriæ Eccleſiæ Canonicus, Regiorum negotiorum in Urbe, & in Romana Curia Procurator Generalis in Opere; cujus titulus eſt: Bibliotheca Hiſpana, ſive Hiſpanorum, qui uſquam, unquamve, ſivè latina, ſive Populari, ſivè alia quavis lingua ſcripto aliquid conſignaverunt notitia. Fol. 244. Tomi prioris.

DA Jacobus de Simancas Didaci, & Mariæ utriuſq; hujuſmet Cognominis filius, Cordubæ natus (non Septimancis, ut falsò credidit Aubertus Miræus) in Academia Salmantina Juri operam dedit, unde ad Collegium S. Crucis, quod in Gymnaſio Pinciano Togatorum ſodalitium eſt, admiſſus quadrageſimo Anno ſuper ſeſquimilleſimum, Juris ibidem Cæſarei Profeſſor, atque hinc in Prætorio ejuſdem Urbis Senator fuit, conſcripto ſub id tempus *Catholicarum Inſtitutionum* Opere non parum celebri. Quem quidem Commentarium, & quæ alia circa Judices cauſarum Fidei elucubravit, tempore illo concepta, ac digeſta oportet fuiſſe, quo Aſſeſſoris Juriſperiti munere (ut ipſe de ſe affirmat earundem Inſtitutionum cap. 41.) ſive Conſultoris, quæ propria nomenclatura eſt apud Inquiſitores vjolatæ Religionis, tum Pinciæ, tum Cordubæ nondum provecta ætate fungeretur. Quare huc potius referendum eſt, quod Andreas Schottus Quæſitorem Fidei Jacobum noſtrum appellarit improprio verbo, quod verè Magiſtratum ipſum, non utique Adſeſſorem, aut Conſultorem ejus ſignificat. Ex Civili autem Hjerarchia facto gradu ad Eccleſiaſticam, Civitatenſis primùm, dein Pacenſis per decennium fermè, ad ultimum Zamorenſis almæ ſedis clavum tenuit. Cum & Romam Pacenſis tunc Præſul ad promovendam Bartholomæi Carranzæ Toletani Præſulis Cauſam à Rege deſtinatus venerit, mortuoque per eos dies Duce Alcalitano Neapolitanorum Prorege, munus hoc honorificentiſſimum per ſubrogationis intervallum adminiſtraverit. Virum præter exactam Juris cognitionem, Politices æquè gnarum, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæque, ac multiplici eruditione perornatum, gravi, ac emendato dicendi genere hæc ab ipſo edita in vulgus Opera oſtendunt.

Inſtitutiones Catholicæ quibus tractatur quicquid ad præcavendas, & extirpandas hæreſes neceſſarium eſt. Valliſoleti 1552. fol. Compluti apud Andream

dream de Angulo 1569. in folio. Romæque 1575. in 4. Quas eruditiſſimas vocat Didacus Covvarubias in *Reg. Peccatum* initio *partis* 2. nu. 7.

Enchiridium Judicum Vjolatæ Religionis, ſive Praxis hæreſeon, quo cum editæ ſunt.

Annotationes in Zanchini librum de hæreticis, cum additamentis Camilli Campegii. itemque.

De Dignitate Epiſcoporum Tractatus Antuerpiæ 1573. in 8. Venetiisque 1568. in 8.

Liber Diſceptationum, in quo de Primogeniis Hiſpaniæ, ac potiſſimè de illorum publicatione diſputatur. Antuerpiæ apud Platinum.

De Epiſcopis Juriſperitis Opuſculum. Antuerpiæ. 1574.

Defenſio Statuti Toletani, quod ex Hebræis, Mauriſve deſcendentes arcet à Beneficiis, & quibuſcunque aliis muneribus iſtius Eccleſiæ, ſub nomine tamen *Didaci Velaſquez*. Antuerpiæ 1575. in 12.

De Republica Collectanea. Pinciæ Anno 1565. Venetiisque 1569. in 4. tertiò autem pluſquam mille locis aucta prodierunt Antuerpiæ 1579. in 8. Salamanticæ etiam 1582. in 8.

Vitam Simancæ Epiſcopi extitiſſe manuſcriptam credimus in Bibliotheca Bernardi de Alderete Canonici Cordubenſis. In cathalogo ejuſdem legitur: *Qui Vir omnium conſenſu doctiſſimus*. audit ab eodem, Quem laudavimus ejus celebratorem, Covvarubia *lib.* 11. *variarum* cap. 8. num. 5. *Divini, & Humani* Juris *peritiſſimus*, *variæque lectionis refertiſſimus Theſaurus*. A' Franciſco Sarmiento Giennenſi Antiſtite *lib.* 1. *ſelectarum cap.* 1. *num.* 10. *Omnique pietate ornatiſſimus*. A' Jacobo Stephano Præſule Oriolenſi *ad cap.* 2. *lib.* 1. *Machabæorum*.

Imprimatur.

F. Antonius Leonius Inquiſit. Gener. Ferrariæ &c.

F. à Balneo Vicarius Generalis.

DE

INDEX
ARGUMENTORUM OPERIS
De Catholicis Inſtitutionibus.

A

Abjuratione. Tit.1. Pag.2.
Abſentibus. tit.2. pag.8.
Abſolutione. tit.3. pag.12.
Accuſationibus. tit.4. pag.14.
Advocatis. tit.5. pag.16.
Appellationibus. tit.6. pag.18.
Apoſtatis. tit.7. pag.19.

B

Blaſphemis. tit.8. pag.20.
Bonis hæreticorum. tit.9. pag.31.

C

Cæremoniis. tit.10. pag.71.
Communicatione hæreticorum. tit.11. pag. 76.
Conciliis. tit.12. pag.79.
Confeſſis. tit.13. pag.85.
Contumacibus. tit.14. pag.90.
Credentibus, defenſoribus, fautoribus & receptoribus. tit.15. pag.92.
Cuſtodia reorum. tit.16. pag.98.

D

Defenſionibus reorum. tit.17. pag.106.
Defunctis. tit.18. pag.116.
Denunciatione. tit.19. pag.124.
Diſputatione. tit.20. pag.127.
Diuinationibus, & reuelationibus. tit.21. pag. 131.
Doctoribus Eccleſiæ. tit.22. pag.138.
Dominis temporalibus. tit.23. pag.146.

E

Eccleſia. tit.24. pag.151.
Epiſcopis. tit.25. pag.164.
Errore, & ignorantia. tit.26. pag.168.
Excommunicatione. tit.27. pag.172.

F

Fide Catholica. tit.28. pag.176.
Filiis, & minoribus. tit.29. pag.184.

H

Hæreſi. tit.30. pag.198.
Hæreticis. tit.31. pag.206.

I

Idololatria. tit.32. pag.221.
Imaginibus. tit.33. pag.226.
Inquiſitoribus. tit.34. pag.234.
Iudæis. tit.35. pag.242.
Iudicibus ſecularibus. tit.36. pag.247.

L

Lamiis. Tit.37. Pag.250.
Libris. tit.38. pag.258.

M

Mahumetanis. tit.39. pag.264.
Matrimonio. tit.40. pag.267.
Miniſtris, & eorum officiis. tit.41. pag.277.

O

Occultis. tit.42. pag.286.
Officio receptoris. tit.43. pag.292.
Ordine procedendi. tit.44. pag.296.

P

Papa. tit.45. pag.303.
Pœnis. tit.46. pag.317.
Pœnitentibus, & converſis. tit.47. pag.339.
Pertinacibus, & impœnitentibus. tit. 48. pag. 353.
Prædicatoribus. tit.49. pag.360.
Præſumptionibus, & ſuſpicionibus. tit.50. pag. 363.
Probationibus. tit.51. pag.372.
Procuratoribus. tit.52. pag.374.
Promotore fiſcali. tit.53. pag.376.
Propoſitionum qualitate. tit.54. pag.377.
Proteſtatione. tit.55. pag.381.
Purgatione canonica. tit.56. pag.384.

R

Relapſis. tit.57. pag.391.

S

Schiſmaticis. tit.58. pag.395.
Scripturis divinis. tit.59. pag.399.
Sententiis. tit.60. pag.403.
Servis. tit.61. pag 405.
Sortilegis. tit.62. pag.409.
Superſtitionibus. tit.63. pag.410.

T

Teſtibus. tit.64. pag.419.
Tormentis. tit.65. pag.438.

V

Uſuris. tit.66. pag.454.

ELEN-

ELENCUS Titulorum Operis Praxis hæreſeos, ſeù Enchiridii Judicum violatæ Religionis.

A

ABiuratione. Tit.53. Pag.515.
Abſentibus. tit.45. pag.500.
Abſolutione. tit.51. pag.509.
Accuſatione. tit.33. pag.485.
Advocatis. tit.42. pag.498.
Apoſtatis. tit.4. pag.461.
Appellationibus. tit.65. pag.532.

B

BLaſphemis. tit.9. pag.465.
Bonis hæreticorum. tit.59. pag.524.

C

CArcere perpetuo. tit.57. pag.521.
Comprehendendis reis. tit.25. pag.477.
Confeſſis. tit.29. pag.480.
Contumacibus. tit.46. pag.502.
Credentibus. tit.13. pag.468.
Cuſtodia reorum. tit.26. pag.478.

D

DEfenſionibus. tit.47. pag.503.
Defenſoribus. tit.14. pag.468.
Denunciatioue. tit.23. pag.475.
Diſputatione. tit.32. pag.484.
Dogmatiſtis. tit.59. pag.524.

E

EFfractoribus imaginum. tit.10. pag.466.
Epiſcopis. tit.6. pag.462.
Errore. tit.48. pag.506.
Excommunicatione. tit.55. pag.519.

F

FAlſis teſtibus. tit.38. pag.493.
Fautoribus. tit.15. pag.469.
Filiis hæreticorum. tit.63. pag.529.

H

HÆreſi. tit.2. pag.460.
Hæreticis. tit.3. pag.460.
His, quæ facere nequeant Inquiſitores. tit.8. pag.464.

I

IGnorantia. tit.49. pag.506.
Impœnitentibus. tit.61. pag.526.
Inquiſitionis ordine. tit.22. pag.474.
Inquiſitoribus. tit.7. pag.463.
Interrogationibus. tit.27. pag.479.
Judæis. tit.17. pag.470.
Judicibus ſecularibus. tit.66. pag.533.

L

LAmiis. tit.11. pag.466.
Libris, & ſcriptis. tit.39. pag.494.

M

MAhumetanis. tit.18. pag.471.
Miniſtris Inquiſitorũ. tit.19. pag.472.
Minoribus. tit.44. pag.499.
Monitionibus. tit.28. pag 480.
Mortuis. tit.62. pag.527.

N

NEfariis nuptiis. tit.12. pag.467.

P

POenis. tit.67. pag.533.
Pœnitentibus. tit.58. pag.522.
Pertinacibus. tit.30. pag.482.
Pertinace inſanabili. tit.31. pag.483.
Præſumptionibus. tit.40. pag.495.
Principibus, & rerũ dominis. tit.21. pag.473.
Probationibus. tit.34. pag.485.
Procuratoribus. tit.43. pag.499.
Promotore fiſcali. tit.20. pag.472.
Propoſitionum qualitate. tit.24. pag.476.
Proteſtatione. tit.50. pag.507.
Punitione impiorum. tit.1. pag.457.
Purgatione. tit.54. pag.517.

R

REceptatoribus. tit.16. pag.469.
Relapſis. tit.60. pag.525.
Retractatione teſtium. tit.36. pag.490.

S

SChiſmaticis. tit.5. pag.461.
Sententiis. tit.64. pag.531.
Suſpicionibus. tit.41. pag.497.

T

TEſtibus. tit.35. pag.486.
Teſtibus ſingularibus. tit.37. pag.491.
Tormentis. tit.52. pag.498.

INDEX Reliquorum, quibus dein Volumen hoc locupletatur, & completur.

A

ADnotationes in Zanchinum cum animadverſionibus in Campegium. Pag.536.

D

DE Patre Hæretico. pag.542.
Decreta, & Conſtitutiones Recentiorũ Pontificum ad Tribunal S. Inquiſitionis ſpectantes. Pag.554.

DE ABJURATIONE
TITULUS I.

SUMMARIUM.

1 *ABjurare apud Antiquos in qua ſignificatione uſurpabatur.*

2 *Abjurare quid ſignificet apud juris Pontificii peritos, & apud nonnullos ex Antiquis.*

3 *Abjurare debent errores, qui defecerunt à fide catholica, priuſquam recipiantur.*

4 *Hæretici cum ad mentis ſanitatem redeunt, quatuor efficere debent, ut recipi poſſint.*

5 *Hæretici, qui ſe ad fidem convertunt, neceſſariò debent errores priùs deteſtari.*

6 *Hæretici, qui in gremium Eccleſiæ recipi ſtudent, authores errorum, & libros prius execrari debent.*

7 *Hæreticus ſe ad bonam frugem recipiens, non ſolùm errores ſuos damnare debet, ſed fidem etiam catholicam ſuis erroribus contrariam planiſſimè confiteri.*

8 *Hæreticus, qui errores abjurat, iurare etiam debet ſe nunquam ad eos eſſe rediturum.*

9 *Hæreticus, & voce, & ſcripto errores abjurare debet.*

10 *Hæreſes ſcriptis abjurare inveteratus, & ſolemnis mos eſt.*

11 *Hæretici abjurantis libellus ad eas Eccleſias mitti poteſt, quæ ſcandalum paſſæ ſunt: & quare id cautum fuerit.*

12 *Hæreſes omnes abjurare debet, qui ad Eccleſiam catholicam redit, etiam ſi in unam tantùm inciderit.*

13 *Hæreſes nominatim ſunt abjurandæ, neque ſat eſt, ut generaliter abjurentur.*

14 *Hæreticus abjurare debet purè, perſpicuè, & ſimpliciter.*

15 *Schiſmatici abjurare debent ſchiſmata.*

16 *Schiſmaticos quo pacto recipiendos præcipiat Leo Papa.*

17 *Schiſma abjurandi formula.*

18 *Suſpectus de hæreſi abjurare etiam debet errores, de quibus ſuſpectus eſt.*

19 *Hæreſes qui abjurant propter vehementem ſuſpicionem, & ii, qui propter levem, quo modo ſunt puniendi, ſi poſtea hæretici deprehendantur.*

20 *Relapſus non eſt cenſendus, qui poſtea quam ob levem ſuſpicionem hæreſes abjuravit, inventus fuit hæreticus.*

21 *Suſpectus de hæreſi quare cogatur errores abjurare.*

22 *Suſpicionem hæreſis tormentis, abjuratione, & purgatione canonica diluendam eſſe, catholica Eccleſia divinè admodum conſtituit.*

23 *Hæreſes quomodo olim abjurabantur, & quo pacto hodie abjurari debeant.*

24 *Abjurare publicè qui non debeant.*

25 *Hæreſes nolentes abjurare ad arbitrium Epiſcopi, & Inquiſitorum, quomodo puniendi.*

26 *Vt hæreticus abjuret, an ſolus Inquiſitor ſine Epiſcopo Diœceſano efficere poſſit.*

27 *Epiſcopus, aut Inquiſitor ſolus non poteſt ad ſententiam procedere contra hæreſis reos.*

28 *Abjurationis ſententia contra reum profertur.*

29 *Conſtitutionis illius ratio, quæ vetat, ne ad ſententiam Epiſcopus ſine Inquiſitore, nec Inquiſitor ſine Epiſcopo procedat.*

30 *Abjurandi formula.*

1 APud Ciceronem, & Plautum abjurare eſt perjurio, vel juramento negare. Atque eadem ſignificatione lex quædam Codicis Theodoſiani ait: *Breves pleniſſimi bonorum vacantium conficiantur, ne fraudibus Cæſarianorum minuantur, vel petentibus aliquid abjuretur.* Eſt & abjurare ſimpliciter negare, vel denegare. Theodoſius Imperator lib. 1. legum novellarum: *Unde ver ſolitam gratiam abjurauit?* Prudentius contra Sabellianos hæreticos: *Abjurare Deo titulum, nomenque paternum, Credimus eſſe nefas.* Honorius quoque, & Arcadius obſcurè quidèm abjuratum pretium, pro pretio denegato uſurpaſſe videntur; ajunt enim: *bolobara veſtimenta, contra legem facta ærario eſſe reddenda, nec eſſe cur quiſquam de abjurato, ideſt de negato pretio illorum veſtimentorum conqueratur, quia ſufficit ei calcatæ legis impunitas; nam gratias agere debet, quia non alia pœna ſeveriore damnatur, quàm veſtimentorum publicatione. l. temperent. Cod. de veſtib. boloba. lib.* 11.

2 Sed in Pontificiis noſtris abjurare errores, eſt damnare, ac deteſtari errores: (*a*) in qua ſignificatione hoc verbo uſus eſſe videtur poetarum princeps lib. 8. rapinas abjuratas vocans, execratas, ac deteſtabiles. Statius quoq; *lib. 6. Thebaidos*, abjurare ſacrum ferale dixit, pro deteſtari, & Eutropius *lib. 1. rerum Romanarum: Quanta mala Romani continua illa regum dominatione pertulerint, non ſolùm unius Regis expulſio; verùm etiam abjuratio regii nominis, & poteſtatis oſtendit.* Aliter quoque, atque aliter idem verbum uſurpat Alexander Pontifex: abjurare concubinas, abjurare Eccleſiam, pro repudiare juramento, & renunciare. Quæ ſignificationes confines ſunt antecedenti; nam is, qui abjurat hæreſes, juramento repudiat errores, & renuntiat illis, & Gelenius in enarratione Philonis lib. 1. de vita Moyſis: *Non eſt fas*, inquit, *habere te mecum voluptatis conſuetudinem, niſi abjurato ritu patrio colas eadem mecum numina. c. 3. de cohabi. clericq. & mulie. c. 2. qui cler. vel noven. c. audita. de reſtit. ſpoliato.*

3 Qui naufragium fecerunt in fide catholica, & ad mentis ſanitatem redeunt, non ante recipiendi ſunt, quàm errores abjurent, & palinodiam canant: ideſt recantent errores, & meliore ſententia corrigant, & contraria erroribus aſſerant: quod quidèm ab Apoſtolis ipſis traditum, & conſtitutum eſt, ut Baſilius Epiſcopus Ancyræ in ſeptima Synodo generali eſt author.

4 Nè autem hæreticorum converſio ſimulata eſſe videatur, quatuor ab eis exiguntur: primum, ut errores deteſtentur: alterum, ut fidem catholicam veram, ſicuti eſt, confiteantur: tertium ut promittant, & juramento confirment, ſe nunquam à recta fide diſceſſuros: (*b*) quartum, ut hæc omnia libello ab eiſdem ſubſcripto comprehendant.

5 Jam vero de his ſingulatim differendum eſt. Ac primùm quidèm errorum deteſtatio neceſſaria eſt, ut converſus ad Eccleſiam ex animo redire cenſeatur. Hoc enim eſt ſignum veræ converſionis, odio, ac deteſtationi habere peccata. Quamobrem in ſecundo Concilio Arelatenſe de- *Conc. Arelat. Decr.*
creuerunt Patres Novatianum in communionem recipi non debere, niſi ſuſcepta pœnitentia infidelitatis præteritum damnaret errorem. Et in Concilio Lao- *Laodic. ſtatutum.*
diceno *cap.* 7. vetitum eſt, ne recipiantur hæretici priuſquam condemnent omnem hæreſim, in qua detinebantur.

6 Damnandi quin etiam ſunt authores errorum, & libri. Ità enim legitur in ſexta ſynodo generali, can. 95. *Venientes ad Eccleſiam hæreticos ſuſcipimus ſecundum morem, & ordinem traditum, ſcilicet, ſi libellos afferant, & execrentur quamlibet hæreſim, & authores hæreſum*, & Avguſtinus Innocentio Papæ, epiſt. 95. de Pelagio hæretico his verbis ſcribit: *Anathemet ergo Pelagius ſcripta ſua, ubi contra gratiam Dei, & ſi non per contumaciam, tamen per ignorantiam diſputat; aut ſi ſua eſſe negat, aut ſcriptis ſuis ab inimicis ſuis dicit immiſſa, quæ ſua negat; anathemet ea tamen, & damnet paterna exhortatione, & authoritate ſanctimoniæ tuæ*, & Leo ille Magnus in epiſtola 3. inquit: *Saluberrimum, & ſpiritualis Medicinæ utilitate pleniſſimum eſt, ut cujuſlibet ordinis Clerici, qui ſe correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem, quam pridem amiſerant, rurſum reverti ambiunt, priùs errores ſuos, & ipſos authores erroris*

Sexta ſynodi generalis decreta.

S. Auguſtini ſenten.

Leonis Magni conſil.

iſe damnatos ſine ambiguitate fateantur. c. ſaluberrimum 1. quaſt. 7.

7 Non ſolùm autem errores damnare debet hæreticus, ſed fidem catholicam erroribus ſuis contrariam planiſſimè confiteri. Hoc autem innumeris exemplis intelligi poteſt: Ego tamen brevitatis cauſa duobus ero contentus. In Epheſina Synodo ſub Cæleſtino I. ſcribunt Patres Neſtorio: *Non ſufficit, quod ſono vocis fidei ſimbolum hæreticis profer at: Sed conſequens eſt etiam fateri te, quod anathemes tua polluta, & profana dogmata: ſentias autem, & doceas, quæ nos univerſi per Orientem, & Occidentem Epiſcopi, & Magiſtri, Præſuleſque populorum credimus, & docemus.* Et Leo ille Maximus, in epiſtola, quæ eſt ad Epiſcopos Africanos, inquit: *Donatum ex Novatiano cum ſua plebe converſum, ita domini gregi volumus præſidere, ut libellum fidei ſuæ meminerit ad nos dirigendum; quo & Novatiani dogmatis damnet errorem, & pleniſſimè confiteatur catholicam veritatem. c. donatum 1. quaſt. 7.*

Decr. Synodi Epheſ. & Leonis Maximi.

8 Præterea hæreticus, qui abjurat errores, jurare debet, ſe nunquam ad eos eſſe rediturum, quemadmodum omnibus abjurandi formulis conſtitutum eſt, idque rectiſſimè; quia indignus eſt, ut ejus ſimplici affirmationi credatur, qui ab ea fide, qua ſe in baptiſmo obligaverat, impiè diſceſſit; Eſt autem juramentum, ut ait Philo, lib. de plantione Noè, *ſignum firmiſſimum conjunctum cum Dei teſtimonio*; & ut ait Cicero lib. 3. Offic. *Jus jurandum eſt affirmatio religioſa; quod autem affirmativè quaſi Deo teſte promiſeris, id,* inquit Cicero, *tenendum eſt.*

Juramenti Definitio.

Definitio juris jurandi.

9 Poſtremò abjurandi ſunt errores non modo voce, ſed etiam ſcripto: quod quidèm frequentiſſime conſtitutum, & uſitatum eſt. In prima Nicena ſynodo c. 8. decreverunt Patres, ut hæretici Novatiani converſi recipiantur; ita tamen, ut ante omnia hanc habeant ab eis confeſſionem, quam per ſcripturam exigi oportet: ut fateantur, ſe cum omni conſenſu Eccleſiæ Catholicæ ſtatuta obſeruaturos. Et in alia Synodo ſub Martino I. cavtum eſt, ut quicunque in alicujus hæreſis opinione oſtenderit, non recipiatur in communionem, niſi priùs in communi Concilio porrecto ſuæ fidei libello, ſatisfaciat omnibus. Et Leo ille Papa epiſt. 2. inquit: *Pluri-mos impietatis Manichææ ſequaces, & doctores in urbe, inveſtigatio noſtra reperit, vigilantia divulgavit, authoritas, & cenſura coercuit: quos potuimus emendare, correximus, & ut damnarent Manichæum cum prædicationibus, & diſcipulis ſuis, publica in Eccleſia profeſſione, & manus ſuæ ſubſcriptione compulimus, & ita de voragine impietatis ſuæ confeſſos, pœnitentiam concedendo, levavimus.* Et S. Cyrillus ad Neſtorium, epiſt. 10. *Conveniet, ut & ſcripto, & jure jurando confiteare; cum quod ſceleſta, & profana dogmata anathematizes, tùm quod ſenſurus ſis, & docturus eadem, quæ & nos omnes, & qui in Oriente ſunt, & Occidente Epiſcopi, & Doctores, & populorum præſides. c. ſi quis Epiſcopus 1. quaſt. 7.*

Nicenæ Synodi primæ ſtatutum.

Quid cautũ fuerit in Synodo ſub Mart. I.

Leonis Papæ teſtimon.

S. Cyrilli ad Neſtorium monitio.

10 Ad hæc, in ſeptima Synodo generali, actione prima, tres Epiſcopi oblatis libellis hæreſes abjurarunt, & id ipſum quidam alii fecerunt in octava Synodo generali, actione ſecunda: & itidem Hieronymus de Praga in Concilio Conſtantienſi; & Berengarius in Synodo Sacerdotali temporibus Nicolai II. Quid plura? Baſilius Epiſcopus Ancyræ in ſeptima generali Synodo hujuſmodi orationem habuit: *Conſtitutio Eccleſiaſtica habet canonicè tradita ab antiquo à Sanctis Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum Sanctis Patribus noſtris Apoſtolicis viris, & Magiſtris, & Sanctis univerſalibus ſex Synodis, & localibus Synodis Orthodoxis, ut qui ab aliqua hæreſi revertuntur ad Orthodoxam Fidem, & traditionem Catholicæ Eccleſiæ, ſcripto negare debeant hæreſes ſuas, & confiteri Catholicam Fidem. c. convenientibus 1. quaſt. 7.*

Variæ Abjurat. in ſcriptis factæ exempla.

S. Baſil. Ancyræ Antiſtit. teſtim.

11 Id propterea cavtum, ut abjurantis libellus mitti poſſit ad eas Eccleſias, quæ ſcandalum paſſæ ſunt, ut quæ priùs doluerant de homine avverſo, & perverſo, poſtea gaudeant de reverſo, & converſo, & qui ejus ſermonibus fuerant, præceptiſque collapſi, quid tandem habeat fides vera cognoſcant; faciliùs enim reuocari potetunt, cum ea ſenſerint ab authore damnari; & ut libello ſuo convincatur hæreticus, ſi fortè relapſus fuerit. Eſt enim ſcriptura, ut Caſſiodorus lib. 11. *variorum ait, humanorum actuum ſervans fidele teſtimonium, præteritorum loquax, oblivionis inimica*; nam memoria noſtra, & ſi cauſas retinet, verba tamen commutat; illic autem ſecurè reponitur, quod ſemper æqualiter

Scripturæ Definitio.

avdia-

avdiatur. Divus Avguſt. *epiſt. 96. cap. ego de conſ. diſtin.* 2. Nicephorus *lib.* 16. *hiſt. Eccleſiaſt. cap.* 26.

12 Præterea omnis hæreſes abjurare debet qui ad Eccleſiam Catholicam redit, etiamſi in unam tantùm inciderit, quod quidem antiqua conſuetudine inductum eſt, & omnibus abjurandi formulis planiſſimè continetur. Quo efficitur, ut ſupervacanea ſit quæſtio illa difficilis, quæ Pontificios torquere ſolet. An is qui abjurat unam hæreſim, & in aliam incidit, cenſendus ſit omninò relapſus: quam egò nunc prætereundam cenſeo; nec enim longas, & inutiles diſputationes conficere inſtituo; ne in illud Ciceronis incurram: *Vitium eſt nimis magnum ſtudium, multamque operam in res obſcuras, atque difficiles conferre, eaſdemque non neceſſarias.*

Theodor. in Magna Syn. Chalcedon. nominatim errores abjurare coactus fuit. Abjurationis errorum nominatim factæ Formula.

13 Abjurandi ſunt errores nominatim; nec ſat eſt, ut generaliter abjurentur; quia hæc eſt pœnitentis confeſſio, quæ ſpeciatim fieri debet. Cujus rei exemplum videre licet in Magna Synodo Chalcedonenſi, actione octaua; ubi Theodoretus coactus fuit, clarè & nominatim errores abjurare; id autem fieri ſolet hoc modo. Recitantur ex libello errores omnes, & ſtatim Reus inquit. *Abjuro has hæreſes, de quibus ſum accuſatus, & ſuſpectus: vel, Abjuro errores, quos confeſſus ſum vobis, & omnes alios. Antiqua deciſio Rotæ* 875. *& nova ſub tit. de hæretic. Decius conſ.* 137. *Bobertus deciſ.* 343.

Leonis Papæ Authoritas.

14 Item Reus abjurare debet purè, perſpicuè, ſimpliciter, & extat exemplum elegans Leonis Papæ, qui epiſt. 84. inquit: *Damnent apertis profeſſionibus ſui ſuperbi erroris authores, & quidquid in doctrina eorum univerſalis Eccleſia exhorruit, deteſtentur: omniaque Decreta Synodalia, quæ ad excidionem hæreſeos Apoſtolicæ Sedis confirmavit authoritas, amplecti ſe, & in omnibus approbare, plenis, & apertis, ac propria manu ſubſcriptis proteſtationibus eloquantur: Nil in verbis eorum obſcurum, nil inveniatur ambiguum.* Gerſon *tractatu de Proteſtatione, conſideratio:* 9.

Exemplum à D. Cypr. relatum.

15 Schiſmatici quoque abjurare debent ſchiſmata, quod apud Cyprianum epiſt. 11. lib. 3. quidam feciſſe memorantur, his ipſis verbis: *Nos Cornelium Epiſcopum Sanctiſs. Catholicæ Eccleſiæ erectum à Deo Omnipotente, & Chriſto Domino noſtro ſcimus: nos errorem noſtrum confitemur: circumventi ſumus perfidia loquacitate fallacioſa amentes; videbamur quaſi quandam communicationem cum ſchiſmatico homine habuiſſe; Syncera tamen mens noſtra ſemper in Eccleſia fuit; nec ignoramus unum Deum eſſe, & unum Chriſtum eſſe Dominum, quem confeſſi ſumus; unum Spiritum Sanctum, unum Epiſcopum in Catholica Eccleſia eſſe debere.*

Leonis Papæ Decreta.

16 Et Leo Papa epiſt. 3. præcipit, ut ſchiſmatici, qui ad unitatem Eccleſiæ redire volunt, id faciant cum legitima ſatisfactione, & erroris damnatione, & idem Pontifex epiſt. 85. cap. 3. Non aliter ſchiſmaticum recipiendum eſſe decernit, quàm ſi proprio libello catholicum ſe eſſe manifeſtet. Abjuravit ſchiſma Joannes Epiſcopus Conſtantinopolitanus in epiſtola ad Beatum Hormiſdam; abjurarunt & Cardinales quidam in Concilio Lateranenſi ſub Leone X., & item alii alibi, *cap. omnis cujuslibet* 1. *quæſt.* 1 *cap. maximum* 1. *qu.* 7.

Schiſmaticorum nonnullorum, qui ſchiſmata abjurarunt exempla.

Schiſmatis abjurandi formula à D. Greg. relata.

17 Formulam abjurandi ſchiſma retulit D. Gregorius epiſt. 31. lib. 10. cujus ſumma hæc eſt. *Promittit ſchiſmaticus ſub anathematis obligatione ſe nunquam ad ſchiſma reverſurum; ſed ſemper in unitate Catholicæ Eccleſiæ, & communione Romani Pontificis per omnia permanſurum; quod juramento confirmat, & manu ſua libello ſubſcribit, c. quoties cordis* 1. *quæſt.* 7.

Varia referuntur exempla.

18 Non ſolùm hæreticus, & ſchiſmaticus, *(c)* ſed is etiam, qui in ſuſpicionem hæreſis venerit, abjurare debet errores, de quibus ſuſpectus eſt. Cujus rei exempla videre licet in magna Synodo Chalcedonenſi, vbi actione 8. Theodoretus, qui de hæreſi ſuſpectus erat, compulſus fuit Neſtorium, & omnes hæreticos palàm anathemate. Et actione 9. ejuſdem Synodi ſimile quippiam factum eſt cum Iba Epiſcopo: qui de quibuſdam erroribus accuſatus, quamvis fuerit inventus innoxius, propter ſuſpicionem tamen coactus eſt dicere, etiam in ſcripto: *Anathemavi Neſtorium, eiuſque dogmata, & nunc anathemo eum decies millies: & omnem illum, qui non ſapit ſicut hæc Sancta Synodus, anathemo.*

19 Sed plurimum refert, utrùm quiſpiam propter vehementem ſuſpicionem abjuret errores, an propter levem. *(d)* Is enim, qui propter vehementem ſuſpicionem abjurat hæreſes, & poſtea inventus

fuerit

fuerit hæreticus, cenſetur quadam juris fictione relapſus, & confeſtim judici ſæculari relinquendus eſt. *(e)* Qui verò ob levem ſuſpicionem abjurat, quamvis poſtea hæreticus eſſe reperiatur, gravius quidem puniri debet, non tamen relapſus eſſe cenſetur, *c. accuſatus de hæretic. lib. 6.*

Nonnullorum DD. error.

20 Vnde perſpicuè patet errasse illos, qui ajunt, eum quoque relapſum eſſe, qui poſtea quam ob levem ſuſpicionem hæreſes abjuravit, inventus fuerit hæreticus; id enim neque vſquàm Decretum, neque uſquàm receptum eſt, Anchara. *in c. accuſatus de hæret. lib. 6.* Matth. de Affl. *in conſtitutionibus Siciliæ tit. 1. col. 8.*

21 Quare autem ſuſpectus abjurare cogatur errores, in promptu cauſa eſt: quia hæreſis vitiat Catholicam Fidem, quæ virginitas mentis eſt ab erroris corruptione ſervans intellectum: ſicuti docet Origenes in Leviticum, homilia 12. Nam & ſi aliorum criminum ſuſpicio diſſimulari poſſit, hæreſis tamen ſuſpicio diſſimulanda non eſt, cum ſit hæreſis fornicatio, & adulterium animæ, ut plurimis Sacræ Scripturæ capitibus planiſſimè proditur. *Deuter. 31. Oſeæ 4. Jeremiæ 3. Ezechiel. 16.*

Hæreſis eſt Animæ Adulterium, & fornicatio.

Sacrificium Zelotyp. numer. cap. 5. deſcriptum.

22 Quo factum eſt, ut quemadmodum olim ad eluendam ſuſpicionem adulterii, duriſſima lege vir Zelotypus uti poterat, ut in libro Numerorum cap. 5. legitur, ſic hodie Catholica Chriſti Eccleſia divinè admodum conſtituerit, ut ſuſpicio hæreſis, tormentis, & abjuratione, & purgatione canonica diluatur. Eſt enim anima noſtra Deo Chriſto deſponſa, cui virginitatem fidei omnino ſervare tenetur, dicente Paulo Apoſtolo: *Deſpondi vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*; &, ut Chryſoſtomus in Matthæum, homilia 52. operis imperfecti ſcriptum reliquit: *Hæretici virgines dici non poſſunt, quia ſenſu adulterino corrupti ſunt, & virginitatem veritatis Chriſti adulterino ſenſu corrumpunt*; &, ut Cyprianus ait, *Quiſquis ab Eccleſia ſeparatur, adulteræ jungitur, nec pertinet ad Chriſti præmia.* Denique Avguſtinus in Epiſt., quæ eſt ad Bonifacium, inquit: *An fidem non ſervare levius eſt animam Deo, quàm fœminam viro? 2. Corin. 11. Auguſt. epiſt. 50.*

Anima Chriſtiani eſt Chriſto deſponſa.

2. Cor. 11.

Hæretici ſunt tanquã Adulteri in Eccleſia.

23 Olim abjurabantur errores in Conciliis Generalibus, & Provincialibus *(f)* hodie vero ſat eſt, ut coram Clero, & populo abjurentur, *(g)* ſed ſemper id publicè fieri debet, etiam ab eo, qui impubes doli capax in errores incidit, *c. ſi quis Epiſcopus 1. quæſt. 7. c. ad abolendam de hæret. c. inter ſolecitudines de purgat. can. Leo ad Anatholium epiſt. 75. Menoch. de arbitrar. caſ. 379.*

24 Publicè tamen abjurare non debent pueri inter pupillarem ætatem, neque hi, qui occultas hæreſes ſponte confeſſi ſunt. *(h)* Nec propter levem ſuſpicionem publicè abjurari ſolet, ſed privatim in foro, ſive avditorio Inquiſitorum. *Prima inſtructione Hiſpalenſi cap. 5. & tertia Valdolitana cap. 12.*

25 Qui errores abjurare non vult ad arbitrium Epiſcopi, & Inquiſitorum, is ut pertinax, & impœnitens judici ſæculari relinquendus eſt: quemadmodum Lucius Papa conſtituit. Et Leo ille Magnus in Epiſtola ad Aquilejenſem Epiſcopum: *Qui correctos, inquit, ſe videri volunt, ab omni ſuſpicione ſe purgent: & obediendo nobis probent ſe eſſe noſtros, quorum ſi quiſquam ſalubribus præceptis ſatisfacere detrectarit, ab Eccleſiæ Societate pellatur: ne proditor animæ ſuæ ſaluti inſidietur alienæ*; & in epiſt. ad Flavianum loquens de Eutychete hæretico, poſt alia ſcribit: *Cum anathemando impio dogmati noluiſſet adhibere conſenſum, intellexit eum fraternitas veſtra in ſua manere perfidia, dignumque eſſe, qui judicium condemnationis exciperet. De quo, ſi fideliter, atque utiliter dolet, & quam rectè mota ſit Epiſcopalis authoritas, vel ſe reum cognoſcit, vel ſi ad ſatisfactionis plenitudinem omnia, quæ ab eo malè ſunt ſenſa, viva voce, & præſenti ſubſcriptione damnaverit, non erit reprehenſibilis erga correctum quantacunque miſeratio. cap. ad abolendam de hæret. Leo epiſt. 10. & epiſt. 84. & Papa Celeſtinus inter opera Cyrilli, epiſt. 12.*

Lucii Papæ Conſtitut.

26 Quæri ſolet, utrùm Inquiſitor ſine Epiſcopo Diœceſano poſſit efficere, ut hæretici, vel ſuſpecti abjurent hæreſes. Quidam putant, id fieri poſſe, quod perſuadere nituntur his argumentis. Primo, quia Clemens IV. cum Inquiſitoribus loquens, inquit: *Si vero aliqui ex prædictis, hæretica labe prius abjurata, redire voluerit ad Eccleſiæ unitatem, ei iuxta formam Eccleſiæ abſolutionis beneficium impendetis. cap. ut Officium §. 1. de hæret. lib. 6.* Deinde, quia Epiſcopus Ordinarius idipſum ſolus facere poteſt, ergo & Inquiſitor, cum ſit delegatus,

gatus,

gatus, & tantundem poſſit in cauſa ſibi delegata, quantum Ordinarius. *c. ad abolendam de hæret. & cap. nè aliqui eod. tit. lib. 6.* Poſtremò quia hoc non eſt de illis prohibitis, quæ non poteſt Inquiſitor ſine diœceſano; & quod de uno prohibetur, de alio permittitur. *Clem. 1. §. 1. de hæret. c. nonne. de præſumptio. Hæc author Lucernæ Inquiſitorum paulo poſt principium.*

27 Contrarium tamen videtur eſſe veriſſimum; non enim Epiſcopus, aut Inquiſitor ſolus poteſt ad ſententiam procedere contra hæreſis reos: quod ſi ſecus præſumptum fuerit, nullum eſt, & irritum ipſo jure, ut expreſsè Clemens V. conſtituit. *Clemen. 1. §. 1. de hæret.*

28 Itaq; opinio antedicta prorsùs contraria eſt Clementinæ conſtitutioni; quia ſententia abjurationis contra Reum profertur. Nec obſtant argumenta ſupra memorata; non primum, quia illìc Epiſcopus non excluditur. Non alterum, quia tunc nondum creati erant Inquiſitores, non poſtremum; quia illud eſt à Clemente V. manifeſtè prohibitum. *dicta Clement. 1. §. 1.*

Reſponſio ad Argumenta ſententiæ contrariæ.

29 Notanda verò ſunt verba, & mens, & ratio illius conſtitutionis, quæ generaliter vetat, nè ad ſententiam procedat Epiſcopus ſine Inquiſitore, aut Inquiſitor ſine Epiſcopo; idque propterea cautum, ut hæreticæ labis indago ſolemnius, diligentius, & cautius peragitur; nimirum ut integrius ſit judicium Epiſcopi, & Inquiſitoris ſententiis comprobatum. Vnde planè relinquitur, quod alter ſine altero Reum abſolvere nequit, ut alibi dixero. Quid enim ſi propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem, alter alteri dicat: quem tu judicas eſſe abſolvendum; ego judico curiæ ſeculari relinquendum, aut ſaltem damnandum ad abjurationem, vel ad purgationem, vel ad tormenta, vel ad pœnas alias arbitrarias? quid ſi temerarius alter, aut corrupti judicii, vellet hæreticos abſolvere, aut remiſſius punire? (i) Iure igitur, ac meritò illa opinio è tribunalibus Hiſpaniæ exploſa, ejectaque eſt, ſicut & illorum abuſus, qui Reos præpoſterè abjurare faciunt ante ſententiam, cum naturæ, nedùm juris ordine, prior ſententia ſit, quàm ejus executio. Huc adde, quæ ſcripſi in adnotationibus ad Zanchinum, cap. 1.

30 Supereſt ut unam abjurandi formulam referamus, cæteras indicemus. In Concilio Conſtantienſi, ſeſſione 19. Hieronymus de Praga ſtans, publicè, alta voce libellum abjurationis legens dixit: *Ego Hieronymus de Praga cognoſcens veram, & Catholicam Eccleſiam, & Apoſtolicam Sedem, anathematizo omnem hæreſim; præcipuè eam, de qua hactenus infamatus fui*, & erroribus enumeratis, ſubjungit: *Inſuper juro per Sanctam Trinitatem, & per hæc Sacroſancta Evangelia, me in veritate Eccleſiæ Catholicæ ſemper, & ſine dubio permanſurum, & omnes, qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus ſuis æterno anathemate dignos eſſe pronuncio. Et ſi ipſe aliquando (quod abſit) aliter contra ſentire, aut prædicare præſumpſero, canonum ſeveritati ſubjaceam, & æternæ pœnæ obligatus inveniar. Hanc autem confeſſionem, & profeſſionis meæ paginam coràm hoc Sacro Concilio voluntariè porrigo, & eidem me propria manu ſubſcripſi, & hæc ſingula conſcripſi.* Hæc eadem formula inſerta eſt in inſtructionibus noſtris. Alteram invenies à Gratiano relatam *in c. ego Berengarius de conſ. diſtin. 2.* Tertiam à Joanne Torquemada *lib. 4. de Eccleſia part. 2. cap. 22.* Quartam ab Alfonſo Caſtro *lib. 1. de juſta hæretic. punit. cap. ult.*

Abjurationis forma, qua uſus eſt Hieron. de Praga in Conſtantienſi.

ANNOTATIONES.

2 (a) In qua ſignificatione hoc verbo uſus eſſe videtur Poetarum Princeps &c.

Hunc Poetæ locum aliter interpretatur *Locatus in Praxi. Verbo abjurare.*

3 Qui naufragium &c.

Adde quod compelli poſſunt ad abjurandum. *Panorm. in gloſ. ſponte dict. cap. Ad abolendum. Facit, Gloſ. in Verbo cautellam 11. qu. 3. cap. cum aliquis.*

4 (b) Quartum, ut hæc omnia &c.

Scripturam non eſſe de ſubſtantia Abjurationis tenet, idem *Locatus ibid.*

9 Poſtremò abjurandi ſunt errores &c.

Abjuratio eſt manu propria abjurantis ſcribenda, cum abjurant viri Nobiles, Inſignes, Literati, Doctores, Prædicatores &c. *Pegn. in com. Direct. 3. part. com. 40.* Sed ſcripturam factam per partem abjurantem, ſeu Notarium, vel Perſonas duas idoneas loco Notarii ſufficere teſtat. *Locatus loc. quo ſupra.*

12 Præterea omnes hæreſes &c.

Vide *Tex. in c. ego Berengarius*; ibi *Io. And. & Dominicus in c. Accuſatus, §. 1. de hæret. lib. 6.* Sic

abju-

abjurantem, & rurſus in aliam hæreſis ſpeciem incidentem, relapſum cenſent, quia omnes hæreſes invicem ſunt colligatæ, *Tex in c. excommunicamus 1. de haret.* Sed excipe abjurantem de levi: Hic enim de ſententia Eymerici omnem hæreſim non deteſtatur, neque ſi in aliam ſpeciem hæreſis incidat, eſt relapſus. *Direct. 3. p. nu. 161.* ubi *Pegna quid Roma ſit in praxi docet com. 40.*

13 Abjurandi ſunt errores &c.
Fallit hæc Regula in his qui abjurant ob ſuſpicionem contractam propter impedimentum præſtitum Inquiſitionis Officio. Vide *Pegn. in comment. Eymerici 2. p. Direct. comment. 79. §. Sic tales.*

15 Schiſmatici quoque abjurare &c.
Abb. in cap. quia diligentia de elect. ubi de Pœnis Schiſmaticorum.

17 Formula abjurandi ſchiſma &c.
De forma abjurandi ſchiſma, vide *Turrecrem. in ſumma de Eccleſ. lib. 4. p. 1. cap. 15. & Conradum Brunum lib. 3. de haret. cap. 6.*

18 (*c*) Sed is etiam, qui in ſuſpicionem hæreſis venerit &c.
Iuxta ſuſpicionis qualitatem, *cap. ad abolendum de hæreticis, ibi præſenti nihilominus,* & *cap. ut Officium extra eod. tit. lib. 6.*

19 (*d*) Is enim qui propter &c.
Adde: licet primum crimen plenè probatum non eſſet, *cap. Accuſatus*, & ibi *Gem.* & alii.

19 (*e*) Qui verò ob levem &c.
Debet tunc abjurare ſecundò de vehementi. *Author Operis Mallei Maleficar.*

20. Unde perſpicuè patet erraſſe &c.
Sola vehemens ſuſpicio iterata tranſit in violentam, *Gloſ. in c. literas de præſump.*

22 (*f*) Hodie verò ſat eſt, ut coram Clero, & Populo &c.
Adde coram Fidei Iudicibus.

23 (*g*) Sed ſemper id publicè &c.
Ex rationabili cauſa fieri poteſt etiam ſecretò. *Del bene de Offic. Sanctiſs. Inquiſit. part. 1. dub. 171. pet. 5. num. 4.*

24 Publicè tamen abjurare &c.
Toloſan. Anno 1229. in Hæreticos celebratum cap. 11. & Bitterrenſe cap. 21.

24 (*h*) Nec propter levem &c.
Conſentit *Pegna in comment. Eymerici 3. part. Direct. com. 40.*

25 Qui errores abjurare non vult &c.
Qualiter ſit agendum cum pertinacibus, antequam Iudici Seculari tradantur, docet *Eymer. in direct. part. 3. in 9. 10. & 11. modo proceſſum fidei terminandi.*

26 Quæri ſolet utrum Inquiſitor &c.
Affirmativam ſententiam ſuſtineri non poſſe videtur declaraſſe Innocent. III. reſcripto quodam incipiente tunc potiſſimè, *§. ſi verò*, vide *Pegnam in com. Eymer. 3. part. direct. com. 97.* qui negativam tutiorem, ſecuriorem, & uſu receptam dicit.

29 (*i*) Iure igitur, ac merito &c.
Idem Romæ ſervari, & ad praxim reduci docet *Pegna in com. Eymerici 3. p. direct. com. 41. §. Veruntamen.*

30. Supereſt, ut unam abjurandi &c.
De abjurationis formulis; vide *Eymericum in direct. Inquiſitor. p. 3. in 4. 5. & 6. modo proceſſum fidei terminandi*, Ioannem Rojas in ſingularibus fidei *ſingul. 1. Conradum Brunum lib. 3. de hæret. & repert. Inquiſitor. Verbo abjuratio.*

De Abſentibus Titulus II.

SUMMARIUM.

1 *ABſentes in criminibus damnari non debent, & cur id Statutum ſit.*
2 *Abſentes non eſſe damnandos ſummorum virorum authoritatibus comprobatur.*
3 *Abſentes quando damnari debeant.*
4 *Ulpiani ſententia de abſentibus exploditur.*
5 *Abſentes contumaces olim etiam damnabantur.*
6 *Abſens de cujus hæreſi plenè judicibus conſtat; miſſo executore in carcerem eſt conjiciendus.*
7 *Abſens tribus edictis adeſſe juſſus, ſi non compareat, quo pacto puniendus ſit.*
8 *Sententia in abſentem hæreticum, & contumacem lata, coram omni populo eſt recitanda, ejuſque ſtatua comburenda, & bona publicanda.*
9 *Abſens hæreticus non plenè convictus, ſed iuxta aliqua ſuſpicione preſſus, in judicium vocatus, ſi non comparet, quomodo plectendus.*
10 *Hæreticus ſuſpectus citandus eſt, ut verùs contumax cenſeatur.*
11 *Hæreticus ſuſpectus ſi fugiat, & latitet, quid in eum conſtituendum ſit.*
12 *Abſentis hæretici cauſa qua in Provincia tractanda ſit.*
13 *Abſens hæreticus, miſſis requiſitoriis literis, in aliena Provincia comprehendi poteſt.*
14 *Hæreticus cur ad Provinciam, in qua crimen commiſit, remitti debeat, & in ea puniri.*
15 *Hæreticus in ea Provincia comprehendi, puniriq; poteſt, in qua fuerit repertus, quamvis ibi nihil dixerit, aut fecerit impium.*
16 *Hæreticis cur non liceat tutos eſſe in his Provinciis, ubi nihil admiſerunt, cum id cæteris facinoroſis concedatur.*
17 *Hæretici tanquam animalia venenoſa, & peſtifera, antequam virus evomant, ſunt puniendi.*

18 *Abſentis cauſa, quem in aliis Provinciis hæreticum eſſe conſtat, quibus Inquiſitoribus in patria ſua committienda ſit.*

19 *Abſentis hæretici cauſa, qui nullibi domicilium habet, quo in loco tractanda ſit.*

20 *Hæreticus damnatus audiendus eſt; etiam ſi eius ſtatua fuerit combuſta.*

21 *Abſens hæreticus, qui intra annum ſe ipſum coram Judicibus exhibuerit, ità audiri debet, ut eius bona non publicentur.*

De Abſentibus.

1 ABſens in criminibus damnari non debet, ut Imperator Hadrianus conſtituit, & plurimis Sanctorum Patrum decretis comprobatum eſt. Nam cum ſe abſens defendere nequeat, non eſt indicta cauſa damnandus; ſed accuſatores præſentes habere debet, & locum defendendi accipere ad abluenda crimina, quæ ei objiciuntur *l. abſentem de pænis c. 1. de cauſa poſſe, & propriet. Act. 25. c. 1. & ſeq. 3. quæſt. 9.*

2 Huc accedit, quod ut Hieronymus in Epiſtola ad Julianum ſcribit, *inter abſentes incerta cognitio eſt*: & ſicuti Menander ait: *Qui priùs condemnaverit, quàm cauſam luculenter audiverit, is malus eſt, quia malè credidit.* Et Seneca in Medea: *qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera, Æquum licèt ſtatuerit, haud æquus fuit.* Et Ovidius quadam in epiſtola: *cur reus infelix abſens agor? & mea cum ſit optima, non ullo cauſa tuente perit?* Quamobrem Alexander ille Magnus, cum in cauſis capitalibus jus diceret, orante accuſatore, altera manu aurem ſolebat occludere, ut ipſa reo omnis expers calumniæ conſervaretur, *ut Plutarchus in Alexan. & Zonaras tom. 1. annalium authores ſunt.*

Alexandri Magni in jure dicendo circa capitales cauſas conſuetudo.

3 Cœterum abſens ille, qui fugit, & latitat, & qui neq; denuntiationibus, neque edictis judicum obtemperat, damnandus eſt ut contumax; efficit enim contumacia, ut abſens pro præſente habeatur. Accedit eo quod crimina objecta fateri videtur qui ſæpe monitus purgandi ſe occaſione non utitur; & ut Bonifacius Papa primus inquit: *nullus dubitat, quod ita judicium nocens ſubterfugit, quemadmodum ut abſolvatur, qui eſt innocens, quærit; Confitetur enim de omnibus quiſquis ſe ſubterfugere judicium dilationibus putat,* hæc ille *Epiſtola 2. tom. 1. Conciliorum, l. abſentem de pœnis l. 1. & ſeq. de requir. reis cap. abſens, cap. decernimus 3. quæſt. 9.*

4 Ulpianus tamen cenſuit, melius eſſe in abſentes pecuniarias quidèm pœnas, vel eas quæ exiſtimationem contingunt, ſi ſæpius moniti per contumaciam deſint, ſtatui poſſe, & uſque ad relegationem procedi; verùm ſi quid gravius irrogandum ſit, puta in metallum, vel capitis pœnam, non eſſe abſentibus irrogandam; ſed ea ſententia ex omnibus tribunalibus exploſa, ejectaque eſt; nam quo gravius crimen fuerit objectum, eo magis abſens contumax damnari ſolet.

Vulpiani de Abſentibus mitis nimium opinio à cunctis Tribunal. ejecta.

5 Nec id quidèm recens eſt, ſed ſuppetunt exempla plurima, ex quibus liquidò perſpici poſſit, jam olim hoc uſitatum fuiſſe. Fabricius veneficii reus abſens condemnatus eſt, ut ex oratione Ciceronis pro Cluentio conſtat, & cum primùm Auguſtus Cæſar conſul factus eſt, ſtatim adverſus conſpiratores de patrata cede C. Cæſaris propoſuit: quia virum dignitate maximum indemnatum occidiſſent. Accuſatorem Bruti conſtituit L. Cornificium, Caſſii M. Agrippam. Qua in re cum illorum cauſa, reſpondente nullo, deſerta foret, coacti judices ſunt proferre ſententias: Fertur, cum præco, ut conſuetum extiterat, è tribunali Brutum abſentem vocaret ad judicium, vulgus manifeſta duxiſſe ſuſpiria, optimateſque, oculis defixis in terram, ſilentium egiſſe, Publium verò ſolùm lacrymaſſe, moxque parva interjecta mora ex proſcriptis unum neci damnatum. *Hæc Plutarchus in vita Bruti, & Dion. Caſſius Romana hiſtoria lib.* 46. ait alios multos abſentes tunc damnatos fuiſſe. Et cum Romæ quæſtio haberetur in eos, qui ſceleratiſſimis bacchanalibus initiati erant, Poſthumius conſul ex Decreto Senatus edixit, præmium indici propoſitum eſſe, ſi quis quem ad ſe deduxiſſet, nomenve abſentis detuliſſet; qui nominatus profugiſſet, diem certam ſe finiturum, ad quam niſi citatus reſpondiſ-

Fabricius Reus Abſens condemnatus.

Iudices in eos qui neci C. Cæſaris conſpiraverant, cauſa nullo reſpõdente deſerta ſententiam protulerunt.

Multi alii abſentes damnati fuere.

Ex iis qui Romæ ſceleratiſs. Bacanal. fuerant initiati, abſentes omnes, niſi citati reſpõdiſſent ſe damnaturũ Poſthumius.

ſet,

Conſul. ex S.C. polli-cetur. ſet, abſens damnaretur. Author Livius *lib.* 39. Thebis quoque Iſmenias prætor capitalis pœnæ abſentes quoſdam exules Decreto damnavit, ut idem Livius retulit *lib.* 42. Et Alcibiadem tanquam impium, & eos, qui cum illo erant, Athenienſes, deſerto judicio, capite condemnarunt. Author Thucidides *lib.* 6. Multi, quin etiam præſentes, cum citati non reſpondiſſent, damnati ſunt, ut ait Pædianus in commentario Milonianæ orationis, atque hæc quidem hactenùs.

Abſentes quoſdā Thebis capitalis pœna Iſmen. damnant.

Alcibiadē, & eos qui cū illo erant Athen. judicio deſerto capite condemnarunt.

6 Cum autem de abſentis hæreſi planè judicibus conſtat, mittendus eſt executor, qui reum comprehendat, ut in carcerem conjectus, ex vinculis cauſam dicat. Si verò fugerit reus, aut comprehendi non poſſit, vocandus eſt edictis, quibus ei denuncietur, ut intrà triginta dies compareat; innocentiam ſuam oſtenſurus; & ea dilatio peremptoria eſſe debet, ideſt, una pro tribus; in qua etiam citandus eſt reus ad omnia acta judicii; monenduſque eſt, judices de abſentis cauſa cognituros, & pronunciaturos, niſi reus ad diem conſtitutum, & condictum adfuerit *l. ad peremptorium, & ll. ſequen. de jud. c. de illicita* 24. *quaſt.* 3.

7 Quod ſi reus tribus edictis adeſſe juſſus, coràm judicibus non comparverit, & copiam ſui non fecerit, accuſanda eſt ejus contumacia in ſingulis edicti terminis; ac deinde promotor fiſcalis edet accuſationis libellum, & omnia judicii acta ordine fient: quibus peractis, ſi de crimine abſentis conſtiterit, ſtatim ſententia in eum proferenda eſt. *(a) Prima inſtruct. Hiſpal. c.* 19. *Joan. Bernar. in pract. c.* 142.

8 Atque ea ſententia, ne fruſtrà lata eſſe videatur ſolet è loco Superiori coràm omni populo pronunciari, & hæretici abſentis ſtatua comburi, & ejus bona publicari.

9 Sed cum abſens planè convictus non eſt, verù juſta aliqua ſuſpicione premitur, vocandus eſt in judicium, ut intrà tempus certum præſentiam ſui faciat: qui ſi evocatus non venerit, pronunciari debet eum eſſe excommunicatum. Si verò per annum in excommunicatione permanſerit, damnandus eſt tanquam hæreticus *c. cum contumacia de heret. lib.* 6. *contra. Brunus lib.* 4. *de haret. c.* 11.

10 Citandus tamen eſt ſuſpectus ipſe, ut verus cōtumax eſſe cenſeatur; nec enim propter contumaciam præſumptam de graviſſimo crimine quiſpiam condemnandus eſt: præſertim cum ſit neceſſe ipſummet reum citare, quotiès de re aliqua magni momenti agitur *Clem.* 1. *de judic. l.* 4. *§. prætor ait de damno infecto.*

11 Cum autem reus fugit, & latitat, & edictis judicum in jus vocatur, edicta ipſa præconiis divulganda ſunt: & nomen abſentis eſt inclamandum in ea civitate, in qua domicilium reus habet, atque affigenda ſunt ad januas Eccleſiæ Majoris, ut in ejus notitiam pervenire queant, *prima inſtruct. Hiſpalen. cap.* 19. *l. hac autem quibus ex cauſis in poſſeſ. eatur. l.* 4. *§. toties, ff. de damno infecto.*

12 Nunc videndum eſt, quà in Provincia hæretici abſentis cauſa tractari debeat. Ac primùm extrà controverſiam eſt, quod in ea Provincia comprehendi, & puniri poteſt hæreticus, in qua deliquit; hoc enim generaliter, & universè in omnibus criminibus conſtitutum eſt, *c.* 1. *cum ſeq.* 3. *quaſt.* 6. *c. ut commiſi, §. & contra illos de haret. lib.* 6. *l.* 1. *cum ſeq. C. ubi de crim. agi opor. Cyprianus Epiſt.* 3. *lib.* 1. *Lucas in l. ult. C. de veteranis lib.* 12.

13 Vnde fit, ut Inquiſitores perſequi poſſint hæreticum, & in aliorum Provincia comprehendere. Sed literas requiſitorias mittere debent ad Inquiſitores illius Provinciæ, ut adjumento ſint ad comprehendendos reos. Et ita Epiſtolis Senatus Sanctæ, ac Generalis Inquiſitionis cautum eſt, *l.* 1. *ff. de req. reis Pet. Rebuffus tractatu de literis requiſitoriis.*

14 Eſt ſane rationi conſentaneum, ut cauſa peragatur in Provincia commiſſi criminis, & ad eam delinquens remittatur; quia illic meliùs de crimine conſtare poterit, & quia expedit, ut in his locis rei puniantur, in quibus deliquerunt, ut conſpectu cæteri deterreantur. Oportet enim illic criminum judicia agitari, ubi facinus admiſſum fuerit *Authen. ut nulli judicum, §. ſi quis comprehenſorum. Toſtadus numerorum* 35. *quaſt.* 14. *l.* 10. *& l.* 16. *tit.* 1. *lib.* 9. *C. Theodoſiani, Covar. lib. quaſt. c.* 11.

15 Illud quòq; omnium conſenſu comprobatum eſt, quod in ea Provincia comprehendi, & puniri poſſit hæreticus, in qua fuerit repertus, quamvis in eadem Provincia nihil dixerit, aut fecerit impium. Nam ſi con-

ſi conſtiterit iſtum alibi fuiſſe hæreticum, perinde puniendus eſt, ac ſi in eo loco deliquerit, in quo fuerit inventus. Hoc tradunt *Cynus, Albericus, Joannes Andreas, & innumerabiles alii: Jacob, & Cynus in l. 1. C. de Summa Trinit. Joannes Andreas, & Philip. Franc. in cap. ut commiſſi de hæret. lib. 6. Albericus in rubr. cap. de hæret. Cardinalis in Clement. 2. §. denique de re jud. Anan. in cap. 1. de hæret. Bonif. in Clement Paſtoralis, §. noſtram de re iudic. Gonſal. de hæret. quæſt. 8. Probus ad Joannem Mona. in rubr. & in c. Inquiſitores de hęret. lib. 6. Albert. lib. de agnoſcen. aſſert. qu. 25. Hermas libro 2. de inſtauran. religio. cap. 9.*

Demoſthen.

16 Aliis quidèm facinoroſis, ut Demoſthenes in oratione adversùs Ariſtocratem ait, *ſat eſt, ut eorum, quos læſerint patria cedant, in aliorum ditionem, quibus nullam fecerunt injuriam, tutò commigrantes;* at verò hæretici, qui hoſtes ſunt Chriſtianæ Reipublicæ, uniuerſam Eccleſiam lædunt, & quæ in Religionem Divinam iſti committunt, ad omnium Chriſtianorum injuriam pertinent: undè Religionis labefactator quocumque loco repertus fuerit, comprehendi, & puniri, & ad judicium pertrahi poteſt per quemcumque Catholicum, quia Religionis integritatem ubique ſervari magni intereſt Chriſtianæ Reipublicæ *l. Manichæos. C. de hæret.*

Bald. in l. & ſi excepta Cod. de malef.

17 Accedit illa quòque cauſa, quod hæreticus animal peſtilentiſſimum eſt; quamobrem puniri debet, antèquam virus impietatis evomat, foraſque projiciat. Suffragatur huic ſententiæ Demoſthenes in oratione contrà Ariſtogitonem, dicens: *Oportet, Athenienſes hanc belluam exterminare, ejicere è civitate, tollere è medio: nec eò uſque ſpectare, dum accipiatis malum, quod abſit, ut ſit Reipublicæ pernicioſum: ſed maturè præcavendum eſt. Sic enim conſiderate neminem fortaſſe veſtrum Serpens, aut araneus momordit, & abſit ut unquam mordeat: ſed tamen eos animantes, ut videritis, ſtatim occidetis. Ad eundem igitur modum, Athenienſes, etiam eum natura ſerpentina præditum hominem videritis, ne dum veſtrum ſingulos mordeat ſpectate, ſed prius quiſq; qui in eum inciderit, ulciſcatur.* Qua ſimilitudine Philo quoq; lib. 2. de ſpecialibus legibus, uſus eſt, inquit enim: *ſicut viperas, ſcorpios, aliaſq; venenatas beſtiolas priuſquàm mordeant, aut ſaucient, aut omninò ſe commoveant, ſinè mora ad primum aſpectum occidimus, præcavendo genuinam eorum malitiam, priuſquàm noceant; eodem modo etiam homines plectendi ſunt, qui cum ſint animalia rationalia, nihilo ſecius à nativa manſuetudine in ferinos mores degenerant, & pro delectamento habent lædendi quotquot poſſunt licentiam.*

Demoſthen.

Philo.

18 Quæritur autem, ſi conſtiterit Hiſpanum aliquem in Germania, aut alibi, hæreticum eſſe, apud quos Inquiſitores Hiſpaniæ de crimine illius agi poſſit? & quamvis in aliis criminibus, niſi Reus reperiatur in ea Provincia, in qua domicilium habet, vix puniri queat propter crimen alibi commiſſum; in hæreticum tamen abſentem, qui fidem Orthodoxam, & Eccleſiam Catholicam lædit, meritò inquiri poterit, ubi domicilium habet; quia is pro præſente habendus eſt, ut jam antè dixi. *c. poſtulaſti. c. cum contingat. cap. ultimo, & illic Pontificii de foro compet. l. 1. §. 1. C. ubi de Crim. agi opert. l. relegatorum, §. ſed nos, §. ſi quis, ff. de interd., & relegat. Alciat. reſp. 324.*

19 Si verò nuſquam domicilium habeat hæreticus abſens, inquiretur tamen in eum in Provincia originis ejus, vel parentum, & ubi bona poſſidet, vel Sacerdotium, ſivè beneficium Eccleſiaſticum habet. Nam, ut antè dictum eſt, vocari poteſt edictis, & memoria ejus damnari, & ſtatua exuri, & bona publicari *l. 1. l. filios de municip. & origin. l. cives, & l. ultim. C. de incolis lib. 10. l. 2. C. ubi de Cri. agi oport. c. urgent. de hęret. c. cum ſecundum. cap. ut commiſſi, §. privandi eodem tit. lib. 6. Joan. Bernar. in pract. c. 8. cum ſeq. Nevizan. conſ. 68. in fine. Boſius tit. de foro competenti. Silvanus conſ. 103. l. 110. tit. 1. lib. 12. Cod. Theodoſ.*

Vide ſupra num. 8.

20 Hoc autem notandum, animadvertendumque eſt, quòd abſens damnatus, etiamsi ſtatua ejus combuſta fuerit, nihilominùs tamen audiendus eſt, (*b*) ut quodam Barcinonenſi Decreto continetur; idque ſivè ſpontè ſe obtulerit, ſivè invitus comprehendatur. Nam ſicuti rectiſſimè Marcellus inquit: *Nulla temporis præſcriptione à cauſę defenſione ſummoveri debet, qui abſens damnatus eſt, l. pęn. de requiren. reis l. 2. C. eod. tit.*

21 Cæterùm is, qui intrà annum præſentiam ſui fecerit, audiri quoq; debet, ut

ne bo-

ne bona ſua publicentur. (c) Poſt annum verò, & ſi audiatur, nihiloſeciùs bona ejus confiſcantur, excepto ſi de innocentia illius planè conſtiterit, aut intra annum in judicium venire nequiverit. 1. *eum ſeq. & l. ult. de req. reis l. 2. C. eod. tit. l. 2. ff. ſi quis cautio. l. qui commeatus, ff. de re militari l. 2. de accuſation. lib. 9. Cod. Theodoſiani.*

ANNOTATIONES.

6 Cum autem de Abſentis hæreſi &c.
De poteſtate, & modo procedendi contra Reos abſentes, vide *Conc. Narbon. cap. 19. 20. & 21. cap. Cum contumac. de hæret. lib. 6.*

7 Quod ſi reus tribus edictis &c.
Hanc accuſandæ contumaciæ formam ponit *Locatus poſt Iudicial. Inquiſit. fol. mihi* 495.

7 (a) Prima inſtruct. Hiſpalen. &c.
Primam inſtructionem Hiſpalenſem, vide *in direct. Eymer. 3. part. in comment. Pegna commen. 91. §. ſimiliter decreverunt.*

8 Atque ea ſententia &c.
De forma ſententiæ contra abſentes, vide *Locatum poſt Iudicial. Inquiſit. fol. mihi* 526. Combuſtionem ſtatuæ reo abſente ſervari Romæ, & ubique teſtatur, *Campeg. in addit. ad Zanchin. in tract. de hæret. c. 18. lit. B.*

9 Sed cum abſens &c.
Adde *c. ut Inquiſit. in fin. de hæret. lib. 6. c. excommunic. 1. §. qui autem eod. tit.*

10 Citandus tamen eſt ſuſpectus &c.
Adde perſonalitèr eſſe citandum, ad hoc, ut poſſit condemnari, *Farinac. de hæreſi. quæſt. 185. §. 7. nu. 116.* Nota tamen alio modo eſſe citandū reum abſentem, quando de vera, & formali hæreſi eſt plenè convictus, & alio modo, quando eſt dumtaxat ſuſpectus. *Pegna in addit. commentar. 49. litt. B. verſ. 1. & ſeq.*

11 Cum autem reus fugit &c.
Conſentit *Farinac. loco cit.*

13 Vnde fit, ut Inquiſitores &c.
Regula illa: Delicta punienda ſunt ubi ſunt commiſſa, non alibi. *c. ult. de for. comp. c. 1. de rapto, c. ibi ſemper cauſa 3. q. 6.* fallit in hæreſis crimine; Hæretici enim vbiq; capi, & puniri poſſunt. *Carrerius tract. de hæret. num. 153. Socin. reg. 220. incipient:* Delicta extra Territorium.

15 Illud quoque &c.
Hæreticus ubi invenitur, ibi convenitur. *Io. Andr. in c. ut commiſſi, in principio.*

18 Quæritur autem &c.
Nota quod hæreticus ubique dicitur delinquere, ac proinde ubique poteſt puniri, etiam extra locum delicti. *Caren. in Annot. ad quæſt. Fulc. q. 5. nu. 9.*

20 Hoc autem notandum &c.
Conſentit *Farinac. de hæreſi quæſt. 185. §. 7. nu. 106.*

20 (b) Vt quodam Barcinonenſi Decreto continetur &c.
Ex hoc Barcinon. Decreto Hæreticos in contumacia damnatos non eſſe audiendos, quo ad Bona poſt Annum, teſtantur *Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. cap. 116. nu. 12. verſ. immo, & quod exiſtimo, & Io. à Rojas, ſing. 145. nu. 5.*

21 (c) Poſt annum verò &c.
Contrarium docet *Scacc. in tract. de Iudic. cauſar. crim. civil. & Hæret. cap. 98. nu. 34. & Farinac. de hæreſ. quæſt. 185. §. 7. num. 109.* teſtatur Romæ hoc ſervari audiviſſe, quod Contumaces ſpontè comparentes, & quò ad Perſonas, & quo ad Bona ſemper audiuntur.

De Abſolutione Titulus III.

SUMMARIUM.

1 Hæretici, à quibus poſſunt abſolvi.
2 Hæretici abſolvi nequeunt ex clauſula generali diplomatis, ſivè Bullæ Apoſt.
3 Hæretici in mortis diſcrimine poſiti à quocumq; Sacerdote abſolvi poterunt, ſi Epiſcopus, & Inquiſitores deſint.
4 Hæretici, qui dum viverent abſolutionem petierunt, & ſigna pœnitentiæ oſtenderunt, poſt mortem abſolvi poterunt.
5 Hæreticus in ſacro pœnitentiæ foro errores ſuos confitens, quo pacto à Parocho, vel ab alio Sacerdote ſit tractandus.
6 Epiſcopi abſolvere poſſunt occultos hæreticos in foro Conſcientiæ, impoſita eis pœnitentia ſalutari.
7 Hæreticus abſolutus à Papa, an ſit tutus in foro Inquiſitorum.
8 Epiſcopum ſinè Inquiſitore, & Inquiſitorem ſinè Epiſcopo abſolvere poſſe Reum accuſatum de hæreſi, multi exiſtimant.
9 Epiſcopum ſinè Inquiſitore, & Inquiſitorem ſinè Epiſcopo, Reum de hæreſi accuſatum non poſſe abſolvere, verior eſt ſententia.

1 HÆretici omnes jure Pontificio excommunicati ſunt, & quotannis à Pontifice Maximo excommunicantur; quamobrem ab inferiore abſolvi non poſſunt, niſi id alicui ſpecialitèr commiſſum ſit, qua ratione Inquiſitores Apoſtolici, & Epiſcopi hæreticos pœnitentes abſolvunt. *c. excommunicamus de hęret. c. eum inferior de majori, & obed. c. ad abolendam de hęret. c. ut officium eod. tit. lib. 6. Zaneb. de hęret. cap. 34.*

2 Hi verò, qui eliguntur à pœnitentibus, ut ſacras confeſſiones audiant, quamvis ex clauſula generali diplomatis, ſivè Bullæ Apoſtolicæ à multis criminibus abſolvere poſſint, hæreticos tamèn abſolvere nequeunt, quia id ſpecialitèr Inquiſitoribus reſervatum eſt, nec ſit veriſimile id generaliter eſſe conceſſum, quod ſpecialitèr denegaretur. Nec enim probabile eſt Pontificem Maximum tot legibus in fidei favorem latis tàm facile derogare voluiſſe. *c. in gener. de regul. juris lib. 6. l. ſi quando. C. de in Off. teſt. Covar. in c. alma mater. part. 1. §. 11.* quamvìs *Dom. Soto in lib. 4. ſent. diſt. 22. quęſt. 2. art. 3: diſſentire quodammodo videatur.*

3 Hæretici quòque morientes, ſi Epiſcopus, & Inquiſitores deſint, abſolvi poterunt à quolibet Sacerdote. Quod in Concilio Arauſicano c. 2. his verbis decretum eſt: *Hęreticos in mortis diſcrimine poſitos, ſi Catholici eſſe deſiderent, ſi deſit Epiſcopus, à presbyteris eum chriſmate, & benedictione conſignari placuit, c. his qui tempore eum ſeq. 26. quęſt. 6. Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7.*

4 Quin etiam abſolvi, & Eccleſiæ reconciliari poſſunt poſt mortem ii, qui abſolutionem petierunt, & ſigna pœnitentiæ oſtenderunt, & per eos non ſtetit quominùs abſolverentur, *c. à nobis, 2. de ſent. excommun., quarto Concilio Carthagin. cap. 76. cum ſeq. Gerſon. tract. de abſolutione defuncti.*

5 Exiſtit autem hoc loco quæſtio ſubdifficilis: cùm hæreticus in ſacro pœnitentiæ Foro errores ſuos fatetur, quid faciet Parochus, aut alius Sacerdos, qui nec confitentem abſolvere poteſt, nec eum prodere debet? Suadeat ei, ut ad Inquiſitores confugiat: quod, ſi perſuadere non poſſit, Sacerdos ipſe conſulat eos, petatque, ut ei delegent juriſdictionem, qua confeſſum abſolvere queat. Sed magnam dubitationem habet, an id liceat Inquiſitoribus? Nam, & ſi delegati ſint ad uniuerſas hæreticorum cauſas, quæ in judiciis peragi ſolent: *(a)* de occultis tamen eorum criminibus ipſimet Inquiſitores quodammodo judicant, & confitentes abſolvunt. Itaque tutius eſt, ut conſulatur generalis Inquiſitor, qui prò qualitate cauſarum arbitrio Senatus juriſdictionem Sacerdoti mandare poterit: & eo magis, quod abſolutio illa in Foro pœnitentiæ nihil obſtat eorundem criminum cognitioni forenſi.

6 Hodie autem Epiſcopi abſolvere poſſunt occultos hæreticos in Foro conſcientiæ impoſita pœnitentia ſalutari: & id gratis facere debent per ſe ipſos, non per Vicarios: *(b)* quemadmodum Decretum eſt in Concilio Tridentino *Seſſ. 24. cap. 6.* Sunt autem, qui putant Decretum illud abrogatum eſſe verbis generalibus Bullæ in Cœna Domini: quod sì verum eſt, oportet alia vîa conſulere occultis hæreticis, ut nè illorum converſio impediatur. Pauci enim erunt, qui velint ſcripto ſe judicibus manifeſtare, aut alios hæreticos prodere, à quibus veriſimile ſit, quod ipſi quòque prodentur, quia utrumque duriſſimum, ac periculoſiſſimum eis eſſe videbitur.

7 Quid ſi hæreticus abſolutus ſit à Papa, nùm tutus erit in Foro Inquiſitorum? Dubitationem affert, quod fiſco Regio jus quæſitum eſſe videtur ad bona hæretici vendicanda; Sed ſi Papa eum abſolverit, antequam pronuntiatum fuerit eundem hæreticum eſſe, ſine ulla dubitatione *(c)* reſpondeo in omni Foro impunitum eſſe debere, *cap. cum ſecundum, §. ultim. de hæret. lib. 6. Decius conſ. 137. Pariſ. conſ. 1. lib. 4.*

8 Multi putant Epiſcopum ſinè Inquiſitore, & Inquiſitorem ſinè Epiſcopo abſolvere poſſe reum accuſatum de crimine hæreſis, etiamſi alter ſinè altero hæreticum damnare non queat, quia hoc non eſt nominatim vetitum, & quia favorabilior eſt abſolutionis cauſa, quàm condemnationis; *Gloſ. Paul. & Bonif. in Clement. 1. de hæret. Præp. in cap. inferior 21. diſtin. Iaſ.* & alii quidam *in l. qui condemnare de re jud. Alciat. lib. 2. de verbo ſignif. Carer. de hæret. num. 72. Zaneb. cap. 15. Fran. Burſalus conſil. 24.*

9 Con-

9 Contraria ſententia verior eſt,& multis quoq; placet, quibus aſſentior, & conſuetudine Hiſpaniarum meritò recepta, & comprobata eſt; Nam conſtitutione nova abrogata ſunt jura antiqua, quibus olim permiſſum erat, ut Epiſcopus, & Inquiſitor ſeorsìm de his cauſis cognoſcerent, ſtatuerent, & judicarent. Et qui condemnare prohibetur, ne abſolvere quidèm poteſt, cum hæc adverſa, & contraria ejuſdem ſint poteſtatis. Accedit etiam, quod eadem omnino ratione, qua condemnatio vetita eſt, abſolutio iſta prohibita quoque videtur; quia ſimul conferre ſententias debent, ut integrum ſit eorum judicium, ne alterius dumtaxat judicio, vel innocens damnetur, vel nocens abſolvatur *Clement. 1. §. 1. de hęret. l. qui condemnare de re judic., & illic Raph. Cum. Aret. Soc., & quidam alii, Steph., Joan. And., & Imola. in Clemen. 1. de hęret., Silveſter, & Cajetanus in verbo excommunicatio, & quę ipſe ſcripſi in adnotationibus ad Zanch. cap. 1.*

ANNOTATIONES.

1 Hæretici omnes &c.
Vide Bullam in Cœna Domini.

1 Qua ratione Inquiſit. Apoſtolici &c.
Adde in Foro exteriori tantùm, & Iudiciali; in foro enim interno, & conſcientiæ quoties hæreſis eſt manifeſta expreſsè obſtat Bulla Cœnæ. Vide *Caren. de S. Off. part. 2. tit. 1. §. 26. de excom. & Irreg. Hæret. num. 129. & 131.*

2 Hæreticos tamen abſolvere &c.
De hoc non eſt dubitandum ſtante *Conſtit. Greg. XIII. 17. quæ incipit. Officij noſtri Partes.*

3 Hæretici quoque morientes &c.
In articulo enim mortis nulla eſt caſuum reſervatio: *Trid.* ibidem *Sanctarell. de Hæreſ. cap. 6. per tot. Abb. in c. Paſtoralis, §. præterea de off, ordinar.*

4 C. à nobis, de ſent. excom. &c.
Vide, ibi *Gloſſ. ſingul. in Verbo relaxatur*, quam bene nota, ubi *Panorm.* hoc confirmat, & rationem adducit.

5 Exiſtit autem hoc loco quæſtio &c.
Ceſſare videtur hodiè hæc difficultas; mos enim increbuit adeundi ſecretis ſupplicationibus in ſcriptis Sacram Pœnitentiariam.

5 (a) De occultis tamen eorum &c.
Conſtitutionem Clementis VII, ſuper qua fundantur DD. affirmativæ ſententiæ, ſublatam fuiſſe per Bullam Cœnæ inferiùs dictam, teſtatur *Carena de S. Off. p. 2. de hæres, & Hæret. tit. 1. §. 26. nu. 136. verſ. attamen contraria ſententia.*

6 (b) Quemadmodum Decretum eſt in Concil. Trident. &c.
Decret. hoc Trid. vim hodiè non habet, ſtantibus verbis Bullæ Cœnæ Greg. XV. publicatæ de anno 1621. vide *Barboſ. de Off. Epiſc. p. 2. alleg. 40. nu. 23.*

7 (c) Reſpondeo in omni foro &c.
Adde procedere etiamſi per viam gratiæ, ſeu diſpenſationis fuerit abſolutus, *Farin. de hæreſi qu. 185. §. 13. num 209.*

8 Multi putant &c.
In terminis juris hanc affirmativam eſſe communiorem, ſed contrariam in praxi tutiorem affirmat *Caren. de S. Off. p. 1. de Inquiſit. in Reg. Hiſp. tit. 4. de Epiſcop. §. 2. num. 9.*

9 Contraria ſententia &c.
Si tamen in aliqua Inquiſitione contraria vigeret conſuetudo, illa ſervanda eſt, *Caren.* ibid. *nu. 11.*

De Accuſationibus Titulus IV.

SUMMARIUM.

1 *ACcuſari debet ab omnibus quicunque Reipub. pernicioſus fuerit, dummodò ejus crimina idoneis teſtibus comprobari poſſint.*

2 *Hęreticus ab omnibus accuſari debet.*

3 *Hęreticum hominem quare quilibet poſſit accuſare.*

4 *Hęreticus, quamvis bonę ęxiſtimationis fuerit, poſt mortem accuſari poteſt.*

5 *Receptatores, & fautores hęreticorum, niſi hęretici & ipſi fuerint, poſt mortem accuſari nequeunt.*

6 *Crimina, in quibus, neque conſentientibus etiam partibus, prę ſtatur abolitio.*

7 *Accuſator, in hęreſeos crimine ab accuſatione deſiſtere nequit impunè, abolitione petita.*

8 *Hęreticis publicus accuſator quare ſit poſitus.*

9 *Libellus accuſatorius quomodo proponendus.*

10 *Hęreticis petentibus, ut locus, & dies commiſſi criminis declarentur, quo pacto concedi debeat.*

11 *Libelli formula adversùs hęreticum.*

12 *Promotor fiſcalis quomodo ſe gerere debeat in hęreticorum accuſationibus.*

1 Omnes cives accuſare debent hominem Reipublicæ perniciosum, ſi modò crimina ejus idoneis Teſtibus comprobare poſſint; quia unuſquiſque civium pars, & membrum eſt Civitatis, & ut Ariſtoteles lib. 8. Politicorum inquit; *Civium quiſque ſe non ſuum, ſed omnes Civitatis eſſe, putare debet; eſt enim unuſquiſq; Civitatis pars*. Et ſicuti Seneca noſter quadam in Epiſtola ſcribit, *membra ſumus corporis magni. epiſt. 96. lib. 1. §. & generalitèr de ventre in poſſe. mitten. Theologi in lib. 4. ſent. diſt. 19. Chryſoſt. lib. 3. adverſus vituperatores vitæ Monaſticæ.*

2 Quamobrem plus ſaluti Reipublicæ conſulere debemus omnes, quàm vitæ noſtræ, ut alibi pleniùs diſſervi. *(a)* Itaque ab omnibus eſt accuſandus hæreticus univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ hoſtis peſtifer, & exitioſus. Quod ſi is, qui accuſat authorem libelli famoſi devotionis ſuæ, ac ſalutis publicæ cuſtodiam gerere dicitur, & indè maximam laudem conſequitur; quantò id veriùs dici poterit de impii, & hæretici accuſatore? Præſertim quod, ut Ambroſius ait *lib. 2. offic. cap. 24. in Cauſa Dei, ubi communionis periculum eſt, etiam diſſimulare peccatum eſt non leve. l. 1. C. de famoſis libellis. l. Manichæos. C. de hæret.*

3 Quamvis autem in aliis criminibus multi repellantur ab accuſatione, hæreticum tamen hominem quilibet accuſare poteſt. Hæreſis enim crimen publici judicii eſt, & quilibet è populo idoneus ejus eſt accuſator; quia nihil tàm omnium intereſt, quàm Religionem incorruptam, & inviolatam eſſe. Quod legibus quoque Moſaycis confirmatur, quæ quidèm non tantùm accuſationem hanc popularem eſſe, verùm etiàm ipſam judicii executionem ad univerſum populum attinere voluerunt. Et olim Athenis in cauſa violatæ Religionis licebat accuſare publicè, abducere in carcerem, cauſam apud Eumolpidas agere, proponere apud regem. Author Demoſthenes in oratione adverſùs Androtionem. *c. præſumunt. cum ſeq. 2. qu. 7. c. nos ſequentes. 6. quaſt. 1. l. Manichæos, C. de hæret. Deu. 13. & 17.*

4 Quinimò poſt mortem accuſari poteſt hæreticus, ut ejus oſſa comburantur, & bona publicentur, & memoria ejus damnetur, quamvis bonæ exiſtimationis fuerit *c. accuſatus. §. in eo. c. filii de hæret. lib. 6. c. ult. 24. quæſt. 2.*

5 Aliud conſtitutum eſt de fautoribus, defenſoribus, & receptatoribus hæreticorum; hi enim accuſari nequeunt poſt mortem, niſi & ipſi hæretici fuerint *c. accuſatus. §. porro de hæret. lib. 6.*

6 In cæteris criminibus concedi ſolet accuſatori, ut abolitione petita ab accuſatione deſiſtere poſſit impunè. In quibuſdam tamen criminibus, ne conſentientibus quidèm partibus; præſtatur abolitio, ut ſunt illa, in quibus, aut violata Majeſtas, aut patria oppugnata, vel prodita, aut peculatus admiſſus, aut Sacramenta deſerta ſunt; intereſt enim Reipublicæ, ut probentur, & puniantur. Accuſator verò, qui ea non probaverit, pœnam, quam paſſurus erat Reus, excipiet. *l. ult. C. de abolitionibus l. & 3. eodem tit. C. Theod.*

7 Et quamvis de crimine hereſis in prænotatis conſtitutionibus nihil ſit dictum: *(b)* dubitabile tamen non eſt, quin comprehenſum eſſe intelligatur, quia lædit hæreticus non humanam, vel temporalem, ſed æternam, Divinamq; Majeſtatem. *(c)* Cæterum, qui ab accuſatione hæretici diſcedit, non eſt puniendus talionis pœna; ſed calumniatòris, ut plerique ajunt *Authent. Gazaroſ. C. de hæret. Iacob. de Aret. Cyn. & Bald. in l. ultima. C. de accuſatio. Jo. And. Ant. Cardina, & Joan. de Ana. in c. pœn. de hæret.*

8 Sed pœna talionis accuſatoribus impoſita, jam pridèm exolevit, ne autem calumniatoris pœnam accuſator hæretici timeat, nec probare omninò teneatur idoneis teſtibus objecta crimina, poſitus eſt hæreticis publicus accuſator, quem promotorem fiſcalem vocant, qui nunquam accuſat, niſi teſtes habeat, *(d)* nec pœnam calumniatoris timet, quia officii neceſſitate compulſus Reos accuſare tenetur. *l. poſt legatum. §. advocatum fiſci, ff. de his qui, ut indignis, l. qui cum major, §. penul. ff. de bo. liberto. l. 2. C. de delat. lib. 10. Alciat. lib. 9. parergon. cap. 8.*

9 Libellus autem accuſatorius ſimplicitèr præponendus eſt, ut judex inſtrui poſſit, & Reus planè intelligat objecta crimina. Nam, ut Julius Paulus lib. 5. ſententiarum tit. de ſervorum quæſtionibus, inquit, *Reis ſuis edere crimina accuſatores cogendi ſunt; ſcire enim oportet, quibus ſint*

crimi-

criminibus reſponſuri: (*e*) Nec ſolet declarari dies, aut locus commiſſi criminis, ne Reus teſtes cognoſcat, aut quippiam fraudis excogitet, quo veritati nebulas offundat. Quamobrem editiones nunquàm ſine die, & conſultè fiunt: Menſis tamen, & Civitas, aut oppidum deſſignari ſolet. *l.1.§.editiones, ff. de edendo*.

10 Verùm, ſi Reus peteret, ut locus, ac dies declarentur, & id judicibus neceſſarium eſſe videatur ad diluenda crimina; poſſet quidèm id concedi, ſed cautione adhibita, ne quid detrimenti teſtes capiant; facultas enim defenſionis nulli unquam auferenda eſt, *l. defenſionis, C. de jure fiſci lib. 10. Bart. Bald. Angel. & Jaſ. in l. 2. §. ult. de eo, quod certo loco*.

11 Formula libelli adversùs hæreticum, hujuſmodi eſt: *Accuſo Bucerum, qui cum ſit Chriſtianus baptizatus, multas hæreſes credit, & docuit, ſpeciatim autem hanc, & illam*. Quibus enumeratis concludit promotor fiſcalis, petens, ut Bucerus tanquam hæreticus pertinax puniatur, & pœnas graviſſimas hæreſis expoſcit. Aliam prolixiorem formulam alii tradunt, nos tamen hac utimur. *Vide Specul. tit. de hæret. Brunum lib.4. cap.7.*

12 Promotor fiſcalis præſente eo, quem accuſat, in ſcriptis judici accuſationem offerre debet, & propria voce literas ſuæ accuſationis legere, ut Calixtus Papa conſtituit; & ſtatim jurare ſolet, accuſationem illam à ſe non malitioſè editam eſſe, ſed ut ſuum officium faciat, quia objecta crimina probare intendit. *c. ult. 2. quæſt.8.*

ANNOTATIONES.

2 (*a*) Itaque ab omnibus eſt &c.
Adde revelandus, & denunciandus ſub excommunicationis pœna, *cap.2.* & ibi *Gloſ. & Doct. extra. de hæret. cap. quæpropter ſecunda, quæſt. 7.* quare ommittens eſt de hæreſi ſuſpectus, *Farinac. de hæreſ. quæſt.197. §.2. nu.38.* Quod habetur etiam in quadam Conſtitutione Friderici Imperatoris, quæ incipit: *Inconſutilem Tunicam*, relata per *Pegnam inter litt. Apoſtol.* poſt *direct. Inquiſit. fol. mihi* 14.

3 Quamvis autem &c.
Vide *Repert. Inquiſitor. verbo accuſatio, verſ. ſed utrumque quilibet Homo, & Farin. de hæreſ. quæſt.185. §. 3. num. 23.* vbi in Crimine hæreſis ad accuſandum quemlibet, etiam à Iure Ciuili prohibitum docet admitti, & ſpecies enumerat.

4 Quin imò poſt mortem &c.
Tex. in l. Manicheos, §.2. verſ. in mortem, C. de hæret. & ibi *Gloſſa in verbo ſubire*.

5 Aliud conſtitutum eſt &c.
Quamvis Fautores, Receptatores, & Defenſores hæreticorum accuſari nequeant poſt mortem; accuſari tamen poſſunt eorum erroribus credentes. Hi enim ut Hæretici puniendi ſunt. *Dec. in tract. Crim. lib.5. cap.57. num.6. in fine*.

6 In cæteris criminibus &c.
Abolitio eſt Proceſſus circumductio, ſiuè abſolutio prætenſi Rei in prima inſtantia. *Loc. Prax. Iudic. verbo abolitio*.

7 (*b*) Dubitabile tamen non eſt &c.
Vide *Pegnam in addit. ad Eymer. in direct. Inquiſ. 3. part. de primo modo proced. in cauſ. fid, per accuſ. comment. 14. verſ. jam ſi reus*.

7 (*c*) Cæterum, qui ab accuſatione &c.
Concordat *Decian. tract. Crimin. lib.5. cap.28. nu. 32. Pegna in addit. ad Eymer. loco ſuperçit. verſ. ex his redditur*. Talio autem parem vindictam ſignificat *in legib. 12. tabull. ſeſto teſtè lib.18.*

8 Sed pœna Talionis Accuſatoribus &c.
Hæc eſt ratio, cur dicunt nonnulli DD. non eſſe neceſſariam in accuſatione Accuſatoris ſubſcriptionem ad pœnam Talionis. Vide *Farin. de hæreſ. quæſt.185. §.3. num.33.* Ex hoc autem collige accuſationem hodie ab Aula receſſiſſe, & Accuſatores, ut Denunciatores recipi, *Farin. ibid. nu. 40, in fin.*

8 (*d*) Nec pœnam calumniatoris &c.
Ideo ſe accuſationi non ſubſcribit, *Eymer. in direct. Inquiſit. p.3. de pri. mod. proced. in cauſ. fid. per accuſat. num.67. verſ. attendat Inquiſit.*

9 Libellus autem accuſatorius &c.
Secùs de Accuſatione, quam porrigit Accuſator. Hanc enim etiam Verbalem validam eſſe docent plerique DD. apud *Farin. de hæreſ. quæſt.185. §.4. num. 42.* dummodò tamen à Cancellario in ſcripus redigantur.

9 (*e*) Nec ſolet declarari dies &c.
Conditiones libelli Accuſatorij, vide apud *Pegnam in addit. ad Eymer. 3. par. direct. de pri. mod. proced. in cauſ. fid. per accuſat. comment. 14. verſ. in hoc libello*. Conſentit: *Lud. à Paramo de Orig. S. Inquiſit. lib.3. quæſt.9. num.16. & num. 93.*

10 Verum ſi reus peteret &c.
Quales circumſtantiæ publicari poſſint, quales verò taceri Iudicum violatæ Religionis relinquitur judicio, *Pegna in addit. ad Eymer. 3. par. direct. qu. 75. comment 124. verſ. ex his verbis*.

11 Formula libelli adverſus Hæret. &c.
Aliam formulam huic quaſi conſimilem, vide apud *Pegn. in addit. ad Eymer. 3. par. direct. de pri. mod. proced. in cauſ. fid. per accuſ. comment. 14. verſ. ego Auguſt.* quam dicit eſſe vulgarem, qua hodie Fiſcales utuntur.

12 Promotor fiſcalis &c.
Conſentit: *Farin. loco ſupracit. num. 42.*

De Advocatis Titulus V.

SUMMARIUM.

1 *Advocati hæreticos nequeunt defendere, niſi id eis ab Inquiſitoribus permiſſum fuerit.*

2 *Advocati quando hæreticis concedendi.*

3 *Advocati in hæreſis judicium qui ſint adhibendi, & quid ab eis exigendum ſit.*

4 *Advocatorum in cauſa hæreſeos officium.*

5 *Hæretici patrocinium qui ſuſcepit, non debet rogari de eadem cauſa ſententiam dicere.*

6 *Advocatis undè dandum ſit ſtipendium, ut pauperum cauſas defendant.*

7 *Advocatis, ex bonis Reorum, qui pauperes non ſunt, merces tribuenda eſt.*

8 *Advocatorum verba, quæ ipſi reo præſente allegant, quando tanquam ab ipſo reo prolata, & quando non ita ſunt accipienda.*

De Advocatis.

1 Bonifacius VIII. jam olim conſtituit, ut in Inquiſitione pravitatis hæreticæ procedatur ſimpliciter, de plano, & abſque Advocatorum, ac judiciorum ſtrepitu, & figura. *(a)* Sed nonnunquam opus eſt Advocatis, ut Reus ſe defendere poſſit. Multæ enim ſunt exceptiones, ac defenſiones, quibus accuſati de hæreſi uti poterunt, ut alio loco dixero; *(b)* Cæterum Advocati defendere Reos nequeunt, niſi id eis ab Inquiſitoribus permiſſum fuerit. *c. ultim. de hæret. lib. 6. laud. in Clementin. 1. de exceſſib. Prælator. Matthæus in conſtitut. Siciliæ tit. 1. Ponzinibius de Lamiis nu. 78. Carrerius de hæret. num. 114. vide Hodofred. in l. Curiales 7. C. de hæret.*

2 Nam cum Reus fatetur objecta crimina, nullo Advocato eget. Cum autem poſt tres monitiones Reus negat ſe unquam hæreticum fuiſſe; tunc Advocatus ei dandus eſt, etiam non petenti; *(c)* Nam, & ſi quadam inſtructione caveatur, ne Reo non petenti detur Advocatus: mea tamen ſententia, ubi id expedire videbitur, Judices providere debent, ut Advocatus adſit, nè Reus defenſore careat; Inquiſitores enim non judices modo, ſed & patres Reorum eſſe debent. *prima inſtruct. Hiſpalen. cap. 16.*

3 Non quilibet Advocatus adhibendus eſt in hoc judicium; ſed is tantùm, qui ſit idoneus ad Reorum cauſas defendendas, ideſt vir doctus, & pius, & qui non ſit de hæreſi ſuſpectus, *(d)* nec malo genere natus, *(e)* is autem jurare debet, cauſam illam bona fide ſe defenſurum, & juſtis duntaxat exceptionibus uſurum, & quandocumque cognoverit injuſtam eſſe cauſam, id in primis ipſi Reo, deindè Inquiſitoribus denuntiaturum, & injuſtam cauſam deſerturum. Poſtremò jurabit arcana celaturum, & nulli ea proditurum. *c. ult. 5. queſt. 3. præcitato cap. 16. & quarta inſtruct. Toletana cap. 4.*

4 Ad officium Advocati pertinet, ut breviter cum Reo colloquatur, eique ſuadeat, ut ſi vera ſunt crimina objecta, protinùs ea fateatur, & petat, preceturq; veniam à Piiſſimo Deo, & Clementiam Inquiſitorum imploret; Si verò conficta crimina eſſe dixerit, conſulat ei, ut vel falſos teſtes rejiciat, vel juſtam aliquam exceptionem, ac defenſionem excogitet, paratumque ſe eſſe dicat, ad juſtam ejus cauſam tuendam; & ea cum Reo colloqui debet coràm Inquiſitoribus; atq; ita utimur.

5 Is autem, qui Rei patrocinium ſuſcepit, non debet rogari de eadem cauſa ſententiam dicere; id enim & legibus, & Senatus conſultis vetitum eſt. *l. quiſquis C. de poſtulan.*

6. Stipendium ex bonis fiſci datur Advocatis, ut pauperum cauſas defendant, quod perexiguum eſſe quidèm ſolet, ſed honorificum. *(f)* Adde, quod Advocati lege charitatis tenentur, pauperum cauſas gratuitò defendere, quemadmodum à Theologis magno conſenſu traditur. *Alex.*

3. *part.*

3. part. quæſt. 44. Tho. 2. 2. quæſt. 71. Conrad. de contract. qu. 19. Gabr. in lib. 4. ſent. diſt. 15. quæſt. 6. Soto lib. 5. de juſt. & jure quæſt. 8. Caccialup. de Advocatis quæſt. 3.

7 Si verò rei pauperes non ſint, merces Advocatis ex bonis eorum tribuenda eſt *prima inſtruct. cap. 16. vide Lucam* 1. *l.* 1. *C. de lucris Advocatorum lib.* 12.

8 Ea, quæ Advocati allegant, Reo præſente, perindè habenda ſunt, ac ſi ab eodem Reo proferantur, niſi fortè Advocatus erraverit, & Reus intrà triduum contradixerit. Sed in cauſa hæreſis etiamſi poſt triduum de errore, aut imprudentia Advocatorum conſtiterit, Reo nocere non debet; quia ſimplicitèr, & ſummâ æquitate in hoc judicio agitur, rejecto juris rigore *l.* 1. *& ult. C. de errore Advocato, Cod. ult. de hæret. lib.* 6.

ANNOTATIONES.

1 Bonifacius VIII. jam olim &c.
Ideò non admittitur Advocatus pro hæretico Inquiſito, quando contra eum proceditur ſummariè ſimpliciter, & de plano *Afflict. in conſtit. Regni de Hæret. & Pactaren. rubr.* 1. *nu.* 43. *poſt med.*

1 (*a*) Sed nonnunquam opus eſt &c.
Intellige cum procedatur plenariè.

1 (*b*) Cæterum Advocati &c.
Inquiſitores monet *Locat. in Iudicial. Inquiſit. verbo Procurat. nu.* 2. ne admittant Advocatos Garrulos, & cavilloſos, ſed probos, & Iuſtitiæ amatores, qui pecunia, odio, aut amore non corrumpantur..

2 Nam cum Reus &c.
Stylum eſſe ſupremæ Inquiſitionis, ut Reo etiam non petenti dentur defenſiones, & per conſequens Advocatus, ait *Carena de S. Off. p.* 3. *de Defenſ. Reor. tit.* 9. *num.* 7.

2 (*c*) Nam, & ſi quadam &c.
Huic ſententiæ concordat, *Delbene de Off. S. Inquiſit. & Hæret. p.* 1. *dub.* 87. *nu.* 7. vbi ait, manifeſtum eſſe nullum Advocatum eſſe dandum reo manifeſtè Hæretico, & in hunc ſenſum intelligendum, *Tex. in cap. final. de hæret.*

3 Non quilibet, & Advocatus &c.
Vide quæ ſupra *num.* 1. *& Auct. Lucerna Inquiſit. verbo Advocatus num.* 3.

3 (*d*) Nec malo genere natus &c.
Per mali generis natum intellige ex hæretico procreatum, *Caren.* ibidem *par.* 2. *de hæres, & Hæret tit.* 1. *§.* 31. *nu.* 171.

3 (*e*) Is autem jurare debet &c.
Formam hujus Iuramenti præſtandi, vide *in praxi Inquiſit. Pegnæ, cum Not. Carenæ lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 4.

4 Ad Officium Advocati &c.
De hoc officio, vide *Caren. p.* 1. *tit.* 10. *§.* 2. *de muner. Advoc. & Procurat. reor. nu.* 6. *Delbene de Off. Inquiſit. & Hæret. p.* 1. *dub.* 187. *num.* 6.

6 (*f*) Adde, quod Advocati lege &c.
Negotium fidei quiſque tueri tenetur 11. *quæſt.* 3. *nolite el.* 2. *Gem.* ibi, *in verſ. quæro an gratis.* Vnde poteſt Inquiſitor ſæcularem Advocatum, ut Reo cuipiam patrocinetur, cenſuris compellere, *Bobadilla, Decian.* & alii, quos citat, & ſequitur *Narbona in recopilat. lib.* 4. *tit.* 1. *leg.* 20. *Gloſ.* 22. *num.* 63.

7 Si verò Rei pauperes non ſint &c.
Concordat *Caren. p.* 1. *tit.* 10. *§.* 2. *de muner. Advoc. & Proc. Reor. num.* 10.

8 Ea quæ advocati allegant &c.
Aſſentitur *Delbene de Off. Inquiſit. & Hæret. part.* 1. *dub.* 187. *num.* 9.

De Appellationibus Titulus VI.

SUMMARIUM.

1 *Hæretici, & eorum receptatores, & fautores ad neminem provocare poſſunt.*

2 *Felini ſententia, dùm aſſerit hæreticum damnatum Superiorem Judicem adire poſſe, licèt appellare nequeat, exploditur.*

3 *Hæretici, de quorum crimine non ſatis conſtat, appellare poſſunt; & ad quos provocandum ſit.*

4 *Appellationes vanæ, & frivolæ ſuſcipiendæ non ſunt.*

5 *Appellationes fruſtatoriæ, & quæ non habent cauſam probabilem, rejiciendæ ſunt.*

6 *Appellationem admittere in re dubia tutius eſt.*

7 *Hæredibus hæreticorum an appellare liceat.*

8 *Hæredum appellatio, niſi frivola omninò ſit, tutius eſt, ut admittatur.*

9 *Inquiſitores quid facere debeant, quoties vel promotor fiſcalis, vel Rei, aut eorum hæredes appellant.*

1 HÆretici, & eis credentes, fautores quòque, defenſores, & receptatores eorum, ad neminem provocare poſſunt; Quod quidèm nèc durum eſt, nèc crudele; tum quia id generalitèr, & universè conſtitutum eſt, quotiès Reus crimen fatetur, aut teſtibus planè convincitur; tùm etiam quia cum hæretici, & cæteri commemorati, confeſſi, vel convicti fuerint, appellare nequeunt à pœna legis, quæ ipſo jure illis eſt impoſita, aliòqui non de facto judicis, ſed de iniquitate legum conquererentur. *c. ut Inquiſitionis de hæret. lib. 6. l. 2. C. quorum appell. non recip. l. ſi qua pœna de verb. ſignif.*

2 Nec audiendi quidam, quorum eſt Felinus, qui putant, hæreticum damnatum appellare quidèm non poſſe, ſed Superiorem judicem adire poſſe, ut ſententiam injuſtam in meliùs reformet; eſt enim iſtis vetitum, nè appellare, aut provocare, aut proclamare poſſint, *c. ut Inquiſit. de hæret. lib. 6. Abbas in c. paſtoralis de appell. Felinus in c. ad abolendam de hæret.*

3. Cæterùm ab omnibus interſationibus, ſivè interlocutionibus judicum provocare licèt, ſi nondùm ſatis conſtat Reos hæreticos eſſe; Itaquè ſi Reus ad ſubeunda tormenta, vel ad purgationem, vel ad ictus fuſtium damnetur, vel mulcta aliqua ei imponatur, provocare poterit; quia non liquet eum hæreticum eſſe, ſed ſuſpectum duntaxat; nec appellat à lege, ſed à judicibus, qui arbitrio ſuo pronunciarunt: & hæc quidèm communi ſententia, & uſu quotidiano probantur. *Archid. Joan. And. Anchara: Dom. Zenzeli. Phi. Fran. in c. ut Inquiſit. de hæret. lib. 6. Henr. in c. ſi adverſùs, Joan. de Ana. in c. vergentis, Fel. in c. ad abolendam de hæret. Brunus lib. 4. cap. ult.*

Ab Inquiſitoribus appellandum eſſet ad Papam, niſi jam in Hiſpania Inquiſitor Generalis cum Conſiliarijs Sacri Senatus Judices harum cauſarum eſſent; hi enim de appellatione cognoſcunt; ad hos igitur eſt provocandum, qui cauſas judicatas recognoſcere, ac reformare debent, *c. ut commiſſi, §. Inquiſitores, c. per hoc de hæret. lib. 6. l. Imperatores de appell. c. ſuper quæſtionum. §. porrò de offic. deleg. cap. ſi delegatus, §. ad eundem eod. tit. lib. 6.*

4 Provocationibus frivolis cedendum non eſt, nèc malitijs Reorum eſt indulgendum: & ut lex ait, appellationes vanæ ſuſcipiendæ non ſunt; Nam, ut Beatus Bernardus lib. 3. de conſideratione ad Eugenium inquit: *qui non gravatus appellat, liquet quia aut gravare intendit, aut tempus redimere; non eſt autem ſuffugium appellatio, ſed refugium. c. cum appellationibus frivolis de appellat. lib. 6. l. in fundo. de rei vendicat. l. 6. de jure fiſci lib. 10. C. Theodoſ.*

5 Non tantùm appellationes frivolæ, ideſt, quæ cauſam afferunt, nèc juſtam, nèc ſatis idoneam, recipiendæ non ſunt; ſed illæ quòquè ſunt rejiciendæ, quæ non habent cauſam probabilem, *(a)* ſed fruſtratoriæ ſunt, atque moratoriæ. Vt enim Julius Paulus lib. 5. ſententiarum, titulo de reddendis cauſis appellationum inquit: *Moratorias appellationes recipi non placuit.* Et Imperator Conſtantinus edixit, moratorias, & fruſtatorias provocationes, quæ non tàm appellationes ſunt, quàm ludificationes non eſſe admittendas, & alia lex ait: *Fruſtatoria provocatio minimè admittatur, eſt quippè fruſtatoria provocatio, quæ morandi cauſa interponitur l. tutor. ff. de uſuris lib. 1. & l. 4. quorum appellationes non recipiantur lib. 11. C. Theod. c. quicunq; 2. quæſt. 6.*

6 Sed in re dubia tutiùs eſt appellationi deferre; ſatiùs eſt enim differe judicium, quàm defenſionis facultatem Reo auferre *c. ut debitus de appell. l. defenſionis de jure fiſci, Paulus in l. 1. ff. ſi quis cautionibus, Socinus Sen. conſ. 300. lib. 2.*

7 Quæri autèm ſolet, an hæredibus hæreticorum appellare liceat: & cum hæreticus teſtibus planè convictus, aut crimen confeſſus fuit, ſinè ulla dubitatione reſpondeo, hæredum appellationem recipi non debere; quia nemo plus juris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet: & qui in jus ſuccedit alteriùs, eodem jure quo ille uti debet. His accedit, quod Jure Pontificio vetita eſt filijs defenſio, cum ex violenta præſumptione conſtat patres eorum hæreticos deceſſiſſe. Poſtremò ſententia lata contra Reum hæredi quòque nocet, ad quem bona defuncti pervenerunt, *c. filii de hæret. lib. 6. l. quiſquis. C. ad l. Jul. Majeſtatis l. 1. ubi cauſæ fiſcales l. ultima, §. ult. ff. de bonis eorum, Bartol. & cæteri in l. cum filius famil. de verb. oblig.*

Sed ſi Rei damnati ſunt propter præſumptiones, nèc liquidò conſtat eos fuiſſe

hære-

hæreticos, dubitabile non eſt quin hæredes eorum provocare poſſint. Uerbi gratia ſi Reus mortuus eſt antequam ejus cauſa perageretur, aut ſeipſum occidit, aut abſens damnatus eſt; ejus hæredes appellare poterunt, *l. ult. de bonis eorum, l. ejus qui delatorem de jure fiſci, Bal. Angel. Jaſ. & cæteri in l. 2. C. qui teſt. facere poſſunt.*

8 Ad hæc recipienda erit hæredum provocatio, quotiès juſta aliqua cauſa id poſtulare videbitur; Mitiùs enim agi debet cum hærede, qui juſtam ignorantiæ cauſam habet: quamobrem concedi ſolet illi nova dilatio. Et niſi frivola prorsùs fuerit hæredum appellatio, tutius quidèm erit, ut recipiatur *l. Oratione, ff. de feriis, l. ult. C. ſi pend. appell. mors interu. l. 1. ff. eod. tit. gloſſ. & interpr. in C. ut debitus de appell.*

9 Quotiès promotor fiſcalis appellat, ſtatim Inquiſitores mittere debent acta omnia ad ſummum Senatum, antequam id eis præcipiatur, quemadmodum epiſtola quadam ejuſdèm Senatus continetur. Quod mea quidèm ſententia faciendum quòque eſt, cum Rei, aut eorum hæredes appellant, ne fatigentur ſumptibus; & quia ignorant, an eorum provocationi cedendum ſit.

ANNOTATIONES.

1 Hæretici, & eis credentes &c. ad neminem provocare poſſunt &c.

Extat, & conſtitut. Frederic. Imperat. quæ incipit *commiſſi*, & Nicolai III. edita de Anno 1281. quæ incipit: *Noverit Vniverſit.* has vide *in litt. Apoſt.* apud *Pegnam fol. mihi 45. & 52.*

2 Nec audiendi quidam &c.

Vide nuper relatas Conſtitutiones. *Verb. omne inſuper, & Verb. item proclamat.* Quæ intelligendæ ſunt de definitiva tantùm. *Canon. omnes in cap. ut Inquiſit. de hæret. 126.*

3 Cęterum ab omnibus interſat. &c.

In appellatione ab interlocutoria debet contineri gravamen illatum, & cauſa ſpecialis, ob quam impugnatur gravamen, alioqui nullius eſt momenti, *cap. cum ſit Romana, cap. debitus honor de Appell. Peg. conſ. 31. 3. par. verſ. non autem.*

Ab Inquiſitoribus &c.

Bene dicit: *Ab Inquiſitoribus*; nam ab Epiſcopo, ſi gravatus eſt de exemptis, appellatur ad Papam; ſin autem ad Metropolitanum, *Farin. de Hæreſ. qu. 185. §. 15. num. 240.*

4 Provocationibus frivolis cedend. &c.

Conſentit *Farin. loco cit. num. 229.*

5 (a) Sed fruſtatoriæ ſunt &c.

De appellationibus fruſtatoriis, & per fraudem interpoſitis ad effect. retardandi, & impediendi proceſſum Inquiſitionis, agit *Pegna in addit. comment. 31. num. 122. litt. C. verſ. primò, & ſequent.*

6 Sed in re dubia &c.

Inquiſitorum arbitrio, peritorum adhibito conſilio, ſtandum docet idem *Pegna loco cit.*

Sed ſi rei damnati ſunt propter &c.

Idem omne affirmat, *Farin. de Hæreſ. quæſt. 185. §. 1. num. 230.*

9 Quoties promotor fiſcalis appellet &c.

Conſentiunt *Caſtropalao in oper. moral. tom. 1. tractat. 4. diſp. 8. punct. 7. num. 7. Pegn. com. 31. 3. p. verſ. ſi autem Inquiſit. Caren. 3. part. tit. 14. de appell. & ſenten. exec. num. 5.*

De Apoſtatis Titulus VII.

SUMMARIUM.

1 *Apoſtaſia quid ſit.*

2 *Apoſtaſia, qua tota fides deſeritur, deterior eſt omni hæreſi.*

3 *Apoſtatas, etiam converſos, & pœnitentes non eſſe recipiendos, quidèm cenſuerunt.*

4 *Apoſtatæ converſi, & pœnitentes cur ſint recipiendi.*

5 *Apoſtatæ pęnitentes ſunt recipiendi, pertinaces verò curiæ ſæculari relinquendi ſunt.*

6 *Apoſtatæ cauſa eodem ordine atque hæretici eſt tractanda.*

De Apoſtatis.

1 Apoſtaſia Græca vox, latinè defectio eſt: cæterum non quælibet defectio Apoſtaſia vocari ſolet, ſed ea, qua quis diſcedit ab inſtituto priori, quod tuendum ſuſceperat; Vndè etiam Apoſtata deſertor appellari poteſt, & quamvìs, qui ſtatum ſuſceptæ Religionis deſerit, Apoſtata quòque fit; in præſentia tamèn de impio, & nefario Fidei Catholicæ deſertore breviter diſſeremus.

2 Itaquè Apoſtaſia, qua diſceditur à tota fide, deterior eſt omni hæreſi; quia eſt impietas maxima, *(a)* & omnem perfi-

diam, & infidelitatem ſuperat; Meliùs eſt enim viam juſtitiæ non cognoſcere, quàm poſt ejus agnitionem retrorsùm converti. *2. Petri 2. c. quidam de Apoſtat. Tb. 2. 2. q. 12.*

3 Quamobrem quidam putarunt Apoſtatam etiam converſum, & pœnitentem recipiendum non eſſe: quod, & lege quadam civili cavetur. *l. 3. C. de Apoſtat. Mattheus in Conſtit. Siciliæ tit. 3. Nicol. Arela: de hæret. notab. 44.*

Adde l. Manicheos Cod. de Hæret.

4 Sed hanc opinionem, & Jus Pontificium, & ſententia communis, & uſus forenſis exploſit. Nam cum hujus criminis cognitio Inquiſitorum Apoſtolicorum ſit, Pontificia Jura, potiùs quàm Cæſarea in eorum foro, & judicio ſervanda ſunt, *c. quidam de Apoſtatis, c. contra Chriſtianos de hæret. lib. 6. Conc. Elibertini c. 46. decretorum Siricii c. 3. omnes Doct. in eod. c. quidam Alfonſus Caſtrus lib. 1. de juſta hæret. punitio. cap. 23.*

Adde Repertorii Inquiſit. verb. Apoſtata.

5 Ex quibus intelligere licèt Apoſtatas perindè, atque hæreticos pœnitentes recipiendos eſſe; pertinaces verò curiæ ſæculari relinquendos: quamvis Apoſtata propriè hæreticus non ſit, ut rectè Canus diſputat *lib. 12. de locis Theologicis cap. 9. vide Alfonſ. lib. 1. de juſta hæret. punit. c. 7.*

6 Quæ cum ita ſint, ſupervacaneum fuerit plura ſeparatim de Apoſtatis commemorare; quandoquidèm omnia, quæ de hæreticis dixero, de Apoſtatis quòque dicta eſſe intelligi poſſunt, *addo. l. 1. & pen. C. de Apoſta. Reg. l. 1. tit. 1. lib. 4. fori Regii, Godofr. in rubr. C. de Apoſt. Socin. in rubr. de hæret. lib. 5.*

ANNOTATIONES.

2 Itaque apoſtaſia &c.

Se habet in ordine ad hæreſim apoſtaſia, tanquam quid majus ad minus. *Delbene de Off. S. Inquiſit. & Hær. par. 1. dub. 13. ſect. 4. num. 20.*

2 (*a*) Et omnem perfidiam, &c.

Ob id cenſeo perfidiæ dici, de qua habetur *1. quæſt. 7. non poteſt*, vide *Hoſtien. in ſumm. eo. tit. §. quot ſpecies apoſtaſiæ.*

4 Sed hanc opinionem, &c.

Legibus enim Civilibus derogatum jam fuit, per conſtitutiones Canonicas.

5 Ex quibus intelligere licet &c.

Nota hìc quòd omnis Apoſtata à fide eſt etiam formaliter Hæreticus, vt docet *Delbene de S. Off. Inquiſit. & hæret. p. 1. dub. 47. pet. 2. num. 1.* Apoſtaſia enim non eſt peccatum eſſentialiter diſtinctũ ab hæreſi, *Cajetan. 22. q. 10. art. 1. & qu. 11. art. 1.*

De Blaſphemis Titulus VIII.

SUMMARIUM.

1 Blaſphemare quid ſit, & quot modis in Deum blaſphemus quis dicatur.

2 Blaſphemia quævis continet in ſe falſitatem ſaltèm in affectu maledici.

3 Blaſphemum quilibet accuſare poteſt, & debet.

4 Blaſphemus à quovis judice puniri debet.

5 Blaſphemus iniquè abſolutus, aut remiſſiùs punitus ab aliquo judice, puniri poteſt ab alio.

6 Blaſphemiarum diſcrimina inter ſe, & ad quos judices cognitio uniuſcujuſque pertineat.

7 Blaſphemia, quæ omnium leviſſima cenſetur.

8 Blaſphemia maxima quæ ſit.

9 Blaſphemos qua pœna ſoleant afficere regiæ leges.

10 Blaſphemi quo pacto puniantur pro atrocioribus blaſphemiis in judicio Inquiſitorum.

11 Blaſphemi de levioribus blaſphemiis convicti, qua pœna afficiendi.

12 Blaſphemiæ levioris pœna qua Rei nudo capite, & ſine clamyde in Eccleſia eſſe jubentur, undè fuerit derivata.

13 Pœnitentia publica blaſphemis Sacerdotibus imponenda non eſt.

14 Sacerdotibus blaſphemis quarè publica pœnitentia non eſt injungenda.

15 Sacerdotum blaſphemiæ non impunitæ relinquuntur.

16 Blaſphemus Sacerdos quo pacto ſit puniendus.

17 Blaſphemus abſolutus in foro conſcientiæ, an ſit puniendus in foro judicii.

18 Blaſphemus in foro conſcientiæ abſolutus in foro judicii etiam puniri debet.

19 Blaſphemus qui plures eodem impetu blaſphemias dixerit, duriùs puniendus, ſed una tantum pœna.

De

1 BLaſphemare eſt maledicere; non tamèn quælibet maledictio blaſphemia ſolet appellari, ſed ea duntaxat, quæ eſt execratio, aut convicium impium contra Deum, vel contra Divos; blaſphemi autem ſunt, qui ſacrilego maledicto ſe obſtringunt, ut ait Budeus. Multifariam autem blaſphemia in Deum dicitur, vel àb eo movendo, quæ Dei ſunt, vel ei attribuendo, quæ Dei non ſunt, vel alicui tribuendo, quæ ſolius Dei ſunt, vel affirmando falſum de Deo, vel negando verum, vel maledicta in Deum conferendo, vel inhoneſta de eo loquendo, vel jurare per membra pudenda, vel detrahendo, vel irridendo in Dei contumeliam: & totidèm ferè modis honori, & dignitati Divorum derogari poteſt.

2 In quacunque blaſphemia invenitur falſitas; ſaltem in affectu maledici, nam & ſi vera nonnunquam dicere videatur blaſphemus, nominando membra pudenda divorum, *(a)* in eo tamèn falſitas eſt, quod cum illi nihil habeant vituperabile, maledici vituperatione utuntur, ea contumelioſè nuncupando; & eodem pacto falſitas ineſt blaſphemiæ imprecandi, cum maledicus ea divis imprecatur, quæ eis evenire non poſſunt.

3 Quilibet autem poteſt, ac debet accuſare blaſphemum; quia id crimen in Majeſtatem Divinam committitur, nec diſſimulare debemus ejus opprobrium, qui probra noſtra delevit. Et ut Pius Papa inquit: *Si quis talem hominem non indicaverit, dubium non eſt, quin Divina condemnatione coerceatur.* Et Imperator Theodoſius ait: *Tutum non eſt negligere Divinitatis injuriam, & impunitum relinquere ſcelus*, & Chryſoſtomus in Matthæum hom. 5. operis imperfecti, enarrans verba illa Salvatoris Noſtri; *Vade retrò Satana:* in præcedentibus, inquit; *non eſt exaſperatus, ſed quando Diabolus Dei ſibi præſumpſit honorem, iratus eſt, & increpavit eum, ut nos illius diſcamus exemplo noſtras injurias illatas ab impiis magnanimitèr ſuſtinere; Dei autem injurias, nec uſque ad auditum ſufferre. Quoniam in propriis injuriis eſſe quempiam patientem, laudabile eſt: injurias autem Dei diſſimulare, nimis eſt impium.* Et idem Divus alibi multa in eandem ſententiam dixit ad populum Antiochenum. *hom. 1. c. in nonnullis, de judæis c. ſi quis per capillum 22. quæſt. 1. c. ſi is qui, 23. quæſt. 4. C. Theodoſ. l. 1. tit. 2. legum novellarum.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

4 Non ſolùm quivis unus è populo accuſare poteſt blaſphemum, ſed etiam judices omnes eum punire debent; nam & Judices Pontificii, & Regii, & Inquiſitores quòque Apoſtolici, pœnas blaſphemis irrogant. *(b)* Verùm ab uno judice punitus, ab alio non plectetur; id enim Iniquiſſimum eſſet, multiſque legibus prohibetur. *l. Senatus de accuſatio, l. licet, §. ultim. nautæ, caupo. c. de his de accuſat. c. presbyter 81. diſtin.*

5 Cæterum blaſphemus iniquè abſolutus, aut remiſſius punitus ab aliquo judice, puniri poteſt ab alio, ne quod in odium eſt conſtiturum, in favorem ejus convertatur, quemadmodum id generalitèr communi ſententia traditur, *in l. placet, C. de Sacroſan. Eccl. in c. Felicis, §. per hoc de pœnis, lib. 6. Abb. Felinus, Auguſt. Berojus, & cæteri in c. de his de accuſat. Covar. l. 2. varia. reſolut. c. 10. Albertinus lib. de agnoſcen. aſſert. q. 25. concluſ. 6.*

6 Notandum igitur, animadvertendumque eſt multas eſſe blaſphemias, quarum punitiò ad Inquiſitores pertineat: quales ſunt hæreſibus confines, & quæ ſpeciem hæreſis præſeferunt. Sunt & aliæ plures, quæ nihil prorsùs commune habent cum hæreſi: verbi gratia, ſi quis juraverit per membra pudenda Divorum, vel impia jurandi conſuetudine aliquid inconſideratè, & inconſultè dixerit; is puniendus eſt à Judicibus Regiis, aut ab Eccleſiaſticis Ordinariis, non autèm ab Inquiſitoribus, *5. inſtruct. Hiſpalen. cap. 4. Alfonſus lib. 1. de juſta hæret. punit. c. 12.*

7 Ex qualitate verborum, & circunſtantiis perſonarum, temporum, & locorum magis, ac magis nefaria, & ſacrilega blaſphemia cenſenda eſt: *(c)* illa verò eſt omnium leviſſima, quæ inconſulto dolore profertur, & ſtatim eam dixiſſe pœnitet. *l. aut facta de pænis, Gloſ. in c. denique diſtin. 4. Iaſ. in l. ſi duo patroni §. ult. de jure juran. Albert. lib. de agnoſcen. aſſert. q. 27.*

8 Maximis autem blaſphemiis annumeranda eſt quæcunq; dicta fuerit contrà Sacratiſſimam Virginem, cujus rei exemplum memorabile Nicephorus retulir lib. 18. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 33. *Græci quidem,*

inquit,

Exemplum horrendum Blaſphemi à Deipara Virg. pœna Mulctati.

inquit, *ſivè Gentiles in cujuſdam domo convivantes, & vino ſeſe invitantes, poſt prandium ſimulatq; ſatis adbiberant, blaſphemare, & conviciis proſcindere Verbi Matrem cœpere: poſtremum hoc compotationi adbibentes ſtudium, ut quæcunque aliquis eorum excogitare poſſet abſurda, atque indigna, per ea ridens œconomiæ, & diſpenſationis ſalutis noſtræ myſterio illuderet. Impietas ea poſtquam innotuit, illi quidem condignas petulantis linguæ pœnas dedere: Aedium autem Dominus à ſacris noſtris non alienus, tum quidèm periculum effugit. Non multo verò poſt, noctu ei dormienti in ſomnis Dei Genitrix aſtitit; cui diligentiùs percunctanti, ecquid ſe, quanam eſſet noſſet: poſt quam ipſe, noſſe ſe eam profeſſus eſt: illa ei contumeliarum indignitatem in memoriam revocavit. Tum ille miſer ſupplex illi eſſe, veniamque delicti petere; & ne tam citò morte mulctaretur, ſed tempus ei pœnitentiæ relinqueretur orare. Illa, daturam ſe hoc ei, neque in præſentia ipſum ita morte pœnas luiturum promittere; vimine autem, quod manu geſtare videbatur, genua ejus circumcircà veluti exarans, circumſcribere, id ubi factum avolans; ei poſtea non apparvit. At ille ſomno diſcuſſo membra ea, quæ vimine notata fuerant, ſtatim ab reliquo corpori diſrupta invenit, recenti ſanguine profluente, & in publicum productus juſtum omnibus judicium promulgavit. Qui verò id audierunt, laudes Deo propter tàm inopinatum miraculum, cantarunt, matrem itidem Dei celebrarunt, quæ ita ſemper Chriſtianorum genus tueretur, quæq; novo quodam modo affectionem erga nos ſuam, quamvis præter naturam ejus ſit, ut quemquam puniat, vi quadam adacta oſtenderet, ut ſcilicèt religio nobis ſtabilis, & firma eſſet*, hæc ille. Juſtiſſima igitur lex Regia eſt, quæ duplo maiorem pœnam imponit iis, qui blaſphemant, & vituperant Beatiſſimam Virginem, quàm eis, qui cæteros Divos. *l.3. tit.28. part.7.*

9 Cum varia ſit maledicorum culpa, varia quòq; pœna illis imponi debet, ut pro menſura peccati ſit, & plagarum modus, lex ait. *Qui blaſphemaverit nomen Domini, morte moriatur*: quod, & Juſtinianus novella conſtitutione ſancivit: legibus verò Regiis, pro gravioribus blaſphemiis lingua maledici amputatur, & pars bonorum ejus publicatur; pro aliis autem, triginta diebus blaſphemus in vinculis detinetur. Alia item, & alia pœna jure Pontificio in blaſphemos conſtituta eſt. *Deuter. 25. levit. 24. Authen. ut non luxurien. c. ſi quis per capillum 22. quæſt. 1. c. 2. de maled.*

10 Cæterùm in judicio Inquiſitorum hæc pœna uſu recepta eſt, ut prò atrocioribus blaſphemiis maledicus plebejus trahatur in ſpectaculum publicum, infami quadam mitra capiti impoſita, & lingua ligata, & ſinè chlamyde, & publicè ſententia pronuncietur, & confeſtim flagellis cœſus in exilium mittatur; Si verò blaſphemus nobilior, aut honeſtior fuerit, ſinè mitra illa pœnitentiam publicam ſimilitèr agit, & ad certum tempus in Monaſterium detruditur, & mulctam aliquam ſolvit, & nonnunquam propter ſuſpicionem abjurare cogitur; honeſtiores enim fuſtibus cædendi non ſunt *l. capitalium, §. 1. ff. de pœnis.*

11 In aliis autem blaſphemiis levioribus ſolent Inquiſitores damnare blaſphemum, ut aliquo die feſto in Eccleſia, dum Sacra Solemnia celebrantur, ſtet nudo capite, ſinè chlamyde, ſinè crepidis, & calceis reſti ſuccinctus, dextra præferens ardentem facem, & Sacris peractis legitur publicè ſententia, qua jejunia quòque, & precationes indicuntur, & præterea mulcta aliqua punitur maledicus.

12 Atque ea quidèm partim ex jure Pontificio, partim ex veteri teſtamento deducta videri poſſunt; Nam, & maledici pœnitentia huic ferè ſimilis eſt, quæ lege quadam Pontificia continetur. Et in Republica Hebræorum leproſus ſeparatus ad arbitrium Sacerdotis habebat veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum. Et Rex ille David pœnitentiam agens, aſcendebat Clivum Olivarum ſcandens, & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite; ſed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite aſcendebat plorans *c. 2. de maled. Levit. 13. & 2. Reg. 15.*

13 Sed publica pœnitentia Sacerdotibus imponenda non eſt, ne grex fidelium ſcandalum patiatur; nam ut Conſtantinus Magnus prudentiſſimè dixiſſe fertur; *non oportet Sacerdotum peccata vulgo innoteſcere, ne illis offenſis ad delinquendum reddantur audaciores: author Theodoretus lib. 1. Eccleſiaſt. hiſt. c. 11.* Huc accedit, quod Leo ille ter Maximus in Epiſt. 90. ſcribit, *Apoſtoli-*

ſtolicam eſſe traditionem, *ut nè Sacerdotes publicam pœnitentiam agant*. *cap. de his* 50. *diſt. c. presbyter* 82. *diſt.*

14 Accedit etiam, quòd publica,& infami pœnitentia injuncta maximo eſſet opprobrio Sacerdotum dignitas,quæ quidèm ſemper omnibus veneranda eſſe debet, quemadmodum *Ambro. lib. de dignitate Sacerdotali*, *Chryſoſt. lib.* 3. *de Sacerdotio*, aliique tradiderunt. Nec mirum id,(*d*) nam, & Ægyptii,& Græci jam olim Sacerdotes ſuos in ſumma veneratione habuerunt: quod Plato in lib. civili teſtatur, poſt alia dicens: *Sacerdotum*, *& vatum ratio*, *magnanimitate*, *intelligentiaque*, *& claritate abundat*, *propter eorum*, *quæ tractant*, *magnificentiam*. Quapropter apud Ægyptios non licet Regem abſque Sacerdotio imperare, & in plurimis Græcorum Civitatibus reperies, præcipua Sacra à Magiſtratibus ſummis inſtitui. *Et Diodorus Siculus lib.* 2. *Egypti vectigalibus trifariam partitis priorem portionem percipit Collegium Sacerdotum*, *magna apud incolas authoritate*, *tùm propter deorum curam*, *tùm propter doctrinam*, *qua plures erudiunt*, *& immunes ſunt Sacerdotes omnes*, *ſecundumque poſt Reges honoris*, *dignitatiſque locum tenent*. *Et ut Statius Papinius lib.* 5. *Sylvarum ait*, *qui bona Fide Deum colit*, *amat*, *& Sacerdotes*; Præterea *Eebium homil.* 59. *de Sacramentis*, *Brunum lib.* 5. *de legatione cap.* 6.

15 Sed quamvis Sacerdotes non agant pœnitentiam publicam, non tamèn idcircò eorum blaſphemiæ erunt impunitæ, immò tantò ſeveriùs puniri debent, quantò Clerici graviùs quàm Laici delinquunt. Vt enim Cyprianus lib. de ſingularitate Clericorum inquit? *Cum quid laicos decet*, *ne occaſionem blaſphemandi opponant*; *tum maximè Clericos id vehementer conſtringit*, *quibus aut religio blaſphemata*, *aut fraternitas perdita pœnas duplices irrogabit*. Quod etiam confirmat, *Chryſoſt. in Matthæum hom.* 38. *operis imperfecti*.

16 Itàq; Sacerdos blaſphemus duriùs puniri debet mulcta, jejuniis, & orationibus, & præterea Sacris interdicendus eſt ad certum tempus, & in Monaſterium detrudendus; Nam ut communiter traditum eſt, in pœnis, quæ ad corpus, & æxiſtimationem non pertinent, graviùs puniendi ſunt honeſtiores, quàm humiliores *regia lib.* 2. *eum ſeq. tit.* 28. *par.* 7. *Bart. in l. quædam*, *de pœnis*. *Felinus in c. eum quidam de jure jurando*, *Tiraquel. de nobilitate cap.* 20. *num.* 120. vide *Joan. Bernar. in pract. cap.* 103.

17 Sunt qui putant, blaſphemum abſolutum in foro conſcientiæ, puniendum non eſſe in foro judicii: cujus opinionis cauſam afferunt, nec probabilem, nec ſatis idoneam, quod blaſphemus abſolutus à Sacerdote pacem habet cum Deo, quem in primis offenderat, *Bart. conſ.* 167. *Anchar. & Ana. in c.* 2. *de maled. Felinus c. de bis*, *de accuſat. de ejus conſ.* 137.

18 At qui ea opinio ſi vera eſſet, multa conſequerentur abſurda; nam & Apoſtata, & hæreticus, & idolatra, & quicunque Deum palàm offenderet, abſolutus à Parocho, puniri non poſſet à Judice; quo quid abſurdius dici, cogitarive poteſt? præſertim cum forum illud arcanum nihil commune habeat cum foro judicario; Meritò igitur, ác jure iſtorum opinatio aliis diſplicuit, quibus aſſentior *Jaſ. in lib.* 3. *§. jurari de jure juran. Matth. in Conſtit. Siciliæ lib.* 3. *rúbr.* 54. *Covar. lib.* 2. *varia. reſol. c.* 10.

19 Si quis autem eodem impetu plures blaſphemias dixerit, duriùs quidèm puniendus eſt; ſed una tantùm pœna, quia unum duntaxat crimen committit. *l. inficiendo §. infans*, *ff. de furt. gloſ. in l. nunquam plura*, *ff. de privat. delib. Cepol. conſ. criminal.* 77. *Alciat. in cap. cum non ab homine de jud. nu.* 33. *Covar. lib.* 2. *variarum reſolutionum c.* 10. *Boberius deciſ.* 301. *Hippolytus in l. ult. ff. de Sicar.*

ANNOTATIONES.

1 Blaſphemare eſt maledicere &c.
Vide *D. Ambroſ. in lib. de Paradiſo*, *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 13. *Alexand. Alenſ. part.* 2. *ſummæ qu.* 148. Adde Blaſphemum dici quoque, qui Creaturæ cuipiam ratione carenti maledicit inquantum Creatura Dei eſt, & qui Divino Cultui ſæculares Cantilenas profanas, & turpes admiſcet, *Cajet.* 2. 2. *qu.* 13. *art.* 1. *& quæſt.* 91. *Navarrus tom.* 2. *comment. in* 2. *p. decret. cap.* 12. *nu.* 86. *&* 87.

2 (*a*) In eo tamen falſitas eſt &c.
Quæ dicitur falſitas effectiva. *Delbene de Off. Inquiſit. & haret. p.* 2. *dubit.* 218. *ſect.* 3. *nu.* 32.

3 Quilibet autem poteſt, ac debet &c.
Adeſt, & Decr. Conc. Lateran., & Iulij III. conſtitutio, quæ incipit: *In multis.*

4 (*b*) Verum ab vno Iudice punitus &c.
Intellìgè cum Blaſphemus eſt condignè punitus.

5 Cæ-

5 Cæterum blaſphemus iniquè &c.
Hoc procedit etiamſi Iudices non ſint ejuſdem generis v. g. Eccleſiaſticus alter, alter ſæcularis, blaſphemus Laicus ſit, & blaſphemiæ crimen ſit mixti fori. *Abb. in cap. de Off. Ord. circa finem, Felin. in cap. quod olim de Iudæis in fine*.

6 Notandũ igitur, animaduertendũq; &c.
Blaſphemi hæreticales tantùm Inquiſitoribus denuntiantur; Non hæreticales autẽ Iudici Eccleſiaſtico, vel ſæculari, *Delbene loco cit. ſect. 21. nu. 2. & 3.* Inquiſitores enim de Hæreticalibus Blaſphemis priuativè cognoſcunt; In aliis inter ipſos, & Iudicem Eccleſiaſticum, ſæcularemq; datur locus præventioni. *Eymer. in direct. Inquiſit. 2. p. q. 41. nu. 2. & ſequen. Pegna ibi comment. 66. Abb. in cap. 2. de Maledicis num. 9.* Romæ Eminentiſs. Inquiſitores Gener. de omni Blaſphemia cognoſcunt ex Conſtit. Iulij III. quæ incipit. *In multis* in Bullario in ord. 43. regiſt. fol. 545.

7 Ex qualitate Verborum &c.
Hæc omnia à S. Inquiſitionis Tribunali conſiderari docet noviſſimè *P. Nerius in Opuſc. de Iudic. S. Inquiſit. cap. 10. num. 3.*

7 (c) Illa verò eſt omnium &c.
Nota hic in Blaſphemia peccatum non minui ex parvitate materiæ, ſed ex inadvertentia tantùm, & inconſideratione. *Caet. in ſum. verbo Blaſphemia. Bannez. 2. 2. quæſt. 13. art. 2.* Qui ſic dolent excuſantur ab omni abjuratione, ſed non ab omni pœna. *P. Nerius loco cit. nuper num. 5.*

8 Maximis autem Blaſphemiis &c.
Exempla Blaſphemorum graviter à Deo punitorum, & PP. authoritates, vide relatas à *Delbene de Offic. S. Inquiſit. & Haret. part. 2. dub. 218. ſect. 8. num. 2.*

10 Cęterum in judicio Inquiſitor. &c.
De pœnis, pœnitentiiſq; ſalutaribus Blaſphemis imponendis, vide *Caren. de S. Off. p. 2. de Blaſphemis tit. 7. §. 14. P. Nerium loco quo ſupra.*

13 Sed publica pęnitentia Sacerdot. &c.
Ob id DD. aſſerunt pœnam *cap. 2. de Maled.* non habere locum in Clerico, *Io. And. Abb. & Hoſtien. in d. cap. 2.*

14 Accedit etiam, quod publica, &c.
Rationem ſimilem, vide relatam à *Dioniſ. Gotfred. in ſuis notis ad Novell. 77. ſub litt. G. in 3. edit.*

14 (d) Nam, & Ægyptii, & Græci &c.
De Æthnicorum Sacerdotum dignitate, vide *Alex. ab Alex. Gen. Dier. lib. 2. cap. 8. in fine*.

15 Sed quamvis Sacerdotes &c.
Clerici Blaſphemi deponuntur, *cap. ſi quis per capillos 27. q. 1. & ex Decr. Leonis X. in Conc. Lateran. ſeſſ. 9. in §. Ad abolendam*, pro prima punitionis vice perdunt fructus unius Anni omniũ Beneficiorum, pro ſecunda privantur uno, vel altero Beneficio, pro tertia verò privantur omnibus, & inhabiles ad alia conſequenda, & retinenda redduntur.

17 Sunt qui putant Blaſphemum &c.
Hæc fuit ſententia *Thomæ Ferrarii in ſuo Cautellar. tract. caut. 25.* at hanc communiter eſſe reprobatam teſtatur *Carena de S. Off. p. 2. de Blaſphem. tit. 7. §. 15. num. 77.*

19 Si quis autem eodem impetu &c.
Sed multò gravius, quàm ſi unicam tantum proferret. *Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 2. nu. 27. Graff de caſib. reſervat lib. 1. cap. 10. num. 59.*

De Bonis Hæreticorum Titulus IX.

SUMMARIUM.

1 *HAereticorum bona jure optimo publicantur.*
2 *Hæreticorũ bona cur publicari oporteat.*
3 *Hæreticorum bona filiis eorum Catholicis olim relinquebantur.*
4 *Hæreticorum filios egeſtate laborare Reipub. intereſt.*
5 *Hæreticorum filiis bona adimere acerbum, & inhumanum non eſt.*
6 *Lex, qua ſancitum eſt, ut filii eorum, qui rei ſunt leſæ Maeſtatis, parentum bonis priventur, non eſt abrogata.*
7 *Hæreticorum bona jure publicari concluditur.*
8 *Hæreticorum fundus ſerviens, vel is, cui debetur ſervitus, ſi publicetur, utroque caſu durant ſervitutes.*
9 *Hæreticorum bona, quæ ipſi mortis cauſa donaverint, cum cæteris eorum bonis ad fiſcum etiam pertinent.*
10 *Donatio inter maritum, & uxorem revocatur, ſi poſt mortem mariti memoria propter hæreſim damnetur.*
11 *Hæreticis quæcunque ex contractu conditionali debentur, quomodo ad fiſcum pertineant.*
12 *Bona omnia uxoris de hæreſi damnatæ publicantur.*
13 *Peculium Caſtrenſe filii hæretici confiſcatur.*
14 *Peculium Caſtrenſe proprium eſt filii familias.*
15 *Filiis familias, qui de hæreſi damnantur, peculium Caſtrenſe confiſcandum eſſe concluditur.*
16 *Bona materna filii familias hæretici ad fiſcum pertinent, tametſi ille in Patris ſit poteſtate.*
17 *Peculium profectitium, quod Patris eſt, bonis ejus publicatis, etiam confiſcatur.*
18 *Filii familias bonis publicatis, uſusfructus patri debitus confiſcatur.*
19 *Uſusfructus bonorum, quæ rogatus erat hæreticus, reſtituere poſt mortem ſuam fiſco adjudicandus eſt, quoàd hæreticus moriatur.*

20 *He-*

20 *Hæretici prædium, quod cenſum debet Eccleſiæ, confiſcatur, ſalvo jure penſionis præſtandæ.*
21 *Hæretici bona an publicanda ſint ab eo die, quo in hæreſim incidit.*
22 *Donationes ab hæretico quantumvis occulto factæ, cur pondus non habeant.*
23 *Dotes etiam à fiſco revocantur, quas filiis donant hæretici.*
24 *Dotes ab occultis hæreticis filiis ſanctimonialibus datæ, fiſco vendicantur.*
25 *Hæreticus, ex quo die tale crimen contraxit, nihil ex bonis ſuis alienare poteſt.*
26 *Bona hæretici, qui defecit in purgatione, aut propter contumaciam damnatus eſt, à quo die publicanda ſint.*
27 *Fiſcus vendicans res ab occulto hæretico venditas, an pretium teneatur reſtituere.*
28 *Hæreticus occultus, qui bona ſua vendit, peccat.*
29 *Emptori, qui bona fide cum occulto hæretico contraxit, quando pretium ſit reſtituendum.*
30 *Emptori, quæcunque pars numorum reperiatur, reſtituenda eſt.*
31 *Emptori reddenda eſt etiam pecunia, ſi ex ea factus ſit hæreticus locupletior.*
32 *Emptori reddendi ſunt etiam numi, ſi illis hæreticus res ſuas meliores fecerit.*
33 *Emptori reſtituenda eſt adhuc pecunia, ſi ex ea occultus hæreticus ſuis creditoribus ſolverit.*
34 *Emptori pretium etiam reſtituitur, cum in hæretici rem verſa eſt pecunia, vel tantundem conſumpturus eſſet hæreticus ex bonis ſuis.*
35 *Pecunia mutuo data occulto hæretico, qua ſeipſum, & familiam aluit, reſtitui debet creditori.*
36 *Pecunia reddenda eſt emptori, ſi ea hæreticus ædificaverit, aut ſimile quidfecerit.*
37 *Pecunia ſimilitèr reddenda eſt, quam in ſuam, aut ſuorum valetudinem occultus hæreticus impenderit.*
38 *Pecuniam, in qua re ſufficit impenſam eſſe ab occulto hæretico, ut emptori reſtituatur.*
39 *Emptor, qui ſervatis ſolemnitatibus emerit, nihil præterea probare tenetur.*
40 *Probatio dilucida exigenda ab eo non eſt, qui bona fide rem aliquam ab occulto hæretico emerit.*
41 *Pecuniam qui mutuo dederit Civitati, & Eccleſiæ, an ſit perſpicuè probaturus in earum utilitatem verſam eſſe.*
42 *Pecuniam qui ignorantia inſuperabili occulto hæretico mutuo dedit, eſt ſatis, ſi probabili conjectura oſtendat in rem hæretici verſam eſſe.*
43 *Pecunia occulto hæretico inopia laboranti mutuata, quando ex bonis hæretici publicatis reſtitui debet.*
44 *Pecunia reddenda eſt creditori, ſi is probarit occultum hæreticum, quo tempore illam ab eo mutuatus eſt, ea indiguiſſe.*
45 *Probatis extremis, media quòque probata eſſe videntur.*
46 *Pecuniam verſam eſſe in hæretici utilitatem, creditorem jus nunquàm gravandum eſſe præcipit, ut probet.*
47 *Probatio impoſſibilis nunquàm exigitur.*
48 *Probationem debere neceſſariò concludere, quomodo intelligendum ſit.*
49 *Pecuniam in rem hæretici verſam eſſe, quando ſit veriſimile.*
50 *Pecuniam creditoris in rem hæretici eſſe verſam, quibus inſuper conjecturis fiat probabile.*
51 *Emptori qui bona fide ab occulto hæretico aliquid emit, quid ſufficit probare, ut ei numi ſoluti reſtituantur.*
52 *Pecunia cur emptori, & creditori reſtituenda ſit in aliquibus caſibus.*
53 *Fiſci in dubiis quæſtionibus non magna habenda eſt ratio.*
54 *Fiſcus ſub optimo Principe ſæpenumero vincitur.*
55 *Fiſco in rebus certis favere decet.*
56 *Bona ab occulto hæretico alienata à quo tempore revocanda ſint à Fiſco.*
57 *Uxor, ſi quidpiam alienaverit inſcio viro, & in hæreſim poſtea inciderit, id omne revocabit Fiſcus.*
58 *Bona ab hæreticis alienata cum fructibus reſtituere tenentur malæ fidei poſſeſſores.*
59 *Poſſeſſores bonæ fidei poſt litem conteſtatam, & controverſiam motam, incipiunt malæ fidei poſſeſſores eſſe.*
60 *Emptoribus, & creditoribus ſola rei confeſſio nocere non poteſt in probatione temporis, ex quo in hæreſim incidit.*
61 *Bona futura non confiſcantur.*

62 *Jura conditionalia ex ultima voluntate pendentia, ſi conditio extiterit poſt hæretici condemnationem, ad Fiſcum non tranſeunt?*

63 *Alimenta non publicantur.*

64 *Confiſcatio bonorum hæretici non debet aliis eſſe damnoſa.*

65 *Bona aliena inter hęretici bona reperta legitimis dominis ſunt reſtituenda.*

66 *Fiſcus dotem uxori reddere debet, marito impietatis damnato.*

67 *Uxori hęretici quomodo dos reſtituenda ſit.*

68 *Dotis numeratio quo pacto probari conveniat.*

69 *Fiſcus, qui ſucceſſor eſt mariti damnati, uti poteſt adverſus uxorem exceptione dotis non numeratę.*

70 *Bona parapherna uxori reſtituenda ſunt.*

71 *Uxori dimidia pars lucrorum, quę res Regiis legibus communia ſunt conjugum, reſtituenda eſt.*

72 *Arrhę, & donationes propter nuptias uxori datę, marito hęreſis damnato, non confiſcantur.*

73 *Uxor, quę ſciens nupſit hęretico, an ſicut privatur dote, ſic etiam privetur arrhis.*

74 *Bona quęſita conſtante matrimonio inter conjuges, an dividenda ſint inter fiſcum, & uxorem, quę ſciens nupſit hęretico.*

75 *Uxor an fundum dotalem repetere poſſit à Fiſco, quem maritus ea conſentiente, & jurante vendidit, deinde fiſcus vendicavit.*

76 *Donationes factę uxori à conſanguineis viri ſui, quando publicari poſſint propter hęreſim mariti, & quando non.*

77 *Donatio facta filio arrogato, & uni ex ſociis, non publicatur propter alteriùs hęreſim..*

78 *Donatio legatès facta, ſi ipſi in hęreſim incidant, publicanda eſt, niſi expreſſè aliud ſit adjectum donationi.*

79 *Filiisfamilias bona, quę poſt patris mortem ei debentur, publicari non poſſunt.*

80 *Filio familias impietatis damnato, non publicatur peculium profectitium ei à Patre conceſſum.*

81 *Patre familias hęretico damnato, non confiſcatur uſusfructus, quem habuit in bonis filii adventitiis.*

82 *Maritus an poſſit alienare partem dimidiam lucrorum, legibus quę Regiis ad uxorem pertinent, ſi tempore alienationis uxor hęretica ſit.*

83 *Maritum, ſi occultam uxoris hęreſim ignoret, probabile eſt ſupradicta bona alienare poſſe.*

84 *Fides bona, & ignorantia in dubio pręſumitur.*

85 *Probandi onus lex Regia in eum transfert, qui dixerit alienationem lucrorum dolo, aut fraude à marito eſſe factam.*

86 *Maritus donare non poteſt ea lucra, quę legibus Regiis ad uxorem pertinent.*

87 *Hęreticus Eccleſię reconciliatus, cujus bona ſunt publicata, an partem dimidiam lucrorum, quę uxori ejus adjudicata ſunt, ipſa invita alienare poſſit.*

88 *Bona Eccleſię publicanda non ſunt propter hęreſim Clerici.*

89 *Bona Clerici hęretici, quę ex Eccleſia, vel ejus reſpectu acquiſierit, publicari non debent.*

90 *Fructus beneficiorum, quos Clerici poſſident, propter ipſorum hęreſim publicari poſſunt.*

91 *Patrimonium, & alia bona Clerici hęretici, an ad Epiſcopum pertineant.*

92 *Bona Clerici hęretici ad fiſcum pertinent.*

93 *Bona reſtitutioni ſubjecta, quę poſſidebat hęreticus, non publicantur.*

94 *Hęreticus ſi rogatus ſit aliquid filio ſuò reſtituere, id à fiſco illi reſtituendum eſt.*

95 *Jus patronatus Eccleſiaſticum, patroni bonis publicatis, utrùm ad fiſcum pertineat.*

96 *Jus patronatus non publicatur.*

97 *Emphyteuſis hominis privati in fiſcum tranſit propter hęreſim emphyteutę.*

98 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica an tranſeat in fiſcum publicatis bonis emphyteutę.*

99 *Eccleſię res in emphyteuſim data, an transire poſſit ad hęredem extraneum.*

100 *Emphyteuſis Eccleſię ad extraneos ſucceſſores pervenire non poteſt.*

101 *Emphyteuſim Eccleſię ad extraneos ſucceſſores pervenire poſſe, alii opinantur.*

102 *Em-*

102 Emphyteuſis rei Eccleſiaſticæ quando ad extraneos hæredes, & fiſcum non tranſeat.

103 Emphyteuſis rei Eccleſiaſticæ quando ad extraneos hæredes, & fiſcum tranſeat.

104 Eccleſia poteſt rem ſuam in emphyteuſim datam recuperare.

105 Eccleſiæ optio datur, ut intra biennium deliberet, an velit habere fiſcum in emphyteutam.

106 Eccleſia utrum poſſit reſtitui adverſus lapſum hujus biennii.

107 Emphyteuſis an reddenda ſit Eccleſiæ cum meliorationibus, ita ut nihil pro eis fiſco ſolvat.

108 Emphyteuſis quando ſit Eccleſiæ reſtituenda cum meliorationibus.

109 Emphyteuſis propter hæreſim poſſeſſoris confiſcata cur ad Eccleſiam cum meliorationibus redire debeat.

110 Emphyteuſis Dominus quid reddere teneatur, cum ei fundus cum meliorationibus traditur.

111 Emphyteuſis Dominus, cum fundus ei redditur cum meliorationibus, an compenſare debeat impenſas cum fructibus perceptis.

112 Emphyteuſis Dominus non debet compenſare impenſas cum fructibus perceptis, ſi is, qui fecit impenſas, bonæ fidei poſſeſſor erat.

113 Poſſeſſor malæ fidei, & is, qui bona fide poſſidebat poſt litem conteſtatam, cum fructibus perceptis compenſare debet meliorationes.

114 Compenſatio meliorationum cum fructibus perceptis quatenus facienda ſit.

115 Fructus percepti à malæ fidei poſſeſſore, ſi plures ſint, quàm meliorationes, quo pacto compenſatio ſit facienda.

116 Fructus percepti à bonæ fidei poſſeſſore, poſt litem conteſtatam, quo pacto non ſint reſtituendi, ut quidam ſentiunt.

117 Fructus percepti à bonæ fidei poſſeſſore, poſt litem conteſtatam quando ſint reſtituendi.

118 Aliena in re qui magnas impenſas facit, quo pacto rei Domino ſatisfacturus ſit.

119 Aliena in re cum quis magnas impenſas facit, quid cum rei Domino tunc agendum ſit, judicis arbitrio potiſſimum committendum eſt.

120 Feudum, quod hæreticus habuit, quo pacto confiſcari non poſſit.

121 Creditoribus hæretici ante ejus hæreſim, fiſcus ſatisfacere debet ex publicatis bonis.

122 Creditoribus hæretici quantopere fiſcus teneatur ſatisfacere.

123 Tutore confiſcato, aut prodigi, vel furioſi Curatore, adverſus fiſcum cui danda ſit actio.

124 Hæreditas adita ab occulto hæretico an acquiratur fiſco.

125 Hæreditatem an hæreticus adire poſſit, quæ ei defertur, cum jam hæreſim confeſſus eſt, quamvis nondum ſit abſolutus.

126 Confiſcationis executio quando facienda ſit in bonis hæreticorum.

127 Confiſcationis jus, ſi duo ſunt Domini temporales, alter inferior, alter ſuperior, utri eorum pertineat.

128 Confiſcationis jus quando inferiori Domino pertinere poteſt.

129 Bona hæretici ad Regem illius Regni pertinent, in quo ipſa reperta fuerint.

130 Actiones in rem ubi ſint.

131 Actiones in perſonam ubi nàm ſint.

132 Bona hæreticorum quo pacto olim dividebantur.

133 Bona hæreticorum uſu capi poſſunt etiã contra Eccleſiam Romanam tempore quadraginta annorum.

134 Præſcriptione quinquenii, aut certè viginti annorum, utrum fiſcus ſubmoveri poſſit.

135 Bona, quæ in ſingulos annos hæretico debentur, quando confiſcari poſſunt.

136 Bona quæ in ſingulos annos hæretico debentur, quando publicari non poſſunt.

137 Quæſtiones tres deciduntur.

138 Domicilií ne, an loci, ubi contractum fuit matrimonium, habenda ſit ratio in confiſcandis bonis conſtante matrimonio quæſitis.

139 Pacta conventa in contractu matrimonii de lucris conſtante matrimonio acquirendis ſervanda omninò ſunt.

140 Loci conſuetudo, ubi matrimonium fuit contractum, quando conſideranda in lucris inter virum, & uxorem quæſitis.

141 Loci conſuetudo quando abſque dubio vim habeat.

142 Ulpiani reſponſum, quo ait, inſpiciendum eſſe locum domicilii mariti, non illum, ubi contractum fuit matrimoniũ, aut dotale inſtrumentum conſcriptum.

 143 Ul-

143 *Ulpianus quid hoc reſponſo voluerit.*

144 *Locum contractus non inſpici debere, ſed locum domicilii mariti, ſpeciale eſſe in contractu matrimonii, communis eſt ferè omnium ſententia.*

145 *Ulpiani ſententia de loco domicilii mariti aliter explanatur.*

146 *Ulpiani prædictum reſponſum quando locum non habeat.*

147 *Loci ne conſuetudo, in quo bona inter conjuges multiplicata ſunt, an loci ubi domicilium habent, inſpici debeat in confiſcatione bonorum.*

148 *Leges, & conſuetudines illarum Provinciarum ſervari debent in bonorum confiſcatione, in quibus prædia, & alia bona omnia conſiſtunt.*

149 *Leges, & conſuetudines Provinciarum, in quibus prædia ſunt, eſſe ſervandas Juris Periti omnes tradunt.*

150 *Leges, & conſuetudines non extendunt vim ſuam extra territorium.*

151 *Leges, & conſuetudines territoriis eſſe terminatas, exemplis illuſtratur.*

152 *Loci conſuetudinem, in quo matrimoniū fuit contractum, tametſi poſtea conjuges in aliam Provinciam migraverint, aſpiciendam eſſe, lege Regia generalitèr cautum eſt.*

153 *Conſuetudo Cordubenſis, qua quidquid alter ex conjugibus acquirit, ſibi ſoli acquirit, odioſa non eſt.*

154 *Conſuetudinem, qua lucra fiunt communia, exorbitantem, & contra jus eſſe nonnulli tenent.*

155 *Lex Regia de lucris factis inter virum, & uxorem quo pacto intelligenda.*

156 *Conſuetudo favorabilis quando extendenda.*

157 *Hæreticus nondum à Judice condemnatus, neque ab aliquo accuſatus, utrùm teneatur in foro conſcientiæ bona ſua omnia fiſco offerre.*

158 *Alfonſi Caſtri ſententia in quæſtione illa, utrùm hæreticus nec damnatus, neque accuſatus, bona ſua fiſco offerre teneatur in foro conſcientiæ.*

159 *Alfonſi Caſtri tria argumenta, quibus prædictam quæſtionem difficilem reddit.*

160 *Alfonſi Caſtri alia argumenta in hanc eandem ſententiam.*

161 *Alfonſi Caſtri de hac re primum duntaxat argumentum fortiſſimum eſt.*

162 *Hæreticum adhuc non damnatum, neque accuſatum, debere bona ſua fiſco offerre in foro conſcientiæ, cui fundamento innitatur.*

163 *Declaratoria ſententia in hæreticum, quo pacto accipienda.*

164 *Declaratoria ſententia vim expreſſæ condemnationis habet.*

165 *Declaratoria ſententia propter quid requiratur.*

166 *Sententia neceſſaria eſt in crimine notorio.*

167 *Bona ſua fiſco tradere quid ſit, quod reum obliget.*

168 *Lex condemnans univerſos hæreticos, nihil aliud eſſe videtur, quàm generalis quædam ſententia principis adverſus hæreticos omnes.*

169 *Lex humana non habet majorem poteſtatem, quàm Princeps.*

170 *Hæreticus licèt ſibi ipſi ſit conſcius, non tenetur ad executionem pœnæ in ſe faciendam in foro conſcientiæ, donec à judice jure ſit damnatus.*

171 *Alfonſi Caſtri tertium argumentum inane prorſus eſt.*

172 *Alfonſi Caſtri confirmatio, qua tertium argumentum fulcit.*

173 *Poſſeſſio hæretici ante ſententiam non eſt injuſta.*

174 *Fiſcus non poteſt occupare bona hæretici antè latam ſententiam.*

175 *Fiſci poſſeſſio in bonis hæretici antè latam ſententiam violenta, & injuſta eſt.*

176 *Fiſcus, ſi antè latam ſententiam bona occulti hæretici invaderet, teneretur furti actione.*

177 *Juris regula, qua habetur, quod à quoque pœnę nomine &c. quo pacto intelligenda.*

178 *Decius, & Montanus quomodo rectè dixerint, neminem cogendum reſtituere in foro conſcientię quod pœnę nomine à quoquam exegerit.*

179 *Alfonſus Caſtrus perperàm pro ſe adducit Innocentium, & Baldum aſſerentes in executione non eſſe cognitionem aliquam neceſſariam.*

180 *Executio antè latam ſententiam facta, reproba, & injuſta eſt.*

181 *Alfonſi Caſtri quartum argumentum debile, & infirmum eſt.*

182 *Alfonſus Caſtrus fortius urget illis verbis, quę in fine argumenti quarti adducit.*

183 Al-

183 *Alfonſi Caſtri quartum argumentum quo modo primò poſſit dilui.*
184 *Alfonſi Caſtri quartum argumentum quo pacto ſecundò diluatur.*
185 *Alfonſo Caſtro in quarto argumento quo pacto occurri poſſit.*
186 *Exactio aliquando juſta eſſe poteſt, & illum, à quo invito pecunia exigitur, eam reſtituere non teneri in foro conſcientiæ.*
187 *Hæreticus verum, atque naturale dominium habet bonorum ſuorum.*
188 *Poſſeſſio hæretici juſta eſt, & Jure Pontificio illis relinquitur, & defenditur.*
189 *Alfonſus Caſtrus quid ſexto ſuo argumento nitatur probare.*
190 *Alfonſi Caſtri opinionem qui authores ſequantur.*
191 *Alfonſi Caſtri argumento primo, & omnium fortiſſimo reſpondetur, motis priùs tribus quæſtionibus.*
192 *Alfonſus Caſtrus cenſet legem ferri poſſe, qua reus ad pœnam ſubeundam obligetur in foro conſcientiæ.*
193 *Alfonſo Caſtro quomodo primò reſponderi poſſit.*
194 *Alfonſo Caſtro quo pacto ſecundò reſpondeatur.*
195 *Alfonſus Caſtrus aſſerit Eccleſiam poſſe leges condere de quacunq; re, quæ non ſit contra jus naturale, aut Divinum.*
196 *Leges quare ferri non poſſunt de quacunque re, quæ non ſit contra jus naturale, aut Divinum.*
197 *Alfonſi Caſtri opinio rejicitur, dum æxiſtimat Eccleſiam poſſe leges condere de quacunque re, quæ contra jus naturale, aut Divinum non ſit.*
198 *Alfonſus Caſtrus quomodo ſuam opinionem ſecundò corroboret.*
199 *Alfonſus Caſtrus quo pacto ſuam opinionem tertiò confirmet.*
200 *Alfonſus Caſtrus quomodo ſuam opinionem quartò fulciat.*
201 *Alfonſus Caſtrus quomodo ſuam opinionem quintò ſtabiliat.*
202 *Alfonſus Caſtrus quo pacto quintum argumentum roboret.*
203 *Leges uſucapionis, & præſcriptionis pœnales eſſe nullo jure probatur.*
204 *Uſucapio ad quid fuerit introducta.*
205 *Alfonſus Caſtrus quid ſextò afferat ad defenſionem ſuæ ſententiæ.*
206 *Alfonſi Caſtri opinio quomodo ſeptimò probetur.*
207 *Alfonſi Caſtri octavum argumentum parvi ponderis.*
208 *Clerico, qui per ſex menſes prætermiſerit lectionem officii canonici, quam pœnam imponat Lateranenſe Concilium.*
209 *Pœnarum diviſio poſita à Bonifacio VIII.*
210 *Eccleſia non poteſt condere legem, quæ ſub pœna peccati mortiferi præcipiat reo, ut meram pœnam in ſe ipſum exequatur in foro conſcientiæ, priùſquam damnetur.*
211 *Legiſlatori non licèt condere legem, quæ reum obliget in foro conſcientiæ ad magnam aliquam pœnam in ſe ipſum exequendam.*
212 *Legiſlatori legem condere non expedit, qua hæreticus (licèt id fieri poſſit) obligetur in foro conſcientiæ bona ſua omnia non accuſatus offere fiſco.*
213 *Legiſlatori quare hujuſmodi legem condere non conveniat.*
214 *Leges non ſunt condendæ, niſi de his tantùm rebus, quæ neceſſariæ ſunt ad Reipublicæ tranquillitatem.*
215 *Hæretici, quare in foro conſcientiæ non obligantur, ut antequam condemnentur, bona ſua fiſco offerant.*
216 *Rei ſe ipſos prodere in publicum non tenentur.*
217 *Lex, aut Magiſtratus occulta Crimina punire non poſſunt ſinè accuſatore.*
218 *Legem, aut Magiſtratum occulta Crimina punire non poſſe ſinè accuſatore. Redemptor noſter oſtendit apud* Joan.c.8.
219 *Crimina omnia, etiamſi publica ſint, legibus puniri non oportet.*
220 *Leges quales condere oporteat.*
221 *Leges quid ampliùs continere debeant.*
222 *Lex duriſſima eſſet, quæ reum cogeret in foro conſcientiæ ad offerenda fiſco omnia ſua bona.*
223 *Bonorum omnium jactura ſolet morti æquiparari.*
224 *Lex condenda non eſt de re nimium difficili, ſicuti nec de impoſſibili.*
225 *Legis, quæ reos obligaret in foro conſcientiæ ad offerenda fiſco omnia ſua bona, durities oſtenditur.*
226 *Lex prædicta, cur vel ferri non poteſt, vel certè nullo modo ferri debet.*
227 *Legiſlator nunquàm exiſtimandus eſt velle, niſi quod poſſibile, juſtum, bonum, & æquum fuerit.*
228 *Alfonſi Caſtri primum argumentum.*

229 *Al-*

229 Alfonſo Caſtro multifariàm reſponderi poteſt.

230 Lex fieri non poteſt, per quàm hæreticus obligetur in foro conſcientiæ, ut antè ſententiam teneatur omnia ſua bona fiſco tradere.

231 Legis Pontificiæ verba, quæ decernit bona hæreticorũ ipſo jure confiſcata eſſe.

232 Lex, quæ inquit, ſtatim Dominium bonorum deſinat ejus eſſe, qui Crimen commiſit, & fiſco acquiratur, quomodo intelligenda.

233 Dominia rerum quo pacto acquirenda ſunt.

234 Hæreticum non teneri ante latam ſententiam bona ſua in foro conſcientiæ fiſco offerre duobus argumentis convincitur.

235 Leges Magiſtratibus egent, aliiſque Miniſtris: neque enim ſufficit aliquid per legem Statutum eſſe, ut illud ſtatim fiat nemine petente.

236 Judex nihil facere debet ad privatam utilitatem, niſi is, cui intereſt, id priùs poſtulaverit.

237 Legis hæc verba, Ipſo jure, non tantùm vim habent, ut executio ſtatim à lege fiat Parte non petente.

238 Legis hæc verba, Ipſo jure, quid valeant, & ſignificent.

239 Legis hæc verba, Ipſo jure, ſi aliter intelligantur, quid inde ſequitur.

240 Verba hæc, Hæreticorum bona ipſo jure decernimus confiſcata: quid ſignificent.

241 Fiſcus, propter actionem competentem ad petenda hæreticorum bona, intelligi quodam modo poteſt eſſe Dominus illorum bonorum ipſo jure.

242 Dominium duplex ejuſdem Rei inveniri poteſt.

243 Verba impropriè accipi tolerabiliùs, immò etiam rectiùs, & juſtiùs eſt, quàm quod operentur abſurdum.

244 Lex non invenitur, quæ probibeat hæretico, nè bona ſua retineat.

245 Hæreticos obligatos eſſe ad rerum ſuarum reſtitutionem variis argumentis probare volunt nonnulli.

246 Hæreticos obligari ad rerum ſuarum reſtitutionem ſecundò probatur.

247 Legem juſtam quomodo intelligendum obligare in foro conſcientiæ.

248 Forum conſcientiæ quantum differat à foro Civili.

249 Juris periti ſæpiſſimè docuerunt, neminem obligatum eſſe ad pœnam in ſe ipſũ exequendam.

250 Reſponſio ad duas leges Regias, quæ obligant expreſſè ad pœnam in foro conſcientiæ præſtandam.

251 Legislator non obligat nominatim hæreticum in foro conſcientiæ ad offerendum ſpontè bona ſua fiſco, neque id facere poteſt.

252 Primogenitorum bona (quæ vulgo majoratum vocant) an propter hæreſim poſſidentis confiſcentur.

253 Primogenita tripliciter fieri ſolent, ex quibus, quę Principis conceſſu fiunt, cõfiſcari poſſunt propter hæreſim poſſeſſoris.

254 Primogenita, licèt Rex nominatim concedat, ut publicari nequeant propter hæreſim, Galindus tamen cenſet poſſe confiſcari.

255 Primogenitis aliquando relinquuntur bona in teſtamento, aut contractu ſinè Decreto Principis.

256 Primogenitorum inſtitutor, ſi hæreticus deprehendatur, privabitur illicò illis, & aliis bonis.

257 Primogenita legis Regiæ conceſſu, ſub ea conditione relicta, ut ne propter hæreſim primogeniti confiſcari queant, an confiſcari poſſint.

258 Primogenita prædicta confiſcari poſſunt propter hæreſim poſſeſſoris.

259 Rex hæreticus non ſolùm Regno ejicitur, ſed & ejus filii à regni ſucceſſione pelluntur.

260 Feudi argu. ad primogenita rectè valet.

261 Primogenitus verè Dominus eſt illorum bonorum, perindè atque aliorum, quæ pleno jure acquiſierit.

262 Bona ſubjecta reſtitutioni, quæ alicui, certæque perſonæ relicta ſunt, quare non confiſcantur.

263 Majoratus inſtitutores quid præcipiant in illis inſtituendis.

264 Bona etiam reſtitutioni ſubjecta, & alienari probibita quando poſſunt alienari.

265 Lex Regia, quæ concedit generalitèr omnibus, ut in tertia, & quinta bonorum parte poſſint quæcunq; velint vincula, & onera ponere, huic ſententiæ non repugnat.

266 Princeps, qui facultatem condendi primogenita tribuit, ſemper excipere ſolet,

ut

ut propter hæreſim, & leſæ Maeſtatis Crimen ea publicari poſſint.

267 *Morientium voluntates quo tempore valeant, & quomodo.*

268 *Pœna magna pars hæretitis debita in bonorum publicatione conſiſtit.*

269 *Princeps, qui facultatem dat ut primogenita obligentur, & alienentur, ea poteſt conſiſcare in hæreſis vindictam.*

270 *Primogenita, ſi confiſcari non poſſent, quæ abſurda ſequerentur.*

271 *Primogenita confiſcari poſſe in damnum filiorum qui concedunt, & minimè in præjudicium transverſalium, improbantur.*

272 *Majoratus bona quando publicari non poſſe quidam aſſeverebant.*

273 *Primogenita an confiſcentur, cum de origine illorum non conſtat, tractatio ſupervacanea eſt.*

274 *Primogenita confiſcari non poſſe, quando nonnulli ſentiant.*

275 *Primogenita, quo caſu confiſcari nequeant.*

De Bonis Hæreticorum.

1 BOna omnia hæreticorum juſtiſſimè publicantur, nè ſint fomenta malorum, & ſcelerum inſtrumenta; ſcribit enim veriſſimè Plato lib. 4. de legibus *bona externa ſinè virtute, non modo nihil juvare, ſed eſſe quoq; damnoſa, & quæ in ſceleratis hominibus aliud non ſint, præter paratiſſima flagitiis, magniſque malis inſtrumenta.* Ariſtoteles quoq; lib. 2. Magnorum moralium, inquit: *nè languori corpus incumbat, volens convaleſcere, aquam potiùs, & inediam exhibet; ita qui nequam habuerit animam, ne quippiam mali exerceat ei opulentia, & imperium, & dominatus, & omninò alia id genus ſunt auferenda; ac tantò id magis, quantò mobilior, mutabiliorque eſt corpore anima.* Item Demoſthenes oratione adverſus Midiam: *Magnam pecuniam in hominis confidentis, & improbi manu relinquere, id eſt enſem illi porrigere, quo jugulemini; At ſi ei res familiaris adimatur, fortaſſe fiet impoſterum modeſtior.*

2 Accedit illa quoque cauſa, ut improborum audacia coerceatur formidine pœnæ. Vt enim Tryphonius ait: *Malè meritus publicè, ut exemplo aliis ad deterrenda maleficia ſit, etiam egeſtate laborare debet; etenim nemo eſt, qui non ſperet, fugiendo, & latitando, pœnam vitare poſſe; quid enim ſalvis infamia nunis?* Bonorum verò publicationem omnes homines, præſertim divites, formidare vehementer ſolent; quamobrē ſapientiſſimi legum latores graviora quæque crimina publicatione bonorum frequentiſſimè puniunt, & cum olim locupletes eo faciliùs ſcelere ſe obligarent, quòd integris patrimoniis exulabant, parricidas, ut Cicero ſcribit, bonis omnibus; reliquos dimidia parte mulctarunt: Author Svetonius in Julio Cæſare *cap. 42. l. bona fides. ff. depoſiti.*

3 Sed olim bona hæreticorum filiis eorum Catholicis relinquebantur: quod quidam juſtius eſſe ajunt, quàm id quod hodie conſtitutum eſt. *l. Manichæos l. cognovimus auth. idem eſt, C. de hæret. c. judai 1. quæſt. 4. Coraſius in l. qui liberos de ritu nuptia.*

4 Horum benignus affectus laudandus quidem eſt; expedit tamen Reipublicæ, ut filii quoq; hæreticorum egeſtate laborent. Meritò igitur antiqua illa jura ſunt abrogata; quamvis non deſint, qui putent ea hodie ſervanda eſſe *(a)* verùm opinio eorum communitèr damnata eſt. *Auth. Gazaros C. de hæret. l. ult. C. de bonis proſcripto. Gloſ. & omnes in c. cum ſecundum de hæret. lib. 6. Henricus, & cæteri in c. vergentis. Alvarotus* poſt alios *in §. Gazaros de Statu, & conſuet. li. feudo, Fortunius in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, Lupus in c. per veſtras, §. 72. Brun. lib. 5. de hæret. cap. 6.*

5 Nec id acerbum, aut crudele videri debet, cum pater non minùs bonorum dominium habeat, quàm ſi pater non eſſet, nec ſit ideò minus puniendus, quia pater eſt. Accedit huc, quod pater pro libidine bona ſua perdere, & conſumere poteſt: quid eſt igitur, quamobrem propter maximum ſcelus publicari non queant? accedit etiam, quod ejus bona, qui lædit humanam, & temporalem Majeſtatem, juſtiſſimè confiſcantur ſinè ullo filiorum reſpe-

ſpectu : quantò rectius publicari debent hæretici patris bona, qui Divinam, & æternam Majeſtatem impiè lædit? Poſtremò multorum patrum bona, qui hæretici, & impii eſſe putabantur, jam olim publicata ſunt, ut in Eccleſiaſtica hiſtoria proditur. *c. cum ſecundùm de hæret. lib. 6. authen. Gazaros C. eo. tit. Euſebius lib. 6. Eccleſ. hiſt. cap. 2. Nicephorus lib. 5. cap. 4.*

6 Nec audiendi ſunt Budæus, & Igneus, qui opinantur Honorii, & Arcadii conſtitutionem, qua filii eorum, qui rei ſunt leſæ Majeſtatis, parentum bonis privantur, abrogatam eſſe recentiore lege eorundem Imperatorum, qua generalitèr eſt conſtitutum, ut peccata ſuos teneant authores; Nec enim veriſimile eſt quod tam celebris conſtitutio verbis generalibus ſublata fuerit: quod Arnaldus Ferronus, & Joannes Robertus, & Franciſcus Duarenus mecum ſentiunt. Adde quod Regiis legibus ſeptipa titis id ipſum revocatū eſt. *l. quiſquis C. ad leg. Jul. Majeſt. l. Sancimus de pœnis, Budæus in l. 1. ad le. Jul. Majeſtat. Igneus in l. ult. ad Sillania. Ferronus in conſuetud. Burdigalen. tit. de furibus §. 3. Jo. Robertus lib. 2. ſententiarum juris cap. 22. Duarenus lib. 2. diſputa. anniverſari c. 24. regia. l. 2. tit. 2. & l. 9. tit. 31. p. 7.*

7 Jure igitur, ac meritò bona omnia hæreticorum ipſo jure publicantur, mobilia, immobilia, & moventia: jura quòque, & actiones, & jura ſepulcrorum *c. cum ſecundum de hæret. lib. 6. l. bonorum, & l. moventium de verb. ſign. l. 1. §. interdum, ff. de ſuis, & legit. hæred.*

8 Quod ſi fundus ſerviens, vel is, cui ſervitus debetur, publicetur, utroque caſu durant ſervitutes; quia cum ſua quiſq; conditione fundus publicatur. *l. via conſtitui ff. de ſervit. præd. ruſt.*

9 Si autem aliquis mortis cauſa donaverit, & in hæreſim inciderit, ac bona ejus confiſcata fuerint, revocatur donatio ut imperfecta, & cum cæteris hæretici bonis ad fiſcum pertinet; quia donationes cauſa mortis vice legatorum funguntur. *l. 3. §. pen. ff. de bonis liberto. l. 1. §. 1. ſi quid in frau. patr. l. ſi aliquis, l. & ſi debit. l. illud ff. de mortis cauſa donat.*

10 Si maritus uxori donaverit, & poſt mortem propter hæreſim memoria ejus damnata ſit, revocabitur donatio; quamvis ea, quæ aliis donaverit, valeant; nec enim impii morte donatio inter virum, & uxorem confirmatur, *l. cum hic ſtatus, §. ſi maritus uxori, ff. de donatio. inter virum, & uxorem.*

11 Sed, & ſi aliqua hæretico ex contractu conditionali debeantur, ad fiſcum quoque pertinent, exiſtente conditione, & jus conditionis implendæ ad fiſcum tranſit, ſi modo fiſcus commodè conditioni parere poſſit, ut Lejva noſter copiosè tradit *l. inter ſocerum, §. ultimo, ff. de pact. dot. l. qui balneum l. potior. qui potio in pigno. habean. l. neceſſario ff. de peri. & commo. rei vend. l. qui in fraudem, §. qui, & à quibus l. is cui ff. de oblig. & act. Marjanus Socii in c. ult. de hæret. Covar. lib. quæſt. cap. 39. Anton. Gome. lib. 3. comment. c. ult.*

12 Omnia bona uxoris impietatis, hæreſiſque damnatæ, publicantur, ſivè dotalia ſint bona, ſivè paraphernа, ſivè donationes illæ, quas Hiſpani vocamus arrhas, ſivè lucra, quæ Regiis legibus ad uxores pertinent. Sed omnes actiones ſalvas habet maritus contra fiſcum, & in id, quod facere poſſit, dumtaxat condemnandus eſt *l. ſi maritus, ff. ſolut. matri. l. quinque legibus, cum ſeq. ff. de bonis damna. l. 3. §. ſed utrum. in fine ff. de minoribus l. res uxoris C. de donatio. inter virum, & uxor. Regia lex Taurina 78. vide l. ſi quis officium ff. de ritu nuptia.*

13 Peculium Caſtrenſe filii hæretici confiſcatur, quia filius familias in Caſtrenſi peculio vice patris familias fungitur; nec patribus aliquid ex Caſtrenſibus bonis filiorum debetur. *l. 2. ff. de Senatus conſul. Macedo. l. 4. & l. ex nota Marcelli ff. de Caſtren. pecul. l. Senatus conſulto. §. 1. ff. de Senat. conſul. Sillan. l. filius fam. in fine, ff. de donatio.*

14 Accedit eo, quod peculiū Caſtrenſe proprium eſt filii familias, nec in eo ullum jus patris eſt; Nec enim pater familias in Caſtrenſi peculio proprietatem habet, aut uſumfructum: quin immo actionem, perſecutionemque Caſtrenſium rerum ſemper filius etiam invito patre habet, *l. 3. C. de Caſtren. pecul. milit. lib. 12. l. miles, & l. pater in fine ff. eod.*

15 Ex quibus omnibus perſpicuum eſt filio familias impietatis damnato, peculium ejus Caſtrenſe publicatum eſſe. Quæ quidèm vera multorum ſententia eſt, à quibus plurimi malè diſſentiunt. *Angel. & Roma*

Roma in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus ff. de damno inf. Nellus de bannitis prima parte ſecundi temporis qu. 25. *contraria opinio crebrior eſt*, ut Alexan. & cæteri ajunt *in l.* 3. *§. ſi filius, quod quiſque juris, & alibi ſæpe. Quemada q.* 19.

16 Ob eaſdem omninò cauſas veriſſimum eſſe puto, bona materna filii familias hæretici ad fiſcum pertinere, tametſi pater eum habeat in poteſtate; Nam proprietas eorum bonorum filii familias eſt. *l.* 1. *&* 2. *C. de bonis maternis c. cum ſecundum de hæret. lib.* 6. quamvis multi contrarium tradant *in §. ſi de vectigalibus*, & in aliis locis.

17 Publicatis quoque patris bonis, peculium profectitium, quod ejuſdem patris eſt, confiſcatur; nam filius adminiſtrationem dũtaxat peculii profectitii habet. Quod Cynus, Baldus, Imola, & Alexander, mecum ſentiunt *in dicto §. ſi de vectigalibus*, (*b*) licèt multi alitèr ſentiant *in l.* 3. *§. ſed utrum, ff. de minorib.* & alibi *Quemada quæſt.* 19.

18 Publicatis bonis filii familias, per conſequentiam uſusfructus patri debitus confiſcatur, etiam ſi filius Eccleſiæ reconciliatus ſit; nam maxima capitis diminutione jus illud patriæ poteſtatis ſolvitur; cui conſequens eſt, ut uſusfructus amittatur, & cum proprietate ad fiſcum perveniat, *l.* 1. *l. ſi viva matre. C. de bo. mater. l. amiſſione, §. qui deficiunt. ff. de capit. diminutio, §. cum autem inſtit. quib. mod. jus patriæ pot. ſol.*

19 Uſusfructus eorum bonorum, quæ rogatus erat hereticus reſtituere poſt mortem ſuam, fiſco adjudicandus eſt, quoad hæreticus moriatur, & hoc jure utimur *l. Statius, §. Cornelio. ff. de jure fiſci.*

20 Etiam prædium illud, quod cenſum debet Eccleſiæ, propter hæreſim Domini confiſcatur, ſalvo jure penſionis Eccleſiæ præſtandæ; quia dominii translatio non impeditur propter contractum illum, quem cenſualem vocant *Glo. in c. conſtitutus de relig. domib. Alexand. conſ.* 14. *lib.* 2. *Decius conſ.* 146. *&* 164.

21 Nunc videndum, an bona hæretici publicentur ab eo die, quo in hæreſim incidit; non enim uſquam id planè ſancitum eſt; nam lex Pontificia nihil aliud ait, quã bona hæreticorum ipſo jure confiſcata eſſe. Verùm communi omnium conſenſu receptum eſt, ut exemplo ejus, qui in crimen leſæ Majeſtatis incurrit, à die criminis bona hæretici omnia publicentur. *cap. cum ſecundum de hæret. lib.* 6. & illic Interpretes omnes *l. ult. C. ad leg. Jul. Majeſta.*

22 Quo efficitur, ut donationes ab hæretico, quamtumvis occulto, factæ, imperfectæ ſint, & non valeant *l. poſt contractum, l. donationes in concubinam, §. ult. ff. de donationibus.*

23 Dotes quin etiam filiis datæ revocantur à fiſco, quamvis pro oneribus matrimonii dentur, & officium paternum ſit filias dotare, *l. quiſquis, §. emancipatio, C. ad l. Jul. Majeſta. l. pro oneribus, C. de jure dotium, l. qui liberos de ritu nuptia.*

24 Dotes quoque ab occultis hæreticis filiis ſanctimonialibus datæ, ut vitam Monaſticam exigant, eadem omninò ratione fiſco vendicantur, *d. §. emancipat. conſert. l. hac in factum, ff. quæ in frau. cred.*

25 Et generalitèr, atque universè conſtitutum eſt, ex quo quis tale crimen contraxit, nihil ex bonis ſuis alienare poſſe, & quarumlibet rerum alienationes ex eodem tempore factas nullius eſſe momenti, *l. quiſquis §. emancipatio, & l. ult. C. ad leg. Jul. Majeſta. vide l. emptori duplam, ff. de evictione.*

26 Sed bona ejus, qui defecit in purgatione, aut propter contumaciam damnatus eſt, non publicantur, niſi ab eo die, quo hæreticus eſſe præſumitur, non autem à tempore, quo teſtes ajunt illum fuiſſe hæreticum: atque hæc opinio benigna interpretatione recepta eſt, *Gabriel. Quemada quæſt.* 8.

27 Sed eſt quæſtionis, utrum fiſcus vendicans res ab occulto hæretico venditas, teneatur emptori pretium reſtituere: Dubitationem affert, quia id iniquum eſſe videtur, nec lege aliqua expreſsè ſancitum eſt: per conſequentias tamen juris periti ajunt non eſſe pretium emptori reſtituendum, quia rem fiſco debitam hæreticus male vendidit, eamque fiſcus jure dominii vendicat; & ita quodam inſtructionum capite cavetur, & communi ſententia receptum eſt *Arg. l.* 2. *C. de furtis, & l. commiſſa, ff. de publ. & vectigalib. l.* 1. *§. ſi quis in fraudem ff. ſi quid in fraudem patroni* 2. *inſtruct. Hiſpalen. cap.* 6. *omnes interpretes in c. cum ſecundum leges, Silveſter in Summa, verbo reſtitutio.* 3. *§.* 7.

28 Quamobrem quidam rectiſſimè tradunt peccare occultum hæreticum, qui bona ſua vendit; quia emptorem in diſcrimen adducit amittendi rem, & pretium. Aliud eſſe putant, si donationes fecerit, aut alio lucratiuo titulo hæreticus alienaret; Sed cum id in fraudem fiſci ſit, ampliùs deliberandum cenſeo, *Silveſter, verbo hæreſis 1. qu. 8. Franc. Victoria in relect. de Indis.*

29 Multi tamen ſunt caſus, in quibus pretium reſtituitur ei, qui bona fide cum hæretico occulto contraxit. Ac primum quidem ſi numi ſoluti in bonis hæretici extant, reddendi ſunt protinùs emptori, nè fiſcus, & rem, & pretium habeat *l. ex his ff. quæ in frau. credito l. pe. in fine ff. de rebus eorum.*

30 Quod ſi non omnes numi, ſed pars eorum reperta ſit, ea ſinè dubio emptori reſtituenda eſt; quod enim juris in toto, idem eſt in parte *l. quæ de tota ff. de rei vendicat. l. an pars, ff. pro derelicto.*

31 Pecunia quoq; reddenda eſt emptori, & ei qui occulto hæretico bona fide mutuum dedit, ſi ex ea pecunia factus ſit hæreticus locupletior, ut puta, ſi prædium, aut rem aliam emit; nàm aut numi reſtituendi ſunt, aut certè res numis empta, *l. ſi cum dotem §. ult. ff. ſolut. matrim. l. imperator. §. ult. cum l. ſeq. ff. de leg at. 2. l. quod dicitur. §. ult. cum l. ſeq. ff. de imper. in reb. dotalib. factis. l. ſi res. §. quod ſeruus. ff. de in rem verſ. l. pater. ff. de adimen. legat. l. apud Celſum. §. l. ff. de doli except.*

32 Idemque eſt, ſi hæreticus numis illis res ſuas meliores fecerit, aut hypothecas liberaverit, aut cenſum redemerit. *l. emptor. ff. de rei vendicat. 2. inſtruct. Hiſpalen. c. 6. & omnes Doct. in cap. cum ſecundum leges. Silveſter, verbo hæreſis 1. q. 4. Conradus de contractibus q. 7. concluſ. 3.*

33 Idem ſervandum erit, ſi proprios creditores ex ea pecunia dimiſerit, id eſt ſi occultus hæreticus ſuis creditoribus ſolverit; Nam, & ea pecunia in corpore patrimonii retinetur, nec abſumpta videri poteſt *l. idem ſervandum. ff. de lega. 2. l. emptor de rei vendicat.*

34 Non ſolùm pecunia reſtituenda eſt ei, qui cum hæretico bona fide contraxit, cum extant numi, aut locupletior factus eſt occultus hæreticus; ſed etiam cum in rem ejus verſa eſt pecunia, vel tantundem cōſumpturus eſſet hæreticus ex bonis ſuis. Quod multis quidem exemplis comprobare poſſum, ſed nonnullis contentus ero. *l. 3. §. & regulariter. ff. de in rem. verſo l. in pupillo. ff. de ſolutionib.*

35 Si pecuniam mutuo dediſti occulto hæretico, qua ſe ipſum, & familiam veſtivit, & aluit, ea tibi reſtituenda eſt; quia in rem ejus verſa eſt, *l. 1. §. in rem, & §. proinde, & l. ult. ff. de in rem, verſo l. mortuo. ff. de ſtatu lib. Quemada q. 7.* *Exempla.*

36 Si tuis numis occultus hæreticus horreum neceſſarium, aut quippiam ſimile ædificaverit, ſi ædificium ruens refecerit, ſi oliveta defecta reſtauraverit, ſi vites propagaverit, vel arbores curaverit, vel ſeminaria, aut aggeres fecerit, aut flumina averterit, utique numi tibi reddendi ſunt *l. 1. & 3. & l. impenſa. ff. de imper. in rebus dotalib. factis.* *Exempla.*

37 Si in valetudinem ſuam, aut familiæ, aut in funus ſuorum pecuniam meam hæreticus occultus impenderit, tantundem à fiſco recuperare poſſum, quia in rem ejus pecunia mea verſa eſſe videtur, *l. 2. ff. de imper. in reb. dotalib. factis. l. & ideo. §. illud l. filius familias. ff. de in rem. verſo. l. ſi neceſſarias. ff. de pignora. actio.* *Exempla.*

38 Sat eſt autem impenſam eſſe pecuniam in res neceſſarias, aut utiles, quamvis poſtea caſu perierint; res enim domino perit, id eſt, aut hæretico, aut fiſco: verbi gratia frumentum comparavit hæreticus ad alendam familiam, & in horreo repoſuit, & hoc periit, vel corruptum eſt, vel arſit, nihilominus in rem verſum eſſe videbitur; Idemq; eſt, ſi ſervum neceſſarium emerit, iſq; deceſſerit, vel inſulam fulcierit, eaque ruerit, aut exuſta ſit. *l. pignus C. de actione pign. l. 3. §. nec non. l. ſeruus. ff. de in rem. verſo. l. 4. ff. de imper. in reb. dotalib. factis.* *Exempla.*

39 Sed quomodo probabit emptor in utilitatem fiſci verſam eſſe pecuniam? Si civitas vendiderit, pretiumque receperit, communi ſententia receptum eſt, ut emptor, qui ſervatis ſolemnitatibus emerit, nihil præterea probare teneatur, *Bar. & cæteri in authen. hoc jus porrectum. C. de Sacroſan. Eccl. Alciat. in l. Civitas. ff. ſi cert. pet.*

40 Quod magno quidem argumento eſt non eſſe dilucidam probationem exigendam ab eo, qui bona fide rem aliquam ab oc-

ab occulto hæretico emerit: nec enim eſt, quod ei poſſit imputari, qui divinare non valuit, nec planè ſibi proſpicere. *l. 3. ff. de Senatus conſulto Macedo. l. Barbarius de off. prato. l. ſi fide juſſor. §. ſi cum debitor. ff. mandati.*

41 Quamobrem, & sì plærique putent eum qui Civitati, & Eccleſiæ mutuam pecuniam dederit, perſpicuè probare debere in utilitatem earum verſam eſſe pecuniam, neque conjecturas ſufficere, quia ſcire potuit, ac debuit Eccleſiæ conditionem, & Civitatis, *ut Juriſperiti tradunt in authen. hoc jus porrectum. C. de Sacroſan. Eccl. & in l. Civitas ſi cert. pet.*

42 In eo tamen, qui ignorantia inſuperabili mutuum dedit occulto hæretico, verior proculdubiò ſententia eſt æxiſtimantium probabiles conjecturas ſufficere, ne fiſcus ex alieno damno ſit locupletior. *l. cum hi §. ſane. ff. de tranſactio, gloſſ. in dicta authen. hoc jus porrectum,* & inibi *Pet. Cynus, Sali. Paul.* & alii multi *in d. l. Civitas.*

43 Proindè si quis egenti hæretico bona fide pecuniam mutuam dederit, & poſtea probaverit eum indigentem eo tempore fuiſſe, & adſint præterea aliquæ præſumptiones, quibus veriſimile ſit pecuniam in alimenta familiæ, aut in rem aliam utilem, aut neceſſariam conſumptam eſſe: utiq; boni viri arbitrio reſtituenda eſt creditori ex bonis hæretici publicatis. *Decius, & Alcia. in dicta l. Civitas.*

44 Atq; hoc multo magis procedet, sì creditor probare potuerit tempore mutui indiguiſſe hæreticum pecunia mutuatitia, & poſt receptam pecuniam id conſecutum eſſe, propter quod mutuum datum fuit; verbi gratia domus hæretici occulti minabatur ruinam, ego illi indigenti mutuum dedi, ut eam reficeret, atq; ille domum refecit, veriſſimile quidem eſt mea pecunia id factum eſſe: quod ipſum in aliis ſpeciebus ſimilibus locum habebit. *l. ult. ff. de exercito actio.*

45 Huc accedit, quòd ſi probentur extrema, media quoque probata eſſe videntur; Nec omninò male infertur: indigens ædificat, ſervos emit, fundum colit, & pecuniam mutuatus eſt: ergò ex pecunia illa ædificat, emit, expandit; hoc enim probabile, atq; admodum veriſſimile eſt. *c. inter dilectos de fide inſtru. l. talis ſcriptura de legat. 1. Jaſ. conſ. 46. lib. 3.*

46 Accedit eodem quod nuſquàm in Jure probatur creditorem, qui occulto hæretico pecuniam mutuam dedit, gravandum eſſe onere probandi pecuniam verſam eſſe in utilitatem hæretici: quinimmò, ut Ulpianus in ſpecie non valdè diſſimili ait, non debet pecuniam perdere, qui mutuum dedit, nec ei imputari cur dederit, aut cur non divinaverit *l. 1. §. ſi mutuam ff. ſi quid in fraud. patroni. l. ſi fide juſſor. §. ſi cum debitor ff. mandati.*

47 Accedit etiam quòd quæ liquido probari non poſſunt, ſat eſt ut argumentis probentur; nec enim unquam impoſſibilis probatio exigitur, qualis proculdubiò foret, ſi creditor probare teneretur in hanc, aut illam rem pecuniam eandem impenſam eſſe, quam occulto hæretico bona fide mutuam dedit, *l. non omnis. §. à barbaris ff. de re milita.*

48 Nec moveat quenquam, quod vulgò dicitur, probatio debet neceſſario concludere; id enim civilitèr accipiendum eſt iuxtà ſubjectam materiam. Sæpè quidem præſumptiones, & argumenta pro plenis probationibus haberi ſolent, & hac in re plurimum arbitrio júdicis tribuendum eſt; Nam quæ argumenta, ad quem modum probandæ cuiq; rei ſufficiant, nullo certo modo ſatis definiri poteſt; ideoq; judex magis ſcire poteſt quanta fides teſtibus ſit habenda, & confirmabit motum animi ſui ex argumentis, & teſtimoniis, quæ rei aptiora, & vero proximiora eſſe comperierit. *l. 3. §. tu magis, & §. ejuſdem, & l. ab carmen ff. de teſtib.*

49 Quoties igitur creditor probat occultum hæreticum indiguiſſe, cum ab eo accepit mutuam pecuniam, toties veriſimile eſt, pecuniam in rem hæretici verſam eſſe; nec enim præſumi poteſt, eam perdidiſſe, aut vento vixiſſe; ſed ex ea ſe ipſum, & familiam ſuam aluiſſe *l. ſi defunctus. C. arbit. tutelæ. l. ult. C. de alimen. pupillo præſtan.*

50 Ac multò id magis procedet, ſi prætereà creditor probet hæreticum poſt acceptum mutuum ædificaſſe, aut refeciſſe, aut emiſſe, aut ſimile quippiam feciſſe; quia veriſimilius eſt ex pecunia creditoris ea eſſe facta, quam quod aliundè alii numi ei obvenerint; Quamobrem, mea quidem ſententia, his probatis, pecunia reddenda eſt creditori; nec æquum eſt evi-

denti, & impoſſibili probatione eum onerare, *l. ult. ff. quod cum eo.*

51 Idemq; ſervandum cum is, qui emit rem aliquam ab occulto hæretico, eadem probaverit; Par enim ratio utrobiq; eſt; nec uſquam in Jure cautum invenies, ut is; qui bona fide cum occulto hæretico contrahit, evidentiorem probationem facere teneatur; Nec fiſcus hac in re privilegium aliquod habet; ſed jure privatorum hominum uti debet *l. item veniunt. §. in privatorum. ff. de pet. hæred.*

52 Addendum eodem eſt, quod in ſpeciebus ſupra memoratis liquidò conſtat pecuniam emptori, & creditori debitam eſſe; incertum eſt autem, an fiſcus eandem habeat. Satiùs eſt igitur eam reddere creditori vero, quam fiſco in dubio relinquere, qui bona hæretici, & aliorum innocentium ſimul occupare ſolet: In dubiis enim rebus, ut Ariſtoteles in problem. ait, ad eam partem vergere oportet, in qua ſi fortè ſit erratum, peccetur levius. *Confert. l. quoties nil ſine captione. de regul. juris, & l. abſentem. ff. de pœnis.*

53 Accedit huc, quod in dubiis quæſtionibus facile contra fiſcum reſpondendum eſt; præſertim cum lucrum quærit cum aliorum jactura. Tametsì non deſint, qui Modeſtini ſententiam corrumpentes, dicant non facilè delinquere eum, qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum reſponderit. Sed magis miror Franciſcum Duarenum virum quidèm eruditum ſcribere non eſſe verum quod plærique aſſerunt, in dubiis quæſtionibus contra fiſcum judicandum eſſe; quamvis enim reſponſum ſit cum non delinquere qui contra fiſcum reſponderit: nam id, inquit, ideò reſponſum eſt, quia plectebantur olim qui fiſco parum favebant: quod nuſquam legimus, nec unquam arbitror eſſe relatum. *l. non puto. ff. de jure fiſci. l. ult. C. de codicil. Duarenus in l. 1. ff ſolut. matrim.*

54 Quin etiam id nos generalitèr accipere debemus: quia ſub optimo Principe vivimus. Scribit enim Plinius in Panegirico ad Trajanum: *Quæ præcipuè tua gloria eſt ſæpe vincitur fiſcus: cujus mala cauſa nunquam eſt, niſi ſub bono Principe.* Et Julius Capitolinus in vita Marci Antonini: Fiſco in cauſis compendii numquam judicans favit, & à Plotina uxore correptus Trajanus, quod calumniis Procuratorum

Plinius Iunior.

Antiquorũ Exempla.

Provinciæ divexarentur: mox deteſtari cœpit improbas exactiones, fiſcum lienem vocans, quod eo creſcente, reliqui artus tabeſcunt. Itaque Trajanus, Hadrianus, & Juſtinianus contra fiſcum reſpondiſſe traduntur, & multi contra eundem multa ſcripſere. *l. 1. de interd. & releg. l. cum ratio. ff. de bo. damn. l. 1. §. ult. C. de cadu. tollen. Eutropius lib. 11. rerum Romanarum. Cælius lib. 4. lectio antiqua. c. 18. Guil. Bened. in c. Raynutius parte, mortuo itaque 1. Ripa in c. inter cæteras de reſcript. Alciat. lib. 8. Parergon. c. 6. Lazius lib. 2. commentario. Reip. Romanæ cap. 14.*

55 Quod autem diximus prò creditore contra fiſcum facile reſpondendum eſſe, id locum habet in dubiis quæſtionibus, ut ait Modeſtinus Aliud eſt in rebus certis; nam ſi quiſpiam ſciens aliquem hæreticum eſſe, ab eo emit, aut ei mutuam pecuniam dederit, non ſolùm pretio carere debet, ſed etiam in eum inquiri poterit, quia hæreticum hominem Inquiſitoribus non indicaverit *c. decrevit de hæret. lib. 6. l. ſi debitor. ff. quæ in frau. credito novella. 131. de Eccleſiaſt. cano. §. pen.*

56 Non tantùm à die hæreſis alienata ab occulto hæretico revocantur: Sed ea etiam quæ in fraudem fiſci paulo ante alienaverit. Fraus autem probabitur verbis, & factis hæretici. Verbis, ſi dixerit ſe metu confiſcationis ea bona alienare; factis, ſi omnia bona ſua ſinè evidenti cauſa alienaverit: ſi poſt alienationem poſſidere reperiatur: ſi ſtatim poſt alienationem hæreſis ejus retecta fuerit. *l. in fraudem. ff. de jure fiſci. l. omnes. §. Lucius ff. quæ in fraud. cred. l. pignus. §. ſupervacuum quib. mod. pignus vel hypo. ſol. & l. & qui ſub imagine. C. de deſtra. pigno. l. ſi ventri. §. ult. ff. de privil. credi, traditur ab omnibus in l. poſt contractum. ff. de donat.*

57 Sed, & sì uxor aliquid alienaverit ſine licentia viri, & poſtea in hæreſim incidat, revocabit fiſcus rem alienatam: quamvis contractus confirmatus fuerit juramento; leges enim Regiæ tales contractus prohibentes, non in uxorem quidèm, ſed in favorem virorum factæ ſunt. *Bar. in in l. ult. C. ne fide juſſ. dot. dentur. Lucas in l. extrema C. de præd. decurio. Ang. conſ. 160. Aret. conſ. 54. Ale. conſ. 27. lib. 1. Corn. conſ. 121. lib. 4. Soci. conſ. 77. lib. 1. Tiraquel. poſt leges connubiales glo. 3. nu. 37.*

58 Cum

58 Cum autem alienata ab hæreticis revocantur à fiſco, malæ fidei poſſeſſores bona cum fructibus reſtituere debent. *l. ait prætor. §. per hanc cum ſeq. & l. ult. §. non ſolum ff. quæ in fraud. credito. l. videamus. §. in Faviana. ff. de uſuris.*

59 Quin etiam bonæ fidei poſſeſſores poſt litem conteſtatam, & controverſiam motam incipiunt malæ fidei poſſeſſores eſſe, & quaſi prædones tenentur; cœpit enim ſcire rem ad ſe non pertinentem poſſidere is, qui interpellatur *l. ſed, & ſi lege. §. etiam. ff. petit. hæredit. l. 2. C. de fructib. & lit. expenſis.*

60 Animadvertendum verò eſt, in probatione temporis, in quo quis in hæreſim incidit, quod ſola rei confeſſio emptoribus, & creditoribus nocere non poteſt, niſi teſtibus comprobata ſit. Nec enim unius dicto fides haberi debet, etenim ſi Cato is eſſet: quod rectiſſimè Barth. tradit *c. licet univerſis de teſt. l. jus jurandi C. eod. tit. Bar. in l. edicto. ff. de jure fiſci.*

61 Sed quamvis tam multa, quàm dixi propter hæreſim publicentur, quædam tamen ſunt, quæ in confiſcatione non veniunt, qualia ſunt bona futura. Nam publicatis bonis, quidquid poſtea acquiritur non ſequitur fiſcum, ſed publicatur dumtaxat id, quod hæreticus habuit, cum damnaretur *l. ſi mandavero tibi. §. is cujus bona. ff. mandati. l. ejus qui §. 1. ff. de teſtam. c. fælicis. §. verum de pœnis lib. 6. Curtius Senior. conſ. 59.*

62 Qua ratione jura conditionala ex ultima voluntate pendentia, ſi conditio extiterit poſt condemnationem, ad fiſcum non tranſeunt *l. 1. §. ſin autem aliquid C. de cadu. tollen. l. intercidit. ff. de condit. & demonſtra. glo. recepta in l. non ad ea eodem tit. Quemada q. 10.*

63 Alimenta quoque non publicantur; aut enim alimentarius exuritur, & eo caſu jus alimentorum finitur: aut Eccleſiæ reconciliatur, & ei alimenta præſtantur *l. is. cui alimenta. ff. de alim. & ciba. legat. l. pen. de capite minutis. l. ſi in metallum. ff. de his quæ prò non ſcript. haben. l. qui bonis. ff. de ceſſione bono. Feli. in c. Apoſtolica de exceptionib. Bart.* & cæteri omnes *in l. ſi victum ff. re judica.*

64 Et generalitèr confiſcatio bonorum hæretici non debet aliis eſſe damnoſa: nec perdendus eſt pius cum impio, nec eſt alius pro alio puniendus. Deniq; natura æquum eſt, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem. *Geneſis 18. l. Sancimus C. de pœnis. l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb.*

65 Quo efficitur, ut ſi quid alienum repertum fuerit inter hæretici bona, ut puta depoſitum, commodatum, conductum, id omne illicò domino jus ſit reſtituendum. Par enim culpa eſt, injuſtè detinere, atq; invadere alienum. *l. in fraudem. §. ex his. ff. de jure fiſci. l. ſi ventri ff. de rebus jud. aut. poſſ. c. ſæpè de reſtitut. ſpoliat.*

66 Hinc plurima decidi poſſunt: ego tamen ea nunc referam, quæ dignum tractatum habent. Marito impietatis damnato, fiſcus dotem uxori confeſtim reddere debet. Nec fiſcus vendere poteſt fundum dotalem, exceptò, ſi ſciens marito hæretico nupſerit. *l. ſi marito ff. ſolut. matr. l. 2. ff. de fundo dotali. c. decrevit. de hæret. lib. 6.*

67 Dos autem reſtituenda eſt uxori, non quæ inaniter dotalibus inſtrumentis conſcripta fuerit, aut quæ ſola mariti confeſſione probatur; ſed quam uxor aliis quoq; probationibus viro traditam fuiſſe docuerit. *l. 1. C. de dote cauta non numera. l. ſi quis poſt hac C. de bo. damnato glo. & omnes in l. aſſiduis. C. qui potio in pigno. habean.*

68 Sed cum dotis promiſſio, ac dotale inſtrumentum præceſſit, & poſtea confeſſio conſecuta eſt, plærique putant, his ſolis plenè probatam eſſe dotis numerationem: Mea tamen ſententia aliis quoque præſumptionibus, & veriſimilibus conjecturis opus eſt nè confeſſio illa in fraudem fiſci, aut creditorum fortè ſimulata ſit *l. in contractibus. §. ſed quoniam C. de non nume. pe. Soc.* & cæteri *in l. 1. ff. ſolu. matr. Aymo. conſ. 40. Covar. lib. 1. reſſolut. cap. 7.*

69 Hæredes mariti, atque adeo fiſcus, qui ejus ſucceſſor eſt, uti poſſunt adversùs uxorem exceptione dotis non numeratæ: ita tamen, ut intra annum continuum à morte, vel condemnatione mariti ea exceptio proponatur. *l. ult. C. de dote cauta non nume. l. ſi cui C. de non nume. pecu. l. 2. §. ex his. ff. de ver. oblig. l. quod id hærede ff. de tributo. Rolan. conſ. 31. Quemad. qu. 4.*

70 Reſtituenda quoq; ſunt uxori bona parapherna, & alia ejuſdem propria, quocunque titulo quæſita. *l. ſi quis poſt hac C. de bonis damnato. l. ſi ego §. dotis. ff. de jure dot. l. 2. C. nec uxor pro marito.*

71 Idemque eſt in parte illa lucrorum, quæ

quæ regiis legibus communia ſunt conjugum; quia dimidia pars ad uxorem pertinens, ei reſtitui debet, cujus augumentum creſcit uſque ad ſententiam publicationis bonorum declaratoriam *Regia lex Taurina* *77. Segura lib. de bonis lucrat. Lupus in rubr. de donatio. inter vir. & uxo. §. 66. Chaſſe. in conſuetud. Burgun. rubr. 2. §. 2. Quemada quaſt. 6.*

72 Neque donationes propter nuptias, neque arrhæ uxori datæ, marito hæreſis damnato, confiſcantur, ſed ad uxorem pertinent; quia pudicitiæ præmio cedunt. Idem juris eſt in parte eorum, quæ data ſunt ſponſæ, oſculo interveniente *l. res uxoris. C. de dona. inter vir. & uxor. & l. ſi quis poſt hac de bonis danna. l. ſi à ſponſo C. de donat. ante nup. Lupus in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 66.*

73 Quæri autem poteſt, an uxor, quæ ſciens nupſit hæretico, ſicut privatur dote, ſic etiam privetur arrhis, ſiuè donatione propter nuptias; Sed ea quæſtio fatua eſt; quia hæreticus non poteſt donare propter nuptias. *c. cum ſecundum de hærer. lib. 6. l. poſt contractum ff. de donatio.*

74 Pluſculum dubitationis habet, an bona quæſita, conſtante matrimonio, inter conjuges, dividenda ſint inter uxorem, & fiſcum: & cum uxor deliquerit nubens hæretico, & turpia ea lucra eſſe videantur, conſequens eſt ut nihil eorum ad uxorem pertineat, *c. decrevit de hæreticis lib. 6. l. 1. §. plane. ff. de tute. & ratio diſtrahen. l. ſiuè hæreditaria. ff. de nego. geſtis. l. quod ſervus de acqui. poſſe. l. quod autem ff. pro Socio. l. 1. ff. undè vir. & uxor.*

75 Occultus hæreticus fundum dotalem vendidit conſentiente, atque jurante uxore; deindè fiſcus vendicavit fundum, quem uxor vendicare non poterat: quæſitum eſt an uxor fundum illum repetere poſſit à fiſco; & quia novum non eſt, ut ex alterius perſona quiſpiam conſequatur, quod ex ſua conſequi non valebat; nec æquum eſt ut fiſcus locuples ſit cum uxoris detrimento, pro uxore contra fiſcum pronunciavimus. *l. non putavit §. ſi ex hæredatus, & l. ſi poſt mortem. ff. de bon. poſſe. contra tabu. l. per procuratorem. ff. de acqui. hæred. l. Ariſt. ff. quæ res pigno. obliga. non poſſunt l. ſi filius. ff. de bo. liberto.*

76 Propter hæreſim viri non publicantur donationes factæ uxori à conſanguineis ejuſdem viri, excepto ſi nominatim dictum ſit tempore donationis factæ ab eo, qui donavit, ut marito acquirantur. *l. ſi mater C. de donatio. ante. nupt. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus in fine. ff. de verbo obli. Lupus in rubri. de dona. inter vir. & uxor. §. 45. Alcia. lib. 1. de præſumptio c. 18.*

77 Idem dicimus in donatione facta filio arrogato, itemq; uni ex ſociis; ea enim ei acquiritur, cui facta fuerit; niſi fortè aliud ſit dictum tempore, quo facta eſt donatio; ergo non publicabitur propter alterius hæreſim *l. ſocium qui in eo. §. ult. ff. pro ſocio. l. ſed ſi plures. §. in arrogato ff. de vulga. & pupilla. & illic Bar. &* cæteri *Corne. conſ. 80. & conſ. 149. lib. 1. Soci. conſ. 33. lib. 3.*

78 Eadem dicenda ſunt in muneribus, quæ legatis dari ſolent; quia legatis acquiruntur, & ab eis auferuntur, ſi hæretici fuerint; niſi expreſsè aliud ſit adjectum donationi, atque hæc quidem communi omnium conſenſu recepta ſunt *in l. ſi vero. §. item quidquid ff. ſolu. matri. & in l. qui proprio. §. procurator. ff. de procurato. Alcia. lib. 1. de præſump. cap. 18. Brunus lib. 4. de legationib. cap. 6.*

79 Quamvis filius familias vivo Patre dominus bonorum ejus quodámodo æxiſtimetur, publicatis tamen bonis filii, non confiſcatur portio illa legitima, quæ poſt mortem Patris ei debetur. *l. in ſuis. ff. de libe. & Poſthu. l. ſi qua pæna de his qui ſunt ſui vel aliæ juris. l. qui ſuperſtitis de aqui. hæredi. Omnes interpretes in authen. noviſſima. C. de inoffi. teſta. & in c. 2. de deli. puero.*

80 Filio familias impietatis damnato, non publicatur peculium profectitium ei à patre conceſſum; quia proprietas ejus, non filii ſed patris eſt. *l. 3. §. utrum. ff. de mino. l. 3. C. de bo. proſcrip. l. depoſiti, & l. quam Tuberonis ff. de peculio. communiter omnes in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno infe.*

81 Patre familias hæretico damnato, non confiſcatur uſus fructus, quem habuit in bonis filii adventitiis; nam cum filius efficiatur ſui juris, conſequens erit ut uſuſfructus ad eum cum proprietate pertineat. *c. 2. §. ult. de hæret. lib. 6. l. eum oportet. & l. quæcunque. C. de bo. quæ libe. l. ſi viua matre. de bo. mater. §. finitur. inſtit. de uſufructu. Ruinus conſ. 24. lib. 5. Bober jus deciſ. 7.*

82 Quæ-

82 Quæſitum fuit, an maritus alienare poſſet partem dimidiam lucrorum, quæ legibus regiis ad uxorem pertinebant, ſi tempore alienationis uxor hæretica erat, & magis puto revocari poſſe alienationem, ſi ſciebat vir uxorem hæreticam eſſe; quia nèc uxor ipſa, ſi vidua foret, res illas alienare poſſet *l. quiſquis §. emancipatio, & l. ult. C. ad leg. Juli Majeſt. c. cum ſecundum de haret. lib. 6.*

83 Si autem occultam uxoris hæreſim maritus ignoret, probabile quidem eſt ut talia bona maritus alienare queat. Lege enim regia viro conceſſum eſt ut inſcia, & invita uxore lucra illa poſſit alienare: quo jure propter occultam uxoris hæreſim non videtur eſſe privatus: quandoquidem alia lege regia declaratum eſt ut lucra illa poſſint augeri uſque ad ſententiam definitivam; Ergo per conſequentias maritus interim res adminiſtrat, & eas bona fide minuere, ſicut augere poterit *l. ult. tit. 4. lib. 5. ordinatio. & regia. item lex Taurina, 77. l. ſecundum naturam. ff. de regul. juris l. 1. §. pro ſecundo. C. de cadu. tollen.*

84 In dubio autem bona fides, & ignorantia præſumitur; & ut eleganter inquit Ulpianus, plærumque credendum eſt, qui partis dominus eſt, eum jure potiùs ſuo uti, quam furti conſilium inire *l. pen. C. de evictio. l. verius ff. de probat. l. merito. ff. pro ſocio.*

85 Adde quòd lex illa regia onus probandi transfert in eum, qui dixerit alienationem lucrorum dolo, aut fraude à marito eſſe factam. Sub qua quidem regula comprehenditur fiſcus: tum quia in jus ſuccedit uxoris: tum etiam quia, niſi excipiatur fiſcus, jure privatorum utitur. *l. ult. tit. 4. lib. 5. ordinat. l. qui in jus ff. de regul. juris l. quod in harede ff. de tributo. l. item veniunt §. in privatorum ff. de peti. haredi. l. 2. & 3. de alimen. & ciba. legat.*

86 Sed, & ſi maritus ea lucra vendere, aut juſta ex cauſa alienare queat, donare tamen non poterit; nec enim ad hoc liberà eorum adminiſtratio conceſſa eſt, ut perdat *l. filius familias ff. de donat. l. contra juris de part. regia. l. 206. ſtyli. Suares in l. 1. tit. 3. lib. 3. fori regii.*

87 Bona viri hæretici Eccleſiæ reconciliati publicata ſunt; deindè alienare voluit partem dimidiam lucrorum, quæ uxori adjudicata erant: quæſitum fuit, an id facere poſſet, uxore invita, & cum ſocietas illa publicatione ſoluta fuerit, & vir partem lucrorum perdiderit, & altera pars uxoris propria ſit; denique cum maritus ad inopiam culpa ſua pervenerit, probabile quidem eſt, ut non magis ea bona alienare queat invita uxore, quam alia, vel dotalia, vel parapherna. *l. 4. & l. verum. §. ulti. l. actione. §. publicatione. ff. pro ſocio. l. ubi adhuc. C. de jure dot.*

88 Propter hæreſim Clerici ex bonis Eccleſiæ nihil eſt publicandum; & qui ſecus fecerit, in ſententiam excommunicationis incurrit, & ab ea non eſt abſolvendus antequam Eccleſiæ ſatisfaciat; ſed ea Sanctio locum non habet in eo, qui confiſcat libros Monachi Franciſcani hæretici; quia non ſunt Monaſterii, quod nihil proprium habet *Clem. 1. de haret. Aymo. de antiquitate par. 4. §. 1. in fine.*

89 Cui confine eſt, ut bona Clerici hæretici, quæ ex Eccleſia, vel ejus reſpectu acquiſierit, publicari non debeant, ſed eidem Eccleſiæ reſtituenda ſint; & ità Pontificii tradunt. *c. relatum. 2. c. requiſiti de teſtamen. c. excommunicamus 1. §. 1. de haret.* & ibidem *gloſ. collecta*, & cæteri. *Ancha. in cap. cum ſecundum de haret. lib. 6. Card. in Clem. 2. Feli. in cap. vergentis, & Brunus lib. 5. c. 6. de haret.*

90 Sed cum vera ſententia ſit, quod Clerici verum dominium habent fructuũ ſuorum beneficiorum; & moribus, ac legibus Hiſpaniæ receptum ſit, ut Clerici liberè eoſdem fructus etiam in ultima voluntate alienare, ac deſtribuere poſſint: relinquitur planè ut propter hæreſim confiſcari queant. *Joan. Major. in lib. 4. ſent. diſtin. 24. q. 20. Gabriel. diſtin. 15. q. 8. Sylveſter verbo Clericus 4. Corne. conſ. 314. lib. 3. Zaſius conſ. 9. lib. 2. Covar. in c. cum in officiis de teſtamen.*

91 Et quamvis multi putent patrimonium, & alia bona Clerici hæretici ad Epiſcopum pertinere; ità tamen ut ea diſtribuat in uſus pios *Abb. Socinus, Ana. Feli.* & cæteri *in c. excommunicamus 1. §. 1. de haret.*

92 Verior tamen, & juſtior ſententia eſt, ut ad fiſcum ea bona pertineant pro alimentis eorundem Clericorum pænitentium, & aliorum pauperum, & ſalariis, atque aliis impenſis Sancti hujus Officii; idque cautum eſt conſtitutione extravagante

gante

gante Bonifacii, ut Boſſius retulit, & eo jure majores noſtri, & nos ſemper uſi ſumus, nec deſunt idonei ejus ſententiæ authores: *c. placuit c. quicunque 12. quæſt. 3. c. nulli. c. fixum, c. ſi Epiſcopus 12. q. 5. Meſius in c. de lapſis 16. qu. 6. Oldra. conſ. 17. Joan. And. ad ſpeculum tit. de feudis. §. pen. Ancha. in c. ea quæ de regul. juris lib. 6. q. 22. Paul. conſ. 154. Benedi. in c. Raynutius parte, & uxorem num. 240. Covar. lib. 2. reſolutio. cap. 9. Pet. Rebuffus in proæ. conſt. Regiarum nu. 35. Boſſius nu. 33. tit de hæret.*

93 Bona reſtitutioni ſubjecta, quæ poſſidebat hæreticus, non publicantur; ſed ei reſtituenda ſunt, cui poſt aliquod tempus relicta erant. *l. Imperator. ff. de fideicommiſſa. liberta. l. ſtatius. §. Cornelio. ff. de jure fiſci, Alex. conſ. 23. lib. 1. Ruinus conſ. 124. lib. 2. & conſ. 23. lib. 5. Caſeneus in conſuetud. Burgun. rubr. 2. §. 2. Quemada qu. 17.*

94 Quin etiam, ſi filio ſuo rogatus ſit hæreticus aliquid reſtituere; id à fiſco reſtituendum eſt illi, quia pertinet ad filium, non tanquam ad hæredem, ſed ut ad creditorem. *l. unum ex familia. §. 1. & ſeq. ff. de legat. 2. Probus ad Joan. Mona. in c. cum ſecundum de hæret. lib. 6.*

95 Juſpatronatus Eccleſiaſticum tranſit natura ſua etiam ad hæredes extraneos: quamobrem bonis patroni publicatis, jus illud ad fiſcum pertinere videtur; quia loco hæredis extranei fiſcus eſt. *Inno.* & cæteri *in rubr. de jure patrona. Decius conſ. 149. Igneus in l. neceſſarios. §. non alias num. 403. ff. ad Sillani.*

96 Obtinuit tamen, ut Juſpatronatus non publicetur, ſed Eccleſia libertatem conſequatur; Sicut alii liberantur, qui jure dominii, & obſequii hæretico erant adſtricti *c. ult. de hæret. l. jura libertor. ff. de jure patrona. Imo. in l. inſulam ff. ſolu. matr. Caſeneus in conſu. Burgun. rubr. 2. §. 2. nu. 9. plenius Cæſar Lamberti. lib. 3. de jure patro. quæſt. 8. art. 8.*

97 Emphyteuſis hominis privati in fiſcum tranſit propter hæreſim emphyteutæ; ſed jus ſuum integrum domino conſervatur, quia fiſcus in jus privati ſuccedit. *Quemada quæſt. 11.*

98 An emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſeat in fiſcum, publicatis bonis emphyteutæ, quæritur; & jam ante dixi de re, quæ penſionem, ſive cenſum ſolvit Eccleſię. Tabelliones autem hos contractus, longè diſſimiles miſcere, & confundere ſolent; ſed natura eorum potius, quam verba, conſideranda eſt; nec enim mutatur vocabulis vis rerum, ut ait *Fabius lib. 9. cap. 1. l. inſulam ff. de præſcrip. verbis. l. ſed Celſus. §. 1. ff. de contrahen. empt. Jaſ. in l. 1. C. de jure emphyteu. col. 11.*

99 Quæſtio autem propoſita pendere videtur ex alia; Num res Eccleſiæ in emphyteuſim data tranſire poſſit ad hæredem extraneum. Nam ſi id non, neq; ad fiſcum perveniet, qui extraneus ſucceſſor eſt *l. jura libertorum. ff. de jure patrona.*

100 Crebrior quidem opinio eſt, emphyteuſim Eccleſiæ ad extraneos ſucceſſores pervenire non poſſe, ut Decius, Gozadinus, & alii authores ſunt. *Decius in c. in præſentia de probatio. Gozadi. conſ. 39. Caſene. in conſu. Burgun. rubr. 2. §. 2. nu. 10. Rolandus conſ. 96.*

101 Multi verò ajunt contrariam opinionem eſſe veriorem. Quin etiam Felinus, & Corneus teſtes ſunt hanc eſſe communiter approbatam. *Feli. in eodem cap. in præſentia de probat. Corne. conſ. 13. lib. 3.*

102 Ea tamen diſtinctio vera, & recepta eſt, qua & utraque opinio defendi poteſt, & ſolvitur quæſtio ſupratacta. Aut enim emphyteuſis rei Eccleſiaſticæ fit non præcedentibus juris ſolemnibus aliàs neceſſariis ad eas res alienandas, & eo caſu, neque ad pronepotes, nec ad hæredes extraneos, nec ad fiſcum tranſit *novella 7. de non alienan. §. emphyteuſim.*

103 Aut res Eccleſiæ in perpetuam emphyteuſim traditur, antecedentibus neceſſariis ſolemnibus ad alienationem rerum Eccleſiaſticarum: & in ea ſpecie ad extraneum hæredem tranſit, atque adeo ad fiſcum. *novella. conſtitu. 120. de aliena, & emphy. §. licentiam. Matth. Neapolita. deciſ. 100. Curtius junior conſ. 4. Gozad. conſ. 86. Gratus conſ. 55. lib. 1. & conſ. 128. lib. 2. Covar. lib. 2. reſolut. cap. 17. Boſſius tit. de bon. publicatione nu. 60.*

104 Sed hoc eſt Eccleſiæ jus ſingulare, ut poſſit rem ſuam in emphyteuſim datam recuperare, & fiſcus eam reſtituere teneatur; quod & Senatuſconſulto cavetur *c. felicis. §. ſi qua vero de pęnis lib. 6. Oldra. conſ. 17. Ancha. in cap. cum ſecundum de hæretic. lib. 6.*

105 Optio quoque datur Eccleſiæ, ut intra biennium deliberet, an velit habere

fiſcum

fiſcum in emphyteutam, vel rem ſuam in emphyteuſim hæretico datam, recuperare malit. *novella* 120. *de alienat. & emphy. §. porro ſi quamlibet rem. Bar. Roma. & Alex. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infe. Anch. in cap. poſtulaſti de foro compet. Imo. in cap. ex parte de feudis. Guil. & Bal. in l. ſi quis presbyter. C. de Epiſcop. & Cleri. Decius conſ.* 442. *Ruinus conſil.* 23. *lib.* 5. *Quemada quæſt.* 12.

106 Utrum Eccleſia poſſit reſtitui adversùs lapſum hujus biennii: verius, & benignius eſt ut id Eccleſia facere queat; quia melior ejus cauſa eſt, quàm fiſci lucrum captantis *Quemada qu.* 13.

107 Ex facto tractatum fuit, an Eccleſia poſſet rem ſuam in emphyteuſim datam recuperare cum meliorationibus, & nihil pro eis fiſco ſolvere. Quæſtio quidem anceps erat; plæriſque tamen placuit, quia hæreticus rem illam poſt hæreſim meliorem fecerat: ut Eccleſia expenſas ex numis ad fiſcum pertinentibus factas eidem fiſco redderet.

108 Si vero emphyteuta rem Eccleſiæ meliorem fecerit, & poſtea in hæreſim incidat; publicatis ejus bonis, emphyteuſis gratis reſtituenda eſt Eccleſiæ cum meliorationibus; quæ quidem jure acceſſionis, ac veluti conſolidationis ad Eccleſiam pertinent. Adde quod Eccleſiæ fundus propterea ſolet in emphyteuſim prò exigua penſione dari, ut melior, pretioſiorq; factus aliquando ad Eccleſiam redeat. Et ea quidem fuit olim emphyteuſis origo; dabatur enim fundus in emphyteuſim, id eſt in plantationem, ut qui acciperent, plantando, & inſerendo rem ſterilem, in meliorem ſtatum reductam, fertilem redderent, *l.* 2. *&* 3. *C. de jure emphy. Coraſius in l. qui pignor. ff. de ſervit.*

109 Accedit eodem quòd quoties propter culpam privatur emphyteuta jure ſuo, toties res in emphyteuſim data reddit ad dominum proprietatis cum meliorationibus. Ad Eccleſiam ergo reddire debet pleno jure emphyteuſis propter hæreſim poſſeſſoris confiſcata. *Authen. qui res. C. de Sacroſan. Eccleſ.* & inibi *Decius Jaſ. in l.* 2. *de jure emphy. Decius conſ.* 171. *&* 518. *Quemada quæſt.* 12. *Fran. Burſatus conſ.* 43.

110 Cum autem fundus cum meliorationibus traditur, dominus reddere debet impenſam, eo uſque dumtaxat, quò fundus pretioſior factus eſt: & ſi plus pretii fundo acceſſit, ſolùm reſtituet, quod impenſum eſt. Itaque fundi Dominus eliget utrum ſolvere malit quod impenſum eſt, aut quod fundus pretioſior factus eſt, *l. in fundo. ff. de rei vendit.*

111 Sed an impenſæ compenſandæ ſint cum fructibus ex eodem fundo perceptis; quæſtio quidem implicita eſt, & quæ diſtinctione indiget; Nam ſi eo tempore Dominus fundi fuit, quo impenſas fecit, fructus fundi ſuo jure percepit, eoſq; compenſare non debet. Et ita omnium ſententia receptum eſt, *glo.* & omnes *in l. emptor. ff. de rei vend. Tiraquel. de retractu conventionali. §.* 7. *glo.* 1. *Covar. lib.* 1. *reſol. cap.* 8.

112 Idemque erit, eademque ratione, ſi is, qui fecit impenſas, bonæ fidei poſſeſſor erat; Non enim compenſare tenetur fructus perceptos ante litis conteſtationem; quia eos omnes, & naturales, & induſtria ſua perceptos, ſuos jam fecerat. *l. emptor; & l. ſumptus ff. de rei vendi. l. Paulus reſpondit. §. ultimo. ff. de pignoribus, l. qui ſcit, & l. in pecudum. ff. de uſuris. l. bonæ fidei. ff. de acqui. rerum domi. Forcatulus in pena Juris Civilis cap.* 18. *Vaſquius Menchacenſis lib.* 3. *quæſt. cap.* 70.

113 Poſſeſſor verò malæ fidei, & is qui bona fide poſſidebat, poſt litem conteſtatam, fructus perceptos compenſare debent cum meliorationibus; quia eos non faciunt ſuos. *l. planè in fine, & l. ſed & ſi lege. §. etiam ff. de peti. hæredi. l. emptor. & l. ſumptus ff. de rei vend. l. domum. C. eo tit.*

114 Hæc autem compenſatio fit uſq; ad concurrentem quantitatem: Quod ſi meliorationes à poſſeſſore factæ fructuum perceptorum ſummam excedant, Dominus fundi ſuperfluum poſſeſſori reſtituere cogitur. *l. ſumptus ff. de rei vendi. regia. l.* 40. *cum ſeq. tit.* 28. *parte* 3. *l. in inſulam. §.* 1. *ff. ſolut. matri. l.* 1. *§. ult. & l. Paulus. §. domus. ff. de pigno.*

115 Quid ſi fructus percepti à malæ fidei poſſeſſore pluris ſint quàm meliorationes? & hoc etiam caſu id, quod excedit, reſtituendum eſt Domino fundi; alia quoq; ratione, quia fructus mala fide percepti vero Domino reſtitui debent. *l. item veniant. §. cæterum cum ſeq. l. ſed & ſi lege. §. quod autem. & §. perinde. l. illud. §. prædo. ff. de peti. hæredi.*

F 116 Qui-

116 Quidam putant fructus perceptos à bonæ fidei poſſeſſore reſtituendos non eſſe poſt litem conteſtatam, neq; compenſandos cum meliorationibus; eo ſcilicet caſu, cum percepti ſunt ex fundo ſterili pretioſiore facto ſumptibus, & induſtria ejus; Nam in ea ſpecie ſatis eſſe videtur ut fundi ſterilis Dominus fertilem eum gratis recipiat, nec improbus ſit exactor, & locupletior fiat cum detrimento alterius. Et hac ſententia Senatus noſter contra fiſcum uti ſolet, quidquid alii tradant *Confert. l. ulti. C. de alluvio, & illic Bal. & Salice. l. caterum. ff. de rei vendi. Platea in l. ulti. C. de omni agro deſer. l. 11. Capicius Neapoli. deciſ. 72.*

117 Si verò fundus non erat prorſùs ſterilis, ſed ſumptibus bonæ fidei poſſeſſoris pretioſior factus eſt, ante litem conteſtatam fructus quidem ſuos facit, ut antè dixi; poſt litis verò conteſtationem fructus perceptos compenſare debet, ſicut malæ fidei poſſeſſor. *l. ſumptus, & l. emptor. ff. de rei vendi.*

118 Sed & ea ſententia æquiſſima, & à plæriſq; recepta eſt; ut qui magnas impenſas in re aliena fecerit, ſolvere Domino poſſit ejus rei æſtimationem, id eſt quo res illa æſtimanda foret, ſi melior facta non eſſet; & ea æſtimatione Domino præſtita, nihil præterea ſolvere teneatur, ſed deinceps rei Dominus ſit *l. 2.* & inibi *Bar.* & cæteri omnes, *C. de præd. Navicula lib. 11. Paul. Soc.* & alii relati à *Covar. lib. 1. reſolut. c. 8.*

119 Ego tamen hac in re plurimum arbitrio judicis tribuendum cenſeo; nam ſi Domini feudi nihil intereſt, ei verò, qui impenſas fecit multum prodeſt, rem ei judex adjudicare debet; id enim æquitas ſuggerit, etiam ſi jure ſtricto deficiamur; ſed interim meminiſſe oportet, non eſſe malitiis indulgendum. *l. 2. item Varus ff. de aqua plu. arcen. l. in creditore. ff. de evictione. l. 2. ſolut. matri. l. in fundo. ff. de rei vendi.*

120 Sed jam ad bonorum publicationem revertamur. Illud quidem in confeſſo eſt feudum, quod hæreticus habuit, non eſſe confiſcandum, ſed Catholico Domino reſtituendum; excepto ſi feudum hujuſmodi ſit; ut liberè alienari queat; tunc enim ut cætera hæretici bona confiſcabitur. *cap. excommunicamus. §. moneantur. de hæret. l. Imperialem. §. illud de probi. feudi. alie. per Feder. cap. Felicis. §. ſi qua vero de pœnis lib. 6. Curtius in feudis parte 5. qu. 7. Nevizanus conſ. 68. Boſſius tit. de bon. public. num. 54.*

121 Præterea creditoribus hæretici, qui ante hæreſim creditores erant, fiſcus ſatiſfacere debet ex bonis ejus publicatis; Creditores enim præferuntur pœnis fiſcalibus, nec poſſunt ulla bona ad fiſcum pertinere, niſi quæ creditoribus ſuperfutura ſunt; Nam, ut Jabolenus ait, id bonorum cujuſque eſſe intelligitur, quod æri alieno ſupereſt. *l. 1. C. pœnis fiſca credito. præfe. l. non poſſunt. l. in ſumma. l. quod placuit. ff. de jure fiſci. l. 2. ff. de alimen. vel ciba legat. l. 2. C. ad leg. Jul. de vi. l. in facto. §. fiſcus. ff. de cond. & demonſtra. l. Marcellus. §. ulti. ff. ad Trebellia.*

122 Uſque adeo autem fiſcus tenetur creditoribus hæretici ſatisfacere, ut etiam ſi Eccleſiæ reconciliatus locuples poſtea efficiatur, aut aliquid bonorum ſuorum ex indulgentia Principis impetraverit; creditores ex antè geſto non habeant cum eo actiones, ſed ære alieno ex præcedenti tempore pœna liberatus ſit; excepto, ſi partem bonorum recuperaverit; nam pro rata portione obligatus erit: *l. ſi debitor. l. tutor. C. de ſenten. paſſis. l. 2. & l. 3. ff. eo tit. Quemadmodum quæſt. 20.*

123 Si fuerit tutor confiſcatus, adverſùs fiſcum danda eſt actio ei, qui loco ejus tutor datus ſit, ut ait Ulpianus; idemque erit ſi curator furioſi, vel prodigi, aut quivis alius confiſcatus ſit; quia fiſcus rationes reddet, & reliqua ſolvet. *l. ſi tutor Reipublica. §. ultimo. ff. de tute. & rationib. diſtrahen. l. qui neque. l. ſi prædia. ff. de rebus eorum.*

124 Sæpè tractatum eſt, an hæreditas addita ab occulto hæretico, acquiratur fiſco; Anceps quidem quæſtio, niſi lege Regia contra fiſcum deciſa foret ea ratione; quia hæreticus ex teſtamento, & ab inteſtato nihil capere poteſt, itaq; ad ſubſtitutos, vel ad proximiores conſanguineos hæreditas illa perveniet: idemq; erit in legatis, & fidei commiſſis; qua in re, ſicut in plæriſque aliis, non eſt opus diſputatione: quia ut Civis meus Seneca inquit: *Satius eſt ire aperta, & recta via, quam ſibi ipſi flexus diſponere, quos cum magna moleſtia debeas relegere.* Et lib. 5. de beneficiis, idem Philoſophus ait: *Quid boni eſt nodos operosè*

ſolve-

ſolvere, quos ipſe, ut ſolveres feceris? Regia l. ult. tit. 7. part. 6. l. Manichaos. C. de hæreticis novells. 144. de Samaritanis Regia l. 4. tit. 3. part. 6. & l. 4. tit. 26. part. 7. Nevizanus conſ. 73. Quemada qu. 18.

125 Indè quæritur, ſi eo tempore, quo delata eſt hæreditas, jam hæreticus hæreſim confeſſus erat, quamvis nondum fuerit abſolutus, an hæreditatem illam acquirat, & cum ad Eccleſię ſinum admiſſus non erat quo tempore delata fuit hæreditas, probabile quidem eſt ab eodem adiri non poſſe. Aliud verò dicendum eſſe videtur, cum jam ſuffragiis, & calculis judicum admiſſus erat, quamvis ſententia prolata non fuerit; Nam priori caſu nec erat capax, nec ſatis compertum, an recipiendus eſſet; poſteriore autem omni modo Eccleſiæ gremio excipiendus fuit. Et cum utroq; caſu nihil ad fiſcum pertineat, aliorum jus alii curioſiùs perquirant. *l. ſi alienum 49. §. 1. de hæred. inſtit.*

126 Quamvis bona hæreticorum ipſo jure ſint publicata; occupatio tamen bonorum, & executio confiſcationis non antè fieri debet, quàm per Epiſcopum, & Inquiſitores ſententia hæreſis declaratoria fuerit promulgata. *c. cum ſecundum de hæret. lib. 6. Alciat. in c. 1. de offi. ordin. nu. 74.*

127 Sed cum bona publicata ad fiſcum Principis, vel domini temporalis pertineant, inde poteſt quæri; ſi duo ſint domini, altèr inferior, altèr ſuperior, utri eorum jus confiſcationis competat. Quidam putant, inferioris domini jus illud eſſe; quia fiſcum habent ii etiam, qui dominum ſuperiorem habent. *Guido Papa qu. 76. Bonifac. in Clem. 2. de hæret. quod habeant fiſcum. glo. & Imo. in c. quia diverſitatem de conce. preben. Ana. & Feli. in c. excommunicamus 1. §. de hæret. Covar. lib. 2. reſolut. cap. 9.*

128 Cœterum ea opinio vera eſſe poteſt, ubi inferiores domini ſummum imperium habent, & jura regia uſurpant; quales multi ſunt in Italia, & Germania; ſed viri principes ſubjecti regibus, nec jus confiſcandi habent, nec verum fiſcum. Ad Regem igitur ea bona pertinent. *c. 1. quæ ſint rega. & illic interpretes. Regia l. 12. tit. 2. par. 1. Bal. in rubr. de Privi. fiſci, Plat.* & alii *in Rub. de jure fiſci lib. 10. Alex. ad Bart. in l. 1. de bo. vacan. eo. lib. Mat. in principio conſtitu. Sicilia quæſt. 15.*

129 Quid ſi bona hæretici reperiantur in aliis regnis; num omnia pertinebunt ad fiſcum ejus, ſub cujus dominio hæreticus damnatus eſt? minimè omnium, immò quilibet Rex occupare poterit ea, quæ in ſuo regno invenerit. Et hæc eſt à plurimis recepta ſententia. *cap. vergentis de hæret. tradunt omnes in c. cum ſecundum leges. Collecta* poſt alios *in c. excommunicamus 1. Alexan. conſ. 31. lib. 1. & conſ. 111. lib. 4. Gonſal. de hæret. pravi. quæſt. 15. Aymo. conſ. 128. Brunus lib. 5. de hæret. cap. 6. Cotta in memorab. verbo confiſcatio. Boſſius tit. de bonorum publica. nu. 62.*

130 Unde quæſtio ea exoritur; quo in regno eſſe cenſeantur jura, & actiones. Ac primum quidem dubitabile non eſt, quin actiones in rem ibi eſſe cenſeantur, ubi res ipſæ ſunt, ſed quas perſequendas competunt; veluti jus pignoris, jus annuæ penſionis, & alia ejuſdem generis. *Clem. exivi. §. cumque annui reditus de verbo ſignif. l. qui actionem. ff. de regul. juris l. ult. C. ubi in rem actio. Cirierus lib. 2. de primoge. quæſt. 9. Tiraquel. de retractu municipali. §. 1. gloſſ. 6. & lib. de jure primige. quæſt. 49.*

131 Pluſculū dubitationis habet quæſtio de actionibus in perſonam, & nominibus debitorum; varii enim varia tradiderunt; ſed in propoſito ea ſententia verior eſſe videtur; ut illic eſſe cenſeantur, ubi debitores conveniendi ſunt; nam ibidem à fiſco fieri debet exactio. *l. Titium. §. tutores. ff. de adminiſt. tuto. l. quæro. ff. de ſolutionib. Lupus alleg. 92. Roma. in l. ſi conſtante. §. ult. ſolut. matr. Alex. conſ. 16. lib. 1. Soc. conſ. 101. lib. 1. Bertra. conſ. 74. lib. 2. Alciat. in l. cum ſtipulamur. ff. de verbo obligat.* vide *Tiraquel. de jure primige. qu. 46. & deinceps.*

132 Bona hæreticorum dividebantur olim quibuſdam Pontificiis conſtitutionibus in tres partes; quarum vna tribuebatur domino temporali, altera officio Sanctæ Inquiſitionis, tertia Eccleſiæ Romanæ. Hodie autem ſervandæ ſunt recentiores Conſtitutiones Apoſtolicæ, quæ latæ, & in uſu fuerint, & juris conſulti tales tradunt, relati à Camillo in Zanchinum *cap.* 26. & à Fran. Burſato. *conſ.* 43. ſed in Hiſpania omnia ea bona data ſunt à Regibus noſtris Catholicis officio Sacroſanctæ Inquiſitionis pro ſalariis, alimentis, & aliis plurimis, neceſſariis impenſis. 2. *inſtruct.*

Hiſpalen. cap. 12. Joan. And. Domini, & Fran. in cap. cum ſecundum leges.

133 Bona hereticorum uſu capi poſſunt etiam contra Eccleſiam Romanam tempore quadraginta annorum. Idemq; juris eſt contra fiſcum, ut quodam inſtructionum capitulo continetur. Quin etiam alio capite cautum erat, ut etiam poſt quadraginta annos fiſcus ea bona petere poſſet; id tamen abrogatum, & ad jus Pontificium redactum eſt, & ità utimur. *cap. 2. de præſcript. lib. 6. 3. inſtru. Hiſpalen. c. 1. abrogatum. cap. 20. primæ inſtructionis. Zanch. cap. 40.*

134 Nec me fugit eſſe aliquos æxiſtimantes præſcriptione quinquennii, aut certè viginti annorum fiſcum ſubmoveri poſſe; ſed quantum attinet ad bona publicata, hæc opinio è tribunalibus noſtris exploſa, ejectaque eſt. *l. 2. C. de apoſta. l. 1. §. ult. ff. de jure fiſci. l. quamvis. ff. de uſu capio. l. in omnibus. ff. de diver. & tempo. præſcriptionib. gloſ. in l. ult. C. de Sacroſan. Eccleſ. Bartol. in l. commiſſa de publica, & vecti. Ancha. in c. cum ſecundum de hæret. lib. 6. Abbas, & Feli. in c. cum nobis de præſcriptionib. Quemada quæſt. 16.*

135 Si quid in ſingulos annos hæretico debeatur; plurimùm refert quod ad publicationem attinet, an ex contractu, vel ex ultima voluntate id illi competat; nam priori caſu, quia vna, & perpetua obligatio eſt, publicatis ejus bonis, omnia, quæ illi ſingulis annis præſtanda erant, confiſcabuntur. *l. ſi ſticbum. 16. de verb. obligat. l. Senatus §. ult. ff. de donat. cauſa mortis.*

136 Poſteriori caſu non publicantur præſtationes futurorum annorum, quia plura cenſentur eſſe legata, primi anni purum, ſequentium conditionale; & ideò tale legatum ad hæredem non tranſit. Adde quòd cum ſint plura legata, per ſingula legata jus capiendi inſpicitur; ergo ut bona futura, & quę poſtea videntur acquiri, non ſequuntur fiſcum. *l. ſi in ſingulos l. cum in annos ff. de annuis legat.*

137 Hactenus plures quæſtiones reſolvimus, quæ breviter concludi potuerunt; ſupereſt ut tres alias prolixiores quanta fieri poterit brevitate tractemus. Unam, de lucris conjugum: alteram, de reſtitutione ab hæretico facienda in foro conſcientiæ: tertiam, de bonis primogenitorum confiſcandis.

138 Prima ea quæſtio eſt, quam frequenter tractatam eſſe Cordubæ ſcimus, ubi mihi natalis patria, & fęlix, & inclyta eſt; contingit enim ſæpè aliquos illic matrimonium contrahere, ac poſtea in aliam civitatem domicilium transferre, vel contra poſt hæc alter conjugum in hæreſim incidiſſe deprehenditur; dubium eſt, in confiſcandis bonis quæſitis, & auctis conſtante matrimonio, utrius loci conſuetudo inſpici debeat, contractus ne matrimonii, an domicilii: Movet dubitationem, quia ut verè teſtatur noſter Lupus, Cordubæ non dividuntur inter conjuges bona quæſita conſtante matrimonio, quemadmodum in reliqua ferè tota Hiſpania, viris, & vxoribus communia ſunt, ſed ſolis acquirentibus deferuntur: quod, & apud alias nationes moribus receptum eſt; nam in libro legis Saxonum tit. 8. ſic habetur: *De eo quod vir, & mulier ſimul conquiſierint, mulier mediam portionem accipiat:* hoc apud Vveſtfalos: apud Oſtfalos, & Angrarios, nihil accipiat, ſed contenta ſit dote ſua. Affert quoque dubitationem lex quædam regia, quæ prima facie videtur juri cõmuni contraria, ea enim cavetur, ut quantùm attinet ad hujuſmodi lucra; ſemper conſideretur conſuetudo loci contractus matrimonii, non autem domicilii *Joa. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & uxo. §. 60. regia l. 24. tit. 11. parte 4.*

139 Illud ſanè dubitabile non eſt, quòd pacta conventa in contractu matrimonii de his lucris, ſiuè vni, ſiuè alteri, ſiuè utrique conjugum in toto, vel parte acquirendis, ſervanda omninò ſunt, rejecta differentia locorum, & conſuetudinum; Quia tales conventiones non ſunt contra leges, aut bonos mores, ſed ex conſenſu partium legem accipiunt *c. 1. de ſponſali, & illic Anto. Feli.* & cæteri *c. 1. de filiis nat. ex matrimo. ad Morga. contra lib. feudo.*

140 Sed ceſſantibus pactis conventis, cum locorum conſuetudines variant, tunc ſemper conſideranda videtur conſuetudo loci, in quo matrimonium fuit contractum, quod attinet ad acquirenda ea lucra; quia Regla lex generaliter hoc dicere videtur, & noſter Lupus author eſt ità ſæpè fuiſſe pronunciatum *Regia. l. 24. tit. 11. parte 4. Joan. Lupus in rubr. de donat. inter vir. & uxo. §. 55. num. 12. & §. 62. propè finem.*

141 Ve-

141 Verùm quia nonnunquàm aliud ſcimus eſſe uſitatum, & ſecundùm varietatem caſuum, variè quoque fuiſſe judicatum; prædictam ſententiam tunc ſinè dubio veram putamus, cum bona acquiſita, & multiplicata fuerunt in eodem loco, in quo matrimonium fuit contractum; tametsi poſteà in aliam civitatem migraverint conjuges, & ibìdem domicilium conſtituerint: in quo jure, & interpretes planè conſentiunt.

Vulpiani Reſponſum.

142 Supradictis tamen prima fronte obſtare videtur quoddam Ulpiani reſponſum, quo ait, inſpiciendum eſſe locum domicilii mariti; non autem locum ubi inſtrumentum dotale conſcriptum eſt, neq; locum, in quo matrimonium fuit contractum; quemadmodum illic juris interpretes tradunt, *l. exigere dotem de judi.*

143 Sed Ulpianus de alia ſpecie longè diverſa loquitur, quàm lex Regia: ille enim de exactione dotis locutus eſt, cujus actio tractari debet in loco domicilii mariti; Regia verò lex de acquiſitione lucrorum ſtatuit, quæ ſecundùm ſtatuta, & conſuetudines lucrorum, in quibus multiplicata ſunt, acquiruntur.

In matrimonii contractu non inſpicitur locus cōtractus, ſed domicilii.

144 His adiice quod cōmuni ferè omnium conſenſu traditur, ſpeciale eſſe in contractu matrimonii, ut non inſpiciatur locus contractus, ſed locus domicilii mariti; quia illuc videntur conjuges deſtinaſſe dotis exactionem, & ſolutionem, ubi mulier ſecutura eſt virum, & ejus forum ſortiri debet *l. cum quædam de juriſdi. omni. judi.* & eſt communis intellectus *l. exigere dotem de judi. illic. & in l. 1. C. de ſumma Trini.* quem ſequuntur *Arcbid. & Præpo. in c. illud 12. diſtin. Joan. And. Anto. Bal. Abbas, & Feli. num. 24 in c. 1. de Sponſa, Andreas Siculus conſ. 4. lib. 2. Alex. conſ. 129. lib. 7. Jaſ. in l. qui certo loco de condi. indè Decius conſ. 19. & 283. & 402. Tiraquel. poſt leges connubi. num. 46.*

145 Sed, & Regia illa lex accipi poteſt, cum conjuges animum habuerunt permanendi in loco, ubi matrimonium contraxerunt: Ulpianus autem loquitur de alia ſpecie, cum maritus contraxit, ut advena, & ſtatim rediit in locum habitationis ſuæ, quod & Suares noſter ait. Accedit eò exēplum ejus, qui contraxit cum advena, quē ſcivit confeſtim receſſurum; is etenim videtur deſtinaſſe contractus executionem loco domicilii advenæ, *Suares in l. 1. tit. 3. lib. 3. fori legū limitatione 6. & l. hæres abſens. §. proindè de judi. confert. l. ſi ita legatum de legat. 3. & l. nihil intereſt de capti.*

146 Conveſtiri poteſt hæc ſententia traditione illa, quæ plurimis placet, ac vera eſt, quòd Ulpiani reſponſum locum nón habet, cum vir tranſit in domicilium uxoris, & ſuum relinquit; tunc enim domicilium illud novum conſideratur, non autem locus contractus, aut veteris domicilii. Et hoc etiam caſu legem Regiam reſtringit Joannes Lupus. Nec novum eſt, ut poſteriores leges per priores declarentur. *Joan. And. Imo. & Feli. nu. 26. in c. 1. de ſponſali. Bal. in l. ult. C. ſi à non compet. Judi. Jaſ. in l. cum quædam de juris omni. judi. Barba. conſ. 4. lib. 2. Decius conſ. 283. Hippoly. ſingula. 267. Purpura in l. 1. de Summa Trini. nu. 120. Caſſene. in conſuetu. Burgun. rubr. 4. §. 2. col. 8. Tiraquel. poſt leges connubi. nu. 47. Gratus conſ. 113. lib. 2. Joan. Lup. in rub. de donat. inter vir. & uxo. §. 55. l. ſed & poſteriores de legibus.*

147 Sed jam ad ſupra tactam quæſtionem revertamur, & iterum videamus, an quantùm ad acquiſitionem, & confiſcationem lucrorum attinet, inſpici debeat conſuetudo loci, in quo bona inter conjuges multiplicata ſunt, vel potiùs illius loci ubi domicilium ipſimet conjuges habent. Cui quæſtioni ex mente omnium ſupra reſpondimus, inſpiciendam eſſe conſuetudinem loci, ubi bona fuerunt acquiſita; præſertìm cùm conſuetudo fuerit in rem ſcripta, qualis conſuetudo Hiſpaniæ generalis eſt; quæ bona multiplicata afficit, ac de lucris inter virum, & uxorem dividendis loquitur. *l. cum ſeq. tit. 3. lib. 3. fori legum.*

148 Inter omnes autem Juris Peritos convenit, ut quòd attinet ad omnes ferè juris effectus, ſervari debeant leges, & conſuetudines illarum provinciarum, in quibus prædia, & alia bona omnia conſiſtunt. Quę ſententia multis juris conſultorum reſponſis, & Cæſarum conſtitutionibus comprobatur. *l. forma. §. ſi vero de cenſi. l. pupillo de tuto. & curato. dat. ab his l. venditor. §. ſi conſtat. commu. prædi. l. Titium. §. tutor. de admi. tuto. l. conſtitutio. ad municipia. l. an in totum. C. de ædifi. priva. l. ult. ubi in rem actio. l. certa forma de jure fiſ. l. 1. de mulie. & in quo loco lib. 10. & cap. Eccleſiaſ. 13. q. 1. & cap. de decimis cum ſeq. 16. q. 1.*

149 Sed

149 Sed, & Juriſperiti ſæpiſſimè hanc ſententiam communi conſenſu tradunt. *in l. 1. C. de Sacroſan. Eccleſ. Jacob. de Rave. Pet. Cynus, & Bar. nu. 42.* & illic *Bal. col. 12. Alci. glo. ult. col. 1. & pen. Alex. conſ. 16. lib. 1.* & iterùm *conſ. 44. lib. 5. Soc. conſ. 288.* & rursùs *conſ. 292. lib. 2. Rubeus conſ. 71. Gozadi. conſ. 49. Cirierus de primogenitura lib. 2. qu. 7. Covar. in epitome parte 2. cap. 7. nu. 9.* pleniùs *Tiraquel. de jure primoge. qu. 49. num. 2.*

150 Id quoque confirmat eandem ſententiam, quòd leges, & conſuetudines nòn extendunt vim ſuam extrà territorium; præſertim cum conſuetudo Cordubenſis odioſa eſſe videatur, & contra ſocietatem illam Divinæ, & humanæ domus, quæ inter conjuges quidèm arctiſſima eſt. *l. ult. de juriſd. omni. judi. cap. illa. 12. diſtin. l. 1. de ritu nupt. l. adverſus. C. de crimi. expila. hære.* & eſt communis opinio, quod odioſa conſuetudo non extenditur. *Bar. nu. 32. Bal. Sali.* & cæteri *in l. 1. de Summa Trinit. Paul. conſ. 223. Cardi. conſ. 2. Alex. conſ. 16. lib. 1. Capra. conſ. 42. Barba. conſ. 38. lib. 3. Corne. conſ. 115. lib. 2. Decius conſ. 276. e 314.*

151 Itaq; ſi conjuges Cordubenſes aliqua bona acquiſierint in alia Provincia Hiſpaniæ, ubi ea lucra communia ſunt viri, & uxoris; quamvis antea, vel poſtea Cordubæ domicilium habuerint, nihilominus illa lucra æqualitèr inter illos dividentur; neq; conſiderabitur locus, in quo matrimonium contraxerint. Hanc ſententiam ſequuntur multi Juriſperiti, quibus ego ſupradictis, aliiſq; argumentis perſuaſus vehementer aſſentior. *Oldra. conſ. 249. Joan. And. ad ſpecul. tit. de inſtrum. editione, §. compendioſè. Signorol. conſ. 166. Ancha. conſ. 163. Curtius Senior conſ. 43. Caſſene. conſ. 7. & in conſuetu. Burgun. rubr. 4. §. 2. col.* 8. pleniùs *Aymo. conſ. 30.*

152 Sed huic ſententiæ fortiter obſtare videtur lex illa Regia, quæ generalitèr ait conſiderandam eſſe ad acquiſitionem horum lucrorum conſuetudinem loci, in quo matrimonium fuit contractum, tametsì poſtea conjuges in aliam Provinciam migraverint. Dubitationem auget, quòd aſſertione noſtra redderetur quodam modo ſupervacua lex Regia, quæ otioſè meminiſſet loci, ubi matrimonium fuit contractum, cum potiùs conſiderare deberet locum, in quo bona ſunt acquiſita. *l. Regia. l. 24. tit. 11. parte 4.*

153 Neque illud verum eſt, quod ſupra ceu indubitatum aſſumpſimùs, conſuetudinem Cordubenſem odioſam eſſe; nam & illa juri communi conſonat, quo quidquid alter ex conjugibus acquirit, ſibi ſoli acquirit, & favorabilis cenſenda eſt, quia redit ad jus antiquum, & quia in favorem virorum introducta eſt, non autem in odium uxorum; Quapropter id prævalere debet, quod præcipuè intenditur. *l. ex pecunia. C. de jure dot. l. ſi unus. §. quod, & in ſpecie de pact. l. qui exceptionem de condi.* indè *Bar. Paul. & Alex. in l. 2. C. quod met. cauſa.*

154 Accedit eodem, quod nonnulli Juriſperiti rectè aſſerunt conſuetudinem, qua lucra fiunt communia, exorbitantem, & contra jus eſſe; multiq; alii putant conſuetudinem favorabilem extendendam eſſe ad bona exiſtentia extra territorium. *Joan. And. in cap. 2. de donat. inter. vir. & uxo. Nico. de Ubal. de ſucceſſio. ab inteſta. parte 4. Caſſene. in conſue. Burgun. rubr. 2. §. 4. col. 2. quod conſuetudo favorabilis extendatur. l. propter litem. §. licet de excuſa. tuto. l. 2. C. eodem tit. l. magis puto. §. illud de rebus eorum. Roma. conſ. 39. Alex. conſ. 41. lib. 5. Capra. conſ. 21. Barba. conſ. ult. lib. 3. Corne. conſ. 222. lib. 4. Decius in l. fi. de juriſd. omni. judi. nu. 13.*

155 Sed tamen hæc argumenta non uſque adeò urgent, ut propterea neceſſarium ſit à communi, & vera ſententia diſcedere; nam Regia lex cum dicit ſervandam eſſe conſuetudinem illius loci, in quo vir, & uxor matrimonium contraxerunt, quantùm ad lucra, quæ fecerunt; & rursùs cum dicit non eſſe ſervandam conſuetudinem Provinciæ, in qua poſtea migraverint, quantùm attinet ad illa lucra; nil aliud ſine dubio ſignificare voluit, quàm de lucris conjugum indicandum eſſe ſecundum leges, & conſuetudines Provinciæ, in qua matrimonium fuit contractum, & lucra facta; non autem ſecundum eam conſuetudinem, quæ in alia Provincia viget, in quam poſt lucra acquiſita domicilium transtulerint; Quam intelligentiam verba illa copulata præteriti temporis ſatis indicant; neque aliquid habent abſurdi, neque Juri communi, aut receptis doctrinis adverſantur. *l. 24. tit. 11. parte 4. lib. 3.*

§. hac

§. hæc verba de nego. geſtis. l. in delictis. §. 1. de noxali.

156 Quod verò multi putant, conſuetudinem favorabilem interdum extendi poſſe; id tunc tantùm locum habet, cum ea præcipuè perſonas reſpicit, & in conſequentia bona; quod, & illimet Juriſperiti fatentur; aliud autem prorsùs eſt, cum conſuetudo in rem ſcripta fuerit, qualem hanc noſtram eſſe paulò ante probavi.

157 Altera quæſtio prolixe quidèm, ac difficilis tractationis, ſed magni momenti eſt: an hæreticus nondum à Judice condemnatus, nec ab aliquo accuſatus teneatur in foro conſcientiæ bona ſua omnia offerre fiſco; alioquin tamquam res alienas retinens, tamdiù ſit in reatu peccati mortiferi, quamdiù bona, quæ poſſidet, non reſtituit fiſco.

158 Hanc diſputationem difficilem nobis reddit Alphonſus Caſtrus, qui copioſiùs, & nervoſiùs, quàm reliqui omnes communem ſententiam impugnat; is enim *lib. 2. de poteſtate lege pœnalis*, uſquè adeò acritèr argumentatur, & tàm fortitèr undique urget, ut propemòdum receptas doctrinas ſubverterit; cuius argumenta, quāta potero brevitate referam, & confutabo. Quod equidem non eo animo aggredior, ut contra virum doctiſſimum dicam, ſed ut benigniorem, & receptiorem ſententiam, veriorem quoque eſſe evidenter oſtendam.

Argumenta Alphonſi de Caſtro.

159 Primò ſic argumentatur noſter Alphonſus. Hæreticus privatus eſt ipſo jure dominio bonorum ſuorum, quod in fiſcum translatum eſt; ergò vero Domino bona illa reddere debet, alioquin lethaliter peccat retinens rem alienam invito Domino.

Secundum Argumentum.

Secundò, ſi judex declararet illum hæreticum eſſe, teneretur ſtatim ſinè aliqua condemnatione bona ſua in foro conſcientiæ reddere fiſco: ergò, & ante ſententiam eam reſtituere debet.

Tertiū Argumentum.

Tertiò, ſi fiſcus occuparet ante ſententiam bona hæretici etiam invíti, quem tamen conſtaret fiſco hæreticum eſſe, non teneretur ea hæretico reſtituere; ergò hæreticus, antequam fiſcus ea occuparet, tenetur ei bona illa dare.

Quartum Argumentum.

160 Quartò, fiſcus poſſet occupare ſecreto ab hæretico tot bona, quot ille retinet ex his, quæ ad fiſcum pertinent, quando fiſcus non poſſet in judicio hæreſim teſtibus probare; ergò hæreticus ex conſcientia tenetur eadem bona fiſco reddere.

Quintum Argumentum.

Quintò, hæreticus injuſtè poſſidet bona, quia ſinè titulo ea retinet; ergò reſtituere fiſco tenetur.

Sextū Argumentum.

Sextò, ſi dominium hæreticus retineret, tranſmitteret illud in hæredem; hæres autem non poſſet illis bonis privari, quia nunquam aliquis ſinè culpa vera, vel præſumpta, privari poteſt dominio bonorum ſuorum. Demum citat aliquos hujus quoque opinionis authores.

Ex Alphōſi Argumentis primum tantū fortiſſimum.

161 Hæc ſumma eſt argumentorum, quibus prolixiùs relatis, & confirmatis ſuam opinionem tuetur Alphonſus. Quorum, ut verum fatear, omnium primum duntaxat fortiſſimum eſſe mihi videtur. Quamobrem illius diſſolutionem in alium locum reiiciam, ut cætera argumenta omnia breviter jam diluere poſſim.

Secundum Alphonſi opinionis fundamentum.

162 Secundum fundamentum illius opinionis eſt, quòd per ſolam ſententiam declaratoriam ſuper crimine latam, tenetur hæreticus in foro conſcientiæ bona omnia tradere fiſco, etiamsi nulla alia judicis condemnatio adjecta ſit; ergò ante ſententiam tenetur id ipſum facere; quia ſententia declaratoria nullam inducit obligationem; Neque ob aliud ea ſententia exigitur, quàm ut conſtet crimen eſſe commiſſum, quod cum hæretico ſit notiſſimum, fruſtra ſpectat ſententiam declaratoriam ad faciendam reſtitutionem; eo præſertim accedente, quod iuxtà quorundam opinionem, talis ſententia neceſſaria non eſt in crimine notorio. *hac Alphon. l. 2. de poteſta. legis pœnalis cap. 10. citans c. cum ſecundum. §. ult. de hæret. lib. 6. & Felinum in c. Canonum de conſtitu. & alia quædam.*

Argumentorum ſolutio.

163 Hoc argumentum facile (ni fallor) diſſolvi poteſt, nam quod ait, ſententiam declaratoriam abſque alia condemnatione ſufficere, ut hæreticus reſtituere bona teneatur in foro conſcientiæ, quamvis ab eo non petantur, negari quidem poſſet; quia Decret. Bonifacii VIII. ab Alphonſo prolatum, non probat ejus ſententiam; tum quia nihil illic agitur de reſtitutione bonorum in foro conſcientiæ facienda; tum etiam, quia promulgare ſententiam ſuper crimine (quod in eodem Decreto adiicitur) non ſic accipiendum eſt, ut judex ità pronuntiet; declaro Bucerum hæreticum eſſe; quis enim tàm brevem, & mancam ſententiam proferat? Sed ſententiam ſuper crimine promulgare, hoc quoq;

inclu-

includit, ut Bucerus declaretur hæreticus, & per conſequentiam incidiſſe in pœnas iure ſtatutas, in quas per eandem ſententiam condẽnari debet; alioquin nullius momenti ſententia eſt, quæ condemnationem, vel abſolutionem non continet. *cap. cum ſecundum. §. ult. de hæret. lib. 6. l. præſes. C. de ſent. & inter lo. omni. judi. l. 1. de re judic.*

164 Sed agè concedamus illam ſententiam ferri poſſe, fingamuſque aliquem judicem laconem, qui pronuntiet his tantùm verbis.: declaro Bucerum Hæreticum eſſe. Numquid hæc ſententia vim expreſſę condemnationis non habet? immò nihil prorsùs ab ea diſtet, quæ Bucerum nominatim condemnet ad ſubeundas omnes pœnas jure ſtatutas; Nam ſi judex ita pronunciaverit: calumniatus es: condemnavit accuſatorem; & quamvis nihil de pœna ſubjecerit; tamen legis poteſtas adversùs eum exercebitur, ut rectè Marcellus jure conſultus tradidit. *l. 1. §. ad Senatus conſul. Turpilia.*

165 Undè manifeſtè relinquitur infirmam eſſe conſequentiam illius argumenti; quia longè alia cauſa eſt reorum ante ſententiam, & poſt ſententiam, quemadmodum omnium conſenſu receptum eſt, neque id Alphonſus ipſe negaret, ſed in eo fortè labitur, quod putat ſententiam declaratoriam vim condemnationis non habere. Nec moveat quemquam, quod ille ait, ſententiam declaratoriam propterea neceſſariam eſſe, ut manifeſtum fiat crimen fiſco, & aliis; quia meo quidem judicio longè alia ratio eſt, propter quam ea ſententia requiritur; nempè ut antequam proferatur, cauſæ cognitio præcedat; & reus accuſetur, audiatur, ac defendatur; & tandem juris ordine ſervato abſolvatur, vel condemnetur; Nec enim profertur ſententia, ut per illam de crimine conſtet; ſed ubi de crimine conſtat, tunc ſententia profertur, ut reus vel abſolvatur, vel damnetur, & ut leges executioni mandentur antecedente ſententia.

Falsò tenet Alphonſus quod in crimine notorio non ſit neceſſaria ſententia. 166 Indè quoque ſequitur, falſam eſſe opinationem illam, quam Alphonſus tanquam indubitatam aſſumit, quod in crimine notorio non ſit neceſſaria ſententia; id enim nullo jure, aut evidenti ratione probatur, quinimmò crimina manifeſtiſſima egent cauſæ cognitione, atq; ſententia judicis competentis; neque tàm evidens poteſt eſſe delictum; quòd aliqua juſta defenſione in toto, aut parte defendi, aut excuſari non queat: quod, & Alphonſus ipſe fatetur. Evidentia quidem patrati ſceleris non eget clamore accuſatoris, ſed tamen eget ſententia judicis. *cap. evidentia de accuſatio. & illic glo. ulti. & interpretes.*

167 Poſtremò, illud etiam falſum eſſe convincitur, quòd propterea reus tenetur omnia bona tradere fiſco, quia ſibi ipſi manifeſta eſt hæreſis. Non enim eſt id, quod eum obligat, ſed judicis juſta ſententia ſuper crimine promulgata, quæ quamvis declaratoria ſit, applicat tamen pœnam ſingulis hæreticis, quæ generalitèr per leges ſtatuta eſt adversùs omnes. *Aliud fundamentum vacillans.*

168 Etenim lex condemnans universos hæreticos, nihil aliud eſſe videtur quàm generalis quædam ſententia Principis adversùs omnes hæreticos lata; Undè cum ejuſmodi lex non condemnet nominatim Lucium, vel Titium, nec reorum defenſiones audire poſſit, neceſſe eſt, ut per judicem cuſtodem legis, atq; miniſtrum Reus examinetur, & juris ordine ſervato cauſa cognita, damnetur, ac declaretur pœna, & ſẽtentia legis comprehendi; Nam quemadmodum generalis ſententia Principis non deſignatis certis perſonis, incerta eſſet, ac neminem in individuo comprehenderet; ſic ſẽtẽtia illa legis generalis, qua omnes hæretici condemnantur, & eorum bona confiſcantur, incerta eſt, & nullam vim habere videtur, antequam per judicem Lucius, ac Titius hæretici declarentur, & ſecundùm legem condemnentur. Quod Gerſon quoque ferè mecum ſentit, & Sanctus Thomas in librum 5. ethi. lect. 12. inquiens *Sententialis juſta ſunt applicationes juſtorum legalium ad particularia facta. l. in ſumma de re judi. §. curare inſtitu. de actioni. Gerſon. part. 3. lect. 4. de vita ſpirituali, Corollar. 14. in fine ſecunda propoſit.* *S. Thomæ ſententia.*

169 Accedit eodem quòd lex humana non habet majorem poteſtatem, quàm Princeps; nàm Princeps leges ipſas condit; &, ut inquit Xenophon. lib. 8. de prædia, ſeu diſciplina Cyri: *Princeps ipſe lex videns eſt*; & Philo lib. 2. de vita Moſis: *Rex animata lex eſt, lex verò rex eſt juſtiſſimus*: & Juſtinianus in authenticis conſtitutionibus ait; Principem eſſe legem vivam, & animatam, cui Deus leges humanas ſubjecit, ſed Princeps non poteſt hæreticum aliquem *Princeps lex videns. Rex lex animata.*

quem

quem ante damnare, quàm eum hæreticum eſſe conſtet; idque non alitèr fieri poteſt, quàm antecedente citatione; atque omni cauſa diligenter cognita; ergò neque per legem poteſt quiſpiam ſic damnari, ut priùſquam de crimine legitimè conſtet, jam ſit ipſo jure ità condemnatus, ut ſe ipſum prodere, atque accuſare teneatur, & ante judicis ſententiam adſtrictus ſit ex conſcientia omnia bona offerre fiſco. *l. Princeps de legi. l. 1. de conſtit. Princi. authen. de conſul. §. ulti. actorum c. 25. Clem. paſtoralis. §. ultim. de re judi. c. 1. de cauſa poſſe. & proprieta.*

Reus ad pœnam ſibi infligendam nõ tenetur.

Iudex condemnare non poteſt niſi iuxtà allegata, & probata.

170 Præterea quamvis crimen ſit ipſi Reo manifeſtum, non tamen propterèa tenetur ad executionem pęnæ in ſe ipſum faciendam in foro conſcientiæ, priùſquam in foro exteriori ſit per judicem jure damnatus; quemadmodum nec Princeps, nec Judex debet, aut poteſt illum reum condemnare, quem certiſſimè ſcit crimen commiſiſſe, niſi tanquam judici hoc illi conſtiterit, idèſt ex fide eorum, quæ probata fuerint ex actis cauſæ ordine juris ſervato. Denique omnes pœnæ legibus ſtatutæ publicis accuſationibus, publicis actis, & ſententiis, item publicis egent executionibus; nihilque aliud legum latores ſuis legibus aut præcipiunt, aut volunt; quemadmodum pleniùs alio loco dicemus, & hactenùs de ſecundò argumento fortaſſis ſatis, & ſuper. *l. illicitas. §. veritas de offi. præſi. l. prolatam. C. de ſenten. & interlocutio. cap. ſi peccaverit cum ſeq. 2. q. 1.*

Tertium Alphonſi argumentũ ſoluitur.

171 Tertium Alphonſi argumentum inane prorsùs eſt ab imis unguibus uſquè ad verticem ſummum. Sic enim argumentatur. Sì ſciret fiſcus per evidentiam rei, quæ nulla poſſet tergiverſatione celari Petrum hæreticum eſſe, & eo invito ante ſententiam bona illius caperet, non teneretur illi reddere; ergo Petrus antequam fiſcus ea capiat tenetur ex conſcientia reſtituere; ſed agè perpendamus jam ſingulas argumenti partes: *Sì Sciret*, inquit, *fiſcus*; hic ſubſiſtere poſſem, atq; negare, fiſcum, qui inanimus eſt, poſſe quippiam intelligere, aut Scire: ſed nihil moror. Fingamus ergo fiſcum eſſe hominem aliquem; quidtum poſtea? *Sì ſciret*, inquit, *per evidentiam rei, quæ nulla poſſet tergiverſatione celari*. Hoc quoque videtur impoſſibile; nàm cum hæreſis omnis in intellectu, & voluntate conſiſtat, vix tam cognita cuiquam videri poteſt, ut non excuſari, ac defendi aliqua ratione queat, quod ipſemet Alphonſus in præcedenti argumento ingenuè faſſus eſt; ſed fingamus iterum id evenire poſſe; quid deindè? innuere videtur, poſſe fiſcum hæretico invito ante ſententiam bona illius invadere; quod quidem fieri poſſe nego; non enim quiſpiam hæretici bona invadere, aut occupare priùs poterit, quàm publicè ſit ille citatus, accuſatus, auditus, defenſus, convictus, damnatus.

172 Sed pergit Alphonſus, & in confirmationem argumenti ait; fortaſsè peccare fiſcum eo modo hæretici bona occupando; verùm quia hæreticus ea injuſtè poſſidebat, fiſcus autem poſt apprehenſionem juſtè poſſidet, non teneri fiſcum ea bona hæretico reſtituere. Quod verò ad reſtitutionem, eo caſu fiſcus non teneatur quadam regula juris probat cujus verba ſunt. *Quod à quoquàm pœna nomine exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur.* Quod illic Decius, & Montanus ajunt locum habere in foro conſcientiæ. *l. quod à quoquam de regu. juris.*

Ante ſententiã Hæretici poſſeſſio non eſt iniuſta.

173 Hic iterum nego poſſeſſionem hæretici ante ſententiam eſſe injuſtam; quia hæreticus adhuc retinet naturale dominiũ ſuorum bonorum; habet etiam titulum, & poſſeſſionem, & bonorum adminiſtrationem; ergò non injuſtè poſſidet. Quod autem habeat naturale dominium, ex eo ſatis conſtat, quòd naturalitèr inſiſtit rei, cujus titulum, & cauſam habet, neque aliqua lege tale dominium ante ſententiam aufertur ab eo; nèc propter hæreſim illud, aut ejus titulum jure naturali, aut Divino ipſo facto amittit; poſſeſſionem autem omnes concedunt permanere apud hæreticum; ea igitur juſta, & legitima eſt. *l. aufertur. §. in reatu de jure fiſci. Aneba. in c. cum ſecundum leges. Curtius Senior conſ. 20.*

174 Undè conſequitur evidentiſſimè, fiſcum neque occupare, neque invadere poſſe talem poſſeſſionem; neque enim manu propria jus ſibi dicere, aut vim inferre debet hæretico nondũ condemnato; quod generalitèr innumeris ferè legibus prohibetur; & nominatim de hæretici poſſeſſione loquens Almainus, id ipſum tradit, & reliqui omnes conſentiunt. *l. nullus. C. de Judæis. l. 1. & ſeq. quando lice. unicuique. l. ſi quis in tantam. C. undè vi. Almainus in lib. 4.*

ſent. diſt. 15. quæſt. 2. de reſtitutione in principio.

175 Indè etiam perſpicuum fit talem fiſci poſſeſſionem violentam, & injuſtam eſſe; nam, ut rectè Fabius ait: *quidquid jure poſſidetur, injuria aufertur*; Undè illud quoque relinquitur fiſcum teneri ad reſtitutionem illius poſſeſſionis, quandoquidem ſpoliatus etiam à judice juris ordine prętermiſſo, confeſtim reſtitui debet, etiam ſi prædo ſit, nec injuſtè privandus eſt commodo ſuę poſſeſſionis. *Fabius decl. quæſt. 13. c. in literis cap. conquerente: de reſti. ſpolia. c. licet Epiſcopus de præben. lib. 6. §. retinendæ inſtit. de interdi.*

176 Quinimmò fiſcus teneretur occulto hæretico furti actione, tametsi verus Dominus eſſet; quia ejus intereſt bona illa ſubrepta non eſſe. *l. itaque Fullo. §. ult. l. cum as pignori. l. qui injuria. §. ult. ff. de furtis.*

Iuris quædam regula Alphonſi opinio non probatur. 177 Nec probat Alphonſi opinionem ſupraſcripta regula juris, quæ quidem de juſta exactione loquitur, non autem de violenta invaſione. Ait enim *quod à quoquam pœnæ nomine exactum eſt; exactum* ait, non raptum, non ſpoliatum, non violenter invaſum; nec aliud eſt in jure civili exigere, quàm inſtituta actione petere; quòd ſi exactionem illam, pro violenta invaſione accipiamus; vide ne cuilibet permiſſum eſſe videatur auctoritate privata penus ab invito extorquere. Quo quid abſurdiùs, aut periculoſiùs dici, excogitarivè poteſt? *l. exigere dotem de judi. l. 1. §. exactio. C. de rei uxo. actio. Alcia. in l. tranſacta de verbo. ſigni.*

Decij, & Montani ſententia. 178 Nec abnuerim Decium, & Montanum rectè dixiſſe neminem cogendum reſtituere in foro conſcientiæ, quod pœnæ nomine à quoquam exegerit; id enim verum, & extra controverſiam eſt; nam pœnas ob maleficia ſolvi magna ratio ſuadet; Verùm nihil noſtræ ſententiæ obſtat; ſed adversùs quorundam puerilem errorem id illi dixerunt, qui falsò putabant nil pœnæ nomine ſalva conſcientia exigi, aut retineri poſſe; quos plenius confutat Fortunius noſter *lib. de ultimo fine juris illatione 18. l. ſi à reo. §. ult. ff. de fidejuſſorib.*

Authoritas Innocentii, & Baldi non officit. 179 Atqui Alphonſus inſtat, & ſuam opinionem comprobat auctoritate Innocentii, & Baldi aſſerentium in executione non eſſe cognitionē aliquam neceſſariam; ſed neq; indè aliquid contra noſtram ſententiam ſequitur; illi enim de juſta executione loquuntur, non autem de violenta invaſione; Is enim cui mera executio à judice mandata eſt, poteſt eam ad effectum perducere ſinè cauſæ cognitione, immò de juſtitia cauſæ cognoſcere nequit; Et id eſt, quod patres illi docent. *Inno. in cap. ex ratione de appellatio. Bal. in cap. 1. di feudo ſinè culpa non ami. C. paſtoralis. §. quia vero. de offi. delega. l. executorem, C. de executio. rei. judi. Felinus* poſt alios *in cap. de cætero. de re judi.*

Sicuti nec lex quædam Pontificia. 180 Præterea conatur Alphonſus opinionem illam ſuadere lege quadam Pontificia ſæpè à nobis memorata, & ſæpiùs adhùc memoranda, quæ quidem tantum abeſt, ut ei ſuffragari valeat, ut vel eà ſolà hoc ejus argumentum facilè ſubvertatur; Prohibet enim lex executionem, & occupationem bonorum antequam ſententia ſit ſuper crimine promulgata; Undè perſpicuum fit occupationem, & executionem antea factam, reprobam, & injuſtam eſſe. Sed addit Alphonſus, lex eadem non dicit apprehenſionem bonorum eſſe inanem, & nullam; ergo neceſſariò erit firma, & valida; Cui illud reſpondeo quod lege Civili jam olim declaratum eſt: nempè conſequentiam hanc invalidam, & inanem eſſe; Lex enim ait, legislatori quod fieri non vult tantùm prohibuiſſe ſufficiat, cætera quaſi expreſſa ex legis liceat voluntate colligere; hoc eſt, ut ea quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia, ſed pro infectis habeantur, licèt legislator fieri prohibuerit tantùm, & non ſpecialitèr dixerit, inutile eſſe debere quod factum eſt; ſed & ſi quid fuerit ſubſecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum eſt, illud quoque caſſum, atq; inutile eſſe præcipimus. Hæc ſunt verba legis. Ex quibus, & aliis paulò antè commemoratis illud quoq; relinquitur in ſpecie propoſita fiſcum eſſe invaſorem injuſtum, hæreticum verò defenſorem poſſeſſionis juſtum. *cap. cum ſecundum. §. ulti. de hæreti. lib. 6. l. non dubium C. de legibus. l. 3. de his qui ad Eccle. confu.*

Quartum Alphonſi Argumentum diluitur. 181 Quartum Alphonſi argumentum debile, & infirmum eſt, quia fiſcus non poteſt antè ſententiam hæretici bona occupare, ut jam luculenter oſtendimus; nec minùs injuſta eſt clandeſtina poſſeſſio contra

tra

tra legem uſurpata. quàm violentèr oblata. *l. 1. ſ. denique quod vi, aut clam. cap. item cum quis de reſti. ſpoliato.*

182 Fortiùs urgere videtur id, quod in fine ejuſdem argumenti addidit: debitor intelligitur is, à quo invito exigi pecunia poteſt, ut ait Modeſtinus; hæreticus autem eſt fiſci debitor, quia ab eo invito bona omnia fiſcus exigere poteſt; ergò hæreticus tenetur in foro conſcientiæ reſtituere bona omnia fiſco, dicente Paulo Apoſtolo: *reddite omnibus debita. epiſtol. ad Roman. cap. 13. l. debitor. de verb. ſigni.*

Multifariæ reſpõſiones. 183 Cui argumento reſponderi multifariàm poteſt. Primò, quòd non ab omni debitore invito exigi pecunia poteſt; nec enim ab eo, qui debitor eſt in diem exigi poterit pecunia ante illud tempus; multò igitur minùs occupari clanculùm bona hæretici poterunt, antequã ſententia ſit promulgata; nec in foro quidem conſcientiæ quiſpiam debitum ſolvere tenetur antè tempus. *l. cedere diem de verb. ſigni. l. 1. C. de plus peti.*

184 Nec oberit ſi dicatur tempus ferendæ ſententiæ ſtatutum eſſe occupationi, & executioni; non autem obligationi; quia is, qui in legem pœnalem incidit, non tenetur exequi pęnam in ſeipſum antè ſententiam; Quinimmò probabile eſt, quòd nec poſt sẽtentiam teneatur ad executionem, ſed tantùm ad eam patientèr tolerandam: niſi fortè judex pronuntiaverit, ut reus priùs aliquid præſtet, quod tamèn nec leges, nec ſententiæ dicere ſolent; ſed leges pœnam ſtatuunt, judices verò condemnant, ut pœna legis Lucio, vel Titio irrogetur, quam pœnam illi ſolvere teneantur intrà certum tempus, poſteaquàm fuerint admoniti cum literis executoriis illius ſententiæ.

Alia ad Argumentum reſponſio. 185 Alio quoque modo reſpondeo ſupraſcripto argumento, quòd cum aliquis lege humana debitor tantùm eſt, quamvis ab eo invito pecunia exigi poſſit, nihilominùs tamen ipſe non tenetur in foro conſcientiæ illam reſtituere. Quod probo duplici exemplo, & aliis quoq; multis comprobare poſſem. Primò, qui per literarum obligationem aliquid ſpe futuræ numerationis ſe debere confeſſus eſt, is poſt biennium debitor ejuſmodi eſt, ut ab eo invito pecunia exigi poſſit, & tamen eam in foro conſcientiæ antè executionem ſolvere non tenetur. Similia protsùs de eo dici poſſunt, qui per falſas probationes condemnatus eſt, à quo invito pecunia exigi poteſt, quã tamen in foro conſcientię ſolvere nec tenetur; hæręticus autem lege tantùm debitor eſt, & quidem lege pœnali, & quæ non illi præcipit, ut bona ſua offerat fiſco, ſed duntaxat ait, ea eſſe confiſcata, nec antè permittit executionem, quàm ſententia ſuper crimine fuerit promulgata. *l. in contractibus. C. de non nume. pecu. l. Julianus verùm debitorem. de condi. indeb.*

186 Sed forſitàn quiſpiam dixerit ſupraſcripta exempla in eo diſſimilia eſſe, quòd in utroq; foret injuſta exactio; fiſcus autem hæretici bona exigere jure poteſt; cui reſpondeo, ſimilitudinem nihilominus in eo manere, quòd utrobiq; debitor lege tantùm humana tenebatur. Quid quod fieri poteſt ut exactio juſta ſit in illis ſpeciebus, videlicèt ſi actor in jus alteriùs ſucceſſerit, & ſcriptura, vel teſtibus deceptus juſtã ignorantiæ cauſam habet? Quid quod poſsẽ alia ſexcẽta proferre, in quibus exactio ſit juſta, & is, à quo invito pecunia exigitur, eam reſtituere non teneatur in foro conſcientiæ? Sed alia duo exempla, verbi gratia poſuiſſe ſufficiet. Si pater tuus rem aliquam ſecretò mihi donaverit, vel in minùs ſolemni voluntate aliquid mihi præſenti reliquerit; non teneor ego tibi patris hæredi res illas reſtituere; tù verò eaſdem exigere à me etiam invito potes; nil ergò prohibet quin fiſcus exigere poſſit hæretici bona, hæreticus autèm ea reſtituere antè ſententiam in foro conſcientiæ non teneatur. *l. 2. C. de fideicomm. l. duo ſunt Titii. de teſtamenta. tute.* *Obiectio.*

187 Poſtremò, ne longius abeam, ſupradicto argumento reſpondeo, Modeſtini ſententiã plerumq; in foro conſcientiæ locum non habere; Multi ſiquidèm in foro conſcientiæ verè debitores ſunt, à quibus invitis nil exigi poteſt: è contrario multos reperire licebit, à quibus multa exigi poſſunt, qui tamèn nihil debent in foro conſcientiæ. Denique titulum habet hæreticus, & verum, ac naturale dominium bonorum ſuorum, habet itèm juſtam poſſeſſionem, ut ſuprà quoquè dixi; relinquitur ergò non eſſe illum obligatum ex conſcientia antè ſententiam, bona ſua dare, aut offerre fiſco. *Reſponſio.*

188 Quinto argumento Alphonſus prolixè probare conatur poſſeſſionem hæreti-

ci eſſe injuſtam, quia (ut inquit) nullo jure, aut iuſto titulo eam habet. Nos autem veriſſimiliùs paulò antè probavimus, hæretici poſſeſſionem eſſe juſtam, neq; aliquo jure prohibitam, aut improbatam eſſe: non jure naturali, non Divino, non Gentium, aut Civili; quin immò jure ipſo Pontificio, quo præcipuè bona hæreticorum confiſcantur; poſſeſſio illis non tantùm relinquitur, verum etiam defenditur; & prohibetur, nè fiſcus antè ſententiam occupare illam ullo modò queat. Adde quòd hæreticus prò ſuo poſſidet, ac verum dominium, & titulum retinet; nèc animo, aut corpore poſſidere propter hęreſim deſinit. Non ergò tenetur in foro conſcientiæ fiſco poſſeſſionem tradere antè ſententiam. *cap. cum ſecundum. §. ulti. de hæreti. lib. 6.*

189 Sexto argumento probare nititur dominium bonorum hæretici translatum eſſe in fiſcum ipſo jure a tempore commiſſi criminis; quia ſi hęreticus verum dominium haberet, utiq; tranſmiſiſſet illud in hæredem, à quo auferri non poſſet, niſi propter ipſius hæredis culpam veram, vel præſumptam; ſed omni culpa hæredis ceſſante auferuntur ab eo illa bona; ergò verum illorum dominium nèc hæreticus habuit, nèc ad hæredes tranſmiſit. Hoc argumentũ nullas omninò vires habet; quia hæredes repræſentant perſonam defunctorum, & non ſecùs atq; illi ſi viverent, conveniri poſſunt. Proindè non ſolùm ex contractibus defuncti conveniuntur, ſed interdùm etiam ex delictis, ſcilicèt ſi lis fuit cœpta cum defuncto, vel pęna ipſo jure impoſita; itàut poſt mortem accuſari poſſit reus, ut fit in crimine hæreſis, vel ſi ex maleficiò aliquid ad eos pervenerit, quibus caſibus hæredes ſolvere debent etiam innocentes, quamvis verum dominium ad eos tranſlatum ſit. *l. 1. C. ex delictis defun. c. à nobis 2. de ſent. excommu. c. accuſatus §. in eo de hæret. lib. 6. l. 1. ut actio ab hære. & contra hæred. incipi.*

Expenditur Alphonſi Doctrina.

190 Ad poſtremùm Alphonſus citat nonnullos ſuæ opinionis auctores, verùm prò nobis è regione pugnant agmina ingentia Theologiæ, ac juris Peritorum, quorum ſententia benignior quidèm, & longè receptior eſt. Opinionem Alphonſi ſequuntur *Abbas, & Felin. in cap. 1. de conſtitu. Pau. in l. 1. §. ad beſtias. de poſtulan. Angel. in authen. de inceſtis nupt. Barba in c. Raynaldus de teſtamen. Corſetus in ſingularibus. Maynerius in l. quod à quoquam de regu. juris*: quibus addo. *Cardi. in c. fraternitas 12. qu. 2. Parpa. in l. ſi quis major. C. de tranſact. Mattha. in conſti. Sicilie, violentias. rub. 29. lib. 1. qu. 2.* quos, & alios ſimilitèr errans allegat. *Tiraquel. in l. ſi unquam. C. de revocan. donat. parte, revertatur. num. 236.* cui adde *Ludovic. Gomez. in capit. 1. de reſcript. lib. 6. nu. 9.*

191 Supereſt jàm ut ad primum illud Alphonſi argumentum, quod fortiſſimùm eſſe diximus, revertamur; ſed priùſquam illud diſſolvere aggrediamur, tria brevitèr tractare oportet, quæ quidem nèc extrà propoſitum, nèc inutilitèr diſſeremus. Primùm an Princeps poſſit legem condere, qua expreſsè obliget reum ad magnam aliquam pęnam in ſe ipſum exequendam in foro conſcientiæ. Secundùm eſto quòd poſſit, an id facere debeat; Tertiùm, utrum id voluiſſe in dubio credendus ſit.

192 In prima quæſtione Alphonſus ait legem fieri poſſe, qua reus ad pęnam ſubeundam obligetur in foro cõſcientię, quod probat quibuſdam legibus Divinis, quas prolixè inducit ad ſuam opinionem confirmandam; & indè poſteà deducit idem quoq; legibus humanis fieri poſſe. *Alphon. Caſtren. lib. 2. de poteſta. legis pęna c. 4.*

Legẽ condi poſſe quæ Reũ ad pęnã ſubeundam obliget in conſcientia putat Caſtrus.

193 Cui equidem ita poſſe reſponderi cenſeo. Primò, quod longè alia cauſa eſt Divini Legiſlatoris, atque humani; Deus enim condere poteſt leges pęnales æque obligantes in omni foro; homo autem nihil ſtatuere poteſt extrà ſuum territorium, extrà quod ſinè dubio forum conſcientiæ eſt. *l. ult. de juriſd. omni. jud. cap. Inquiſitioni. de ſenten. excommuni.*

Humani Legiſlatores valdè diſtãt in legibus condendis à Divino.

194 Deindè leges ab Alphonſo citatæ, vel de ſatisfactione offenſæ, vel damni dati loquuntur, vel de aliqua exigua quantitate offerenda prò expiatione peccati; at in quæſtione propoſita nullam offenſam, vel damnum hæreticus fiſco fecit, & nihilominùs omnia bona in meram pęnam eidem offerre deberet. Poſtremò judicialia illa veteris teſtamenti non ſunt in exemplum noſtræ actionis trahenda. *c. ultim. 6. diſtinctio. & in Summa. 15. quæſt. 3. Tho. 1. ſecundæ quæſt. 100.*

Iudicialia veteris Teſtamenti in exemp. non adducenda.

195 Propterea ſic argumentatur Alphonſus. Eccleſia poteſt leges condere de quacumque re, quæ non ſit contra jus natura-

Aliud Alphonſi argumentum.

turale, aut Divinum, præſertim ſi res illa juvat ad meliorem obſervationem mandatorum Dei; at hominem peccatorem obligari per legem in foro conſcientiæ ad pęnam ſubeundam ſinè judicis ſententia non eſt contra jus naturale, vel Divinum; quia ſi talis eſſet, hoc poſſet ex ſacris literis manifeſtè oſtendi, quinimmò eadem lex utilis eſſet ad meliorem obſervationem legum divinarum, & humanarum; ergò nil prohibet hujuſmodi legem fieri, hæc ille. *lib. 2. de poteſt. legis pęnæ, cap. 5.*

Alphonſi ſuppoſitum in argumẽto negatur.

196 Nos verò negamus poſſe leges fieri dè quácunq; re, quæ non ſit contra jus naturale, aut Divinum; quia lex debet eſſe neceſſaria, poſſibilis, & utilis, ut poſteà probabimus, & multa quidem inveniuntur, quæ non ſunt contra jura Divina, quæ tamen per leges præcipi, aut ſtatui nequeunt. Verbi gratia, legiſlator non poteſt per legem ſtatuere, ut ſi quis percuſſus fuerit in dexteram maxillam, præbeat percutienti alteram, alioquin teneatur in foro conſcientiæ omnia bona ſua tradere fiſco, nec ſub eadem pęna ſanciri poſſet, ut volenti tunicam tollere, dimittatur, & pallium; & tamèn iſta non ſolùm non ſunt contra legem Divinam, ſed etiam Dei noſtri conſilia Diviniſſima ſunt. *Matt. 5.*

197 Deindè negari poteſt legem illam non eſſe contra jus naturale, aut Divinum; quia ſatis videtur omni juri contraria lex, quæ obligare velit aliquem extrà territorium legiſlatoris, & quæ inſupèr etiam confundat rationem ipſam pęnarum, quæ quidèm intolerantia, & patientia conſiſtit, & quæ crimina etiam occulta velit ſic punire, ut idem facinoroſus reus ſit, & accuſator, teſtis, judex, & executor; & niſi bona omnia offerat fiſco, in peccatum incurrat mortiferum. *l. pen. ff. de novi operis nunciat.*

Alterum Alphonſi argumentum.

198 Secundò ſic argumentatur; ſicut judex poteſt reum condemnare ad aliquam pęnam, & reus illam tenetur ſolvere in foro conſcientiæ: ſic etiam lex poteſt condemnare ad pęnam in eodem foro ſolvendam; quia non minoris auctoritatis eſt lex, quàm judex. Hoc argumentum ſinè dubio concludit, cum omnia fuerint paria; nam ſicut judex poteſt condemnare reum ad pęnam ſolvendam: (id quod tunc demùm facere poteſt, cum reus eſt accuſatus, defenſus, atq; convictus) ſic etiam lex poteſt illum obligare ad pęnam, poſteàquam fuerit accuſatus, auditus, & convictus; ſed è regione quemadmodùm judex nullo modo poteſt quempiam in dicta cauſa damnare ad aliquam pęnam; ſic etiam lex nequit Lucium, vel Titium in foro conſcientiæ obligare, antequàm illi audiantur, & convicti ſint.

Tertia Alphonſi Ratio.

199 Tertiò probat Alphonſus opinionem ſuam dicens Eccleſiam interdùm indixiſſe jejunia ad expiationem peccatorum; idq; facere, atq; ſtatuere poſſe ſub obligatione peccati mortiferi; & tamèn eam legem eſſe pęnalem, & obligare ad pęnam illam ſubeundam ex conſcientia: ſed hoc longè diſſimile eſt quæſtioni propoſitæ; quia licèt ea omnia concedamus, jejunia tamèn illa forum conſcientiæ reſpiciunt, & non magnam pęnam imponunt. Quid? quod negari poteſt, eam legem eſſe pęnalem.

Sequitur quartum argumentum Alphonſi.

200 Quartò argumentatur ſic: Homo poteſt ſe ipſum obligare ad pęnam in foro conſcientiæ ſolvendam, & ſinè aliqua judicis ſententia; ergò Eccleſia poteſt illum eodem modo obligare; quia circà pęnas inferendas plùs poteſt ſuperior erga inferiorem, quàm inferior erga ſe ipſum. Conſequentia hujus argumenti falſa eſſe videtur; quia quilibet ſe ipſum obligare poteſt, præſertim Deo ad longè plura, majora, & graviora, quàm lex ulla humana eum obligare queat: quod in eis videre licèt, qui conſilia Evangelica profitentur, ad quæ nulla lex invitum obligare valet in foro conſcientiæ. Accedit eòdem, quòd quilibèt contrahere poteſt in foro conſcientiæ: legiſlator autèm in foro illo leges dare, aut condere nequit.

Quintum Alphonſi argumentum.

201 Quintò probat Alphonſus opinionem ſuam argumento quodam, ut ſibi videtur, fortiſſimo, dicens: Multa ſunt juris Pontificii decreta, quæ prò certis criminibus imponunt ipſo jure ſuſpenſionem, aùt excõmunicationem, aùt irregularitatem, in quas pęnas incidunt facinoroſi abſquè aliqua judicis ſententia; ergò Eccleſia poteſt obligare aliquem ad pęnam ſubeundam antè condemnationem; ſed huic argumento rectè reſpondit Cajetanus, diſtinguens pęnam, quæ nullam actionem exigit ad executionem, ab ea pęna, cujus executio aliquam actionem requirit. Prior enim per ſolam legem habet plenum effe-

ctum

ctum, etiam ſi reus non cooperetur ad executionem; Poſterior verò aliam exteriorem actionem requirit; quapropter nèc per ſolam legem executioni mandari poteſt, nèc reus in foro conſcientiæ tenetur ad legem in ſeipſum exequendam. Quam diſtinctionem Alphonſi argumenta non deſtruunt: quia in exemplis ab eo poſitis, nèc lex poteſt facere ut reus volens, fame, aut permanens in carcere, moriatur; nèc reus ipſe ad talem executionem tenetur, ad quàm requiruntur multi actus contrà jus naturale, Divinum, gentium, & civile. *Alphonſus lib. 2. de poteſta. legis pœna. cap. 5. Cajetanus ſuper Thomam 2. 2. q. 62. art. 3.*

Confirmatio à Caſtro facta ſui Argumenti.

202 Pergit Alphonſus, & idem argumentum comprobat exemplo inceſtuoſi, qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ, cui Cæleſtinus III. imponit pęnam, ut exigere debitum ab uxore non queat, nèc poſt mortem uxoris aliam ducere poſſit, niſi priùs legibus ſolvatur; ſed ut incertum eſt, an in has pęnas inceſtuoſus incidat ipſo jure in foro conſcientiæ; ſic illud extrà controverſiam eſt, nullum factum eſſe neceſſarium ex parte inceſtuoſi ad executionem earundem pęnarum; & ideò Cajetani reſponſio huic objectioni quoquè ſatisfacit; Adde quod omnia hæc argumenta, & exēpla, longè diſſimilia ſunt quæſtioni propoſitæ. *c. tranſmiſſæ de eo qui cogno. conſangui. uxo. ſuæ.*

Præſcriptionis leges nō pęnales.

203 Illud autèm quod in fine ejuſdem argumenti Alphonſus addit dè legibus uſucapionis, & præſcriptionis, dicens, eas eſſe pęnales, & tamèn obligare ad ſubeundam pęnam in foro conſcientiæ, nil prorſùs ad hanc rem facit: quia nullo jure probatur eas leges eſſe pęnales, nèc aliquam pęnam dominis rerum imponunt; alioquìn præſcriptio non curreret adversùs eos, qui in jus alterius ſuccedunt, nèc adversùs abſentes, & ignorantes, quibus nullum crimen, aùt culpa imputari poteſt; iniqua enim lex eſſet, quæ puniret innocentes. Accedit eo, quòd non foret opus omninò, ut præſcribens haberet bonam fidem, titulum, & poſſeſſionem: ea ſiquidèm ſuperflua viderentur ad punitionem alteriùs.

Vſucapionis leges Bono publico introducta.

204 Sed ut leges illæ pęnales eſſent, nullum tamèn factum ad executionem requirunt. Adde quòd veriùs eſt, bono publico introductam eſſe uſucapionem, ne diù incerta dominia ſint; nè lites perpetuæ rēpublicam turbent; ne bonæ fidei poſſeſſores poſt longiſſimùm tēpus priventur ſuis poſſeſſionibus; ne deſeratur agrorum cultura; deniq; quia domini, qui res ſuas negligunt, intrà ſtatuti temporis ſpatium conceſſum ad eas inquirendas, hi videntur prò derelicto res ſuas habere, vel earum poſſeſſoribus eas concedere, ac proindè nullam pęnam patiuntur. *l. 1. de uſucapio. Plato lib. 12. de legibus. Tho. quolib. 12. art. 25. Scotus in lib. 4. ſent. diſt. 15. quæſt. 2.* & illic, *Joan. Majo. qu. 11. & Almajnus*, & cæteri. *Abulen. in lib. judicum cap. 11. qu. 38. & 58.* & innumerabiles alii.

205 Sextò ad defenſionem ſententiæ ſuæ Alphonſus etiam illud affert, quod decretò quodam Alexandri IV. cavetur: id eſt ut hæretici, & fautores, & eorum filii arceantur ab Eccleſiaſticis beneficiis, & officiis publicis; quam pęnam, ait, locum habere in foro conſcientiæ, quia in eorum decreto adiicitur, irritum eſſe, & inane, ſi ſecùs actum fuerit. Poſſet quidèm negari, eam pęnam obligare in foro cōſcientiæ antè accuſationem, & ſententiam; quia non antè quiſpiam damnari debet; ſed etsi id conceſſerimus, nihilominùs tamen nullus requiritur actus ex parte eorum ad executionem. *c. 2. §. hæretici de hæret. lib. 6.*

Alexandri IV. Statutū quo filij hæreticorū ab Eccleſiaſticis Beneficijs removentur.

206 Septimo probatur opinio Alphonſi alio ſupraſcripti decreti capite, quo filii hæreticorum ipſo jure liberantur à patria poteſtate. Videtur ergò quod illa pęna locum habeat in foro conſcientiæ abſq; ulla ſententia. Cui argumento reſponderi poteſt, quod priùs quàm filius efficiatur ſui juris, neceſſe eſt, ut Pater pronuncietur hæreticus, nèc illa pęna liberationis requirit aliquem actum ex parte Patris, nèc obligat Patrem ad aliquid exequendum in foro conſcientiæ. *dicto c. 2. §. ultimo.*

Hæreticorū filij à patria poteſtate liberantur.

207 Octavum argumentum fragile eſt, & vix ad propoſitam quæſtionem applicari poteſt. Ait enim, Clericum concubinarium vitandum eſſe ab omnibus; in quo non video quam pęnam ipſe concubinarius in ſeipſum exequi teneatur, immò nèc in pœnam illam incurrere videtur in foro conſcientiæ; nil enim propter conſtitutionem, qua ea pęna imponitur, ipſe concubinarius facere cogitur in foro conſcientię. *c. quæſitum de cohabi. Cleric. & Mulie.*

Clericus cōcubinarius vitandus.

208 Nonum argumentum fortius urgere videtur; nam Decretum Concilii Late-

Clerici omittentis recitationē officij pęna.

ranen-

xanenſis imponit pęnam Clerico, qui per ſex Menſes prætermiſerit lectionem officii Canonici, ut fructus beneficiorum ſuos non faciat, ſed tanquàm injuſtè perceptos in fabricam Eccleſiarum, vel pauperum eleemoſynas eos erogare teneatur. Dubitari tamèn probabilitèr poſſet, an illa pęna obliget omninò in foro conſcientiæ ad executionem in ſeipſum faciendam; nèc enim Decretum illud uſu receptum eſt, & vix paucis innotuit. Sed ut concedamus ad eam pęnam exequendam Clericum eſſe obligatum ex conſcientia; habet tamèn Decretum illud cauſam ſingularem, quia beneficium datur ſub ea conditione, & ſub onere illo, ut Clericus quotidiè ſuis precibus, & orationibus intercedat prò populo, & ob eam rem dantur illi fructus; undè ſi ipſe non facit id, proptèr quod fructus ei conceduntur, mirùm non eſt, ſi eos reſtituere teneatur in foro conſcientię, etiam ſi nulla lex eum ſpecialitèr ad eam reſtitutionem obliget; ſicut is, cui prædium relictum, vel datum eſt ſub ea conditione, ut aliquid faciat, ſi non ſatisfacit voluntati ejus, à quò illud accepit, reſtitutioni quidem obnoxiùs eſt; non quia pęna aliqua ob eam rem punitur, ſed quia prædium habet ſine cauſa contra voluntatem ejus, qui ſub ea conditione dedit illud. Sic & Clericus, qui altari non ſervit, vel non orat prò populo, non facit fructus beneficii ſuos, non tàm virtute legis pęnalis, quàm ex natura, & onere beneficii. Nil mirum ergò ſi teneatur ad reſtitutionem in foro conſcientiæ, cum fructus non fecerit ſuos. *l. 1. cum ſeq. de condit. cauſa dat. l. 2. de condit. & demonſtr.*

Decimum Caſtri argumentum.

209 Decimo argumentatur ex diviſione quadam pœnarum poſita à Bonifacio VIII. dicente, aliquos eſſe privatos bonis ſuis per ſententiam, alios autem ipſo jure; ergò ſicut priores obligantur in foro conſcientiæ; ſic & poſteriores.

Reſponſio.

Cui reſponderi poteſt primò, quod neq; illi, qui per ſententiam condemnati ſunt ad pęnam, tenentur in foro conſcientiæ eam in ſeipſos exequi, niſi fortè in ſententia hoc illis fuerit præceptum; quod tamèn rariſſimum eſt. Deindè argumentum ſolvitur conceſſa æqualitate rationis, ac diviſionis quantùm ad multos effectus fori judicialis, non tamèn quantùm ad forum conſcientiæ, in quo nemo tenetur ad pęnam in ſeipſum exequendam. Poſtremò reſpondetur juxtà communem ſententiam, neceſſariam eſſe judicis declarationem in talibus pęnis ipſo jure impoſitis, & antequàm illa promulgetur, & reus defendatur, non eſſe illum obligatum in foro conſcientiæ, quemadmodum alibi pleniùs oſtendimus. Quod autem Alphonſus addit ad comprobationem ejuſdem argumenti, alio quoque loco à nobis confutatum eſt. *c. 2. de præſcriptio. lib. 6.*

Vltimũ Alphonſi Argumentum.

210 Poſtremò argumentatur dicens, Eccleſiam poſſe condere legem, per quam præcipiat facere aliquid ſub pęna peccati mortiferi; ergò poteſt condere legem, quæ ſub pęna peccati mortiferi præcipiat Reo reddere pęnam aliquam; cui argumento reſpondetur negando conſequentiam; quia longè diſſimilis eſt caſus iſte ab eo, quem aſſumit in propoſitione; Poteſt enim Eccleſia præcipere aliquid uſq; adeò juſtum, & grave, ut obliget ad illud ſubditos ſub pęna peccati mortiferi; at verò facinoroſum aliquem obligare ad meram pęnam in ſeipſum exequendam in foro conſcientiæ, priùs quàm accuſetur, & condemnetur, id quidem videtur injuſtum, tàm ex parte ſtatuentis proptèr defectum juriſdictionis ad condendas leges in foro conſcientiæ, quàm ex parte delinquentis, qui non debet cogi, ut ſit accuſator, ſimùl & reus, teſtis, judex, & executor. *Tirranicum eſſe*, ait Dionyſius lib. 7. antiquitatum Romanarum, *ut ſit quiſpiam accuſator, & judex, idemq; pęna arbiter. cap. 1. 4. q. 4.*

211 Ex quibus omnibus perſpicuum eſſe poterit non eſſe ullo pacto Legiſlatori licitum talem condere legem, qualem in principio hujus quæſtionis propoſuimus; ſcilicèt qua reum obliget in foro conſcientiæ ad magnam aliquam pęnam in ſeipſum exequendam; Nam & ſi ad pœnam aliquam ſubeundam lex obligare poſſit, ad cujus executionem nulla ſit actio neceſſaria, vel ad mediocrem aliquam pęnam prò ſatisfactione damni dati, vel prò aliqua offenſa, vel prò peccati expiatione, aut prò cauſa quapiam ſimili; non tamèn ad pœnam magnam obligare poterit reum in foro conſcientiæ, multòq; minùs obligare poterit hæreticum ad maximam totius patrimonii pęnam offerendam fiſco in foro conſcientiæ.

212 Sed quia, ut vulgo dici ſolet, poſſibi-

1. ad Corinth. cap. 6.

ſibilitas eſt res ampla, & ut ait Apoſtolus, *Multa licent, quæ non expediunt:* fingamus legem fieri poſſe, quâ hæreticus obligetur in foro conſcientiæ bona ſua omnia non accuſatus offerre fiſco; tùm quæro, utrùm legiſlatori expediat legem ejuſmodi condere. Cui quæſtioni reſpondeo, nullo modo talem legem fieri debere. 1. *ad Corinth. cap. 6. & cap. 10.*

Subditi intolerabili onere non gravandi.

213 Quod quidem multis argumentis facilè probari poteſt. Primò, quia non ſunt imponenda ſubditis onera gravia, & importabilia, ut eſt apud Matthæum, nèc jugum durum imponi debet ſuper cervices, quod portari nequeat; quemadmodùm Divus Petrus docet in actis Apoſtolorum, & ut Caſſidorus lib. 4. variarum inquit, *non poteſt imperari multis quod nequeant cuſtodire paucissimi.* Adde quòd lex humana, ut juſta ſit, reſpondere debet legi Divinæ, ut poſt Auguſtinum lib. 1. de libero arbitrio reliqui omnes fatentur. *Jugum autem Domini ſuave eſt, & onus ejus leve,* ut ipſa veritas per Matthæum inquit; ergò non debet fieri tàm dura, & gravis lex, quam in quæſtione propoſita diximus: quis enim talem legem ferret? *Mat. 23. act. 15. Mat. 11.*

Iniuſta eſt Humana lex, quę Divinę nõ correſpondet. Matt. 11.

De non neceſſarÿs pro bono Reipublicę leges non condendę.

214 Deindè, non ſunt condendæ leges, niſi de his tantùm rebus, quæ neceſſariò conſtituere oportet, ut pacatus, & tranquillus ſit ſtatus Reipublicæ; Vndè Plato lib. 9. de legibus inquit: *Legiſlator neceſſitate coactus leges imponit; ipſe namque nullum vellet uſum, neceſſitatemque legum unquam fore.* Et Iſocrates in Areopagitico ait: *Multitudinem, & nimis exquiſitam legum conſtitutionem, ſignum eſſe mali ſtatus Reipublicæ; nàm dum delicta, quaſi aggeribus obiectis coercere nitantur, neceſſariò cumulari leges; decere autem prudentes magiſtratus non porticus implere legibus, ſed efficere, ut cives animis inſitum juſtitiæ ſtudium habeant. Nam homines malè inſtituti leges etiam exquiſitiſſimas negligere audent. Quid quòd multitudo legum inſidiari videtur hominibus; quia difficile eſt tanta innocentia vivere, ut de tot legibus nullam uſquè offendamus.* Divus quoq; Auguſtinus lib. 1. de libero arbitrio hæc verba ſcripta reliquit: *Ea vindicanda ſibi lex populi aſſumit, quæ ſatis ſint concilianda paci hominibus imperitis, & quanta poſſunt per hominem regi:* at verò nulla impellit neceſſitas, ut lex iſta feratur, neq; neceſſaria eſt, ut pacatus ſit ſtatus Reipublicæ, nèc quicquam confert ad pacem conciliandam. Deniq; non poteſt per judicem quamvis occulatiſſimum ſervari. *Auguſt. lib. 1. de libero arbitrio cap. 5. Fran. Connanus lib. 1. commentar. juris civilis, cap. 9.*

215 Huc accedit quòd hæreſis illa, quę nullum habet accuſatorem, qualem propoſita lex punire vult in foro conſcientiæ; illa inquam hæreſis occulta ferè ſemper erit, ac proindè potiùs Deo relinquenda punitio ejus eſt, quàm ab humana lege uſurpanda; occulta enim homo judicare non debet, qui tantùm videt, ac punire poteſt quæ apparent; Dominus autem occultiſſima etiam intuetur, & punit *lib. 11 reg. 16. cap. ſi omnia 6. quæſt. 1. cap. qualiter de accuſa.*

216 Adde his, quòd nemo cogendus eſt, ut ſeipſum prodat in publicum juxtà doctrinam Chryſoſtomi ſuper Epiſtolam Pauli ad Hebræos. Lex verò ſupra tacta cogeret hæreticum ad ſui proditionem; quandòquidem vix bona ſua omnia offerre poteſt fiſco, quin ſeipſum ſimul infamet, prodat, & perdat: quod quàm ſit injuſtum, nemo eſt, qui non planè intelligat *c. quis aliquando de pęni. diſtin. 1.*

217 Accedit Cicero lib. 2. de legibus dicens: *Verè dici poteſt Magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum Magiſtratum;* Nàm lex occulta crimina punire non debet ſinè accuſatore, nèc poteſt obligare quemquam, ut prò crimine occulto omnia ſua bona non accuſatus offerat fiſco; quemadmodum nèc magiſtratus crimen occultum punire poteſt, ſi legitimus non fuerit accuſator; æqualitas enim juſtitiæ non eſt, niſi intèr duos, ut Ariſtoteles, Thomas, & cæteri omnes tradunt. *c. 1. de accuſat. l. reſcripto. §. ſi quis de mune. & bono. actorum 25. Ariſt. lib. 5. ethi. Thom. 2. 2. qu. 63. art. 3.*

218 Hoc quoq; Redemptor noſter apud Joannem cap. 8. docuiſſe videtur: *Mulier ubi ſunt, qui te accuſabant? Nemo te condemnavit? nec ego te condemnabo;* Undè Ambroſius ſuper caput quintum prioris Epiſtolæ ad Corinthios inquit: *Judicis non eſt ſinè accuſatore damnare quemquam; quia & Dominus Judam, cum fur eſſet, ſciebat: ſed quia non eſt accuſatus, minimè abjecit.* Et Scipio minor C. Licinium cum præte-

reun-

reuntem vidiſſet: *Iſtum*, inquit, *hominem ego pejeraſſe ſcio; ſed cum illum nemo accuſet, non poſſum ipſe, & accuſator eſſe, & judex:* auctor Plutarchus in apopthegmatibus. Satis quidem conſultum eſt tranquillitati Reipublicæ, ſi publica, & notoria peccata non diſſimulentur, & jus ſuum petentibus tribuatur, & accuſatoribus damna reſarciantur; nèc enim debent legislatores, aut magiſtratus, tanquam hoſtes occulta peccata præter jus, & æquum prodere, ſed ut patres charitate corripere, vel diſſimulare. Quod, & rectè noſter Soto docuit *lib. de tegendo ſecreto. membro. 2 qu. 6. dubio 1. cap. ſi quis poteſtatem 23. q. 4.*

219 Quinimmò nèc omnia crimina, etiã ſi publica ſint, legibus punire oportet; ſed multa interdum juſtè diſſimulantur, qualia ſunt Lupanaria, ſimplex fornicatio, & ſi qua ſunt alia generis ejuſdem; quia, ut inquit ſapiens, *Qui multum emungit, elicit ſanguinem*, & Plato lib. 7. de legibus docet, *non expedire, ut ſingula quæq; per leges ſtatuantur, ne dum cunctis providere volunt, in omnibus contemnantur*. D. quoque Auguſtinus lib. 1. de libero arbitrio cap. 5. inquit: *Videtur tibi lex iſta, quæ regendis civitatibus fertur, multa concedere, atq; impunita relinquere; quæ per Divinam tamen Providentiam vindicantur, & rectè*, Proverb. 30. c. inter opera de ſponſali. Alexan. Aleſ. *3. par. qu. 46. Thom. 2. 2. quæſt. 10. art. 11.*

220 Addendum eòdem eſt, quòd non ſunt condendæ leges optimæ, ac perfectiſſimæ, ſed illæ duntaxat, quæ imperitę multitudini quadrare queant; nàm perfectiſſimæ leges, & quæ tollerari non poſſent, peſſimæ cenſerentur, quemadmodum ſapienter docet Alphonſus Toſtadus libro de optima politica. Undè Plato lib. 5. de leg. inquit: *Illud etiam legislatoribus multi præcipiunt, ut leges hujuſmodi ferant, quales multitudo, & populus libenter ſuſcipiant*: Ariſt. quoque libro 4. polit. ſcriptum reliquit leges omnes ad rem publicam accomodandas eſſe, non autem rem publicam ad leges eſſe trahendam. *Abulen. num. 102. polit. 4. cap. 1. Dom. Soto. lib. 1. de juſti. & jure quæſt. 6. art. 2.*

221 Præterea leges juxtà Iſidori ſententiam debent eſſe poſſibiles, & ſecundum conſuetudinem Patriæ, ac Subditorum moribus congruentes; quia firmantur, cum approbantur moribus utentium, & abrogantur per contrariam conſuetudinem; Undè Demoſthenes oratione contra Timocratem: *Verum illud*, inquit, *mihi videtur, quod quendam dixiſſe ferunt, omnes cordatos in ea eſſe ſententia, ut leges nihil aliud eſſe putent, quàm mores civitatis*, & Ariſt. lib. 3. polit. *Leges, quæ moribus, quàm quæ literis continentur, majorem auctoritatem habent. Quid leges ſinè moribus vanæ proficiunt?* ut canit Horatius. At verò quiſq; ſecum reputare poterit, an lex obligans in foro conſcientiæ ad pęnam omniũ bonorum in ſeipſum exequendam, poſſibilis ſit, & imperitę multitudini congruat, & an moribus utentium fuerit uſquam recepta, vel ſit unquam recipienda. Quid? quòd ſinè cauſa neceſſaria onerare ſubjectos multis legibus, & eorum conſcientias illaqueare durum eſt, & inhumanum, & ſpecies quędam tyrannidis; non ſecùs atque idipſum illicitũ eſſe in præceptis voluntariis rectè docuit Adrianus Pontifex. *lib. quæſt. cap. erit autem. cum ſeq. 4. diſtin. Adrian. quolibe. 6. Ariſtot. 3. polit. cap. ult. Flaccus lib. 3. carminum oda. 24.*

Ariſtotilis Sententia.

Horat. carm. lib. 3. Odo. 24.

222 His adjice, quòd ſi quiſpiam dixerit legem illam obligare velle ad impoſſibile, meo quidem judicio non aberrabit; quia in materia morali nimia difficultas impoſſibili æquiparatur. Duriſſima verò lex eſſet, quæ reum cogeret in foro conſcientiæ ad offerenda fiſco bona ſua omnia, foretque difficillimum unicuique, univerſum patrimonium fiſco tradere, ſe ipſum, domum, atque familiam in paupertatem ſordidam dejicere; denique ſui proditorem eſſe. *l. idem Julianus. §. ulti. de legat. 1. l. continuus. §. illud de verbo obliga. l. cum ſanè. de his qui de jece. & effu.*

223 Accedit eòdem, quòd jactura omnium bonorum ſolet morti æquiparari; nam, ut inquit, Ariſt. *Patrimonii diſſipatio interitus quidam eſſe videtur ipſius diſſipantis, propterea quòd patrimonio, ac facultatibus vivitur. 4. ethi. cap. 1. glo. in l. advocati. C. de advoc. diver. judicio. & in l. illicitas. §. tenuis. de offic. præſ.*

224 Jure itaque idem Alphonſus fatetur non eſſe legem condendam de re nimiũ difficili, ſicuti nèc de impoſſibili. Cui accedit Plutarchus in vita Solonis dicens: *Decet in ferendis legibus poſſibilitatis, & facultatis rationem habere, ſi quis velit utilitèr*

Leges condendæ poſſibiles.

in paucos, quàm ſinè utilitate in multos animadvertere. Demoſthenes quoq; oratione contra Timocratem, inquit, *Arbitror igitur confitendum eſſe omnibus, probam legem, & multitudini profuturam, primùm ſimpliciter, & omnibus aque apertè ſcriptam eſſe oportere, ne eam alius aliter interpretetur. Deindè fieri poſſe oportere, ea qua jubeat. Nam ſi præclarè conſtituta ſit, ſed aliquid tamen, quod fieri nequeat, proponat: id voti, potiùs, quàm legis fuerit officium. Alphonſus lib. 1. de poteſtate legis pœna. c. 1.*

225 Durities autem prædictæ legis ex eo planius intelligitur, quòd ſi quiſpiam hæreticus intellectualis, ſivè purè mentalis occultè, vel ſubmurmurans proferret hæreſim, quamvis nullus id audierit, & ille ſit emendatus, nihilominus tamen teneretur ſtatim in foro conſcientiæ bona ſua omnia tradere fiſco; quia communi ſententia talis hæreticus ipſo jure incidit in excommunicationem, & in alias pœnas adversùs hæreticos ſtatutas. Quodquàm ſit grave, atq; intolerabile, cuivis facilè perſpicuum eſſe poterit. Alphonſus verò putat ad eam reſtitutionem hæreticum illum occultum obligatum eſſe. *l. 2. de poteſta. legis pœnalis. cap. 15.*

Authoris concluſio. 226 Concludimus ergò ex omnibus antedictis, quòd vel talis lex fieri non poteſt, vel certè nullo modo fieri debet; nam ad ferendam eam legem nulla neceſſitas cogit, nèc tolerari poſſet, nèc populus illam ſuſciperet, nèc eſt accomodata Reipublicæ, quia vehementèr emungit. Quid? quòd tali lege magis illaquearètur animæ, quàm hæretici ab hæreſibus deterrerentur; nam qui leges Dei, & hominum non formidat, ut hæreſim fugiat, is quidem ſupradictam legem in foro conſcientię non timebit, eſſetq; lex ſupervacua, quod eſſe non debet. Quid? quòd hæreticus, qui ad Eccleſiam ſpontè reddire voluerit, ſi noverit ſe teneri ad bonorum omnium reſtitutionem, is proculdubio in deſperationem incidet. Nèc enim fuit ullus, aut erit unquam, qui ultrò bona ſua omnia non condemnatus offerat fiſco, & juxtà Ciceronis ſententiam; ea quæ ſunt in uſu, vitaque communi, non ea quæ finguntur, aut optantur, ſpectanda ſunt. *l. poſt liminii. ff. de captivis.*

227 Ex ſupraſcriptis quoq; illud, quod tertio loco tractandum propoſui, facilè reſolvi poteſt; nempè in dubio non eſſe interpretandum, aut præſumendum, quòd legiſlator voluerit obligare quempiam ad pœnam omnium bonorum in ſeipſum exequendam. Quia nunquam legiſlator exiſtimandus eſt velle, niſi quod poſſibile, juſtum, bonum, & æquum fuerit. *cap. 1. cum ſeq. 4. diſtin. l. ex facto. de vulga. & pupilla.*

228 Supereſt, ut jam tandem ad primùm illud Alphonſi argumentum redeamus, quo ſuam opinionem ita confirmat. Hæreticus ipſo jure privatus eſt dominio bonorum; ergò non poteſt ſalva conſcientia retinere bona aliena invito domino; quia omni jure prohibitum eſt, ut quiſpiā ea bona retineat, quæ ad alium pertinent, nèc enim multū intereſt, quantum attinet ad periculum animæ, an injuſtè quis detineat, vel alienum invadat. *c. ſæpè de reſti. ſpolia. c. cum ſecundum de hæret. lib. 6.*

229 Huic argumento multifariàm reſponderi poteſt; primò quòd hæreticus nō eſt privatus antè ſententiam vero dominio bonorum ſuorum; quia nèc poptèt hęreſim, nèc propter alia quantumvis horrenda crimina privatur aliquis ipſo facto dominio bonotum ſuotum jure naturali, Divino, aut Gentium. Nèc enim jus aliquod eorum oſtendi poteſt, quo talis privatio probari queat; nèc dominium bonorum temporalium pendet à charitate, vel gratia, ut per peccatum amittatur; ſed ſicut acquiritur appræhenſione, ac juſtis cauſis, & titulis: ſic etiam è contrario certis ex cauſis amittitur, quarum nulla eſt peccatum ejus, qui dominium habet; quod verum quidem eſt, & omnium conſenſu receptum. *Tho. 2. 2. qu. 12. art. ult. Valden. tomo 1. lib. 2. cap. 81. cum ſeq. Scotus, Gabriel. Almainus, & cęteri in lib. 4. ſent. diſtin. 15. Conradus de contractibus qu. 7.* *Ad primū Alphonſi argumentum Reſpōſiones variæ.*

230 Relinquitur ergò, quòd ſi dominium bonorum hæretici per ſolam hæreſim transfertur in fiſcum, id jure tantùm Pontificio, aut Civili Statutum foret: Sed non poteſt fieri lex, per quam hæreticus obligetur in foro conſcientiæ, ut antè ſententiam teneatur omnia bona ſua tradere fiſco, ut ſupra planiſſimum fecimus: Igitur quibuſcunque verbis leges loquantur, non ſunt interpretandæ, ut id ſtatuere velint, quod & injuſtū eſt, & præcipere nequeunt.

231 Agè tamen perpendamus attentius duriora verba legis Pontificiæ, quibus contraria

traria opinio potiſſimè nititur : verba legis hæc ſunt : *Bona hæreticorum ipſo jure decernimus confiſcata*. Nunquid tanta vis eſt horum verborum, ut obligent hæreticum in foro conſcientiæ ad reſtituenda fiſco bona ſua omnia, priùſquam convincatur, & judicetur ? equidem nil tale mihi perſuaderi poterit. Nam, & ſi lex nominatim diceret: Jubeo, ut hæreticus teneatur ſtatim in foro conſcientiæ bona omnia tradere fiſco, non poſſet illum obligare, ut in ſeipſum tam duram pœnam exequi teneretur; ergò multo minùs verba illa, *ipſo jure decernimus confiſcata*, id ipſum efficere poterunt. *c. cum ſecundum de hæret. lib. 6.*

232 Proindè quamvis lex dicat, ut Ulpianus dixit, ſtatim dominium bonorum deſinat ejus eſſe, qui crimen commiſit, & fiſco acquiratur : nihilominùs tamèn id Civili modo intelligendum eſſet, ut fiſcus eam rem petere poſſit, non autem ut reus teneatur in foro conſcientiæ illam fiſco reſtituere, antequam ſententia ſuper crimine promulgetur, & eo magis, quòd non præſumitur legislatorē voluiſſe, niſi quod juſtum, & æquum eſt, ut & alibi dixi. *l. commiſſa de publica, & vectiga.*

233 Unde illud quoque manifeſtè relinquitur, quòd ſi per verba illa, *ipſo jure decernimus confiſcata* : dominium aliquod in fiſcum ſtatim transfertur, id accipiendum eſt, ut ſit dominium quoddam Civile, & improprium, & quòd non ſit aliud, quàm jus perſequendi in judicio bona illa; quæ quidem non antea propriè fiſci eſſe poterunt, quàm de crimine ſit pronunciatum : & fortaſsè ne tum quidem fiſcus eorum Dominus erit, niſi & apprehenſio ſubſecuta ſit; traditionibus enim, & poſſeſſionibus dominia rerum acquiri ſolent, non autem verbis legum. Adde quod Julius Paulus inquit : *Qui Majeſtatis crimine reus factus eſt, ante damnationem Dominus eſt. l. traditionibus. C. de pact. l. quæſitum eſt ff. qui, & à quibus.*

234 Conveſtiri poteſt ea ſententia hoc argumento : Ad effectum harum pœnarum hominis executio neceſſaria eſt, ea verò in factò conſiſtit; facta autem per ſola verba legum perfici nequeunt ; undè illud Demoſthenis oratione aduersùs Midiam : *Legum vis in quo eſt ? utrum in eo, ſi quis affectus injuria exclamarit, ut ipſæ accurrant, & præſentia ſua opitulentur ? non ; literæ enim ſunt, & ſcripturà conſtant, neque hoc facere poſſunt ; in quo igitur earum vis eſt ? Si vos in quid eas confirmabitis, & ſemper ratas exhibebitis omnibus earum opem implorantibus : ità & leges per vos firmæ ſunt, & vos per leges.* Adde quòd & ſi Princeps millies dicat : Volo ut dominium bonorum Titii ſinè facto cujuſquam transferatur in Petrum, nunquam per ea ſola verba dominium verum erit in illum tranſlatum ; & tamèn Princeps non minorem habet poteſtatem, quàm lex : quippè qui lex viva eſt, & legùm conditor, ut alio loco diximus. *denique ex quib. cauſ. majo. l. in bello. §. facta de capt. & poſt limi. rever.*

235 Huc accedit, quòd non ſufficit aliquid per legem ſtatutum eſſe, ut illud ſtatim fiat nemine petente, aut exequente; ſed leges magiſtratibus egent, qui jura reddant, aliiſq; Miniſtris, ut Judicum juſſa exequantur. Soliùs quippè Dei eſt, velle ſimul, & poſſe, & facere ; *ipſe enim dixit, & facta ſunt, ipſe mandavit, & creata ſunt.* Pſal. 148. Quod nèc Ethnicos quidem latuit ; nam & Mercurius Triſmegiſtus in Aſclepio inquit. *Voluntas Dei ipſa ſumma eſt perfectio, utpotè cum voluiſſe, & perfeciſſe uno eodemque temporis puncto compellat* : Et poſt pauca: *Placitum Dei neceſſitas ſequitur, voluntatem comitatur effectus. l. 2. §. poſt originem de origi. juris. Plato lib. 6. de leg. in principio. cap. 1. §. ult. de ſtatu regula. lib. 6. Gen. cap. 1. Judith. ultimo novella conſtitu. 161. in principio.*

236 Adde quòd Judex ipſe nil facere debet ad privatam utilitatem, niſi is, cujus intereſt, id priùs poſtulaverit, nèc lex impartire ſolet beneficia, & remedia ſua parti nòn petenti. Quapropter veriſſimile non eſt, quòd legislator velit reum obligare in foro conſcientiæ ad executionem tàm gravis pœnæ, antequàm condemnetur; ſed juxtà ordinem juris fiſcus debet illum accuſare, & Judex pronunciare ſententiam ; ac tunc demùm reus tenebitur pœnam ſubire. *l. 4. §. hoc autem de dam. infecto. l. peto §. fratre. de legat. 2. l. ult. §. 1. quorum lega.*

237 Præterea verba illa, *ipſo jure*, non habent vim tantam, ut executio ſtatim à lege fiat parte non petente; ſed neceſſe eſt, ut ab eo poſtuletur, in cujus favorem lex ea verba poſuit. Quod innumeris ferè exemplis comprobari poteſt, quorum pau-

ea v.g. ſubjiciam. Supplementum legitimæ portionis filii debitæ fit ipſo jure: quod tunc demùm locum habet, cum fuerit à filio petitum. Sic, & compenſatio fit ipſo jure, ſed opus eſt, ut petatur. Similia quoque dici poſſunt de reſecatione illa, quæ fit ipſo jure per legem Falcidiam, ac de aliis multis: igitur ad eundem modum accipienda eſt illa confiſcatio bonorum hæretici, quæ ipſo jure fieri dicitur; ut tunc ſcilicèt verum effectum habeat, cum fiſcus poſtulaverit, & judex reum condemnaverit. *l. ſancimus. C. de inoffi. teſta. l. ulti. C. de compenſat. l. linea. ad leg. Falci. Tiraquel. in l. ſi unquam. C. de revo. donat. verbo revertatur nu.* 8.

238 Item hæc verba, *ipſo jure*, perindè valent, ac ſi quiſpiam dicat: per ipſum jus. Veteres autem jure conſulti, ipſum jus, per antonomaſiam appellare ſolent jus illud antiquiſſimum duodecim tabularum. Sic Ulpianus inquit: *Servitutes quoq; prætorio jure conſtituuntur, & ipſæ ad exemplum earum, quæ ipſo jure conſtitutæ ſunt.* Et alibi *ſivè ipſo jure quis uſumfructum habeat, ſivè etiam per tuitionem prætoris.* & iterùm: *Satis ipſo jure munitus eſt.* Et paulò poſt: *Non enim ipſo jure, ſed per condictionem munita eſt.* & rursùs: *Valebit per tuitionem prætoris, non ipſo jure.* Sic etiam Cajus: *Inter fidejuſſores non ipſo jure dividitur obligatio, ſed ex epiſtola Divi Adriani.* Sic, & Julius Paulus: *Petere hæreditatem ipſa jure poterunt.* Demum Juſtinianus ait: *omnes actiones, aut ipſo jure competunt, aut à Prætore dantur.* Ex quibus omnibus, aliiſq; ſimilibus locis perſpicuum fit, horum verborum ſignificationem non ſemper illam vim habere, quam vulgò putant. *l. 1. §. ult. de ſuperficiebus. l. ſi uſusfructus. §. illud uſufr. quemadmo. caveat. l. in cauſa 2. de mino. l. 1. quod fal. tuto. auto. l. inter de fidejuſſ. l. poſt legatum. de his quibus. ut indig. §. 1. inſtit. de perpe. & temp. act.*

239 Sed ut concedamus alium quoquè ſenſum horum verborum interdum inveniri; ut ex eiſdem intelligatur vis alicujus conſtitutionis, mox, & ſinè hominis miniſterio operantis; nihilominùs tamen in prædicta lege Pontificia, non alia eſt eorundem verborum ſignificatio, quàm quod bona hæreticorum per legem illam decernuntur confiſcata. Sed non eam vim habent, nèc habere quidem poſſunt, ut propterea teneatur hæreticus in foro conſcientiæ omnia ſua bona antè ſententiam offerre fiſco. *l. 3. §. ſciendum. l. cum hic ſtatus de donat. inter vir. & uxo. l. 1. de curato. furio. l. græce. §. 1. de fidejuſſo. l. in ſuis de ſuis, & legi. hæredi. l. qui decem de ſolut.*

240 Deindè omnia illa verba *hæreticorum bona ipſo jure decernimus confiſcata*, nil aliud ſignificant, quàm quòd ea bona jure ipſo delata ſunt fiſco, & obnoxia confiſcationi, & ad fiſcum pertinent: ſed tamèn opus eſt, ut fiſcus ea petat, & hæreticus accuſetur, & ordine juris ſervato condemnetur, vel declaretur hæreticus, & bona ejus occupentur à fiſco. Quod ex his, quę ſupradixi maniſeſtiſſimum eſſe poteſt; & ſatis probari videtur quodam Calliſtrati jureconſulti reſponſo, ubi ſemel, & iterùm inquit, bona quædam fiſco delata, ipſo jure ad fiſcum pertinere *in l. 1. ff. de jure fiſci.*

241 Igitur propter actionem competentem ad petenda hæreticorum bona intelligi quodammòdo poteſt fiſcum eſſe Dominum illorum bonorum ipſo jure, non tamèn propterea ſtatim verus Dominus eſt; ſæpè enim Dominus alicujus rei dici ſolet is; qui jus habet ad rem illam conſequendam: eo quòd juxtà regulam juris, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur. Undè ſæpiſſimè quoque in jure, meum dicitur id, quod mihi lege debetur. *l. qui actionem de regu. jiur. l. qui autem. §. apud Labeonem. de his, quæ in frau. credi. l. 1. in fine de eo quod certo loco. l. ut mihi donares de donat. l. ſi & me. & Titium. ſi cert. pet. l. 1. quod vum eo. l. ſi, pecunia. C. de nego geſtis. l. ſi fratres. §. idem, reſpondit 2. prò ſocio.*

242 Addo quòd cum ejuſdem rei duplex dominium inveniri poſſit, aliud naturale, aliud civile; poſſet concedi, ut alterum apud Fiſcum ſit, alterum verò apud hæreticum. Nam in ſeruo dotali maritus habet civile dominium, uxor autem dominium naturale; filius quoque vivo Patre dicitur quaſi Dominus bonorum ejus; quorum tamèn verum dominium apud Patrē eſt. *l. 3. C. de jure dot. l. quamvis. ff. eod. tit. l. doce ancillam. de rei vendi. juncta. l. in rebus. C. de jure dot. & l. 1. §. ſi vir. ad Sillania. l. in ſuis de libe. & poſt he.*

243 Quòd ſi quiſpiam pertinacius urgeat dicens non eſſe illa verba interpretanda

da ſic, ut accipiantur impropriè; huic ego reſpondeo neceſſariam eſſe ſupra tactam, interpretationem, ut tot abſurda vitentur, quot ex diverſa opinione ſequerentur; Tolerabilius enim, immò etiam rectius, & juſtius eſt, ut verba impropriè accipiantur, quin etiam ut interdum nil operentur, quàm quòd operentur abſurdum. Quemadmodum ſæpiſſimè viri docti ajunt, quibus ego vehementèr aſſentior. *glo. in c. pa-vatus 23. qu. 1. in l. ult. §. in computatione. C. de jure delibe.* & illic *Alex. num. 10. Corne. nu. 9. Decius conſ. 374. Gozadi. conſ. 88. nu. 9. Ruinus conſ. 60. lib. 5. Aymo. conſ. 70. Ripa in l. ex facto de vulga. & pupi. num. 9. Salomonius in l. gallus. §. & quid ſi tantam. de libe. & poſtbu. nu. 1.*

244 Ex antedictis quoq; aliud Alphonſi argumentum facilè diſſolvi poteſt; Ait enim hæreticum retinere non poſſe bona, quæ ipſo jure fiſco delata ſunt: quia jure Divino prohibitum eſt retinere alienum; nèc eſſe aliquam legem, quæ concedat expreſsè illorum bonorum retentionem. Quod autem generalitèr prohibitum eſt, & expreſsè non conceditur, intelligitur denegatum. Hoc inquam argumentum ſolvitur; quia, ut antè dixi, fiſcus non eſt verùs dominus illorum bonorum, ſed hæreticus; Nèc lex aliqua eſt, quæ prohibeat hæretico, ne bona ſua retineat, quinimmò lege Canonica prohibetur fiſcus, ne bona hæretici occupet, antèquam ſententia ſit ſuper crimine promulgata. Quod cum ità ſit, nèc lex ulla præcipiat hæretico, ut bona ſua offerat fiſco, aut ea prò delicto habeat; relinquitur planè, ut hæreticus nondùm condemnatus bona ſua omnia juſtè retinere queat. *cap. cum ſecundum de heretic. lib. 6. l. aufertur. §. in reatu de jure fiſci. l. reo de ſolut.*

Argumenta nonnulla in fauorem Caſtri rurſùs educta.

245 Nequid tamen diſſimulem alia quoque argumenta in favorem illius opinionis breviter hoc loco ſubjiciam. Primum quod Auguſtinus epiſtola quadam de hæreticis loquens inquit: *quamvis res quaque terrena rectè à quoquam poſſideri non poſſit, niſi vel jure divino, quo cuncta juſtorum ſunt, vel jure humano, quod in poteſtate regum eſt terra: ideoque res veſtras falsò appellatis, quas nec juſtè poſſidetis, & ſecundùm leges Regum terrenorum amittere juſſi eſtis.* Quibus verbis ſignificare videtur, hæreticos obligatos eſſe ad rerum ſuarum reſtitutionem; ſed hoc accipiendum eſt, eſſe dictum de illis manifeſtis hæreticis, qui per ſententiam, vel juſto bello indicto, juſſi erant amittere res ſuas; & nihilominus, non dixit Beatus Auguſtinus eos teneri ad pœnam in ſe ipſos exequendam in foro conſcientiæ: ſed quòd juſtè ab eis auferri poſſunt bona propter hæreticam pravitatem. *Auguſti. ad Vincentium epiſtola 48. c. quicunque 23. q. 7.*

246 Alterum argumentum ſumi poteſt ex conſtitutione illa Bonifacii VIII., qua hæredibus hæreticorum dimittuntur bona titulo præſcriptionis, ſi ea poſſederint bona fide ſpatio quadraginta annorum; Unde colligi poſſe videtur, quòd eorundem bonorum dominium verè fiſci erat: alioquin non opus fuiſſet præſcriptione tam longi temporis. Cui reſpondetur, quòd non uſu capitur illic verum dominium, ſed actio, & jus competens fiſco excluditur præſcriptione. Quod ſatis in eadem conſtitutione ſignificatur, ubi bona illa, bona hæreticorum vocantur. *c. 2. de praeſcrib. lib. 6. l. 2. §. de religio. & ſumpti. fune.*

247 Ultimum argumentum eſt, quòd lex juſta obligat in foro conſcientiæ; lex ergo quæ decernit bona hæreticorum ipſo jure confiſcata, obligat in foro conſcientiæ, quia lex juſta eſt. Cui reſpondeo veriſſimum eſſe, quòd lex juſta obligat in foro conſcientiæ, ſed non ſequitur inde obligatum eſſe hæreticum ad tradenda fiſco bona ſua omnia; quia lex id non dicit, & ſi hoc diceret, juſta non eſſet, Etenim lex humana ſuos limites habet obligandi, & ſua remedia exequendi. Obligat quidem, ne contemnatur, & ne judici juſtè exequenti reſiſtat reus; obligat in foro conſcientię, ut illi ſeipſum peccator accuſet, ac ſalutarem pœnitentiam ſubeat; non tamen ità lex obligat, ut omni juris ordine prætermiſſo hæreticus, nemine perſequente, in ſubſtantiam propriam, in liberos, atque familiam acerbiſſimum judicium exequi teneatur. Demum lex juſta obligat quidem in foro conſcientiæ, ſed tamen juxta metas poteſtatis, æquitatis, & rationis, ſeù cauſæ finalis; quemadmodum rectè docet Adrianus Pontifex. *lib. quæſt. quodlib. 6.*

248 Accedit eòdem, quòd judicium illud occultiſſimum inter Deum, & hominem,

nem, quod forum conſcientiæ vocant, tantùm diſtat à foro ciuili, quantùm cœlum à terra; ideoque nil minus legum latores cogitare debent, aut poſſunt, quàm ut in forum illud falcem immittant. In eo ſiquidem foro ſolus Deus, & ejus vice Sacerdos teſtis, & judex eſt, homo verò accuſator & reus. Neque aliud illic exigitur, quàm Spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum, ac damni dati ſatisfactio. Legales autem pœnæ ab accuſatoribus petendæ ſunt, à judicibus declarandæ, & ab executoribus exigendæ. Nec ordo judicii exterioris prætermittendus; aut pervertendus eſt. *l. prolatam. C. de ſent. & interlocu. c. forum de verborum ſignificatio. c. 1. cum ſequen. 4. q. 4. Alphonſus Toſtadus 2. parte defenſorii cap. 67.*

249 Præterea multi viri doctiſſimi viderunt, & conſiderarùnt leges illas, quæ pœnam ipſo jure imponunt, & tamen omnes illi ſæpiſſimè docuerunt, neminem obligatum eſſe ad pœnam in ſeipſum exequendam; quod & nonnulli eorum de hæreticis nominatim aſſerunt: cæteri autem, qui ferè ſunt innumerabiles, id ipſum generalitèr tradunt. *Conradus de contractibus quæſt. 7. conclu. 2. Silveſter in ſumma, verbo, hæreſis. 1. q. 8. Fran. Victoria in relectione de Indis. Covar. in lib. 4. decreta. parte 2. cap. 6. §. 8. nu. 10. Domin. Soto lib. 1. de juſti. & jure. quæſt. 6. arti. 6. gloſſ. in c. fraternitas. 12. q. 2. Felin. Decius, & cæteri in c. 1. de Conſtit. Thom. & Cajeta. 2. 2. q. 62. art. 3. Gabriel. in 4. ſent. diſtin. 15. quæſt. 4. Driedo lib. 1. de liberta. Chriſtia. cap. 2. art. 3. Corne. conſil. 119. lib. 2. Silveſter verbo pœna quæſt. 25. Fortu. de ulti. fine illatione 18. Felin. in c. audivimus de ſimo. Adrianus quolibe. 6. art. 1. & alii relati ab Alphonſo lib. 2. de poteſta. legis pœna. cap. 9.*

250 Poſtremò nobis objici poterunt duæ leges regiæ, quæ obligant expreſſim ad pœnam in foro conſcientiæ præſtandam; quibus reſpondeo, eas conſtitutiones duplici ratione tolerari poſſe, tum quia de quibuſdam hominibus loquuntur; quibus officia publica commiſſa ſunt ea lege, ne quid ultra ſalarium accipiant, alioquin ad pęnas illic ſtatutas teneantur: tum etiam, quia ſuo juramēto ſe illi aſtringunt ad eas pœnas ſoluendas. Quibus caſibus dubium non eſt, quin pœnas illas ſolvere teneantur, quod longe diſtat à quæſtione propoſita. *l. ea lege C. de condi. ob cauſam c. debitores. de jure jurando. l. ulti. tit. 3. & l. fin. tit. 9. lib. 2. ordinat.*

251 Concludimus tandem, quòd legiſlator non obligat nominatim hæreticum in foro conſcientiæ ad offerendum ſpontè bona ſua omnia fiſco; nec id facere poteſt, nec vult, nec velle præſumitur; Undè ſententia noſtra nō ſolum crebrior, & ęquior, ſed verior quoque, atque juſtior eſt; opinio autem contraria duriſſima eſt, ac pęnè impoſſibilis; Ea etenim pœna hæreticis pęnitentibus, & redire volentibus grandem difficultatem imponit; Nam & ſi Pontif. Max. eos à crimine abſolveret, nihilominus tamèn obligati forent ad bonorum reſtitutionem. Pertinacibus autem parum eadem opinio prodeſt, quia in ſua perfidia vivere, ac mori parati ſunt, ac proindè nil minus, quam de tali reſtitutione cogitare ſolent; Sententia itaque noſtra tenenda eſt, etiam ſi argumentorum vi, aut ſtricto jure nimium diſputando fortaſſe ſubverti poſſet; hanc enim æquitas ſuggerit, quæ ſtricto juri præferenda eſt; hanc denique mos publicus comprobavit: & ut eleganter Julianus ait, *Multa in jure civili contra ſtrictam rationem diſputandi, pro utilitate communi recepta ſunt. c. peccatum de regu. ſuris c. ſæpè de reſti. ſpolia. Alphon. lib. 2. de poteſta. legis pœna. c. 4. l. 1. §. ſi quis à Principe, nequid in loco publi. c. per venerabilem qui filii ſint legi. l. 1. §. item varus de aqua pluvi. arcen. l. ità vulneratus. §. pen. ad legem Aqui.*

Æquitas ſtricto iuri præferēda.

252 Extrema illa quæſtio magni momenti eſt, an bona primogenitorum, quæ vulgo majoratum vocant, propter hæreſim poſſidentis confiſcentur. Cui quæſtioni priuſquàm reſpōdeamus, illud animadvertendum eſt; quòd hæc primogenita longè diſtant ab illis bonis, quę apud Gallos filiis primogenitis deferuntur; ea enim bona libera ſunt, & nullis vinculis ſubjecta. Noſtrates verò ea bona majoratum vocant, quæ ab aliquo ea lege alligantur, ut integra, individua primogenitis perpetuò diferantur.

253 Triplicitèr autem hæc primogenita fieri ſolent: vel Principis conceſſu, vel regiæ legis beneficio, vel antiqua ſucceſſione; de quibus ſeorſum differendum eſt. Et in primis illud omni dubitatione caret, quòd ea primogenita, quæ Principis conceſſu

ceſſu

ceſſa ſiunt, confiſcari poſſunt propter hæreſim poſſeſſoris; id enim expreſſim in ipſo Principis decreto declarari ſolet; Nam quoties Rex noſter concedit, ut quiſpiam bona ſua poſteris primogenitis in perpetuum relinquat, & ut quas velit conditiones adjiciat, & prætereà dat privilegium ut ne bona illa proptèr aliqua crimina publicari queant: toties excipit crimen hæreſis, & leſę majeſtatis, propter quæ permittit, ut primogenita confiſcentur.

254 Quinimmò ſi in ipſo Regis decreto nominatim conceſſum ſit, ut primogenita publicari nō queant propter hæreſim, & alia maxima crimina, nihilominùs tamen confiſcari poſſent, ut Galindus noſter rectiſſimè cenſuit, cujus ſententia mihi vera videtur, ne anſa delictis atrocioribus relinquatur, nevè pars magna pœnæ, quæ talibus debetur ſceleribus, facilè condonata eſſe videatur, denique ne jus confiſcationis, quod regale eſt, datum eſſe cenſeatur in præjudicium ipſorum Principum; præſertim cum ejuſmodi decreta, & beneficia facilè impetrari ſoleant, ac ſine cauſę cognitione juſta. *Galin. in diſputatione regia, c. 18. l. Si unus. §. illud de pactis c. 1. quæ ſint regalia ſi feudo.*

255 Nonnunquam relinquuntur hæc bona primogenitis in teſtamento, aut contractu ſinè decreto Principis; quod quidē fieri poteſt beneficio, aut permiſſu regiæ legis, qua generalitèr omnibus conceditur, ut qui filios habent, poſſint intèr liberos ſuos in tertia, & quinta bonorum ſuorum parte quaſcunque voluerint conditiones, & quæcunque vincula, & onera ponere. Qui verò liberis caret, id ipſum quoq; facere poteſt in omnibus bonis ſuis. *Regia. l. Taurina* 27.

256 Illud autem in confeſſo eſt, quòd ſi is, qui hęc primogenita inſtituit, hęreticus factus fuerit, privabitur illico illis, & aliis bonis: niſi fortè tradiderit filio poſſeſſionem bonorum, vel ſcripturam primogenitorum; vel id factum ſit per contractum oneroſum, priùſquam ille, qui primogenita relinquit, in aliquam hęreſim inciderit; tunc enim jus illud quæſitum alteri, non fiſco, ſed bonorum domino acquiritur. *l. filius familias. §. diui. 2. de legat. 1. regia. l. Taurina. 17. c. cumſecundum. de hæret. lib. 6. l. 1. C. pœnis fiſcali. credi. præfe. lib. 10.*

257 Sed hinc magni momenti exoritur quęſtio, an primogenita legis regiæ conceſſu, ſub ea conditione relicta, ut ne propter hereſim primogeniti confiſcari queant; ſi hęreticus factus fuerit eorum poſſeſſor, publicari nihilominùs poſſint: quod multi quidem negant eo potiſſimùm argumento, quo ſupradiximus, bona ſubjecta reſtitutioni confiſcanda non eſſe; nam primogenita reſtitutioni obnoxia eſſe videntur. *l. Statius. §. Cornelio. de jure fiſci. l. Imperator de fideicommiſſ. liberta. Igneus in l. ulti. ad Sillani nu.* 19.

258 Sed, ut mihi quidem videtur, cōtraria ſententia verior eſt: quam & Galindus confirmat, & argumenta non pauca comprobant. Primùm, quòd nulla lex inveniatur expreſſim prohibens, ne primogenita propter hęreſim confiſcentur. Deindè, quia ſi publicari poſſunt majoratus, quamvis Princeps nominatim conceſſerit, ut propter hęreſim ea bona non confiſcentur; multo magis publicari poterunt, cum privatus aliquis confiſcationem prohibuit *Franc. Galin. in diſputatione regia cap.* 18. *Argumenta pro affirmatiua ſententia.*

259 Ad hęc: Regnum defertur primogenito, & in alia primogenita ſucceditur eodem ordine, ac jure, quo in ipſum regnum; ſed propter hęreſim regis, non ſolùm Rex Regno privatur, ſed & ejus filii à Regni ſucceſſione pelluntur, ut noſter Lupus luculenter probat; ergò primogenita pari ratione confiſcari poſſunt. *Joan. Lupus de jure Navarræ parte 5. §. 7.* *Filij Regis Heretici à Regni ſucceſſione pelluntur.*

260 Deinde à feudo ad primogenita rectè argumentari ſolemus, Vaſſallus autem propter atrociora crimina non tantùm feudo privatur, etiam antiquo, ſed & filii, & ſucceſſores ejus ab eodem feudo excluduntur; Igitur propter hęreſim publicari poſſunt primogenita: *c. 1. §. denique, quæ fuit pri. cauſa benefi. amitten. c. 1. ſi vaſſal. feudo priva. c. 1. §. Si vaſſallus. Si de feu. fue. contro. inter domi. lib. feudo. l. 2. C. de liber. & eorum libe. & illic. Bald. & alii. Bar. in l. 3. de interdi. & relega. Bal. in l. qui ſe patris. C. undè libe. Imo. & cæteri in c. 2. de feud.*

261 Accedit huc, quod primogenitus verè dominus eſt illorum bonorum, perindè atque aliorum, quæ pleno jure acquiſierit. Quid igitur prohibet, quin Princeps ea bona confiſcare queat, quę hęretici eſſe invenerit? nam quòd verè dominus illo-

illorum ſit, nemo eſt, qui negare valeat. Quia dominium majoratus non eſt ablatum a primogenito, qui ſuccedit in eum, nèc per Principem, nèc per aliquam legem, nèc per qui majoratum fecit. Relinquitur ergò, ut ſimul cum ipſis bonis in primogenitum tranſeat: alioquin vacaret, ac nullus eſſet. Prętereà, cum Princeps facultatem concedit obligandi, permutandi, vendendi, & alienandi majoratum, non dat eo tempore dominium, ſed tantùm vincula ſolvit. Addè, quòd non minus dominus eſt, à quo dominium abire poteſt. Quid? quòd majoratus dominium uſque ad mortem primogeniti durare ſolet: neque ideò minus dominus eſt, quòd liberè alienare non poteſt: quia nèc pupillus, nèc is, cui bonis interdictum eſt, alienare bona ſua poſſunt, & tamen veri Domini ſunt. *l. non ideo; de rei vendica. l. ex aſſe. ad Trebel. l. is cui bonis. de verbo. obliga. l. ulti.* §. *ſed quia C. commu. de leg.1. Seneca lib. 7. de beneficiis. Oldra. conſil. 203. Decius conſil. 419. Tiraquel. de retracta. conventionali* §. 2. *gloſſ.* 1. *nu.* 36. *nuncupatim. Soto in relectione de dominio, & lib.* 4. *de juſti, & jure quaſt.* 1. *art.* 1.

262 Nèc noſtræ ſententiæ obſtat fundamentum ſupraſcriptum contrariæ opinionis; nam bona ſubjecta reſtitutioni, quę alicui, certæque perſonæ relicta ſunt, proptereà non confiſcantur, quia ſtatim jus illi acquiritur, cui bona reſtituenda ſunt, quod longè aliter habet in Hiſpaniarum primogenitis, quæ quidem propriè non ſunt reſtitutioni ſubjecta, ſed potiùs ordine ſucceſſionis legitimæ à primogenito in primogenitum tranſeunt: nèc unus aliquid alteri reſtituit, ſed jure regio ab uno in alium transferuntur, & hæreditario jure deferuntur: ut Oldrado, Alberico, & aliis placet. *Regia l. Taurina* 45. *Oldra. conſil.* 94. *Alberi. in proe. digeſto. Marti. Landen. de primogenitura. quaſt. ult. Abbas conſ.* 3. *lib.* 2. *Joan. Cirierus. lib.* 3. *de primogenitura q.* 2. *Jacobus à Saa. lib. de primogenitura. nu.* 37.

Bona reſtitutioni obnoxia non confiſcantur.

263 Accedit etiam, quòd hi, qui majoratus faciunt, non ſolent jubere, ut quiſpiam alteri ea bona reſtituat; ſed tantùm præcipiunt, ut in ea bona primò ſuccedat aliquis, deindè aliùs, & itidèm alii deinceps; itaut ordine legitimæ ſucceſſionis ea bona perpetuò maneant in cognatione alicujus, ut proculdubio non tàm ſit hæc bonorum reſtitutio, quàm legitima quædam ſucceſſio; ac proindè longiſſimè diſtat ab eis reſtitutionibus de quibus aduerſæ opinionis aſſertores loquuntur; nèc enim veteres unquam legumlatores primogenita noſtra viderunt.

264 His adjice, quòd bona etiam reſtitutioni ſubjecta, & alienari prohibita, poſſunt nihilominùs certis ex cauſis, quæ cōmuni utilitate, legis auctoritate alienari; poſſunt quoq; legumlatoris arbitrio poſt aliquod tempus ab eo reſtitutionis, & prohibitionis onere liberari. Quod olim poſt quartam generationem deſinebat, ut prudentèr admodum Juſtinianus conſtituit. Poſſunt deniq; bona primogenitorum decreto, & indulgentia Principum, propter privatam etiam utilitatem liberè, ac juſtè alienari; multò igitur magis confiſcari poterunt propter hæreſim Domini, in quo quidem magna verſatur utilitas Reipublicæ, cujus in primis intereſt, ne crimina ſint impunita. *authen. res quæ C. commu. de legat. Authen. de reſtitu. fideicommiſſi. cap. ut fama de ſent. excommu.*

265 Sed neq; refragatur nobis lex illa regia, quæ concedit generalitèr omnibus, ut in tertia, & quinta bonorum parte poſſint quæcunque velint vincula, & onera ponere. Nam illic nulla facultas datur, ut privatus queat bona illa perpetuò liberare à periculo confiſcationis: nec aliud prorsùs addit libertati naturali, qua quiſq; in re propria moderator, & arbitèr eſt, quàm quod permittit onerare liberos in tertia parte legitima, quæ illis regio jure debetur; & quod, ea onera prorogat ultra quartam generationem. *regia. l. Taurina.* 27. *l. in re mandata. C. mandati. Authen. de nuptiis.* §. *diſponat. collatio.* 4.

266 Nec eſt cur quiſpiam putet ſub ea legis conceſſione generali permiſſum etiā illud eſſe, ut poſſit quilibet hanc addere clauſulam: ut majoratus, & ea bona prohibita alienari, nunquam confiſcari poſſint, ne pro crimine quidem hæreſis, aut leſæ Majeſtatis. Ea enim adjectio non ſolum otioſa, & inutilis, ſed licentioſa etiam, atque temeraria eſt. Nam quis unquam privatis hominibus tantam licentiam conceſſit, ut legem Principibus ſuis imponere poſſint, quo regale jus confiſcationis eludant, & horrenda crimina magna ex parte impunita relinquant? etiam ſub generali

con-

conceſſu nunquam ea permiſſa eſſe videntur, quæ legiſlator ſpecialitèr conceſſurus non eſſet. At verò, ſicuti jam antè dixi, Princeps, qui facultatem condendi primogenita tribuit, ſemper excipere ſolet, ut propter hæreſim, & leſæ Majeſtatis crimen ea publicari poſſint. Nèc mihi fit veriſimile, ut quòd Princeps magni beneficii loco quibuſdam tantùm nobilioribus hoc privilegium concedens, expreſſim denegare ſolet: id generalibus verbis regiæ legis conceſſum eſſe intelligatur omnibus, ſutoribus etiam, atque tonſoribus; ut quærant iſti prò libidine bona ſua liberare à confiſcatione, tametſi eorum ſucceſſores hæretici fiant, aut proditores. *c. ingener. de reg. juris lib. 6. c. cum inferi. de ma jo. & obedi.*

267 Accedit eòdem, quòd leguinlatorum indulgentia conceſſum eſt, ut morientium voluntates eo tempore valeant, quo illi mortui ſunt, & quo jàm rerùm dominium amiſerunt, & ab hujus Mundi commodis, & incommodis liberati ſunt: hæc tamen diſponendi, ac teſtandi facultas ſuos modos, ſuoſque limites habet; ideſt, ut ne contra leges quidquàm diſponere, aut tentare audeant; nemo enim, ut apud Pomponium eſt, efficere poteſt, ut leges in ſuo teſtamento locum non habeant. Atqui contra leges eſt, ut hæreticorum bona publicari non queant. *l. nemo poteſt de lega.* 1. *c. eum ſecundum de hæreti. lib. 6. Abbas in rubri. de tranſactio. Decius in l. eum qui de juriſdi. omni judi. quidquid Viglius dixerit in §. ſed prædicta inſtitu. de teſta.*

Nullum teſtamentum factum contra leges eſt validum.

268 Accedit etiam, quòd pars magna pœnæ impiis, & hæreticis debitæ, in bonorum publicatione conſiſtit; quemadmodum pleniùs in exordio hujus tractatus oſtendimus. Illud quoq; juſtum, & à Republica eſt, ut hæreticorum filii non ſolùm perpetua notentur infamia, ſed ut parentum bonis, patrimonioq; priventur. Quia parentes in filiis acerbiſſimè puniuntur, ac divitiæ filiorum parentum cenſentur; & quia hæreticorum filii debent paupertate ſordere. Quamobrem à parentum quoq; & conſanguineorum ſucceſſione habentur penitùs alieni. Quis igitur ferat, ut hæreticorum filii, quos pauperes, & infames eſſe legumlatores juſtiſſimè voluerunt: cautionibus privatorum hominum in parentum majoratus ſuccedentes, divitiis, & inſignibus, aliiſque prærogativis nobilitentur? Nonnè hic privatorum pactiones juri publico derogant? nonnè hæretici, & horum filii juſtæ punitioni ſubtrahuntur? quis ergò tot, & tanta abſurda tolerare queat? *l. bona fides depoſiti. l. iſti quidem. quod met. cauſa. c. vergentis de hæreti. l. jus publicum de pactis.*

269 Deindè incredibile mihi videtur, quòd poſſit Princeps (ut quotidie facit) facultatem dare, ut hæc primogenita obligentur, & alienentur; & tamen ea confiſcare non queat in publicam vindictam, & ſubjectorum exemplum, ac ſcelerum debitam, meritamq; punitionem. Nèc placet opinio quorundam æxiſtimantium Principem concedere non poſſe ſupra tactam facultatem, præſertim cum primogenita condita fuerint regiæ legis auctoritate: quia par, aut major eſt ratio, qua Princeps eo caſu id facere poſſit, quàm cum ejus conceſſu primogenita facta ſunt: majora ſiquidèm, ac fortiora concedi ſolent in indulgentia ab ipſo Principe data, quàm à lege Regia. Sed utrobique Sacrilegium de Principis poteſtate diſputare de Principis poteſtate, ſacrilegii eſt inſtar. Quid? quòd odioſum eſt (nequid duriùs dicam) quòd ea bona, quæ libera cunctis creata ſunt, ità vinculis obligata permaneant, ut eorum comercium pœnæ ſublatũ ſit. Jure igitur Princeps ad naturalem ſtatum, ac libertatem illa reducere poteſt; in quo, mea quidem ſententia, Rex noſter difficilis eſſe non debet, ſi modo aliqua juſta, vel probabilis cauſa exiſtat. *l. 2. C. de crimine ſacrile. l. altius. C. de ſervit. & aqua l. 2. ſi à paren. quis manu. fue. l. ſi unus. §. quod, & in ſpecie de pactis.*

270 Poſtremò abſurdum id ex contraria opinione, præter alia multa conſequeretur quòd poſſent univerſi cives omnium bonorum confiſcationem perpetuò prohibere, ut legibus publicorum judiciorum nullum omninò locum relinquerent: neq; poſſet Princeps quempiam facinoroſum omnibus bonis, aut eorum parte privare; quo quid abſurdiùs dici, cogitarivè poſſit, ignoro.

271 Supraſcriptis quoque argumentis falſam eſſe quorundam opinionem æxiſtimo, qui concedentes, primogenita in damnum filiorum confiſcari poſſe; aliud eſſe putabant in præjudicium tranſverſalium, ſi hæreticus filios non haberet. Major enim

cauſa cõfiſcationis tunc eſſe videtur. Nàm ſi à filiis proximioribus auferuntur ea bona, multo magis à cæteris conſanguineis auferri poterunt, qui à filiis excluderentur. Adde quòd primogenitus hæreticus, qui verè dominus eſt, in ſui locum admittit fiſcum, qui cęteros omnes tàm filios, quàm extraneos excludit. *l. ſi ſequens gradus ad Sillania.*

272 Sed inveni viros Doctos, qui conſtantèr aſſerebant, bona majoratus tunc ſaltèm publicari non poſſe, cum eorum origo ex contractu eſt : ut puta, ſi in contractu matrimonii primogenita facta fuerint. Mea tamèn ſententia par cauſa eſt hujus caſus, & illorum : nam ſi ſemel in perpetuum bona fuerint obligata, & is, ad quem pervenerunt, in hæreſis crimen inciderit, nil dubito, quin Princeps jure ſuo uti queat ; quia privatorum pactionibus jus publicum mutari non poteſt ; nèc pars illa pœnæ, qua bona ſceleratorum publicantur a privatis impediri valet ; eo accedente, quòd non levior, nèc debilior eſt prohibitio facta in teſtamento, quàm in contràctu, nèc magis ſervanda ſunt pacta, quæ contra leges fiunt, quàm teſtamenta. *l. jus publicum. de pactis. c. cum inferior de majo: & obedi. l. ea lege. C. de condi. ob cauſam. l. cum pater. §. libertis, & l. peto. §. ulti. de legat. 2. l. pacta quæ contra C. de pactis.*

273 Undè ſupervacanea eſt illius quæſtionis tractatio, an primogenita confiſcentur, cum de origine illorum non conſtat; ſed antiqua ſucceſſione, ac teſtibus ſenioribus ſecundum legem Regiam comprobantur : quia, ſivè à lege, ſivè à Rege origo eorum ſit, ſemper propter hæreſim confiſcari poterunt. Quid ? quòd antiqua illa primogenita, quorum origo antiquior eſt hominum memoria, & eam excedit, à Regio conceſſu, & beneficio plerùmq; manarunt. Siquidèm antè Taurinas leges nemo ferè putabat majoratus fieri poſſe ſinè decreto Regis. Quinimmò ſæpè decreto Principis præcedente, nihilominùs ab eodem confirmari ſolebant. Cum igitur in his beneficiis principium aſſidua ſit illa exceptio, ut proptèr hæreſim confiſcari primogenita poſſint; relinquitur indè, quòd quamvis de ea clauſula non conſtet, nihilo ſecius adjecta eſſe cenſeri debeat. *l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua de edilit. edicto. l. ult. C. de fidejuſſ.*

274 Eſt & alia ſpecies, in qua quidam putant, primogenita eripi poſſe à periculo confiſcationis, cum is, qui ea inſtituit, hac utitur clauſula : quòd ſi quiſpiam primogenitorum in hæreſim, quod abſit, inciderit, volo, ac jubeo ut ab hora præcedente hæreſim privatus ſit majoratu, & protinus in proximiorem tranſeat. Sed nihilominus verum eſſe æxiſtimo, ut eo etiam caſu publicari queant ; tùm quia in fraudem confiſcationis ea clauſula excogitata eſt, & privatorum cautione legibus non eſt refragandum. Tùm etiam quia non ſanè diſpicio, quo jure, aut qua ratione id facere poſſit privatus, cùm & illa hora occultiſſima, & incertiſſima ſit, & rerum dominia non tam facilè ab uno evelli, aut in alium transferri queant ſola hominis voluntate, abſque aliquo naturali actu. Adde quòd homo nequit eam fictionem inducere. *l. traditionibus. C. de pactis. l. 1. de acqui. poſſe. l. ult. ff. de ſuis, & leg. hæredi. l. quod bonis. §. primò ad leg. falci. l. ſi fortè. ff. de caſtren. pecul. vide Ruinum conſ. 129. lib. 2. Oroſcium in l. in traditionibus ff. de pactis.*

275 Demùm eo tantum caſu æxiſtimo primogenita confiſcari non poſſe, cum iàm jus plenè quæſitum erat ſucceſſori ſequenti; veluti cum relicta ſunt primogenita illi : ut poſt mortem alteri ea reſtituat : tunc enim de hæreſi condemnato illo, alter antè pœnam erit ; quia jus certum ei quæſitum fuerat. Quod longè ſecùs eſt, cum primogenita ſucceſſione perpetua ad incognitos primogenitos tranſeunt. Et ità ſuperioribus annis ſervatum fuiſſe ſcimus, intèr initia feliciſſimi Principatus Caroli noſtri Maximi ; quo tempore multa primogenita deſertorum, ſeditioſorum, ac proditorum, confiſcata fuerùnt, nullo habito delectu, intèr illa, quæ à lege, vel à Rege, à contractu, vel ab ultima voluntate originem habuerunt. Quod quidem à Chriſtianiſſimo Principe, & Judicibus doctiſſimis factum non eſſet, niſi jure quàm optimo id fieri poſſe compertum habuiſſent. Et hic eſt interdum juſtiſſimus finis harum vanitatum, ut quemadmodum ille ait ; quæ malè parta ſunt, malè dilabantur, ea tamẽ omnia vera equidem, ac juſta, nunc eſſe cenſeo ; Sed ſi falſa doctis videbuntur, ſequar auctoritatem eorum, mutabo meam ſententiam.

Con-

Contra hanc ſententiam diſputarunt duo juriſperiti eruditiſſimi, quibus ego reſpondi libro diſceptationum; an autem eorum argumentis ſatisfecerim, aliorum eſto judicium.

ANNOTATIONES.

1 Bona omnia Hæreticorum &c.
C.Vergentis de Hæret. c.cum ſecundum leges eod.tit. lib.6. adde etiam Schiſmaticorum, *c.1.de ſchiſ. in 6.*

3 Sed olim bona hæreticorum filiis &c.
Intellige Iure Civili.

4 (*a*) Verùm opinio eorum &c.
De hac Re, vide *Pegnam in addit. ad Eymer. in direct. p.3. comment.9. verſ. cæterum hodie*, ubi nec legitimam quodamodo jure naturæ debitam filiis hæreticorum eſſe relinquendam affirmat. Vide ibidem quales Inquiſitorum ſint partes erga damnatorum filios, & filias.

5 Nec id acerbum, aut crudele &c.
Vide rationem quam reddit *Innocen.III.in c.vergentis, verſ. nec hujuſmodi ſeveritatis cenſuram.*

6 Nec audiendi ſunt Budeus, &c.
Quicquid ſit de horum jurium abrogatione, Hæreticorum filiis etiam Catholicis hodie nihil relinquitur, *Paul. Grilland. de hæret. qu.*4. De his, qui concepti, & nati ſunt ante Patris hæreſim, eſt maxima inter DD. controverſia.

9 Si autem aliquis mortis cauſa &c.
Conſentit *Farinac. de hæreſi qu.190. §.1 num.12.*

10 Si maritus uxori donaverit &c.
Hac de re vide quæ ſcripſit *Didac. Canter. in ſuis quæſt. Crimin. rubr. de hæret. cap. 1. num.21. verſ. tota iſta diſtinctio.*

11 Sed, & ſi aliqua Hæretico &c.
De hac materia, vide *Sanchez. in præcept. Decalog. lib.2. cap.15. num.13. & omnib. ſequen. per totam illam quæſt.*

12 Omnia bona uxoris impietatis &c.
Idem prorſus docet, *Lel. Zech. in ſumma par.1.tit. de fide, rubr. de hæreſ. cap. 16. verſ. quinto ampliatur.* Vide, *Sanchez qui ſupr.cap.17. nu.25.& ſeq.*

15 Ex quibus omnibus perſpicuum &c.
Conſentit *Gabriel Quemada quæſt.19.num.7. & 8.* ubi, quòd ita practicaret, ſi in ſuo Tribunali caſus veniret. Vide *Didac.Canter.in q.Crimin.rub.de hæret.nu.40.* qui ait, quòd ab hac negativa ſententia in judicando non eſt recedendum, quamvis contrariam affirmativam veriorem affirmet.

16 Ob eaſdem omninò cauſas &c.
Hæreditatem matris, ſuperſtite filio, inter bona adventitia filii reſpectu Patris enumerat *Del Bene de Off. Inquiſit. & Hær. p.1. dub.122. ſect.1. nu.6.*

17 (*b*) Licèt multi aliter ſentiant &c.
Hos omnes refert *Didac. Canter. in quæſt.Crim.rub. de hæret. cap.1. num. 37.*

18 Publicatis Bonis filii familias &c.
Conſentit *Farin. de Hæreſ.q.190.§1. Rub. de confiſcat. Bonor. n.16.* ſed hanc ampliationem ommittit.

19 Vſusfructus eorum bonorum &c.
Nota hìc controverſum eſſe inter DD., an uſusfructus eorum Bonorum, quæ alienari prohibentur, ad fiſcum ſpectent vivente hæretico. Vide *Delbene de Off.S.Inquiſ.& hæret.p.1. dub.116.n.2.& 13.*

20 Etiam prædium &c.
De hac re vide inter alios *Didac. Canter. qu. Crim. rub. de Hæret. &c.cap.1. nu. 47. Thom. Sanchez in præcep. Decal. lib.2. cap.19. nu.18.*

21 Nunc videndum eſt &c.
Oppoſitum docuiſſe videntur, *Azzo. in l. Manichæos num.1. C. de Hæret.* & ibidem *nu.11. in verbo confiſcatio, verſ. ergo non ipſo jure.*

22 Quo efficitur, ut donationes &c.
Ex hujus imperfectionis defectu revocantur à fiſco, etiam ſi factæ ſint cauſa mortis, quia Donationes vice legatorum funguntur. *l. 3. §. penul. ff. de bon. libert.* Vide *Farin. de hæreſ. q.190. §.1. nu.12.*

23 Dotes quin etiam filiis datæ &c.
Doctrina hujus capitis, & ſequentis ſic debet intelligi; nempè quòd dotes filiabus, ſivè nuptis, ſivè factis ſanctimonialibus datæ, revocantur à fiſco, quoties datæ fuerunt à Patre jam facto hæretico; nam ſi datæ ſint ante lapſum in hæreſim, non revocantur; immò etiam poſt lapſum dotatis de canonica, ſaltem æquitate dotes congruentes eſſe à Violatæ Fidei Iudicibus dandas docuit, *Io. à Rojas ſing. 47.* Vide *Farin. de Hæreſ. qu.191. §.1. num. 8.* ubi *Simanch.* hoc loco quod plus eſt fuiſſe locutum ait.

26 Sed bona ejus, qui defecit &c.
Bene ait Author in fine hujus capituli opinionem hanc benigna interpretatione eſſe receptam; nam contrariam probabiliorem cenſet *Delbene de Off. S. Inquiſit. & hæret. part 1. dub.137. nu.1.* ubi uſque *ad nu* 17. rationes affert, & Adverſariorum Argumentis reſpondet.

27 Sed eſt quæſtionis &c.
Quamvis hoc totum in quæſtione verſetur, & pro negativa ſententia ſcripſerint *Cyn. in l.meminiſſe in fin. C.ad l. Iul. Majeſtat. Roman.in l.poſt contractum num.3.* & ibi *Imol. nu.1. ff.de Donat. Alciat. in eadem l. poſt contractum nu.21.& ſeq.Carer. in tract. de Hæret. nu.138.* attamen quia hos ſuperat numerus DD., qui affirmativam tuentur, demptis caſibus ut infra, hæc probabilior cenſeri poteſt. Vide *Farinac. de hæreſ. q.190. §. 5.nu.76.*

28 Quamobrem quidam rectiſsimè &c.
Hi ſunt inter cæteros *Anton.Gomez de delict.cap.2. Rub. de crim. læſ. Majeſt. Divin.& human. num.5. Iacob de Graff lib.2. Suar. deciſ.cap.11.num.27.& Sylveſt. ab Authore cit. qui Verbo Hæreticus, §. 1. num.14. verſ. & ideò*, hoc quatuor modis declarat. Primò ſi hæreticus eſſet in vitæ neceſſitate, & niſi venderet, fame periret. Secundò ſi aliàs eſſet ſolvendo, & ſic poſſet aliunde reſſarcire damnum emptori. Tertiò, ſi ſuam conditionem emptori patefeciſſet. Quartò, denique ſi delictum erat prorsùs improbabile.

29 Multi tamen ſunt caſus &c.
Quæ hìc docet *Simanch.uſq; ad nu.54.* videntur inter cæteros reſferre, & ſequi *Gabriel Quemada q.7. nu.4. & ſeq. Thom. Sanch in præcept. Decalog. lib. 2. cap.22. nu. 70.71. & 72. Lel Zecch. in ſumma p. 1. tit. de fide, rub. de hæreſ. cap.11. nu.16. in 7. ampliat. verſ & ſi occultus Hæreticus, Iacob.de Graff. lib.2. Suar.deciſ. cap.11.nu.26. & Sigiſmund Scacc. in tract. de iudic. cauſar. Civil. Crim. & Hæret.cap. 98. num.16.*

56 Non tantùm &c.
Alienationes Bonorum in fraudem fiſci, & maximè Officii S. Inquiſitionis reſcindi poſſe, ac debere

tùm ab Epiſcopis, tùm ab Inquiſitoribus Hæreticæ pravitatis docet *Locat. in prax. verbo alienare*; Quandonam autem in fiſci fraudèm factæ præſumantur, vide *Thom. Delbene de Off. S. Inquiſit. & hær. p.*1. *dub.*107. *num.*6. *& ſequen.* ſicuti *dub.*135. *ſect.* 4. *nu.* 1. *& ſeq.* quomodo in fiſci fraudem factæ probentur.

57 Sed & ſi uxor &c.

Hanc eandem ſententiam tuentem, vide *Farin. de hæreſ. q.*190. *§.* 5. *nu.*83.

61 Sed quamvis tàm multa &c.

Doctrinæ in hoocapite ab Authore traditæ videtur obſtare *Textus in l.*2. *C. de Bonis damnatorum, ubi dicitur*: Deportati neque earum quidem rerum, quas poſt pœnam irrogatam habuerint, hæredem habere poſſint, ſed hæ publicentur; ſed huic reſpondet *Fachin. lib.*9. *controverſ. cap.*51. Non loqui de quolibet delinquente, cujus Bona confiſcantur, ſed de delinquente deportato, qui quoniam capite minutus eſt, hæredem habere non poteſt.

62 Qua ratione &c.

Hoc idem voluit *Gabriel Quemada quæſt.* 10. vide *Farinac. de hæreſ. q.*190. *§.*1. *nu.*13.

66 Hinc plurima deduci poſſunt &c.

Dotes Vxorum ob hæreſim Maritorum non confiſcari, niſi quando ſcienter cum hæreticis nubunt, apud omnes eſt in confeſſo ex Decreto Innocentii IV. ab Auctore noviſſimo loco relato. De hac materia pertractantes, vide *Zanchin. tract. de hæret. cap.*25. *nu.* 4. *Ioan. Rojam ſing.* 215. *incipien Vxor Hæretica, Carrer. tract. de hæret. nu.* 141. *verſ. qui filii etiam, & nu.* 169. *verſ. an autem liceat Vxori, & ſequen. Locat. in prax. Iudic. verbo pœna num.*9. *verſ. ſeptimò uxores, & Pegnam in comment. ad Eymer.* 3. *p. direct. q.* 111. *commen.* 160. qui præfatos, & plures alios refert Auctores. Caſuſq; hic infra relatos ab Auctore, & multos alios ſcitu dignos reſſoluit.

75 Occultus hæreticus fundũ dotale &c.

De hac quæſtione vide quæ ſcripſit *Thom. Sanchez in præcept. Decal. lib.*2. *cap.*22. *nu.* 43. *& ſequen.*

76 Propter hæreſim viri &c.

Quod donationes hujuſmodi non Viro, ſed Vxori acquirantur indicium eſt, cum res donatæ talis ſunt naturæ, ut potiùs Vxori, quàm Marito competere videantur. Vide quæ de hoc caſu ſcripſit *Placid. Rubius in rubr. de donationibus inter Vir. & Vxor. §.* 45. *& Pegna in commentar. ad ter. part. direct. Eymer. qu.* 111. *comment.* 160. *verſ. neque propter hæreſim Mariti.*

79 Quamvis filius familias &c.

An legitima cadat ſub confiſcatione, ſaltem ſi eam Pater filio aſſignaſſet, & tradidiſſet, controvertitur inter DD. vide *Thom. Delbene de Off. S. Inquiſit. & hæret. par.*1. *dub.*122. *ſect.*2. *nu.*8.

80 Filio familias impietatis damnato &c.

Hæc doctrina ampliatur, etiam ſi à Patre filius familias haberet peculii profectitii adminiſtrationẽ, vel expreſſam authoritatem illud donandi, aut diſſipandi. Vide *Delbene loco proximè cit. ſect.*3. *nu.* 3. *&* 4.

82 Quæſitum fuit &c.

De his, quæ hoc capite, & quinque ſequentibus diſcutiuntur, vide Doctores, quos ſupra citavi *nu.*66.

88 Propter hæreſim clerici &c.

Nota quòd excommunicationis Pœnæ, de qua hic fit mentio, duplex actio ſubjicitur, nempe Publicatio Bonorum Eccleſiæ ob hæreſim clerici, de qua Author, & extorſio Pecuniæ *ex Clement.*2. *de Hæret.* Quinam autem Iudices circa utramque actionem includantur. Vide *Thom. Delbene de Off. S. Inquiſit. & Hær. p.*1. *dub.*126. *ſect.* 1. *num.* 2. *& ſeq.* vbi *num.* 24. opinionem Azorii aſſerentis bona Fratris Franciſcani hæretici confiſcari, ex eo quòd non ſunt Bona ſui Monaſterii, quod incapax eſt, reprobat, & ait ex hoc tantùm inferri poſſe quod excommunicatio non incurratur, ſi confiſcentur, non autem quòd confiſcentur de facto.

90 Sed cum vera ſententia ſit, &c.

Si hæc ſententia vera præſupponatur, nulli dubium eſt ex ejus fundamento ſequi, quod docet Auctor; ſed utcumque res ſit, reor plenum locum non habere in fructibus Beneficiorum Curatorum; nam cum ſuper his Epiſcopi, & alii Animarum Rectores Interiores habeant tantùm verum Dominium illius Portionis, quæ ſibi à Sacris Canonibus pro honeſto Victu aſſignatur; illa dumtaxat poterit publicari, non reliquæ, quæ in uſum pauperum, cultum Divinum, & in neceſſitates Miniſtrorum Eccleſiæ Inſervientium ſunt expendendæ. Vide *Pegnam in Commentar. ad Direct. Eymeric.*3. *p. commen.* 161. *Verſ. Si curam, &c.*

96 Obtinuit tamen, &c.

Bene dixit Auctor *Obtinuit tamen*; nam quòd juris Patronatus Extinctio fiat hodie in favorem, & libertatem Eccleſiæ, non eſt expreſſum in jure, benè tamen receptum conſuetudine. *Io: Lupus in rubr. de donat. inter virum, & uxor. §.* 37. *num.* 7. *Rot. deciſ.* 53. *num.* 5. *tom.* 1. *in recent.* limitationes vide apud *Thom. Del Bene de Off. S. Inquiſit. & Hæret. p.* 1. *dub.* 123. *ſect.* 1. *num.* 2. 3. *& ſeq.*

97 Emphyteuſis hominis privati &c.

De Bonis Emphyteoticariis quid ſit ſentiendum, *lege Tabarel. in Clement.*2. *de Hæret. §. Inquiſitoribus quæſt.* 7. *Hieronym. Giga. tract. de Crim. leſ. Maieſt. lib.* 2. *tit. de pœnis committentium Crimen leſ. Maieſt. quæſt.*6. *Bernard. Diaz. in pract. crimin. canon. cap.* 106. *Oldradum conſ.* 17. *quod incipit*: Thema tale eſt *Io: Andr. in addit. ad ſpeculat. tit. de feud. Ancharan. in cap. Cum ſecundum leges de Hæretic. lib.* 6. *& Gabriel. à Quemada in Compend. quæſt. in mat. fiſcal. quæſt.* 11. *&* 12.

105 Optio quoque datur Eccleſiæ, &c.

Quamvis hæc Auctoris ſententia cenſeatur ſanè probabilis; non defuere tamen Doctores qui oppoſitam docuerunt; hos citatos vide apud *Fachin. lib.* 9. *controverſ. cap.* 53. quos ſequitur *Boſſ. de Bonor. public. num.* 60. *& Del Bene, qui de Off. S. Inquiſit. & Hæret. p.* 1. *dub.* 118. *ſect.* 4. *num.* 2. Sententiam Auctoris militare duntaxat de Emphyteuſi ab Eccleſia Conſtantinopolitana conceſſa, non autem de cæteris, expreſsè tradidit.

106 Vtrum Eccleſia &c.

Benigniorem hic dicit Auctor affirmativam ſententiam; Negativam enim probabiliorem inter alios cenſet Del Bene. Vide *quæ loc. nuper cit. ſect.* 5. *num.* 3. *& ſeq.* in ejus probationem adducit.

107 Ex facto tractatum fuit, &c.

Quòd melioramenta etiam poſt lapſum in Hæreſim ab Hæretico facta non pertineant ad Fiſcum acriter tuetur *Del Bene loco nuper cit. ſect.* 6. *nu.* 4. *& ſeq.* hoc potiſſimum fundamento, quòd cum Bonorum confiſcatio non extendatur ad Bona futura, nullo pacto extendi poteſt ad melioramenta facta poſt delictum, quæ, ut patet, ſunt reſpectu Confiſcationis ſuam vim ſumentis tempore lapſus in hæreſim, bona futura.

120 Sed jam ad bonorũ publicationẽ &c.

Nota in proceſſu hujus capituli Simanch. dixiſſe: *Excepto ſi feudum hujuſmodi ſit, ut libere alienare queat*; nam ſi feudum talis naturæ ſit, ut de illo di-

ſponſi non poſſit à Feudatario ſine Domini licentia, vel ad extraneos hæredes tranſire nequeat, facta Bonorum hæretici confiſcatione, ad Dominum revertitur, & tunc Dominium utile cum directo ſolidatur. *Boſſ. tit. de Bonor. public. num. 54. & Clar. §. Feudum, quæſt. 84. verſ. Secundum autem.*

121 Præterea creditoribus Hæretici &c.
Hanc Doctrinam intellige ſemper pro viribus dumtaxat confiſcatæ hæreditatis, ut apud omnes Doctores eſt in confeſſo. Vndè cum doceant multi quòd in caſu, quo publicatis Bonis alicujus Patris familias, Fiſcus ex eis non eſſet omnibus creditoribus integrè ſolvendo, teneretur illis ſatisfacere de peculio profectitio filii, ſi adeſſet; *Bald. leg. filius ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris nu. 2. Salycet. in l. penul. C. qui Bonis cedere num.* 3. evidentiſſimum ſignum eſt peculium profectitium filii inter bona Patris cenſeri, & ut ſupra dixi, ſub confiſcatione comprehendi.

122 Vſque adeò autem Fiſcus &c.
Hæreticum Eccleſiæ reconciliatum poſt ſuorum Bonorum publicationem, & poſtea locupletem factum, quoties bona publicata non fuerunt ad ſolvendum ſufficientia, in eo quòd defuerunt, teneri creditoribus ſatisfacere de Bonis poſt reconciliationem acquiſitis; *Docuit Locatus in quæſtion. poſt praxim quæſt. 19.* Vide *Tex. in l. 1. C. de fidejuſſo.*

125 Inde quæritur, &c.
Idem, quod hic ait Simanch. dicit quoque *Thom. Sanchez. in præcep. Decalog. lib. 2. cap. 14. num. 40.* ubi Doctrinam hanc ulterius extendit ad Hæreticum pœnitentem ex die, qua reſipiſcens ad fidem redit; Hunc etenim in foro conſcientiæ docet ab eo tempore ſucceſſionis eſſe capacem, ac propterea hæreditatem tunc delatam reſtituendam non eſſe, nec ad Fiſcum pertinere.

126 Quamvis bona hæreticorum &c.
Ex hac Doctrina collige, quòd ſi quiſpiam hæreticus ante declaratoriam ſententiam ab hæreſi reſipiat, & Eccleſiæ reconcilietur. Ejus bona non publicantur. Vide *Del Bene de Off. S. Inquiſit. & Hær. p. 1. dub.* 109. *ſect. 3. num.* 6. qui ibidem contrariam ſententiam ait à ſe non probari.

127 Sed cum bona publicata ad fiſcum Principis, &c.
Nota quòd hæc quæſtio hodiè ceſſare videtur; nam Domini Inquiſitores aſſerunt, quòd circa Hæreticorum Bona Romana Eccleſia eſt fiſcus; & quòd ſæcularis poteſtas nullatenus ſe intromittere poteſt, niſi per Eccleſiaſticum Iudicem vocetur *ut in c. Inquiſitionis de hære. & c. cum ſecundum, eo. lib. 6.* Vide *Locat. in prax. Verbo Fiſcus.*

132 Bona Hæreticorum dividebantur olim &c.
Conſtitutiones has Pontificias, quæ ſunt Innocentii IV. Alexandri IV. & Clementis IV. videre latas *à Pegna in Commentariis ad 3. partem Director. Eymeric. Rub. de Confiſcat. Bonor. quæſt. 109. Comment. 158. Verſic. Primum Dom. Innocent. Poſtea verò Alex.* Ad hæc Clemens Papa IV. Verùm hodie Bona Hæret. confiſcata applicari ſolùm S. Inquiſitionis Officio ſolere præ cæteris docent *Navarus conſ. 20. de hæret. num. 2. Alberic. in l. Manichæos C. de Hæretic. num. 2. Auctor Lucernæ Verbo Bona Hæretici num. 6. Locat. in prax. Inquiſit. Verbo Fiſcus. Verſ. Hodie,* quos ſequitur *Del Bene de Offic. S. Inquiſ. & Hær. p. 1. dub. 127. num. 3.* Qui etiam refert conſuetudines, quæ vigent in Hiſpania, in Regno Siciliæ, Placentiæ, Mantuæ, Mediolani, Sabaudiæ, & in Gallia ibidem *dub. 109. ſect. 2. num. 20. & ſeq.*

133 Bona Hæreticorum uſu capi poſſunt &c.
De uſucaptione Bonorum Hæreticorum vide quæ docet *Locat. in prax. Verbo Fiſcus.* ubi inter cætera ſententiam Abb. & Baldi diſtinguentium inter Fiſcum Eccleſiaſticum, & Sæcularem referendo, docet præſcriptionem 40. Annorum habere locum in bonis confiſcatis, quæ pertinent ad Fiſcum Eccleſiaſticum; nam quæ ad Sæcularem ſpectant, ait præſcribi ſpatio quinquenii à morte hæretici, ante quam accuſaretur, dum tamen præſcribentes Catholici ſint, & in bona fide; ſicuti quadragenariam præſcriptionem locum non habere, quoties bona incorporata ſunt in fiſcum Eccleſiæ Romanæ, contra quam centenaria requiritur.

135 Si quid in ſingulis Annis &c.
Adverte hic, & in ſequenti caſu Regulam eſſe Generalem, quam tradunt communiter Doctores, ea ſolùm tranſire ad Fiſcum, quoties Hæretici Bona publicantur, quæ ſilicet ad Hæredes extraneos remitti poſſunt, cum Fiſcus ſuccedat loco Hæredis extranei *l. 2. C. ad leg. Iul. de Vi, & l. eorum ff. ad leg. Iul. Majeſt.* Quare cum id, quod alicui debetur ex contractu, tranſeat ad Hæredes extraneos, non autem quod debetur ex ultimis voluntatibus; ſequitur quòd ſi quid in ſingulos annos Hæretico debeatur ex contractu, ad Fiſcum pertinere, illius Bonis publicatis, non autem ſi ex ultima voluntate. Vide *Peregr. de Iur. fiſc. lib. 1. tit. 1. num. 68.* & Doctores, quos citat *Farin. lib. 1. prax. quæſt. 25. num. 51.*

138 Prima ea quæſtio eſt, &c.
Quicquid ſie de Quæſtione hac, quam tàm prolixè pertractat Simanc., id quod Matrimonio conſtante acquiſitum eſt, non fiſco totum adjudicandum eſt, cum maritus, vel uxor in hæreſim incidit, ſed alteri ex conjugibus innocenti pars eſt reſtituenda. Vide *Plac. Rubi. in Rub. de donat. inter vir. & uxor. Quemada in compend. quæſt. de Bonis, & confiſcat. quæſt. 6.* quos ſecutus fuit idem *Simanc. ſup. num. 71.* ubi ſermonem habens de uxore, nullo habito verbo de Conſuetudine loci, abſolutè partem lucrorum ad eandem pertinentem eſſe reſtituendam affirmat.

158 Hanc diſputationem difficilem nobis reddit Alphonſus Caſtrus.
Alphonſi Caſtri ſententiam tenuerunt *Panormit. & Felin. in cap. 1. extra de conſtitu. & in c. dilecti. de Arbitris. Gomezius tom. 3. variar. reſolut. cap. 2. num. 5. Verſ. Item adde &c.* & alii ab iiſdem relati. Sed Simancam noſtrum ſecuti ſunt uterque *Thom. 2. 2. quæſt. 62. art. 3. Conradus de contract. quæſt. 7. concl. 2. Angelus Clavaſius in ſumma Verbo Pœna §. 3. Sylveſter in ſumma Verbo Hæreſis 1. quæſt. 8. Verſ. Pro his tamen notandum. Sotus lib. 3. de Iuſtit. & Iure quæſt. 6. art. 6. Victoria in relect. de Indis, Gabriel. lib. 4. Sentent. diſt. 15. quæſt. 4. & alii à Ferdinando Vaſquio relati lib. 1. de ſucceſſ. progreſ. in præfat. nu. 98. verſ. Simillimum eſt.* Vide rationes allatas à *Pegna in Comment. Direct. Eymeric. 3. p. quæſt. 109. comment.* 158. ob quas, ait, ullo pacto ab hac ſententiam recedendum non eſſe.

252 Extrema illa quæſtio &c.
Hanc quæſtionem pertractant, quoque *Lel. Zecch. in ſumm. p. 1. tit. de fide rub. de Hæreſ. cap. 11. nu. 16. in is fallent. verſ. Quod is qui; Azzor. Inſtit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 12. Rub. de aliis Hæret. peuus, quæſt. 13. per totam. Didac. Cant. in quæſt. crim. rub. de Hæreticis &c. cap. 1. num. 51. & ſeq. & Sanchez in præcep. Decalog. lib. 2. cap. 18. per totum.*

253 Tri-

253 Tripliciter autem &c.
In hujus capitis contextu nota reſſolutionem Quæſtionis totam fundari in expreſſione Regia, ubi de Hæreſis crimine expreſſa fit mentio; ſi enim hæc non eſſet appoſita, contrarium fortaſsè videretur reſſolvendum, ut reſſolvunt *Greg. Lopez leg. 2. Verbo Mandas. quæſt. 2. tit. 2. part. 7. Gomez leg. 41. Tauri circa finem* tenentes quod Bona Majoratus, neque ob Crimen læſæ Majeſtatis Divinæ, neque humanæ confiſcantur, & ad Regiam Coronam in perpetuum non devolvuntur; quod etiam probabile putat *Sanchez loco qui nuper ſupra num.* 37.

254 Quinimmò ſi in ipſo Regio decr. &c.
Hæc Simancæ ſententia procedit, cum talis conditio in bonum delinquentis apponitur; nam ſi in utilitatem, & commodum aliorum ex tali familia Innocentium apponeretur; ſecus eſſet dicendum. Vide *Del Bene de SS. Inquiſit. & hær. Off. p. 1. dub.* 117. *ſect.* 6. *num.* 2.

256 Illud autem in confeſſo eſt, &c.
Nota hanc ſententiam procedere in Majoratu, qui inſtituitur teſtamento; cum enim in hoc nullum Ius ſucceſſoribus nominatis acquiratur, niſi poſt Teſtatoris obitum; ſequitur ejus Dominium fore apud Inſtituentem, qui, ſi labatur in hæreſium, ipſo jure Bonis Majoratus per confiſcationem privatur. Nam ſi Majoratus inſtituatur contractu, multas exigit diſtinctiones, quas videre potes apud *Del Bene loco cit. ſect.* 11. *num.* 3. *& ſeq.*

257 Sed hic magni momenti exoritur quæſtio:
De hac Quæſtione diſputantem, & pro parte negativa rationes afferentem, Argumentaque contraria diluentem, vide *Thom. del Bene loco nuper cit. ſect.* 5. *num.* 3. *& ſeq.*

273 Vnde ſupervacanea eſt illius quæſtionis tractatio, &c.
Supervacaneam non cenſent multi Doctores, inter quos numerantur *Molin. lib. 2. de primogen. cap. 2. num. 18. & ſeq. & Sanchez lib. 2. Moral. cap. 19. num.* 53. hi enim putant in hoc caſu Majoratum ſine Regia facultate eſſe inſtitutum, ac proinde confiſcationi non ſubjacere; Vide quæ pro hac ſententia defert *Thom. Del Bene de off. S. Inquiſit. & Hær. p. 1. dub.* 117. *ſect.* 9. *num.* 1. *& ſeq.*

274 Eſt & alia ſpecies, &c.
Clauſulam hujuſmodi in Fraudem Fiſci apponi liquidò patet; quare nihil officere, quin minus Majoratus bona publicentur, dicendum eſt; ſi reliquæ conditiones ad confiſcationem requiſitæ concurrant. Omnis enim contractus in Fiſci fraudem celebratus, ſaltem reuocabilis eſt. *l. in fraud. ff. de Iur. Fiſci.*

De Cæremoniis Titulus X.

SUMMARIUM.

1 *Cæremonias Eccleſiæ quantopere deteſtentur Lutherani, & quantus earum fructus ſit.*

2 *Cæremoniæ ab impiis, & nephariis Lutheranorum convicijs vindicantur, adductis ex veteri teſtamento auctoritatibus quamplurimis.*

3 *Cæremoniarum laus, & fructus ex Evāgelica lege oſtenditur.*

4 *Cæremoniarum fructus ex Apoſtolorum, & SS. Patrum traditione declaratur.*

5 *Cæremoniarum dignitas Eccleſiæ Catholicæ auctoritate perſpicuè probatur.*

6 *Cæremonias ab ipſo Deo, ab Apoſtolis, à Sanctiſſimis Patribus inſtitutas fuiſſe, concluditur; & quare in uſu ſint.*

7 *Cæremoniæ magni momenti ſunt ad deponendam ſuperbiam, & ad alia bona innumera.*

8 *Auctores, qui execrandam hæreticorum opinionem de cæremoniis; ſcriptis ſuis confutarunt.*

9 *Cæremonia quid ſint, & cur talem quis Religionem tenere creditur, qualibus cæremoniis utitur.*

10 *Cæremoniæ cur tanti momenti ſint ad conjectandum, cui quilibet Religioni ſit addictus.*

11 *Cæremoniarum pravitas hæreſis indicium eſt.*

12 *Judæi, qui ſunt genere, aut Mahumetani, ſi carne ſuilla, aut vino abſtineant; cur ſuſpecti habeantur.*

13 *Pſeudoprophetas venerantes, videntur eos illorum nomine venerari, à quibus miſſi putantur.*

14 *Carnes, vinum, & alia hujuſmodi quæ execrantur, & ab Inquiſitoribus moniti guſtare nolunt, quo numero habendi ſint.*

15 *Lutherani, Eccleſiæ prohibitione contempta, aſſerunt licere quibuslibet cibis ſinè delectu uti.*

De

1 LVtherani, aliiq; hujus temporis perniciosiſſimi hæretici, ut Religionem Chriſtianam funditus evertant, nihil intentatum, nihil incontaminatum relinquunt. Scilicèt hoc meditantes, ut extirpentur ab imis jura, Fides, Pietas, Religioniſque vigor. Intèr alia autem innumera, impia, & profana dogmata, hoc quoq; miſcuerunt (a) Eccleſiæ cæremonias nil aliud eſſe, quàm virus, & venenum pietatis; cùm tamen cæremoniæ pietatem maximè promoveant, atque conſervent. Tantus quippè eſt cæremoniarum fructus, ut illis ſublatis, cultum Divinum frigeſcere, atq; perire neceſſe ſit. Pauciſſimi enim ſunt ad res Divinas percipiendas idonei, niſi ad eas ſenſuum adminiculis convertantur.

2 Quòd ſi cæremoniæ venenum pietatis eſſent, nunquam profectò Deus Omnipotens tàm frequentèr illas populo ſuo cuſtodiendas mandaſſet. Nàm ſi attentiùs vetus teſtamentum legeris, nullam ferè paginam ſinè cæremoniis invenias. Unũ tamen locum, aut alterùm indicaſſe ſat erit. Jethro ad Moyſem in Exodo loquens, inquit; *Eſto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, ut referas, quæ dicuntur ad eum, oſtendaſque populo cæremonias, & ritum colendi, viamque, per quam ingredi debeant.* Et in Deuter. Moyſes ipſe ad populum. *Quæ eſt alia gens ſic inclyta, ut habeat cæremonias, juſtaque judicia, & univerſam legem, quam ego proponam hodie antè oculos veſtros?* Poſtremò David jam moriturus ad Salomonem filium; *Confortare*, inquit, *& eſto vir fortis, & obſerva, ut cuſtodias mandata Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, & cuſtodias cæremonias ejus, & præcepta ejus, & judicia, & teſtimonia.* (Exod. 18. Deut. 4. & 3. Regum 2.)

Exempla Veteris Teſtamenti.

3 Deindè in Evangelica lege, qua novitii hæretici falsò gloriantur, paſſim cæremonias multas traditas, & uſitatas invenies, quibus ipſe etiam Salvator noſter Chriſtus ſæpè uſus eſt. Nàm & genibus flexis, & in faciem procedentem ipſum oraſſe, Evangelica teſtatur Hiſtoria. Et ſuſcitaturus Lazarum elevatis ſursùm oculis, voce magna clamavit: *Lazare veni foras.* Et parvulos complexans, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eis. Et accepto pane benedixit, & fregit, deditque Diſcipulis ſuis. Apoſtolus quoq; docet, ut viri capite detecto, mulieres velato orent, aliaſque non paucas cæremonias tradit. Et Publicanus veniam petens, percutiebat pectus ſuum, & diſceſſit juſtificatus. *Joa.* 11. *Marci.* 7. *Lucæ* 22. 1. *Timo.* 2. *Luc.* 18. & alibi ſæpè.

Exempla Novi Teſtamenti.

4 Ad hæc Apoſtoli pleraſque cæremonias Eccleſiæ docuerunt, & nonnullas in ſuis Canonibus inſertas reliquerunt. Sanctiſſimi quoque, & antiquiſſimi Patres omnes ferè cæremonias, quibus hodiè utimur, tanquam ab Apoſtolis traditas venerati ſunt, eaſq; obſervarunt, & ſcriptis ſuis celebrarunt: quorum aliquos breviter hoc loco memorabo. *Dionyſius liber de Eccleſiaſt. hierar. Clemens lib. 3. recognitionum. Juſtinus Philoſophus quæſt.* 107. *Tertullianus lib. de corona militis, Origenes in librum numerorum homil.* 5. *Baſilius lib. de Spiritu Sancto, cap.* 27. *Epiphanius* in fine operis contrà hæreſes, *Ambroſius ſæpè in libris de Sacramentis, Hieronymus ad Helodiorum in Epitaphio Nepotiani:* denique omnes Eccleſiæ Doctores veteres, & recentiores id ipſum frequentiſſimè tradiderunt.

Sancti Patres qui cæremonias Eccleſiaſticas probavere.

5 Præterea Catholica Chriſti Eccleſia, quæ columna eſt, & firmamentum veritatis, cæremoniis in omni divino cultu, & in omnibus Sacramentis, ſemper, & ubique uſa eſt: nec fuit unquam ulla vera, vel falſa religio, quæ ritibus, & cæremoniis prorsùs carere potuit (b) Quod, quamvis hæretici verbis negare videantur, factis tamèn fateri coguntur: in quo ſicut in cæteris omnibus meritò deridendi ſunt, qui damnantes antiquiſſimas, & Sanctiſſimas Eccleſiæ cæremonias, alias ipſi novas, & profanas inducunt:

Scilicèt omnipotens placitos tot ſæcula ritus
Retractet pater, & mentem ſententia vertat:
Quæ nova tempeſtas? ea ne inconſtantia cælo?

Hos hæreticos, vel Jamblicus ethnicus movere debuiſſet, qui *libro de myſteriis*, lumine naturali tantùm illuminatus, inquit: *Oportet ritus adorationis antiquos, tanquam ſacros conſervare ſemper intactos, nec demere quicquam, nec aliunde quid addere. Fermè namque & hoc cauſa extitit, ut ſacra ferè omnia debilitata jam ſint: pro-*

propterea

pptereà quòd propter ipſam innovandi cupiditatem permutata ſunt ſemper, & permutari non deſinunt. Hæc ille, *cap. de nominibus divinis.* Plato quoque in Epinomide, loquens de his rebus, inquit. *Horum omnium legiſlator, qui vel minimum mentis habeat, nunquàm aliquid innovabit: cavebit enim, ne ad novum Religionis cultum Civitatem ſuam vertat; nèc quæ patria lège, vel conſuetudine de ſacrificando firmata ſunt, movere audebit. Scire namque debet mortali naturæ non eſſe poſſibile certi quicquàm de his cognoſcere.* Poſthumius quoq; ut Livius lib. 39. author eſt, innumerabilia extare dixit decreta Pontificum, & Senatus conſulta, quibus negotium fuit Magiſtratibus datum, ut Sacra externa fieri vetarent, & omnem diſciplinam ſacrificandi, prærerquàm more Romano, abolerent. Judicabant enim nihil æque ad diſſolvendam Religionem eſſe, quàm ubi non patrio, ſed externo ritu ſacrificaretur.

Sententia Platonis.

6 Sunt igitur cæremoniæ ab ipſo Deo, ab Apoſtolis, a Sanctiſſimis Patribus inſtitutæ ad honorem Dei, & Hominum utilitatem inductæ. Illis quippè inſtruimur, monemur, erudimur, ad ſublimiora provocamur, illiſque præparamur, & proficimus in gratia, & charitate. Nimirùm gravi nos mole corporis oppreſſi, valdè quidem egemus ad ſomnolenti animi excitationem commonentibus rebus; nam ſæcularibus curis enervata virtus noſtra, externis, & corporalibus incitamentis, ſivè vocum, ſeù figurarum indiget, ut animi noſtri vigor, ſpirituali operi robuſtius inſtet, & contemplatio noſtra, tantò acriùs in ſublime provehatur, quantò magis attoniti anteà obſtupuerimus. Quamobrem orantes, manus levamus, & nunc ſtamus, nunc in faciem procidimus, pectus tundimus, frontem cruce ſignamus. In adminiſtratione Sacramentorum, veſtibus, vaſis, aliiſq; rebus Sacris utimur, multaquè alia ſimilia agimus, quæ ad externum Dei cultum pertinent. Quæ quidem univerſa propter nos ipſos fiunt, ut nos moveant, nos incitent, nos avertant, nos convertant, à viſibilibus ſcilicèt ad inviſibilia, Fidem augeant, ſpem confirment, & veram intèr nos charitatem Deo gratiſſimam diligenti anacephalæoſi in Divinorum amorem transferant.

7 Valent profectò cæremoniæ, ut cervicem ſuperbam dimittàmus illam ſubdētes rebus ſenſibilibus; valent rursùs, ut per eas veluti per gradus quoſdam ad Myſteria Divina evehamur; valent demum; ut qui corpore peccavimus, holocauſtum, etiam de noſtris corporibus Domino faciamus, qui & corpus, & animam à Domino recipimus. Aufer cæremonias ab Eccleſia, & apud maximam Chriſtianorum partem Dei cultum extinctum videbis. (c) Fac nè quiſquàm orando ad Cœlum oculos, aut manus levet, nè flectat genua, ne pectus tundat, nè humi proſtratus adoret, nè caput orans detegat, nè, cum legitur, Evangelium audientes erecti ſtent in pedes, nè Euchariſtia, cum oſtenditur populo, omnia reverentiæ, & honoris ſigna exibeantur, atq; id genus cætera prætermittantur omnia, & intrà paucos dies omnem pietatem, & quàm vocamus devotionem, quæ ritibus, modiſq; hujuſmodi, & excitatur, & fovetur, augeturque, penitùs extinctam videbis in pectoribus hominum, & prorsùs fugere Dei cultum.

Tolle Dei cultum: Divina munera mentis
Virtutem & Sophiam tolle: fera omnia
homo eſt.

8 Abeant ergò peſtiferi hæretici; Eccleſiæ Catholicæ ritus, & cæremonias irrideant contra Dominum, & Chriſtum ejus, contra Spiritum Sanctum, & Eccleſiam, contra vetus, & novum teſtamentum, contra Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, contra Summos Pontifices, & Sacra Concilia, contra Religionis naturam, contra conſuetudinem hominum, contra ſententias omnium; ſed Dominus ſubſannabit eos, & *Pſalm. 2.* in interitu eorum ridebit. Et quamvis ſe- *Prov. 1. c. 26.* ductores iſti non argumentis ſint convincendi, ſed igne: multi tamen viri docti hanc illorum inſaniſſimā hæreſim ſcriptis ſuis liquidò confutarunt. *Alber. Pigbius l. 1. hjerar. Eccleſiaſt. cap. ult. Catharinus ſecunda clave ſcripturarum. Bunderius in compendio concertationis tit.* 27. pleniùs contra. *Brunus libris de cæremoniis. confeſſio Polonica, cap. 86. & deinceps.*

9 Cum autem cæremoniæ ſint ritus quidam externi ad cultum Divinum celebrandum, relinquitur indè, quòd talem quiſq; Religionem tenere creditur qualibus cæremoniis utitur. Undè ſi quis Mahumetem, aut ejus oſſa, cinerem, vel ſepulchrum adoraverit, aut ſe circumciderit,

cit, aut mori vel ſepeliri voluerit ritibus Judæorum, aut aliorum infidelium: is proculdubio tali Religioni addictus vehemētèr eſſe præſumetur: idq; uſq; adeò legumlatoribus, & juriſperitis placuit, ut qui taliter faciunt, hoc ipſo pertinaces hæretici judicentur, & prò manifeſtè convictis habeantur. *c. contra Chriſtianos. c. filii de hæreti. lib. 6. Archidi. Joan. And. & Dom. in c. 2. de hæreti. lib. 6. Joan. de Ana. in c. excommunicamus. §. credentes eo tit. lib. 5. Lupus, Butri, & Joan. Imolen. in clem. 1. §. ult. de uſuris. Silveſter in ſumma verbo hæreſis 1. q. 7. Fran. Squilacen. de fide Cathol. cap. 15. Nicola. Arelata. de hæret. nota. 5.*

Diſtinctio quædam Alphonſi.

10 Conveſtiri ea poſſunt diſtinctione quadam ab Alphonſo Caſtro tradita, quæ quidem vera, & memoratu digna eſt. Quamobrem hoc loco eam deſcribendam duximus. In quædam peccata naturâ ipsâ proni ſumus; puta, in avaritiam, gulam, aleam, venerem, & alia id genus; & in hæc interdum ruimus præcipites etiam repugnante conſcientia; capti tamen voluptate, quæ quidem eſca eſt malorum omnium, ſed interim nil minùs credimus; quàm ea licere; nàm ut ſæpè Ariſtoteles ait. *Intemperans quæ mala ſunt, mala ille quidem eſſe novit, ſed agit ea victus, & debilitatus objecta ſpecie voluptatis.* Aliâ ſunt peccata, in quæ natura non fertur eò quòd nil habeant, quo illam allicere queant; quapropter cum ad peccata ejuſmodi voluntas indifferens, ac dubia ſit, conſulit intellectum, qui eſt voluntati a conſiliis, & nil in his agere ſolet repugnante conſcientia, neq; ſpreto intellectus judicio; idcircò in his major eſt præſumptio malitiæ, ac major deliberatio creditur præceſſiſſe; atque longè major intellectus error præſumi poteſt. *Ariſt. lib. 7. ethi. cap. 1. & lib. 1. Magno. Mora cap. 25.* & iterùm *lib. 2. c. 6. Alfonſus lib. 1. adverſùs hæreſes cap. 1. & lib. 1. de juſta hæret. punit. cap. 1.*

11 Hinc patet veritas hujus aſſertionis, ex pravis cæremoniis hæreſim præſumendam eſſe; nam ad eas ſervandas nulla eſt à natura pronitas; Quamobrem vehemens indè ſuſpicio naſcitur, quòd in illarum electione voluntas regitur ab intellectu, itâ ut quod facit, ſic eſſe faciendum credat. Undè facilè intelliges differentiam illam, cur magis præſumatur hæreticus, qui pravis ritibus utitur, quàm qui alteriùs generis peccata committit: alioquìn omnes, qui ex quacunq; cauſa peccarent, hæretici eſſent, quia violant Dei Omnipotentis legem.

12 Ab eodem fonte naſcitur ſuſpicio vehemens adversùs eos, qui, cum ſint ex genere Judæorum, abſtinent à carne ſvilla, vel ab his rebus, quæ in Levitico, & aliis Hæbreorum legibus dicebantur immundæ. Pari quoq; ratione vehementer ſuſpecti ſunt deſcendentes è Mahumetanis, qui vinum, & ſvillam carnem execrantur, & qui cæremonias alias conficiunt, quæ majorum ſuorum legibus cavebantur; & item illi, qui præcationes Mahumetis, aut Judæorum recitant, & memoria retinent. Nam ad ea, & id genùs alia, nulla eſt pronitas à natura; quinimmò iſti contra naturalem appetitum ea operantur. Sunt enim pleraquè horum ſapida, & voluptatibus, quibus Mahumethani unicè ſtudent, valdè accomoda; ut nulla indè benignior conjectura capi poſſit, quam quòd iſta fiant animo hæretico. Similia dici poſſunt de jejuniis iſtorum, ac de talibus multis, quorum nullam illi rationem reddere valent. Levit. 11.

13 Eadem dici poſſunt de his, qui pſeudoprophatas adorant. Videntur namq; venerari eos nomine illorum, à quibus miſſi putantur. Undè cum ſuperioribus annis impoſtor quidam ſe miſſum à Mahumete ſimularet, ac multos ex illius gente converſos palam decepiſſet; dubium de nonnullis fuit, qui tantùm convicti erant de veneratione illi exhibita. Placuit tamen omnibus, ut hi, qui ex genere ſuo alioquin ſuſpecti erant, haberētur ob eam rem ſuſpectiſſimi. Et ſicuti qui Prophetam recipit in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, & qui recipit juſtum in nomine juſti, mercedē juſti accipiet; ſic etiam qui pſeudoprophetam recipit nomine pſeudoprophetæ, dignus eſt, qui mercedem pſeudoprophetæ accipiat. *Matt. 10. c. accuſatus. §. ille quoque de hæret. lib. 6.*

14 Quod ſi quiſpiam carnes, vinum, aut alia ejuſmodi generis execretur; & monitus ab inquiſitoribus, ea guſtare noluerit, is tanquàm ſuſpectus de hæreſi, & ut contumax puniri poteſt. Non tamen ob eam tantùm cauſam conſummatus hæreticus eſſe cenſebitur, quemadmodum quidam falsò putarunt. Si verò crederet ali-

quis, non licere veſci carnibus, aut aliis cibis in uſum hominum creatis, is proculdubio pertinax hæreticus eſſet; ſicuti canonibus Apoſtolorum, & Concilio Ancyrano, & Vigilii Papæ decreto pleniùs continetur. In Concilio quoque 1. Bracarenſi hoc decreverunt patres; Quicunque in Clero cibo carnium non utuntur, prò amputanda ſuſpicione Priſillianæ hæreſis, vel olera cocta cum carnibus prægustare cogantur; quod ſi contempſerint, neceſſe eſt pro ſuſpicione hæreſis hujus, ut excommunicentur, & ab officio removeantur. *c. ult. ubi errat Præpoſitus 30. diſt. cano. Apoſtol. 50. & 52. Concilio Ancyrano. c. 14. epiſtola decretali Vigilii ad Eutherum. cap. Concilii Bracarenſis cano. 32.*

15 Demum Lutherani, quorum Deus venter eſt, ut lautius gulæ indulgeant, aſſerunt licere ſinè delectu omni loco, & tempore, quibuslibet cibis uti, Eccleſiæ prohibitione contempta; quorum impium dogma jam pridèm damnatum eſt, & multi docti viri hac tempeſtate illud clariſſimè confutarunt. *Hieronymus lib. 2. adverſùs Jovinianum. Faber contra Lutherum. tracta. 4. in reſponſione ad arti. 17. Echjus in Enchiridio c. 14. A.ſon. adverſùs hæreſes, verbo, cibus. Bunderius in compendio concertatit. 35.*

ANNOTATIONES.

1 Lutherani aliiq; hujus temporis &c.

Errores Lutheri vide enumeratos in conſtitutione 40. Leonis X. quæ incipit *Exurge Domine*; ibi enim ipſe una cum ſuis erroribus damnatur.

1 (*a*) Eccleſiæ cæremonias nil aliud eſſe, quàm virus, &c.

Nedum Pietatis Venenum, ut hi Novatores impii blaſphemant, non ſunt Eccleſiæ cæremoniæ; quinimmò Altiſſimarum ſunt ſigna Rerum, & maxima quæque continent cœleſtium Sacramenta Arcanorum ad Majeſtatem Dei contemplandam. Vide quæ de Eccleſiæ cæremoniis decrevit olim *Concil. Mogunt. 4. cap. 40.* & noviſſimè *Trid. ſeſſ. 7. de Sacram. can. ult. ſeſſ. 22. de Sacrif. Miſſ. can. 7. ſeſſ. 23. de Sacram. Ord. can. 5. & ſeſſ. 24. de Sacram. Matrim. can. 11.*

2 Quod ſi cæremoniæ Venenum Pietatis eſſent &c.

His Veteris Teſtamenti Teſtimoniis à Simanca adductis poſſunt & hæc alia duo addi. Geneſi 28. verſ. 18. *Surgens Iacob manè tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo. & erexit in titulum, fundens oleum deſuper; appellavitque nomen Urbis Bethel* ideſt Domus Dei; & in libro Heſter inſtituit ſynagoga novum diem feſtum, qui ſingulis quibuſque annis celebrabatur 14., & 15. Menſis Veadar, hoc eſt Februarii.

4 Ad hæc Apoſtoli &c.

Meridiana luce clarius eſt non ſolùm Chriſtum in carne, ſed etiam Apoſtolos ſcriptis, & traditionibus cæremonias docuiſſe. Vide quæ ſuper hoc latè refert *Conradus Brunus de Cæremoniis lib. 1. c. 1.* De Cæremoniis eruditiſſimè ſcripſerunt *Iſidorus, Albinus, Amalarius, Rupertus, Durandus*, & alii.

5 Præterea Catholica Chriſti Eccl. &c.

Quod Cæremoniæ Sacræ ſemper in uſu fuerint in Eccleſia Catholica, patet ex quam plurimis priſcorum fidelium Ritibus, ut exempli gratia ex more orandi verſùs Orientem, de cujus myſterio rationem reddunt *D. Auguſtin. lib. 2. de Orat. Domin. in Monte tom. 4. & Damaſcenus de fid. Ortodox. lib. 4. cap. 3.* qui ad tale tuiſſe Apoſtolorum inſtitutum, quàmvis non ſcriptum, idem teſtante *Iuſtino Martyre lib. 6. queſt. 118. & S. Baſilio de Spiritu Sancto cap. 27.* vide *Baron. Anno 58. ubi ſpond nu. 43.* Ex Aquæ Baptiſmalis conſecratione, quem ritum ab Apoſtolis conſtitutum ad nos uſq; perveniſſe teſtatur *Conſtit. Apoſtolor. Clement. Papa lib. 7. cap. 43.* Ex melle, & lacte benedicto, quod poſt ablutionem Sacro Fonte renatis guſtandum propinabatur teſte *Tertulliano de Coron. Milit. cap. 3.* qui mos ab initio naſcentis Eccleſiæ duxit originem, & duravit uſq; ad Oſdinis Romani tempora Anno 725., & adhuc a Chriſtianis Æthiopibus obſervatur. Ex Sacra Liturgia, cujus olim tot fuere ritus, quot fuere Nationes, qua de Rè conqueritur gravitèr Innocentius I. epiſt. 1. ad Decentium Epiſcopum Eugubinum, & ex aliis, quos ſparſim apud Auctores tam Veteres, quàm Recentiores unuſquiſque videre poteſt.

5 (*b*) Quod quamvis hæretici verbis negare videantur &c.

Sanè deridendi ſunt hæretici, qui verbis ſacras cæremonias negantes, factis poſtea probant; nulla enim fuit Hæreſis, quæ illicò ſuas non effingeret preces, & cæremonias. De Arianis ſcribit Athanaſius, de Valentinianis Iræneus, de Marcioniſtis Tertullianus, de Manichæis, & Donatiſtis Auguſtinus, & de omnibus ſimul Epiphanius. Patent Lutheranorum, & Calviniſtarum preces, & ritus, qui nedum cum noſtris, ſed nèc inter ſe conveniunt, quod eſt ridiculum, & eorum Eccleſiam confuſionis Babyloniam oſtendunt.

6 Sunt igitur cæremoniæ &c. Illis quippè inſtruimur, monemur &c.

Quantum pietatis fidelium Cordibus ingerant Eccleſiaſticæ cæremoniæ, colligi poteſt ex eo, quod narrat Anaſtaſius Bibliothecarius in Vita S. Zachariæ Papæ; refert enim hujuſmodi Sanctiſſimum Pontificem præſente, & inſpectante Luitprando Longobardorum Rege, novum Epiſcopum conſecraſſe tali gravitate, pietate, & decore, ut præ devotione lacrymas nedum ex oculis Regis, ſed etiam quam plurimorum illius exercitus adſtantium fero, & barbaro corde jam emollitorum hauſiſſe. Vide quæ de Sacrarum Cæremoniarum laude pronunciavit Sixtus V in Bulla Erectionis Congregationis Sacrorum Rituum.

7 Valent profectò cæremoniæ, ut cervicem ſuperbam dimittamus &c.

Cervicem ſuperbam Valentis Ariani Imperatoris dimittendam curaverunt Sacræ Cæremoniæ. Hic enim fertur die quadam, dum ad necem S. Baſilium, cujus teterrimus hoſtis erat, perſequeretur;

in Sa-

in Sacro Epiphaniæ Feſto, Templum ubi Sanctus Paſtor apparatiſſima pompa Miſſarum Solemnia celebrabat, ſatellitio ſtipatus ingreſſus, cum Cleri ordinem magis Angelicum, quàm Humanum, & Baſilium Imperatoris Adventu penitùs non curato totum mente, & oculis refixum in Deum fuiſſet intuitus, & quandam ejus oblationem nullus Clericorum fuiſſet auſus accipere, repentina correptus fuit vertigine, itàut penè laberetur ad ſolum, niſi quidam Sacrarii miniſter ſibi præſto fuiſſet, cum Baſilio poſteà comiter ſermone habito, mitior deinceps factus, erga Catholicos cæpit ſe humaniorem exhibere. Vide *Baronium Anno* 370. *nu.*44.

7 (*c*) Fac nè quiſquam orando, &c.

Hæc eadem ferè obſervavit eruditiſſimus P. Creſolius è Societate Ieſu in ſuo Myſtagogo lib. 3. cap. 20. cujus Verba talia ſunt: *ſi à Choro, à Navigio, ab Exercitu ordinem ſuſtuleris, confuſionem induxeris inamanam, remque perdideris; ſic Templorum Sacra Myſteria, niſi ordinem, & diſciplinam habuerint, nec decora eſſe poſſunt, nec utilia ſatis, & religioſa. Et Tertull. lib. 1. contra Marcion. cap.* 13. ad hoc propoſitum ait: *Omninò Res Chriſtiana Sanctis Antiquitate ſtat, nec ruinoſa rectius reparabitur, quàm ſi ad originem cenſeatur.*

8 Abeant ergo peſtiferi hæretici &c.

Si Eccleſiaſticos Ritus irrident Hæretici; non irrident, nec unquam irriſerunt Catholici. Vide quæ de ſe teſtatur *D. Auguſtinus cum Divinæ Pſalmodiæ cantum audiret lib.* 10. *confeſſ. cap.*33.

9 Cum autem cæremoniæ &c.

Adeò vera, & infallibilis hæc Doctrina cenſetur, ut nõ vereatur Eymericus aſſerere, intelligendũ eſſe aliquem ad Iudæorum ritum tranſiiſſe, cum eorum cæremonias obſervat, ſolemnitates eorum, & feſtivitates celebrat, & cætera facit, quæ Iudæi communiter facere ſunt aſſueti 2. *part. direct. quæſt.*44. *num.* 5. *§. Intelligendum ergo.* Sicuti ſuſpecti redduntur de Hæreſi, qui carnes diebus vetitis edunt, non alia ſane de cauſa, niſi quia talis eſt mos, in quo omnes ferè noſtri temporis hæretici conveniunt, ut cibis in diebus Iejuniorum ſine delectu veſcatur. Vide *Bellarm. lib. de Iejun. & Leſſ. de Iuſt. & Iure lib.* 4. *cap.* 2. *de Iejun. dub.* 5. *num.* 25. *& ſeq.* De Mahumeti ſepulcrum adorante, quòd de vehementi ſit habendus ſuſpectus vide *Menoch. de præſump. lib.* 1. *quæſt.* 100. *num.* 7.

14 Quod ſi quiſpiam Carnes, &c.

Vide de hac Re *Inquiſitorum Repert. verbo Commiſſio, verſ. An ſuſpectus teneatur comedere.* ubi de Neophyta petaſonem non comedente.

15 Demum Lutherani, &c.

Vide *Doctores, quos ſupra citavi num.* 9.

Verùm quàm falſum ſit hoc impium Lutheranorum Dogma liquidò patet ex hoc, quòd Patres omnes teſtantur Iejunium, & abſtinentiam ſemper in Eccleſia Dei viguiſſe, ità ut Lucianus ipſe, licèt dirus Apoſtata, pro veritate fateatur in Philop. ſui temporis Chriſti fideles ſic ſolitos fuiſſe ſervare Iejunium, *ut decem ſoles ſine cibo tranſigerent.* De Iejunio Quadrageſimali adſunt teſtimonia *D. Ambroſii ſerm.* 27. *&* 34. *S. Leonis Papæ ſerm.* 4. *de Quadrageſ. D. Baſilii orat. in* 40. *Martyres:* vide *Baronium in Ann* 57. *ubi Spond. nu.*57. *& in Ann.* 136. *ubi Spond. nu.* 1. De Iejunio, quod dierum feſtorum vigilias reſpicit, extant Menologia Græcorum, Martyrologia Romana, Sanctor. Patrum Homiliæ, ex quibus omnibus clarè patet Vigilias fuiſſe nuncupatas, quoniam Fideles pertranſibant noctes ſolemnibus feſtis præcedentes in orationibus vigilantes, hymnis, ſpirituali lectione, & aliis piis officiis una cum Iejunio. Vide eundem *Baron. Ann.* 51. *ubi Spond. nu.* 20. De quatuor Temporum Iejunio denique præſto eſt Teſtimonium *S. Athanaſii, qui in Apolog. de fuga ſua* meminit *Iejunii Pentecoſtes. S. Leo ſerm. de Iejunio ſeptimi menſis*, Expreſſam de quatuor Temporibus mentionem facit. Vide nuper cit. *Baron. ad Ann.* 57. *ubi Spond. nu.* 62. *& Tertull. de Iejuniis adverſus Pſychicoſ. cap.*4. Iejunium paraſceven, hoc eſt diei Veneris commemorat.

De Communicatione Hæreticorum vitanda.
Titulus XI.

SUMMARIUM.

1 *HÆreticorum communicatio cur vitanda.*

2 *Communicationem hæreticorum quę Concilia probibeant.*

3 *Fœdera inter Hæreticos, & Catholicos damnantur.*

4 *Communicatione Hæreticorum multæ adducuntur cauſæ, cur Chriſtianis interdictum ſit.*

5 *Hæreticorum conſuetudinem cur vitare opporteat.*

6 *Hæreticorum verba, & colloquia declinare debemus.*

7 *Hæreticorum conſuetudinem fugiendam eſſe, Apoſtolorum, & Sanctorum exemplis comprobatur.*

8 *Hæreticis familiaritèr ſcribere non licet.*

9 *Communicantes cum hæreticis plus, minùſvè ſuſpecti ſunt habendi, conſiderata perſonarum, loci, atq; temporis qualitate.*

10 *Communicare cum hæreticis quando liceat.*

11 *Communicare cum hæreticis, neque in teſtamentis licet, neque in contractibus.*

1 Multis ex cauſis fuggienda eſt communicatio Hæreticorum, ac ſæpè Catholicis eſt interdicta. Scribit Paulus Apoſtolus in priore ad Corinthios Epiſt. *Ne cibum quidem cum illis eſſe ſumendum*; (1. ad Cor. 5.) & in Epiſtola ad Titum, (Ad Tit. 3.) *Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam correptionem devita.* (Epiſt. 2. nu. 16.) Joannes quoque Apoſtolus, inquit; *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis.* Ad hæc pluribus Apoſtolorum canonibus id ipſum vetitū eſt: ajunt enim canone quodam; *Qui cum hæreticis oraverit, communione privetur: ſi verò hortatus fuerit eos orare, damnetur*, & alibi *Epiſcopum aut presbyterum hæreticorum ſuſcipientem baptiſma damnari præcipimus: Quæ enim conventio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli?* (2. ae Corinth. 6.) & rursus: *Qui Synagogam Judæorum, aut hæreticorum conventiculum ingreſſus fuerit, ut preces cum illis conjungat, deponitor, & à communione ſecluditor. 1. ad Corin. 5. ad tit. 3. Joan. epiſt. 2. nu. 16. Canon. Apoſtolorum 45. & 46. & 63. & 69. cum ſeq.* vide *l.* 53. & 55. & 56. de his qui ſuper Religione contendunt. C. *Theodo. Clemen. lib. 6. de Conſtitutionibus Apoſtolicis, cap. 17.*

2 In Concilio quoque Laodiceno prohibetur, ne cum hæreticis matrimonia celebremus, nèc benedictiones ab eis accipiamus, neque cum eis, aut Schiſmaticis oremus, neque ad eorum falſos Martyres, aut execrandas congregationes eamus. Et in quarto Concilio Carthaginenſi interdicuntur convivia, & ſodalitates hæreticorum, & Schiſmaticorum; & prohibetur, ne cum eis, aut oretur, aut cantetur. Quod, & ſæpè alibi à Sanctis Patribus vetitum eſt. *c. cum quibus 24. quæſt. 3. cap. ſi quis inquit. 1. quæſt. 1. Concilii Laodiceni c. 31. cum ſeq. & 4. Concilio Carthagi. c. 70. & 72. Cypria. epiſt. 3. lib. 1. contra. Brunus lib. 6. de hæret. cap. 2.*

3 Qua ratione illa fœdera damnantur, quæ à Catholicis cum Hæreticis, & Schiſmaticis fiunt; nam cum ejuſmodi hominibus non ſolùm nullæ amicitiæ coiri, ſed ne ulla etiam communio eſſe poteſt. Nèc licet intèr Catholicos, & Hæreticos pacem his conditionibus facere, ut Catholici cum Hæreticis in Fide, & Religione communicent; nèc ut hæretici in judiciis ob Sacrilegia ne conveniantur; nè ut exceptio hæreſeos, & excommunicationis Hæreticis in judiciis obiici ne poſſit; nèc ut qui bona Eccleſiarum ab Hæreticis per vim recuperant, fractæ publicæ pacis rei habeantur; Hæ nàmq; conditiones, & ſi quæ ſunt aliæ generis ejuſdem, inhoneſtæ ſunt, & Chriſtianis prohibitæ, quemadmodum elegantèr tradit *Brunus lib. 3. de legationibus, cap. 11.*

4 Multæ quidem ſunt cauſæ hujus prohibitionis. Prima, quia Hæretici ab Eccleſia abſciſſi ſunt, cum quibus Catholici nil commune habere poſſunt. Quæ enim conventio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? (2. ad Corinth. cap. 6.) Præterea quo modo in una domo convenire poſſunt fide, & moribus diverſi, animiſq; diſſentientes? at Eccleſia hoſpitiū unanimitatis eſt, (ut inquit Cyprianus) quam deſignat Spiritus Sanctus in Ps. dicens: *Deus qui inhabitare facit unius moris in Domo:* (Pſalm. 67.) in Domo Dei unanimes habitat, concordes, & ſimplicites perſeverant. Deindè Catholici mites, manſueti, & ſimplices ſunt, ſicut columbæ, (Matthæi 10. 16.) oves, & agni; (Lucæ 10.) Hæretici contra, ſuperbi, ſubdoli, ſeductores; quos Chriſtus Lupos, (Matthæi 7.) Prophetæ Vulpes, Corvos, Milvos appellant, (Ezech. 13.) animalia ſanè rapacia, ſubdola, & ad (Iſai. 54. 34.) diſcordiam magis, quam unitatem nata; quibus certè cum Catholica ſimplicitate nil prorsùs convenit, ideòq; in communione cum Catholicis eſſe non debent.

5 Præterea vitare debemus Hæreticos, ne illis communicantes, eorum peccatis involvamur. Inquit enim Dominus per Moyſem lib. numer. *Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne involvamini peccatis eorum.* Et Apoſtolus in epiſt. ad Titum, ſcribit: (cap. 3.) *Hæreticum hominem poſt unam, & alteram correptionem devita, ſciens quia ſubverſus eſt, qui hujuſmodi eſt.* Devita hæreticum, quaſi Viperam, quaſi Scorpionem, quaſi Baſiliſcum; ne te non ſolùm tactu, ſed etiam viſu, afflatuq percutiat.

6 Deindè, declinare debemus verba, & colloquia Hæreticorum; quia ſermo eorum, ut cancer ſerpit, ut peſtis inficit, ut lethale venenum animas etiam ipſas morte perpetua occidit. Nam ſicut Apoſtolus ait: *Corrumpunt ingenia bona, confabulationes peſſimæ.* (1. Corinth. cap. 15.) Et in Proverbiis Sapiens:

Per-

Prov. 15. *Perverſus in ore ſuo portat perditionem, & in labiis ſuis ignem condit.* Et Juvenalis de alia contagione non ità peſtifera loquens, ſatyra ſecunda inquit: *Dedit hanc contagio labem, & dabit etiam plures, ſicut grex totus in agris: Unius ſcabie cadit, & porrigine porci;* & ut eſt apud Xenophontem *lib. 1. de factis, & dictis Socratis; Bonorum hominum converſatio exercitium virtutis eſt, pravorum verò deſtructio.* Teſtatur hoc etiam, qui dicit Poeta; *Bona quidem diſces à bonis: quòd ſi te miſceas pravis, amittes etiam inſitam mentem.* Poſtremò hæretici ipſo jure in excommunicationem incidunt; cum excommunicatis autem communicare non licet. 2. *Timo.* 2. & 1. *Corin.* 15. *Prover.* 15. *cap. excommunicamus de haret. c. excellentiſſimus* 11. *quaſt.* 3. *cum ſeq.* vide *Brunum lib.6. de haret. c.* 2.

SS. Exempla recenſentur. 7 Hæc eadem docemur exemplis memoratu dignis; nam dilectus Domini diſcipulus, cum apud Epheſum balneas lavandi gratia fuiſſet ingreſſus, & audiſſet ibi Cherinthum, exiliit continuò, & diſceſſit non Lotus dicens: *Fugamus hinc, ne, & balnea ipſa corruant, in quibus Cherinthus lavatur veritatis inimicus.* Eadem cum Ebione hæretico eundem Joannem feciſſe, auctor eſt Epiphanius *lib. 1. contra hareſes.* Et ab eodem Apoſtolo edoctus Polycarpus, Marcioni aliquando cum occurriſſet, dicenti ſibi, *Agnoſcis nos?* reſpondit, *Agnoſco, agnoſco primogenitum Satanæ.* Tanta tunc Apoſtoli, & eorum Diſcipuli in Religione cautela utebantur, ut ne verbi quidem communionem cum aliquo eorum, qui à veritate deviaverant, habere paterētur. Quorum exemplorum Ireneus, Euſebius, Beda, Nicephorus, & quidam alii meminerunt; quibus addo exemplum Origenis, qui nullo pacto, vel prò honoris gratia, vel prò neceſſitate conjunctionis flecti potuit, ut cum Paulo hæretico, Dominæ ſuæ adoptivo, ſaltèm in oratione conſiſteret; ità ei à prima ætate Eccleſiaſticæ regulæ obſervantia honorabilis fuit, & hæreticorum ſocietas execrabilis. *auctor Euſebius lib.6. Eccleſiaſt. hiſto. cap.* 2. quem vidè *lib. 4. cap. 14. Epipha. hareſi. 30. Ireneum lib. 3. adverſus hareſes cap. 3. Bedam ſuper epiſt. 2. Joan. cap. omnis qui 24. qu. 1. Nicephorus lib. 3. Eccleſ. hiſt. cap. 14.* quem vide *lib. 12. cap. 8.*

Neque prætereundum illud eſt, quod Baptiſta Fulgoſius lib. 1. memorabilium ſcribit; *Martyres*, inquit, *Cajus, & Alexander, cum capite damnati ad ſupplicium unà cum Marcioniſtis quidam Chriſtiani ducerentur, muneris ingentis loco à carnificibus petierunt, ut ſeparatim à Marcioniſtis occiderentur, ne eorum ſanguis cum iis miſceretur, qui parum rectè de Catholica Fide putabantur ſentire.* *Notandum SS. Martyrum factū.*

8 Non ſolùm loqui non licet cum hæreticis, ſed neque illis familiaritèr ſcribere; nam per epiſtolas cum abſentibus, tanquam cum præſentibus loquimur, & majore cum deliberatione ſcribere, quàm verba facere ſolemus, ac multa literis committimus, quæ coram puderet verbo dicere: epiſtola enim non erubeſcit. Par itaque, aut major cauſa prohibitionis eſt in ſcribente, atque in loquente. Turpilius Comicus diſſerens de viciſſitudine literarum: *Sola*, inquit, *res eſt, qua homines abſentes, præſentes facit*, cujus meminit Hieronymus epiſt. ad Nitiam, addens: *Quid eſt, ut ita dicam, tàm præſens intèr abſentes, quàm per epiſtolas, & alloqui, & audire quos diligas?* Sic igitur prohibitus loqui cum Sanctimoniali, nèc epiſtolam mittere poteſt; ſic non licèt ſcribere Cardinalibus exiſtentibus in conclavi: *(a)* Sic in epiſt. Synodi Sardicen. de quibuſdam Epiſcopis Arianis dicunt Patres; *illos in Eccleſias Luporum inſtar ingreſſos, nec Epiſcopos nominandos, nec Chriſtianos, nec quamlibet penitùs cum eis habendam communionem, nec eorum literas recipiendas, nec ſcribendum eis.* Et paulò poſt: *Servate vos, fratres chariſſimi, ut neque ſcribatis eis, neque eorum ſcripta ſuſcipiatis.* Sic demum malè audit Eraſmus, eo quòd epiſtolas familiares dederit ad Lutherum, & Oecolampadium etiam, ubi eos eſſe hoſtes Eccleſiæ noverat. *c. clericus* 81. *diſtin. c. ubi periculum. §. nulli de ellectio. lib. 6. Theodoritus lib. 4. Hiſtor. trip. c. 24. & lib. 2. Eccleſ. hiſto. c. 8. Alber. Pighius. lib. 4. hierar. Eccleſiaſt. cap. 18. Roma., & Coraſius in l. 1. nu. 24. de verbo obliga.* idem *Cora. lib. 1. Miſcella. cap. 24. & lib. 3. cap. 4.*

9 Quæ omnia quod ad rem forenſem attinet, eo pertinent, ut pro perſonarum qualitate, loci ac temporis circumſtantiis, habeantur, plus, minuſq; ſuſpecti, qui cum hæreticis communicaverint. Undè propter familiaritatem hæreticorum indicitur

citur interdum purgatio: *(b)* aliquando verò hi, qui poſt abjurationem Hæreticos comitantur, viſitant, accipiunt, vel deducunt, eo ipſo relapſi eſſe cenſentur; quia ex approbati à ſe priùs erroris conſequentia, ea feciſſe judicantur. Hi quoque, qui ſunt recentèr converſi, fugere omninò debent communicationem illorum, qui ſuam ſectam antiquam tenent; qui ſi ſecùs fecerint, in Chriſtianorum ſervitutem redigendi ſunt, & illi, cum quibus prohibitum eſt eis converſari, publici cædibus deputari debent, quemadmodum majores noſtri decreverunt in quarto Concilio Toletano *Cano. 60. cap. inter ſolicitudines de purga. cano. c. accuſatus. §. ille quoque de hæreti. libro 6. cap. ſæpè 28. qu. 1. & ſeſſio. 19. Concilii Baſilien.*

10 Aliquando tamen cum Hæreticis communicare licet; puta cum tractatur de ſalute ſpirituali, & converſione illorum; hoc autem fieri debet ſervatis debitis circumſtantiis perſonarum, temporum, & locorum: quemadmodum Alexander, Thomas, aliiq; tradiderunt. *(c)* Item propter neceſſitatem communicare poſſumus cum hæreticis, dùm tamen eorum erroribus non conſentiamus; id quod olim Catholici, cum hæreticorum factiones prævalebant, ſæpè facere coacti ſunt; Neceſſitatis namque, (ut ille ait) amariſſimæ ſunt leges, & truculenta imperia. *Alexan. Aleſ. 2. parte qu. 181. memb. 10. Tho. 2. 2. qu. 10. art. 15. Alberti. in rubri. de hæreti. lib. 6. qu. 4. Alfon. lib. 1. de juſta hæreti. punit. c. 20. Brunus lib. 1. de legatio. cap. 6. & lib. 6. de hæreti. cap. 2.*

11 Nèc in teſtamentis, nèc in contractibus licet cum hæreticis communicare; nèc enim ex teſtamento quippiam capere hæretici, nèc ex ullo contractu, nèc teſtamenta facere poſſunt. *l. Manichæos. C. de hæreticis l. 8. l. 30. l. 39. l. 49. l. 56. de his, qui ſuper religione contendunt. C. Theo. l. cum filius. §. ult. ff. de leg. 2.*

ANNOTATIONES.

1 Multis ex cauſis &c.

De Communicatione Hæreticorum vitanda inter alios ſcripſerunt *D. Anton. in ſumma part. 2. tit. 12. c. 2. §. 3. Rub. de converſat. Fidel. Armill. in ſumm. Verbo Hæreſis. nu. 4. verſ. cum Hæretic s, & Petr. Gregor. ſintagm. Iur lib. 33. cap. 9. nu. 3. verſ. Prohibentur, & colloquia.*

2 In Concilio quoq; Laodicenſi &c.

Præter Concilium Laodicenſe, alia quatuor quoq; Concilia Matrimonia à Catholicis cum Hæreticis prohibent celebrari, quæ ſunt *Calcedonen. can. 4. Elibert. c. 16. Carthaginen. 3. cap 12. & Agathen. cap. 67.* Quarè Matrimonium Hominis Catholici cum hæretica celebratum, validum quidem, ſed mortalitèr illicitum fore eſt communis Doctorum ſententia. *c. decrevit. de hæret. in 6. & D. Thom. 4. diſt. 39. quæſt. 1. art. 1.* Vnde ex hoc collige, quòd Connubia, quæ in Germania, Anglia, Polonia, & in aliis Septentrionalibus Plagis inter Catholicos, & Hæreticos paſſim ſolent iniri cum hoc pacto, ut Catholico liberè permittatur, ſinè perverſionis periculo in Fide Catholica permanere, uſu, & conſuetudine tantùm potuerunt invaluiſſe.

8 Non ſolùm loqui &c. ſed neq; illis &c.

Nota quòd contra mittentes literas, aut Nuncios Hæreticis oritur vehemens Hæreſeos ſuſpicio. *Pegna in addit. ad Eymeric. in Direct. Inquiſit. p. 2. q. 56. comment. 81. litera D. verſ. jam ut uno verbo complectar.*

8 *(a)* Sic in Epiſt. Synodi Sardicen. &c.

Hoc Sardicenſis Concilii decretum allegat quoque *Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 41. nu. 12. verſ. ſextò ad Hæret.* ex quo infert Hæreticis non eſſe ſcribendum, neq; eorum literas recipiendum. Vide *Brunum*, quem idem Auctor citat *in tract. de legat. lib. 1. cap. 6.*

9 Quæ omnia &c.

Animadvertendum hic, quòd converſantes cum Hæreticis, nedùm ſunt ſuſpecti de Hæreſi, ſed inſuper dicuntur Hæreticorum fautores. Vide *Decreta Concilii Tarraconen. celebrati de Anno 1235. vel 1240. cui interfuit S. Raymundus de Pegnafort,* regiſtrata per *Pegnam in Direct. Inquiſit. p. 2. fol. mihi 221. verſ. item quæritur,* & quæ ſuper hoc tradunt *Ioann. à Royas ſingul. 36. & 174. nu. 4. tract. de Hæret. part. 2. num. 177. & ſequen.* ubi ex ſuſpicione orta propter Hæreticorum familiaritatem ait oriri quoq; indicium ad Torturam ſufficiens contra converſantem, & *Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 35. num. 42. & 48. & cap. 47. num. 5. in fine,* ubi ipſe quoque docet quòd familiaritatem habens cum hæreticis, debet illam publicè abjurare.

9 *(b)* Aliquando verò &c.

Qui poſt aliquam hæreſim præcipuam, & certam abjuratam, Hæreticos diverſæ Hæreſeos ſectatores fovet, & converſatur, non eſſe relapſum tenent *Menoch. lib. 1. conſ. 82. nu. 148. & Caſtro lib. 2. cap. 2.* ſed contrarium docent *Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 56. num. 13. Petr. Greg. ſyntagm. Iur. lib. 33. cap. 8. nu. 6. & Cantera in quæſt. crim. Rub. de Hæretic. cap. 1. num. 58.* propter generalem omnium Hæreſiarum deteſtationem in abjuratione fieri ſolitam. Quorum opinionem cenſeo probabiliorem.

10 Aliquando tamen &c.

Adde inſuper: quoties non eſt alicujus mali periculum. *Tabien. in ſumm. verbo Hæreticus nu. 4.*

10 *(c)* Item propter neceſsitatem &c.

Hac ratione ab Hæreticorum communione excuſantur ii, qui in locis Hæreticorum commorantur, & vivunt, ſicuti Principes, qui ob Pacis bonum illos in ſuis Regnis, cum expellere nequeant, patiuntur; ſic Iulianum Apoſtatam olim toleravit Eccleſia,

cleſia, quia eliminare non poterat. *Gloſſ. in c. Iulian. 11. q. 3.* vide *D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 11. in fine, & Sanchez. qui in precept. Decalog. lib. 2. c. 9. Rubric. de Excommunic. num.* 5. hanc concluſionem ponit nempe licere Catholicis habitantibus in partibus Hæreticorum v. g. in Anglia, Germania, Gallia &c. citra peccatum cum illis converſari, quia tales, etſi Hæretici ſint notorii, nondum tamen ſunt denunciati, deindè *nu. 6. & 7.* aliam aſtruit, quæ eſt: extrà ſcandalum, & Catholicorum offenſionem licere Catholicis cum Hæreticis non denunciatis orare, Divinis Rebus intereſſe, eorum funus comitari, ad ſepulcrum deducere &c. ; dummodò hæc non fiant animo favendi Hæreticis, prout hæretici ſunt, quæ an conformis ſit Auctoritatibus Conciliorum ſupra relatis *num.* 2. & exemplis adductis *num.* 7. tu videto.

11 Nèc in teſtamentis, &c.

Adde nèc in negotiationibus; Qui enim cum Hæreticis negotiantur, excommunicationem, & ſepulturæ denegationem incurrunt. *tex. in c. ſicut, extra de Heret.* ibidem *Gloſſ. in figur. st. Caſus verſ. aut cum eis negotiationem habere. Abb. in prim. Notab. Tabien. in ſum. verbo Hereticus num.* 4.

De Conciliis Titulus XII.

SUMMARIUM.

1 *Concilium quid ſit.*

2 *Conciliorum plura ſunt genera, ſed tria potiſſimè memorantur.*

3 *Concilii univerſalis auctoritas.*

4 *Concilii univerſalis auctoritas ex veteri, & novo teſtamento oſtenditur.*

5 *Concilii univerſalis auctoritas Sanctiſſimorum Patrum teſtimoniis declaratur.*

6 *Conciliorum generalium utilitas.*

7 *Concilia univerſalia quæ legitimè congregata dicantur.*

8 *Concilia univerſalia auctoritate Papæ congreganda ex lib. 1. Machabaorum etiam deducitur.*

9 *Concilium generale quando convocari liceat abſque auctoritate Papæ.*

10 *Concilium generale convocari debet auctoritate Papæ, & acta omnia Synodalia ejuſdem auctoritate fieri debent.*

11 *Papa judicari ab aliis non poteſt.*

12 *Concilium univerſale, neque alius quiſpiam judex Papam condemnare poteſt.*

13 *Papa hæreticus manifeſtus, an per univerſale Concilium puniri poſſit.*

14 *Papam nullum hæreticum fuiſſe, neque in futurum eſſe poſſe, pia, & erudita Alberti Pighii, & Hoſii ſententia eſt.*

15 *Concilium Sacerdotale quid ſit, & quod robur habeat.*

16 *Concilia Sacerdotalia antiquiora, & frequentiora ſunt, quàm generalia, nèc minùs utilia.*

17 *Concilia Provincialia, quam auctoritatem habeant.*

18 *Concilia Provincialia quoties ſingulis annis celebrari debeant.*

19 *Provincialia Concilia nunc frequentari non eſſe admodum utile, nèc damnandum eſt quod Eccleſia facere prætermittit.*

De Conciliis.

1 Concilium Eccleſiaſticum, nil aliud eſt, quàm juſtus conventus Præſulum, & Epiſcoporum ad Eccleſiaſtica negotia tractanda. Definitur autem multifariàm à multis, ſed in eandem ferè ſententiam. Sed cum Concilia Eccleſiaſtica omnibus notiſſima ſint, non eſt cur definitionibus immoremur.

2 Sunt autem plura Conciliorum genera, ſed quòd ad propoſitum attinet, tria dumtaxat memorabimus; univerſale, Sacerdotale, & Provinciale. Univerſale Concilium eſt, in quo totius Eccleſiæ tractatur negotium, ex omnibus Provinciis convocatis Orthodoxis Epiſcopis. Sacerdotale Concilium eſt, in quo cauſa, quæ tractatur univerſalis eſt, fidem, aut Eccleſiaſticam obſervationem concernens; Sed convocatio non eſt generalis. Provinciale eſt, in quo ſub uno Metropolitano unius tantùm Provinciæ Epiſcopi convenientes, ejuſdem Provinciæ negotiis conſulunt.

3 Univerſale Concilium, ritè, ac rectè congregatum, Divinam auctoritatem habet; ejuſq; decreta in his, quæ pertinent ad fidem, & mores, pro veris Eccleſiæ definitionibus tenendæ ſunt; & quiſquis il-

lis ſciens contradicit, hæreticus pertinax eſt. Hanc veritatem ſemper ſecuti ſunt quotquot unquam fuere Catholici; adverſus hæreticos tamen breviter illam hoc loco probabimus.

4 Primò ex veteri, & novo teſtamento. In Deuteronomio, & in actis Apoſtolorum ſatis conſtat Concilia rectè congregata auctoritatem habere ab ipſo Deo, & Spiritu Sancto. Deindè univerſalia Concilia Catholicam Eccleſiam repræſentant; quæ quidem errare nequit, cum ſit columna, &
1. ad Tim. 3. firmamentum veritatis. Ad hæc, in Conciliis generalibus rectè congregatis adeſt auctoritas Sedis Apoſtolicæ; cujus Fides
Luc. 22. deficere nequit. *(a)* Præterea, in his Conciliis conveniunt Eccleſiæ Paſtores, & Doctores, & ex ſcriptis Sacris, & Eccleſiæ traditionibus, & Sanctorum Doctrinis peraguntur omnia; quæ quidem nèc fallere, nèc falli poſſunt. Deindè Chriſtus Redem-
Matth. 20. ptor noſter, per Matthæum promiſit nobis, futurum ſe in medio eorum, qui congregati fuèrint in nomine ſuo, tametſi illi non ſint niſi duo, aut tres. Quis igitur credat, Chriſtum non adeſſe plenariis Conciliis legitime congregatis?

5 Sanctiſſimi quoq; Patres eandem veritatem ſæpiſſimè confeſſi ſunt. *Divus Cyprianus: qui de manibus* inquit, *Conciliorum gubernacula extorquent, Eccleſiaſtica ſalutis navem in ſcopulos illidunt*; *Et Auguſtinus in Epiſtola ad Januarium*, ſcribit, *ſaluberrimam eſſe in Eccleſia Conciliorum generalium auctoritatem*. Quod, *& lib. de unico Baptiſmo*, & ſæpè alibi teſtatur. *Et Divus Gregorius lib. 1. Epiſt. quatuor prima univerſalia Concilia, ſicut Sancta Evangelia ſuſcipere, ſe ac venerari fatetur*. Idipſum docuit *Iſidorus lib. 6. etymol. & Theodoſius* apud *Nicephorum lib. 16. Eccleſiaſt. hiſt. cap.* 33. Sed, & Reges Hiſpaniarum jam olim hanc veritatem profeſſi ſunt in Concilio Toletano decimotertio, & quintodecimo. Ad extremum, Patres noſtri in profeſſione fidei, quam decimoſexto Concilio Toletano inſerverunt, conſtanter aſſerunt illum hæreticum eſſe judicandum, qui plenariis Conciliis quoquo modo contradixerit; cui ſententiæ Orthodoxi omnes ſemper, & ubique aſſentiunt. *c. illa 12. diſtin. c. canones. c. ſicut 15. diſtin. Torquemada lib. 3. de Eccleſia cap. 58. Alphonſus Toſtadus 2. parte defenſorii cap. 68. cum ſeq. Guido de hæreſibus cap. 6 Roffenſis contra Lutherum art. 29. Gaſpar adverſus hæreſes lib. 2. art. 4. confeſſio Polonica de Fide, & Symbolo, cap. 24. Canus lib. 5. de locis Theologicis cap. 4. cum ſeq.*

6 Generalia Concilia rectè congregata utilia, & ſalutaria ſunt Eccleſiæ ad extirpandas hæreſes, ſarcienda ſchiſmata, & reformandum Eccleſiaſticæ diſciplinæ vigorem, quibus, niſi fidem indubiam adhibeamus, quid certi relinquemus Eccleſiæ? Nimirum omnia decreta Patrum, omnes Sacri Canones vacillarent, hæreſes damnatæ reviviſcerent; denique nil non eſſet in Religione confuſum, dubium, & incertum. In vanum hactenus Summi Pontifices, Imperatores, Principes, & Sanctiſſimi Patres laboraſſent in Conciliis convocandis; fruſtra fideles omnes hucuſq; Synodis paruiſſent, & crediſſent: ac proculdubio graviſſimè decepta foret diffuſa per orbem Catholica, & Apoſtolica Chriſti Eccleſia, quæ omnia impia ſunt, & abſurda, vide *Vinc. Lirene. li. adverſus hæreſes. Niceph. lib. 16. cap. 35.*

7 Ea vero Concilia univerſalia legitimè congregata dicuntur, quæ auctoritate Papæ convocata ſunt. Apoſtoli enim conſtituerunt, ut nulla generalis Synodus fieret præter auctoritatem Rom. Pontificis; quod aſſerit *Sanctus Marcellus in Epiſt. ad Epiſcopos Antiochenos, & Julius primus, adverſus Antiochenam Synodum: & Socrates lib. 4. hiſt. trip. cap. 9.* Ad hæc Athanaſius, aliiq; Patres, qui in Alexandrina Synodo convenerunt, *in Epiſt. ad Felicem* ajunt. *In Nicena Synodo ab omnibus Epiſcopis concorditur eſſe roboratum non debere abſque Romani Pontificis ſententia celebrari Concilia*. Idem quoque *Beatus Damaſus Epiſcopis Africanis ſcripſit. Et Nicephorus lib. 9. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 5. & lib. 11. cap. 31.* Hoc deniq; Lucentius, Pelagius ſecundus, Nicolaus primus, & Patres in ſeptima Synodo generali actione ſexta, & innumerabiles alii teſtantur. *cap. 1. cum ſeq. 17. diſtin.*

8 Quod ſatis probatur *lib. 1. Machabeorum*, ubi ſummi Sacerdotis prærogativæ memorantur; quarum illa quoq; erat, ne quiſpiam convocare poſſet conventum in regione ſine ipſo. Accedunt etiam cauſæ fortiſſimæ, quia convocatio fieri debet ab eo, qui eſt caput, & Princeps, & curam

habet

habet Reipubl., & qui poteſt cogere invitos; quæ omnia in Chriſtiana Repub. ſoli Papæ competunt, (*b*) quo invito nullo modo licet convocare generale Conciliũ; aliòquin convocatio eſſet injuſta, & rebellionis, conſpirationiſq; ſpeciem præſeferret: non ſecùs atque in quacunq; alia Repub. Non enim licet ſubjectis conventicula facere, vel de gravioribus rebus decernere abſque voluntate, conſenſu, & auctoritate Principis. Undè Nicocles apud Iſocratem in Symmachico inquit; *Nullas ſodalitates, aut Concilia ſinè auctoritate mea instituto; nàm hujuſmodi conſpirationes in Monarchiis periculoſa ſunt. l. 1. & 3. de Collegiis illici. l. 3. cum ſeq. tit. 11. lib. 8. ordinat.*

9 Interdum tamen generale Concilium convocari poterit ſinè auctoritate Papæ; ſed id fieri non debet, niſi propter neceſſitatem inevitabilem; ſcilicèt, cum ob dubiam, incertamque electionem eſt inter aliquos de Papatu contentio; tunc enim per Cardinales convocari poterit, quo ſciat univerſa Eccleſia, quem Paſtorem, & Rectorem ſequi debeat; idemque erit, ſi quis caſu fortè contigerit generis ejuſdem. *Gratianus diſtin. 17. Torquemada lib. 3. de Eccleſia. cap. 6. Jacobatius lib. 3. de Concilio Alava quoque de Conciliis cap. 2. Alber. Pighius lib. 6. hierar. Eccleſ. cap. 8. cum ſeq. Gaſpar. lib. 2. adverſus hæreticos. art. 4. cap. 10.*

10 Non ſolùm convocatio generalis Concilii ad Summum Pontificem pertinet, ſed & acta omnia Synodalia ejus auctoritate fieri debent; aliòquin non eſſent congregata in Spiritu Sancto Concilia, quæ Apoſtolicæ Cathedræ rejicerent conſenſum, & auctoritatem. Quamobrem ſemper in omnibus Synodis univerſalibus ſervatum eſt, ut Summi Pontificis accederet aſſenſus, & ab eo firmarentur decreta Synodorum: quemadmodum ex ipſiſmet actis univerſalium Conciliorum planiſſimè conſtat; & ut Pelagius ſecundus in prima decretali Epiſtola ſcribit; Nulla inquam Synodus rata legitur, quæ Apoſtolica auctoritate non fuerit fulta. Et Gelaſius in tomo de vinculo anathematis: *Sola Sedes Apoſtolica reſcindit, quod præter ordinem Congregatio Synodica putaverit uſurpandum.* Inde factum eſt, ut in pleriſq; Conciliorum capitulis, cum aliquid ſervandum decernitur, ſtatim adjiciatur; *niſi auctoritas Romana Eccleſia alitèr fieri imperaverit:* vel, *ſalvo tamen in omnibus jure Sancta Romana Eccleſia:* vel *ſalva tamen in omnibus Apoſtolica auctoritate. cap. ulti. 25. queſt. 1. Alva de Conciliis cap. 3. Concilii Tridentini cap. ult. ſeſſ. 25.*

11 Quæ cum ita ſint, non eſt cur diſputetur, an univerſale Concilium judicare poſſit Pontificem Summum, qui caput, & Princeps eſt Conciliorum. Nam Petrus, & ſucceſſores ejus conſtituti ſunt ab ipſo Chriſto univerſalis Eccleſiæ Paſtores cum ſuprema juriſdictionis auctoritate; nèc ulla in ſacris literis invenitur exceptio, qua judicari ab aliquo poſſint. Ad hæc, ipſa rerum natura, & ejus ordo non patitur, ut ſubditus in præpoſitum, ovis in Paſtorem, inferiora membra in caput ſuum juriſdictionem habeant. Poſtremò, nullus locus Sacræ Scripturæ, nulla antiqua traditio Eccleſiaſtica hoc unquam docuit, aut permiſit. *Torquemada lib. 3. de Eccleſia. c. 50. Jacobatius lib. 9. de Concilio.*

12 Quinimò antiqua omnis Eccleſiæ traditio habet, nèc univerſale Concilium, nèc alium quempiam Judicem in Papam quantumvis criminoſum, condemnationis ſententiam ullo modo ferre poſſe. Hoc Gelaſius in Epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ, & Bonifacius Chriſti Martyr teſtantur, addita ratione; *Quia cunctos judicaturus à nemine eſt judicandus.* Hoc etiam aſſeritur in Concilio Sinveſſano, *quod prima ſedes non judicatur à quoquam.* In Concilio quoque Romano ſub Imperatore Valentiniano, dixerunt uno ore Patres univerſi, non licere adverſus Romanum Pontificem dicere ſententiam. Et in Concilio convocato adverſus Symmachum, omnes præſules pronunciarunt, à ſe judicari non poſſe primæ Sedis Epiſcopum, ſed ejus cauſam Dei judicio reſervari. Quod, & in Apologia Enodii confirmata in quinta Synodo, comprobatum eſt. Hoc ipſum aſſerverunt Epiſcopi in alio Romano Concilio coram Carolo Magno: hoc etiam Bonifacius docet: hoc deniq; Divus Bernardus in Epiſt. ad Innocentium II., & pleriq; alii doctiſſimi tradunt. Nèc obſtant ea, quæ in Conciliis Conſtantienſi, & Baſilienſi in contrarium aſſerta videntur; quia nèc ab Eccleſia recepta, nèc à Summo Pontifice ſunt approbata. *cap. nunc autem 21.*

diſtin. cap. patet 9. quæſt. 3. cum ſeq. Pighius lib. 6. hierar. Eccleſ. cap. 15.

13 Vulgaris ferè omnium recentiùm Theologorum, & juriſperitorũ opinio eſt, Papam hæreticum manifeſtum per univerſale Conciliũ puniri poſſe; id quod duabus potiſſimè rationibus comprobant. Prima, quia eſſe Chriſtianum, eſt conditio ſimplicitèr neceſſaria, ut aliquis ſit caput Eccleſiæ; hæreticus autem præciſus eſt ab Eccleſia, & alienus à religione, & ideò ab univerſali Concilio puniri poteſt, perindè ac ſi inventus eſſet Paganus, Judæus, aut non baptizatus. Altera illorum ratio eſt, quòd cuiq; ſe defendere omni jure licet, ac proindè Reſpub. Chriſtiana jure naturalis defenſionis poteſt hoſtem religionis ab Eccleſia pellere, atque etiam punire. *c. ſi Papa. 40. diſtin.* & illic *Præpo. Egid.* & cæteri *Torquemada. lib. 2. de Eccleſia. cap. 93. cum ſeq. Jacoba. lib. 3. de Concilio art. 1. & lib. 8. & 9. Alava de Conciliis cap. 2.*

14 Eſt & alia pia ſatis, & erudita Alberti Pighii, & Hoſii ſententia, qui audacitèr aſſerunt, nullum Pontificem Summum fuiſſe unquàm hæreticum, ſed neq; in futurum eſſe poſſe; quia Chriſtus Redemptor noſter oratione ſua impetravit, ne unquam deficeret fides Petri; cujus prærogativę participes facti ſunt Pontifices Maximi Petri ſucceſſores. Hactenùs de univerſali Concilio, vide *Pighi. lib. 4. hierar. Eccleſ. cap. 8. Hoſium lib. 2. adverſus prolegomena Brentii. Fran. Picum de fide; theoremate 8. Alphonſum lib. 1. adverſùs hæreſes cap. 6. Canum contra lib. 6. de locis Theologicis cap. ulti.*

15 Sacerdotale Concilium eſt conventus aliquórum Patrum ad aliquem locum, de his, quæ ad fidem, & reformationem Status Eccleſiaſtici pertinent, à Summo Pontifice conſulendi cauſa legitimè coactus. *(c)* Sunt autem ea Concilia ejuſdem ferè roboris, atque univerſalia: quia eis accedit auctoritas Summi Pontificis; & Paſtorum, atq; Doctorum Eccleſiæ conſenſus, & non minùs ex literis ſacris hæc, quã illa originem habent. *(d)* Etenim Concilia veteris, & novi teſtamenti, Sacerdotalia veriùs, quàm univerſalia videri poſſunt. Quamobrem cum quæſtio aliqua de Fide, aut Religione difficilis oritur, & ambigua, tunc Summus Pontifex convocare ſolet Concilium Sacerdotum unà ſecùm in Cathedra Apoſtolica Domino Miniſtrantium, hoc eſt, Cardinalium; nonnunquàm verò aliorum, vel plurium, vel pauciorum, vel diſtantium, prout Pontifex ipſe prò rerum qualitate expedire cenſuerit; & eorum Conſilio certiſſimam ſententiam profert. *Gaſpar contra hæreſes lib. 2. art. 4. cap. 11. Brunus lib. 5. de legatio. c. 3.*

16 Sunt quoq; Sacerdotalia Concilia antiquiora, & frequentiora, quàm generalia, nèc minùs Eccleſiæ utilia: celebrantur enim commodiùs, & breviùs, & ſinè magno cujuſpiam diſpendio; neque in his Conciliis Epiſcopi ſumptibus, aut itinere longo fatigantur; *(e)* neq; diù Eccleſiæ Paſtoribus ſuis carere coguntur; cum è contrario univerſalia Concilia celebrari non queant, ſinè magno totius orbis motu, moleſtia, & impenſa. *(f)* In hoc tamen utiliſſima ſunt plenaria Concilia, quod in eis notior fit Eccleſiæ univerſalis ſententia, & quia quod à pluribus quæritur, faciliùs invenitur; & quia ſalus erit, ubi multa conſilia; & quia integrum eſt judicium, quod plurimorum ſententia confirmatur; & quia plus vident oculi, quàm oculus; & per ampliores homines perfectiſſima veritas revelatur. *Proverb. 11. cap. ulti. 20. diſ. c. prudentiam de offic. delegat. l. ulti. C. de fideicommiſſ.*

17 Concilia verò Provincialia, quæ per ſingulas Provincias celebrantur, multò minoris auctoritatis ſunt, quàm univerſalia, & Sacerdotalia; quia ſolummodò roborantur auctoritate Metropolitani, qui eis præſidet; ac proindè invalida cenſentur ad definiendum, & conſtituendum; proſunt tamen ad correctionem, & exhortationem, & habent auctoritatem imponendi, & renovandi ea, quæ auctoritate Romani Pontificis ſtatuta ſunt. Poſtremò utilia ſunt ad controverſias inter Provinciales diſſolvendas. Quòd ſi per Summum Pontificem Concilia Provincialia examinata, & approbata fuerint, exindè Pontificiam auctoritatem habebunt, ſecundum modum approbationis, & confirmationis.

18 Hæc autem Provincialia Concilia, bis ſingulis annis, aut ſaltèm ſemel celebrari debent, ut ſæpiſſimè conſtitutum eſt; id enim cavetur in Epiſtola Hormiſdæ ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & in ſecundo, & quinto Conclio Aurelianenſi, & in quarto, ac duodecimo Concilio Toletano, & in

ſexta

ſexta Synodo generali, & in Synodo Zachariæ, & in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. in cujus Canone ſexto hujuſmodi decretum extat: *Metropolitani ſingulis annis cum ſuis ſuffraganeis Provincialia non omittant celebrare Concilia, in quibus de corrigendis exceſſibus, & moribus reformandis, præſertim in Clero diligentem habeant cum Dei timore tractatum*, quod etiam in aliis multis locis à Gratiano relatis definitum eſt. Quid autem in cauſa ſit, cur hoc tàm ſanctè ordinatum, toties repetitum, tàm diligentèr cautum, in deſuetudinem abierit, aliorum eſto judicium; equidem utiliſſimum fore exiſtimo, ut hæ Synodi reſtituerentur priſtinæ dignitati, & rigori; fruſtrà enim in univerſalibus Conciliis neceſſaria ſtatuuntur, niſi & ſingulis locis minores Conventus eadem curent ſedulò obſervari. *c. de Conciliis cum ſeq. diſtin.* 18. *Hermas lib.* 5. *de inſtauran. religione c. ult.*

19 Hæc olim inexpertus ſcripſeram; poſteà verò cum Metropolitano tredecim Epiſcopi convenimus in Provincia Compoſtellana; & experientia didicimus, non eſſe nunc admodum utile, ut Provincialia Concilia frequententur; neque temerè damnanda ea eſſe, quæ Catholica Eccleſia facere prætermittit. Adde quòd jam olim Gregorius Nazianzenus de eadem re ità ſcripſit: *Ego ſi vera ſcribere oportet, ità animo affectus ſum, ut omnia Epiſcoporum Concilia fugiam: quoniam nullius Concilii ſinem lætum, fauſtumque vidi: nec quòd depulſionem malorum potiùs, quàm acceſſionem, & incrementum habuerit*, & alibi: *Mihi enim verò certum eſt, deliberatumque nunquàm poſt hac anſerum, aut gruum temerè inter ſe pugnantium Synodis intereſſe; in quibus omnia contentione, ac bello ardent: flagitiaq; priùs obſcura, atq; incognita, in unum collecta, ab inimicis in lucem proferuntur*. Hæc ille *Epiſtola* 55. *& tracta. de vita differentiis*.

ANNOTATIONES.

2 Sunt autem plura Concilia &c.

His tribus Conciliis addi poteſt quartum, quod Synodale ſivè Diœceſanum appellant, & quotannis ab Epiſcopis faciendum. Vide *Concil. Tolet.* 22. *c.* 1. *Concil. Lateran.* 5. *ſeſſ.* 10. *conſt.* 2. *in fine. Trid. ſeſſ.* 24. *de Refor. c.*2.

3 Vniverſale Concilium &c.

Hæc Doctrina adeò indubitata eſt, ut nullus ex Doctoribus inter Catholicos reperiatur, qui eam abſque ullo dubitationis ſcrupulo libentiſſimè non fateatur; Quoties enim de Concilio agitur œcumenico, omnes conveniunt ejus Definitiones circa Iuris quæſtiones, & circa Res ad fidei Doctrinam, vel mortum Vniverſalium ſpectantes, eſſe de fide indubitatas, & infallibiles. Sunt enim Sacra Concilia in deciſionibus difficultatum Fidei Oracula Spiritus Sancti, ſicuti teſtatur Apoſtolorum Princeps: in Actis: cap. 15. dum ait: *Placuit Spiritui Sancto, & Nobis*, quod etiam confirmarunt Patres Epheſini in Neſtorium dicentes: *Dominus Noſter Ieſus Chriſtus*, & infra: *Per hanc noſtram Synodum decernit*. Nota eſt Veneratio, quam tota Antiquitas retulit erga quatuor priora Generalia Concilia, nempè Nicænum ſub Silveſtro Papa, & Magno Conſtantino Imperatore Anno Domini 325. convocatum per 318. Patres, in quo damnata eſt Arianæ Blaſphemiæ perfidia; Conſtantinopolitanum ſub Damaſo Papa, & Theodoſio Seniore Imperat. per 150. Patres congregatum anno Domini 381. contra hæreſim Macedonii. Epheſinum ſub Cæleſtino Papa, & Theodoſio Iuniore Imperat. contra Neſtorium 200. Epiſcoporum numero celebratum Anno 424. & demùm Calcedonenſe ſub Leone I. & Marciano Imperat. contra Eutychem 620. Patrum interventu anno Domini 451. abſolutum.

4 (*a*) Præterea in his Conciliis &c. & ex ſcriptis ſacris, & Eccleſiæ traditionibus &c.

Hoc fuit ſemper in omnibus Conciliis Sanctæ Matris Eccleſiæ conſuetudo, ut nunquam aliquid ſtatueret, niſi priùs, & Scripturam Sacram, & Sanctos Patres expenderet; ut videri poteſt in omnibus ſupra relatis Conciliis, in VII. Synodo pro Imaginibus, in Florentino prò Spiritus Sancti proceſſione à Patre, & Filio adverſus Græcos &c. Idem ſervant in rebus gravibus, & doctrinalibus Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationes in Vrbe teſte *Del Bene de loc. Theolog. par.* 2. *dub.* 238. *num.* 4. *in fine.*

5 Sanctiſſimi quoq; Patres &c.

Præter hos Sanctiſſimos Patres, quos pro Auctoritate Divina, qua Generalia pollent Concilia, refert Simanc. referri quoq; poteſt *D. Athanaſius ad Epictetum Corinth. Epiſcopum initio tom.* 1. *Cyrillus dialog.* 1. *cum Hermian. Hieronym epiſt.* 71. *ad Theophil. & Rufinus lib.* 1. *hiſtoriar. cap.* 5.

7 Ea verò Concilia univerſalia &c.

Impius perditionis filius Calvinus *Inſtit. lib.* 4. *cap.* 7. conatur oſtendere Vniverſalia Concilia nunquam convocata fuiſſe niſi per Imperatores, & Epiſcopos; quod quàm falſum ſit patet præcipuè ex his quæ referunt *Socrates hiſt. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 8. *& Caſſiodor. hiſtor. tripart. lib.* 4. *cap.* 9. Ibi namque hi Auctores ſatis oſtendunt nefas ſemper in Eccleſia fuiſſe Vniverſale Concilium, abſque Romani Pontificis auctoritate convocare. Veritatem hanc quoq; demonſtrantem, vide *Card. Baronium ad Annos* 325. 341. 342. 449. 450. *&* 451. vbi *Spond. nu.* 5. *&* 6. *nu.* 2. *in fin. nu.* 8. *nu.* 6. *nu.* 5. *& nu.* 15. Non inficiantur Catholici aliquando Imperatores convocaſſe Concilia, ſed eorum convocatio non fuit Eccleſiaſtica, & quæ in foro Conſcientiæ obligaret, at politica tantùm reſpectu auctoritatis temporalis, ut in foro ſæculari obligatoria redderetur,

& ex hoc tolleretur impedimentum legum politicarum prohibentium fieri Congregationes, niſi Imperatore permittente *l.1.D.de Collegiis illicitis.* Vide quæ ſuper hoc eruditiſſimè docuit ſermone Gallico *Eminentiſs. Cardinalis Peronus in replicat. ad reſponſ. Regis Magnæ Brittaniæ lib.1. cap.42.* Vide pariter *Epiſtolas 8. & 38. Nicolai I.* ubi Concilia ab Imperatore non congreganda, ſed hunc dumtaxat orare, ut fiant, habetur.

8 (*b*) Quo invito nullo modo licet &c. alioquin convocatio eſſet injuſta &c.

Reluctante, & veniam non præbente Romano Pontifice ſub nullitatis pœna Concilium Generale celebrari non poſſe vide Statutum in *Conc. Nicæn. 1. ex Iulio I. Epiſt. 1. Calcedon. act. 1.* ubi idem *Iulius I. Epiſt.2. & c.29. ac 30. in Epiſt. 2. Hormiſdæ ad Anaſtaſium Imperatorem in Epiſt. 4. Damaſi. I. Marcelli I. 8. & 38. Nicolai I. à Greg. VII. lib.2. poſt Epiſt. 55. in Concil. Lateran.5. ſeſſ.2. in Bull. & ſeſſ. 11. conſt.3. Pater Æternus. in Conſtant. ſeſſ.39. diſt. 17. in c. Synodum c. Regula. c. Huic ſoli, cap. Multis &c. Nec licuit cauſa 2. q.6. c. Ideo huic & c.3. q.6. c. Dudum.* & denique *à Leone IX. Epiſt. 3. conſt. 2. Cum ex Venerabilium.*

9 Interdum tamen Gener. Concil. &c.

De Concilio, quòd Schiſmatis tẽpore convocatur, vide quæ Conſtantienſe decrevit, præcipuè *ſeſſ.39.*

10 Nõ ſolùm convocatio Gen. Conc. &c.

Adde hoc procedere quoque, etiamſi Romani Pontificis auctoritate ſit celebratum, & in eo præſederint Legati Apoſtolici. *Vigilant. Papa in Conſtit. In Sancta Synodo. Nicolaus I. Epiſt.7. & 8. Greg. I. lib. 7. ex regeſt. Epiſt.70. & Concil. Lateran. 5. ſeſſ. 11. conſt.3. Pater Æternus.*

13 Vulgaris ferè omnium recentiũ &c.

An Papa Hæreticus Manifeſtus (quod abſit) poſſit ab Univerſali Concilio judicari, & puniri, vide quæ habentur in VIII. Synodo. *Act. 7. in Epiſt. Adriani, & Concilio Romano ſub Symacho Papa;* & quæ referuntur *in c. ſi Papa diſt.40.*

15 (*c*) Sunt autem ea Concilia &c.

Eiuſdem ferè roboris, ac Generalia Concilia, videntur eſſe Concilia Sacerdotalia, tum quia eis accedit Summi Pontificis Auctoritas, à qua Generalia quoque ſuum robur accipiunt, cum etiam quia Concilia robur non habent ex multitudine Perſonarum, ſed ex auctoritate *Nicol. I. epiſt. 8.*

15 (*d*) Etenim Concilia veteris, & novi teſtamenti Sacerdotalia veriùs &c.

Concilium ab Apoſtolis celebratum, de quo in Apoſtolorum actis *cap.15.* non fuiſſe Generale, ſed Sacerdotale dumtaxat multi tenent Auctores. Vide quæ de hoc annuit *Thom. Del Bene de loc. Theol. p. 2. dub.258.*

16 (*e*) Neque diù Eccleſiæ Paſtoribus ſuis carere coguntur &c.

Hęc fortaſſè, nempè Concilii adeundi inter cęteras erit excuſatio, quam pro ſe affert *D. Auguſt. Epi. 138. ad Populum Hipponenſem*, dum ait: *Noverit dilectio veſtra nunquam me abſentem fuiſſe licentioſa libertate, ſed neceſſaria ſervitute, quæ ſæpè Sanctos Fratres, & Collegas meos etiam labores marinos, & tranſmarinos compulit ſuſtinere.*

16 (*f*) In hoc tamen utiliſſima ſunt plenaria Concilia &c.

Utilitas hæc dimanare videtur ex plenariis Conciliis, quòd quæcumq; ibi definiuntur eſſe de Fide, ampliùs in dubium a Catholicis non revocantur, ſed citrà omnem controverſiam creduntur. Immò Calvinus ipſe *4. inſtitut. cap.9. §.8.* quamvis à Catholichiſmo defeciſſet, nihilominùs ſcripſit ſe libentèr amplecti quatuòr Synodos priſcas, & alias ſimiles, eaſque revereri, ut Sacroſanctas quantùm ad Fidei dogmata pertinet, quia nil continent, niſi puram, & nativam ſcripturarum interpretationem, quam Patres ſpiritali prudentiâ ad frangendos Religionis hoſtes tunc accommodarunt. Undè D. Auguſt. *lib.4. contra Donatiſtas cap.6.* D. Cyprianum, qui contra Stephani Romani Pontificis placitum falsò ſuſtinuerat Hæreticos eſſe rebaptizandos, non alia de cauſa excuſat, niſi quia nondum Eccleſia de hac Re aliquid in Concilio Generali definiverat. Vide eundem *D. Auguſt. lib.2. eiuſdem operis contra Donatiſtas cap.1.2.3 & 4.*

17 Concilia verò Provincialia &c.

Quoniam hæc Provincialia Concilia à ſola Metropolitani in iiſdem præſidentis auctoritate fulciuntur; ideò nedum a Papa, ſed & ab ejus Vicario poſſunt retractari, nec ullum robur habent, niſi à Romano Pontifice confirmentur. Vide *Concil. Nicæn. ex Iulio I. cap.19. & epiſt.2. c.21. Item diſt.17. cap. Concilia.*

19 Hæc olim inexpertus ſcripſeram &c.

Quæ ſe fuiſſe expertũ in praxi perhibet Simancha, nulli dubium eſt eſſe veriſſima, & calamo tanti Prælati exarata magni fieri debent, ſed veriſſimum quoque eſt, & negari non poteſt ad Mediolanenſis Eccleſiæ reformationem, & ad pietatem in eandem inducendã nullo alio medio efficaciori, quàm crebra Conciliorum celebratione fuiſſe uſum D. Carolum Borrhomæum, ut ejus Vitæ Auctor teſtatur.



De Confeſſis Titulus XIII.

SUMMARIUM.

1 *Confeſſio potiſſima eſt probationis ſpecies: quippè qua crimina omnia probari poſſint.*

2 *Confeſſione ſola hæreſis probari poteſt, ſed pœna ordinaria non punienda eſt, niſi alitèr probetur.*

3 *Confeſſio quæcunque contra confitentem reum plenam probationem non facit.*

4 *Confeſſio non uſq; adeò generalis prò ſpeciali haberi poteſt.*

5 *Confeſſionibus, quibus natura repugnat, ſtandum non eſt.*

6 *Confeſſioni non veriſſimili Fides adhibenda facile non eſt.*

7 *Confeſſiones ſuas revocare nequeunt Rei.*

8 *Confeſſiones Reorum, quæ poſſunt revocari.*

9 *Confeſſionem revocare poteſt minor viginti quinque annis.*

10 *Confeſſio qualibet incontinenti revocari poteſt.*

11 *Confeſſio in carcere emiſſa, nullis præcedentibus indiciis, revocari poteſt.*

12 *Confeſſus crimen, impunitate ſibi à judice propoſita, ſuam confeſſionem revocare poteſt.*

13 *Confeſſus aliquid per errorem, id revocare poteſt, probato errore.*

14 *Confeſſionis revocatio, quocunque tempore admittitur in judicio Sanctæ Inquiſitionis.*

15 *Confitens factum, & negans impiam intentionem, an ſit audiendus.*

16 *Confitens ſe Judæorum, Lutheranorum vè ritus ſervaſſe, & id bono animo ſe feciſſe dicens, puniendus eſt, ut impenitēs.*

17 *Confitens crimen, ſed prava id intentione comiſiſſe negans, quando, & quomodo audiendus.*

18 *Probare cur difficile poſſit Reus impietatis accuſatus, ſe bono animo feciſſe.*

19 *Confitens impietatem, & intentionem negans, quando ut impœnitens non damnandus.*

20. *Confeſſiones, quæ in auditorio Inquiſitorum fiunt, mistæ ſunt.*

21. *Confitens ſuas hæreſes, indicare etiam debet auctores, & conſcios illarum hæreſum.*

22. *Confitens Inquiſitoribus hæreſim prorsùs occultam, occultè ab eis eſt abſolvendus.*

23. *Hæreticum occultum non teneri bona ſua fiſco tradere, id argumento eſt, quòd occultam prorsùs hæreſim confitens, bonorum confiſcatione non punitur.*

24. *Confitens hæreſim non prorsùs occultam quo pacto ſit tractandus.*

25 *Reconciliatus Eccleſiæ, qui ſe hæreticum fuiſſe negat, ſed metu confeſſum eſſe ait quæ non commiſit, quomodo puniendus.*

26 *Reconciliatus Eccleſiæ, qui ſe hæreticum fuiſſe negat, ſed metu confeſſum ait, quando impœnitens non judicandus.*

27 *Innocens, qui metu, aut carceris tædio cōfeſſus eſt ſe hæreticum fuiſſe, quid facturus ſit.*

28 *Innocens, qui teſtes refutare nequit, neq; confeſſionem juſtè revocare, fateatur id peccatum Parocho ſuo.*

29 *Confeſſionem revocari non poſſe, poſtquā eſt ab altera parte accepta, multi exiſtimant.*

30 *Confeſſionem revocari non poſſe, cum eam accuſator admiſerit, an vera ſit opinio.*

De Confeſſis.

1 Confeſſione Reorum crimina omnia probari poſſunt, & ea ferè ſola eſt, cui contradici non poteſt. Nam confitenti protinùs illud objici ſolet, quod apud Lucam eſt: *Ex ore tuo te judico.* Inter omnes autem ſpecies probationis, confeſſio obtinet principatum; nec enim ulla clarior, aut efficacior probatio invenitur, quàm reorum confeſſio, quemadmodum Romanus, & Alexander docent. Fortior quidem eſt, quàm ea, *Lucæ 19.*

quæ

quæ fit per teſtes, ſi Felino credimus, qui eam dicit notoriam rem facere. Nec ſolemnitas probatoria exigitur, ubi adeſt confeſſio partis, ſicuti Baldus, & cæteri tradunt. Accedit huc Demoſthenes oratione contra Timocratem, dicens: *Facinoroſos, qui ſcelera fatentur, ſinè judicio puniri leges jubent*; & Julius Paulus ait: *Confeſſus prò judicato eſt; quia quodammodò ſua ſententia damnatur. l. 1. & l. 3. ff. de confeſſis. Luca 19. Gonſal. de hæret. qu. 13. Roma conſ. 329. Alex. conſ. 19. lib. 4. Feli. in c. 1. de exceptio. & in c. cum ſemper de re judi. Bal. in authen. ſed novo jure. C. ſi cert. peta. Hippoly. in rubri. de probat. Gratus conſ. 61. tit. 2.*

Demoſth. dictum.

2 Quamvìs in aliis criminibus ſola confeſſio non ſufficiat ad condemnationem, niſi de crimine alitèr conſtet; ſola tamen confeſſione probari poteſt hæreſis, quia cum in animo latere ſoleat, plærumq; alio pacto probari nequit; quamobrem ea ſola ſufficit ad condemnationem ſecundum Baldi, Felini, & quorundam opinionem *(a)* ſed niſi alio modo hæreſis probata ſit, non debet pœna ordinaria puniri qui occultam hæreſim confitetur, ut paulò poſt dicturi ſumus. *l. 1. §. item illud ad Sillani. l. 1. §. Divus de quæſt. Bald. in l. ſi quis non dicam. C. de Epiſc. & Cleri. Feli. in c. auditis. de præſcript. Ponzini de Lamiis. nu. 70. Arelata de hæreti. notabi. 2. Carerius in practica. nu. 169.*

3 Sed non omnis confeſſio contra Reum confitentem plenam probationem facit. Nam neque confeſſio generalis dubia, & incerta probat; veluti ſi Reus dixerit, ego ſum hæreſibus infectus, is proculdubio damnandus non eſt; urgeri tamen debet, ut certum confiteatur. *l. certum. ff. de Confeſſis. Bal. conſ. 98. lib. 1. Felin. in c. at ſi Clerici. de judi. Aymo. conſ. 262.*

4 Quòd ſi confeſſio non eſſet uſq; adeo generalis, prò ſpeciali poſſet haberi; præſertim ſi ad alia eſſet relata, undè redderetur certa. Verbi gratia, ſi Reus dicat: Ego ſum Lutheranus, & credo ea omnia, quæ Lutherus docuit; quamvis adduci non poſſit, ut certiùs aliquid confiteatur, damnari quidem poterit ut hæreticus pertinax. *argu. l. eſſe toto. ff. de hæredi. inſtituen. l. ait prætor. §. 1. de re judica.*

5 Nèc ſtandum eſt Confeſſionibus, quibus natura repugnat; hoc enim ipſo, quòd quis ea confitetur, errare convincitur. *l. confeſſionibus. l. ſi is cujus. §. ulti. ff. de interrogationibus.*

6 Nec facile adhibenda eſt fides Confeſſioni non veriſimili; nàm Confeſſiones Reorum prò exploratis facinoribus habere non oportet, ſi nulla probatio Religionem cognoſcentis inſtruat. Quod autem veriſſimile non eſt, id non benè inſtruet judicis animum. *l. 1. §. Divus Severus. ff. de quæſt. Glo. & interpretes in l. 1. C. de confe. c. quia veriſſimile de præſumptio.*

7 Nunc videndum an Rei Confeſſiones ſuas revocare queant; ac primùm quidem generalitèr dicendum eſt, Confeſſiones Reorum retractari non poſſe; nimis enim indignum eſt, ut quod ſua quiſq; voce faſſus eſt, id révocet, ac teſtimonio ſuo reſiſtat; quamobrem Confeſſi prò judicatis habentur. *l. generalitèr. C. de non nume. pecun. l. 1. C. de confeſſis.*

8 Excipiuntur tamen ſpecies multæ; nàm Confeſſio tormentis extorta liberè revocari poteſt. *(b)* Idemq; eſt, cum extorquetur metu imminentium tormentorum; quemadmodum ſub *tit. de quæſtio.* pleniùs dicemus.

9 Minor viginti quinq; annis revocare poterit Confeſſionem, in integrum reſtitutione petita. *l. certum §. ulti. ff. de confeſſ. Laſ. in l. nam, & poſtea. §. ſi minor. ff. de jure juran.*

10 Poterit, & incontinenti Confeſſio quælibet revocari, tanquam, aut lapſu linguæ, aut ſinè deliberatione facta. *l. Stichus, immò Pamphilus. ff. de manu. teſta. glo. in c. ulti. de jure jurand. lib. 6.*

11 Item illa Confeſſio revocari poteſt, quam aliquis carcere clauſus emiſit nullis præcedentibus indiciis; ea enim injuſtè ab eo fuit extorta, & nullius momenti eſt. *glo.* & omnes *in l. pen. ff. de quæſtio. Alciat. in cap. 1. de offi. ordina. Boberius deciſ. 90.*

12 Excipitur, & ille caſus, cum Judex Reo promiſit veniam, & impunitatem, ſi crimen fateretur; nàm is, qui deceptus à Judice confeſſus eſt, poterit eam Confeſſionem revocare; quicquid *Collecterarius dixit in c. in eos de hære. Imol. conſ. 109. Decius in l. 1. c. de ſent. quæ pro eo quod inte. Hippolyt. in l. 1. §. quæſtioni. ff. de quæſtio. Alciat. in l. ea eſt natura. ff. de verb. ſig. Duarenus in l. conventionum. ff. de pact. Ludo. Gomeſ. in cap. 1. de conſtitu. lib. 6. Covar. lib. 1.*

lib. 1. reſolut. cap. 2. Boſſius tit. de confeſſis.

13 Item qui per errorẽ aliquid confeſſus eſt, errore depoſito, poteſt id revocare: non enim fatetur, qui errat, ut inquit Ulpianus; & qui juſto errore ductus confitetur, venia dignus eſt, & pęnitere poteſt, maximè ſi poſteà pleniùs inſtructus confeſſionem revocaverit, ſed is, qui revocat, probare debet errorem. *l. non fatetur. ff. de confe. l. de ætate. §. ulti. ff. de interrogatio. cap. ulti. de confe. l. undè Neratius. §. ultimò ad legem Aqui. l. 1. ſi quis ultro. de quæſtionibus.*

14 Verùm in judicio Sanctæ Inquiſitionis, quocumq; tempore, & modo Reus Confeſſionem revocet, quamvis nèc afferat cauſam probabilem, nèc ſatis idoneam, admittitur tamen ejus revocatio; & ſivè pro eo, ſivè contra eum, extremæ Confeſſioni ſtatur; hæc enim eſt, quæ efficit, ut Reus pœnitens, aut impœnitens eſſe videatur, & hoc jure utimur.

15 Quæri autem ſolet, an is, qui confitetur factum; ſed negat intentionem impiam, audiendus ſit; & quidem in malis factis præſumitur malus animus, & nemo æxiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitaverit; & cum in verbis nulla eſt ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæſtio. *l. ſi non convitii. C. de injuriis l. Labeo. ff. de ſupel. lega. l. ille aut ille de leg. 3.*

16 Itaq; ſi quiſpiam ritus Judæorum, aut hæreticorum ſervaverit, ſi impias propoſitiones affirmaverit, vel tale aliquid confeſſus fuerit, & id bono animo ſe feciſſe dixerit, puniendus eſt ut impœnitens, quia cum planè de crimine conſtet, is tamen crimen diffitetur. *cap. contra Chriſtianos de hæreti. lib. 6. cap. 1. de præſumptionibus.*

17 Non nunquam audiendus eſt, qui negat, ſe prava intentione feciſſe, nimirum ſi res dubia ſit, & probabilitatem aliquam intentionis negatio præſeferat; ei tamen onus probationis incumbit, qui Confeſſionem criminis ità moderatur, ut crimen excludat; & ità omnium ſententia receptum eſt. *Bar. in l. Aurelius §. idem quæſiit; de libera legata. Feli. in c. cum venerabili de exceptio. Hippoly. in practica. §. poſt quam. Salomo. in l. ut vim. ff. de juſti, & jure propè finem. Bobe. deciſio 164. & 243.*

18 Cœterùm vix fieri poteſt, ac fortaſsè ne vix quidem, ut Reus impietatis accuſatus, probare queat ſe bono animo feciſſe. Animus enim nèc apparet, nèc cernitur, & ea quæ in animo latent, juramento probari non poſſunt, quando præſumptio ſtat contra. *c. vidua. de regularib. Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Alex. in l. 1. §. per procuratorem. ff. de acqui. poſſe.*

Contra præſumptionẽ interna neq; juramento probantur.

19 Ergo qui negat intentionem ejus improbitatis, quam faſſus eſt, damnari poteſt ut impœnitens: excepto ſi res dubia fuerit; tunc enim, aut purgandus eſt, aut propter ſuſpicionem Reus abjurabit, aut denique torqueri poterit; quod ſcimus eſſe uſitatum. *Lanfran. in c. quoniam contra de probat. part. confeſſiones. Boſſius in tractatu criminum. tit. de confeſſis.*

20 Hæ autem Confeſſiones, quæ in auditorio Inquiſitorum fiunt, miſtæ ſunt; quia partem habent Sacræ, occultęq; Confeſſionis, partem verò judicialis. Nam, & ſi ultrò quiſpiam confiteatur nihilominùs, Confeſſionem in ſcriptis tradere debet Inquiſitoribus coram Notario, & aliis duobus, vel tribus teſtibus officialibus, & jurare debet, vera eſſe omnia, quæ confeſſus eſt; & præterea interrogandus eſt de circumſtantiis omnibus, perſonarum, locorum; & temporum; quorum plæraque in Sacra Confeſſione locum non habent. *cap. quem pœnitet. de pœniten. diſtin. 1. & prima inſtructio. cap. 4.*

21 Interrogandi quoq; ſunt de auctoribus, & conſciis, & partibus hæreſum; quos omnes indicare debent, etiam non interrogati. Ut enim Divus Hieronymus, inquit: *Sapientes illi in Chriſto ſunt, qui ſatisfactione pœnitentiæ peccata ſua, vel errores hæreſeos, convertendo ſe ad Deum fideliter confitentur, & auctores vel criminum ſuorum, vel dogmatum manifeſtant.* Et Beatus Auguſtinus; *Hæretico petenti pœnitentia locum tunc credatur, ſi & alios, quos illic novit eſſe, manifeſtaverit nobis. Hiero. in c. Job. 15. Auguſt. Deuterio, epiſt. 74.*

D. Hieronymi dictum.

D. Auguſtini Conſiliũ.

22 Qui prorsùs occultam hęreſim confitetur Inquiſitoribus, occultè ab eis eſt abſolvendus; nèc bona ejus ſunt confiſcanda, nèc publicè abjurare debet; quia ſecreta peccata ſecreta confeſſione, & occulta ſatisfactione purgantur. *prima inſtruct. c. 5. c. quis aliquando. §. item illud Joannis de pœnit. diſt. 1. Archid. in c. filii de hæreti. lib. 6. Math. in conſtit. Siciliæ tit. 1.*

23 Quod magno quidem argumento eſt, ut occultus hæreticus non teneatur

bona

bona ſua tradere fiſco; quandoquidem confeſſus occultam hæreſim Inquiſitoribus ipſis, bonorum publicationem non patitur, ſed pleniùs de his diximus alibi.

24 Si verò hæreſis non fuerit prorsùs occulta, ſed ſola rei Confeſſione probatur, abſolvendus quidem ille eſt, & conſulendus Inquiſitor Generalis, ut indulgentia Principis bona relinquantur ſpontè confeſſo.

25 Reconciliatus Eccleſiæ, qui ait, ſe nunquam fuiſſe hæreticum, ſed metu falſorum teſtium Confeſſum eſſe quæ non commiſit; is ut impœnitens puniendus eſt, niſi reſipuerit. *Calderi. conſil. 2. de hæreti. & prima inſtruct. cap. 13.*

26 Id tamen locum habet, cum his nondum pœnitentię injunctę ſatisfecerat; nam ſi jam eam peregerat, temerarius magis eſt, quàm impœnitens, temerarii autem puniendi ſunt arbitrio judicum; & nonnunquàm fuſtibus caſtigandi addita comminatione gravioris pœnæ, ſi deinceps in eandem temeritatem incurrerint. Et hoc jure utimur. *l. ſi duo patroni. §. ulti. de jure juran.*

27 Quæſitum fuit, quid innocens faceret, qui metu teſtium, ac tædio carceris confeſſus eſt ſe fuiſſe hæreticum? & ſiquidem innocentiam ſuam probare poſſit, non debet negligere famam, ſed cauſam de integro apud Inquiſitores agere. *cap. nolo. 12. quæſt. 1. cap. peccatum de regul. juris lib. 6. Soto lib. 5. de juſti. & jure quæſt. 10.*

28 Si verò neque teſtes refutare, neq; Confeſſionem juſtè revocare potuerit; fateatur id peccatum Parocho ſuo, & nihil prætereà faciat, ne quid deterius indè contingat; nèc enim ſupervacua tentanda ſunt quæ nocere poſſunt, & non prodeſſe. *l. Hæc ſtipulatio. §. ulti. ff. ut legato. nomi. cavea. l. ad probationem dominii. C. de probatio.*

Quæ nocerè poſſunt, & non prodeſſe tanquàm ſupervacanea non tentanda.

29 Multi putant, Confeſſionem revocari non poſſe, cum eam accuſator admiſerit, vel acceperit; ſivè ut vulgo loquuntur, poſtquàm eſt ab altera parte accepta. *Bal. in l. Gallus. §. 1. ff. de libe. & poſthu. Alex. & Jaſon. in l. quidquid aſtringendæ de verbo. obligat. Catel. Cotta. in memorabilibus verbo confeſſio.*

30 Sed quamvis ea opinio in aliis Judiciis vera eſſe poſſit, in cauſa tamen hæreſis (mea quidem ſententia) non eſt recipienda. Primùm, quia nulla lege probatur; deindè quia ſolemnia juris obſervanda non ſunt, cum ſimplicitèr, & ſinè figura judicii res agitur. Poſtremò, quia quocunque tempore Reus veritatem dicere voluerit, Confeſſio ejus recipienda eſt, ut alibi copiosè diſputabo. *cap. ult. de hæreti. lib. 6. Clem. ſæpè de verb. ſigni. & quæ ſcripſi tit. de pœniten. & conver.*

Iuris ſolemnia non habent locum, cũ res agitur ſinè iudicij figura.

ANNOTATIONES.

1 Confeſſione Reorum &c.

Quamvìs inter omnes probationis ſpecies Reorum confeſſio primas referat, quoniam nulla probatio clarior, aut efficacior reperitur; multa tamen tum in confitentibus, tùm in modo confitendi conſideranda ſunt, antequàm ex Confeſſione condemnatio dimanet. De his præter hæc quæ in hoc titulo ponit Simanc. Vide *Gomezium tom. 3. de Delit. cap. 12. Iulium Clarium in pract. Crimin. quæſt. 21. & 55. Authorem Lucernæ Verbo Confeſſio, & Confeſſus; locatum Verbo Confeſſio, & Farinac. de Hæreſi qu. 187. §. 6.*

2 Quamvìs in aliis criminibus &c.

Doctrinam hanc intellige locum habere, quoties Confeſſio eſt Clara, Certa, Veriſſimilis, Conſtans, & Legitima; Si enim eſſet obſcura, & dubia in favorem Confitentis interpretanda, parùm quoque ad Iudicandum foret idonea. Vide *Martinum Delriò Diſquiſ. Magic. lib. 5. ſect. 11.* Quòd etiam in ſequen. docet Simanc.

2 (a) Sed niſi alio modo &c. non debet pœna ordinaria puniri &c.

Qui Hæreſim merè occultam ſpontè fatentur poſt Confeſſionem judicialiter factam hoc eſt per Notarium receptam coram Inquiſitore, præmiſſa reconciliatione ſecreta abſolvuntur. Vide *Pegnam in Comment. ad Direct. Eymer. 3. part. commen. 12. verſ. Non eſt contemnendum.*

3 Sed non omnis Confeſſio &c.

Rationem, ob quàm Confeſſio in Genere, ut ajunt, emanata, ad condemnandum Confitentem non ſufficiat, refert *Decian. in tract. Criminal. lib. 5. cap. 33. nu. 19.* & eſt, quia poteſt eſſe, quòd ſic Confitens crediderit aliquid eſſe Hæreſim, & reapsè non ſit.

7 Nunc videndum &c. ac primùm quidem Generalitèr dicendum eſt &c.

Appoſitè Simanc. dixit: *Generaliter Confeſſiones Reorum revocari non poſſe*; nàm in Sanctæ Inquiſitionis Tribunali ſervatur, ut Confeſſiones poſſint revocari etiam non docto de errore, & erroris probabili cauſa non allegata, vide *Farin. de Hæreſ. quæſt. 187. §. 6. nu. 75.* Quod etiam videtur idem Simanc. docere *num. 14. & in Enchirid. Violat. Relig. tit. 29. Rub. de Confeſſ. nu. 6.*

8 (b) Idemq; eſt cum extorquetur &c.

Confeſſio metu tormentorum extorta nedum dicitur illa, quæ fit à Confitente, cum gravitèr tortus

eſt,

eſt, ſed illa quoque, quæ fit cum tortus eſt levitèr, vel levatus ad torturam, ductus ante equleum, ſpoliatus, aut ſi ſeriæ minæ de torquendo præceſſerint, præcipuè quo ad eos, qui timidi ſunt, & torturæ non aſſueti. Vide *Mart. Delrio Diſquiſ. magic. lib.5 ſect. 11. verſ. dicetur facta.*

10 Poterit, & incontinenti &c.

Incontinenti, & in præſentia Iudicis omnem hæretici confeſſionem revocari poſſe etiam errore non probato docet *Io. à Roja in tract. de Hæretic. par. 2. num. 260. & ſequen.*

12 Excipitur, & ille caſus &c.

Notandum hic quòd Confeſſio facta à Reo cum ſpe veniæ, & impunitatis ſibi à Iudice promiſſæ, nullius eſt valoris, ac momenti, niſi à ſuppoſito Reo ratificetur. Vide *Hieronym. Cuchalon.* apud *Decium in l. ea eſt natura. ff. de regul. Iuris*; dolo enim Iudicis facta videtur, nec ſpontanea cenſeri poteſt. Vide *Antonium Gomez tom. 2. variar. reſolut. cap. 12. num. 6.* Quinimmò adde, quòd etiam ſi ratificetur à Reo, attamen non obſideſt pœna ordinaria plectendus, ſed talis pœna temperanda, & levius puniendus, ne Iudex datæ à ſe fidei, & gratiæ promiſſæ videatur deeſſe. *Lege Pegnam in Coment. ad 3. partem Direct. Eymeric. comment. 23. verſ. nos in hoc Crimine.* Et quamvis *Locatus in praxi verbo Confeſſio*, teneat hanc confeſſionem non valere, etiam ſi ſit perſeverata, & pluries ratificata; Ejus ſententiam abſolutè in praxim locum ſemper habere non cenſeo, ſed ad ſummum, quando nullæ concurrunt conjecturæ, inditia, & præſumptiones patrati delicti. Vide *Covarruv. lib. 1. variar. reſſolut. cap. 2. num. 16.*

15 Quæri autem ſolet &c.

Pro hujus quæſtionis reſſolutione variè diſſidet inter ſe Doctores, ut videri poteſt apud *Farinac. de hæreſ. quæſt. 179. §. 4. num* 54. Mihi tamèn æquiſſima videtur ſententia *Didac. Canter. in quæſt. Crimin. rub. de Hæret. &c. cap. 1. nu. 69.* qui poſt multa concludit quod licèt de Iuris rigore ſententia eorum qui negativam partem tuentur, ſubſiſtere poſſit, ejus tamen opinio eſt, quòd Reus, ſivè Confeſſus, & convictus de facto hæreticali, ſivè confeſſus tantùm, & non convictus, quoties intentionem negat, nunquam eſt relaxandus brachio ſeculari, ſed ſuper intentione torquendus.

16 Itaq; ſi quis piam ritus &c.

Hanc Concluſionem non approbat vniverſalitèr *Albertin. in tract. de agnoſcen. aſſert. Cathol. & Hæret. quæſt. 36 nu. 18. verſ. circa prædicta*; nàm quoad eum, qui fatetur ſe feciſſe aliquod hæreticale, ut puta Iudæorum ritum, aut quid ſimile, quod non niſi in malam hæretici intentionem ſonare poteſt, & poſtea intentionem negat, ſentit cum Simanc. puniendum eſſe; ſed quoad eum, qui confitetur ſe protuliſſe verba tantùm hæreticalia, intentione mala negata, ait non puniendú, eſſe, ſed torquendum.

19 Ergo qui negat intentionem &c. aut denique torquebitur.

Nota hìc non eſſe locú torturæ in Reis, niſi quando non ſunt convicti, quamvìs confeſſi fuerint prolationem alicujs verbi, vel exercitium alicujus facti Hæreticalis; Nàm quoties aliundè ſunt convicti, non eſt locus torturæ, ſed punitioni. Vide *Io. à Rojas in tract. de Hæret. part. 1. nu. 184. & ſequen. & Farinac. de Hæreſ. quæſt. 179. §. 5. num. 60.* qui ait ſe credere ab hac opinione non recedendum.

20 Hæ autem Confeſſiones, &c.

Quid ſit Confeſſio mixta, vide apud *Locatum in praxi. Verbo Confeſſio.*

22 Qui prorſus occultam hæreſim confitetur &c.

Nota hìc diſcrimen, quod extat inter confeſſionem, quæ fit in foro contentioſo, & illam, quæ fit in foro pœnitentialis; prima enim præjudicat Confitenti, qui poſt eam juxtà delicti qualitatem poteſt puniri; ſecunda verò nequaquam; per hanc enim Confitens neque puniri, neq; privari poteſt, ne peccator ex tali punitione, vel privatione manifeſtetur, ſed bene debet ejus Conſcientia informari. Vide *Locatum loco cit. & in Verbo abſolvere, & abſolutio. verſic. ulteriùs conſiderandum* Vbi cautelam ab abſolventibus Hæreticos in foro conſcientiæ ſervandam ponit, *& verſic. conſiderent etiam.* docet Inquiſitores in foro conſcientiæ non eſſe Iudices, & ideò Confeſſiones Sacramentales libentèr audire non debere, ne Inquiſitionis Officium deludatur, & Pœnitentiæ Sacramentum contemnatur; Quod quidem hodiè ab Inquiſitoribus in praxim addnei mihi videor audiviſſe ex ſupremæ Inquiſitionis mandato. *Lege Campegium ad Zanchinum cap. 34.*

29 Multi putant Confeſſionem revocari non poſſe.

Confeſſionem Reorum revocari poſſe, etiam non docto de errore, & non allegata probabili erroris cauſa docuit ſupra *Simanc. num. 13. & 14. & inferiùs ſequenti nu.* 30 docet revocari poſſe etiam ſi ab Accuſatore, ſivè à fiſco ſit acceptata; quod ſentire quoq; videtur *Io. à Rojas in tract. de Hæretic. part. 2. num. 2. 26.* At hoc ſecundum eſſe tantùm intelligendum errore probato, tenet *Farinac. de Hæreſ. quæſt. 187. §. 6. nu. 76.*

De Contumacibus Titulus XIV.

SUMMARIUM.

1 *Contumaces qui ſint.*

2 *Suſpectus de hæreſi qui vocatus ſubterfugit, aut abeſt, & excommunicationem per integrum annum negligit, velut hæreticus eſt condemnandus.*

3 *Annus quo quis contumacitèr abeſt, quomodo computandus.*

4 *Contumax, niſi poſt integrum annum à die excommunicationis computãdum, tanquam hæreticus damnandus non eſt.*

5 *Contumax ſuſpectus de hæreſi, an ſit citandus in perſonam.*

6 *Contumax, ſi latitet, ſatis eſt ſi per edicta ſolemnitèr vocetur, ut multorum ſententia eſt.*

7 *Contumax in reſpondendo, & articulos Fidei confiteri nolens, in quibus ſuſpectus eſt, ut convictus damnari poterit.*

8 *Confeſſio Fidei neceſſaria eſt loco, & tempore.*

9 *Reus torqueri poteſt, ut reſpondeat.*

10 *Contumax quocumque tempore compareat, audiendus eſt.*

De Contumacibus.

ad Rom. 13. 1 CUM ſecundum Apoſtoli doctrinam, Principibus, & Judicibus obtemperandũ ſit; hi, qui ſecùs faciunt, & contumacitèr eis, vel reſiſtunt, vel contradicunt, vel non obediunt juſta præcipientibus, jure, meritoque mulctis, & pœnis, & prò modo contumaciæ puniri ſolent; quod in cauſis Civilibus, & Criminalibus in foro Eccleſiaſtico, & ſeculari ſemper, & ubique ſervatur *ad Roma.* 13. *&* 1. *Pet.* 2. *l.* 1. *ſi quis jus dicen. non obtempe. c.* 1. *cum ſeq. de dolo, & contuma. Julius Paulus lib.* 5. *ſent. tit.* 5.

2 Quam ob cauſam ſuſpectus de hæreſi, qui vocatus ab Inquiſitoribus, ut de Fide reſpondeat, ſubterfugit, aut contumacitèr abeſt, & propter hoc excommunicatus, animo contumaci per annum in excommunicatione perſiſtit, ex tunc velut hæreticus eſt condemnandus; quia ſatis videtur innocentiæ ſuæ diffidere, qui judicium refugit. *cap. cum contumacia de hæreti. lib.* 6. & illic interpretes *c. Chriſtianis* 11. *quæſt.* 1. *c. decernimus* 3. *quæſt.* 9. *cap. nullus de præſumpt.*

Diffidet Innocentiæ, qui Iudicium refugit.

3 Ille autem annus computandus eſt, non utilis (quod ajunt) aut intermiſſus, ſed continuis, perpetuiſq; diebus; id enim generalitèr ſic eſt accipiendum, niſi fortè aliud expreſſim conſtitutum fuerit. *l. non ſolùm.* §. *annus de excuſa. tuto. glo. in rubrica de variis, & extra. ordi. præſcript. Lapſus Joa. And. Domi. & Francus in c. cum contumacia de hæreti. lib.* 6.

4 Contumax igitur damnari non debet tanquam hæreticus, niſi poſt integrum annum, ab eo die, quo fuit propter contumaciam excommunicatus. Undè ſi intra illum annum fuerit mortuus, integri ſtatus decedit; nèc bona ejus ob eam cauſam confiſcabuntur, nèc alias hæreticorum pœnas patietur; quia conſtitutio Alexandri IV. qua hæreticorum pœna adversùs contumaces decreta eſt, exindè illos tanquam hæreticos damnat, ex quo per annum animo contumaci ſuſtinent excommunicationem. *prædicto. cap. cum contumacia*, & illic *Archid. Joa. Andre. Domi. & Philip. Alberti in rubri. de hære. lib.* 6. *qu.* 13. *nu.* 39. quod ex dictione *ex tunc* apertè colligitur. *l.* 4. §. 1. *de condi. & demonſtra. l. pen. de teſtamen. tutela.*

Alexandri IV. decret.

5 Sed illud probabilem dubitationem habet, an is contumax, de quo ſupra tractavimus, citandus ſit in perſonam, vel ſatis ſit, eum in domum, aut per edicta citari. Multi putant omnimodo neceſſariam eſſe citationem in faciem, ut quiſpiam excommunicari queat: ergò multò magis, ut condemnetur tanquam hæreticus. Quæ ſententia veriſſima eſt, planeq; locum habet, cum Reus inveniri poteſt. *Inno. Colecta. & Abbas in cap. ulti. de eo qui mitti. in poſſe. Vincen. in cap. ad reprimendum de offic. ordi. Bal. in l. in actionibus de in litem juran. Faber in* §. *ulti. inſtit. de pœna temere litigan. deciſiones Rotæ in novis.* 271. *&* 367. *Paul. in l.* 4. §. *prætor ait de dam. infe. Roma. conſi.* 482. *Feli. in c. cum ſit Romana de appellati.*

Reus, dum conveniri poteſt citandus.

6 Quid autem ſi ſuſpectus latitat? reſpondeo, tunc ſecundum plurimorum ſententiam, ſatis eſſe, ſi ſolemnitèr per edicta vocetur; meo tamen judicio durum admodum, ne dicam iniquum, atque crudele foret, propter ſolam ſuſpicionem procedere ad illam tam ſeveram ſententiam contra non citatum, qui quidem, ut Angelus ait, fictè contumax eſt. Tutiùs igitur, & æquiùs erit, ut ſuſpectus in faciem citetur, niſi fortè probatione plena conſtaret contumacem hæreticum eſſe; tunc enim ter citatus damnari poterit, ut Nicephorus in Eccleſiaſt. Hiſt. bis factum fuiſſe memorat. *c.* 1. *qui matri. accuſa. poſ. c. quoniam.* §. 1. *ut lit. non conteſta. c. per latum qui filii ſint legiti. C. de illicita* 24. *qu.* 3. *Bar. Alex.* & cæteri *in l.* 4. §. *prætor ait de dam. infe. Nicephorus lib.* 15. *cap.* 4. *& lib.* 17. *cap.* 9.

Non citatus fictè tantùm contumax eſt.

Nicephori Teſtimoniũ.

7 Ille verò, qui contumax eſt in reſpondendo, & interrogatus de fide ab Inquiſitoribus confiteri non vult articulos Fidei,

in

in quibus ſuſpectus eſt, meritò damnari poterit, ut pertinax, & convictus.

8 Nihil autem intereſt, neget quis, an taceat interrogatus, an obſcurè reſpondeat, vel non reſpondeat ad interrogata. Et ità ſua tempeſtate factum fuiſſe cum quodam Schiſmatico Bonifacius de Vitalinis teſtis locuples eſt; Simile quippiam actum fuit cum Photio in octava Synodo Generali, cui ter interrogato, ſi ſuſciperet ſtatuta Sanctorum Patrum, & non reſpondenti verbum, præſidentes Synodo dixerunt: *Per ſilentium non effugies manifeſtiorem damnationem.* Et ut in phor. Terentius inquit.

Photius Silens in 8. Synodo damnatus.

Act. 1. Scen. 5.

An quiſquam Judex eſt, qui poſſit nocere
Tua juſta, ubi tutè verbum non reſpondeas?

Eſt quippè Confeſſio Fidei neceſſaria loco, & tempore, ut alibi dicam. *Bonifa. in clem. 1. de uſuris nu. 96. Synodo 8. act. 5. l. de ætate. §. qui tacuit. §. quod autem. §. nihil intereſt de interrogationibus.*

9 Poteſt quoque torqueri Reus ut reſpondeat, ſicuti Baldus, Jaſon, aliique tradunt. *Bal. in l. accuſationem. C. qui accuſa. non poſſunt. Jaſ. in l. qui aliena. §. Celſus. ff. de acquir. hæredi, Capicius deciſ. 145.*

10 Sed tamen quocumq; tempore contumax comparverit, audiendus eſt, quemadmodum in tractatu de abſentibus pleniùs diſſervimus. Poterit autem probare ſe non fuiſſe contumacem, ſi fortè fuit ità impeditus, ut intrà annum comparere nequiverit. Soletque qualiſcunq; cauſa excuſare à dolo, quam facilè in hoc judicio admittendam cenſeo, ne innocens in dicta cauſa propter contumaciam fictam, & præſumptionem incertam de tàm gravi crimine condemnetur. *l. 2. cum ſeq. ſi quis cautio. l. contumacia. ff. de re judi. Jo. Andr. Domi., & Francus. in c. cum contumacia. Brunus lib. 4. de hæret. c. 11. Petrus Rebuffus tracta. de contumacia.*

ANNOTATIONES.

1 Cum ſecundum Apoſt. doctrinam &c.
Collige ex hujus Doctrina Capitis, quòd Contumax dicitur ille, qui Principis, aut Iudicis mandato non obtemperat, vel ſe abſentat à Iudicio. De Contumacibus, & contumacia in cauſa fidei vide Doctores copiosè agentes *in cap. cum contumacia de Hæret. lib. 6.* præſertim *Zanchinum tract. de Hæret. cap. 9.* Vide paritèr quæ ſupra notavi *tit. 3. de Abſentibus.*

2 Quam ob cauſam &c.
Benè ait hic Simanch. *aut contumaciter abeſt, & propter hoc excommunicatur &c.* nàm dato quòd aliquis Contumax eſſet, niſi tamen excommunicaretur, & per annum in excommunicatione perſeveraret, nunquam cenſendus eſſet convictus, & ut hæreticus condemnandus. *Gloſ. in 6. cum contumacia de hæret. in 6.* & nota poſſe quoque dari caſum quòd quiſpiam Contumax perſeveret in excommunicatione per annum, & tamen non ſit judicandus convictus; quod contingit cum in eo non præſumitur pertinacia, v. g. vel quia intra idem tempus inquiſivit de Iudice, vel inſtetit pro abſolutione, vel obtulit ſatisfactionem, & his ſimilia; Pertinacia enim non præſumitur niſi de illa conſtet. *Clem. 1. §. porrò de ſum. Trin. Fid. Cathol. & Clem. ex gravi. §. ſanè de uſuris. Io. Andr. & Gemin. in eodem c. cum contumacia de hæret. lib. 6.*

4 Contumax igitur &c.
Nota doctrinam hanc locum habere in eo contumaci, contra quem proceditur tanquam ſolùm ſuſpectum de hæreſi; nàm ſi de eo loquamur, qui, vel propria Confeſſione, vel facti evidentia, vel per legitimos teſtes convictus eſt; Is ſi citatus in termino non compareat, damnatur anno non expectato, nec excommunicatione præcedente. Vide *Locat. poſt Iudic. Inquiſit. quæſt. 2. per totam. Zanchin. in tract. de hæret. cap. 9. nu. 1. & 2.*

5 Sed illud probabile dubitationem &c.
Vide quæ ſupra notavi *tit. 3. de Abſentibus nu. 10.*

6 Quid autem ſi ſuſpectus latitet?
Suſpectum latitantem verbaliter eſſe citandum per literas, in quibus cauſa exprimi debet, docet *Pegna in comment. ad Eymeric. 3. p. Direct. comment. 33. num. 131. verſ. ſit tamen;* ubi etiam citationis formam extendit.

7 Ille verò qui &c.
Qui interrogatus de Fide, nec negat, nec aſſerit, licet non ex Verbis; tamen ex mente Hæreticus Iudicandus eſt. *c. Hæreticus, & Deus audit in corde 17. q. 1. cap. fin. §. ſi ergo, & cor interrogat. 14. q. 5. ſi quid. & 15. qu. 6. cap. 1. Io. And. in Gloſ. ſuper tit. de Sum. Trin. & Fid. Cathol. §. Aſſerere.*

9 Poteſt quoque &c.
Nulli dubium eſt Reum in Sacro Tribunali, quoties Inquiſitori legitimè interroganti renuit reſpondere, & hoc facit fraudolentèr, malitiosè, & dolosè, poſſe, immò debere ad reſpondendum per torturam compelli, iuxta tamen indiciorum qualitatem. Vide *Pegnam in Annotationibus ad Lucernam Inquiſitorum Verbo Taciturnitas. verſ. quod ſi contingeret.*

10 Sed tamen &c.
Vide quæ ſupra notavi *tit. 3. de Abſentibus, num. 10. & 21.*

De Credentibus, Defenſoribus, Fautoribus, & Receptatoribus. Titulus XV.

SUMMARIUM.

1 *Credentes qui dicantur, & ipſorum ſpecies quot ſint.*
2 *Credentium ſecunda ſpecies.*
3 *Credentium tertia ſpecies.*
4 *Credentium quarta ſpecies.*
5 *Credere Hæreticis qui cenſeantur.*
6 *Hæreticis qui credunt, nulli tamen errori ſcienter adhærent, quo in numero habendi ſint.*
7 *Diſcipuli credentes Magiſtris hæreticis an ſint puniendi.*
8 *Defendentes hæreticorum errores ſcienter, pertinaces ſunt.*
9 *Defendentes hæreticos ignorantes illos eſſe impios, & qui eos ſcienter, non eorum errores defendunt, quibus pœnis afficiendi ſint.*
10 *Defendentes hæreticos, ſi quoquo modo negotium Sanctæ Inquiſitionis impediant, quo pacto puniendi ſint.*
11 *Fautores hæreticorum in eadem eſſe cauſa cenſendi ſunt cum eorum defenſoribus.*
12 *Advocatus, qui ſcienter defendit hæreticos, & tabellio, qui facit illis inſtrumenta, infamia notandi ſunt.*
13 *Fautores hæreticorum quo pacto Magiſtratus, & quo modo privati homines cenſeantur.*
14 *Receptatores hæreticorum eiſdem pœnis coercentur, quibus defenſores, & fautores.*
15 *Receptatores hæreticorum tanquam hæreticos puniendos eſſe Baldus, & multi putant.*
16 *Receptatores quo pacto puniendos eſſe ſentiat Plato lib. 12. de legibus.*
17 *Hæreticos, qui coactus per vim, aut illos neſciens receptat, non cenſetur hæreticis favere.*
18 *Receptator utrum teneatur probare ignorantiam, an accuſator ejus ſcientiam.*
19 *Receptator, qui jure jurando affirmaverit ſe, quem receptavit, hæreticum eſſe ignoraſſe, abſolvi debet; niſi ſcientia probetur.*
20 *Receptans ſcienter hæreticum conſanguineum, non excuſatur omninò à pœna receptatoris.*
21 *Receptator filius Patris hæretici, aut uxor Viri, aut frater fratris, vel leviſſimè, vel puniendi non ſunt.*

De Credentibus, Defenſoribus, Fautoribus, & Receptatoribus.

1 Quidam ſunt hæreticorum Diſcipuli, qui eis favent, eos ſequuntur, defendunt, & receptant, de quibus, quia Catholicis nocent, & valdè ſuſpecti ſunt, brevitate ſolita hoc loco paucula perſtringemus. Primi eorum ſunt, quos credentes nominare ſolemus; quorum non una tantùm ſpecies eſt. Quidam enim explicitè credunt hæreticis, ſcientes eos deviare à Fide Catholica; qui quidem non tàm credētes hæreticis, quàm hæretici dicendi ſunt; hi namq; pertinaces hæretici verè dicuntur, qui damnatis hæreſibus ſcienter adhærent; quia non ſunt parati ad ſuſcipiendam correctionem Eccleſiæ, cujus doctrinam eo ipſo contemnunt. Digni autem ſunt hæreticorum pœnis, non ſolùm, qui docent hæreſes, ſed etiam hi, qui conſentiunt docentibus. *Ad Rom. 1. & c. pœn. de hæreti. Torquemada 2. parte Summa de Eccleſia cap. 21. Brunus lib. 1. de hæreti. cap. 4.*

2 Alii ſunt hæreticis credentes, qui adhęrent quibuſdam erroribus contrariis alicui Catholicæ veritati, quam explicitè credere non tenentur; ſed tantùm implicitè: & hi non ſunt hæretici reputandi, quia igno-

Ignorantes ab hæreſi Auguſtinus excuſat. ignorantes decipiuntur imagine quadam veritatis. De qua re loquens Auguſtinus in Exordio libri de utilitate credendi, ait: *Credens hæreticis eſt homo imaginatione quadam veritatis, ac pietatis illuſus*. Si verò iſti crediderint hæreticis contra Catholicas veritates, quas ſciunt, vel explicitè ſcire tenentur; hi proculdubiò hæretici ſunt cenſendi, & pœnis hæreticorum coercendi. Etenim, ut Cicero inquit, libro de *Ciceronis ſententia.* amicitia, *Improbis pœna ſtatuenda eſt; nec minor verò iis, qui ſecuti ſunt alterum prò iis, qui ipſi fuerint impietatis duces*.

3 Sunt, & alii; qui quamvis nullam hæreſim in ſpecie credant, de hæreticis tamen bonam habent opinionem, credentes illos eſſe viros bonos, & rectè de Fide ſentire, quamobrem generali quadam credulitate pertinaciam habuerint, & admoniti illos hæreticos eſſe, nihilominùs in ſua opinione perſiſtunt. Nàm, ut ſat eſt generalitèr, & universè credere, atque fateri Catholicam Fidem, ut quiſpiam habeatur Catholicus; ſic è contrario ſat eſt, generalitèr credere, vera eſſe, quæ manifeſtus hæ- *Hæreticus eſt, qui credit generalitèr eſſe vera, quæ manifeſtus hæreticus docet.* reticus credit, & docet, ut is malè credulus cenſeatur hæreticus; aliòquin *credulitas*, ut ait Cicero *error eſt magis quàm culpa, & quidem in optimi cujuſque mentem facillimè irrepit*. *Paludanus in lib. 4. ſent. diſtin. 13. quæſt. 3. Alfon. lib. 1. de juſta hæreti. punit. cap. 17.* *Ciceronis ſententia.*

4 Alii credunt hæreticis, quos viros bonos, & Catholicos eſſe putant, nec ullum errorem eorum explicitè credunt, nèc pertinaciam habent; & hi nèc hæretici ſunt, nèc pœnam merentur. Nam ut ſcribit Pro- *S. Proſperi dictum.* ſper in Epiſt. ad Auguſt. de reliquiis Pelagianæ hæreſeos. *Simpliciores quique, apud quos magna eſt de probitatis contemplatione reverentia, hoc tutiſſimum ſibi æſtimant, quòd audiunt eos, quorum auctoritatem ſinè judicio ſequuntur aſſerere*. Et ut quidam rectè inquit; Magnæ cujuſdam auctoritatis, doctrinæque magiſtrum ſequi, quamdiù, & vitæ merito commendatur; nèc aperta Eccleſiæ cenſura perſtrictus eſt, utiq; probabilem excuſationem recipit, & venia, miſericordiaque dignum eſt. Cùm verò jàm detracta illi perſona eſt, ſub qua fefellerat, incautoſq; deceperat, cum jàm palam eſt lupum eſſe, qui ſe Ovem, aut Paſtorem ſimulaverat; qui ad illum jàm palam rabientem; ferocitatemq; ultrò occurrunt, neceſſe eſt, aut cæcos eſſe, aut Lymphaticos, nec venia digni ſunt, nèc miſericordia. Quam ſententiam Leo Magnus, & cæteri omnes docent. *c. dixit Apoſtolus 24. qu. 3. cap. 1. 29. qu. 1. Leo ſermone 4. de epiphania Domini. Vincen. Lirinen. lib. adverſùs hæreſes. Silveſt. in Summa, verbo hæreſis 1. q. 7. Pighius lib. 1. hierar. Eccl. cap. 5. Paluda, & Caſtrenſis locis prænotatis.*

5 Præſumuntur & illi hæreticis credere, qui cum eis converſantur, & nimiam familiaritatem habent; & hi, qui libros eorum frequentèr legunt; & ſermònes aſſiduè audiunt; & qui eos laudant, & venerantur; & qui alia faciunt, quæ ad eorum Religionem, & ritus pertinent. Nàm hujuſmodi factis, non ſecùs, atq; verbis animi affectum demonſtrant. Hæc tamen omnia ex circumſtantiis perſonarum, & rerum, locorum, & temporum æſtimanda ſunt. *Archid. in c. quicunque de hæreti. lib. 6. Torquemada 2. parte Summa de Eccleſia, lib. 4. cap. 21. Alphonſus lib. 1. de juſta hæreti. punit. cap. 17. Brunus lib. 1. de hæreti. cap. 4. Zanchi. cap. 3.*

6 Qui autem hæreticis credunt, ſed nulli errori ſciențèr adhærent, quamvìs aliquo modo cenſeantur hæretici, non tamen puniuntur pœnis hæreticorum; ſed hi ſunt, qui in excommunicationem incidunt, in qua ſi perſtiterint, & intrà annum ſatisfacere contempſerint, ex tunc ipſo jure ſunt infames, nèc teſtari poſſunt, nèc ex teſtamento capere, nèc in judicio quempiam convenire, nèc ſententiam ferre, nèc patrocinium præſtare, nèc inſtrumenta conficere, nèc alios actus legitimos facere; quòd ſi Clerici fuerint, ab omni officio, & beneficio deponuntur, nèc miniſtrantur eis Eccleſiaſtica Sacramenta, nèc ſepulturæ traduntur; nèc eorũ eleemoſynæ, aut oblationes recipiuntur, & qui communicant illis, excommunicantur; & tandem omnibus Privilegiis privantur, quemadmodum quibuſdam conſtitutionibus prolixiùs cavetur. Sed mea ſententia utilius erit, ut brevius adversùs iſtos procedatur, tanquã contra ſuſpectos; ut vel abjurent, vel ſe purgent, vel tormentis ſubiiciantur, vel, ſi opus fuerit, aut Eccleſiæ reconcilientur; aut in ignem mittantur. *cap. excommunicamus. §. credentes de hæreti. conſtitu. credentes. C. eodem tit. Brunus lib. 5. de hæretic. cap. 15.*

7 Præ-

7 Præthereà Diſcipuli credentes Magiſtris hæreticis, interdum excuſari poſſunt; ſæpè etiam puniendi ſunt illi; enim excuſationem habent, qui errant à Magiſtris decepti circa veritates illas, quas explicitè credere non tenentur; dum tamen parati ſint aſſentiri cognitæ veritati; ſed, qui ſequuntur Magiſtros adversùs illas veritates, quas explicitè credere tenentur, hi proculdubio nullam habent excuſationem aliòquin non peccaſſent illi, qui Ario, Sabellio, Luthero, cæteriſq; hæreſiarchis crediderunt; quo quid abſurdiùs dici, cogitarivè poteſt? Alia multa in eandem ſententiam Thomas, & cæteri Theologi tradunt. *Tho. quolib. 8. arti. 14. & quolib. 3. art. 10. Henri. Gandaven. quolib. 4. qu. 33. Torquemada 2. parte de Eccleſia lib. 4. cap. 17. Adria. in lib. 4. ſent. fol. 85. Conrad. de contractibus quæſt. ult.*

8 Defenſores hæreticorum, ſicuti credentes, varii ſunt; quidam enim ſcientèr defendunt errores hæreticorum, & hi hæretici pertinaces ſunt; de quibus Urbanus ait; *qui aliorum defendit errorem, multò damnabilior eſt illis, qui errant; quia non ſolùm errat, ſed etiam aliis offendicula erroris præparat, & confirmat; Undè quia Magiſter erroris eſt, non tantùm hæreticus, ſed etiam hæreſiarca dicendus eſt.* Et in primo Concilio Bracharenſi hoc decretum extat; *Qui hæreticorum figmenta ſequitur, vel defendit, anathema ſit.* Et ut inquit Iſidorus; *Qui conſentit peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum, & Homines, & corripietur increpatione ſeveriſſima*; & alius Sanctorum ait: *Si quis peccantem defendit, acrius quàm ille, qui peccavit coercebitur. c. qui aliorum 24. q. 3.* & in Decretis Concilii primi Bracharenſis *cap. 17. & c. qui conſentit 11. q. 3.*

2. in Gloſ. & Generalitèr quoslibet nu. 2. Hæreſiarca qui dicatur. Bracharenſis Concilij Canon.

S. Iſidori ſententia.

9 Alii defendunt hæreticos, ignorantes illos eſſe impios, & hi prò menſura culpæ coerceri debent, non tamen hæretici ſunt. Alii defendunt ſcientèr hæreticos ipſos, ſed non errores eorum, & hi patiuntur eaſdem pœnas, quas credentibus hæreticis impoſitas eſſe paulò antè commemoravi. Sed non omnes defendentes hæreticos in eadem culpa ſunt; quamobrem alii leviùs, durius alii puniri debent. Sunt enim qui defendunt verbis, alii factis; quidam in judicio, alii alicùbi; quidam cum armis, alii ſinè armis; quorum cauſa diverſa facit rem diſſimilem. *Alfon. lib. 1. de juſta hæreti. punit. cap. 17. Zanchi. c. 4.*

10 Sed qui defendentes hæreticos impediunt quoquo modo negotium Sanctæ Inquiſitionis, puniendi ſunt Judicum arbitrio juxtà quantitatem culpæ. Et quamvìs exempti ſint, aut aliòquin Privilegiis muniti, poſſunt nihilominùs ab Inquiſitoribus excommunicari, & per brachium ſeculare coerceri. Statuta quoq; hæreticos defendentia, vel hoc negotium impedientia, iniqua ſunt, & nullius momenti, & per cenſuram Eccleſiaſticam revocanda. *c. accuſatus. §. ulti. de hæreti. lib. 6. c. ut officium. §. ulti. c. Statutum 1. eo. tit. Torquemada 2. parte de Eccleſia lib. 4. c. 21.*

11 Fautores hæreticorum eodem jure cenſentur cum defenſoribus, & per omnia eis exæquantur. Proindè quidquid adversùs defenſores diximus, id omne de fautoribus quoque dicendum eſt. Is enim verè defendit hæreticos, qui eis favet, nèc ullus favet illis, qui non eos hoc ipſo defendat. Sunt autem Fautores, qui quolibet modo favent hæreticis, verbis, aut factis, vel eos excuſando, vel occultando, vel alimentis, aut pecunia juvando, vel aliis injuſtis defenſionibus eis favendo. Cuilibet autem eorum dici poterit hoc quod lib. 2. paralip. legitur. *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia jungeris; idcircò iram Domini mereris. Joan. Torquemada prædicto cap. 21. lib. 2. paralip. cap. 19. Zanchi. cap. 5.* *Cap. 19.*

12 Advocatus autem, qui ſcientèr defendit hæreticos, & tabellio, qui facit illis inſtrumenta, hoc ipſo notantur infamia. Et lege Regia conſtitutum eſt, ut is, qui in ſua juriſdictione defendit hæreticos, & monitus, atque excommunicatus intrà annum non ſatisfacit Eccleſiæ, exindè fit infamis, & omni officio, ac dignitate privatus, boniſque publicatis exulet. Quod ipſum quàdam conſtitutione Regni Siciliæ ferè cautum eſt. *c. ſi adverſus de hæreti. Regia l. ulti. tit. 26. parte 7. in conſtitu. Siciliæ rubrica 2.*

13 Alitèr cenſentur fautores hi, qui Magiſtratus gerunt; alitèr homines privati. Nàm ex omiſſione ſola Magiſtratus cenſentur fautores, quando hæreticos non comprehendunt, nèc puniunt; non enim caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare; & qui cri-

mina,

Act. 2. Scen. 2.

mina, quæ poterit emendare, non corrigit, ipſe committit. Undè Seneca in Troade. *Qui non vetat peccare, cum poſſit, jubet:*

Theodoſij Conſtitutio.

Quamobrem Theodoſius Imperator conſtituit, ut nulli judicum liceat delatum ad ſe impietatis crimen, minori, aut nulli coercioni mandare, niſi ipſe id pati velit, quod aliis diſſimulando concellerit. Privati verò non cenſentur fautores, ommittendo ea, quæ ad eorum officium non pertinent; niſi fortè à Magiſtratibus aliquid eis fuerit mandatum adversùs hæreticos, & ſinè cauſa id facere noluerint. Sed fautores privati etiam homines dicentur, qui ex officio tenentur hæreticos indicare, vel comprehendere. Et cum id facere poſſint, diſſimulant. *c. qui poteſt 23. qu. 3. cap. qui vitiis 23. q. 8. cap. ità corporis 11. qu. 3. c. negligere. 2. qu. 7. c. error. 83. diſt. c. facientis 86. diſt. Godofre. in l. 8. quicunque in fi. C. de hæreti. Joan. Torquemada ſupradicto cap. 21. Brunus, lib. 1. de hæreti. cap. 4. l. 56. in fine de his, qui ſuper Religione contendunt. C. Theod.*

14 Receptatores hæreticorum jure Pontificio eiſdem pœnis coercentur, quibus defenſores, & fautores; nèc enim aliud facit, qui receptat, quam defendere, atq; favere. Honorii autem, & Theodoſii lex ait: *Quiſquis hæreticos fugientes præpoſitam ultionem occultandi cauſa ſuſceperit, ſciat, & patrimonium ſuum fiſci noſtri compendiis aggregandum, & ſe pœnam, quæ his propoſita eſt, ſubiturum*; quod idem aliis quoque legibus civilibus ferè conſtitutum eſt; Jure autem regio alitèr puniuntur; nàm qui receptat ſcientèr hæreticum, patitur publicationem domus, in qua illum receptavit, & fiſco Eccleſiæ defertur; niſi fortè domus illa fuerit alteriùs; tunc enim decem libris auri mulctatur; quas, niſi protinus ſolvat, luit pœnam fuſtibus cœſus; quemadmodum legibus ſeptipartitis pleniùs continetur. Qui verò receptat hæreticos damnatos fugitivos, vel eos non indicat judicibus, morte punitur, bonis etiã publicatis; quorum pars tertia judici, altera tribuitur accuſatori, tertia fiſco Regio. *c. excommunicamus 1. §. credentes. de hæreti. l. 44. de his, qui ſuper Religione contendunt. C. Theod. l. 1. C. de his qui latro. occulta. l. 1. & 2. ff. de receptato. Regia. l. 5. tit. 26. parte 7. lex pragmatica. 7.*

Honorij, & Theodoſij lex.

15 Aliis quoq; pœnis receptatores puniuntur jure Civili, & aliis item Siciliæ Conſtitutionibus. Baldus autem, & multi putant, receptatorem hæreticorum puniendum eſſe, tanquàm hæreticum; quia, ut ajunt, crimen alienum facit ſuum. Sed mea ſententia puniri debet arbitrio judicis pœna extraordinaria juxta qualitatem culpæ, legum tamen diſciplina ſervata; quia vix eadem cauſa eſſe poteſt diverſorum receptatorum; cauſa autem, ut ille ait, facit rem diſſimilem. *l. 1. de receptato. l. pen. cap. ad leg. Juli. de vi publi. rubr. 2. Conſtit. Siciliæ*, & illic *Matthæ. Bal. in l. 1. C. de his qui latro. occulta.*

16 Sed prætereundus non eſt Plato ille Divinus, qui libro duodecimo de legibus hujuſmodi leges de receptatoribus tulit; *Si quis rem furtò ſublatam ſciens receperit, in eadem culpa ſit, qua ille, qui furatus eſt; Qui exulem, ſeu quamvis hujuſcemodi fugientem ſuſceperit, moriatur. Quippè quem civitas amicum ſibi, vel hoſtem decreverit, eundem ſibi quiſq; ſimilitèr exiſtimare debet.* Et Julius Paulus lib. 5. receptarum ſententia: tit. 3. inquit: *Receptatores latronum eadem pœna afficiuntur, qua ipſi latrones: ſublatis enim ſuſceptoribus graſſantium cupido compeſcit.*

17 Ille autem, qui receptat hæreticum ignorans illum hæreticum eſſe, non incidit in ſupraſcriptas pœnas, quia non favet hæreticis, nèc peccat in Eccleſiam Catholicam; quod, & in aliis quibuſcumque receptatoribus jure receptum eſt; ignorantia enim excuſat illos, quemadmodum, & illi excuſationem habent juſtam; qui per vim coacti ſunt hæreticos, aut alios facinoroſos recipere. *l. 1. C. de deſerto, & occultato lib. 12.* & illic interpretes. *l. 3. ff. de incen. Ruina, naufra. Platea in l. omnes prò fugi. de agrico. & conſi. lib. 11. Bar. in leg. prima. §. ultimo de receptatorib. Signorolus conſi. 125. Aretinus conſ. 122. Bartolomæus Socinus conſil. 262. lib. ſecundo.*

18 Quæri autem ſolet, utrùm receptator teneatur probare ignorantiam, an accuſator ejus ſcientiam. Alphonſus noſter putat, receptatori hoc onus incumbere, ut ſe innocentem, & à culpa immunem oſtendat. Quod ego tunc demum recipiendum cenſeo, cum veriſſimilitèr præſumi poſſit, receptatorem ſciviſſe hæreſim ejus, quem occultavit; puta quia publicè notum erat, quòd ille hæreticus erat, vel quia erant amici, vicini, conſanguinei, vel quippiam

ſimi-

ſimile. *Alſon. lib. 1. de juſta hæreti. punit. cap. 17. ſed, & ſi pupillus. §. de quo palam. de inſtito. c. cum oporteat. de accuſat. l. ſi vicinis. C. de nup. l. octavi. Unde cogniti. l. de tutela. C. de inte. reſti. mino. Alex. in l. Titius. §. Lucius de libe. & poſthu. Feli. in c. literis de præſumpt. Decius conſ. 445. Ripa, & Alciat. in leg. prima, ſi cert. peta. Godofred in l. quarta propè finem. C. de hæreticis.*

19 Aliòquin enim regula notiſſima juris eſt, quòd in facto alieno præſumitur ignorantia, & onus probandi contrarium incumbit alleganti ſcientiam; quod & in receptatore locum habere ajunt Accurſius, Bartolus, & alii. Nèc obſtat præſumptio illa, quæ oriri videtur contra receptatorem, eo ipſo quòd aliquem occultavit; nàm qui malè agit, odit lucem, & ſe abſcondere ſolet; quia nemo tàm perditus eſt, qui planè fateatur, quod ſeipſum occultat, quia hæreticus eſt; immò fingere ſolent omnes, quòd metu creditorum latitant, vel ſaltem ob leve aliquod crimen. Quam ob cauſam tutius eſt, ne dolum, & crimen de receptatore præſumamus, ſed miſericordes ſimus, & omnia in partem benigniorem interpretemur; & niſi ſcientia probetur, aut vehementèr præſumatur; nos eum receptatorem abſolvamus, qui jure jurando confirmaverit ſe illud ignoraſſe. *l. veriùs de probat. Roma conſ. 403. Decius in c. à nobis de except. glo. & Bar. in l. 1. §. ulti. de recepta. Platea in c. 1. de deſerto. & occulta. lib. 12. Roma conſ. 473. deciſio Rotæ 415. Carr. de Hæreti. nu. 170.*

20 Demum qui receptat ſcientèr conſanguineum hæreticum, non excuſatur omninò à poena receptatoris. *glo. in c. excommunicamus. §. credentes de hæreti. c. legi. 23. quæſt. 8. c. ſi infidelis. 28. quæſt. 1. Gonſa. de hæreti. qu. 9.* & idem *Ludo. Carr. nu. 168.*

21 Mea tamen ſententia, ſi filius receptaverit Patrem hæreticum, aut Uxor virum, aut Frater fratrem, vel puniendi non ſunt, vel certè poena leviſſima coercendi ſunt. Nàm, & ſi iſti hæretici ſint, nihilominùs tamen jure naturæ conjunctiſſimi ſunt; nèc poteſt quiſpiam eos deſerere, niſi prorsùs humanitatem exuerit; plurimum autem tribuendum eſt affectioni naturali; nèc aliquid humanum à nobis alienum eſſe debet. Sit quantumvis hæreticus Pater, Maritus, Frater; nihilominùs Pater eſt, Maritus eſt, Frater eſt. Nèc enim jura naturalia deleri poſſunt hæreſibus; quinimmò hi, qui conſanguineos hæreticos receptant, non ſunt ſeverè admodum puniendi; nèc enim par eſt eorum delictum, & illorum, qui nihil ad ſe pertinentes recipiunt. Credendi quidem ſunt iſti receptare conſanguineos, tanquàm conſanguineos, non autem tanquàm hæreticos; nàm ut ait Cicero in Lelio; *Cum propinquis amicitiam natura ipſa peperit; cauſa verò naturalis potentior, & honeſtior eſt; quamobrem illa ſemper conſideranda, & præferenda eſt. l. ulti. de receptato.* & illic interpretes *l. qui cum uno. §. ulti. ff. de re milita. l. 3. de tutelis. c. requiſiſti. de teſtamen. Ripa in l. ex facto de vulga. & pupi. Feli. in c. cum quidem de jure jurã. Hippolyt. in l. Divus de parricid. & conſi. 119. Aymo Gravetta conſ. 309. Tiraquel. de pœnis, cauſa. 20. & 21. Albericus, Igneus, & qui eos retulit, Gigas lib. ult. de crimine Læſæ Majeſtatis quæſt. 5.*

ANNOTATIONES.

1 Quidam autem ſunt Hæreticorum &c. Quot modis quis dici poſſit Hæreticis Credens, vide *Carenam de Off. SS. Inquiſit. par. 2. tit. 4. de Fautorib. Hæretic. §. 9. de Credent. Hæretic. num. 76. & ſequen.* ibi enim materiam hanc ſatis abundè pertractat, *& Eymeric. 2. p. Direct. quæſt. 70. num. 1.* vbi *Pegna comment. 75.*

4 Alii credunt hæreticis &c. Nota hic quod docet *Leonard. Duard. in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 1. quæſt. 26. nu. 8.* nempè Aſſerentem tantùm hæreticos eſſe Viros bonos, ex tali aſſertione dici non poſſe Hæreticorum credentem, ſed fautorem; cujus ſententiam probare quoq; videntur *Suarez de Cenſur. diſp. 21. ſect. 2. nu. 6. & ſequen. Sanchez in Summ. lib. 2. cap. 10. nu. 3.*

5 Præſumitur, & ille Hæreticis &c. Oritur præſumptio hæc ex opere. Sed nota quòd benè hic Simanc. poſuit illa verba *frequentèr, & aſſiduè*; nàm neque vnicus nec binus actus ſufficit ad hanc præſumptionem formandam; quare ſi quis ſemel, vel iteratò Hæreticorum conciones audiret, aut laudaret Hæreticum, non poſſet ob id dici Credens Hæreticorum, quamvis non immunis ab hæreſis ſuſpicione. Vide *cap. 29. Concilii Narbonen.* quod per extenſum defert *Pegna in comment. Eymeric. 3. par. Direct. comment. 75. lit. D. verſ. ſanè inter culpas. Farinac. de Hæreſ. quæſt. 182. §. 8. nu. 115. Decian. tract. Crim. lib. 5. cap. 18. verſ. 16. & Souſam ad Bull. Cœnæ diſp. 8. nu. 10.*

6 Qui autem hæreticis credunt &c. Hi cenſentur Hæretici materialitèr tantùm, ſed non formalitèr; idcircò pœnis hæreticorum non puniri docet hic Simanca. Excommunicationem contra hos latam, vide in primo Canone Bullæ Cœnæ

vbi

vbi ad majorem declarationem ſunt expreſſi, ut ſcribit *Pueronus in Bullam Cœnæ cap.1. nu.116.* Pœnas pariter illis infligendas, ſi per annum in excommunicatione ſordeſcant, lege apud *Paul.Ghirland. in tract. de Hæretic. quæſt.9. num. 1.* quarum præcipua eſt, quòd vocari poſſunt ab Inquiſitore, & non comparentes, ut hæretici condemnari; quo in caſu omnes hæreticorum pœnas meo quidem calculo dicerentur ſubire. Vide *Tex. in cap. cum contumacia de Hæretic. in 6.* & quæ *Farin.* tradit *de Hæreſ. quæſt.182. §.8. num. 107.* nam de his, quas hic recenſet Simanca clarè loquuntur *tex. in authen. credentes. C.de Hæretic. & c. excommunicamus. §. credentes extra eodem*, ubi hoc idem notant *Anchæran. num.1. & num.3.*

7 Præterea diſcipuli &c.

Notandum hic quòd credulitas habita Magiſtris hæreticis à ſimplicibus, & idiotis, qualis eſſet, v.g. quam præſtaret Epiſcopo, vel Prædicatori famoſo Ruſticus, præſertim in iis, quæ nemo teneatur credere explicitè, nedum poteſt culpa vacare, ſed licèt erronea, poteſt eſſe quoque meritoria, donec illi tales verſantur in ſua ſimplicitate, nec de errore monentur parati ſemper corrigi. Vide *Sylveſtrin. in verbo Hæret. §.1. nu.1. Summam Roſellam: Verbo Hæreticus in principio. Angelicam verbo Fides num. 6. Repert. Inquiſit. Verbo Fides, & Verbo Hæreticus. Verſ. undè non eſt, & D. Auguſtin. in Exordio libri de utilitate credendi ſupra relatum num. 2.*

8 Defenſores hæreticorum, &c.

De materia defenſorum hæreticorum vide pertractantes *Zanchinum tract. de hæretic. cap. 4. Eymeric. 2.p. direct. quæſt. 52.* vbi *Pegna comment. 77. Farinac. de hæreſ. 182. §.4. nu. 56. & ſequen. & Auctorem Lucernæ. Verbo defenſor.* Qui autem Hæreticorum defenſores dicantur, lege excerpta ex Tarraconen. Concilio regiſtrata per *Pegnam 2. part. direct. fol. mihi 220. in princip. §. in primis, & Vgolin. in tract. de Cenſur. Pontific. reſeruat. part. 2. in Gloſ. & generalitèr quoslibet nu. 1.*

9 Alii defendunt hæreticos &c.

Ex hujus capitis doctrina collige, ex Hæreticorum defenſoribus eſſe verè Hæreticos illos duntaxat, qui eorum errores defendunt; qui enim non errores, ſed perſonas tuentur, verè Hæretici dici nequeunt, quamvìs ſuſpecti de Hæreſi modo de levi, modo de vehementi iuxtà defenſionis qualitatem, & de his Iura de Hæreticorum defenſoribus loquuntur. *Eymeric. in direct. part. 2. quæſt. 52. num. 1.* vbi *Pegna in comment. 77. ſub lit. A, & B. Sanctarell. de Hæreſ. cap. 11. dub. 1. concluſ. 1. & ſequen. & Farinac. de Hæreſi quæſt. 182. nu. 58. & ſequen.*

10 Sed qui defendunt Hæreticos &c.

De pœnis, quibus præter abjurationem, quæ omnibus ſuſpectis de Hæreſi communis eſt, plectuntur Hæreticorum defenſores, vide *Federici Conſtitutionem in l. Patarenorum* relatam *per Pegnam inter literas Apoſtolicas poſt Directorium fol. mihi 15.* quæ fuit ab Innocentio IV. & multis aliis Summis Pontificibus approbata, & noviſſimè Bullam B. Pii V. quæ incipit *ſi de protegendis.*

11 Fautores Hæreticorum &c.

De Fautoribus Hæreticorum, vide *Gloſſ. in Clement. 1. de pœnis, Verbo defenſauerit. Bernardin. Diaz in pract. Crimin. cano. c. 107. Zanchin. tract. de Hæretic. cap. 5.* & alios, quos ſupra citaui *nu. 8. paſſim.*

12 Advocatus autem &c.

Nota doctrinam hanc locum habere quoties tàm Advocatus, quàm Tabellio, ſeù Procurator patrocinantur Hæreticis ſinè Inquiſitoris licentia, & in caſibus, quibus ſibi non permittitur hæreticis patrocinari. *Caren. de SS. Offic. part. 2. §. 8. de Defenſ. & Advocat. Hæretic. nu. 75.* Nam de Inquiſitoris licentia, & in caſibus Iure permiſſis non dicuntur ſub his pœnis comprehendi. Quinam autem ſint caſus, in quibus permittatur Advocatis, & Procuratoribus Hæreticis patrocinari, vide enumeratos apud *Farin. de Hæreſi q. 197. §. 3. nu. 54. & ſequen.*

13 Aliter cenſentur fautores &c.

Collige ex hac Simancæ doctrina diſcrimen inter Magiſtratus, & privatos homines, quò ad Hæreticorum favorem, hoc eſſe, quòd Magiſtratus ex ſola ommiſſione fautores hæreticorum dicuntur, Privati autem homines nequaquam; niſi in caſu, quo eis à Magiſtratibus aliquid adverſus Hæreticos fuiſſet injunctum; tunc enim illud ommittendo, & ipſi eſſent Hæreticorum fautores. *Pegna in comment. ad Eymeric. 2. p. Direct. comment. 78. ſub lit. A. & B. vbi ſub lit. C. verſ. Alterum eſt* monet Inquiſitores privatos ne faciles ſint ad Magiſtratus puniendos, quoniam fortaſsè ob impotentiam propriam irritus poterit fieri eorum conatus, & è contra ob Magiſtratuum potentiam facilè tumultus in populos excitari; quare in his caſibus conſulit, ut majores Inquiſitores, aut Summus Pontifex conſulatur, hac de re vide quoque *Carenam de Offic. SS. Inquiſit. p. 2. tit. 4. §. 2. de faut. Hæretic. nu. 8.*

14 Receptatores Hæreticorum &c.

Super his pœnis, quæ hic à Simanca recenſentur, notanda eſt quædam pulcra doctrina, quæ eſt *Souſæ in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 1. cap. 23. nu. 20.* nempè quod adhoc ut pęna ordinaria, vel etiam corporali gravi Receptatores hęreticorum puniri poſſint, neceſſe eſt in Receptante probare ſcientiam veram quòd Receptatus ſit hæreticus, idque plenè, & concludenter, ſecùs in aliis pęnis iiſdem imponendis, ubi ſufficit ſcientia præſumpta. De materia autem utramq; probandi, vide *Maſtrill. deciſ. 216. num. 25. & ſequen.*

15 Aliis quoq; pœnis &c.

De pœnis Receptatorum Hæreticorum, vide *Sanctarell de Hæreſi cap. 12. num. 6. & ſequen. Eymeric. 2. p. Direct. quæſt. 53. num. 5. & Farinac. de Hæreſ. quæſt. 182. §. 9. num. 134.* qui ibidem alios quamplures allegat.

17 Ille autem &c.

De materia Receptantium hæreticos per ignorantiam, & metum, vide *Farinac. de Hæreſ. quæſt. 182. nu. 162. & 163. Giurb. conſ. crimin. deciſiu. 28. nu. 17. Scortiam in Select. Conſt. Pontif. Theorem. 410. verſ. excommunicatur tertio*, & præ cœteris *Marium Mutam ad cap. Regn. Siciliæ tom. 2. cap. 108. num. 86. & ſequen.* ubi de Receptante Bannitum per vim.

18 Quæri autem ſolet &c.

Quoties notoriè non conſtat Receptatum eſſe hæreticum, vel quoniam non fuit denunciatus, vel ſi fuit denunciatus, denunciatio facta non fuit in loco, ubi fuit receptus, Ignorantia præſumitur in Receptante, & tunc Fiſco ſcientiam alleganti onus incumbit illam probandi. Vide *Carenam de Offi. SS. Inquiſit. p. 2. tit. 4. de Faut. Hæret. §. 5. num. 47. & ſequent.* ubi alios quam plures allegat.

21 Mea tamen ſententia &c.

Ex hac Simancæ Doctrina collige, quòd in impoſitione illius pœnæ, quà mitius plectuntur qui conſanguineos hæreticos receptarunt, habenda ſemper eſt ratio graduum conſanguinitatis, iuxtà quos pœna aut creſcere, aut minui debet. Vide *Graff. in ſuis deciſionib. aureis p. 1. lib. 4. cap. 18. num. 35. & ſequen.*

De Cuſtodia Reorum. Titulus XVI.

SUMMARIUM.

1 *PRobatio ſufficiens requiritur, ut aliquis ob crimen hæreſis in carcerem mittatur.*

2 *Rei de hæreſi, quare non ità facile in carcerem coniici debeant.*

3 *Hæreticus manifeſtus quando à privato homine comprehendi poſſit.*

4 *Inquiſitor ſinè Epiſcopo, & Epiſcopus ſinè Inquiſitore, hæreticum in cuſtodiam mittere poteſt.*

5 *Carcer Reis aſſignandus prò criminum, & perſonarum qualitate.*

6 *Carcer pœnitentium, qui ad perpetuum carcerem damnantur, qualis eſſe debeat.*

7 *Carceris hæreticorum Cuſtodes, quot & quales eſſe debeant.*

8 *Carceris Cuſtodes quot hodie in unaquaque Provincia ponantur.*

9 *Cuſtodes Carceris quales eligendi.*

10 *Cuſtodes Carceris quid coram Epiſcopo, & Inquiſitoribus jurare debent.*

11 *Carcerem hæreticorum nemo officialium ſolus, neq; ipſemet judex ingrediatur; & quis, & quomodò eos alloqui poſſit.*

12 *Carceribus ſecretis hæreticos coerceri quantopere expediat, ut Plato multis retro ſeculis præſenſit.*

13 *Inquiſitores quo pacto bis ſingulis Menſibus vinctos teneantur viſitare, & carcerem commodum unicuiq; aſſignare.*

14 *Carcer jure Civili ad quid habeatur.*

15 *Carcer jure Pontificio ad quid habeatur.*

16 *Julius Cæſar, & Cicero ejus ſententiam exornans, quid olim de illis faciendum cenſuerint, qui cum Catilina conjurarunt.*

17 *Carceri perpetuò qui damnari non debeant.*

18 *Uxorem propter hæreſim ad perpetuum carcerem damnatam, an Maritus alere illic teneatur.*

19 *Uxorem propter hæreſim ad perpetuum carcerem damnatam illic à Marito ſuſtentari debere, ſententia verior eſt.*

20 *Carceris perpetui pœnam minuere, vel commutare, ad quem pertineat.*

21 *Carceris perpetui pœna quomodò ſoleat aliquandò condonari.*

22 *Carceris irremiſſibilis pœna quando remitti ſoleat.*

23 *Fugientes è cuſtodia quo pacto puniri debeant.*

24 *Fugiens è carcere, ad quem perpetuò erat damnatus; puniri debet tanquam relapſus, ut multi ſentiunt.*

25 *Fugiens è carcere, ad quem perpetuò erat damnatus; impœnitens, non relapſus habendus eſt.*

26 *Fugere è carcere an is licitè poſſit, qui injuſtè damnatus eſt, & ille etiam qui ad mortis pœnam juſtè condemnatur.*

27 *Fugere è carcere ruptis vinculis, & foribus effractis, an liceat ei, qui juſtè morte affici poteſt.*

28 *Carcere, & vinculis ruptis licitè aufugere poſſe Reum cenſet Cajetanus.*

29 *Presbyteri in carcerem quando coniiciendi.*

30 *Confeſſarii copia quando facienda iis, qui in carcere ob crimen hæreſis detinentur.*

31 *Teſtamentum an facere poſſint ad perpetuum carcerem damnati.*

De Cuſtodia Reorum.

1 UT Reus aliquis in cuſtodiã mittatur, antecedere ſolet cognitio ſummaria criminis; qua inſpecta, Judex præcipit executori, ut Reũ comprehendat; idque eſt, quod lex ait, annotare requirendum Reum, ideſt, decernere, & in acta referre, ac præſcribere, ut Reus requiratur. Cœterum prò crimine hæreſis nemo mittendus eſt in carcerem, abſque ſufficienti ad eam rem probatione; qua antecedente, nihilominùs deliberandum eſt, quemadmodum quarta inſtructione Toletana cavetur. *c. 6. Sali. in l. 2. C. de exhiben. reis. l. 1. §. diligens. ff. de fugitivis. l. 1. de requi. reis. Gonſa. de hæret. quaeſt.* 11. *Hip-*

11. Hippolyt. in practica. §. conſtante. Paul. Pariſius conſ. 147. lib. 4. Blancus in l. ult. de quæſt. Duarenus lib. 1. anniverſarium diſputationum. cap. 8.

2 In aliis autem criminibus facilè poteſt judex aliquem in carcerem mittere, quia cuſtodia momentanea levis præjudicii eſt, at prò crimine hæreſis grave eſt in carcerem conjici; etenim durior eſt infamia, quæ propter eam rem oriri ſolet, quàm aliorum quorundam criminum pœna. Quamobrem prudentiſſimè à majoribus noſtris conſtitutum eſt, ut nullus condatur in carcere prò levioribus criminibus, & ex quibus hæreſis non planè colligitur. Hoc ampliùs decretum eſt epiſtola quadam Senatus, ut non antea mittatur in carcerem reus, qui alioquin fuerit homo Religioſus, quàm Senatores ipſi conſulantur, miſſa ab illis criminum informatione. 5. *inſtructio. Hiſpalen. cap.* 4.

3 Quamvis autem comprehendere Reos, & eos in cuſtodiam tradere, ſoliùs executoris ſit; neque id privatis hominibus liceat, ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi, nihilominùs tamen Gophredus, Hoſtienſis, & Albericus ajunt hæreticum manifeſtum à quocumq; privato comprehendi poſſe, quia hoſtis communis eſt. Quòd equidem ſinè delectu admittere periculoſum fore exiſtimo; tùm ptopter ſcandalum, tùm etiam quia Reus adverſum privatum ſe defendere poteſt; poſtremò, quia facilè judicibus indicari valebit; non eſt igitur id permittendum cuilibet, niſi cum bellum fuerit contra hæreticos indictum, vel niſi fortè fugiat hæreticus, & copia judicis deſit. *l. non eſt ſingulis de regu. juris Gofre. in ſumma. tit. de haret.* & item *Hoſti. in §. qualiter devitentur. Alberi. in rubri. C. de hæreti. nu.* 5. *l. ait prætor. §. ſi debitorem quæ in frau. credito.*

4 Inquiſitot ſine Epiſcopo poteſt hæreticum in cuſtodiam mittere, & illum vincere compedibus, catenis, vel manicis ferreis; quod pari jure fieri poteſt ab Epiſcopo ſine Inquiſitore, ſed tamen alter ſine altero nequit hæreticum damnare ad perpetuum, vel temporalem carcerem. *Clem. 1. §. 1. & §. duro. & §. ſane. de hæreti.*

5 Cœterum non omnibus reis idem carcer aſſignandus eſt; nàm levius cuſtodiri debet qui levius deliquit. Undè prò qualitate criminum, & perſonarum poſſūt judices jubere, ut Reus domum ſuam, vel alterius, vel civitatem, (vt plærumq; aſſolet) cum ſuburbiis prò carcere habeat. Et pœnitentibus præcipere queunt, ut Monaſteria, Hoſpitalia, vel Domos Religioſas pro carcere habitent, ſub aliqua pœna in eos exequenda, ſi indè fugerint. *l. divus. de offi. præſ. l. 1 ff. de cuſto. reo. Jaſ. in l. ſi pecuniam. §. ulti. de condi. cauſa data 3. inſtructio. Valdolitana cap.* 10.

6 In ſingulis Provinciis eligi debet aliqua domus, in qua habitent pœnitentes damnati ad perpetuum carcerem; & illic debent ſuis manibus victum quærere. Solet quoque permitti aliquibus eorum, ut per totam civitatem eleemoſynam petāt. Carcer autem mulierum ſeparatus eſſe debet à carcere hominum, quia periculoſa eſt ſexuum commiſtio. 3. *inſtruct. Valdoli. c. 14. & quarta Toletana. c. 27. l. quoniam. C. de cuſto. reorum Jacob. de Alvaro. & And. de Iſernia. in §. credentes. de ſtatu. & conſue. lib. feudo.*

7 Duo ſunt conſtituendi cujuſcumque carceris hæteticorum cuſtodes, induſtrii, & fideles; unus ab Epiſcopo, alter ab Inquiſitoribus. Quilibet autem cuſtodum habere poteſt miniſtrum idoneum. Prætetea in unoquoq; conclaui eſſe debent duæ claves diverſæ, quarum ſingulas unuſquiſque cuſtodum habeat; quas poſſunt miniſtris ſuis committere, ut vinctis conferant neceſſaria. Nec poteſt convenire inter Epiſcopum, & Inquiſitorem, ut unus tantum ſit cuſtos carceris; quia hoc non ſatis tutum videtur, nec id lege illis permittitur, nec eſt eorum cauſa, vel favore conſtitutum. *Clem. 1. §. ſane. de hæreti.* & illic *Glo. Zenzili, & Boniſa.*

8 Hodie tamen unus tantùm cuſtos carceris in unaquaque Provincia ponitur electus ab Inquiſitore Generali, qui non debet miniſtrare vinctis alimenta; ſed vit aliquis idoneus eligendus eſt ab Inquiſitoribus in id miniſterium, *vt 4. inſtructione Toletana cavetur*; cum vulgo diſpenſatotem vocant. Cuſtos autem carceris, ac diſpenſatot nihil vinctis tradere debent ex his rebus, quæ illis mittuntur à conſanguineis, vel domeſticis, niſi priùs conſuluerint Inquiſitores; quemadmodum decreto quodam Senatus continetur 4. *inſtruct. Toleta. cap.* 26.

9 Cum autem cuſtos hujus carceris

plurimum poſſit vinctis nocere; providendum eſt ſolerter, ut viri boni ad hoc mu-
Ariſtotelis Teſtimoniũ. nus eligantur; *eſt quippe horum officium, Ariſtotele Auctore, maximè Reipublicæ neceſſarium, & viri probi recuſare illud ſolent: improbis verò non rectè committitur, qui cuſtodiri magis debent, quam alios cuſtodire: quis autem cuſtodiet malos cuſtodes? Ariſto. lib.6. politi. cap.8.*

10 Cuſtodes carceris coram Epiſcopo, & Inquiſitoribus jure jurando promittere debent, quòd in cuſtodiendis Reis curam, & ſolicitudinem fidelem adhibebunt; & quòd neuter eorum alloquetur eos, niſi coram altero Cuſtode, & quòd nil ſubtrahent ex alimentis, nec ex his rebus, quæ vinctis deferuntur; quod etiam jurare debent miniſtri eorum. Undè relinquitur, carcerem hæreticorum ſecretum eſſe debere, ut nullus cum eis colloquatur. Quod quidem uſq; adeò neceſſarium eſt, ut vix erui poſſit veritas in his cauſis, niſi hoc diligentèr fuerit ſervatum, & itâ rebus ipſis quotidie perſpicuum fit. *Clem. 1. §. porrò. de hære.*

11 Rectè igitur majores noſtri quibuſdam inſtructionum capitulis decreverunt, ut nullus officialium, nec ipſemet judex, carcerem ſolus ingrediatur, nec loquatur cum vinctis, niſi coram altero ex officialibus, idque juſſu Inquiſitorum antecedente; quod ſe itâ ſervaturos omnes jurare tenentur; & ut nemo videat, nec alloquatur vinctos, præter eum, qui neceſſaria miniſtrat, qui elligendus eſt fidelis, & probus, & jurare debet ſe non revelaturum ſecreta; qui etiam ſcrutandus eſt, ne mandata, vel epiſtolas vinctis afferat. Viri tamen Religioſi debent interdum cum eis colloqui de rebus ſpiritualibus, ut conſcientiis eorum conſulant; ſed hoc fieri debet mandato Inquiſitorum 4. *inſtructione Toletana cap. 16. 17. & inſtru. 3. Valdolitana cap. 5.*

12 Profectò miratus ſum tot ante ſe-
Lex lata à Platone. culis hæc expedire prævidiſſe *Platonem*; is enim *lib. 10. de legibus*, de cuſtodiendis illis, quos hæreticos eſſe putabat, legem hujuſmodi tulit: *Impii ſecretis carceribus Mediterraneis coerceantur; & nullus cum ipſis civium colloquatur, præter aliquos viros, qui admonentes ad ſalutem animæ colloquantur. Cibum autem illis à judicibus præfinitum ſervi afferant*; hæc ille. Præſenſit homo Divinus hoc ipſum valdè expedire, quod, & nos hodie utiliſſimum eſſe re ipſa compertum habemus. Magnum ſanè detrimentum, (ut perhibent) ſenſit Portugalliæ Regnum, propterea quòd Superioribus annis carcerem hæreticorum apertum habere tentavit: nàm plurimi eorum fugerunt, & pauci compræhenſorum veritatem confeſſi ſunt.

13 Inquiſitores autem bis ſingulis Menſibus tenentur viſitare vinctos, & ab eis ſciſcitari, an illis neceſſaria miniſtrentur, & an bene, vel ſecus habeant. Sic Honorius, ac Theodoſius conſtituerunt, ut judices omnibus Dominicis diebus productos Reos è cuſtodia videant, & interrogent, ne his humanitas clauſis per corruptos carcerum Cuſtodes negetur; victualem ſubſtantiam non habentibus faciant miniſtrari, libellis duobus, aut tribus diurnis, vel quot æxiſtimaverint, commentarienſi decretis, quorum ſumptibus proficiant alimoniæ pauperum. *(a)* Inquiſitorum quoq; prudentiæ relinquitur, ut carcerem commodum unicuiq; Reo aſſignent, & ut provideant, ne vincti invicem colloquantur, nec ſimul plures in eodem cubiculo cuſtodiantur; niſi fortè aliquos cohabitare utile fore intellexerint. *l. 7. tit. 3. lib. 9. C. Theodoſiani 3. inſtruct. Valdolit. cap. 5.*

14 Carcer jure civili ad continendos, & cuſtodiendos homines, non ad puniendos habetur; ideoque eodem jure cautum eſt, ne quis liber homo ad vincula perpetua damnetur; neve intra ſæpta carceris ſubtracti audientiæ longa tabe conſumatur; quod innocentibus miſerum, noxiis non ſatis ſeverum eſſe cognoſcitur. *l. aut damnum. §. ſolent. & l. mandatis de pœnit. l. incredibile. C. eodem tit. 1. de cuſto. reo.*

15 Cœterum Pontificio jure carcer non ſolùm ad cuſtodiam habetur, ſed etiam ad pœnam. Nam cum Sacri Canones Eccleſiaſtica manſuetudine mortis pœnam irrogare non queant, conſequens eſt, ne crimina ſint impunita, ut pro gravioribus delictis pœnas perpetui carceris imponant; quæ quidem graviſſima eſt, & morti comparatur, & hæc inter alias hæreticorum pœnas jure Pontificio adverſus hęreticos ad Eccleſiam redeuntes juſtiſſimè ſtatuta eſt, *(b)* Clericis priùs degradatis. *c. tua de pœnis. c. quamvis eo. tit. lib. 6. & l. omnes. C. de pœnis. c. pen. de hære. cap. 1. eodem. tit. lib. 6. Brunus lib. 5. de hære. cap. 12.*

16 Ju-

Complices Catili. Coniurationis non occidendos ſed carceri perpetuo mancipandos Iulius Cæſar cenſuit.

16 Julius Cajus Cæſar aſtutè olim cenſuit eos, qui cum Catilina contra Romanam Rempublicam conjurationem fecerant, non eſſe occidendos, ſed publicatis eorûm pecuniis, ipſos in vinculis per municipia perpetuò habendos; cujus ſententiam cautè Cicero exornans, verba quædam addidit, quæ perpetuò hæreticorum carceri non malè quadrare videntur: inquit enim. *Intelligit Cæſar mortem à diis immortalibus non eſſe ſupplicii cauſa conſtitutam, ſed aut neceſſitate naturæ, aut laborum, & miſeriarum quietem eſſe; itaq; eam ſapientes nunquam inviti, fortes etiam ſæpè libentèr appetiverunt; vincula verò, & ea ſempiterna, certè ad ſingularem pœnam nefarii ſceleris inventa ſunt. Salluſt. in conjuratione Catilinæ. Cic. in eundem Catili. Orat. 4.*

17 Tametſi autem jure Pontificio hi, qui poſt depræhenſionem ab hæreſi ad Fidem Catholicam redeunt, condemnandi ſunt ad perpetuum carcerem; quibuſdam tamen inſtructionum capitulis rigor ille juris temperatus eſt; nam qui ſpontè ad Eccleſiam redeunt, antequam ſint accuſati, non debent ad perpetuum carcerem damnari; ſed neque illi, qui ſtatim poſt capturam de ſe ipſis, atq; de aliis, quos hæreticos eſſe ſciunt, confeſſi fuerint integrè veritatem; illis quoq; pœna perpetui carceris poteſt ab Inquiſitoribus condonari, qui puro corde redierint priuſquam dicta teſtium publicata ſint; quod Epiſcoporum, & Inquiſitorum arbitrio relinquitur. Qui verò poſt publicata teſtimonia redeunt, ac tunc demum confitentur, cum vident ſe eſſe convictos, hi jure quàm optimo pœna perpetui carceris coercendi ſunt. *c. pen. §. 1. de hæreti. prima inſtruct. Hiſpalen. cap. 8. & cap. 11. cum ſeq.*

18 Si Uxor propter hæreſim damnata ſit ad perpetuum carcerem, Maritus eam illic alere non tenetur, ſi modo vera eſt Joannis Lupi de hac re ſententia; quæ quidem nonnullis rationibus prima fronte fulciri poſſe videtur; nam eo caſu Marita culpa ſua indotata eſt, propter hæreſim publicata dote; quo caſu Maritus non tenetur Uxorem alere, ut fert multorum juris peritorum opinio. Deindè, ut Uxor à viro petere alimenta queat; opus eſt, ut cum viro habitet, atque laboret, eique ſerviat, & in officio ſit; quæ omnia facere nequit carcere incluſa. Sunt, & alia prò illa opinatione argumẽta debiliora, quę ſciens prætereo. *Lupus in rub. de donatione inter virum, & uxorem. §. 64. l. ulti. C. ad velleja. Roma. conſi. 517. Alex. in l. quod in uxorem de nego. geſtis. Lupus in c. per veſtras §. 49. Bobe. deciſ. 22. l. ſicut patronus de ope. liberto.* & illic *Gloſ. Alex. conſ. 133. lib. 4. Soc. conſ. 286. lib. 2. Cratus conſ. 57. lib. 1. Tiraquel. in prima. l. connubia nu. 26.*

19 Sed verior mihi videtur contraria ſententia; quia jure naturali, Divino, Gentium, Pontificio, & Civili, vir alimenta debet uxori; præſertim ſi dives ille ſit, & illa pauperrima; qualem utrumque in propoſita quæſtione ponimus. Nulla autem lege vir ab ea obligatione liberatur propter uxoris hæreſim, niſi fortè ob eam cauſam divortium petat; neque nos de marita hæretica loquimur, ſed de converſa, & pœnitente. Quid? quòd vir uxorem etiam indotatam alere tenetur juxta veriorem, & æquiorem ſententiam, ſicuti noſter Leyva rectè tradit. Innumanum quidem eſt, ut uxori maritus deneget alimenta, quinimmò crudele id eſſe cenſeo, & ſceleratum etiam, & nefarium. Poſtremò uxori, mea quidem ſententia, domus viri nonnunquã aſſignanda eſt prò perpetuo carcere; tum, ut ſimul cum viro habitet, eique ſerviat; tum etiam, ut quos Deus conjungit, non ſeparet homo. *l. adverſus. C. de crimi. expila. hæredit. Authen.* præterea unde vir, & uxor. *Chryſoſt. in epiſt. ad Ephe. ſermone 20. Cuma. conſ. 175. Alex. conſ. 78. lib. 5. & conſ. 26. lib. 6. Matt. de affli. Neapoli. deciſ. 10. Covar. Leyva in lib. 4. decreta parte 2. cap. 7.*

20 Quamvis autem conſtitutione Bonifacii VIII. conceſſum ſit Inquiſitoribus, ut ſimul cum Epiſcopis poſſint minuere, vel commutare pœnam perpetui carceris; hodiè tamen ad ſolum Inquiſitorem Generalem hoc pertinet; quia etiam ſolus habitum publicæ pœnitentiæ tollere poteſt, quamvis pœnitens damnatus ſit, ut in perpetuum eo utatur. *c. ut commiſſi. §. nec non de hæreti. lib. 6. quinta inſtru. Hiſpalen. c. 7. & quarta Toletana cap. 9. l. acta. §. de amplianda. ff. de re judi.*

21 Solet præterea pœna perpetui carceris poſt lapſum triennii plærumq; remitti, ſi eo tempore vincti humiles, & veri pęnitentes fuerint. Nam, ut Juſtinianus ait,

ad

ad mediocrem purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentum, ſufficit triennalis temporis teſtimonium. Quod ipſum Plato de impiis pœnitentibus jam olim ferè decrevit, excepto quòd prò triennio, quinquennium præfinivit. Inquit enim *lib.* 10. *de legibus: Impius, qui poſt quinquennium in carcere tranſactum modeſtior factus fuerit; ille impoſterum unà cum modeſtis habitet. Authen. de Monachis. §. ſi vero. c. legem* 53. *diſt. c. ſi ſervus* 54. *diſt. c. de viro.* 12. *q.* 2. *Alciat. lib.* 2. *præſumptio cap.* 7.

Platonis lex.

22 Ubi autem pœnitenti impoſita eſt pœna carceris irremiſſibilis, remitti ſolet poſt octo annos, benignitate ſola id ſuadente; nam decennium ſaltem exigebatur jure civili, niſi ad aliam conſiderationem confugias. *l. in metallum. ff. de pœnis. l. hereditatum computationi ad leg. falcid.*

23 Si verò quiſpiam in carcerem fuerit conjectus propter ſuſpicionem hæreſis, & poſt aliquod tempus è cuſtodia fugerit, de pœna ejus diſtinguendum eſt. Nam ſi ruptis vinculis, aut foribus effractis fugerit, durius puniendus eſt; ſin autem cuſtodis negligentia evaſerit, mitius coercebitur, ut Ulpianus cenſuit. Vulgò autem dici ſolet, fugiens è carcere pro confeſſo habetur, & crimen, prò quo vinctus erat, fateri videtur; ſed id jure communi mihi non probatur; legibus tamen Regiis planiùs idipſum, conſtitutum eſt. Meo quidem judicio ſeverè admodum. Quamobrem moribus receptum eſt, ut ſi honeſtior ſit is, qui è carcere fugit, diligentius cuſtodiatur, & puniatur durius propter fugam; ſi autem vilior ſit, fuſtibus cædatur, & iterum cauſa ejus tractetur, nec fateri crimen propter fugam cenſeatur. Quod ſi comprehendi non poſſit, tunc procedatur contra illum, tanquam contra confeſſum; & in crimine hæreſis, tanquam contra contumacem, & impœnitentem. *l.* 1. *de effracto, & expilato. l. in eos. de juſto. reo. regia. l.* 13. *tit.* 29. *parte* 7. *Bal. in c. cum dilectus de ordi. cognit. Cuma. conſ.* 105. *Zanchi cap.* 10. *Feli. in c. nullus de præſumptio. Igneus in l.* 3. *§. ſubvenitur, & in l. lege ad Sillani. Ripa in l. admonendi de jure juran. nu.* 170. *Bobc. deciſ.* 215.

24 Verùm ille, qui damnatus erat ad perpetuum carcerem, & ab eo fugit, hoc ipſo relapſus habetur, & omnis audientia eſt illi deneganda; quia, ut ajunt, videtur fictè converſus, & ſimulatè confeſſus, & in errorem priſtinum recidiſſe. Hæc eſt multorum opinio, meo judicio, crudelis, & falſa, & quæ nullo jure, aut urgente ratione probari poteſt; eam tamen ſequuntur Archidiaconus, Dominicus, & ingens agmen. *Archi. Joan. And. Domini. & Anchara. in c. ut commiſſi. §. nec non de hære. lib.* 6. *Joan. de Ana. & Feli. in c. pe. eodem tit. lib.* 6. *Squillacen. de Fide Catho. cap.* 27. *glo. in l.* 1. *tit.* 26. *parte* 7. *Arelata. de hære. notabi.* 5.

25 Ego verò ab illorum opinatione vehementer diſſentio; quia is, qui è carcere fugit, impœnitens eſt, non relapſus; ideoque ſi pœnitere velit, audiendus, & recipiendus eſt. Quippè relapſus non eſt, niſi qui iterum in hæreſim labitur; quod vel ex ipſo relapſi nomine quivis facilè intelliget. Ille autem qui fugit, nullam hæreſim fuga ipſa committit. Nec judices præſumere, aut fingere debent quempiam eſſe relapſum, quem lex nominatim relapſum eſſe non dicit. Itaque quamdiu ille in fuga fuerit, & injunctæ pœnitentiæ non ſatisfecerit, condemnari poterit tanquam impœnitens; ſi verò vel ipſe redierit, vel compræhenſus fuerit, & paratus ſit Eccleſiæ ſatisfacere, tunc majori pœnitentia coercendus propter fugam, ſed tamen Eccleſiæ gremio benignè excipiendus eſt. *l. aut damnum. §. quiſquis. ff. de pœnis.*

26 Non ſolùm is, qui injuſtè damnatus eſt, poteſt è carcere licitè fugere, ſed etiam ille, qui ad mortis pœnam juſtè condemnatur à judice; quia nemo tenetur id facere, ex quo mors conſequatur; quod faceret vinctus, ſi maneret in carcere, cum fugere poſſet; tametſi aliud longa, & elegāti diſputatione defendat Socrates apud Platonem in Critone, non tamen debet reſiſtere Judici juſtè ſententiam exequenti. *Plato in Critone.* Et hæc eſt recepta ſententia Theologorum, ut Almainus teſtatur. *uterq; Thomas* 2. 2. *quæſt.* 69. *Archid. in c. cum homo* 23. *q.* 5. *Ancha. & Imol. in Clem. paſtoralis de re judi. Almainus tracta. de ſuprema poteſtate. Laica quæſt.* 3. *c.* 1. *Dried. lib.* 1. *de libertate Chriſtiana pag.* 226. *Covar. lib.* 1. *varia. reſſolu. cap.* 2.

27 Pluſculum dubitationis habet, an liceat ei, qui juſtè morte affici poteſt, ruptis vinculis, & foribus carceris effractis fugere. Multi enim conſentiunt, id nullo

pacto

pacto licere; quia judici quodammodo reſiſteret in his, in quibus habet poteſtatem; & injuriam illi, atque Reipub. faceret, publicam cuſtodiam violando. Nam quemadmodum licitum eſt per alienum agrum tranſire ſine injuria, vel damno domini; Non tamen licet ſepem illius, ut quiſpiam agrum ingrediatur demoliri; Sic vincto licitum eſt è carcere fugere, ſed non licet illi vincula rumpere, aut fores effringere; quæ ſententia probabilis eſt, & plures habet auctores. *Henri. Ganda. quolib. 9. arti. 25. Joan. Majo. in lib. 4. ſent. diſt. 15. quæſt. 22. Silveſter in ſumma, verbo fugere: Almainus prænotato cap. 1. Covar. eodem cap. 2.*

28 Cajetanus tamen contrariam opinionem tuetur, dicens vincula frangere aliud eſſe, quàm reſiſtere, aut pugnare, nec magis facere injuriam Judici, aut Reipub. illum, qui ruptis vinculis evaſit, quàm eum, qui damnatus ad beſtias, occiſo Leone fugit. Nec veram eſſe ſupraſcriptam ſimilitudinem; quia in diruptione ſæpis agitur de damno domini; hic autem non eſt quæſtio de damno rupti carceris, ſed utrũ hæc fractio redigatur ad fugam, vel potiùs ad repugnantiam. Hæc ille ſubtilius judicio meo, quam veriùs; quia multa abſurda, & Reipub. noxia ex hac opinatione ſequerentur, quæ facile quivis intelligere poterit. Vide *Angel. in ſumma, verbo fugere. Bobe. deciſ. 215. Dom. Soto. lib. 5. de juſti. & jure quæſt. 6. art. 4.*

29 Illud autem animadvertendum eſt, presbyteros non eſſe in carcerem coniiciẽdos, niſi adverſus eos duò, vel tres teſtès dixerint teſtimonium; quia nec accuſatio cõtra illos eſt recipienda, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus, ut *Paulus Apoſtolus* inquit, *& Divus Thomas jus illud ſingulare eſſe ait in honorem presbyterorum. 1. Timo. 5.* & inibi *Thomas c. accuſatio. 2. q. 7.*

30 His autem, qui ſunt in carcere clauſi, copia confeſſarii facienda non eſt, excepto, ſi plenè judicibus hæreſes confeſſi fuerint, aut in extremum vitæ diſcrimen venerint. Tunc enim abſolvendi à confeſſario, & ab Inquiſitoribus reconciliandi ſunt Eccleſiæ, & in loco Sacro ſecreto ſepeliendi, donec ſententia publicè proferatur, & ità in Hiſpania utimur; in Italia verò faciliùs datur vinctis copia Confeſſarii.

31 Utrum damnati ad perpetuum carcerem teſtamentum facere poſſint, Multi quidem id negant; ſed contraria ſententia mihi magis probatur; quia non eſt ille ſervus pœnæ, ſed agit illic pœnitentiam; nec jure aliquo cautum eſt, ut teſtamentum facere nequeat. *Abbas in c. tua de pœnis. Bal. in l. 1. C. de Sacroſan. Eccleſ. Bertrandus conſ. 194. lib. 1.*

ANNOTATIONES.

1 Vt Reus aliquis &c.

De hac Reorum cuſtodia vide pertractantes præcœteris *Zanchin. in tract. de hæretic. cap. 10. num. 1. Squillac. in tract. de Fide Cathol. cap. 27. num. 1. Repertor. Inquiſit. in verbo Carcer. Gundiſalvu. in tract. de hæret. quæſt. 11. nu. 4. & Farinac. de hæreſ. quæſt. 185. §. 1. nu. 7.*

2 In aliis autem criminibus &c.

An, quando, & ex quibus deveniri debeat ad capturam Rei pro hæreſis crimine inquiſiti, Inquiſitoris arbitrio remiſſum eſſe, habita conſideratione ad qualitatem Perſonarum, hæreſis, de qua inquiritur, præcedentium indiciorum, ſeu probationum, fugæ, ſuſpitionis &c. concludit *Farinac. loco nuper. cit.* vide *Ludovic. à Paramo de Orig. S. Inquiſit. lib. 3. quæſt. 4. rubric. de forma, & Ordin. Iudic. S. Officii num. 30.*

3 Quamvìs autem &c.

Bene in fine hujus capitis dixit Simane *Niſi fortè fugiat hæreticus*; mens namque Alberici in ſua affirmativa ſententia videtur fuiſſe quoad hæreticum, qui de fuga ſuſpectus eſt. Vide eundem Doctorem *in Rub. C. de hæretic. num. 6. verſ. niſi fortè eſſet de fuga ſuſpectus*, qui ad fin. verſ. *tutius tamen eſt.* concludit tutius ſemper eſſe Iudicis Auctoritatem requirere. *Io: à Royas tract. de hæret. p. 2. nu. 12.*

4 Inquiſitor ſinè Epiſcopo &c.

Nota quod Inquiſitor ſine Epiſcopo, ſicut Epiſcopus ſinè Inquiſitore, nedum poteſt Inquiſitum damnare ad perpetuum, vel temporalem carcerem, ut hic ait Simane; ſed nec duro, aut arcto, poſt quam captus fuerit, mancipare; Habet enim durus, & arctus Carcer magìs rationem loci pœnalis, quàm tutæ cuſtodiæ. Vide *Text. in Clement. 1. §. propter. de hæretic.* & ibi *Gloſam in Verbo capere, in Verbo Citare, in Verbo Manicis, & in Verbo Duo*, necnon *Anchar. nu. 1. & nu. 5. ad finem.*

5 Cœterum non omnibus Reis &c.

Hanc materiem adamuſſim diſcutientem vide *Pegnam in comment. ad Eymeric. 3. par. direct. comment. 139. ubi §. ſed in ſupradictis. ſub liter. E.* concludit relaxari poſſe cum fidejuſſione, vel cautione, eos dumtaxat, qui capti ſunt prò delictis, prò quibus pœna non corporalis, ſed tantùm, vel pecuniaria, aut alia ſimilis eſt imponenda, & *§. Iam illud frequentèr*, docet levitèr delinquentibus, & leviter Cuſtoditis prò qualitate criminis, & perſonarum, nulla accepta fidejuſſione, poſſe Domum propriam, vel alterius, aut Civitatem cum Suburbus prò Carcere aſſignari.

6 In

6 In ſingulis Provinciis &c.
Opportunitas Carceris perpetui deſtinandi prò illis, qui jure ſunt immurandi, deducitur ex eò, quod, ſi alitèr fieret, ſatis non poſſet intelligi quomodò Pœnitentes pœnitentias ſibi injunctas adimplerent. Vide *Pegnam ad 3. partem Direct. Eymerici comment.* 108. *§. ac primum, ſub litera C.* Regula non includendi Mares, & fœminas in eodem conclavi nota quòd fallit in carcere dato Marito, aut Vxori, vel Ambobus; nam in primo caſu unius ad alterum acceſſus patere debet, in ſecundo verò ſimùl concludi poſſunt. Vide *Concil. Bitterenſe c.* 15.

7 Duo ſunt conſtituendi cuſtodes &c.
De Cuſtodibus Carcerum S. Officii, vide præ cæteris *Carenam de Officio Sanctiſs. Inquiſit. part.* 1. *de Familiarib. S. Officii tit.* 6. *§. unico, ubi nu.* 11. refert de quodam Cuſtode, qui à SS. D. Papa Paulo V. ex Decreto Eminentiſs. Cardinalium ſupremorum Inquiſitorum damnatus fuit ad triremes per quinquennium, eo quod mulierem carnaliter in S. Officio cognoverat.

13 (*a*) Inquiſitorum quoq; prudentiæ &c.
Hæc doctrina pro bono cauſarum in S. Officio exitu, eſt maximè ab Inquiſitoribus adnotanda, cum enim communis calamitas ſoleat inter Reos brevi tempore maximam amicitiam conciliare, in ſecum conſilia ineunt de veritate celanda, de fugiendò, de interrogationibus eludendis, & de aliis hujuſmodi, quibus poſteà non ità facile ab Inquiſitoribus ſolet occurri, *lege Pegnam ad 3. part. Direct. Eymerici comment.* 108. *§. item id precavere. ſub liter. C.*

14 Carcer jure Civili &c.
Nota hìc quòd licèt Carcer de jure Civili habeatur, non ad puniendos homines, ſed ad cuſtodiendos duntaxat, ſemper tamen ignominioſus eſt, & infamat. *Bald. in l. ſi Clericus. C. de Epiſcop. de aud. & in l.* 1. *C. de integr. reſtit.*

15 Cœterum Pontificio jure &c.
Iura Pontificia, quæ Carceres ad pœnam quoque Hæreticorum deſtinarunt, eò nimio rigore, atque aſperitate voluerunt carere. Vide *Bitterenſe Concilium c.* 23. ex quo fit quòd ſi quiſpiam delinquentium in carceribus S. Officii horrore, & loci malitia moreretur, Iudices, qui talem cuſtodiam illi decreviſſent, irregularitatis pœnam ſubirent. *Abbas in c. à nobis de Apoſtat. & in c. qualitèr, & quando de accuſatio*; cum quo ſenſit *Locat. in opere Iudic. verbo Carcer. num.* 6.

15 (*b*) Clericis priùs degradatis &c.
Dubitatur olim an Clerici in perpetuum carcerem detrudendi eſſent à ſuis ordinibus actualiter degradandi; Aſt dubitationem hanc ſuſtulit Vrban. IV. qui reſcripto quodam incipiente *Conſultus. §. quæſtioni verò* juſſit hujuſmodi degradari. Fortaſsè quià, ut hìc ait Simanc:, carcer perpetuus morti comparatur; quod ſi verum eſt, ut veriſſimum pronunciavit *Innocent. In c. qualitèr, & quando de accuſatio.* degradandi quoq; actualiter erunt, qui in perpetuum ad triremes damnantur; cum par ſit ubique, & penitus ſimilis ratio. Vide *Campeg. apud Zanchin. c.* 20. *circa finem. Verſ. obſerva denique.* Hujuſmodi tamen degradatio etiam quo ad Damnatos in perpetuum carcerem receſſit ab Aula.

17 Tametſi &c.
Hiſpalenſem inſtructionem, quæ vult, quòd Pœnitens antè denunciationem, vel accuſationem, & etiam poſt capturam, vel ante publicationem teſtium non condemnetur ad perpetuos carceres, ſed ad publicam pœnitentiam per biennium cum jejuniis, & orationibus, vide relatam *per Io: à Rojas ſingular.* 354. *poſt num.* 2.

18 Si Vxor &c.
Hæc quæſtio apud Doctores eſt valdè anceps, & controverſa. Vide quæ pro negativa ſententia allegat *Ioan. à Rojas ſingular.* 118.

20 Quamvis autem &c.
Nota locum hunc Simancæ intelligendum eſſe juxtà ſanctiones S. Inquiſitionis Hiſpaniarum; nam quoad alias certum eſt quòd de jure communi, ut per *tex. in c. ut commiſſi. §. & illorum de hæretic. lib.* 6. quilibet Inquiſitores privati unà cum Ordinariis arbitrium habent diſpenſandi in commutatione pœnæ perpetui carceris. Vide *Pegnam in comment. ad 3. part. Direct. Eymeric. comment.* 108. *§. poſtremo de commutatione*; quamvis diſpenſare cum hæreticis poſt magnam pertinaciam pœnitentibus hodiè ad ſolos Eminentiſs. Card. Generales Inquiſitores ſpectare doceat *Caren. de S. Offic. p.* 1. *de Summ. Pontif. tit* 2. *§.* 1. *num.* 11.

21 Solet præterea &c.
De remiſſione pœnæ perpetui carceris poſt lapſum triennii, vide quæ ſcripſit *Squillacen. in tract. de Fide Cathol. cap.* 27. *num.* 3 *Decian. tract. Crimin. lib.* 5. *cap.* 42. *nu.* 8. *Clar. in pract. Crimin. §. Hæreſis num.* 7. *Ioan. à Rojas tract. de Hæretic. part.* 2. *num.* 202. *& Eymeric. in Direct. p.* 3. *quæſt.* 96. ubi *Pegna commen.* 108. *ſuper q.* 59. *§. quæſitum ſcio.*

23 Si verò quiſpiam in carcerem &c.
Notandum hìc veriorem eſſe Simancæ ſententiam, nempe quòd captivus propter hæreſis ſuſpicionem e carcere fractis foribus, aut pariete fugiens, non eſt propterea convictus de hæreſi, ſed quicunque ſit, aut Nobilis, aut plebejus, data fugæ emerita pœna, idem eſt ac priùs, & ejus cauſa in ſuo ſtatu permanens debet tractari. Vide *Ludovic. à Paramo de S. Inquiſit. orig. lib.* 3. *quæſt.* 4. *Rubr. de forma, & ord. Iudic. S. Officii num.* 72. *& ſequen.* Sed paritèr notandum eſt fugam hujuſmodi è carcere, quamvis foret duntaxat attentata, parere contrà fugientem de delicto, propter quod detinebatur in cuſtodia, indicium ad torturam, præcipuè ſi fugam talem arripiat abſq; animo revertendi. *Del Bene de Offic. S. Inquiſit. & hæret. p.* 1. *dub.* 192. *pet.* 6. *nu.* 5. Demum notandum eſt quod quicunq; de frangendo S. Officii carcere cum aliis carceratis conſpirat; ſi conſpirationis ſit auctor, & in cauſa cur cœteri carcerati unà cum ipſo, fracto carcere, aufugiant, in pœnam Criminis Leſæ majeſtatis incurrit. Lege Bullam B. Pii V. *ſi de protegendis verſ. qui ve carcerem &c.* & vide *Farinac. de hæreſ. quæſt.* 193. *§.* 7. *num.* 138.

25 Ego verò ab illorum opinione &c.
Hanc Simancæ ſententiam videtur ſequi, ut benigniorem etiam *Io: à Rojas in tract. de hæretic. p.* 2. *aſſert.* 41. *num.* 333. *in principio*; ſed in hac controverſia vide quàm benè diſtinguat *Hip. Riminald. conſ.* 150. *num.* 25. *& ſequen. lib.* 2.

27 Pluſculum dubitationis &c.
Hanc quæſtionem vide adamuſſim diſcuſſam apud *Thom. Del Bene de Offic. S. Inquiſit. hær. par* 2. *dub.* 217. *pet.* 6. *num.* 1. *& ſequen.* ubi affirmativam ſententiam, nedum ante Iudicis ſententiam, ſed poſt etiam tuetur.

29 Illud tamen animadvertendum &c.
Hujus piæ ſententiæ fundamento innixos arbitror Eminentiſs. Cardinal. ſupremos Inquiſitores literis Epiſcopo Fulginenſi directis ſub die 17. Iulii 1627. præcipiſſe ne per ſolam depoſitionem mulieris aſſerentis ſe fuiſſe ſollicitatam in Confeſſione, Confeſſarius ſuppoſitus Reus carceretur, niſi priùs monita de qualitate Mulieris denunciantis, & Presbyteri denunciati eorumdem Sacra Congregatione

Ha-

Harum literarum tenorem, vide apud *Vulp. Prax. Iudic. For. Eccleſiaſt. cap. 36. num. 15.*

30 His autem qui ſunt &c.

Contrarius huic Simancæ ſententiæ planè eſt *Pegna in comment. ad Eymeric. 2. p. direct. comment. 25. §. ac primum hic quæritur.* ubi teſtatur recepiſſe olim à quodam F. Thoma Zobbio S. Romanæ Generalis Inquiſitionis Commiſſario, Viro, & pietate, & Theologica peritia claro, nunquam poſſe obeſſe Reis in S. Officio degentibus copiam Confeſſarii ſibi præſtitam, quinimmò multoties illis prodeſſe non modicè, cùm à Confeſſario moneantur, & excitentur ad liberè Iudicibus confitendum delicta. Quid autem ab hujuſmodi Confeſſariis in his caſibus ſit obſervandum, vide ibidem. *§. ſequenti.*

31 Vtrum damnati ad perpetuum &c.

Eò magis veram cenſeo hanc Simancę ſententiam, quia multos vidi capite damnatos ſua feciſſe Teſtamenta, quæ rata fuere, & approbata; aſſerentibus Iudicibus conſuetudinem hanc juri contrariã hodie vigere; & certe S. Ioannis Decolati Societas ex hujuſmodi capite damnatis, tum Romæ, tum alibi, multa pia legata ſibi facta recepit, & recipit, quæ aſſequi nullatenus poſſet, ſi illi teſtari non poſſent.

De Defenſionibus Reorum Titulus XVII.

SUMMARIUM.

1 *DEfenſio quid ſit, & quomodo hæreticis pertinacibus denegetur.*

2 *Defenſio prima, & potiſſima Reorum innocentium, qualis ſit.*

3 *Innocens conſtantiſſimè negare debet objecta crimina.*

4 *Veritatis, & innocentiæ vis.*

5 *Negare tantùm objecta crimina, quare innocentibus non ſit defenſio ſufficiens.*

6 *Defenſio optima quæ ſit.*

7 *Reus negans factum, quo pacto id probare queat.*

8 *Reus ſi pluribus, & melioribus teſtibus probet, ſe nihil eorum feciſſe, aut dixiſſe eo loco, & tempore, quo crimen comiſiſſe accuſatur, abſolui debet.*

9 *Defenſio etiam magna eſt teſtes refutare.*

10 *Defenſiones aliæ, quibus rei omninò excuſantur.*

11 *Excipere ea, quæ exceptione non indigent, cur juriſperiti nonnunquam ſoleant.*

12 *Hæreſis à furioſo dicta impunita cur eſſe debeat.*

13 *Hæretici, qui in furorem incidit, quomodo peragenda ſit cauſa.*

14 *Infantes, ſi quid impium dicant, cur puniendi non ſint.*

15 *Senes decrepitæ ætatis, qui ſuæ mentis compotes non fuerint, eodem in loco, atq; infantes, & dementes habendi ſunt.*

16 *Dormientes eodem in numero reponendi ſunt cum infantibus, & dementibus.*

17 *Ebrietas quando ab hæreſi excuſari poſſit.*

18 *Referentes aliorum hæreſes, quando puniri non debeant.*

19 *Linguæ lapſus puniri non debet.*

20 *Hæreticus non eſt, qui errat ſine pertinacia contra aliquam veritatem Fidei, quam explicitè ſcire non tenebatur.*

21 *Ruſticitas nimia ab hæreſi excuſare poteſt.*

22 *Jocus, & facetia quando ab hæreſi excuſari poſſint.*

23 *Jocus, & facetia impiè ſonans, impunè præteriri non debent.*

24 *Stilponis, & Theodori facetiæ de Minerva.*

25 *Peccata omnia in tres claſſes diſtribuit Divus Auguſtinus.*

26 *Pueri, & impuberes, cur vix hæretici cenſeri debeant.*

27 *Senes ſumma ſenectute confecti, pueri cenſendi.*

28 *Mulieres cur faciliùs excuſari, & mitius puniri debeant, quam viri.*

29 *Hæretici non ſunt, qui coacti aliquid impium patraverunt.*

30 *Mortis metu, vel alterius mali, qui impium quidpiam dicit, aut facit, mitius puniendus.*

31 *Mortis metus excuſare eum non poteſt, qui Fidem abnegat.*

32 *Mortis metu Fidem abnegare, quàm impium ſit facinus.*

33 *Metu deficientium à fide par culpa non eſt, nec pœna eadem.*

34 *Mortis, & tormentorum metu, an timore infamiæ, vel exilii, vel minoris mali quis deficiat, multum intereſt.*

35 *Hæreſis qua in re differat ab aliis criminibus.*

36 *Hæreticus non eſt qui victus ſuppliciis Deum ſermone tenus abnegat.*

37 *Mortis metu Deum verbis tantùm abne-*

gans, quid facere debeat, ne hæreticus cenſeatur.
38 *Mortis metu lapſi, ſi ſtatim reſipiſcant, humanè recipiendi ſunt.*
39 *Martyrium temerè appetendum non eſt.*
40 *Epiſcopus quando non debeat fugere mortis periculum.*
41 *Hæreticus non eſt, qui magna animi perturbatione quidpiam hæreticum dixerit.*
42 *Perturbationum animi potentiſſima quæ ſit.*
43 *Amoris furore percitus licet hæreticum aliquid dicat, defendi nonnunquam poteſt.*
44 *Amore nimio inſaniens, ſi imaginem amicæ ſuæ adoret, aut quidpiam ſimile committat, defendi etiam poteſt.*
45 *Incontinentiæ bina ſpecies numerantur ab Ariſtotele.*
46 *Dolor inexpectatus, & repentinus ab hæreſi nonnunquam excuſat.*
47 *Ira vis, & impetus.*
48 *Ira inflammati, licet hæreticum aliquid dixerint, hæretici tamen cenſendi non ſunt.*
49 *Peccata quæ ſine electione ab invitis committuntur, digna ſunt clementia, & venia.*
50 *Semiebrius, ſi blaſphemias, aut hæreſes dixerit, puniendus eſt, mitius tamen.*
51 *Inquiſitor, ſi ſuſpectus ſit, magna reorum defenſio eſſe poterit.*
52 *Inquiſitor Apoſtolicus cum apud Hiſpanos recuſatur, arbitri non eliguntur, ut de ſuſpicione cognoſcant.*
53 *Renunciatio, qua reus defenſionibus ſuis renuntiat, nullius momenti eſt.*
54 *Renuntiatio rei, quando ex nonnullorum ſententia robur habere credatur.*
55 *Inquiſitores quo pacto ſe gerere ſoleant cum reis, qui defenſionibus ſuis renunciant.*
56 *Teſtes in cauſa reorum de hæreſi, qui non admitti debeant.*
57 *Conſanguinei reorum, utrum defenſiones allegare poſſint, & ad earum probationem admitti.*
58 *Probare probitatem ſuam, & actus Religionis ab eis factos, contrarios erroribus objectis, reis quid utilitatis afferat.*

De Defenſionibus Reorum.

1 HÆreticis pertinacibus omnis defenſio denegata eſt; rei tamen nondum plenè convicti, juſtis defenſionibus uti poſſunt; nec enim defenſionis facultas ulli unquam prohibenda eſt. Ut autem Ariſtoteles *lib. Rhetori. ad Alexandrum cap.* 4. ait: *Defenſio eſt delictorum, & injuriarum, quæ vel in accuſationem, vel in ſuſpicionem venerint, diſſolutio, l. defenſionis. C. de jure fiſci lib.* 10.

2 Prima reorum Innocentium, eademque potiſſima defenſio eſt negare crimina falsò illis objecta. Ut enim *Fabius lib.* 3. *c.* 8. inquit, longè fortiſſima tuendi ſe ratio eſt, ſi quod obiiciatur, negari poteſt; nam accuſatore non probante, reus, & ſi nihil præſtiterit, abſolvendus eſt; ut habet juris regula vulgaris, & pervagata. *l. qui accuſare. C. de edendo. l. actor. de probat.*

3 Innocens verò conſtantiſſimè negare debet objecta crimina, ne ſeipſum injuſtè condemnet, & falſum prò teſtimonio dicat; Nam, & ſi præceptum Divinum ſit, *Falſum teſtimonium non dices adverſus proximum tuum:* non ideò tamen ſi adverſus ſe ipſum quiſquam falſum teſtimonium dixerit, ab hoc ſe putaverit crimine alienum; quia regulam diligendi proximum à ſemetipſo accepit; quoniam quidem ſcriptum eſt; *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Et cœtera quæ Divus Auguſtinus perſequtus eſt *lib.* 1. *de civit. Dei cap.* 20. *c. ſi non licet* 23. *q.* 5. Exod. 20. Matth. 22.

4 Conſtantem eum efficient innocentia, & veritas; *Juſtus enim quaſi Leo confidens abſque terrore erit*, ut inquit in Proverbiis Sapiens. Et Cicero pro Milone. *Magna vis eſt conſcientia, judices, & magna in utramque partem, ut neq; timeant, qui nihil commiſerint, & pœnam ſemper antè oculos verſari putent, qui peccaverint.* Et in Oratione pro Cælio: *O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraque fictas omnium inſidias, facilè ſe per ſe ipſam defendat:* & Æneas, Silvius, quadam in epiſtola: *Nihil eſt mendacio inſtabilius, nihil veritate conſtantius.* Et Prou. 28. *Ciceronis ſententia.* *Æneas Silvius.*

Plau-

Plautus. Plautus: *Qui non deliquit decet audacem eſſe, & confidenter proſe, & protervè loqui.*

5 Verùm, & nocentes, & improbi manifeſta etiam crimina per ſæpe inficiari ſolent; undè illud Demoſthenis oratione de falſa legatione; *Scitis utique hoc, ex quo nati ſunt homines, & judicia exercentur, neminem unquam, qui crimen fateretur eſſe condemnatum; ſed frontem perfricant, negant, mentiuntur, cauſas comminiſcuntur, omnia faciunt, ne pœnas luant.* Aliis ergò defenſionibus opus eſt, ut ab improbis teſtibus tuta ſit innocentia.

Demoſthenis dictum.

6 Ea igitur defenſio erit optima ſi reus probare poterit, ſe nihil eorum, de quibus accuſatur, dixiſſe, aut commiſiſſe. Quod & Ariſtoteles docuit *lib. Rhetori. ad Alexandrum, cap. 4.* dicens: *Defendendi ſpecies tribus præceptis conſtat. Aut enim defenſori oſtendendum eſt, ſe nihil eorum, quorum accuſatur, patraviſſe; aut ſi cogatur fateri, &c.* Et Fabius loco prænotato; *longe fortiſſima tuendi ſe ratio eſt, ſi quod obiicitur negari poteſt; proxima, ſi non, id quod obiicitur factum eſſe dicitur.*

Ariſtotelis effatum.

7 Sed quia valdè difficile eſt, ne dicam impoſſibile, id probare directò; cum negātis factum nulla ſit directa probatio, quia quod non eſt, non habet cauſas cognitionis, & probationis, ideſt, non poteſt aliquo ſenſu cognoſci, nec teſtis poteſt reddere cauſam per aliquem ſenſum corporeum, quà bene concludat, ſe id noſſe, (a) neceſſe eſt, ut tempus, & locus perpetrati criminis aſſignetur, quo reus probare queat, ſe ab eo loco per id tempus abfuiſſe; id enim cauſas habet cognitas, & quæ facilè probari poſſunt, ut rectiſſimè docuit *Alfonſus Toſtadus in 2. parte defenſorii. c. 77. c. quoniam contra de probat. c. bona de electio. l. optimam. C. de contraben. ſtipulatio. c. ex tenore de teſtibus.*

8 Reus ergo abſolvendus eſt, cum probaverit pluribus teſtibus, & melioribus, quòd eo loco, & tempore, nihil eorum ab eo dictum eſt, aut factum, de quibus teſtes accuſatoris teſtimonium dixerint; addita ratione, quia id, nec dici, nec fieri potuit, quin ipſi teſtes audiſſent, aut vidiſſent. *Decius conſ. 94. Ripa in l. in illa ff. de verbo obligat. Feli. in c. tertio loco. de probat. Ruinus conſ. 145. lib. 5. Decius in l. 1. C. de bo. poſſe. ſecun. tabu.*

9 Magna item defenſio erit, ſi reus teſtes refutaverit; nam ſi probare potuerit, accuſatoris teſtes inimicos eſſe, aut ab inimicis pecunia ſubornatos, aut contra reum conjuraſſe, nulla eis fides habenda eſt. *cap. per tuas de ſimo. C. in ſidei favorem de haret. lib. 6.*

10 Sunt, & aliæ reorum defenſiones, quibus omninò excuſantur, de quibus civis meus Seneca prudenter, ut ſolet, inquit: *Multa quamvis non excipiantur, intelliguntur; ſcriptum legis anguſtum legis interpretatio diffuſa eſt; quædam tam manifeſta ſunt, ut nullam exceptionem deſiderent. Quid intereſt lege excipere, ne fraudi ſit ei, qui per inſaniam patrem pulſaverit? cum illi non ſupplicio, ſed remedio opus ſit, &c. declamat. 4. & controverſia 27.*

Senecæ ſententia.

11 Sed quamvis hæc ita ſint, jure conſulti tamen, dubitationis tollendæ gratia, hæc eadem excipere ſolent. Cum autem hæreſis crimen ſit magnum, quod errore intellectus, & pertinacia voluntatis perficitur; ubi hæc deſunt, nec hæreſis erit peccata enim omnia, niſi voluntaria ſint, peccata dici non poſſunt; quamobrem neque punienda ſunt. *c. 1. cum ſeq. 15. quæſt. 1. l. fœdiſſimam. C. ad leg. Jul. de adulte.*

12 Hinc eſt quòd hæreſis à furioſo dicta, impunita eſſe debet; idemq; erit, ſi ab inſano, amente, fanatico, & furiis, ſeu demonibus agitato dicatur; ii enim omnes, & id genus alii, nec errorem intellectus habent nec pertinaciam voluntatis. *l. Divus ff. de offi. præſi. l. ulti. ff. de adminiſtra. tuto. c. aliquos. cum ſeq. 15. q. l. infans. ff. de ſicariis. Tiraquel. de pœnis cauſa. 2.*

13 Quid ſi hæreticus incidat in furorem? cauſa quidem bonorum peragi poterit, aut curatore bonis dato, aut certè vocatis ejus hæredibus, ipſe tamen cuſtodiendus eſt, donec ad ſanam mentem redeat; nec damnari poteſt antequam in furore moriatur; quia fortè prius reſipiſcet, & Eccleſiæ reconciliabitur. *l. patre furioſo. ff. de his qui ſui vel ali juris ſunt. Bal. Alex.* & cœteri *in l. furioſum. C. qui teſtamen. face. poſſunt. Tiraquel. de pœnis, cauſa. 3.*

14 Infans quoque ſi quid impium dixerit, puniendus non eſt; quia ea ætas, quæ dicit, non intelligit. Et infantes innocentia conſilii tuetur. *l. 1. C. de falſa mone. l. infans. ff. ad leg. Corne. de Sica.*

15 Idem juris eſt, in ſenibus ætatis decrepitæ, qui ſuæ mentis non fuerint compotes;

potes; hos enim Plato *lib. 9. de leg. furioſis, & infantibus ſapienter exæquat*; ſenes quippe deſipiunt, cum debilitate nimia confecti ſunt, ut Caſiodorus tradit *libro de anima*. Aliud ſtatuendum eſt, cum ſenex integrum habet judicium, qualis ille fuiſſe videtur, cujus Menochius meminit *conſ. 82.* nam duo medici teſtificati ſunt, ſe non habere illum pro inſano, neque pro ſtulto, ut ibidem retulit. *nu. 231.*

16 Eadem, & in dormiente dicimus; nec id ſupervacaneum eſt; nam perſæpe multi dormientes, non ſolum loqui, ſed ambulare etiam, aliaque facere viſi ſunt; quòd illis evenire ſolet, quorum ſenſus exteriores ſomno ligati ſunt, interiores liberi, atque ſoluti. *Clem. 1. de homici. l. 1. §. adipiſcimur. ff. de acqui. poſſe. l. 1. ff. de autho. tuto. Ariſto. lib. 5. de genera. cap. 1. Albertus in com. lib. de ſomno. & vigilia, Barto. Sybilla. in ſpeculo peregri. quæſt. primæ decadis cap. 8. quæſt. 2. Pet. Crinitus lib. 11. cap. ult. in l. 3. §. hoc autem. ff. ad Sillania. Alberti. de aſſertio. Catho. quæſt. 36. Tiraquel. de pœnis cauſa. 5.*

17 Ebrietas quoque ab hæreſi excuſare poteſt, tum ſcilicet, cum omninò mente privavit; neſciunt enim ebrii quid loquantur, qui nimio vino indulgent, & ſepulti jacent; ideoq; qui per vinum delinquunt, ii apud ſapientes Judices venia donantur. *c. ſanè. c. inebriaverunt 15. q. 1.* vide *Athenæum lib. 10. cap. 15.*

18 Qui refert aliorum hæreſes, niſi dolo malo id faciat, puniendus non eſt; dolus autem non præſumitur, excepto ſi ex circumſtantiis aliud ſit veriſſimile. Vidi ego multos ſuſpectos homines, qui teſtibus convicti, illud in ore habebant. *Referendo diximus, non affirmando*; ſed nihil eis profuit iſtud perfugium *l. qui injuria. ff. de furtis. l. obligationum ſubſtantia. ff. de obligat. & actio.*

19 Nec is, qui lapſu linguæ aliquid hæreticum dixerit, hæreticus cenſendus eſt, præſertim cum ſe incontinenti correxerit; nec enim lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum eſt; quia ut Eccleſiaſticus in-
Eccleſ. 19. quit; *Eſt qui labitur lingua ſua, ſed non ex animo*. Et ut ait Auguſtinus: *Ream linguam non facit, niſi rea mens. l. famoſi. ff. ad l. Juli. Majeſta. l. ſtichus imo Pamphilus. ff. de manu. teſtamen. l. ſi ita ſcriptum de hæredi. inſtitu. c. homines 22. q. 2. Eccleſiaſt. 19.*

20 Is etiam hæreticus non eſt, qui errat ſinè pertinacia contra aliquam veritatem Catholicæ Fidei, quàm explicitè ſcire non tenebatur; & eò magis, ſi ab aliquo deceptus fuit, cui credere tenebatur. *c. dixit Apoſtolus 24. quæſt. 3.*

21 Nimia quoq; ruſticitas excuſare poteſt ab hæreſi, etiam ſi in iis ruſticus erret, in quibus nulla eſſet prudentium defenſio. Aliud erit ſervandum in ruſticis ſagacibus, qui ingenio valent, & in eis, de quibus Divus Gregorius inquit; *multos obtuſi ſenſus homines cernimus, & tamen eos in malis actibus aſtutos videmus*, Propheta quo- Ierem. 4.
que teſtante, qui ait; *Sapientes ſunt, ut faciant mala: bene autem facere neſciunt. Grego. lib. 14. in Job. cap. 27. glo.* recepta communiter *in l. Athleta. §. de ruſticis. ff. de excuſatio. tuto.*

22 Jocus autem, & facetia efficere nonnumquam poſſunt, ut dicterium aliquod impiè ſonans, ne ſit hæreticum, defendi queat. Videlicèt, cum repente, celeriter, inconſultò, & ex occaſione, ac ſinè deliberatione dictum fuerit; nec id aliam ob cauſam, niſi ut qui illud dixerit, facetus eſſe videatur, præſertim cum ſuſpectus non erat inſulſus, & ineptus ille. *l. obligationum ſubſtantia. ff. de obligat. & actio.*

23 Sed, & ſi hæreticus non ſit is, qui talia temerè effutivit; puniendus tamen eſt ut maledicus, & temerarius; Peſſimi enim exempli res eſt cum Divis, aut rebus Divinis jocari. Quamobrem ſuſpectus quidem efficitur, qui dicteria impia per jocum dixerit, ut rectè tradit *Gerſon. addito verſic. memorab.*

Non patitur ludum fama, Fides, Oculus. part. 2.
Quòd ſi ludus noxius, & pernicioſus jure tract. ult.
punitur; ſi merito vituperatur ab omnibus jocandi genus intempeſtivum, illiberale, petulans, & obſcænum; multò majore vituperatione, & punitione dignum eſt jocandi genus irreligioſum, contumelioſum, flagitioſum, impium, & hæreticum. *Gerſon parte 2. tract. ult. l. nam luſus. ff. ad leg. Aquili. l. in furti. §. ulti. ff. de furtis Cicero lib. 1. offi. Fabius lib. 6. cap. 4. Gellius lib. 4. cap. ult. Chryſoſt. in epiſt. ad Ephe. ſermo 17.* & in poſteriore *ad Corin. homil. 2. & in cap. Matth. 2. homil. 6.*

24 Laertius lib. 2. *Stilponem, ajunt, ma-* Laertii Relatum.
ximè facetum, dixiſſe, Minervam non eſſe Deum. Qua ex re cum in areopagum pertra-

tractus fuiſſet, nihil inficiatum ferunt, immò rectè ſe locutum aſſeruiſſe: non enim Deum eſſe, ſed Deam; Deos quippè Mares eſſe. Areopagitas tamen nihilo placatiores factos, juſſiſſe continuò ipſum urbe excedere; quo etiam tempore Theodorum Jurgio dixiſſe; Undè, hoc noverat Stilpo? num amota palla ipſam inſpexerat?

Peccatorũ diſtinctio juxtà Divũ Auguſtinum.

25 Divus Auguſtinus peccata omnia in tres Claſſes diſtribuit; *alia* inquit, *ſunt peccata infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ. Infirmitas contraria eſt virtuti; imperitia ſapientiæ; malitia bonitati. Peccata malitiæ defendi non poſſunt*. De errore, & ignorantia alibi dixero. Supereſt ut de peccatis infirmitatis aliqua perſtringamus. *Auguſti. lib. 83. quæſtionum, qu. 26.*

26 Pueri, & impuberes vix hæretici eſſe poſſunt, niſi fortè malitia eorum ætatis defectum ſuppleat. Fragile enim, & infirmum eſt eorum conſilium, & errare facilè queunt; præſertim cum ſeducti fuerint à parentibus ſuis, & quamvis perfecti hæretici eſſe credantur, mitius tamen puniendi ſunt; & miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam judicem deducere debet. *1. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. c. dixit Apoſtolus 24. q. 3. Tiraquel. de pœnis cauſa 7.*

27 Senes quoque, qui ſumma ſenectute confecti, ad ingenium puerorum redierunt, in eadem cauſa ſunt; rurſus namque puer eſt quiſquis conſenvit. Et eò magis, cum ſimplicitas conjuncta eſt cum ſenectute. *c. tanta nequitia. 86. diſt. l. ſi quis ingraveſcente. §. ignoſcitur. ff. ad Sillania. Clemens Alexandrinus lib. 6. ſtromatum. Tiraquel. de pœnis cauſa. 8.*

28 Mulieres fermè ut pueri, levis ſententiæ ſunt; facilius ergo excuſari poſſunt, & mitius puniri debent, quã viri; & ignorantia defendi ſolent, in iis præcipuè, quæ explicata fide ſcire non tenebantur; in cœteris enim excuſationem non habent. Quinimmò Lutheranorum uxores, & filiæ pudicitiam, ut audio, cum Religione abjecerunt; nam ſublato pudore Sacræ Confeſſionis, omnes ferè impudicæ pariter, & impiæ factæ ſunt. *c. indignantur. 32. quæſt. 6. l. quiſquis. §. ad filias. C. ad leg. Juli. Majeſta. l. 2. in fine. ff. de jure fiſci Tiraquel. de pœnis. cauſa. 9.*

29 Qui autem vi coacti ſunt manus imponere ſacrificiis idolorum, aut ſimile quippiam facere, ii proculdubio hæretici non ſunt; principium enim extrinſecus eſt adhibitum, neq; aliquid adiumenti attulerunt ii, qui coacti ſunt. Quamobrem in Concilio Ancyrano decreverunt Patres, ut hi ad communionem admitterentur. *c. 3. l. fœdiſſimam. C. ad leg. Jul. de adulte. c. ſacris de his quæ vi met. ve cauſa fiunt. c. presbyteros 50. diſtin.*

Ancyrani Conci. Decretum.

30 Sed cum aliquis metu mortis, vel alterius mali, impium quippiam dicit, aut facit, is quidem puniendus eſt pro modo culpæ, ſed mitius. Nam, & ſi id facere noluiſſet, maluit tamen facere, quam talia pati; & in ipſo poſitum fuit principium commovendarum partium, quas actibus ejuſmodi perficiendis, quaſi inſtrumenta adhibuit, itaque voluntarius fecit. *3. ethi. cap. 1. l. ſi mulier. § ſi metu. ff. quod met. cauſa. l. patre cogente. ff. de ritu nuptia. c. merito is. q. 1. Cyprianus epiſtola 2. lib. 1. Auguſt. ſuper lib. nume. quæſt. 24. Tho. 1. 2. quæſt. 6. Tiraquel. de pœnis, cauſa 36.*

31 Nec metus mortis excuſare poteſt eum, qui Fidem Catholicam abnegavit. *Sunt enim quædam*, ut Ariſtoteles ait, *partim ita fœda, partim ità flagitioſa, nemo ut ad ea impelli jure poſſit, potiuſque oppetenda mors eſt, graviſſimis toleratis cruciatibus*; &, ut præclare inquit Cicero, *præter culpam, ac peccatum, homini accidere nil poteſt, quod ſit horribile, aut pertimeſcendum. 3. ethi. cap. 1. Cicero lib. 5. familiarum, epiſtola ultima.*

32 Maximum eſſe ſcelus iſtius impietatis palam eſt, inquit enim Salvator noſter *Nolite timere, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere*. Et paulò *Matth. 10.*
poſt. *Qui negaverit me coram hominibus, negabo, & ego eum coram patre meo, qui in cælis eſt*. Et per Eſa. dicit Dominus: *Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis: ego ego ipſe conſolabor vos. Quis tu, ut timeres ab homine mortali, & oblitus es Domini factoris tui?* Et Paulus ait: *Si negaverimus, & ille negabit nos*. Et Origenes *Qui denegat fidem in perſecutionis tempore, omnia evacuavit, nudus repente, & inanis effectus eſt, & omnes juſtitiæ ejus, quas fecit non commemorabuntur. Matth. 10. Luca 12. Eſa. 51. 2. Timo. 2. Origenes in lib. judicum homil. 7. c. non ſolum 11. q. 3.*

Lucæ 12.

Eſai.

2. Timot. 2.

33 Non omnium, qui metu deficiunt, par culpa eſt, nec eadem pœna eorum eſſe debet; aliter enim peccant Sapientes, &

gra-

graves viri, aliter qui medio officio tenentur, aliter humiliores, & fragiliores homines; nec exigitur eadem virtus in his, atq; in illis. Nec enim ad virtutes heroicas perinde tenentur fragiliores, atq; perfectiores; Itaq; gravius delinquunt Principes, Epiſcopi, Clerici, Monachi, Nobiles, Theologi, Philoſophi, Sapientes, & fortes, quã plebei, mulieres, & reliqui, ſeverius ergò puniri debent. *c. Lotharius 31. qu. 2. c. eos quos de conſ. diſt. 4. c. hoc ipſum 33. q. 2. l. ſi quid venditor. ff. de ædili. edicto. l. iſti quidem quod met. cauſa. c. ne quis 22. q. Salomon. in l. 1. ff. de leg.*

34 Plurimum refert, utrum quiſpiam deficiat metu mortis, & tormentorum, an timore infamiæ, vel exilii, vel etiam minoris mali. *Nunquid eadem eſt cauſa ejus,* inquit Ambroſius, *qui ſpontè negat, & ejus quem tormenta inclinaverunt ad Sacrilegium? Numquid Chriſtus ipſe Athletas ſuos, quos viderit gravibus pauliſper ceſiſſe ſuppliciis, ſinè venia patietur permanere?* veniæ quidem tunc locus eſt, cum ea quis facit, quæ non ſunt facienda, iis impulſus omnibus, quæ, & humanam naturam longè, multumque ſuperant, & nemo poſſit ſuſtinere. Et hæc Ariſtotelis, Cypriani, & Sapientum omnium ſententia eſt. *3. ethi. c. 1. Cyprianus ſermone de lapſis. c. poteſt fieri. de pœniten. diſtin. 1. cum dilectus de his quæ vi. met. ve. cau. fiunt.*

35 Sed inter hæreſim, & alia crimina hoc intereſt, quòd ea metu commiſſa nihilominus perfecta ſunt; hæreſis verò non antè perficitur, quàm pertinax conſenſus accedat. Nec enim hæreſis in dictis, aut factis, ſed in intellectu, & voluntate conſiſtit; atqui cœtera poteſt homo nolens, credere verò non niſi volens. Undè fieri poteſt, ut aliquis victus ſuppliciis ſermone neget Deum, & corde adoret. Et ut inquit Cyprianus libro de duplici martyrio: *cum tyranus dicit, abnega Chriſtum, & immola Jovi, & eſto amicus noſter, aut morere: ſæpe lingua negat, corde reclamante: & manus adolet thus, cum animus intus adoret Chriſtum.* Quamquam hoc quoque graviſſimum eſt crimen; tamen aliquam impietatis culpam elevat humanæ naturæ imbecillitas. *c. poteſt fieri de pœniten diſt. 1.*

36 Quinimmò qui tali metu lapſus eſt, & corde non diſceſſit à Fide Catholica, is nec hæreticus fuit, nec hæreticorum pœnis affici debet. *Cyprian. lib. de duplici martyrio. Ambroſius lib. 1. de pœnit. cap. 3. Alex. Aleſ. 1. parte quæſt. 183. Alberti in rubri. de hæreti. lib. 6. quæſt. 13. Brunus lib. 1. de hæreti. cap. 4.*

37 Sed ut veriſimile ſit, quòd is non conſenſit, nec Hæreticus, nec Apoſtata fuit; opus eſt, ut doleat, & metu ceſſante ſtatim redeat, agatq; pœnitentiam. Nam ſi diu tacuit, & non reclamavit, utique conſenſiſſe, ac ratum habuiſſe videbitur. *3. ethi. cap. 1. Concilio Ancyrano, cap. 3. l. 2. C. de his quæ vi metuſve cauſa geſta ſunt. Salomo. in l. 1. ff. de legibus.*

38 Circa eos verò, qui poſt lapſum confeſtim redeunt, aliquid humanitatis debet oſtendi, & benignè recipiendi ſunt, quemadmodum à Sanctis Patribus identidem decretum, & uſitatum eſt. Nam ut inquit Lactantius *lib. 5. divinæ inſtitution. cap. 13. Multo firmior eſt Fides, quam reponit pœnitentia. Concilio Niceno can. 11. Arelatenſi c. 11. Ancyrano c. 6. Cypria. ſermone de lapſis, Niceph. lib. 6. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 2. & 5.*

39 Obiter autem admonere volui, martyrium non eſſe temerè appetendum, ait enim Redemptor noſter. *Cum perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam.* Quod exemplo quoque docuit, cum ſe abſcondit à judæis, & abiit in regionem juxtà deſertum in Civitate Ephrem, ut eſt apud Joannem cap. 11. ubi Theophilactus inquit; *In condemnationem Judæorum ſecedit Dominus; interim, & nos docens, ne nos temerè periculis ingeramus etiam pro pietate; ſed ſtemus quidem fortitèr, deprehenſi autem ne in voluntarium periculum propter incertum eventum irruamus.* Et Euſebius lib. 4. Eccleſiaſt. hiſtor. cap. 15. memorans Corinthum quendam natione Phrygen beſtias, cæteraſque tormenta ſpontè laceſiſſe, ac tandem fracto animo defeciſſe; *Quæ res,* inquit, *cum ad martyrium procacia potiùs, & temeritate, quàm devotione proſilviſſe declarat; ipſe namque ſe judiciis ingeſſerat. Itaque victus exemplum evidens omnibus dedit cautius in rebus talibus, & circumſpectius agendum; quia non temeritas, ſed Fides, & modeſtia coronatur. Matth. 10. Nazianzenus in vita Baſilii. Ambro. lib. 1. offi. cap. 37. Chryſoſt. in epiſtola ad Hebr. homil. 5. & ad populum Anthio. homil. 67. Clemens Alexan. lib. 4. ſtromatum. Sozome. lib. 6. tripartita, cap. 22, Nicepho. lib. 10. hiſto. Ec-*

Matth. 10.

Hiſtoria Corinthi.

ſto. Eccl. cap. 16. *Pheophyla. in Matth. cap.* 10. *& in Lucam c.* 22.

40 Excipitur tamen Epiſcopus ab ea regula; nam fugere non debet, ſi ejus fuga nocitura ſit Eccleſiæ, ne mercenarius potius, quàm bonus Paſtor eſſe videatur. Sicuti D. Auguſtinus ad Honoratũ ſcripſit. Et Ambroſius cum à Juſtina Arriana Valentiniani Matre de Eccleſia juberetur exire; *Ego*, inquit, *ſpontè hoc non agam, ne lupis ovium ſepta contradere videar, atque blaſphemantibus Deum; hic ſi placet, occide, hoc loco mortem prona voluntate ſuſcipiam. Author Paulus Diaconus lib.* 12. *rerum Romanarum.* Quod ſi nihil ſit profuturus, & Epiſcopus ipſe fugere poteſt. Nec moveat quemquam, quòd fuga timidi hominis eſſe putetur; nam, & Paulus ille, qui certus erat, quia nec mors, nec vita, nec Angeli, nec Principatus, nec Virtutes, nec alia Creatura, poterat eum ſeparare à charitate Dei, ille inquam Paulus, Athleta Chriſti fortiſſimus, modo per feneſtram, modo per murum fugiens, è manibus Tyrannorum evaſit. Fugit & Athanaſius, fugerunt & alii multi Sanctiſſimi, conſtantiſſimi, & ſapientiſſimi Viri; pudendo Tertulliani errore, libro de fuga in perſecutione. *Joan.* 10. *Auguſt. epiſt.* 180. *ad Roma* 8. *poſteriore ad Corin. c.* 11. *act.* 9. *cap. pœn. & fin.* 7. *quæſt.* 1. *T hom.* 2. 2. *quæſt.* 124.

Ad Rom. 8.

41 Sed jam ad propoſitum revertamur. Qui magna animi perturbatione commotus aliquid hæreticum dixerit, is proculdubio hæreticus non eſt; niſi ea fortè concurrant, quibus perficitur hæreſis. *Sunt autem perturbationes*, ut ait Cicero, *turbidi animorum, concitatiq; motus, averſi à ratione, inimici mentis, vitæque tranquillæ, vel ſunt commotiones animi, quæ rem conſilio, & ratione videre non ſinunt.*

Amor vehemens animi perturbatio.

42 Omnibus ex animi perturbationibus, ut inquit Cicero, *nulla vehementior eſt quam amor:* addit Gerſon. *Nulla violentior, nulla rapacior, nulla denique minus ſinens animam ſui juris eſſe.* Diotima quoque apud Platonem, *magnum Dæmonem vocabat amorem:* & Hieronymus lib. 1. adverſus Jovinianum ſcribit: *Amor forma rationis oblivio eſt, & inſaniæ proximus, fœdum, minimeque conveniens animo ſoſpiti vitium: turbat conſilia, altos, & generoſos ſpiritus frangit: à magnis cogitationibus ad humillimas trahit, querulos, iracundos, temerarios, durè imperioſos, ſerviliter blandos, omnibus inutiles facit.* Hæc ille. Amor igitur præſertim improbus, & furor eſt, & inſania. *Gerſon ſermone de ſancto Bernardo. §. ulti.* & inibi interpraetes *inſtit. de ſucceſſio. ſublatis.*

43 Itaque ſi furore amoris aliquis perturbatus offenſione ſcilicet, aut Zelotypia, vel deſperatione, verba dixerit hæretica, defendi nonnumquam poterit, ne hæreticus eſſe credatur. Nam, & *Zelotypia*, ut ait Chryſoſtomus, *violentiſſimus affectus eſt:* & qui talia dixit, velut ebrius, non ut hæreticus puniendus eſt. *Chryſoſt. in cap. Matth.* 1. *hom.* 4. *Tiraquel. de pœnis cauſa.* 4.

44 Idemque erit, ſi quiſpiam amore nimio inſaniens, amicæ imaginem adoraret, aut aliqua verba emiſerit, quæ idololatriam ſonent. Eſt enim hoc ejus, qui vehementer amat, ut horreat, metuatque; deindè inſpiciens dilectam, ut eam tanquam Deum colat, & niſi vereretur inſaniæ crimen, ſacra amatæ non aliter, quam Dei ſtatuæ faceret, quemadmodum eleganter Plato Divinus tradit in Phœdro.

45 Sed notanda diſtinctio eſt, quam Ariſtoteles poſuit lib. 2. magnorum moralium cap. 6. *Incontinentiæ*, inquit, *binæ ſunt ſpecies: una quidem prorumpens, & improviſa, & confeſtim proveniens; veluti cum ſpecioſiſſimam mulierem viderimus, & confeſtim afficiamur, & ab affectu erumpit impulſus ad aliquid perpetrandum, quod fortaſsè non expediat. Altera vero velut quadam imbecillitas, quæ cum ratione avertente inſurgit. Prior igitur non admodum ſub repræhenſionem cadere videtur, quandoquidem etiam virtutis ſtudioſis poteſt evenire, callidis, & ingenioſis: ſecunda autem frigidis, & melanconicis: tales nimirum reprehendi.* Ex hac igitur ſententia, illi nonnullam defenſionem habent, qui amore obcœcati ſine deliberatione delinquunt; hi verò nullam, qui amoris prætextu aliquid præmeditatum committunt, ac de his quidem Propertius ait:

Non ſemper placidus per juros ridet amãtes Jupiter

& Plautus in Aulularia.

Nimis vile eſt vinum atque Amor.
Si ebrio, atque amanti impunè facere quod lubeat, licet.

46 Ii quoque defendi poſſunt, qui inexpectato, & repentino dolore impietatem

tem aliquam dixerint, ut enim Plato in timæo inquit. *Dolores admodum vehementes, morborum animæ omnium graviſſimi ſunt judicandi*. Et mox: *qui dolorem vitare obnixè conatur, neq; cernere, neq; audire rectè quicquam poteſt; ſed rabie furit, & in eo habitu conſtitutus, minimè rationis eſt compos*; & Fabius. *Dolor ſæpe egit in laqueos, in præcipitia compulit, & cruciatus laborantis animæ vulneribus emiſit*; & Plutarchus in oratione conſolatoria: *Cum multa ſint animæ perturbationes, omnium quàm graviſſima eſt dolor: Multi enim dolore in furorem, nonnulli in incurabiles ægritudines redacti memorantur; ſibi ipſis quidam præ dolore mortem conſciverunt*. Mulieres igitur, quæ improviſa, inopinataq; morte maritorum, aut filiorum commotæ, aliquid impium repentè dixiſſe convictæ fuerint; nec hæreticæ ſunt, neque ſeverius puniendæ. *l. ſi adulterium. §. imperatores. ff. ad leg. Juli. de adulte. l. Gracus. C. eodem tit. Tiraquel. de pœnis, cauſa* 1.

47 Ità *furor brevis eſt*, inquit Horatius, & Cato Senior, *iraſcentem à furioſo tempore ſolùm diſtare dicebat*, & Ariſtoteles: *Ira nonnullos in furorem, & inſaniam adigit*, & Chryſ. *ira fera eſt vehemens, & furibunda*. Et Mox: *Inter iram, & inſaniam nihil differt, ſed brevis quidam Dæmon eſt, imò quam qui Dæmonio vexantur gravior*. Et Cicero lib. 4. tuſculan. quæſt. *Quid eſt quò non progrediatur eòdem ira, quo furor? itaque iratos propriè dicimus exiſſe de poteſtate, idest de conſilio, de ratione, de mente. 7. ethi. cap. 3. & 6. Chryſoſt. in Joan. homil.* 47.

48 Quæ omnia eo pertinent, ut ii, qui ira inconſulta hæreticum aliquid dixerint, non protinus cenſeantur hæretici. Hæreſis enim ab electione eſt; ea verò, quæ proficiſcuntur ab ira, non diudicantur ex electione fieri; quia non ille incipit, qui facit, ſed is qui provocavit ad iram; ut Ariſtoteles tradit; benignius ergo cum his agendum eſt. *c. hæreſis* 24. *q.* 3. *ethi.* 5. *cap.* 8. *l. ſi ex plagis. §.* 1. *ff. ad l. Aquil. l. quidquid calore de regu. jur Tiraquel. de pœnis cauſa* 1.

49 Et generalitèr ea peccata digna ſunt clementia, & venia, quæ ſine electione ab invitis fiunt, ſecus verò ſi anteceſſit deliberatio. Divinus quidem Plato lib. 9. de leg. inquit: *Per iram facit, & qui ſubitò abſque voluntate interimendi interficit, itaut confeſtim poſt impetum pœnitentia ſequatur; & qui contumelia laceſſiti, ideoq; in vindictæ cupiditate perſeverantes, poſteà volentes interfecerunt, nec pœnitet ea feciſſe: altera cædes conſultò, altera inconſultò commiſſa dicitur; majora verò ſupplicia illis decet imponere, qui conſultò per iram delinquunt; illis contra, qui repentè, & inconſultò leviora*; & Cicero: *In omni juſtitia permultum intereſt, utrum perturbatione aliqua animi, quæ plærumque brevis eſt, & ad tempus; an conſultò, & cogitatò fiat injuria; leviora ſunt enim quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea, quæ meditata, quæ præparata inferuntur*. 5. *ethi. cap.* 8. *Demoſthenes oratione adverſus Midiam. Cicero lib.* 1. *offi. & lib.* 2. *de inventione. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 24. *l. Græcus. C. ad l. Jul. de adulte.*

50 Et quamvis delicta ab ebriis commiſſa inter crimina non ſint ponenda, cum ad imperium vini admiſſa eſſe videantur, ut Divus Ambroſius ſcribit in lib. de Elia, & jejunio; is tamen, qui ſemiebrius blaſphemat, aut hæreſes dicit, puniendus quidem eſt, ſed mitius, pro modo voluntarii, & ſcandali. *l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re milita. l. reſpiciendum. §. delinquunt de pœnis uterque Thom.* 2. 2. *quæſt.* 150. *art. ult. Tiraquel. de pœnis cauſa* 6. *Albertinus de aſſertionibus Catho. quæſt.* 36.

51 Magna reorũ defenſio eſſe poterit, ſi fortè Inquiſitor ſuſpectus ſit, ut reiiciatur, propoſitis in eum juſtis rejectionis, ſivè recuſationis cauſis. Veluti ſi inimicus ſit, ſi conjuravit in reos, aut ſi tale quippiam probari poſſit. Nec enim ob cauſas leviores recuſatio admittenda eſt. *argu. c. per tuas de Simo. Card. in clem.* 1. *de hæreti. Angel. in ſumma, verbo Inquiſitio. §.* 5. *Pariſius conſ.* 2. *lib.* 4. *cap. ulti.* 3. *q.* 5. *Rebuffus tracta. de recuſatio.*

52 Sed in Hiſpania cũ Inquiſitor Apoſtolicus recuſatur, non eliguntur arbitri, ut de ſuſpicione cognoſcant, ne judicium eludatur, & cauſa Fidei Catholicæ differatur; Sed in Senatu cauſa recuſationis ſummatim cognita, vel recuſatus reiicitur; vel frivola, & fruſtatoria recuſatione repulſa, Inquiſitor judicare jubetur. Neq; id injuria, quia ſicut proceditur appellatione remota, ſic etiam ſpreta frivola recuſatione procedi poterit. *c. ſuper eo* 2. *c. cum ſpeciali. de appellationibus*, & inibi interpretes.

53 Quid autem ſi reus defenſionibus

ſuis

ſuis renunciet, dicatque ſe habere rata teſtimonia, nec velle ut repetantur teſtes? & communi ſententia receptum eſt, hanc renunciationem nullius eſſe momẽti; quia non eſt audiendus reus perire feſtinans. *l. non tantum. ff. de appellat. glo.* omnibus probata *in l. pactum inter hæredem. ff. de pact.*

54 Pleriq;tamen excipiunt eam ſpeciem à judicibus uſitatam, eum reus id ipſum fatetur, quod teſtibus comprobatum eſt; tunc enim ſupervacuum eſſe videtur iterum teſtes producere. *Bal. in l. ſi accuſatoribus. C. de accuſat. Paul. Oroſius*, & cœteri *in dicta l. pactum.*

55 Verùm utcumq; in aliis judiciis res habeat, Inquiſitores noſtri id ſervare non debent. Primò, quia veritas apertior erit publicatis Reo teſtimoniis, & ab eo ſingillatim probatis; deindè ut juſtus ſit actorũ proceſſus, & reus ipſe, ac teſtes ſemel, atq; iterum interrogentur; poſtremò, quia ſæpè rei ſolent revocare ſuas confeſſiones, quamobrem opportet, ut convicti ſint; adde quod mitius agitur cum confeſſo, quàm cum convicto. *c. non dicatis 12. q. 1. c. afferte. de præſcriptio. l. 1. §. ſi quis ultro. ff. de quæſtionibus Tiraquel. de pœnis. cauſa* 30.

56 Conſanguinei reorum integri teſtes non ſunt ad probandas defenſiones; quia eorum intereſt reos abſolvi, quorum infamia ad eos uſque porrigitur, ſi fuerint impietatis, hæreſiſq; damnati; non ſunt igitur admittendi conſanguinei, neque affines, aut familiares, ſed alii teſtes integri, & Fide digni. *l. 1. & 2. ff. de liber. cauſa. c. filii de hære. lib. 6.*

57 Sed eſt quæſtionis, utrum reorum conſanguinei defenſiones allegare poſſint, & ad earum probationem ſint admittendi, & cum rei vivunt, & ætatem habent, ipſi per ſe loquentur, nec ab aliis defendi poſſunt; ſed audiendi ſunt conſanguinei duntaxat uſque eo, ut Inquiſitores inſtruantur; & ſi quid ab eis fuerit prolatum, quod reo prodeſſe queat, id officio ſuo inquirant; & ità Senatus conſulto cavetur.

58 Solent rei probare probitatem ſuã, & actus religionis ab eis factos, contrarios, & adverſos erroribus objectis, quod quidem prodeſſe poteſt ad præſumptionem hæreſis diluendam. *cap. pan. de præſumptio. Bertrandus conſ. 37. lib. 2.*

ANNOTATIONES.

1 Hæreticis pertinacibus &c.

Nedum Hæreticis pertinacibus deneganda ſunt defenſiones; ſed illis quoque, qui probare volunt non eſſe hæreſim, quæ ab Eccleſia ut hæreſis eſt damnata. *Carena de S. Officio part. 3. de defenſionib. Reorum tit. 9. §. 1. nu. 2. & Farinac. de Hæreſi. qu.* 185. §. 14. *num.* 225.

2 Prima Reorum Innocentium &c. Defenſio.

Eſt tantæ vis Negatio facta à Reo de crimine ſibi objecto, quod hac ſtante vertitur ſemper in dubium ejus delictum. Vnde mos eſt in SS. Inquiſitionis Tribunali nunquam Reo Advocatum concedere, niſi poſt quam ter monitus à Iudice de veritate dicenda, negat crimen ſibi objectum; tunc enim propter dubium ex tali negatione proveniens, quod crimen objectum verum non ſit, illi Advocatus conceditur. *Del Bene de SS. Inquiſit. Off. p. 1. dub.* 187. *nu.* 7.

7 (*a*) Neceſſe eſt, ut tempus, & locus perpetrati criminis aſſignetur.

An in accuſatione, & Inquiſitione neceſſaria ſit aſſignatio loci, & temporis, controvertitur inter Doctores. Vide *Farinac. de hæreſ. quæſt.* 185. §. 3. *nu.* 30. & §. 4. *num.* 51. ubi diſtinctionem facit de Inquiſitione Generali, & Speciali.

9 Magna item defenſio erit ſi Reus teſtes refutaverit. &c.

Appoſitè hìc Simanc: Defenſionem Rei, quæ ſit per teſtium refutationem, magnam appellat; nam in Sanctæ Inquiſitionis Tribunali Maxima Defenſionis ſpecies eſt repulſa teſtium fiſci, excipiendo contra eorum perſonas dicta, & examen. *Caren. de S. Inquiſit. Offic. part. 3. tit. 9. de Defen. Reor. §. 4. num.* 14.

12 Hinc eſt quod hæreſis à furioſo &c.

Adde ſententiam hanc procedere quoque in eo, qui dilucida habet intervalla, & ignoratur, an tempore ſanæ, an infirmæ mentis deliquerit; In hoc etenim caſu DD. cenſent de jure præſumendum eſſe dementiæ tempore delictum fuiſſe commiſſum. *Ant. Gomez. tom 3. var. cap. 1. nu* 70. *Souſa in aforiſm. Inquiſit. lib. 2. cap. 33. num. 4.* & alii quos refert *Caren loco ſupercit. nu.* 65.

13 Quid ſi hæreticus incidat &c.

Nota, quod Hæreticus, qui tempore ſanæ mentis deliquit, ſed poſtea in furorem incidit, vel inſaniam, non eſt cuſtodiendus domi ſuæ à ſuis, ut dixit *Souſa loco ſupracit. cap. 37. num.* 7. ſed in carceribus S. Officii. *Carena loco ſupercit. nu.* 68. Quibus autem modis dignoſci poſſit, an furor, vel dementia hæreticorum vera ſit, an ſimulata, vide *Pegnam in comment. ad 3. part Direct. Eymeric. comment. 22. verſ. qua autem ratione.*

16 Eadem, & in dormiente &c.

Verùm eſt deliquentes in ſomno puniri non poſſe; Vnde, ſi quis, v. g. hæreſim dormiens protulerit, non ob id eſt ab Inquiſitore puniendus; ſed verùm pariter eſt quod contra hos tales oritur non parva præſumptio, quod eadem agant vigiles, quæ agere in ſomno attenduntur, ſolent enim homines perſæpè noctù dormientes ore proferre, quæ vigiles diù mente volutarunt. teſte Ariſtotele *cap. 7. de ſomno, & vigilia*; quare monitos habet

Inquiſitores *Carena de S.Officio par.3. tit.9. ſ.9. de dormiente, nu.39.* ut ad mores, & vitam huiuſmodi dormientium diligenter attendant.

17 Ebrietas quoque &c.

Conſultò hic appoſuit Simanca illa verba: *tunc ſcilicet cum omnino mente privavit*; Si namque ebrietas talis eſſet, quæ haud rationis uſum non tólleret, ſed diminueret, tunc à tota delicti pœna temulentum non excuſaret; & hoc eſt quod communiter ajunt Doctores, nempè quod ebrietas excuſat à tanto, ſed non à toto. Triplicem ebrietatis ſpeciem ponentem, vide *Carenam loc. nupercit. ſ. 10. de ebrietate, & ebriis.*

18 Qui refert aliorum hæreſes &c.

Notandum hic, quod ſi quiſpiam deprehendatur hæreticalia protuliſſe, & pro ſe hanc afferat excuſationem, quòd ſcilicet ea duntaxat protulit recitativè, illam probare tenetur, alioquin pœna mulctandus. *Pegna in comment. ad 3. p. direct. Eymeric. comment. 17. verſic. An autem per dolum.*

21 Nimia quoque ruſticitas &c.

Excuſantur quidem ab hæreſis ſuſpicione Ruſtici, Mulierculæ, ac alii Rudes, & ſimplices, ſed in his tantùm, quæ eorum capacitatem ſuperare videntur; nam in aliis ſuſpicionis ſunt Rei; Quare fit, ut in delictis Polygamiæ, ſortilegii qualificati, confractionis SS. Imaginum, & aliis hujuſmodi, nullo habito reſpectu ad eorum ruſticitatem, & ignaviam, non excuſentur, ſed abjurent de vehementi, fuſtigentur, & quandoq; ad triremes damnentur. Cenſet enim S.Inquiſitionis Tribunal, & prudentiſſimè, nullum Chriſtianorum tanta ſimplicitate pollere poſſe, ut neſciat illicitum eſſe inter Chriſti fideles plures Viros, & Vxores habere ſimul, ſortilegia nullatenus poſſe cohoneſtari, & quod Sanctorum Imagines venerandæ ſunt, non autem ſacrilego deturpandæ conatu. Vide quæ de hac Ruſticali materia docet *Farinac. de hæreſ. qu. 179. nu. 14. 15. 35. & 36.* vnà cum *Carena loco nupercit. ſ. 11. de Mulieribus, & Ruſticis nu. 47. & 48.*

22 Iocus autem, &c.

In S. Inquiſitionis Tribunali non habet locum effatum illud: Dictum, vel factum jocoſum pœnam non meretur. *l. 1. ſ. Divus. ff. ad l. Corneliam de Sicar. l. obligationum ſubſtantia. ſ. ult. ff. de actio. & obligatio. l. ſicut ſemel. C. de liberali cauſa. cap. 1. de ſentent. excom.*; Nam ſi quis jocosè in Deum, Sanctos, vel Fidem quippiam protulerit, mulctandus eſt; qua autem pœna vide *Pegnam in comment. 17. verſ. & quamvis regulariter, & ſequen.* ubi hanc materiam copiosè pertractat. *lege pariter locatum in caſibus Romæ deciſis*, & à ſe deſcriptis poſt praxim *Iudic. Inquiſit. caſu 1.* & videbis ibidem relatum *Rochum quendam cujuſdam approbatæ Religionis profeſſum*, qui eo quoniam in quodam ſcandaloſo, & turpi ludo, quem cum ſuis fecerat Comprofeſſis Hymnum *Iam lucis orto ſidere*, immiſcuit adjectis nonnullis verbis impudicis, & actibus inhoneſtis, violatæ Fidei Iudicum deciſione fuſtigatus in S. Officii Palatio, per decenium privatus omnibus legitimis actibus, ac voce activa, & paſſiva, per trienium omni ſexta feria Jejunio punitus fuit.

26 Pueri, & impuberes, &c.

Non omittendum hic quòd ſicuti Hæreticus minor, quoties pœnitens eſt, ratione minoris ætatis mitius punitur; ita ſi pertinax eſſet, nullum ex minori ætate beneficium reportaret, ſed eſſet pœna ordinaria plectendus, dummodò tamen doli capax cerneretur, quamvis non etiam pubes, ſed proximus tantùm pubertati *Decian. in tract. crimin. p. 1. lib. 3. cap. 12. num. 25. & lib. 5. cap. 37. nu. 56. Souſa in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 3. cap. 32. num. 1.* & alii quos refert *Caren. de Off. S. Inquiſit. p. 3. tit. 9. ſ. 6. de minor. ætat. num. 24. & 25.*

28 Mulieres fermè, &c.

Notandum hic Mulierculas, & quoſlibet alios Idiotas etiam in his, quæ explicitè ſcire, & credere tenentur, poſſe ab Hæreſeos ſuſpicione excuſari; ſi quid erroneum contra teneant, quoties eorum ignorantia probata, parati ſint Eccleſiæ parere; ſed nunquam à peccato mortali excuſarem, eo quoniam talia ſcire ſub letalis peccati pœna tenentur, vide *Tolet. de inſtruct. Sacerdot. lib. 4. cap. 3. nu. 4. verſ. unde multi ruſtici.*

30 Sed cum aliquis metu &c.

Qui mortis, vel alterius mali metu in hæreſeos labitur impietatem, licèt aliquando hæreticus non judicetur, & per conſequens hæreticorum pœnas effugiat; ſępertamen eſt ſuſpectus de hæreſi, quæ ſuſpicio, aut vehemens, aut levis erit, juxta cauſas quibus, aut gravabitur, aut minuetur, juxtà Perſonarum qualitatem, & juxta timoris incuſſi rationem; idcircò hic docet Simanc: hunc puniendum mitius, & pro modo culpæ. Vide *Gerſon. in tract. de proteſtat. conſiderat.* 12. quem in propoſito refert, & ſequitur *Pegna in comment. ad 1. part. Direct. Eymeric. quæſt. 9. comment. 24. verſ. ſed hæc quidem omnia*; ubi doctiſsimè explicat cauſas, Perſonarum qualitates, & timoris rationem, quibus omnibus quis aut de vehementi, aut de levi, aut nullo pacto reddatur ſuſpectus in hoc caſu, & quando nam propter hanc ſuſpicionem ſit ei indicenda abjuratio.

35 Sed inter hæreſim, & alia crimina &c.

Hac potiſsimum de cauſa ab Hæreſeos noxa defenditur à nonnullis S. Marcellinus Papa, & Martyr. Quia, dicunt, licet incenſum ſuper prunas in Idolorum cultum metu Tyrannorum impulſus manu externè trementi impoſuerit; nil tamen contra Chriſti fidem internè credidit, ut ejus publica pœnitentia in Sinveſſano Concilio teſtata fuit (vera ejus Hiſtoria conceſſa, de qua admodum dubitatur, ut videre eſt *ex Baron. Annal. Eccleſiaſt. tom. 5. circa Annum Domini 302. & Spondan. in Epitom. ejuſdem Anni num. 12. & 14.*) Quare cum hæreſis crimen in intellectu errante, & voluntate pertinaci tantùm perficiatur, & Pontifex iſte Sanctiſsimus fuerit, & toto corde fidelis; ſequitur ex illo facto nunquam Hæreticum poſſe cenſeri. Vide *Roderic. Acugn. in cap. Nunc autem diſtin. 21. Suarez. de fide diſp. 10. ſect. 6. num. 1. & Bellarm. in ſuis controverſ. tom. 1. lib. 4. de Sum. Pontif. cap. 8. verſ. Decimus eſt Marcellinus.*

37 Sed vt veriſimile ſit &c.

Notandum hic triplicem eſſe conditionem eorum, qui poſt lapſum in aliquod dictum, vel factum hæreticale metu, aut vi, ad pœnitentiam confugiunt. Alii enim non ſtatim, ſed poſt longum tempus, poſt diuturnum ſilentium, nulla reclamatione præmiſſa dolent; & hi à pœnis hæreticorum non excuſantur, quia ſcelus admiſſum ratum habuiſſe, & illi conſenſiſſe videntur. Alios quidem non ſtatim, ſed tamen non poſt tam magnam temporis intercapedinem pœnitet; & hi, pœnas quidem hæreticorum evadunt, ſed tamen puniendi ſunt, & ad abjurationem compellendi. Alii denique ſtatim poſt lapſum pœnitentes ad Eccleſiæ gremium veniam implorantes revertuntur, & hi benignè recipiendi, & mitiſsimè tractandi ſunt. Vide *Azzor. in Summa part. 1. lib. 8. cap. 9.*

Rub.

Rub. de Hæreſis Crimin. quæſt. 9. in fine, quem etiam citat *Farin. de hæreſ. quæſt. 183. §. 3. nu. 28. in fine.*

39 Obiter autem &c.

De hac materia lege, quæ olim non minus piiſſimè, quàm doctiſſimè ſcripſit *D. Athanaſius in Apolog. de fuga ſua.*

43 Itaque ſi furore amoris &c.

Nota quod hic Simanca ait duntaxat non eſſe, ut hæreticum puniendum, qui amoris furore perturbatus verba profert hæreticalia; & doctrinam hanc ſuam non extendit ad eorum, qui ob amorem Amaſiæ ſortilegia committunt hæreticalia, nec docet hos tales nedum leviori pœna, ſed etiam leviori abjuratione mulctandos, ſicut docuit *Zanard. in ſum. par. 2. cap. 12.* Ex quo licèt colligere quòd ſortilegi etiam amore perciti, quoties ſortilegia ad amorem patrant qualificata, abjurare ſolent de vehementi, ut non ſemel in S. Inquiſitionis Cremonæ practicatum ſe vidiſſe teſtatur *Carena de Off. S. Inquiſit. par. 3. tit. 9. de Reor. defenſ. §. 12. de Amore nu. 53.*

48 Quæ omnia eo pertinent &c.

Obſerva hic diligenter, quòd licèt ſit verùm quicquid in hoc capite docet Simanc, & quòd Ira faciat mitius delictum puniri, ut habetur *ex tex. l. 2.* ibi ſeu calorem *C. de Abilit.* In Tribunali tamen Sanctiſs. Inquiſitionis non omnis ira pœnæ diminutionem præſtare ſolet, ſed ea tantùm quæ ex cauſa Iuſta procedit; & vehemens eſt. Vnde fit quòd iraſcentes cauſa ludi, & ob id hæreticaliter Blaſphemantes, abſque ulla pœnæ diminutione pœna Blaſphemorum puniuntur, ut docet *Caren. de Off. SS. Inquiſit. part. 3. de Reorum defenſionib. tit. 9. §. 7. nu. 32.* & ego ipſe in hoc SS. Inquiſitionis Ferrariæ Tribunali Eccl. Cardinalium Vniverſalis Inquiſitionis Decreto practicatum vidi in quodam Milite qui iraſcens ludi gratia horrendas Blaſphemias conſueverat eructare.

50 Et quamvis delicta &c.

Præter ea quæ ſupra *num. 17. lege Zachiam in ſuis quæſt. Medico-legalib. lib. 2. tit. 1. quæſt. 11.* ubi latè, & eruditè hanc ebrietatis materiam pertractat.

51 Magna Reorum defenſio &c.

Quicquid in contrarium ſenſiſſe videantur *Archidiacon. in c. quia plerique de Off. ordin in 6. Ioannes à Rojas ſingular. 100. incipien. Inquiſitores, & in tract. de Hæretic. part. 2. de privileg. Inquiſit. num. 435. Menoch. de arbitrar. lib. 1. qu. 37. nu. 40. Scacc. in tract. de Iudic. cauſar. civil. crimin. de Hæretic. cap. 67. num. 7.* attamen verior hodie, & communior cenſetur Simancæ ſententia, nempè quòd Apoſtolici Inquiſitores quandoque poſſunt, ut ſuſpecti recuſari; quam præter ipſum tenent *Eymeric. in Direct. Inquiſit. p. 3. num. 120.* & ibi *Pegna in comment. 30. verſ. cæterum Tabien. in ſumm in Verbo Inquiſitio §. 4. nu. 5. Iacob. Laurent. in tract. de Iudic. ſuſpec cap. 2. nu. 9. Farinac. de Hæreſi qu. 185. §. 5. nu. 236. & Carena de S. Off. par. 3. tit. 9. §. 18. nu. 85. & ſequen.* benè nihilominus verùm eſt, quòd non omnis cauſa eſt ſufficiens ad hanc recuſationem faciendam; ſed exigitur cauſa graviſſima, quæ cenſetur capitalis inimicitia, vel conſpiratio in Reum. Vide præter DD. nuper relatos *Ludovic. à Paramo de Origin. S. Inquiſitionis lib. 3. quæſt. 4 Rub. de expedit. proceſſ. in cauſis fidei num. 56.* & nota quòd in hujus caſus contingentia recuſationis cauſa ad ſupremum Inquiſitionis Tribunal cognoſcenda remittitur.

53 Quid autem ſi Reus defenſionibus ſuis &c.

Obſervandum hic quòd licèt Reus non poſsit ſuis renunciare defenſionibus quippè quæ ſunt de jure Naturæ, maximè ubi in Criminal cauſa agitur de pœna corporis afflictiva; cum nullus ſit Dominus membrorum ſuorum *Gloſ. c. quoniam contra de probat.* poteſt tamen renunciare termino pro ſuis defenſionibus ſibi à Iudice aſsignato, quippe qui eſt ſolùm de jure poſitivo. Nota hanc eſſe in Sanctiſsimæ Inquiſitionis Tribunali praxim exercendam, ut ſcilicet Iudices non obſtante defenſionum renunciatione à Reis facta, ſinant ſemper labi terminum aſsignatum, antequam ad cauſæ expeditionem deveniant; ſic etenim calumniantia Reorum ora clauduntur, & in cautela ſemper Inquiſitores abundant. Vide *Carenam de S. Off. part. 3. tit. 10. de defenſionib. Reorum §. 20. nu. 90. & ſequen.*

56 Conſanguinei Reorum &c.

Bene dixit hic Simanc: Reorum Conſanguineos non eſſe ad eorum defenſiones probandas integros teſtes, quia ſi cum hujuſmodi conſanguineis alii Teſtes convenirent non conſanguinei, qui omni exceptione forent majores, vel ipſimet eſſent valdè dignæ, ac ſpectatæ probitatis, aut aliqua pro Reo ſuppoſito concurrerent Innocentiæ inditia, arbitror integritatem poſſe recipere, & eorum depoſitionem præſumptorũ Reorum defenſionibus prodeſſe. Vide *Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ 857. num. 28. & Lel. Zecch. in ſumm. part. 1. tit. de Fid. Rubr. de Hæreſi cap. 11. num. 14. verſ. quo verò ad domeſticos.* quorum Doctrina quamvis procedat de Domeſticis tantùm, & Familiaribus, applicari quoque poterit, & conſanguineis. *Farinac. de hæreſ. quæſt. 188. §. 7. num. 150. & ſequen.*

De Defunctis. Titulus XVIII.

SUMMARIUM.

1 *Mortem juſtorum Eccleſia laudare cur ſoleat, improborum vero, & hæreticorum memoriam damnare.*

2 *Reis vita functis, in aliis criminibus ab hæreſi, crimen cum pœna extinguitur.*

3 *Cadavera reorum de aliis criminibus ab hæreſi, cur puniri non ſoleant.*

4 *Cadavera punitorum inſepulta relinquenda non ſunt.*

5 *Cadavera, & oſſa hæreticorum punienda cur ſint.*

6 *Hæreticus poſt mortem condemnatur, ac ſi vivus eſſet.*

7 *Corpora hæreticorũ non ſunt inter Chriſtianorum corpora ſepelienda.*

8 *Corpora hæreticorum inter Chriſtianorum corpora non eſſe ſepelienda. Joſca, & aliorum exemplis comprobatur.*

9 *Sepultura Eccleſiaſtica privatio, ab hæreticorum excõmunicatione deſcendit.*

10 *Oſſa, & cineres hæreticorum, & non ſolum cadavera; ſepultura privari debẽt.*

11 *Hæretici defuncti memoria, & fama jure damnatur.*

12 *Defuncti hæretici memoria quando damnanda ſit.*

13 *Defuncti, qui ſuſpectus de hæreſi lite procedente obiit, quo pacto cauſa tractanda ſit.*

14 *Defunctus hæreticus accuſari poteſt, atq; damnari, etiam poſt quadraginta annos.*

15 *Defuncti memoriam qui defendere poſſint coram judicibus.*

16 *Filius vivo Patre hæretico, cur ad ejus defenſionem non admittitur.*

17 *Citandi ſunt præſentes, & certi ad defuncti defenſionem; abſentes verò, & incerti edictis generaliter vocandi.*

18 *Bonis defuncti publicatis, an teneantur ſucceſſores ad fructuum reſtitutionem.*

19 *Proceſſus contra defunctum brevi tempore fiat.*

20 *Defuncti cauſa ab inſtantia judìcii abſoluti, ſi adverſùs eum alii teſtes ſupervenerint, denuo tractari poterit.*

21 *Mortem ſibi conſciſcere, non licet cuipiam.*

22 *Mortem ſibi conſciſcere, quam horrendum, & execrandum facinus ſit.*

23 *Mortem ſibi conſciſcere, cur non liceat.*

24 *Mortem ſibi voluntariam inferre, nulla auctoritas eſt, qua Chriſtianis concedatur.*

25 *Occidere ſe ipſum quivis probibetur, Divino illo præcepto, Non occides.*

26 *Occidere ſe ipſum contra naturalem inclinationem eſt.*

27 *Occidendo ſe ipſum injuria ſit Reipub. & Deus læditur.*

28 *Occiſor ſui multò magis peccat, quam miles qui injuſſu Ducis à ſtatione diſcedit.*

29 *Occidere ſe ipſum nequaquam licet, niſi id Deus ſpecialiter præceperit.*

30 *Mortem ſibi inferre non licet; multa tamen licent, ex quibus mors vel ſequitur, vel acceleratur.*

31 *Occidentes ſe ipſos in carcere ubi propter hæreſim coercebantur quales cenſendi ſint.*

32 *Confeſſio illorum recipi non debet, qui poſt plenam Confeſſionem ſibi manus inferunt.*

33 *Defunctorum hæreticorum cauſa quomodo ſit tractanda, colligitur ex octava Seſſione Concilii Conſtantienſis.*

De Defunctis.

1 Sicuti prætioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus, ut Propheta Regius ait, ſic mors pravorum, & impiorum execranda, & deteſtabilis eſt. Et ſicuti durat ſemper memoria juſti cum laudibus; ſic nomen impiorum putreſcit, & eorum eſt immortalis infamia. Quemadmodum igitur Sanctorum mortem Eccleſia Catholica quotidie celebrat; ſic, & impiorum, & hæreticorum damnare ſolet memoriam, ut & juſti lætentur, & confundantur iniqui. *Pſ.* 115. *Prover.* 10.

2 In aliis criminibus, reis vita functis, crimen cum pœna extinguitur; quia præventi ſunt à Summo Judice Deo, & vocati ad maximum ejus tribunal; & ut inquit Ulpianus; *is qui in reatu decedit, integri ſtatu decedit; extinguitur enim crimen mortalitate, & reus morte crimine liberatur. l.* 1. *cum ſeq. C. ſi reus vel accuſator. l.* 15. *qui in reatu. ad l. Juli. Majeſta. l. contra pupillum. §.* 15. *qui ad majus de re judi. l. ſi pœna. ff. de pœnis. c. ex epiſtola. c quorundam.* 23. *diſtin. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 104. *art.* 5.

3 Sed neque cadaver puniri ſolet, quia ſenſu, & anima caret, ac pœnæ capax non eſt. Vivos caſtigare decet, non mortuos, ut apud Stobæum eſt, qui Sophoclem refert, ita dicentem; *Quid juvat mortuos,* *Sophoclis*
qui amplius non ſunt, affligere? Fabius quo- *dictum.*
que ait: *Mortem quidem finem eſſe, nec ſæ-* *Præter Mor-*
vitiam ultra fata procedere. Illumque valdè *tis pœnam*
crudelem judicat, qui adeò hominem exuit, *nil ultra.*
ut ibi pœnam quærat, ubi ſenſum doloris non inveniat. Poſtremò totius hominis crimen in ſolo cadavere injuſtè punitur; quia, ut Plato in Alcibiade inquit; *Non eſt homo* *Platonis*
hoc, quod videmus fragile, & terrenum; ſed *ſententia.*

ani-

animus eſt, ſed intellectus, qui omnem ambitum Cœli, omnem decurſum temporis excedit. Et iterum in Axiocho: *Soluta ſimul hac compage, animoque rurſus in proprium reſtituto locum, relictum iſtud corpus terrenum, atque rationis expers, amplius nequaquam eſt homo.* Et Ovidius lib. 3. de triſt.

Hector erat tum, cum bello certabat; & idem.

Tractus ab æmonio non erat Hector equo.

Quibus conſentanea tradiderunt, Mercurius, Lactantius, Ambroſius, & alii, *Stobæus ſermone* 122. *Fabius declamatione* 12. *Mercurius Triſmegiſtus in Aſclepio. Lactan. de officio Dei c.* 20. *Ambro. lib.* 6. *Exameron. c.* 6. *cum ſeq. Cælius lib.* 2. *lect. antiq. c.* 17.

4 Sed neque punitorum cadavera inſepulta relinquenda ſunt, ſed cognatis, vel quibuslibet petentibus ad ſepulturam danda ſunt; ut Uulpianus, Julius, Paulus, Diocletianus quoque, atque Maximianus, crudeles alioqui tradiderunt. Accedit eo-
Deuter. 21. dem lex illa Deuteronomii: *quando peccaverit homo, quod morte plectendum eſt, & ad judicatus morti appenſus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver ejus in ligno, ſed in eadem die ſepelietur; quia maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno; & nequaquam contaminabis terram tuam, quam Dominus Deus tuus dederit tibi in poſſeſſionem.* Quem locum eleganter explicat Hieronymus in 3. cap. epiſtolæ ad Galatas. Quam ob cauſam nonnulli putant peccare judices, qui corpora punitorum ſepeliri vetant; quod equidem verum eſſe cenſeo, niſi fortè ad terrorem id pro magnis ſceleribus receptum ſit moribus, aut legibus conſtitutum; eſt enim hoc inhumanum, crudele, & horrendum. *l.* 1. *& ulti. de cadave. punito. l. obnoxios. C. de Religio. & ſumpti. fune. Deuteron.* 21. *Silveſter. verbo, ſepultura. quæſt.* 10. *Joan. Majo. in lib.* 4. *ſent. diſt.* 45. *quæſt.* 4. *Covar. lib.* 2. *varia reſolut. cap.* 1. *nn.* 11.

5 Sed quamvis in pleriſq; aliis criminibus hæc ita ſint; in crimine tamen hæreſis propter atrocitatem ejus, & Reip. documentum, non ſolum ad viventem hominem, ſed etiam ad cadaver, ad ſepulcrum, ad oſſa, & cineres, ad memoriam, & famã pœna pervenit; quod quidem juſtiſſimum eſt, ut non modo corpora multorum, ſed etiam plurimorum animę ſalvę fiant. Nam ſi *jure ac merito ab ultimo parricidio*, ut Fabius ait, *exigitur pœna trans hominem*; quantò rectius ab hæretico gravior pœna exigenda eſt, qui ſuam primum animam, deinde familiæ ſuæ, poſtremò totius Reipub. perpetua morte ſtudet occidere. *Fabius declara.* 6.

6 Itaque adverſus hæreticum inquiritur etiam poſt mortem, & ſi de ejus hæreſi planè conſtiterit, condemnatur ac ſi vivus eſſet, bonaq; illius publicantur, & ab hæredibus auferuntur; & inſuper declaratur excommunicatus; & iterum excommunicatur, quòd attinet ad operationes viventium, ut pro eo non fiant preces, neq; oblationes, neque in loco Sacro ſepeliatur. *c. accuſatus. §. in eo de hæreti. lib.* 6. *c. à nobis* 2. *de ſent. excommuni. c. ſane perfertur.* 24. *quæſt.* 2. *l. Manicheos. c. de hæreti. Alphon. lib.* 2. *de juſta hæreti. punit. cap.* 19. *cum ſeq.*

7 Corpora igitur hæreticorum, defenſorum, & receptatorum non ſunt inter corpora Chriſtianorum ſepelienda. Qui nimio, qui ſcienter ea Eccleſiaſticæ ſepolturæ tradiderit, excõmunicationis ſententiæ ſubjacebit; & ab illa non eſt abſolvendus, donec propriis manibus hæreticorum corpora publicè effodiat, & extrahat, & eorum oſſa ervat, atque proiiciat; quod tamen tunc fieri debet, cum à fidelium corporibus diſcerni poſſunt. *c. ſicut de hæret. cap.* 2. *eo tit. lib.* 6. *prima inſtru. Hiſpalen. cap.* 20. *cap. ſacris de ſepoltu.*

8 Sic etiam Joſias occidit omnes Sacerdotes hæreticos, & eorum oſſa commiſit igni; & aliorum hæreticorum oſſa de ſepulcris tulit, & combuſſit ea. Et Irene. Auguſta. effodit oſſa ſocri ſui hæretici, & combuſſit illa; quod merito à Catholicis viris laudatur. Plato quoq; Divinus huic ſententiæ legibus ſuis accedit. lib. 10. ſtatuens, impios vita functos extra regionis fines inſepultos eiiciendos. *Qui autem*, inquit, *eos ſepelierit, impietatis crimine à volente accuſetur. lib.* 4. *regum. cap.* 23. *& lib.* 2. *paralipo. cap.* 34. *Nicephorus lib.* 17. *Eccleſiaſt. hiſt. cap.* 27.

9 Pœna hæc privationis Eccleſiaſticæ ſepulturæ ab hæreticorum excommunicatione deſcendit; non enim alii ſepeliendi ſunt in Sacris locis, quàm hi, qui in Religione Chriſtiana initiati, & in vera Fide, & pœnitentia decedunt. Undè à ſepultura Eccleſiaſtica excluduntur omnes infideles,

deles, pueri nec dum baptizati, hæretici, excommunicati, & qui in manifeſto peccato, de quo non egerunt pœnitentiam, moriũtur; veluti qui ſibi ipſis conſciſcunt mortem, qui furti, rapinæ, aut uſurarum damnati fuerunt, de quo ſatisfacere noluerint; nam hi à communione fidelium excludendi fuerunt; Et quibus in vita non communicavimus, iiſdem nec poſt mortem communicare debemus. Poſtremò indigni ſunt Eccleſiaſtica ſepultura, hi pro quibus orare non licet; non enim præcipuè ob aliam cauſam corpora defunctorum in Sacris locis ſepeliuntur, quàm ut hi, qui eodem loco ingrediuntur, Deum pro illis precentur; quamobrem ſepulcra mortuorum dicuntur monumenta, quia monent vivorum mentes, ut defunctorum recordentur, auctore *Auguſt. lib. de cura pro mortuis agenda. c. eumgravia. 13. q. 2. c. ex parte. c. ſacris de ſepultu. Clemen. 1. eo. tit. Alphon. lib. 2. de juſta hæreti. punit. cap. 18. Brunus lib. 4. de carem. cap. 2. & cap. 7.*

10 Non ſolùm hæreticorum cadavera ſepeliri non debent, ſed neque oſſa, neque cineres eorum; quia eadem omninò ratio prohibitionis, in his, atq; in cadaveribus eſt. Adde quòd olim corpora defunctorum cremari ſolebant, ſed oſſa, & cineres ſepeliebantur. Alia multa de ſepulcris, & ritibus ſepeliendi, ac de illis id genus, plures antè nos frequentiſſimè tradiderunt. *Dionyſius de Eccleſ. hier. c. 7. Ambroſius, & Nauſea lib. de Tobia cap. 1. Chryſoſt. in Gen. homil. 66. Auguſt. lib. 1. de Civit. Dei c. 12. & iterùm lib. de cura pro mortuis gerenda. Plato lib. 12. de leg. Lactantius lib. 6. divina inſtit. cap. 12. Plutarchus in vita Lycurgi Stobæus ſermone 120. Cælius lib. 17. lectio. antiqua cap. 19. eumſeq. Thomas 2. 2. quæſt. 32. Abulen. Levitici 10. quæſt. 10. & ulti. Titelmanus in Eccleſiaſt. cap. 6. Gerſon. par. 2. tractatu de ſolecitudine Eccleſiaſticorum concln. 6.*

11 Memoria, & fama hæretici defuncti jure damnatur, ut ſupradiximus. Undè in Concilio Conſtantienſi patres hujuſcemodi ſententiam protulerunt: *Concilium pronuntiat hæreticum Joan. Vviclef. ac memoriam ejuſdem condemnat, & mandat exhumari oſſa ipſius, & cremari. ſeſſ. 8. & cap. accuſatus. §. in eo de hæreti. lib. 6. l. Manichæos. C. eodem tit.*

12 Procedi tamen contra memoriam defuncti non debet, priuſquam de illius hæreſi planè conſtiterit per legitimas probationes, quæ ad condemnationem ſufficiant. Quod prudentèr admodum quarta inſtructione Toletana cavetur; cui accedit, quòd non eſt accuſandus defunctus tanquam hæreticus, proprerea quòd aliquam hæreſim dixerit, vel ſcripſerit, niſi antè conſtiterit de pertinacia ejus; quia non ſequitur neceſſario, illum hæreticum fuiſſe, qui dixit, vel ſcripſit hæreſim. Adde quòd plenior, clariorque probatio exigenda eſt contra defunctum, qui ſe defendere nequit, quam contra hominem vivũ; qua ratione plura juris ſolemnia neceſſaria eſſe in teſtamentis, quam in contractibus viventium, cunctis legumlatoribus, æquum viſum eſt. 4. *inſtruct. Toleta. cap. 7. Ariſt. problemat. 3. parti. 29. Bal. in c. 1. §. ſi quis ſi de inveſti. inter do. & vaſſa. lis. oriatur lib. feudo.*

13 Si verò quiſpiam ſuſpectus de hæreſi mortuus fuerit lite pendente; rectè judices poterunt cauſam peragere, ut vel abſolvant eum, & ejus hæredes, vel famam, & memoriam condemnent, bonis etiam publicatis; non tamen imponere debent hæredibus pœnam pecuniariam propter ſolam ſuſpicionem, quia morte ſuſpicio extinguitur. *1. C. ex delictis defuncto*, & illic *Bal. c. accuſatus. §. porrò de hæreti. lib. 6. Ægid. Bellame. deciſ. 677. & 680. Joan. de Ana. in c. ſi quis Epiſcopus de hæreti.*

14 Nonnulli putant hæreticum defunctum accuſari non poſſe poſt quinquennium, quia poſt hoc tempus legibus civilibus non licèt accuſare apoſtatam. Verior tamen ſententia eſt, quòd accuſari poteſt, atque damnari hæreticus etiam poſt quadraginta annos; & ea tantùm bona confiſcantur, quæ ſpatio quadraginta annorum fuerint bona Fide ab hęreſibus poſſeſſa. *l. 2. & ibidem Glo. & Bart. C. de apoſta. c. ulti. de præſcript. lib. 6. prima inſtruct. Hiſpalen. cap. 20. Pelinus in c. cum nobis de præſcriptio. Brunus lib. 5. de hæreti. cap. 17.*

15 Filii, & ſucceſſores, & alii omnes quorum intereſt, vocandi ſunt ad memoriam defuncti defendendam; hi enim audiri debent, quibus nocere poteſt ſententia, ne in dicta cauſa damnentur. Sed hoc amplius ajunt Albericus, & Ægydius, quemlibet ſine delectu audiendum eſſe, qui ve-

lit

lit memoriam, & famam defuncti defendere. Quod equidem non omninò reiiciendum cenſeo, ſi modo probabilem cauſam defenſionis, quiſquis ille ſit, attulerit; nam, & unicuique Deus mandavit de proximo ſuo; & natura inter omnes homines cognationem quandam conſtituit; & in omnibus rebus, præſertim Fidei, & Religionis, omnes ſumus Fratres in Chriſto. Poſtremò humanitatis ratione cujuslibet appellatio pro homine ad mortem damnato admitti ſolet, nec quærimus cujus intерſit; multo ergo rectius admittenda pro defuncto defenſio eſt, qui ſe defendere nequit. *c. filii de hæreti. lib. 6. prima inſtruct. Hiſpalen. cap. 20. l. nam ita divus de adoptio. Aegydius deciſ. 678. & 679. Alberi. in rubri. C. de hæreticis. l. ut vim de juſti. & jure. l. non tantum de appellat. l. ad dictos. C. eodem tit.*

16 Cœterum vivo Patre, filius non admittitur ad ejus defenſionem, quamvis ipſius filii plurimum interſit. Quod ideò fieri ſolet, quia Pater, ſe ipſum defendere longè meliùs poterit, cum certior ſit de veritate cauſæ. Demum principalitèr tractatur de damno patris, ad filium autem pervenitur ex conſequentia; quo caſu filius non eſt audiendus, niſi fortè pater eſſet mente captus, qui loco abſentis, & mortui habetur. *glo. Alex.* & cœteri *in l. de uno quoque de re judi. glo. ulti in c. quamvis pactum de pactis lib. 6. Alex.* & alii *in l. ſæpè de re judi.*

17 Qui autem præſentes, & certi fuerint ex his, quorum intereſt, citandi ſunt ad defuncti defenſionem; abſentes verò, & incerti vocādi ſunt generalitèr edictis, vel præconiis ſecundum conſuetudinem Provinciæ. Si verò non comparverit qui defunctum defendere velit; judices defenſorem idoneum eligent. *Prima inſtruct. Hiſpalen. c. 20. cap. ulti. de electio. lib. 6. Aegidius deciſ. 679. l. ſi eo tempore. C. de remiſſi. pigno.*

18 Quæſtionis eſt an publicatis bonis defuncti, teneantur ſucceſſores ad reſtitutionem fructuum; & æquius eſt, ut non teneantur, ſi bonæ fidei poſſeſſores fuerint, niſi ad fructus perceptos à tempore litis conteſtatæ; hoc enim æquum eſt, & multis juris capitulis continetur: quamvis autem prima inſtructione Hiſpalenſi generalitèr caveatur, ut bonis defuncti publicatis, auferantur bona cum fructibus à quocunq; ſucceſſore; id tamen accipiendum eſt, de malæ fidei poſſeſſoribus, vel de fructibus perceptis poſt motam litem, ut paulò ante dixi. *l. ſed, & ſi lege. §. 1. eumſeq. de peti. hæredi. l. terminato. C. de fructi. & lit. expen. prima inſtruct. Hiſpalen. cap. 20. l. non eſt novum de legib.*

19 Illud quoque judices obſervabunt, quod quarta inſtructione Toletana prudenter cavetur; ut proceſſus contra defunctum brevi tempore fiat, longis rejectis ambagibus, & ut in cauſa non ſuperſedeant propter defectum probationum; niſi fortè ſit veriſimile, quod intrà breve tempus alii teſtes ſupervenient. Si verò plena probatione defunctus convictus non fuerit, protinus abſolvendus eſt ab inſtantia judicii, & bona ſucceſſoribus liberè dimittenda. *c. accuſat. §. porrò de hæreti. lib. 6. quarta inſtruct. Toletana c. 7.*

20 Si verò poſtquam defunctus fuerit abſolutus ab inſtātia judicii, ſupervenerint adverſus eū alii teſtes, tractari denuò cauſa poterit, & alterius inſtantiæ teſtimonia vim ſuam integram ſervant, ut cum iſtis conjungi queant ad plenam hæreſis probationem. Nam, & ſi perempta inſtantia pereant acta ordinaria, quæ inſtantiam illam reſpiciunt; ut datio fidejuſſoris, judicio ſiſti, citatio, litis conteſtatio, & ſi quæ ſunt generis ejuſdem; ea tamen acta, quæ ad cauſam, magis quam ad inſtantiam pertinent, perempta inſtantia, nihilominùs vim ſuam habent, ut in alia inſtantia noceant eidem reo, ejuſq; ſucceſſoribus. Quæ quidem vera, & recepta, & uſu etiam comprobata ſententia. *Bar. in l. eum lite judi. ſolvi. Hoſti. Abbas, & Felinus in c. cauſamque 1. de teſti. Alex. conſ. 58. lib. 2. Jaſ. Alciat.* & cœteri *in l. is apud quem. C. de edendo.*

21 Antequam de eis diſſeram, qui propter hæreſim vincti, mortem ſibi conſciverunt, quod ſæpè ab eis fieri contingit, quos totos dæmon poſſedit; non erit alienum breviter nunc aliqua, de hac execranda morte perſtringere. Fuit quippè multorum pernicioſus error, ſed eorum, qui verum Deum ignorarunt, æxiſtimantium, quod ſpe vitæ melioris, aut prò gloria adipiſcenda, vel tedio vitæ, vel prò dedecore, vel dolore fugiendo, liceret unicuiq; mortem ſibi conſciſcere. Uſq; adeò autem hæc

inſania apud quoſdam invaluit, ut Plinius dicere non dubitarit, *eſſe id optimum, quod homini dedit natura in tantis vitæ pœnis.* Undè Chryſippus, Empedocles, Zeno, Cleantes, Lycurgus, Demoſthenes, Themiſtocles, Annibal, Cleomenes, Brutus, Cato Uticenſis, Marcus Antonius, aliiq; multi, qui viri fortes, prudentes, & ſapientes habebantur, mortem ſibi ipſis nephariam conſciviſſe traduntur; contra quos veriſſima rectius philoſophantium ſententia eſt, nulli unquam id licuiſſe, nec eſſe hoc viri ſapientis, aut fortis. Nam, ut apud Curtium eſt lib. 5. hiſt. Alexandri. *Fortium virorū eſt magis mortem contemnere, quam odiſſe vitam.* Quod, & Pythagoras, Plato, Ariſtoteles, & cœteri omnes docent. *Plato in Phedone, & lib. 9. de legib. Ariſt. lib. 3. Ethic. cap. 7. & lib. 5. cap. 11.* & illic *Buridanus qu. 28. Alciatus lib. 4. Parergon. cap. 4.*

Exempla Virorum, qui ſibi necem intulerunt.

22 Hoc amplius habet Chriſtiana philoſophia; non ſolum id non licere, verùm etiam horrendum, & execrandum facinus eſſe, mortem ſibi aliqua ex cauſa conſciſcere, quia locus ſalubri pœnitentiæ non relinquitur. Quam ſententiam Origenes, Chryſoſtomus, Hieronymus, Auguſtinus, & univerſi Theologi comprobant. *Origenes, lib. 2. in Job. propè finem; Lactan. lib. 3. divina inſtitu. cap. 18. Chryſoſt. in Epiſt. Pauli ad Galat. Cyprian. lib. de duplici martyrio. Divus Petrus apud Clementem lib. 7. recognit. Hiero. epiſt. ad Paulam. Theophilactus in Matthæ. cap. 27. Auguſtin. lib. 1. de Civit. Dei c. 17. eum ſeq. c. ſi non licet. c. placuit 28. quæſt. 5. Alex. Aleſ. 3. parte quæſt. 34. memb. 2. Tho. 2. 2. quæſt. 64. art. 5.* & innumerabiles alii.

23 Sunt autem huius ſententiæ fundamenta fortiſſima, veriſſima, & euidentiſſima; Primùm quod homo non eſt vitæ Dominus, ſed ſolus Deus vitæ largitor; juxtà quod ipſe in Deuteronomio, inquit; *ego occidam, & ego vivere faciam*; & alibi Sapiens ait; *Tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes poteſtatem.* Graviſſimè igitur in Deum peccat, qui, quod ejus ſolius eſt, uſurpat violentiſſimè. *Deuteron. c. 32. Sapient. c. 16.*

cap. 32.

cap. 16.

24 Deindè nulla eſt auctoritas, ut ait Auguſtinus, quæ Chriſtianis in qualibet cauſa jus volontariæ necis attribuat; nec enim fruſtra in Sanctis, canoniciſq; libris, nuſquam nobis divinitus præceptum, permiſſumvè reperiri poteſt, ut, vel ipſius adipiſcendæ immortalitatis, vel ullius carendi, cavendivè mali cauſa, nobiſmet ipſis necem inferamus. Quod quidem non fuiſſet omiſſum à Summo Deo legislatore noſtro, ſi id ullo modo liceret. *Auguſt. lib. 1. de Civit. Dei. cap. 20.*

25 Accedit eòdem, quod in Divino illo præcepto, *Non occides*, quo non alia, quàm hominis occiſio prohibetur, evidentiſſimè includitur, neminem ſe ipſum unquam occidere poſſe. Nam qui alterum occidere prohibetur, multò magis prohibitus eſt, ne ſibi ipſi mortem conſciſcat. Nec enim qui ſe occidit, aliud quàm hominem occidit. Quinimmò ſui ipſius homicida magis contra charitatis ordinem peccat, quàm occiſor alterius; charitas quippè ab illo incipere debet, qui habet eam. Undè præceptum Divinum dicit, *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Et *Marci 12.* Eccleſiaſticus inquit: *Qui ſibi nequam eſt,* *cap. 14.* *cui alii bonus erit?* Martianus quoq; jure conſultus puniendum eſſe illum ait, qui ſibi manus intulit; quia is, qui ſibi non pepercit, multò minùs alii parceret. *Contra hos*, ut ait Seneca, *inventum eſt, ut aliquid poſt mortem timerent.* Nihil non auſus fuit, qui ſe potuit occidere. *l. praeſes. C. de ſervit. & aqua. Eccleſiaſt. 14. l. ulti. de rebus eorum. Tho. 2. 2. quæſt. 26.* & cœteri Theologi *in lib. 3. ſent. diſtin. 28. eum ſeq. Seneca declamatione quarta.*

26 Præterea ſe ipſum occidere, facinus eſt horrendum, & contra naturalem inclinationem, ſicuti apud omnes Theologos ſatis conſtat; ut ait Cicero, *Dedit enim natura ipſa, virtutum omnium initia, eademque rebus omnibus eam vim inſervit, ut appetant ſui conſervationem, & reſiſtant corruptioni.* Quod experientia docet, & Ariſtoteles tradit *lib. 2. de generatione.* Undè vim, atque injuriam propulſare omni jure cuilibet conceſſum eſt. *l. ut vim de juſti. & jure.*

27 Ad hæc is, qui ſe occidit, injuriam facit Reipublicæ, cujus membrum erat, quod temerè auctoritate privata; immò Sathanica præcidit invita Republica; Nec tantùm ſibi ipſi, & univerſæ Reipub. injurius eſt, qui nefandum hoc facinus perpetrat; Verùm etiam Deum ipſum graviſſimè lædit, ſervum ejus occidendo contra Do-

Domini, & Creatoris voluntatem, atque præceptum; Undè Plato in Phedone ſapienter admodum ait: *Nefas eſſe hominem ſibimet manus afferre: nec aliter iraſci Deum, ſi id faciat, quàm Dominum, ſi quod ſe mancipiorum occiderit.* Joſephus quoq; inquit *lib. 3. de bello Judaicq: Qui Dei depoſitum ex corpore proprio ejecerit, maximè peccat; Nam qui corporis vincula diſſolvit, quæ lege Diuina innexa ſunt, is proculdubio legem Dei ſubvertit; non enim licet animam ſolvere, niſi ei, qui ligavit, qui poſuit theſaurum iſtum in vaſis fictilibus.* Joſephus *lib. 3. cap. 14.* pleniùs *Aegiſippus lib. 3. de Excidio Hieroſolymitano cap. 17.*

28 Accedit etiam, quòd militiæ deſertor, qui à ſtatione diſcedit injuſſu Ducis, capite puniendus eſt; ſed multò magis deliquit vitæ deſertor, qui ab hujus vitæ militia injuſſu Dei diſcedens, ſervum ejus occidit, & illius opus diſſolvit; ergò majori ſupplicio, & execratione majore dignus eſt; Quamobrem Pythagoras rectè vetat, inuſſu Imperatoris; ideſt, Dei, de præſidio, & ſtatione vitæ decedere. Sumus enim hic omnes velut in acie, loco unicuiq; ſuo ab Imperatore Deo aſſignato; nec aliud eſt vita hominum ſuper terram, auctore
cap. 7. Job, quàm militia; & ut eſt apud Apoſto
Epheſ. 6. lum Collucatio nobis omnibus eſt adverſùs carnem, & Mundum, & contra Princi
1. Chor. 4. pes tenebrarum; & facti ſumus ſpectaculum Mundo, Angelis, & Hominibus. Præclarè igitur Cicero in ſomnio Scipionis inquit; *Piis omnibus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis. Nec injuſſu ejus, à quo ille eſt nobis datus, ex hominum vita migrandum eſt; ne munus humanum aſſignatum à Deo, defugiſſe videamur.* Quod, & Macrobius illic poſt Plotinum comprobat. *l. non omnes. §. deſertor. de re milita. Pytagoræ ſententiam retulit Cicero lib. de ſenectute. Macrobius lib. 1. de ſomnio Scipionis.*

29 Quòd ſi quo caſu liceret ſibi ipſi mortem conſciſcere, tunc eſſet maximè, cum homo abſque peccato eſt; puta poſt Baptiſmum, vel ſtatim poſt juſtam pœnitentiam; ſed tunc minùs id licet, quia majus peccatum eſt occidere innocentem; ergò nullo caſu licet. In ſumma illud conſtantiſſimè credendum eſt nulli unquam licuiſſe ſibimet manus inferre, niſi fons ipſe juſtitiæ Deus ſpecialitèr hoc, aut præceperit, aut certiſſima inſpiratione ſuaſerit; qua ratione rectè defenditur Samſon, & laudantur ab Euſebio Martyres quidam; & Hieronymus ait, non licere propria perire manu, abſque eo ubi caſtitas periclitatur. Quod ſi qui leguntur ſibi aliis ex cauſis fortitèr conſciviſſe necem, aut infirmitas erat, morte quærens dolorum finem, aut ambitio, aut dementia; id enim, & Deo diſplicet; & Gentium etiam legibus prohibetur, ut elegantèr Cyprianus inquit libro de duplici martyrio. *c. ſi non licet. cap. non eſt noſtrum 23. qu. 5. Chryſoſt. in Joan. homil. 84. Ambroſius lib. 3. de virginib. Euſebius lib. 8. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 12. & cap. 17. cap. diſplicet. 23. q. 4. Paulus Diaconus lib. 15. de geſtis Romanorum, cum loquitur de pugna. Nicepho. lib. 7. cap. 12. cum proxi. & cap. 21. Callimachus in vita Attilæ.*

30 Multa tamen licent, ex quibus mors vel ſequitur, vel acceleratur, ſed præter intentionem inferendi ſibi mortem; licèt enim ſe non defendere ab interfectore; licèt panem alteri largiri in extrema famis neceſſitate; licèt damnato ad mortem non fugere; licèt ægros viſitare tempore peſtis; licèt navigare tempore periculoſo; licèt in bello juſto præliari; licèt abſtinentia vitam breviorem reddere, aliaque multa id genus licent; in quibus, & ſi mors interdum ſequatur, id tamen evenit præter intentionem morientis; de quibus omnibus antè nos multi multa dixerunt. *Gerſon. part. 2. tract. de non eſu carnium. Bartolo. Sybilla in ſpeculo peregrinarum quæſtionũ decadis primæ cap. 5. quæſt. 2. Fran. Victoria relectione de fortitudine. Covar. lib. 1. varia. reſſolut. cap 2. l. cum autem. §. malus de edilit. edic. l. peculium. §. ſi ipſe de pecu. l. lege Cornelia. §. ulti. de Sica. c. maritum 33. diſt. cap. 3. de corpo. vitia. Seneca epiſt. 24. Gellius lib. 15. noctium attica. cap. 10. Valerius Maximus lib. 7. cap. 7 Baſilius lib. de Virginitate. Euſebius lib. 6. hiſtor. Eccleſ. cap. 6. Plutarchus lib. de claris mulieribus cap. 11. Tiraquel. de nobilit. cap. 31. num. 520.*

31 Hi autem, qui propter hæreſim vincti, ſe ipſos in carcere occidunt, credendi ſunt conſcientia criminis mortem ſibi conſciviſſe; niſi fortè aliud hæredes eorum oſtendere poſſint; quibus nihil probantibus, illi punientur perindè ac ſi eorum hæreſis fuiſſet plenè probata. Nec id mirum videri debet, cum etiam hi, quorum nullum aliud crimen probatur, ob hoc tamen

ſolùm, quod ſibi ipſis mortẽ conſciſcunt; omni execratione digni cenſentur; & pro illis Eccleſia non recipit oblationes, neq; facit commemorationes, neque cum pſalmis eos ſepelit; legibus quoque Civilibus bona eorum publicantur, & hæredem non habent, & inteſtabiles ſunt. *glo. Bar.* & alii *in l. ulti. C. de jure fiſci lib. 10. & in l. ulti. de bonis eorum, Gonſalus de haret. quaeſt. 22. cap. placuit. 23. q. 5. & 2. Concilio Aurelianen. can. 14. & Concilii Altiſiodoren. can. 17. l. ſi quis filio. §. ejus de injuſto. rupto. l. parricidii ad leg. Pompe. de parrici. Regia. l. 24. tit. 1. par. 7. Covar. lib. 2. varia. reſolut. cap. 1.*

32 Et quamvis poſt plenam confeſſionem ſibi manus intulerint rei, non erit eorum confeſſio recipienda; nam, & Judas confeſſus fuit crimen, ſed quia laqueo ſe ſuſpendit, neq; confeſſio, neq; pœnitentia quidquam ei profuit. *c. Judas. c. nihil cum ſeq. de pœnit. diſt. 3.*

33 Ad poſtremum, ordo procedendi contra hæreticos defunctos colligi poteſt ex his, quæ ſcripta ſunt in octaua Seſſione Concilii Conſtantienſis hoc verborum tenore; *Quia auctoritate ſententia, & Decreti Romani Concilii, & mandato Sedis Apoſtolica, datis dilationibus debitis, proceſſum fuit ſuper condemnatione Joannis Vvicleff, & ſua memoria, edictis propoſitis, denunciationibuſq; ad vocandum omnes, qui eundem, vel ejus memoriam defendere vellent, ſi qui penitus exiſterent, nullus comparvit, qui eundem, vel ejus memoriam defenderet; examinatis inſuper teſtibus ſuper impœnitentia finali, pertinaciaque dicti Vvicleff., per commiſſarios deputatos, ſervatiſque ſervandis, prout in tali negotio poſtulat ordo juris, & ejus impœnitentia, & finali pertinacia, per evidentia ſigna teſtibus legitimis comprobata, fuit legitimè facta fides; propterea inſtante Procuratore fiſcali, edictoq; propoſito ad audiendam ſententiam, ad hanc diem; hac Sancta Synodus declarat, & diffinit, eundem Joannem Vvicleff. notorium hæreticum fuiſſe; & pertinacem in hareſi deceſſiſſe, anathematizando ipſum, pariter, & ſuam memoriam condemnando; decernitq; ejus corpus, & oſſa, ſi ab aliis Fidelium corporibus diſcerni poſſunt, exhumari, & procul ab Eccleſia ſepultura jactari, ſecundum Canonicas, & legitimas ſanctiones.* Et Judices interrogati, an ità placeret, Reſponderunt quod *placeret*. Et approbaverunt omnia prædicta.

ANNOTATIONES.

1 Sicuti pretioſa eſt in conſpectu Domini &c.

Ritus feſtorum agendorum in Sanctorum memoriam, eorum mortem celebrando, vetuſtiſſimus eſt in Eccleſia. In primo ſeculo S. Clemens *lib. 8. ſuarum Conſtitutionum cap. 39.* ſervari juſſit feſta Apoſtolorum, & Martyrum. In ſecundo ſeculo de eadem re habetur Eccleſiæ Smirnenſis Epiſtola, quam refert Euſebius *lib 4 cap. 15.* In tertio habetur teſtimonium Origenis *qui homil. 3. in diverſ. mentionem facit de SS. Innocentium Feſto*, & D. Cypriani, *qui epiſt. 6. lib. 3.* præcipit dies eorum, quibus excederent adnotari, ut commemorationes eorum inter Martyrum memorias poſſent celebrari. De reliquis non deſunt SS. Patrum auctoritates. Lege cauſas adducentem D. Auguſtin. *lib. 2. contra Fauſtum cap. 21.* De memoria hæreticorum defunctorum damnanda, vide *tex. in c. ſi quis Epiſcop. in Verbo poſt mortem, extra de haret.* vide pariter *tex. in l. Manichæos §. 2. Verſ. in mortem. C. de haret.*

5 Sed quamvis &c.

Nota quòd Hæreſeos crimen tantæ, ac talis impietatis æxiſtimatur, quæ etiam morte non extinguatur. *Calderi. in tract. de hæretic. rubric. de pœnis hæretic. poſt mortem ſub num. 1. & in rub. de materia proceſſ. Inquiſit. num. 3.*

6 Itaque adverſus Hæreticum &c.

Adde quòd damnata hæretici defuncti memoria, præter relata hic à Simanca, exhumantur ejus oſſa, ſi ab aliis diſcerni poſſint, & Igni comburrenda traduntur; Sic geſſiſſe Bonifacium VIII. qui cujuſdam Hermanni apud Ferrarienſes jam 20. Annis pro Sancto Cultum Cadaver exhumandum, & comburrendum curavit, eo quoniam hæreticum fuiſſe reperit; Auctor eſt Platina in Vita hujus Pontificis. Quamvis Auctores contrarium tenentes citet *Farinac. de hæreſi quæſt. 197. §. 4. nu. 95.*

7 Corpora igitur Hæreticorum &c.

Scitù dignum hìc quod ſi contigerit plures fuiſſe qui Hæretici cadaver tumularunt, Vnum autem tantùm, qui ejuſdem oſſa extumulaverit, vel etiam nullum; ſed ipſa fuiſſe ab alio aliquo extero extumulata; Omnes abſolvuntur. Vide *Gemin. in cap. 2. de hæretic. in 6. nu. 15. & Franc.* ibidem *num. 3. in fine.*

9 Pœna hæc privationis &c.

His, qui hìc recenſentur à Simanca Eccleſiaſtica ſepultura privandi, adde illos, qui decimas tenentur ſolvere, neque ſolvunt, aut Eccleſiæ reſtituunt juxtà *tex. in cap prohibemus de Decim.* Vide *Ind. Lavor. variar. lucubr. tom. 1. tit. 2. cap. 12. num. 48.* & alios quos citat *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 28. §. 4 num.* 19 & nota, quòd in Eccleſia primitiva mos fuit nedum Eccleſiaſtica ſepultura privandi, ſed & anathematizandi illos, qui in peccatis notoriis deceſſerant, *D. Auguſtin. Epiſt. 50. ad Bonif.* & tradit *Vincentius Ricard. in not. ad Epiſt 5. Procli Archiepiſcop. Conſtantinopl. ad maximum Diaconum.*

10 Non

10 Non ſolùm Hæretic. cadavera &c.
De priſcorum Chriſtianorum funeribus, præter Auctores hìc à Simanca citatos, quorum aliqui materiei hujus mentionem faciunt. Vide inter recentiores. *Io. Baptiſtam Caſalium lib. de Veterib. Chriſtianorum Ritib. cap.66. per totum.*

11 Memoria, & fama hæretici defuncti jure damnatur &c.
Intellige ſi deceſſerit Impœnitens; nam ſi in vita reſipiendo pœnitentiam egiſſet, non damnatur ejus memoria. Vide *Locatum in praxi Inquiſit. verbo Cadavera num. 1. in fine, Verbo filii. num. 13. in fine, & Verbo Inquiſitor num.* 5.

12 Procedi tamen &c.
Contra defuncti memoriam non poſſe procedi, niſi adſit plena probatio de hæreſi tradunt tres Inſtructiones, nempè *Hiſpalen Granaten. & Madrid.* quas refert *Ioan. à Rojas in tract. de hæret. part. 2. num. 30.*

13 Si verò quiſpiam &c.
Hæc Simancæ ſententia cenſetur communior, & verior; quia ſi poſt mortem nullo inchoato judicio poteſt hæreticus de hæreſi accuſari, & inquiri, & hæreſi probata, ejus memoria damnari; cur id ipſum fieri nequiverit ſi moriatur lite pendente? Vide quid ſuper hac ſententia ſentiat *Farinac. de hæreſ. quæſt. 197. §. 4. num. 99. 100. & 101.*

14 Nonnulli putant &c.
Doctores quæſtionem hanc diſcutientes, & prò utraque ſententia vide relatos *à Farinac. de hæreſ. quæſt. 197. §. 3. à num. 112. uſq; ad num.* 119. vide pariter *Pegnam in comment. ad Direct. Eymeric. comment. 92. par. 3. Verſ. hac tamen diſtinctione.* ubi in Simancæ ſententiam concurrens docet memoriam defuncti, quoad confiſcationem bonorum damnari poſſe, etiam poſt quinquennium infrà annos 40. in omni caſu, & hanc eſſe veriorem, & in praxi obſervandam ſe ait cenſere.

15 Filii, & ſucceſſores &c.
Huic Simancæ ſententiæ, qua nedum filios, & ſucceſſores &c. ſed omnes indiſtinctè, & ſinè delectu aſſerit audiendos eſſe, ſi velint memoriam defuncti tueri, ait ſe libentèr accedere *Pegna loc. ſupercit. verſ. illud præterea in fin.* quamvis nullum extraneum, ſed filios tantùm, & hæredes admittendos voluiſſe videatur. *Io. à Rojas ſing. 39.* ſed nota quod hæc Doctrina intelligi debet quoties defunctus in vita non fuit de hæreſi diffamatus, vel ſuſpectus; nam præcedente diffamatione, vel ſuſpicione, nedum extranei, ſed nec filii, & hæredes ad ejus defenſionem admittuntur. Vide *tex. in c. filii de hæret. in 6. Gundiſalu. in tract. de hæretic. quæſt. 22. num. 9. & 10. & Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 37. num. 31.*

16 Cœterum vivo Patre &c.
Nullum pręter Advocatum concedi ſolitum ab Inquiſitoribus, ad hæretici vivi defenſionem admitti dixit, ſupra *tit. de Advocatis num.* 1.

18 Quæſtionis eſt &c.
Hoc videtur docuiſſe ſupra *tit. 9. rubr. de bonis hæreticor. num. 58. & 59.* de hac materia vide latiſſimè diſſerentem *Thom. Sanchez in præcep. Decalog. lib. 2. cap. 23. per totum num. 1. & omnib. ſequen.*

20 Si verò poſt quam &c.
Hanc ſententiam veram communem, & uſu receptam vocat quoque *Farinac. de hæreſ. quæſt. 185. §. 13. num. 200.*

22 Hoc ampliùs habet Chriſtiana philoſophia &c.
Quòd nemini liceat ſe ipſum occidere, vide expreſſum *in Concil. Toletan. 16. cap. 4. 23. qu. 5. cap. tu dixiſti, & cap. non eſt;* & nota quòd ſic in ſe crudelitèr ſæviens primò Eccleſiaſtica ſepultura privatur. *cap. 23. qu. 5. placuit. Nicolaus I. ad conſulta Bulgar. cap. 98.* ſecundò Miſſæ ſuffragiorum redditur incapax. *Concil. Bracharen. 1. cap. 34.* tertiò denique prò eo non accipiuntur oblata. *Concil. Antiſiodoren. cap. 17.*

24 Deindè nulla eſt auctoritas &c.
Multa ſuper hoc argumento, vide 23. *quæſt. 5. cap. ſi non licèt.*

29 Quod ſi quo caſu &c.
Collige ex hac Doctrina diſcrimen, quod intereſt inter actum occidendi alium, & occidédi ſeipſum; actus enim occidendi alium etiam auctoritate privata aliquando poteſt juſtæ defenſionis titulo cohoneſtari; ſed actus interficiendi ſeipſum auctoritate privata nunquam eſſe poteſt honeſtus; & ſi Samſon, & Martyres quidam ſibi violentas inferrendo manus interimerunt, vel hoc Deo certiſſima inſpiratione ſuadente, ut inquit Auctor, fecerunt, vel inculpata ignorantia peccati rearum evaſerunt. *Lege D. Auguſtin. 1. de Civit. Dei cap. 17.*

30 Multa tamen licent &c.
Quæ hìc à Simanc. enumerantur, ideò licent, quia ex ipſis quæ ſequitur, vel ſequi poteſt ſui peremptio, ſequitur indirectè, & prætèr operantis intentionem; voluntaria namque, ac directa ſui ipſius occiſio tantùm Divino jure cavetur. De his, qui ſe eunucari ſinunt, ut celebres Muſici fiant ſonora voce retenta, an ſcilicèt id licitè faciant. Vide *Tambur. lib. 6. cap. 2. §. 3. Salonium 2. 2. quæſt. 65. art. 1. controver. 2. & Paſqualig. deciſ. 498.* qui contra Caramuel; & alios affirmativam ſententiam tuentur.

31 Hi autem &c.
Hæc Simancæ Doctrina locū habet, quoties Reus conſtrictus in vinculis ſeipſum interimit, poſt quā ſcientiam habet ſe in carcerem conjectum eſſe ob tale, vel tale delictum, de quo contra ſe facta ſit in judicio ſemiplena probatio; alias nequaquam, quia ſupponitur in tali caſu id feciſſe, vel vitæ affectus tedio, vel doloris, aut carceris impatientia &c. Vide *Carenam de S. Inquiſit. Offic. part. 2. de var. delict. ſpectan. tit. 17. §. 22. nu. 85.*

33 Ad poſtremum &c. ordo procedendi contra hæreticos defunctos &c.
De ordine contra hæreticos defunctos procedendi, vide *Pegnam in comment. Director. Eymeric. 3. par. quæſt. 63. comment. 92. § ſed veniamus.* Decreta, & Canones Conſtantienſis Concilii celebrati ſub duobus Summis Pontificibus Ioanne nempè XXIII. & Martino V. de Anno 1414. vide regiſtrata *tom. 3. Concil. part. 2.*

De Denunciatione Titulus XIX.

SUMMARIUM.

1 *DEnunciare quid ſit apud Juriſperitos.*
2 *Hæreticos etiam occultos quivis Catholicus indicare judicibus tenetur.*
3 *Lex ſacra quid illum facere præcipiebat, qui ab alio ſollicitabatur, ut diis alienis ſerviret.*
4 *Legis hujus verba obſervanda.*
5 *Hæreſes eſſe idola, ajunt Hieronymus, & Auguſtinus.*
6 *Hæreticos occultos indicandos eſſe, qui auctores cenſeant.*
7 *Auctores alii, qui cenſent hæreticos occultos indicandos eſſe.*
8 *Leonis Magni verba, quibus perſuadet occultos hæreticos indicari debere.*
9 *Auctores ethnici, ex quibus elicitur indicandos eſſe hæreticos occultos.*
10 *Correctionem fraternam non eſſe neceſſariam antè denunciationem, cum quis hæreticus occultus eſt, qui auctores cenſeant.*
11 *Correctionem fraternam quando cenſeant nonnulli adhibendam.*
12 *Hæretici occulti cur corrigendi non ſint, ſed ſtatim ad judices deferendi.*
13 *Hæreticum corrigere, priuſquam judicibus indicetur, nulla lex jubet.*
14 *Pauli doctrina, qua docet: hæreticum hominem poſt unam, & alteram correctionem devita: quomodo interpretanda.*
15 *Hæreticum occultum corrigere, & non priùs indicare, charitatis lex non patitur.*
16 *Hæreticos qui non indicaverint Inquiſitoribus, qua pœna afficiendi.*
17 *Index, ſeu denunciator hæretici aliis teſtibus annumeretur.*

De Denunciatione.

1 DEnunciare apud Juriſperitos, indicare, manifeſtare, ac deferre eſt, atq; denunciatorem prò Judice, vel delatore uſurpant.

2 Omnes Catholici hæreticos, etiam judicibus indicare tenentur; quia impietas pernicioſa eſt univerſæ Reipublicæ, atque omnium intereſt Religionem Chriſtianam violatam eſſe.

Auctoritates S. Scripturæ de Hæreticis denunciandis.

3 Sacra lex ait: *Si tibi perſuadere voluerit Frater tuus, vel Filius, vel Uxor, vel Amicus, clam dicens: eamus, & ſerviamus diis alienis, non acquieſcas ei, nec audias, nec parcat ei oculus tuus, ut miſerearis, & occultes eum; ſed ſtatim interficies. Sit primùm manus tua ſuper eum, & poſt te omnis populus mittat manum.* Deutero. 13.

4 Obſerva legis verba: nam dogmatiſtes ille clanculum perſuadere volebat, & tamen lex jubet, ut indicetur, & non occultetur. Indicãdus autem judicibus erat, ut ex alia lege ſatis conſtat; ait enim. *Cum reperti fuerint apud te Vir, aut Mulier, qui ſerviant diis alienis, & hoc tibi fuerit nunciatum, audienſq; inquiſieris diligenter, & verum eſſe repereris lapidibus obruentur &c.* Deuterono. 17.

Lex alia Deuteronomii.

5 Atq; eæ quidem leges (quod ad nunciationem judici faciendam attinet) in Republica Chriſtiana proculdubio ſervandæ ſunt. Nec quicquam putet eas leges de Apoſtatis duntaxat, & idolatris loqui; nam Divi Hieronymus, & Auguſtinus hæreſes, ajunt, eſſe idola; & Vincentius Lirinenſis, aliena ab Eccleſia dogmata, Deos alienos eſſe ſcribit, ut ſub titulo de idolatria referam.

Hæreſes Idola ſunt.

Dii alieni dogmata ab Eccleſia aliena vocantur.

6 Quod autem hæretici occulti judicibus ſint indicandi, magni in primis, & præclari viri auctores ſunt. Hieronymus: *Sapientes illi in Chriſto ſunt, qui ſatisfactione pœnitentiæ peccata ſua, vel errores hæreſeos, convertendo ſe ad Deum, fideliter confitentur, & auctores vel criminum ſuorum, vel dogmatum manifeſtant.* Auguſtinus: *Hæretico petenti pœnitentiæ locum, tunc credatur, ſi & alios, quos illic novit eſſe, manifeſtaverit nobis.* Et hæc alibi quoque retuli.

Auctoritates SS. Patrum de Hæreticis denunciandis.

Hieron. & Auguſtin.

7 Am-

Ambroſii, & Leonis Magni.

7 Ambroſius: *in cauſa Dei, ubi communionis periculum eſt, etiam diſſimulare peccatum eſt non leve.* Leo Magnus: *Manichæos ubicunq; latentes veſtris Presbyteris publicate; magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum, & ipſum in eis, cui ſerviunt, diabolum debellare. Ambroſ. 2. offi. cap. 24. Leo ſermone 4. de collectis.*

Alia S. Leon. Magni Auctoritas.

8 Idem Leo, ſermone 5. de jejunio decimi Menſis: *Illud quoque dilectiſsimi obſecrans moneo, ut ſi cui veſtrum innotuerit ubi habitent hæretici, ubi doceant, quos frequentent, & in quorum ſocietate requieſcant, noſtræ ſolicitudini fideliter indicetis; quia parum prodeſt unicuiq;, quod protegente Spiritu Sancto, ab iſtis ipſe non capitur: ſi cum alios capi intelligit, non movetur. Contra communes hoſtes pro ſalute communi, una communis debet eſſe vigilantia, ne de alicujus membri vulnere, etiam alia poſſint membra corrumpi: & qui tales non prodendos putant, in judicio Chriſti inveniantur rei de ſilentio, etiam ſi non contaminentur aſſenſu. Aſſumite igitur religioſæ ſolicitudinis Zelum, & contra ſæviſſimos hoſtes animarum, omnium fidelium cura conſurgat. Ideò enim miſericors Deus quandam nobis partem prodidit hominum noxiorum, ut manifeſtato periculo, excitaretur diligentia cautionis. Non ſufficiat quod actum eſt, ſed eadem Inquiſitio perſeveret; quæ hoc, auxiliante Deo, conſequetur, ut non ſolum qui recti ſunt, incolumes perſeverent, ſed etiam multi, qui diabolica ſeductione decepti ſunt, ab errore revocentur.* Hæc ille.

Ethnicorum leges de hæreticis denunciandis. Chærondas Cataneus.

9 Et ut Ethnicos quoque memorem: Chærondas Cataneus in proœmiis legum, inquit; *Honeſtum habeatur indicare illum, cujus quis facinorum conſcius eſt, ut Reſpublica ſalva ſit, multos habens bona ſua conſtitutionis cuſtodes; Is verò qui indicat, quamquam de genere ſibi proximis bonus, & pius æſtimetur; nihil enim eſt quàm Patria conjunctius.*

Plato.

Et Plato lib. 10. de legibus: *Si quis impiè quippiam agit, vel loquitur; qui fortè præſens fuerit, Deos defendat, Magiſtratibus ſignificet; quorum qui primi audierint, ad judicium harum rerum ſecundum leges deferant. Quod ſi quis Magiſtratus audierit, nec detulerit; ipſe impietatis reus fiat; & qui velit pro ultione legum perſequatur.*

10 Ex quibus omnibus perſpicuum eſt hæreticum, quantumvis occultum, protinus eſſe judicibus indicandum, neq; opus eſſe, ut antecedat fraterna ulla correctio; id enim nec legibus commemoratis cautum, nec ab ullo eorum, quos jàm antè laudavi, relatum eſt; & multi præterea Theologi, & Juriſperiti magno conſenſu tradunt, neceſſariam non eſſe correctionem fraternam antè hanc denunciationē, *uterq; Thomas 2. 2. quæſt. 34. & quæſt. 70. Alvarot. in §. credentes de ſtatut. & conſuetu. lib. feudo. Albertt lib. de ſecreto num. 83. Alphon. lib. 2. de juſta hæreti. punit. cap. 25. Soto lib. de ratione tegendi ſecretum memb. 2. quæſt. 4.*

11 Quidam autem putant, eo ſaltèm caſu fraternam correctionem fieri debere, cum hæreticus fuerit ſanabilis, & corrigens vir doctus ſit, & magnæ auctoritatis; itàut ferè compertum ſit, quòd per ſolam illam correptionem hæreticus reſipiſcet, ac nulli nocebit; ſed tamen nihilominùs ajunt, non eſſe fidendum huic correctioni; ſed tutius eſſe, ut ad Inquiſitores deferatur. Nonnulli ex antè commemoratis, & *Canus lib. 12. de locis Theologicis cap. 9. verſus finem.*

12 Cœterum, ut mihi quidem videtur, ſemper hodie in Hiſpania hæretici occulti ſtatim ad Inquiſitores Apoſtolicos deferendi ſunt, nulla præcedente correctione fraterna; Id enim juſtiſſimis edictis præceptum eſt auctoritate Apoſtolica ſub pœna excommunicationis; & quicunque illis non parverit, peccatum non leve committit. Adde quòd hæretici ſubdoli ſunt, & metu pœnæ fingunt ſe eſſe correctos, & perrarò ſolus unus hæreticus reperietur. Quo fit ut etiam ſi ille tibi corripienti reſipuiſſe forſitan videatur; alios tamen, quos hæreticos eſſe novit, judicibus non indicabit.

13 Tum illud addo, nullam eſſe legem, quæ jubeat hæreticum corrigendum, priùſquam judicibus indicetur. Nàm textus ille Evangelii; *Si peccaverit in te frater tuus &c.* de peccato contra hominem corripientem commiſſo loquitur, non autem de omni peccato, ac multò minùs de peccato in Deum, quod corripiens condonare non poteſt; & ità ſenſus literæ ipſius perſpicuè docet, ſalva ratione recti ſermonis; & eò ſenſu verba illa interpretantur, *utraque Gloſſa, Hieronymus, Chryſoſtomus, Hilarius, Ambroſius, Auguſtinus, Beda, Rabanus, Theophilatus, Baſilius, Gregorius,*

Lucæ 17.

rius,

rius, *Teſtadus*, *Faber*, *Armachanus*, *uterque Thomas*, *& Patres Concilii Colonienſis, & Bernardinus Arevalus, qui hos omnes, alioſque collegit, libro de Fraterna correctione, concluſ.* 2.

Ad Tit. 3. cap. 10. 14 Nec obſtat illa Pauli doctrina: *Hæreticum hominem poſt unam, & alteram correctionem devita*: quia Paulus Apoſtolus non ad quoſcunq; ſententiam illam dixerit, ſed ad Titum Epiſcopum, ad quem ex officio attinebat hæreticum corripere, & per ſententiam excommunicationis vitare. Unde verbum illud, *devita*, ſignificat, fac devitari ab aliis, ne per eum cœteri inficiantur, ut Nicolaus Lyranus, ac Diu. Thomas ibidem interpretantur. Itaque Apoſtolus de correctione à Præpoſitis facienda loquitur; ad quos quidem pertinet hæreticos admonere, atque corripere; deindè ſi correcti non fuerint, ab Eccleſiæ communione ſeparare. Et hanc quoque veterum Theologorum intelligentiam illius loci eſſe, idem Bernardinus, vir ſumma religione, magnaq; doctrina, & auctoritate præditus, teſtis locuples eſt. *eodem libro conclu. 6. propoſit. 6.*

Charitas benè ordinata bonum commune præfert particulari. 15 Supereſt igitur, ut hæreticus ſola charitatis lege corrigendus eſſet, atqui charitas bene ordinata bonum commune præfert bono particulari, bonum religionis bono temporali; denique bonum animæ bonis corporis, & externis; ergò hæreticus etiam occultus, tametſi reſipuiſſe videatur, protinus ad Inquiſitores Apoſtolicos, omiſſa correctione fraterna, deferendus eſt; non tantùm, ne alios ſibi ſimiles faciat, ſed etiam, ut criminum participes retegat, & ut ipſe convertatur, & ab excommunicatióne abſolvatur. Ille hæreticum occidit, qui hæreticum eum eſſe patitur; cœterum noſtra correctio vivificatio eſt, ut hæreſi moriens, vivat Catholicæ Fidei. Quod, & alibi ex Divo Hieronymo retuli. Addo *Janſenium in concordiam Evangelicam cap.* 72.

16 Hi ergo, qui ſub prætextu correctionis fraternæ occultos hæreticos non indicant Inquiſitoribus, & hi etiam, qui id aliis conſulunt, ut occultatores hæreticorum, & qui Officium Sanctæ Inquiſitionis impediunt, juſtis pœnis afficiendi ſunt, præcipuè improbi; ut malum conſilium peſſimum ſit conſultoribus.

17 Index ſivè denunciator aliis teſtibus annumeratur, quia privatim ejus non intereſt hæreticum indicare, niſi ut unius è populo Chriſtiano; quo caſu integrum eſt indicis teſtimonium; & ità utimur. *Abbas, & Feli. in c. in omni de teſtib. Alberti. libro de ſecret. nu.* 177. *Zanchi de hæreti. c.* 13.

ANNOTATIONES.

1 Denunciare &c.

De hæreticorum denunciationis materia vide præcœteris *Ludovic. à Paramo de Orig. S. Inquiſit. lib. 3. quæſt. 8. num. 1. & ſequen. Pegnam in comment. Direct. Eymeric. 3. par. de 2. mod. proced. in cauſa fid. per denunc. comment. 15. Ioannem Rojam in ſingul. fid. ſingul. 5. Farinac. de hæreſ. quæſt. 185. §. 5. num. 59. & ſequen. Locat. in prax. judic. verbo denunciatio. Del Bene de Offic. S. Inquiſit. & hær. part. 1. dub. 15. num. 1. & ſequen. & Caren. in annot. ad praxim Inquiſit. Pegnæ cap. 3. 4. 5. & 6.*

8 Idem Leo &c.

Auctoritatibus hoc loci adductis à Simanc: addi poteſt illa, quam S. Epiphanius contra Gnoſticos hæreſi 26. ſcriptam his verbis reliquit: *Miſericors Deus ab improbitate ipſorum*, (intellige Gnoſticos) *nos liberavit, ut etiam poſt lectos à nobis ipſorum libros, & jure cognitam ipſorum opinionem, neque abductus ſim, & effugerim, ac tunc non infectatus fuerim, ſed ſtudium adhibuerim, ut etiam Epiſcopis illius loci ipſos oſtenderem, & nomina in Eccleſia occultata deprehenderem, quo iidem civitate ejicerentur (erant autem nomina circitèr octuaginta,) & Civitas à zizaniosa, ac ſpinoſa ipſorum materie purgaretur.* De obligatione quæ Chriſti fidelibus currit, Hæreticos denunciandi, vide *Sanctarel. de Hæreſi cap. 9. dub. unic. num. 1. & ſequen. & Suarez de fide diſp. 20. moral. ſect. 4. nu. 7. & ſequen.*

10 Ex quibus omnibus &c.

Hæc Simancæ ſententia, quæ affirmat hæreticos occultiſſimos licèt, & quorum hæreſes probari non poſſunt eſſe denunciandos, eſt paſſim uſu recepta, & in ſupremo totius Chriſtianæ Generalis, & Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Tribunali ſervatur, teſte *Farin. de hæreſ. quæſt. 197. §. 2. nu. 36. in fine.* Vide *Scacciam de Iudic. Cauſar. Criminal. Civil. & Hæret. cap. 56. num. 4. Graff. lib. 4. deciſ. cap. 18. nu.* 26. & DD. quos refert, & pro ſe citat. *Ioannes à Rojas ſing. 3. num 19. & 20.*

De hæretico denunciando nulla correctione præmiſſa extat Alexandri VII. Decretum noviſſimè editum Anno 1660. die 24. Auguſti. Hoc vide inter Conſtitutiones Recentiorum Pontificum ad Sancti Officii Tribunal ſpectantes, quas in Calce Operis ſui apponit *Thomas Del Bene fol. mihi 657.*

11 Quidam autem putant &c.

Hodie poſt Alexandri VII. nuper relatam Conſtitutionem arbitror nullum fore poſſe prætextum, quo ab obligatione denunciandi valeat ſe quis eximere, cum ibidem Summus Pontifex diſtrictè mandet, ut tàm hæreticus, quàm quilibet alius quomodocunque, vel leviſſimè ſuſpectus de hæreſi locorum Ordinariis, aut Inquiſitoribus nulla præmiſſa correctione denuncietur.

15 Cœterum, ut mihi quidem &c.

Hic nota quòd licèt nullum Præceptum Eccleſiaſticum eſſet, quo præciperemur Hæreticos occultos denunciare, adhuc tamen, ait Bernardinus Arevalus, illos ſub gravi culpa denunciare teneremur. Videatur præfatus Auctor *tractat. de corrept. fratern. concl. 6. propoſ. 6. verſ. colligitur ex dictis.*

16 Hi ergò &c.

Nota quòd non denuncians hæreticum ob ſolam non denunciationem, ſi aliæ circumſtantiæ non concurrant, nunquam puniri debet pœnis latis contra fautores Hæreticorum; ſed ſolùm tanquam inobediens, vel ad ſummum tanquam ſuſpectus de levi Inquiſitorum arbitrio. Vide *Vgolin. in Bullam Cænæ part. 2. verbo fautores num. 9.*

17 Index, ſivè denunciator &c.

Denunciator in teſtem patrati criminis recipi ſolet, quia ejus teſtimonium non poteſt eſſe ſuſpectum; ſiquidem crimen non in denunciantis injuriam, ſed in Creatoris offenſionem, & contumeliam patratum eſt, & punitio non tàm cedit in commodum denunciantis, quàm aliorum. *Del Bene de Off. S. Inquiſit & hær. p. 1. dub. 5. nu. 7.*

De Diſputatione. Titulus XX.

SUMMARIUM.

1 *Diſputandum publicè non eſt cum hæreticis pertinacibus.*

2 *Diſputandum non eſſe publicè cum hæreticis ex Pauli Epiſt. ad Titū colligitur.*

3 *Diſputationem cum hæreticis alibi Paulus improbat.*

4 *Diſputationes cum hæreticis vitandas eſſe docent etiam Tertullianus, & alii Sancti homines.*

5 *Lutheranorum mos cum argumentis cōvincitur.*

6 *Diſputare publicè de Fide Catholica, & de iis quæ ſemel definita ſunt, multis conſtitutionibus, atque decretis prohibitum eſt.*

7 *Diſputare cum hæreticis quando liceat.*

8 *Diſputantes cum hæreticis quo pacto ſe gerere debeant.*

9 *Diſputare quomodo debeant inter ſe viri Catholici.*

10 *Scribentium in hæreticos laus.*

De Diſputatione.

1 CVM hæreticis pertinacibus non eſt publicè diſputandum, quia non ſunt parati ad ſuſcipiendam ſanam doctrinam, ſed contentionibus quærunt occaſionem, ut ſuas hæreſes probabiles vulgo reddant. Ideò Paulus prohibet hanc diſputationem, dicens:
2. ad Tim. 2. *Noli verbis contendere, ad nil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium.* Et ad Co-
1. Cor. 11. rinthios ſcribens inquit; *Si quis videtur eſſe contentioſus, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.* Petrus quoque Apoſtolorum Princeps, apud Clementem lib. 3. recognitionum inquit: *Nil eſt difficilius, adde etiam nec periculoſius, & inutilis, quàm de veritate apud permiſti populi multitudinem diſputare,* & rursùs idem lib. 8. apud eundem ait. *In his, quæ humanis argumentis de Fide, aut rebus Divinis tractantur, firmum nil eſſe poteſt; quis enim ſermo eſt qui non recipiat contradictionem? & quæ argumentatio eſt, quæ non poſſit alia argumentatione ſubverti? & inde eſt, quod ad nullum finem ſcientiæ, & agnitionis per hujuſmodi diſputationem pervenire homines poſſunt, priùſque fines vitæ inveniunt, quàm quæſtionum; oportet igitur in captivitatem redigere intellectum in obſequium Chriſti, & non humanis ratiunculis, & argumentis hærere.* 2. Timo. 2 & prioris Epiſt. ad Corin. cap. 2. & poſterioris ad eoſdem cap. 10.

2 Hoc quoque ad Titum ſcribens Paulus non obſcurè prohibet, inquiens; *Hære-* 3. ad Tit. 10.
ticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem devita, ſciens quia ſubversùs eſt, qui hujuſmodi eſt, & peccat, cum ſit proprio judicio condemnatus. *Poſt correptionem* dixit, non poſt unam, & alteram diſputationem; nec enim eſt nobis cum illo diſputandum, quem vitare debemus, quem ſcimus eſſe ſubverſum, & ſuo ipſius judicio damnatum. Quæ Apoſtoli verba Divus Hieronymus interpretans, inquit. *Quare autem poſt primam, & ſecundam correptionem devitandus ſit, reddit cauſas dicens, quòd ſubverſus eſt ejuſmodi, & peccat, cum ſit à ſemetipſo damnatus; qui enim ſemel,*

biſque correptus audito errore ſuo non vult corrigi, errare axiſtimat corrigentem ; & è contrarioſe ad pugnas, & jurgia verborum parans, eum vult lucrifacere, à quo docetur. Propterea verò à ſemetipſo dicitur eſſe damnatus ; quia fornicator, adulter, homicida, & cætera vitia per ſacerdotes de Eccleſia propelluntur ; hæretici autem in ſemetipſos ſententiam ferunt, ſuo arbitrio de Eccleſia recedentes, quæ receſſio, propriæ conſcientiæ videtur eſſe damnatio. Eadem quoque verba explicans alibi Ambroſius, & hæreticum Judæ conferens, ait ; *Ipſe enim ſe damnat hæreticus, cum de Eccleſia ipſe ſe proiicit, & de cætu Sanctorum nullo compellente procedit; ipſe enim oſtendit, quid meratur à cunctis, qui ſuo judicio ſeparatur à cunctis.. Ipſe inquàm ſe damnat hæreticus, quia cum omnes criminoſi, Epiſcopi ſententia proiiciantur de conſortio Chriſtiano, hæreticus cuncta præveniens, ſententia ſua voluntatis abiicitur; tali inquam hæreticus, quali Judas pœna damnatur, ut idem ſui, & Reus ſit ſceleris, & Judex ſit ultionis.* Epiſt. ad Titum cap. 3. & illic Hierony. Ambroſ. ſerm. 50.

3 Eandem diſputationẽ improbat ali-
1. ad Tim. 6. bi Apoſtolus dicens: *Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ ſuperbus eſt nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones, malæ conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati ſunt, æxiſtimantes quæſtum eſſe pietatem*. Sunt quippè hæretici iſti, cum quibus diſputare prohibemur, de quibus idem Apoſtolus alia in Epiſtola
2. ad Tim. 3. ſcribit ; *Mali homines, & ſeductores, qui proficiunt in pejus errantes, & in errorem mittentes.* Sapientiſſimè igitur majores noſtri in 14. Concil. Toletano dixerunt ; *Caveamus hæreticorum muſcipulas ; non nobis inanium quæſtionum tendicula præparemus, quibus inanis gloriæ, quæ ſumma ſunt ; nec enim quæ ſunt Divina, diſcutienda ſunt, ſed credenda ; non enim ſe Deus diſcutere jubet, ſed credere. Credimus ergò non ſenſibus noſtris, ſed indubitatis Conciliorum priſcorum dogmatibus.* 1. Timo. ulti. & 2. ad eundem cap. 3. Concilio Toletano 14. cap. 10.

4. Ad hæc Tertul ianus lib. de præſcriptionibus adverſus hæreticos elegantèr docet, vitandas eſſe diſputationes iſtas, poſt alia dicens, quòd hujuſmodi diſputationibus, non modo non convertuntur hæretici, ſed audaciores etiam redduntur, & in ipſo congreſſu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum ſcrupulo dimittunt. Chryſoſtomus quoque in Matthæum ſcribit ; *Malitia frequenter quidem vincitur, numquam autem placatur. Audi ergò homo fidelis, qui contra hæreticum libentèr contendis, ſi Phariſæi victi placati non ſunt, & tu certando contra hæreticum potes eum placare, cum vinceris? nunquid fortior Chriſto es, & quos ille non placavit tù placabis?* Et Siſinius apud Socratem lib. 9. hiſt. tripar. Imperatori Theodoſio prudentiſſimè conſuluit, ut ne cum hæreticis diſputari permitteret ; quia diſputatio non ſolùm ſchiſmata non uniret, ſed etiam hæreſes ad contentiones majores adduceret; undè paulò poſt cognovit Imperator confuſionem hæreticorum, & quod in diſputatione ſolummodò, & non in antiquis expoſitionibus confidebant. Et, ut inquit Auguſtinus contra Fauſtum ; *Non diſputare amant hæretici, ſed quoquo modo ſuperare impudentiſſima pertinacia, ut congregent quę non pepererunt*. Ad poſtremum, Divus Bernardus elegantèr, & verè ſuper cantica inquit ; *Nec rationibus convincuntur hæretici, quia non intelligunt ; nec auctoritatibus corriguntur, quia non recipiunt ; nec flectuntur ſuaſionibus, quia ſubverſi ſunt. Probatum eſt, mori magis volunt, quàm converti; horum finis interitus : horum noviſſima incendium manet.* Prætereo multa in eandem ſententiam, quæ Gregorius, Leo Magnus, aliique tradiderunt. *Chryſoſt. in Mat. hom. 42. Operis imperfecti. col. 8. lib. 9. hiſto. tripar. cap. 19. Auguſt. lib. 13. contra Fauſtum cap. 12. Bernardus ſuper cantica homilia 66. Gregorius lib. 8. Moralium, cap. 2. Leo tribus epiſt. 48. & 73. & 76. Nicephorus lib. 8. Eccle. hiſto. cap. 13.*

5 Cum Lutherani, aliique hujus temporis hæretici, argumentis depræhenduntur, mirum eſt, ut ſe expediant dicendo; nam ſicuti quidam elegantèr ſcripſit. Primùm lingua implacabiles ſunt, deindè more Parthico fugitivam pugnam exercent, jaculantur verba, clamant, vociferantur, viros ſe Evangelicos dictitant, cœteros ſophiſtas obſtreperos, Boves Cyprios, Aſinos Anthronios, Sves Boeticas, Pecora Archadica ; ne multa, fungos, & lapi-

lapides appellant. Quod ſi verbis Divinæ Scripturæ eos præmas, ſtatim mendoſum eſſe codicem, ſiniſtrèque verſum, homines, atq; Deos ingenti clamore teſtantur; quærunt exemplaria Græca, ex Græcis in hebraica, ex hebraicis in Chaldaica deſultoria levitate deſiliunt. Quæ ſi paululum adverſa animo reperiant, continuò depravata eſſe omnia queruntur, lacera, hiulca, diſſidentia, lacunoſa; typographos maledictis inceſſunt, accuſant ætatem, characteres emendant, hiſque flexibus totam Scripturæ veritatem eludunt. Quæ cum ità ſint, ne in Conciliis quidem univerſalibus eſt cum hereticis diſputandum; nam ut noſter Sepulveda quadam in Epiſtola ſcribit; *Religionis, morumq; ſummam in hujuſmodi controverſia paucorum doctorum hominum diſputationi, & quaſi certamini æquatis utrinque claſſibus, Pontificis Maximi voluntate permitti, nonne ſimile eſt, ac ſi quos capitalium, & manifeſtorum ſcelerum reos, quos liceat juſtiſſimis legibus, graviſſimè, & cum ſumma auctoritate damnare, ſummus magiſtratus ſic ſuam cauſam agentes audiat, ut crimina planè confeſſi, in leges receptas, Sacroſanctaſque argutè diſputent, & cum juſtitia, & innocentia virtutes omnes in diſcrimen vocent? eaſdemq; de vetere ſua, paternaq; poſſeſſione, judicibus quoque damnatis, pellere nitantur?* Adde quòd iſti principia ferè omnia Theologica negant; & contra negantes principia diſputandum non eſſe perſpicuum eſt. *Canus lib. 3. de locis Theologicis cap. 2.*

6 Multis Conſtitutionibus, atque Decretis prohibitum eſt, ne quiſpiam publicè de Fide Catholica diſputare audeat; nec ea, quæ ſemel definita ſunt, iterum in dubium revocet. Nam injuriam facit legumlatori qui ſemel judicata, & rectè diſpoſita revolvere, & publicè diſputare audet. Quòd ſi decreta ſalubritèr cuiquam liceret iterare, nullum contra ſingulos quoque prorsùs errores ſtabile perſiſteret Eccleſiæ conſtitutum, ac ſemper iiſdem furoribus reſiduis omnis integra definitio turbaretur, quemadmodum Gelaſius ad Epiſcopos Dardaniæ ſapienter ſcripſit. *Non igitur verbis, & diſputatione agendum eſt cum pertinacibus impiis, ſed vinculis, & carcere, & igne, l. 3. C. de ſumma Trinit. l. 2. de his, qui ſuper religione contendunt. C. Theodo. actio. 3. & 6. Concilii Chalcedonen. c. 2. §. 1. de hæreti. lib. 6. Regia. l. 46. tit. 5. parte 1. cap. majores 24. qu. 1. Euſebius lib. 12. præpar. Evang. cap. 1. Ficinus libro de Religione Chriſtiana cap. 3. Brunus lib. 6. de hæret. cap. 8. Albert. lib. de agnoſcen. aſſertio. Catholi. quæſt. 13. Sepulvenda. epiſtola 31. Godofred. in l. ulti. C. de hæret.*

7 Interdum tamen licet cum hæreticis diſputare, ut gloria Dei manifeſta fiat, & veritas Catholicæ Fidei defendatur; poſtremò, ut hæretici confundantur, & convertantur. Quamobrem Paulus ad Titum *ad Tit. 1.* ſcribens ait opportere, ut Epiſcopus doctus ſit, ut exortari ſciat in Sacra Doctrina, & eos, qui contradicunt arguere poſſit. Undè ipſemet Paulus, ſicut in actis Apoſtolorum traditur, cum Judæis, & Gentibus ardentiſſimè diſputavit; verùm ea diſputatio fieri debet coràm doctis tantùm viris; & neceſſaria ſunt ad eam rem, cauſa, locus, tempus, modus, & aliæ circumſtantiæ juſtæ. Quemadmodum Hermas, & Brunus luculenter docent. *Ad Tit. 1. acto. 17. Hermas lib. 2. de inſtauran. Religio. cap. 7.* & deinceps *Brunus lib. 3. de hæreti. cap. 12. cum ſeq. Bernardus ſuper cantica ſermone 64.*

8 Illud autem videtur eſſe præcipuum in his, qui diſputare debent cum hæreticis, ut non ſolùm argumentorum ſubtilitate, ſed etiam fidei ſimplicitate nitantur; ea enim ipſos etiam diſputantium animos potenti quadam virtute rapit, & impellit; quod exemplis memorabilibus confirmãt *Ruffinus lib.* 10. *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap.* 3. *Nicephor. lib.* 8. *cap.* 15. *& lib.* 15. *cap.* 23. *& hiſtoriæ tripartitæ lib.* 2. *c.* 3. & deinceps *Brunus lib. 3. de hæreti. cap.* 12.

9 Viri autem Catholici, ut eruditiores, ac diſertiores fiant, licitè inter ſe diſputare poſſunt de quibuſcumque rebus; quia eorum intentio juſta eſt, & habet circunſtantias debitas. Non tamen vocare debent in dubium veritates Fidei, nec publicè diſputando defendere propoſitiones hæreticas, aut ſcandaloſas, nec alias, quæ vires excedunt audientis populi, & in quibus errari facilè poteſt. In ſumma publicè diſputandum non eſt de rebus Divinis irreligiosè, aut pertinacitèr, nec ſcurrilitèr, aut procacitèr; nec ità, ut juxtà Publii Mimi ſenariolum, nimium diſputando veritas amittatur. Quod Origenes ſapientèr admodum improbat. Cicero lib. 2. de

natura deorum inquit; *Mala, & impia conſuetudo eſt contra Deos diſputandi, ſiuè ex animo id fiat, ſiuè ſimulatè. Orige. in Exodum homil.* 10. *Macrobius lib.* 2. *Saturn. Gelius lib.* 17. *cap.* 14. *Pet. Crinitus lib.* 2. *de poetis latinis cap.* 24.

10 Sed quamvis non ſemper liceat cum hæreticis diſputare, ſemper tamen laudabile eſt contra hæreticos piè, doctè, ac prudentèr ſcribere; quòd ſanctiſſimi, & eruditiſſimi viri cum magna Eccleſiæ utilitate, multis voluminibus ſemper fecerunt. Beatos ille putavit eos, quibus deorum munere datum eſſet, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda; Beatiſſimos verò, quibus utrunque; ego autem illos judico longè Beatiores, qui prò Fide Catholica tuenda, & extirpandis hæreſibus, piè, atque eruditè ſcripſerunt. Coetera, quæ hic dici poſſent, apud alios fuſius frequentèr invenies. *Plinius Tacito lib.* 6. *epiſt. Stobæus ſermone de imprudentia. Gerſon. de laudibus ſcriptorum. Alex.* 2. *parte quæſt.* 140. *Tho. & Cajeta.* 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 7. *Ecchi. in Enchiridio cap.* 28. *Alphon. lib.* 1. *de juſta hæreti. punit. cap.* 19. *cum ſeq.*

ANNOTATIONES.

1 Cum hæreticis &c.

De hac materia vide inter cœteros *Conradum Brunum lib.* 3. *de hæretic. cap.* 12. 13. *&* 14. *& lib.* 5. *c.* 4. *lib.* 6. *cap.* 8. *Albertin. de agnoſcen. aſſert. qu.* 13. *Alphonſum Caſtrum de Iuſt. hæret. punit. lib.* 1. *cap.* 19. *Eymeric. part.* 1. *Direct. q.* 10. ubi *Pegna comment.* 25. *Farinac. de hæreſ. quæſt.* 178. *§* 5 *nu.* 108. *& ſequen.* & noviſſimè *Del Bene de Off. S. Inquiſit. & hær. part.* 1. *dub.* 154. *petit.* 4. *nu.* 1. *& ſequen.*

6 Multis conſtitutionibus &c.

Qui diſputant de Fide Catholica revocantes in dubium quæ jam per Eccleſiam ſunt definita, hæretici ſunt judicandi; dubius enim in Fide infidelis eſt. *cap. dubius de hæretic.* & eſt Doctrina D. Auguſtini *lib.* 2. *de Baptiſmo contra Donatiſtas cap.* 3. quæ refertur *in cap. quis neſciat diſt.* 9. Vndè talis diſputatio eſt illicita, niſi fortè fiat ad tollendum aliquid obſcurum, aut ambiguum, quod in jam definitis contineatur, ut veritas clarior appareat. *Gloſſa in dict. cap. quis neſciat diſt.* 9. *Archidiaconus, & Dominicus* ibidem *Siculus in Clem.* 1. *de Sum. Trin. & Antonius Butrius in cap. cum Chriſtus de hæret.*

7 Interdum tamen &c.

Nota quòd omnis diſputatio cum Hæreticis de Fide Catholica, ſi fiat cum debitis circumſtantiis, ſemper eſt bona, atque ideo licita, & non prohibita. Circumſtantiæ autem, quæ requiruntur, quatuor ſunt nempè prima ſe tenet ex parte finis, & eſt quòd diſputans ad Fidem Catholicam defendendam, erroreſq; contrarios refellendos diſputationem aſſumat; ſecunda ſe habet ex parte Perſonæ diſputantis, qui debet eſſe Doctus, Clericus, non Laicus, & in iis, de quibus diſputare vult, verſatus. Tertia eſt ex parte conditionis Audientium, qui debent eſſe tales, ut probabile ſit eos ex diſputatione fructum ſpiritiale, non detrimentum eſſe percepturos, quod regularitèr timendum eſt, quoties coram vulgaribus diſputatur. Quarta deniq; circa modum diſputandi conſiſtit; & eſt quòd cum modeſtia, temperantiam ſequendo, à convitiis abſtinendo, non animo vincendi, neque inanis gloriæ captandæ ſed Hæreticos ad veram Fidem reducendi cupidine diſputetur. De his omnibus copioſè pertractantem vide *Thom. Del Bene de Offic. S. Inquiſit. & hær. par.* 1. *dub.* 154. *pet.* 5. 6. 7. *&* 8. & ſcito quòd ſi quis Laicus, aut etiam Clericus, ſed indoctus auderet diſputare de Fide in caſu à Iure prohibito, poſſet Inquiſitor contra hujuſmodi temerarium procedere, & eum pœnis mulctare. *Locat. in prax Inquiſit. verbo diſputare num.* 2. *Farinac. de hæreſ. q.* 178. *§.* 5. *nu.* 117.

9 Viri autem Catholici &c.

Advertè hìc quòd in omnibus diſputationibus, quę à Viris Catholicis exercitii, & ingenii exercendi cauſa fiunt, cavendum eſt ſemper ne quis Fidem impugnare aſſueſcat, ex hac enim conſuetudine plærumq; fit, ut ille præſertim incipiat in Fide titubare. *Lege D. Greg. Nazianz. orat.* 26. *& Orat.* 3. *de Theol. in princip.*

10 Sed quamvis &c.

Ex hoc collige quantum laudis mereantur in Eccleſia Catholica illi duo Societatis Ieſu Proceres Sapientiſſimi, Eminentiſs. nempè Bellarminus, & Martinus Beccanus, qui tàm disertè contra Neotericos Cacodoxos ſcripſerunt.

De Divinatione, & Revelatione. Tit. XXI.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit Divinatio, & quomodo per naturam haberi non poſſit.*

2 *Proponuntur cauſæ præcognitionis rerum futurarum.*

3 *Præcognoſcere futurorum eventum ſolius Dei eſt.*

4 *Præterita, & futura præcognoſcere opus Dei eſt, & humanæ prudentiæ captum excedit.*

5 *Natura ſua ſubtilitate, & longa rerum experientia aliqua eventura dæmones prænoſcunt.*

6 *Du-*

6 *Dnbitandum non eſſe vaticinia, incantationes, divinationes per dæmones hominibns concedi.*

7 *Quo pacto peſtiferas divinationis artes dæmones docere ſolent.*

8 *Quibus noxiis artibus dæmones hominibus curioſis illnſerint.*

9 *Quibus enim rebus vani homines divinabant.*

10 *De divinationibus Inquiſitores Apoſtolici cognoſcere nequeunt.*

11 *Cum rebus ſacris divinatores abntuntur, ipſorum cognitio ad juriſdictionem Inqniſitorum pertinet.*

12 *Qui dæmones vocant ad cognoſcenda futura, tanquam hæretici ab Inquiſitoribus ſunt puniendi.*

13 *Adverſus eum, qui dæmonem invocat, ad tentandam pudicitiam mulieris, tãquam contra vehementer ſnſpectum inquiri poterit.*

14 *Qui ea, quæ ſunt homini cognitu impoſſibilia, inſpectione ſiderum divinant, puniri poſſnnt.*

15 *Qui præſentia, vel præterita, occulta revelant, puniendi ſunt.*

16 *Sacrificiis Paganorum utentes, & hi, qui haruſpicem aut ariolum conſulunt, acerbiori ſupplicio ſunt puniendi.*

17 *Invehitur Pacuvius in eos, qui linguam avinm intelligunt.*

18 *Quidquid dixerint Phyſiognomoniei, circnlorum Vates, Manuſpices, pntandum eſt falſum.*

19 *Homines res futuras præſagientes, nequaquam conſulendi ſunt.*

20 *De pœna, quam Deus ponit magis, ariolis, aruſpicibus.*

21 *Quibus ſuppliciis debeant puniri vaticinatores, qui ſe Deo plenos aſſimnlant.*

22 *Illicita perſcrutantes, finem alienæ ſalntis inquirentes, qua pœna puniantur.*

23 *Quibus pœnis Inquiſitores debeant afficere divinatores.*

24 *Suſpecta debent eſſe revelationes fatni, aut improbi, ut in exemplo demonſtratur.*

25 *Quibus de cauſis revelationes majori ex parte mulieres, qnàm homines habere ſoleant.*

26 *Revelationes illæ, quæ Sacra Scriptura non probantur, præſertim cum ſupernaturales ſint; ſuſpecta eſſe debent.*

27 *Adducuntnr aliquot ſigna, qnibus pſeudopropheta cognoſcatnr.*

28 *Quibus ſignis cognoſcantur revelationes, quæ à Deo proveniunt.*

29 *Revelationes inutiles à Deo non ſunt, ideò pſeudoprophetæ examinandi, & puniendi ſunt.*

De Divinatione, & Revelatione.

Divinationis definitio ſecundum Chryſippum.

1 CHryſippus divinationem eſſe definit: *vim cognoſcentem, videntem, & explicantem ſigna, quæ à Diis hominibus portenduntur.* Et Cicero: *Divinatio eſt*, inquit, *earum rerum, quæ fortuita putantnr, prædictio, atque præſenſio.* Sed hæc fallax prophetia eſt injuſta uſurpatio cognitionis futurorum eventuum, vel præteritorum, aut præſentium occultorum, & enunciatio eorum, quorum notitia per naturam haberi non poteſt, nec ab ipſo Deo revelata eſt. *Cajetan. in ſumma. verbo divinatio. Alphonſns lib. 1. de juſta hæret. punit. cap. 13.*

Iuxta Ciceronem.

2 Cauſæ autem futurorum tripliciter ſe habent. Quædam enim producunt ſuos effectus ſemper, & neceſſariò; quamobrem prænoſci poſſunt ex conſideratione ſuarum cauſarum; & hoc modo prædicunt Aſtrologi eclipſes futuras. Aliæ verò cauſæ producunt effectus non ſemper, ſed plerumque, & ideò illarum effectus prænoſci non queunt certò, ſed probabilitèr; quemadmodum Aſtrologi per conſiderationem ſtellarum prædicunt nonnunquam pluviã, vel ſiccitatem; & Medici ex ſignis morborum plerumq; cognoſcunt mortem ægroti, vel ſanitatem.

3 Aliæ ſunt cauſæ, quæ non habent operationes certas, & uniformes, & ideò effectus harum prænoſci non poſſunt per conſiderationem cauſarum, nec præſciri queunt, niſi in ſe ipſis conſiderentur; quod ſolius Dei eſt, qui, ut inquit, Paulus epiſtolæ ad Romanos cap. 4. *vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, qnæ ſnnt.* Quamobrem nemo poteſt uſurpare cognitionem futurorum eventuum, niſi dæmonis arte. *Auguſt. lib. 10. de Civita. Dei cap. 12. & lib. 11.*

cap. 21. Alex. Aleſ. 2. part. quæſt. 184. Thomas 2. 2. quæſt. 95. & opuſc. 26. de judiciis aſtrorum. plenius *Michael Medina lib. 2. de recta in Deum Fide cap. 1.*

4 *Multa hominis afflictio,* inquit Eccleſiaſtes cap. 8. *quia ignorat præterita, & futura nullo ſcire poteſt nuncio.* Et Eſajas cap. 41. *Annunciate, quæ ventura ſunt, & ſciemus quia Dei eſtis vos :* & Iſocrates oratione contra Sophiſtas : *Omnibus perſpicuum eſſe arbitror, futurarum rerum prænuntium non eſſe noſtri ingenii, ſed humanæ prudentiæ captum uſque adeò excedere, ut Homerus, opinionem ſapientiæ maximam conſecutus, etiam Deos interdum de futuris deliberantes introduxerit.* Et Chryſoſtomus in Evangelium Joannis homilia 18. *Hoc vel maximè Dei opus eſt, quod neque dæmones imitari poſſunt, quamvis majorem in modum adnittantur. In miraculis enim ſæpè ſub veritatis umbra decipi poſſumus. Prædictio futurorum immortalis Dei dumtaxat opus eſt. Quod ſi quando dæmones aliquid prædixerunt, ſtultum, & incautum vulgus deceperunt; eorum namque vaticinia paſſim falſa deprehenduntur.* Et inibi Theophilatus cap. 1. *Maximè potens eſt prophetia, & efficacior miraculis ad alliciendum quoſdam ad Fidem; dæmones enim etiam poſſunt miracula ſimulare, & apparenter facere; præſcientiam autem futurorum, & prædictionem evidentem nullus habet, neque Angelus, & quantò minùs dæmones?* addo Pacuvianum illud: *Si qui, quæ eventura ſunt prævideant, æquiparent Jovi.*

5 Dixerit fortaſsè quiſppiam; ſi dæmones futura non prævident, qui fit, ut nonnunquam divinatores eventura prædixerint? nam ea quæ dæmones ignorant, non poſſunt docere divinatores. Cui reſpondet Beatus Auguſtinus, lib. de divinatione dæmonum; quòd naturæ ſuæ ſubtilitate, & longiſſima rerum experientia, & nonnunquam bonorum Angelorum revelatione prænoſcunt dæmones aliqua eventura, quæ ſuos diſcipulos ad eorum, & aliorum perditionem docere ſolent. *c. ſciendum 26. quæſt. 4. Lactantius lib. 2. divinæ inſtitut. cap. 17.*

6 Igitur dubitari non poteſt quin Dæmones ſint auctores divinationum; quod, & Plato non ignoravit, qui fatetur in Convivio, vaticinia, incantationes, divinationes, & magiam per dæmones hominibus concedi, atq; idipſum Apulejus confirmat, lib. de Deo Socratis. Et Origenes in librum Job, inquit, *Diabolus eſt auctor divinationis, & naturæ ſubtilitate, atq; agilitate nonnunquam futura revelat. Maleficia, auguria, divinationes, phylacteria, & incantationes, diaboli ſunt ſeductiones, dæmonum ſunt irriſiones, idolatriæ ſunt fex; animorum infatuatio, atque cordium ſcandalum.* Vide illum *lib. 1. in Job colu.* 40. & ſuper numeros homil. 13.

7 Peſtiferas autem divinationis artes dæmones docere ſolent eos, quos vident eſſe curioſos præſciendi futuros eventus; nam ut Baſilius inquit, concione habita in Lacizis; *Multiformes ſunt diaboli verſutiæ: ad quod procliviorem viderit, ad illud propriis ineſcationibus utitur.* Et ut Leo, Iſidorus, Bernardus, & alii tradunt, ex ea parte hominem diabolus tentat, ex qua eum per eſcreſcentem humorem facilè ad vitia inclinari conſpicit. Leo ſermone 7. in Nativitate Domini. Iſidorus lib. 3. de ſummo bono cap. 5. Bernardus lib. de ordine vitæ propè finem. Chryſoſt. in priorem Pauli epiſt. ad Theſſal. homil. 9.

8 Undè factum eſt, ut mille noxiis artibus dæmones hominibus curioſis, & pravis illuſerint, pollicentes futurorum cognitionem variis modis; per pelvim enim fiebat vaticinatio, quam lecanomantiam appellant; accipiebant vaticinantes pelvim aqua plenam, & carminibus quibuſdam adhibitis dæmones in pelvim attrahebantur, & in ipſa unda oberrantes exilem ſibilum inſuſurrabant, quo futura prænoſci poſſent. Hi enim ſpiritus vocem prætenuem emittunt, quo ipſi dæmones minus intelligantur, & obſcuritate rei facilius hominum votis imponant. *Pet. Crinitus lib. 6. de honeſta diſciplina cap.* 11.

9 Divinabant quoq; vani, & impii homines per ignem, & fumum, per aves, per colloquia mortuorum, per arreptitios, per judiciariam Aſtrologiam, per magiam, per ſortilegia, & per mille alia inania ſigna. Sed ea omnis divinatio ex operatione dæmonum provenit; vel quia expreſsè dæmones ad eam rem invocantur, vel quia illi ſe ingerunt vanis inveſtigationibus, ut mentes hominum erroribus imbuantur, & vanitatibus implicentur. *Auguſt. ſermone 241. de tempore, cap. igitur 26. qu. 4. Alex. Aleſ. parte 2. qu. 185. Tho. 2. 2. qu. 95. Cœ-*

lius

lius lib.2. lectio antiqua c.13. cum ſeq. Bart. Sybilla in ſpeculo peregrina: quæſtionum decadis 3.cap.9. quæſt.2. Michael. Medina lib. 2. de recta in Deum Fide cap.7.

10 Inquiſitores Apoſtolici de divinationibus cognoſcere nequeunt; niſi hæreſim ſapiant manifeſtè: ſed ipſos divinatores relinquere debent ſuis. judicibus puniendos. Hoc tamen ſic accipiendum eſt, ut tunc demum divinatores ab Inquiſitoribus non puniantur, cum illi ſola animi levitate divinant; id enim non tàm hæreſis eſt, quam phreneſis. *c. accuſatus. §. ſanè. de hæreti. lib.6.*

11 Nam ſi Sacramentis, aut rebus ſacris divinatores abuterentur, aut nefariis precibus dæmones invocarent, aut funeſta ſacrificia illis offerrent, aut pacta cum eis facerent, ad juriſdictionem Inquiſitorum pertinerent; tùm quia iſta hæreſim ſapiunt; tùm etiam quia Alexander Theologus inquit, hi qui talia committunt, facilè à dæmonibus trahuntur ad infidelitatem. *Alex. Aleſ. parte 2. qu. 184. c. igitur 26. qu. 3. & in ſumma ejuſdem cauſa qu.5. Cajeta. 2. 2. qu.95. art.3. Alphon. lib. 1. de juſta hæreti. punit. cap.13.*

12 Hi quoq; qui dæmones invocaverint ad cognoſcenda futura, puniendi ſunt ab Inquiſitoribus tanquam hæretici; quia dæmonibus tribuunt id, quod ſolius Dei eſt. Et, ut ait Gratianus, eſt quoddam genus culturæ idolorum ex dæmonum conſultationibus futura prædicere. Nam qui futura ex dæmonum conſultatione, vel quibuſlibet præſtigiis invenire laborant, hi divinitatis jura creaturis attribuunt. Futura enim prænoſcere ſolius Dei eſt, qui in ſui contēplatione etiam Angelos inter-
Iſai. 45. ſed paulò anguſtius. dum illa præſcire facit. Undè Eſaias inquit; Priora, & noviſſima annunciate mihi, & dicam, quòd Dii eſtis. *in ſumma 26. quæſt. 5.*

13 Sunt autem qui dicant, non fore hæreticum eum, qui dæmonem invocaret ad tentandam pudicitiam alicujus mulieris, vel ad aliud facinus non alienum à poteſtate dæmoniorum; nam, ut ajunt, ſi ſe dæmoni non ſubiiciat, nec hæreſim miſceat, cum non habeat intellectus errorem, non erit hæreticus. Sed quamvis hæc ità ſint, tamen adverſus eum inquiri poterit, tanquam contra vehementer ſuſpectum; ea enim ad apoſtaſiam, & infidelitatem pertinent. Uterq; *Thomas 2. 2. q. 95. cum ſeq. Fran. Picus lib. 4. de rerum prænotione cap. 7. Oldra. conſ. 210. Domi. & Philip. in c. accuſatus. §. ſane. de hæreti. lib.6. Squilacen. de Fide Cathol. cap.8. cum ſeq. Alphonſ. lib.1. de juſta hæret. punit. cap. 13. Bartholom. Spineus apologia 4. in Ponzinibium*, qui præ aliis eſt videndus.

14 Aſtrologi, & hi qui ſiderum, & natalium dierum inſpectione divinant ea, quæ ſunt homini cognitu impoſſibilia, ſuſpectiſſimi ſunt de ſocietate dæmonum expreſſa, vel tacita; quamobrem comprehendi, & puniri poſſunt ab Inquiſitoribus. Nam, & ſi nonnunquam vera prædicant; id tamen Deus fieri permittit ad tentandos eos, quos ita erudiri opus eſt, vel decipi juſtum eſt. *cap. ſed, & illud 26. qu. 2. cap. igitur qu. ſeq. Euſebius lib. 14. præparat. Evangelica cap. 4. Auguſtinus lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap.21. Gerſon. in trilogio aſtrologia propoſitione 11. cum ſeq. & in tractatu de reſpectu cæleſtium ſiderum. Joan. Picus libris contra Aſtrologos. Alciat. in l. 5. de verbo ſignifi. Caſſeneus in Cathalogo, parte 10. conſideratione ulti.*

15 Illi prætereа puniendi ſunt ab Inquiſitoribus, qui præſentia, vel præterita occulta revelant, quæ ab eis tunc naturaliter ſciri non potuerunt, ea enim dæmone ſuggerenti noverunt. Hi ferè ſunt, qui divinant, ubi ſit res aliqua furto ſubtracta, & qui eodem die, quo aliquid geſtum eſt, in longè diſtantibus locis, id ipſi enunciāt ac ſi præſentes fuiſſent; qui quidem interrogandi ſunt ab Inquiſitoribus, undè talia noverint, & confeſſi, vel convicti coercendi ſunt, ut dæmoniorum ſocii.

16 Extat lex Theodoſii in Codice Theodoſiano, ſub titulo de ſacrificiis Pa- *Lex Theodoſij.*
ganorum, cujus hæc ſunt verba; *Ne quis mortalium ità faciendi ſacrificium ſumat audaciam, ut inſpectione jecoris, extorumque præſagio vanæ ſpem promiſſionis accipiat, vel, quod eſt deterius, futura ſub execrabili conſultatione cognoſcat: acerbioris enim imminebit ſupplicii cruciatus ei, qui contra vetitum præſentium, vel futurarum rerum explorare tentaverit veritatem.* Et alia lex ait. *Nemo aruſpicem conſulat, aut Mathematicum, nemo ariolum; Augurum, & Vatum prava confeſſio contiaeſcat. Chaldæi, ac magi, & cæteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc par-*

partem, aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuò divinandi curioſitas. Etenim ſupplicium capitis feret, gladio ultore proſtratus quicunque juſſis noſtris obſequium denegaverit. l. nemo. C. de maleficiis.

Pacuvij de Divinatoribus dictum.

17 Contra hos fallaces divinatores inquit Pacuvjus: *Iſtos qui linguam avium intelligunt, pluſque ex alieno jecore ſapiunt, quam ſuo; magis audiendum quàm auſcultandum cenſeo.* Et Blondus lib. 1. Romæ triumphantis, *Sordiſſimos fuiſſe*, ait, *Gentium Deos, qui in jecorum, & viſcerum Sterquillin o ſua occultaverunt conſilia hominibus ab inſanis ſacrificulis manifeſtanda.* Et

Cicero.

Cicero lib. 2. de divinatione retulit, vetus illud Catonis admodum ſcitum, qui mirari ſe ajebat, quòd non rideret aruſpex, aruſpicem cum vidiſſet; quota enim res quæq; evenit prædicta ab iſtis? aut ſi evenit quippiam, quid afferri poteſt, cur non caſu id evenerit?

Fallaciam Divinationum Artemidorus ipſe fatetur.

18 Multa quidem vaniſſima dixit Artemidorus, ſed hæc rectè ſcripſit; *Quæcunque dixerint Pythagoriei, Phyſiognomonici, talorum Vates, ignium Vates, circulorum Vates, cribrorum Vates, formiſpices, manuſpices, pelvium Vates, mortuorum Vates, ea omnia falſa, & nullo fundamento nixa putare opportet. Nam ipſorum artes tales ſunt, atque ipſi nè minimum quidem vaticinationis ſciunt; verùm præſtigiis illudentes, & defraudantes, exuunt, ac denudant obvenientes. Vani ſunt, atque deceptores hi omnes, & quidquid tandem dixerint, mentiuntur.* Hęc ille lib. 2. de ſomniorum interpretatione cap. 17.

19 Phavorinus philoſophus, ut apud Gellium eſt, horum omnium inſaniam cōfutavit, & tandem nullo pacto adeundos eos, aut conſulendos eſſe, hujuſmodi argumentis lepidè concludebat. Aut adverſa eventura dicunt, aut proſpera. Si dicunt proſpera, & fallunt, miſer fies fruſtra ſpectando; ſi adverſa dicunt, & mentiuntur, miſer fies fruſtra timendo; ſi vera reſpondent, ea quæ ſunt non proſpera, jam indè ex animo miſer fies, antequam è fato fias: ſi fœlicia promittunt ea, quæ eventura ſunt, tum planè duo erunt incommoda, & ſpectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit, & futurum gaudii fructum ſpes tibi jam defloraverit. Nullo igitur pacto utendum eſt iſtius modi hominibus res futuras præſagientibus. Quamobrem Euſebius quoque docet inutilem prorsùs eſſe divinationem *lib. 4 de præpar. Evang. cap. 2. Gellius libro 14. cap. 1. Crinitus lib. 8. de honeſta diſciplina cap. 9.*

20 De pœna iſtorum in levit. cap. 20. legitur. *Anima, quæ declinaverit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui*: & paulò poſt: *Vir, ſivè mulier, in quibus pythonicus, vel divinationis fuerit ſpiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos, ſanguis eorum ſit ſuper illos.* Et Phylo. lib. 1. de Monarchia, inquit, *Moſes veritatis amator, atque Magiſter, cum ſciret idolatriam non mediocriter foveri pravis divinationibus, totum hoc genus averſatur, maximè, divinos cunctos arcens in perpetuum à ſua Repub. ſacrificos, expiatores, aruſpices, prodigiorum procuratores, incantatores, & ſortilegos. Omnes enim hi conjecturis ducuntur in ſpeciem probabilibus, eaſdem res aliter atq; aliter interpretando, tùm quia ſubjectum eorum non habet naturam ſtabilem; tùm quia ipſi carent ratione accurata examinandi conceptus ſuarum mētium, impietatis apparatus iſti ſunt; quare? quia qui attendit his, & obſequitur, credens hinc pendere bona, malaque, contemnit auctorem rerum omnium; nec intelligunt, ſe vitę curas committere incertiſſimis alituum motibus per aerem ultro, citroque volitantium, & reptilium è terrę cavernis quęrendi ſibi cauſa proreptantium; item viſceribus pecudum, cruori, & caſſis anima cadaveribus collapſis, ut mutentur in deterius &c.*

21 Julius Paulus lib. 5. receptarum ſententiarum, tit. de vaticinatoribus inquit: *Vaticinatores, qui ſe Deo plenos aſſimulant, idcircò à civitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad ſpem alicujus rei corrumperentur, vel certè ex eo populares animi turbarentur, ideoque primò fuſtibus caſi civitate pelluntur; perſeverantes autem in vincula publica coniiciuntur, aut in inſulam deportantur, vel certè relegantur.* Et poſt aliqua: *Qui de ſalute Principis, vel de ſumma Reip. mathematicos, ariolos, aruſpices, vaticinatores conſulit, cum eo qui reſponderit, capite punitur.*

22 In Codice legum Theodoſii extat lex notatione digna, cujus hæc ſunt verba: *Si quiſpiam ſpirantia exta conſulere audebit, ad exemplum majeſtatis reus licita cunctis accuſatione delatus, excipiat ſententiam*

com-

competentem, etiamſi nihil contra ſalutem Principum, aut de ſalute quæſierit. Sufficit enim ad criminis molem naturę ipſius leges velle reſcindere, illicita perſcrutari, occulta recludere, interdicta tentare, finem quęrere ſalutis alienę, ſpem alieni interitus polliceri. Legibus quoq; regiis pœna capitis hujuſmodi ſcelera coercentur. *l. 12. tit. de paganis lib. 16. C. Theod. l. 3. cum ſequentibus C. de maleſi. regię leges ſeptipartitę tit. 23. p. 7. & tit. 4. lib. 8. ordinatio.*

23 Inquiſitores autē pœnis Juris Pontificii divinatores iſtos afficiunt, anathemate, pœnitentia quinquennii, dignitatum ſuſpenſione, Monaſterii carcere, verberibus, aliiſque ſuppliciis, prout cujuſq; crimen poſtulare videbitur. *26. qu. 2. cap. illud cum ſeq. cap. 1. & deinceps 26. q. 5. cap. admoneant cum ſeq. 26. q. 7.*

24 Nec deſunt divinatores fatui, aut improbi, qui divinas revelationes habere ſe dicant, aut fingant, quæ quidem prudentiſſimo cuique debent eſſe vehementèr ſuſpectæ; nec enim bonorum Angelorum ſunt revelationes, ſed peſſimorum dæmonum illuſiones; cujus rei ſuperioribus annis Cordubæ viſum eſt exemplum cunctis ſeculis memorandum. Quædam enim puella ex agro Cordubenſi, à teneris unguiculis in cœnobio arctiſſimo, & religioſiſſimo ejuſdem Civitatis incluſa, tanta ſanctitatis ſpecie fulgebat, ut ab omnibus putaretur eſſe ſanctiſſima; quæ multa in dies vera prædicebat, & multa paſſim ſigna faciebat, & continuis penè revelationibus affluebat; uſque eo, ut cives meos Cordubenſes, viros quidem ſagaces, & cautos per triginta, & eo ampliùs annos mirè ſuſpenſos ſui admiratione teneret. Nec eos duntaxat fefellit, ſed omnes ferè Chriſtiani orbis Principes eàdem ſimulatione decepit; donec tandem gravi valetudine affecta, dæmonem illum, cujus peſtifera ſocietate omnia illa faciebat, Omnipotentis Dei gratia revelavit, ne populo Chriſtiano diutius illuderet. Ipſaque ab Inquiſitoribus comprehenſa, & ad ſinum Eccleſiæ reſtituta in aliud Cœnobium detruſa, vitam piè, ac religiosè tranſegit.

Pſeudoprophetiſſa Cordub. exemplum.

25 Plærùmque has revelationes habere ſolent mulieres fatuæ, vel improbæ; cujus rei tres cauſas afferre ſolent. Unam, quia fœminæ humidiores ſunt, quàm viri. Humidum verò aptius eſt ad ſuſcipiendas figuras, & impreſſiones, atq; imaginationes. Alteram, quia mulieres minus prudentes ſunt, quamobrem cum finguntur eis vanæ ſpecies, & apparitiones, atq; viſiones, non habent fortitudinem, aut conſtantiam ad reſiſtendum. Tertiam quia magis quàm viri affectibus abundant; & ut Ariſtoteles tradit. lib. de ſomno, & vigilia; *Hi qui ſunt in paſſionibus; ad modicam ſimilitudinem moventur; & facilè credunt id eſſe verùm, quod illis ita eſſe apparet.* Quod non ignorantes dæmones ſæpiùs fœminis quam viris, vanas revelationes ſuggerunt. *Bartol. Sybilla in ſpeculo peregrinarum quæſtionum, decadis prima cap. 8. q. 2.*

26 Richardus de Sancto Victore ſuſpectas eſſe ait revelationes illas, quæ Sacra Scriptura, aut ratione manifeſta non probentur, præſertim cum ſupernaturalia, vel occultiſſima revelata fuerint. Tum illud addo, non eſſe divinas eas revelationes, quæ inutiles ſint, vel de rebus levioribus, & ad ſalutem animarum non pertinentibus. Nec enim veriſimile eſt Deum talia revelaturum. Tum addo, quòd multi ſubdoli Doctores hæretici, & pſeudoprophetæ revelationes ſuas jactare ſolent. *Richar. in minore Beniamin. cap. 81. & in cantic. expoſitione cap. 21.*

27 Duo traduntur in Deuteronomio, quibus pſeudopropheta cognoſci poſſit. Primum, *quòd in nomine Domini propheta prædixerit, & non evenerit, hoc Dominus non eſt locutus.* Alterum eſt, cum portentum, quod propheta locutus eſt, evenerit; ſed tamen ille à lege Dei recedit; tunc enim falſus propheta eſt, quia impoſſibile eſt Deum mentiri, nec Deus impiis futura revelat. Deuter. 18. & 13.

28 Divus quoque Petrus, apud Clementem lib. 4. recognitionum, ait; *Quod à vero Deo dicitur, ſivè per prophetas, ſivè per revelationes diverſas, ſemper verum eſt; quod autem à Dæmonibus prædicitur, non ſemper verum eſt.* Idem apud eundem lib. 3. *Ille qui à malo eſt, ſigna quæ facit, nulli proſunt; illa verò quæ facit bonus, hominibus proſunt.* Et Chryſoſt. ſivè quis altèr, in Matthæum homil. 19. operis imperfecti: *Si quis inutile fecerit ſignum, falſus propheta eſt; quia non facit, ut alios ædificet in fide, ſed ut ſe oſtendat in opere.*

29 Ex quibus omnibus, aliiſque multis perſpicuum eſt, Aſtrologos iſtos qui

futu-

futura prædicentes, perſæpè mentiuntur, à dæmonibus eſſe deceptos. Tùm etiam revelationes inutiles,quæ nemini proſunt, à vero Deo non eſſe. Igitur ab Inquiſitoribus examinandi, & puniendi ſunt pſeudoprophetæ, & frequentes revelationes cohibendæ; quia nonniſi Sanctiſſimi viri pauculas revelationes habuiſſe produntur. Vide *tract. Gerſonis de probatione ſpirituum, de examinatione doctrinarum part. 2. conſiderat. 3. de diſtinctione verarum viſionum à falſis. Gaſparem lib. 1. adverſus hæreticos cap. 29. Zanebinum de hæreti. cap. 22.* & ibidem *Camillum*.

ANNOTATIONES.

1 Chryſippus &c.

De divinationis materia latè pertractantes, vide *D. Thom. 2. 2. qu. 95. art. 1. Zanchin. tract. de hæret. cap. 22. Locatum in praxi, verbo divinationes. Auctorem Lucernæ Verbo Divinatio. Squillacen. de Fid. Catholic. cap 6. num 6. Martinum Del Rio. de diſquiſit magicis lib 4. cap 2. quæſt. 1. 4. 5. & 6. Eymerie 2 par. Direct. ſuper cap. Accuſatus § ſanè.* ubi *Pegna à num. 1. uſq; ad nu. 9. Farinac. de hæreſi qu. 181. §. 1. num. 60. & ſequen & Carenam de Off. S. Inquiſit. par. 2. tit. 12. de ſortileg. num. 65. & ſequen* lege pariter in corpore juris Canonici *cap. intelligi 26. q. 2. & cap. qui ſine, & quæſt. 5. cap. ſi quis Ariolos, & c. qui Divinationes. cap. aliquanti. cap. ſortes, cap. ſi quis Clericus, & qu. 7. cap. non obſervetis &c.*

2 Cauſæ autem &c.

Ex hac Doctrina diſcerni poteſt Divinatio licita, quæ impropriè Divinatio dicitur, cum potiùs naturalis conjectatio dicenda ſit; à Divinatione illicita, & ſuperſtitioſa; Cum etenim prænoſcere volumus Res abſq; ulla ſufficienti reductione ad cauſas naturales, aut ad aliquid naturale ſibi connexum; ſtatim pactum ſaltèm tacitum com Dæmone inire deliberamus, per quod illicita, & ſuperſtitioſa fit noſtra prænotio. Vide *S. Thom. 2. 2. qu. 95. art. 5* & ibi *Cajetanum. Suarez. tom. 1. de Relig. lib. 2. de ſuperſtit. cap. 9. num. 2. & ſequen. Valentiam diſpu. 6. qu. 12 punct. 3.* & ferè *Caſiſtas omnes in primo præcep. decalog.*

6 Igitur dubitari non poteſt &c.

A' Perſis divinandi genus dimanaſſe dicitur, cujus Auctores fuiſſe Dæmones, ut hic docet Simanc: perſpicuum eſt ex hoc, quòd ſcilicet nulla reperitur Divinatio, in qua pactum conventum cum Dæmone non interſit; undè paſſim à DD. ſolet definiri: ſignificatio occultorum ex pactis conventis cum Dæmone. Vide *Martinum Del Rio Diſquiſit. Mag. lib 4 quæſt. 1.* ubi diſcrimen inter Divinationem, Prophetiam, & Naturalem conjectationem invenies.

9 Divinabant quoq; vani, & impii homines &c.

Verè impii fuere homines illi, quorum impietas ad hoc immanitatis genus illos evexit, ut nedum per inania ſigna, ſed & ex hominibus excarnificatis, & litatis auguria, & divinationem captarent, ut de Blemmiis, Cimbris, Gallis, Druidis, & Germanis Auctor eſt *Alexander ab Alexandro Gen. Dier. lib. 6. cap. 26.* Divinationis ſpecies Cathalogo adſcriptas lege apud *Thom. Del Bene de Offic. S. Inquiſit. & hær. par. 2. dub. 221. ſect. 2. nu. 22.*

10 Inquiſitores Apoſtolici &c.

Notandum hanc Simancæ Doctrinam procedere de jure antiquo; nam de jure noviſſimo poſt Sixti V. Conſtitutionem Inquiſitores de Divinationibus etiam quæ manifeſtam non ſapiunt hæreſim, ſed ſimplices ſunt; agnoſcere ſolent. Vide *Carenam de Off. S. Inquiſit. p. 2. de Sortilegis tit. 12. §. 6. nu. 147.* ubi de quodam Prætore Terræ cujuſdam Inſignis Mediolanenſis dominii narrat, qui eo quoniam nonnullas ſortilegas, quæ ſortilegia quædam ſimplicia commiſerant, in carcerem detrudendas curaverat, ex mandato Congregationis S. Romanæ Inquiſitionis Vniverſalis abſolutus fuit ab excommunicatione lata contra S. Officii juriſdictionem turbantes, punitionis pœnas evadens, quia ſponte in S. Officio comparvit.

11 Nam ſi Sacramentis &c.

Sacramenta, Sacramentalia, ſeù Verba Sacra, ut Evangelium, Symbolum Fidei, Pater, Aue, Pſalmos, Verba S. Scripturæ, aut alias Sanctas orationes adhibere in Divinationibus ſortilegis, illas reddere qualificatas, & manifeſtæ hæreſis inducere ſuſpicionem apud omnes eſt in confeſſo. Vide *Ioann. Rojam tract. de hæretic. par. 2. com. 67. verſ. hinc cenſeo*, ex quo contra *Farin. de delict. & pæn. qu. 20. num. 84. & de hæreſi qu. 181. §. 1. num. 20.* & alios ibidem allegatos, collige cum *Scaccia de Iudic. Civil. Crimin. & hæret. lib. 1. cap. 12. nu. 34. verſ. ſortilegus igitur, & Zanardo in ſumma Divin. Præcep. p. 2. cap. 26. verſ. immò teneo*, quòd ſortilegium factum cum hoſtia non conſecrata eſt hæreticale, ex eo quòd hoſtia, licèt non conſecrata, inter res ſacras reputatur, tùm ob crucis ſignum, vel Ieſu nomen regularitèr impreſſum in ipſa, cum ob ſignificatum ipſius quod eſt Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, cui videtur derogare ſortilegus, dum potiùs hoſtiam, quam aliam rem adhibet in ſortilegio. Vide *Carenam de Off. S. Inquiſit. part. 2. de ſortileg tit 12. §. 8. nu. 52. & ſequen.*

12 Hi quoque &c.

Divinationis malitiam diſce ex hac Simancæ Doctrina; cum etenim occultorum, & futurorum cognitio, quæ ſolius Dei eſt, & à ſolo Deo expectari debet, per varias inventiones procuratur à Creaturis, quodammodo cultus Deo debitus impenditur Creaturæ. Quomodo autem Dæmones futura præſcire valent dixit ſuprà hujus tituli *nu. 5.* Tù verò vide *Pereyram lib. 3. de Magia cap. 5. num. 35. & Martinum Del Rio lib. 4. diſquiſit. magic. c. 2. q. 2.*

13 Sunt autem qui dicant &c.

Eſt plurimorum ſententia *ex Oldrado conſ. 210. concl. 16.* quòd Dæmonum invocatio ſapit tantùm hæreſim manifeſtam, cum Dæmon invocatur per modum deprecationis, vel ad ea facienda, quæ ſolius Dei propria ſunt; non autem cum Dæmon invocatur per modum Imperii, & ad ea, quæ ſuam poteſtatem non excedunt; Aſt alii non deſunt, qui ſentiunt contrarium, & omnem Dæmonis invocationem indiſtinctè manifeſtam hæreſim ſapere docent, hac ratione ſuffulti quòd licèt Dæmonem invocare per modum Imperii, & intra limites ſuæ facultatis non includat hæreſim illam, qua quis ſe Dæmoni ſubjicit, & attribuit quæ propria ſunt Dei; includit tamen aliam, quæ conſiſtit in apo-

ſtaſia

ſtaſia à fide, cujus eſt Reus quiſquis Dæmonem invocando non tanquam Dei amicum, vult neceſſariò amicitiam cum illo per pactum tacitum, vel expreſſum, & tanquàm ad Deum ſuum, confugit, quæ apoſtaſia ad hæreſim pertinet, & eſt omnis infidelitatis graviſſima. *D.Thom. 2. 2. q.22. art. 3.* quarè alma facultas Theologica Pariſienſis *in art.3.* apud *Io. Gerſon. tom.1. tract.de error.circ. Art. Magic.* decrevit errorem eſſe, ſi aſſeratur quòd inire pactum cum Dæmonibus tacitum, vel expreſſum, non ſit idololatria, vel ſpecies Idololatriæ, aut Apoſtaſiæ à fide *Cau. 26. q. 7.* non obſerveus. *D.Thom. in 2. diſt. 7. q.1. art. 2.* Vide *F.Bartholomæum de Spina in Apolog.4. in Ponzinibium.*

14 Aſtrologi &c.
Contra Aſtrologos judiciarios, qui futura prædicunt, vide *Conſtitutionem Sixti V. quæ incipit Cæli, & Terræ, & aliam Vrbani VIII.* quæ incipit *Inſcrutabilis*; ibi enim præter excommunicationem ipſo facto, quas alias pœnas incurrant obſervare licebit.

23 Inquiſitores autem &c.
Notandum hic quòd ſi quis effectum liberum ab humana voluntate pendentem prædicat; licèt dicat ſe id certum non affirmare, is pœnis Inquiſitorum arbitrio puniri poteſt; ſicuti de facto punitum fuiſſe teſtatur *P. Diana tract.7. reſ.16. part.4. reſ. moral. verſ. Vnde in Inquiſit. Hiſpana*, Clericum quemdam, qui tempus, genus, & mortis modum Regis Francorum, ſicuti de facto evenit, prædixit; Hic enim abjuratione de levi præmiſſa, pœna ſuſpenſionis ab Ordinibus, Beneficiorum privationis, & à tota Hiſpania exilii fuit mulctatus. Vide *Souſam in Aphoriſm. Inquiſit. lib.1. cap. 48 nu.15. & Carenam de S. Offic. part.2. de ſortileg. tit.12. §. 30. num.254.*

25 Plærumq; has revelationes &c.
Ex improbitate Maximillæ, & Quintillæ tradunt Apollonium unum ex primis Patribus arguiſſe olim falſitatis, & Dæmoniacas Montaniſtarum prophetias cenſuiſſe; cum enim Vir iſte eximius, & pius animadverteret fœminas illas Maritos deſeruiſſe ſuos, pigmentis, & corporis cultui deditas, mercedem prophetiarum quoque accipere, fœnus exercere, teſſeris, & tabulis ludere, quidquid prophetabant non ex Sancto Spiritu, ſed ex Cacodæmone afflante æxiſtimavit eructare. *Euſebium lege lib.3. cap.17.*

26 Richardus de Sancto Victore &c.
Quæ neceſſaria ſint judicaturo de revelationibus, vide apud *Martinum Del Rio diſquiſit. Magic. lib. 4. q.3. ſect.1. & ſequen.*

De Doctoribus Eccleſiæ. Titulus XXII.

SUMMARIUM.

1 *QUi contempſerit ea, quæ à Sanctiſſimis, & Sapientiſſimis Doctoribus concordi ſententia ſcripta ſunt, is jure hæreticus cenſeatur.*

2 *Quid debeant facere Catholici, ſi ſe aliqua Eccleſiæ particula, ab univerſalis Fidei communione præciderit.*

3 *Qua ratione majorum ſententiæ congregandæ ſint, cum aliquid prophanum in Eccleſia erumpere cœperit.*

4 *Memorantur diviſiones miniſtrationum, quas Apoſtolus poſuit prima Epiſtola ad Corinthios.*

5 *Ad quid Deus ipſe Eccleſiæ Doctores dedit in opus Miniſterii.*

6 *Quibus ſignis cognoſcant fideles quam doctrinam debeant ſequi, & ubi Chriſtus, qui veritas eſt, ſit.*

7 *In illis, qui Eccleſiam Catholicam defendunt, Spiritus Sanctus loquitur.*

8 *Proculdubiò credendum eſt fideles Sanctam Eccleſiam defendentes inſpiratione Spiritus Sancti loqui.*

9 *A' majorum ſententia non eſt recedendum, dum in Eccleſia aliquid prophanum inſurgerit.*

10 *Adducuntur multorum Sanctorum ſententiæ ad probandum non eſſe deviandum à ſententia majorum.*

11 *Veram Religionem apud eos quærendam eſſe, qui Chriſtiani Catholici, & integritatis cuſtodes nominantur.*

12 *Amplectendam eſſe Conciliorum, & Sanctorum ſententiam multis exemplis cõprobatur.*

13 *Quæ tradita ſunt nobis à Sanctis Apoſtolis, & à localibus Conciliis, ſervanda, & cuſtodienda eſſe.*

14 *Laudantur Sancti Doctores, quos Catholici ſequantur in Eccleſiæ procellis.*

15 *Unanimem eſſe viam certam, & tutam Sanctorum auctorum ad convincendos hæreticos, demonſtratur.*

16 *Sanctorum Doctorum auctoritas, & miracula multis exemplis comprobata, laudantur.*

17 *Qua de cauſa Sacroſancta Eccleſia Catholica Sanctorum Doctorum doctrinam juſtè comprobaverit.*

18 *Indubia fides, & auctoritas Sanctis Doctoribus eſt tribuenda, etenim in Sacra Scripturæ explanatione Sancti Spiritus inſpiratione agunt.*

19 *Omnis controverſia ad Scripturam pertinens excitata, non aliter explicanda eſt, quàm Eccleſiæ luminaria expoſuerunt.*

20 *Quantum in Religione viris ſapientiſſimis, & ſanctiſſimis tribuendum ſit.*

21 *Validiſſimum eſſe argumentum ab auctoritate ſapientum: & ob eam cauſam Sanctis Doctoribus maximam fidem eſſe adhibendam.*

22 *Sanctis Doctoribus, Apoſtolicisq; viris, per quos Deus Eccleſiam luminavit: magna cum ratione fides eſt tribuenda.*

23 *Sanctis Eccleſiæ Doctoribus, qui pleni ſunt Spiritu Sancto, non autem Schiſmaticis credendum eſt.*

24 *Apud Catholicos plus valet auctoritas cujuslibet S. Doctoris, quàm omnium hæreticorum.*

25 *Probatur eam eſſe Catholicam Fidem, quam Sancti Doctores uno ore conſentiunt.*

26 *Improbi hæretici pravis rationibus innitentes audiendi non ſunt, & ubi Sancti Doctores, ibi Chriſtus, & veritas eſt.*

27 *Quibus rationibus hæretici procaces Sanctorum Patrum doctrinam, & auctoritatem eiiciant.*

28 *Quibus modis, dum aliquis erraverit, ejus error agnoſcatur.*

29 *Ob quam cauſam hæretici devitandi ſint, Sancti Doctores ſequendi, & amplectendi.*

De Doctoribus Eccleſiæ.

1 QUidquid Sanctiſſimi, & Sapientiſſimi Doctores Eccleſiæ concordi ſententia docuerunt, & ſcripſerunt, id omne credendum eſt Eccleſiæ traditionem eſſe; proindè quiſquis eorum conſenſum contemnit in ſcripturarum interpretatione, aut in doctrina aliqua, quæ ad fidem, aut mores pertineat, is jure, ac meritò cenſetur hæreticus.

Vincentij Lirinenſis Auctoritas.

2 Vincentius ille Lirinenſis, libr. adverſus hæreſes, ſapienter admodum, & conſideratè ſcribit: *Quid faciet Chriſtianus Catholicus, ſi ſe aliqua Eccleſiæ particula ab univerſalis Fidei communione præciderit? Quid utique, niſi ut peſtifero, corruptoque membro ſanitatem univerſi corporis anteponat? Quid ſi novella aliqua contagio non jam portiunculam tantùm, ſed totam pariter Eccleſiam commaculare conetur? Tunc item providebit, ut antiquitati inhæreat, quæ prorsùs jam non poteſt ab ulla novitatis fraude ſeduci. Quid ſi in ipſa vetuſtate, duorum, aut trium hominum, vel certè civitatis unius, aut etiam Provinciæ alicujus error deprahendatur? Tunc omninò curabit, ut paucorum temeritati, vel inſcitiæ, ſi quæ ſunt univerſalitèr antiquitus Catholicæ Eccleſiæ decreta, præponat. Quid ſi tale aliquid emergat, ubi nihil hujuſmodi reperiatur? Tunc operam dabit, ut collatas inter ſe majorum conſulat, interrogetq; ſententias: eorum duntaxat, qui diverſis licèt temporibus, & locis, in unius tamen Eccleſiæ Catholicæ communione, & fide permanentes, magiſtri probabiles extiterunt. Et quidquid non unus, aut duo tantùm, ſed omnes pariter uno, eodemq; conſenſu, apertè, frequenter, perſeveranter, tenuiſſe, ſcripſiſſe, docuiſſe cognoverit, id ſibi quoque intelligat, abſque ulla dubitatione credendum.*

3 Et poſt plura idem Vincentius, inquit; *Cum primùm mali cujuſq; erroris putredo erumpere cœperit, & ad defenſionem ſui Sacræ Legis verba furari, eaque fallacitèr, & fraudolentèr exponere, ſtatim interpretando canoni majorum ſententiæ congregandæ ſunt; quibus illud quodcunque exurget novitium, ideoque profanum, & abſque ulla ambage prodatur, & ſinè ulla retractatione damnetur. Sed eorum duntaxat Patrum ſententiæ conferendæ ſunt, qui in fide, & communione Catholica, ſanctè, ſapientèr, conſtantèr viventes, docentes, & permanentes, vel mori in Chriſto fidelitèr, vel occidi pro Chriſto felicitèr meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum eſt, ut quidquid vel omnes, vel plures, uno, eodemque ſenſu manifeſtè, frequentèr, perſeverantèr, velut quodam conſentiente ſibi magiſtrorum Concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmaverint, id pro indubitato, certo, ratoque habeatur. Hos ergo in Eccleſia Dei divinitus per tempora, & loca diſpenſatos, quiſquis in ſenſu Catholici dogmatis unum aliquid in Chriſto ſentientes contempſerit, non hominem contemnit, ſed Deum.*

4 Hæc autem probantur evidentiſſimè in priori Epiſtola ad Corinthios, ubi Apoſtolus memorans diviſiones illas gratia-

rum,

rum, miniſtrationum, & operationum, quas operatur unus, & idem Spiritus San-
1.Corin.12. ctus, dividens ſingulis prout vult; *Et quoſdam*, inquit, *poſuit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores*. Vides Doctores ab ipſo Deo in Eccleſia poſitos, ut verbo, & exemplo, ſermone, & ſcriptis doceant, paſcantque fidelem populum. Quibus ipſe dedit ſermonem ſapientiæ, & ſcientiæ, & interpretationem ſcripturarum. Nec fieri ullo modo poteſt, ut hi omnes errent, quos Deus Omnipotens, ne nos erraremus, Duces noſtros, Magiſtros, & Præceptores conſtituit; Alioqui non ad docendum, ſed ad ſeducendum; non ad ædificandum, ſed ad deſtruendum poſiti, ac miſſi eſſent. Quo quid magis impium dici, fingivè poteſt? *1.Corint. 12.*

Ephеſ.4. 5 Ad hoc idem Paulus in Epiſtola ad Epheſios ait; *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò Evangeliſtas, alios Paſtores, & Doctores, ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti: ut jam non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris.* Hos nimirum Doctores Deus ipſe dedit Eccleſiæ, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti: hoc eſt, ut miniſtrent Spiritum Sanctum cœteris, & Eccleſiam, quæ corpus Chriſti eſt, verbo illius ædificent. Hoc autem Chriſtus inſtituit, ut jam non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ; hoc eſt, ut his Doctoribus fidem habeamus, & verè credamus in eis Spiritum Sanctum loqui; vitemuſque cœteros, qui doceant his contraria; niſi velimus eſſe tanquam parvuli, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiæ veritatem pervenientes; ſemper fluctuantes, & omni vento doctrinæ circumacti; quales hodiè videmus eſſe Lutheranos, & cœteros hæreticos omnes. *ad Ephe. 4. Roffen. contra Lutherum veritate. 6. Cathari. in ſecunda clave ſcripturarum.*

6 Accedit eòdem, quod Veritas per
Matth. 24. Matthæum docet, his verbis: *Si quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in pænetralibus, nolite credere. Ubicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ.* Docens Redemptor noſter fugiendas eſſe novitates, & ſingularitates hæreticorum; inſuper nobis oſtendit quam doctrinam ſequi debeamus, nempè illam, ad quam congregantur aquilæ. Nam ubicunque illæ congregantur, ibi veritas eſt, ibi Chriſtus, & ibi Corpus Eccleſiaſticæ unitatis; quæ eſt illarum concors ſententia, idem totius corporis ſenſus eſt. Sed quæ tandem ſunt illæ aquilæ? Qui in carne præter carnem vivunt, aut vixerunt; Quorum eſt, & fuit, quamvis hic peregrinantium, in Cœlis converſatio. Quorum omninò ſtudium, omnis meditatio, omnis voluntas in lege Domini, quam, & vita, & moribus expreſſerunt. Qui ſigna inhabitantis in ſe Dei Spiritus evidentia ediderunt. Ubicunq; illæ aquilæ congregantur, illic certum habe eſſe corpus illud, cui aſſociari, cui conſentire debeas, & in quo Chriſtum, & ſalutem quærere. Significantur ergo per illas aquilas Doctores Sancti, qui altius cœteris volant, & ipſum juſtitiæ Solem acutius, & certius irreverberatis luminibus intuentur. *Matth. 24. Pighius lib. 1. hierar. Eccle. cap. 5. Pagninus in iſagogis ad myſticos Sacræ Scripturæ ſenſus lib. 1. cap. 8.*

7 Præterea, convertitur hæc ſententia ex verbis illis ejuſdem Veritatis per eundem Evangeliſtam dicentis; *Non eſtis vos* Matth. 10.
qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Quæ verba enarrans Auguſtinus lib. 4. de Doctrina Chriſtiana, inquit; *Si ergò loquitur in eis Spiritus Sanctus, qui perſequentibus traduntur pro Chriſto, cur non & in eis, qui tradunt diſcentibus Chriſtum?* Damaſcenus quoque ait; *Per Spiritum igitur Sanctum, & lex, & Propheta, & Evangeliſta, & Apoſtoli, & Paſtores locuti ſunt & Doctores; An ad ſolos Apoſtolos dixit Chriſtus; Non eſtis vos qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis? An non præter Apoſtolos, quoſdam, ut inquit Paulus, Prophetas inſtituit, alios verò Evangeliſtas, alios Paſtores, & Doctores?*

8 Deindè, Petrus Apoſtolorum Princeps in Epiſtola Canonica ſcripſit: *Spiritu* 2.Petri 1.
Sancto inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines. Quod ſi certiſſimè ſcimus eveniſſe, quando nondum Spiritus Sanctus miſſus nobis erat, quid factum eſſe putabimus, poſtquam in hoc negotium ſpecialitèr datus eſt? *Nonne Dominus fecit Sanctos enar-* Eccleſiaſt. 42.

rare omnia mirabilia ſua, quæ confirmavit Dominus Omnipotens ſtabiliri in gloria ſua? 2. Pet. 1. Eccleſiaſt. 42.

9 De his quoque Sanctis Doctoribus illud Salomonis accipere opportet; *Verba Sapientum ſicut ſtimuli, & quaſi Clavi in altum defixi, quæ per Magiſtrorum conſilium data ſunt à Paſtore uno.* Quem locum tractans Hieronymus, inquit; *Exceptis his verbis, quæ ab uno Paſtore ſunt data, & à Concilio, atque conſenſu prolata ſapientum, nil facias, nil tibi vendices: Majorum ſequere veſtigia, & ab eorum auctoritate non diſcrepes.* Sunt quidem Sanctorum Doctorum verba firma, & immobilitèr vera, ſicuti Dionyſius ait, & quæ ab uno Summo Paſtore Deo procedunt, & per Doctorum à Deo inſpiratorum Concilium, ideſt, unanimem conſenſum tradita ſunt; quemadmodum Titelmanus explicat, & elegantèr diſſerit *Viruæſius noſter adverſus Lutheri dogmata Philippica prima. Eccleſiaſtes cap. ulti.* & illic *Hieronym. Dionyſi, & Titelma.*

Eccleſiaſt. cap. ult.

10 His accedunt quam plura Sac. Scripturæ teſtimonia, quæ Sanctorum Doctorum auctoritatem haud obſcurè nobis cōmendant. Quale eſt illud Salomonis in
Prou. 22. Proverbiis: *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.* Et illud
Eccleſi. 8. item Eccleſiaſtici; *Ne deſpicias narrationem presbyterorum ſapientum, & in proverbiis eorum converſare; ab ipſis enim diſces ſapientiam, & doctrinam intellectus. Non te prætereat narratio ſeniorum; ipſi enim didicerunt à patribus ſuis, quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis da-*
Daniel. 12. *re reſponſum.* Et apud Danielem; *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti; Et qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*
Deuter. 33. Et in Deuteronomio; *Omnes Sancti in manu Dei ſunt; & qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius.* Qui autem alii poſt Apoſtolos ſunt in fide patres noſtri? qui alii presbyteri, & Seniores ſapientes? qui alii fulſerunt quaſi ſplendor, & erudierunt plures? Poſtremò, qui alii Sancti appropinquaverunt ita pedibus Dei, & de doctrina illius tàm affluentèr acceperunt, quam Sacri Doctores Eccleſiæ? qui ſemper effulſerunt in Eccleſia tanquam luminaria magna; quorum adhuc lumen ita præfulget nobis, ut in eo ambulantes impingere non poſſimus. *Proverb. 22. Eccleſ. 8. Dani. 12. Deuteron. 33.*

11 Præterea Doctoribus Eccleſiæ credimus, non ut hominibus, ſed ut Sanctis, & illuminatis à Deo, & multis miraculis approbatis; & qui humiles fuerunt, ac trementes ſermones Dei, & mundi corde, ſecundùm ſpiritum ambulantes, ea docentes, quæ Spiritus Sanctus dedit eloqui illis; quos Eruditiſſimos, Sapientiſſimos, atque veriſſimos fuiſſe conſtat; in quorum explicita fide ſemper totius Chriſtiani populi fides complicata continebatur. Quod ſi apud eos ſolos quærenda eſt vera Religio, qui Chriſtiani, Catholici, vel Orthodoxi nominantur, ideſt, integritatis cuſtodes, & recta ſectantes, ut eſt apud Auguſtinum; *Et hæc eſt Religio munda, & immaculata apud Deum, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo*, ut Jacobus *Iacob. 1.*
Apoſtolus teſtatur: apud quos alios quærenda eſt veritas, quam apud unanimem ſententiam Sacrorum Doctorum, qui in his omnibus præſtantiores, & eminentiores cunctis ſemper, & ubique fuerunt?

12 Hanc inſuper veritatem Concilia Sacra ſæpe nobis jam olim tradiderunt. Ac primùm, veteras Hiſpani majores noſtri in
2. Concilio Hiſpalenſi dixerunt; *Opportuit ſententias ſubnecti Sanctorum Patrum,* *Concilium Hiſpalenſe.*
qui in Sacris Literis ingenti gloria refulſerunt, ut etiam eorum traditione perpateat veritas. Deindè recenſentur illic verba Hilarii, Ambroſii, Nazianzeni, Baſilii, Athanaſii, Auguſtini, Cyrilli, Leonis, & Fulgentii, quorum teſtimoniis concludunt quæſtionem dicentes; *Hæc quidem, quæ tàm Divina Scriptura, quàm etiam Sanctorum Patrum eloquia docuerunt, decretis noſtris brevitèr inſerta protulimus.* Et in Con- *Concilij Toletani Decretum.*
cilio quodam Toletano decreverunt, ut Sanctorum virorum Doctrinis aſſentirent omnes; *Quia omne*, inquiunt, *quod contra illos ſapitur, à recta fidei regula abborrere ſentitur.* Ubi & illud adiiciunt non eſſe ampliùs cum illis contendendum, qui ab eorundem Patrum dogmatibus auſi fuerint diſſentire. 2. Concilio Hiſpalen. can. 13. & Concilio Toletano 15. cap. 4.

13 Et in Septima Synodo Generali, actione prima, hoc decretum extat: *qui* *Septi. Synodi Generalis Decret.*
Doctrinas Sanctorum Patrum, & traditionem Catholicæ Eccleſiæ contemnunt, execratio.

tio. Et in fine quintæ actionis, lectis fragmentis ſcriptorum Eccleſiaſticorum, tota Synodus proclamavit *Diviniloquorum Patrum Doctrina nos correxerunt: Ex illis haurientes fidem, & veritatem potati ſumus: illos inſequentes, mendacium perſecuti ſumus*. Et actione ſexta inquit Epiphanius; *Glorioſos Doctores, tuta monimenta Eccleſiæ dicere poſſumus*. Et paulò poſt: *quomodo ea, quæ Sancti Patres non probaverunt, nos, qui circa finem ſeculorum occurrimus, & indigni ſumus, ut Diſcipuli eorum vocemur, recipiemus?* hæc ille tom. 5. Accedit octava Synodus Generalis Canone primo his verbis; *Regulas, quæ Sanctè, Catholicè, & Apoſtolicè, tàm à Sanctis Apoſtolis, quàm ab Orthodoxis univerſalibus, nec non & localibus Conciliis, vel etiam à quolibet deiloquo Patre, ac Magiſtro Eccleſiæ traditæ ſunt, ſervare, ac cuſtodire profitemur; quibus & propriam vitam, & mores, & omnem Sacerdotii Catalogum regamus*.

Octava Synodus Generalis.

14 Oſtendimus hactenus ex literis Sacris, & Sanctis Synodis quanta ſit, & eſſe debeat auctoritas Sanctorum Doctorum; nunc autem ab ipſiſmet Patribus eandem veritatem docebimur. Ac primùm Divus ille Hieronymus in commentariis ad libr. Job. inquit; *Sancti Doctores Eccleſiæ nubes eſſe dicuntur, qui aquas Evangelii portant populis effundendas, & gubernandas à Spiritu Sancto deferunt, ut irrigentur terræ populorum, & de hac cœleſti pluvia, virtutum fruges ſpirituali operatione multiplicentur*; & paulò poſt: *Hi Sancti à Spiritu Sancto ita diſtincti ſunt gratiarum donis, tanquam ſidereis luminaribus*. Et in Danielem ait; *Periculoſum eſſe de Magiſtrorum Eccleſiæ judicare ſententiis, & alterum præferre alteri*. Et alibi de Hilario loquens, inquit; *Hilarius beatus antiſtes, & ut ità dicam, inter procellas Mundi magnus ſuſtentator Eccleſiæ*. Deindè Auguſtinus libro ſecundo contra Julianum Pelagianum de Irenæo, Cypriano, Baſilio, Ambroſio, aliiſque Sanctis Doctoribus ſcribens ait; *Iſti Epiſcopi ſunt docti, graves, Sancti veritatis acerrimi defenſores; in quorum ratione, eruditione, libertate, quæ tria bona judicibus tribuuntur, non potes invenire quod ſpernas. Hos excellentiores ſuos diſpenſatores per diverſas ætates temporum, locorumque diſtantias ſicut Deo placet, atque expedire judicat, ipſe diſpenſat*. Et poſt paululum: *Catholicam fidem in lacte ſuxerunt, in cibo ſumpſerunt, cujus lac, & cibum parvis, magniſq; miniſtraverunt, quam contra inimicos apertiſſimè, atq; fortiſſimè defenderunt. Talibus poſt Apoſtolos, Sancta Eccleſia Plantatoribus, Rigatoribus, Aedificatoribus, Paſtoribus, Nutritoribus crevit. Hieronym. in Job. cap. 26. in Dani. cap. 9. & in Pſal. 57. Nicephorus lib. 12. cap. 15. Vincentius Lirinenſis lib. adverſus hæreſes fol. 7. & 49. Canus lib. 7. de locis Theologicis cap. 3.*

De Doctorum Sanctorum auctoritate Hieron. teſtim.

15 Ad hæc Alexandrinus apud Theodoretum in hiſtoria tripartita ad Alexandrum Conſtantinopolitanum ſcripſit. *Sicut nos Divinæ Scripturæ docent, unum Sanctum Spiritum confitemur, qui replevit, & veteris teſtamenti Sanctos homines, & novi Sacratiſſimos Præceptores*. Longum eſſet omnia perſequi, quæ Sancti Doctores in laudem majorum ſuorum, & in commendationem auctoritatis eorum tradiderunt, qua ſola ſæpè multa profana hæreticorum dogmata confutarunt. Eſt enim eorum ſententia unanimis, via certa, & tuta ad convincendos hæreticos, & in Eccleſia firmum Spiritus Sancti Magiſteriũ. Quod verbis, & factis teſtantur Baſilius, Hieronymus, Euſebius, Leo, Bernardus, & innumerabiles alii. *lib. 1. hiſto. trip. c. 14 Baſilius lib. contra Amphilochium Hiero. contra Helvidium. Euſebius lib. 5. Eccleſ. hiſt. c. de libellis 20. diſtin. c. ſunt quidam 25. q. 1. Bernar. epiſt. 77. Leo, Agatho.* & alii relati à *Martino Ajala lib. de divinis, & Eccleſiaſt. traditio tit. de publico Catho. Eccle. Magiſterio. Gaſpar quoque lib. 2. adverſus hæreticos art. 6. Canus lib. 4. de locis Theologicis cap. 4. Beſſarion, oratione pro unione cap. 1.*

Alexandrinus.

16 Miracula item maxima, plurima, atque veriſſima, quæ ſigna ſunt evidentia Divinæ voluntatis, horum Doctorum auctoritatem haud obſcurè comprobant. Hi enim Sacri Doctores, ut eſt apud Damaſcenum, *illuminatricem Spiritus gratiam adepti; tùm miraculorum virtute; tùm ſermonis gratià, obſcuratos illuminarunt, & errore devios converterunt*. Et ut Longolii verbis utar in elegantiſſima ad Lutheranos oratione: *Horum etiam jam vita defunctorum gratia, & mortuos revixiſſe, & cæcos oculorum uſum recepiſſe, & variis ex morbis laborantes, furiiſq; etiam exagitatos mortales multos, poteſtati, valetudinique ſuæ reſtitu-*

SS. Doctorum doctrinam miracula comprobarunt.

ſtitutos eſſe exploratum habemus. Cur autem Deus Omnipotens hos Patres, & Eccleſia Doctores, tot, tantiſque miraculis approbavit, & illuſtravit? nunquid ut nos deciperet? nunquid, ut illi nos ſeducerent, & in multas hæreſes præcipitarent? abſit: Immò ut nos docerent, & in viam veritatis reducerent. Richardus de S. Victore lib. 1. de Trinitate, cap. 2. inquit: *Nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus: Domine ſi error eſt, à te ipſo decepti ſumus? nam iſta in nobis tantis ſignis, & prodigiis confirmata ſunt, & talibus quæ non niſi per te fieri poſſunt. Certè à Summa Sanctitatis viris ſunt nobis tradita, & cum ſumma, & authentica atteſtatione probata, te ipſo cooperante, & ſermonẽ confirmante ſequentibus ſignis. Nos ergò tutè ſequamur eos, quos ab ipſo Deo approbatos eſſe videmus, quos Sacra Scriptura commendat, Concilia ſequuntur, Doctorum laudat conſenſus, & vera, utiliaque miracula comprobant.*

Richardus à S. Victore.

17 Præterea, oves Chriſti vocem ejus cognoverunt ſemper in his Sanctis Doctoribus, quorum doctrina perpetuò ſpirat unctionem illam Spiritus Sancti, qui locutus eſt, & quotidie loquitur per os Sanctorum Doctorum. Ad extremum Sacroſancta Catholica Eccleſia, quæ, cum ſit columna, & firmamentum veritatis, nec fallere, nec falli poteſt, horum ſcripta probavit; horum quoque doctrinis perpetuò membra ejus inſtruuntur, & illuſtrantur; hos ipſos Doctores, tanquam juſtos, & legitimos filios ipſa ſuſcipit, & amplexatur. Hos compertum habemus, nil credidiſſe aliud, quam quod credidit Catholica Chriſti per orbem Eccleſia, cujus extiterunt membra non vulgaria, immò præcipua, immò columnæ quædam. Proindè quidquid uno ſenſu, & conſenſu hos tenuiſſe inveneris, eum Catholicæ Eccleſiæ, verum, & Catholicum ſenſum, veram ſententiam, veram fidem abſque ullo ſcrupulo teneas; cum hos audis, Eccleſiam audis. Horum concordem ſententiam puta Eccleſiaſticam eſſe traditionem. Vide *Alber. Pighium lib. 1. Eccleſiaſt. hierar. cap. 3. & lib. 2. cap. 7. & lib. 6. cap. 3.*

2. Tim. 3.

18 His igitur Sanctis Doctoribus, quẽadmodum in cœteris omnibus, ſic etiam in interpretatione Sacræ Scripturæ indubia fides, & auctoritas tribuenda eſt; Non enim naturalitèr acquiritur intelligentia ſcripturarum, ſed donum Dei eſt, & viris Sanctis divinitus conceditur. Nam, ut Hieronymus in proœmio commentariorum in Oſeam inquit: *In explanatione Sacra Scriptura, Sancti Spiritus inſpiratione agemus, ut cujus inſtinctu ſcripta eſt, ejus revelatione pandatur.* Quis autem, niſi mentis inops, negare poſſit Sacros Eccleſiæ Doctores præ cœteris omnibus abundantiorem ſpiritum ſapientiæ, & intellectus habuiſſe? Hi namque pars magis eximia Eccleſiæ ſemper fuerunt, qui non ſolùm eruditione, verùm etiam vitæ Sanctimonia, velut ſidera quædam effulſerunt; quibus cœteri fideles in ſenſu ſcripturarum unicè fidem habuerunt, tanquàm viris Spiritu Sancto plenis, qui nobis ſuccum, & lactentem in Sacra Scriptura ſpiritum exhibuerunt. Qui non a ſemetipſis interpretationes acceperunt; ſed ſecretis inſpirationibus Sancti Spiritus illuſtrati, dubia ſcripturarum nobis aperuerunt. Quorum Doctorum, ut inquit Auguſtinus, illuſtris doctrina eſt, & memorabilis, & venerabilis conſeſſus, atque conſenſus. *lib. 1. contra Julianum Pelagianum. Gaſpar lib. 1. adverſus hæreticos cap. 5. & lib. 2. art. 2. cap. 14. Canus lib 7. de locis Theologicis cap. 3.*

19 Inde illud eſt quod in ſexta Synodo Generali divinitus tradiderunt Patres his verbis: *Si ad ſcripturam pertinens aliqua controverſia excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur, quàm quomodo Eccleſiæ luminaria, & Doctores ſuis ſcriptis expoſuerunt, & majorem ex his laudem aſſequãtur, quàm ſi quæ à ſe dicuntur, componant. Per prædictorum enim patrum doctrinam, populi ad eorum, quæ ſunt bona, & expetenda, & inutilia, ac reiicienda, cognitionem venientes, vitam in melius componunt.* Et in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. præcipitur concionatoribus, *ut Evangelicam veritatem, & Sanctam ſcripturam, juxtà declarationem, & interpretationem Doctorum, quos Eccleſia, vel uſus diuturnus approbavit, prædicent, & explanent, nec quicquam eis contrarium, vel diſſonum adiiciant.* Noviſſimè Patres in Concilio Tridentino ad coercẽda petulantia ingenia decreverunt, ut *nemo ſua prudentia innixus, contra unanimem conſenſum Patrum Scripturam Sacram interpretari audeat; Sexta Syno. Generali Can. 19. Concilio Lateranen. ſeſſio. 11. Concilio Triden. ſeſſ. 4.*

Sextæ Syn. Gener. decretum.

Aliud Lateran. Concilij ſub Leone X.

Tridentin.

20. Quod

20 Quòd ſi peritioribus, & prudentioribus, & magis expertis in quacunq; ſcientia, & arte plurimùm tribuendum eſt: Si gravior, & validior eſt, quemadmodum pro Planco dixit Cicero, decem virorum bonorum ſententia, quàm totiùs multitudinis imperitæ: ſi non ſecus debent omnes uſu peritorum, majorumq; natu, ac prudentum fidem adjungere ſententiis, iis etiam, quæ probari non poſſunt, quàm iis, quæ ſunt ratione concluſæ, nam quoniam uſu, & exercitatione, quaſi aſpectum quendam ſunt adepti, facilè rerum cauſas, & principia cernunt, ut ait Ariſtoteles lib. 6. ethic. quantum in Religione tribuendum eſſe putabimus viris Sapientiſſimis, Sanctiſſimis, & Spiritu Sancto pleniſſimis? Impoſſibile ſanè eſt, ut inquit in Timeo Plato deorum filiis, id eſt Sanctis, fidem non habere, licèt non neceſſariis, nec veriſimilibus rationibus eorum ratio confirmetur, vide *Auguſtinum libro de utilitate credendi cap. 12. Ariſt. lib. 6. ethic. cap. 11. Boetium lib. 1. topico. l. ſemel. C. de re milita lib. 12.* & illic *Bar. Lucam*, & alios.

Sanct. Fidē habendam aiebat Plato.

21 Hippocratis auctoritati acquievit antiquitas, ut eſt apud Julium Paulum, & Cicero de Platone loquens lib. 1. Tuſcul. quæſt. inquit: *Ut enim rationem Plato nullam afferret.* (Vide quid homini tribuam.) *ipſa auctoritate me frangeret.* Undè Salomonius haud inſapienter ait, validiſſimum eſſe argumentum ab auctoritate ſapientum, ubi ratio naturalis deficit, & eorum ſententiis ſtandum, aliòqui non eſſet differentia inter ſapientem, & eruditum. Quę cum ita ſint, ac de profanis hominibus non omninò peritis paſſim recipiantur à multis; quid dicere poſſumus de Sanctiſſimis Eccleſiæ Doctoribus, qui proculdubiò ſunt omnium Chriſtianorum, atque omnis memoriæ clariſſima lumina? quorum fuerunt pectora ſacro Spiritu plena, & qui noverunt ea, quæ, ut inquit Hieronymus, doctus Plato neſcivit, quæ Demoſthenes ignoravit. *l. ſeptimo menſe de ſtatu homi.* & illic *Salomo. & in §. reſponſa prudentum. inſtit. de jure natu. gent. & civili.*

Hippocratis auctoritati acquievit antiquitas.

22 Ad poſtremum, accedit ratio viva quidem, & ſpirans; nam Spiritus Sanctus miſſus eſt ad illuminandam Chriſti Eccleſiam, & ad docendam omnem veritatem. Cum autem facie ad faciem loqui non ſoleat, relinquitur, ut per aliquos viros Eccleſiam illuminaverit, atq; erudierit. Sed id fieri non debuit, niſi per inſtrumenta immenſæ bonitati Spiritus congruentia; ergo per Sanctos Doctores Apoſtolicos viros, id factum eſſe perſpicuum eſt. Nam, ut Nazianzenus ait, *manifeſtum eſt, quod indignos nequaquam gratia tangit, nec organum improbum, & planè diſſonum, quoniam in animam maleficam non ingreditur ſapientia.* Sicut è contrario dæmones quærunt organa digna, per quæ operentur, quemadmodum Origines tradit *homil. 5. in Matthe. & Sozomenus lib. 1. hiſt. tripar. cap. 14. cap. 12. Joan. 14. & 16. Nazianzenus oratio 4.* Sap. 1.

SS. Patrum auctoritati credendum comprobatur ratione.

23 Ex quibus omnibus evidentiſſimū fit, Sanctis Eccleſiæ Doctoribus, non autem Hereticis, aut Schiſmaticis credendum eſſe. Illi enim Sacro Spiritu pleni ſunt, & fuerunt: hi verò extra Eccleſiam poſiti Spiritu Sancto privati ſunt; & ut nullo alio vitio teneantur, certè non poſſunt non eſſe ſuperbiſſimi, qui ſuas hæreſes Patrum decretis, & Eccleſiæ traditionibus anteponant; *Dominus dat ſapientiam, & ex ore ejus ſcientia, & prudentia: ſapientia, & diſciplina, & ſcientia legis apud Deū: error, & tenebrę peccatoribus concreat æ ſunt. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, quoniam à Deo profecta eſt ſapientia. Sapientiæ enim Dei aſtabit laus, & in ore fidelis abundabit, & dominator dabit eam illi Et in malevolam animam non intrabit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiritus enim Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu. Sapientia ſincera eſt, & ideo nil inquinatum in eam incurrit; & in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei, & Prophetas conſtituit.* Unde anima viri Sancti enunciare ſolet veriora, quàm ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. *Anima benevola, & quæ ſentiat quod juſtum ſit, melior eſt quovis ſophiſta indagatore,* ut Sophocles inquit. *Prover. 2. Eccleſiaſti. 11. & 15. & 37. Sapientiæ 1. & 7.*

2. Prou. Eccleſi. 11. cap. 15. Sap. 1. ibid. 7. Sophocles.

24 Abeant ergo Lutherani, & Hæretici omnes peſtiferi, Sanctas contemnant animas, & proprias adinventiones ſequantur. Apud nos enim, qui Catholici ſumus, plus valet auctoritas cujuſlibet Sancti Doctoris, quàm hæreticorum omnium, quotquot unquam fuerunt, aut futuri ſunt conven-

ventus. Sed inquiunt Lutherani. Nos Sacras literas pro noſtris opinionibus adducimus, ac ſi non idipſum veteres omnes hæretici dixerint; vel non ſint ſacræ literæ à Sacris Doctoribus longè meliùs, & veriùs, quàm ab iſtis interpretatæ. Quòd ſi hos cum illis conferre libet, quis tàm perditus, ut dubitet Ambroſium præferre Luthero? Hieronymum Oecolampadio? Auguſtinum Bucero? Chryſoſtomum Melanchtoni? lucem tenebris? ſanctiſſimos impiis? *Credimus Sanctis*, inquit Auguſtinus, *famæ celebritate, conſenſione, vetuſtate roboratis. Vos autem hæretici, & tàm pauci, & tàm turbolenti, & tàm novi, nemini dubium eſt, quin nil dignum anctoritate præferatis. lib. de utilitate eredendi c.* 14.

D. Auguſt.

25 Et lib. 1. contra Julianum Pelagianum confutans illius hæreſes Sanctorum Doctorum ſententiis, idem Auguſtin. poſt alia inquit; *Audis omnes uno corde, uno ore, una fide id ipſum dicere, & hanc eſſe Catholicam Fidem non diſſonante conteſtatione firmatam.* Ubi Catholicam Fidem illam eſſe ait, quam Sancti Doctores uno ore conſentiunt. & lib. 2. contra eundem de eiiſdē Sanctis loquens, ait: *quod invenerunt in Eccleſia tenuerunt, quod didicerunt, docuerunt; quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt.* Confirmat hoc Baſilius in Epiſtola, quæ eſt ad Antiochenam Eccleſiam, his verbis: *Fidem verò nos, neque ab aliis ſcriptam, nobis recentiorem ſuſcipimus, neque ipſi mentis noſtræ germina tradere audemus, nè humana commenta æxiſtimentur eſſe verba Religionis: ſed quæ à Sanctis Patribus edocti ſumus, ea interrogantibus nos annunciamus.* Hi ſunt magni, & clari homines, qui doctrinæ, judicii, & ſanctitatis laude ſemper floruerunt: qui ſanctiſſimi, & eruditiſſimi, & maximi omnium Chriſtianorum ſapientes ſemper indicati ſunt. Morum, mentiumq; rectores integerrimi; qui Rempub. Chriſtianam, poſt Apoſtolos, & Evangeliſtas, tàm præclarè fundatam, quam videmus eſſe Catholicam, nobis reliquerunt; quorum vitam, & mortem Deus Omnipotens multis, magniſq; miraculis illuſtravit; quorum æternam memoriam virtutes, & opera, Eccleſia Catholica, jure, ac merito conſecravit.

S. Baſilius.

26 Hos tantùm viros, Sacroſq; Doctores contemnunt impudētiſſimi hujus temporis hæretici, & ſæpe illos maledictis inceſſunt, propterea quòd, contrarii ſunt operibus, atque doctrinis eorum, & quia ſemper illi hæreticos confutarunt, & perſecuti ſunt. Ut enim Leo Magnus tractatu contra hæreſim Eutic etis, inquit; *nunquam potuit hæretica impietas ſic latere, ut non à Sanctis Patribus noſtris, & ſemper deprehenſa ſit, & jure damnata.* Item ex Lutheri peſtifero dogmate ajunt, opus non eſſe Doctoribus ad ſacras literas interpretandas, ſed meliùs eſſe, ut ſuo quiſq; ſenſu interpretetur illas; quo quid ſit abſurdius, vel tenebroſius dici vel fingi potuit. Verùm de hoc alibi fuſius hæreticis occurremus. Nos interim Sacros Doctores ſequamur, quorum quidem conſenſus eſt concors ipſius Eccleſiæ ſenſus; cujus illi ſunt columnæ quædam, & membra præcipua, præcœteris donata abundatiori menſura ſpiritus, & ſubtiliori quodam ſenſu prædita, itaut in illis univerſi corporis Eccleſiaſtici ſenſus præcipuè vigeat. Ubicumque hi congregantur, ibi Chriſtus eſt, & ibi Veritas.

Leo Mag.

27 Vaniſſimis, & ſtupidiſſimis ratiunculis moventur hæretici, ut Sanctorum Patrum doctrinam, & auctoritatem reiiciant; quas omnes confutat per ſingula Gaſpar, ſed illa videtur eſſe potiſſima, quia inquiunt; homines fuerunt, & aliqui eorum interdum errarunt. Homines fuerunt, quis negat? ſed homines ſapientiſſimi, ſanctiſſimi, & ſpiritu ſacro pleniſſimi. Errarunt quidem interdum aliqui eorum; ſed omnes ſimul erraſſe quis credat? erraſſe quoſdam illorum in quibuſdam fatemur; divina tamen diſpenſatione ob id errarre permiſſi ſunt, ut homines fuiſſe eos cognoſceremus; & quidquid rectè dixerunt, à Deo accepiſſe, à ſe ipſis verò quidquid aberrarunt. Suis quippè ingeniis relicti, nonnunquam in errores aliquot inciderunt, cum tamen certum ſit quòd in cęteris fulgore Divini ſpiritus illuſtrati, nonniſi ſaluberrima dogmata ad maximum Eccleſiæ commodum tradiderunt. Adde quòd interdum errata utilitatem afferunt, quando illis homines erudiuntur, & cautiores fiunt, quemadmodum docet Xenophon. lib. 6. rerum Græcarum. Non eſt igitur impium alicui Sancto Doctori probabiliter contradicere, ſed ab unanimi Patrum ſententia pertinaciter diſſentire. De qua re non ſat rectè ſenſiſſe videtur Amaldus Alber-

Albertinus, vir alioqui doctus,& pius *cap. ego ſolis 9. diſtin. Guido de hæreſibus capite 7. Roffenſis contra Lutherum veritate 7. Gaſpar lib. 1. adverſus hæreti. c. 7. cum ſeq. Alberti. lib. de agnoſcen. aſſertio. Catholi. quæſt. 15. & quæſt. 30. confeſſio Polonica de fide, & ſimbolo cap. 19.*

28 Cum autem aliquis eorum erraverit, cognoſci facile poteſt error ex mutua collatione ſcripturarum, ex Eccleſiæ Catholicæ traditionibus, & Romanor. Pontificum Decretis; Et, ut inquit Auguſtinus, per ſermonem ſapientiorem peritioris, per graviorem Epiſcoporum auctoritatem, Doctorumque prudentiam, & per Concilia licet reprehendere, ſi quid à veritate deviatum eſt. Si verò plures inter ſe diſſentiant, majori, & ſaniori parti ſtabitur, ideſt illi, quæ non numero tantùm vincat, ſed etiam auctoritate, & zelo, & merito, quemadmodum elegantèr diſſerit Brunus. Major quidem pars, ut eſt apud Ciceronem, eo ferè deferri ſolet, quo à natura ipſa deducitur. *Auguſtin. lib. 2. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 3. apud Gratianum in cap. quis neſciat 9. diſtinct. Brunus lib. 5. de delegatio. cap. 16. Cicero lib. 1. offi. Gaſpar lib. 2. contra hæret. art. 6. c. 7.*

29 Poſtremò, quis ſic inſaniat, ut ſacris Doctoribus credendum eſſe non putet, hæreticis autem putet? quaſi verò & ii non ſint homines, & errare non queant. Hos corripiendos, ac devitandos eſſe, docet Apoſtolus; *Ad Tit. 3.* illos verò ſequendos eſſe præcipiunt Scripturæ Divinæ, Sacra Concilia, & Eccleſiaſticæ traditiones; quorum auctoritatem vera miracula comprobant, & univerſi Chriſtiani ſemper, & ubiq; ſuſcipiunt. Qui quidem tam viventes, quàm mortui clariſſimis effulſerunt miraculis; quorum cineres, & oſſa per ſacras ædes in ſumma veneratione habentur; libri eorum leguntur, & approbantur ab omnibus. Hæretici contra nullis miraculis claruerunt; nulla eorum cineribus habita veneratio; eorum dogmata per viros Catholicos ſèper ſunt confutata, detectaq; plena mendaciis, fallaciis, atque venenis. Et tamen hæretici uſque adeo ſtupidi ſunt, ut ſanctiſſimos, & ſapientiſſimos viros contemnant, ſequantur iſtos procaces, atq; profanos. Nunquid Deus poſt Apoſtolos, & Evangeliſtas non poſuit in Eccleſia Paſtores, & Doctores, ne unum quidem uſq; ad Lutherum, Bucerum, & Melanchtonem? O' mirabilem inſaniam? O' pectora hæreticorum alto errore confuſa. Quid tandem? *Moriatur anima mea morte juſtorum, & fiant noviſſima mea horum ſimilia. Nume. 23. Roffen. contra Lutherum art. 30. Driedo lib. 4. de dogmati. Eccleſiaſt. cap. 1. Alfon. lib. 1. adverſus hæreſes cap. 7.*

ANNOTATIONES.

1 Quidquid Sanctiſſimi, & Sapientiſsimi Doctores Eccleſiæ &c.

De Sanctorum Eccleſiæ Doctorum auctoritate vide Innocentium *in c. ne innitaris de Conſtitutio.* Quinam autem ſint hi Doctores lege Gelaſium Papam docentem *in cap. Sancta Romana 15. diſt.* quibus adnumerantur à ii *in cap. Glorioſus de reliq. & venerat. ſanct. lib. 6.* & apud *D. Thom. lib. 4. contra Gentil. cap. 24.*

De concordi SS. Doctorum ſententia, quæ veluti Catholica veritas ſit amplectenda, contraria ut hæretica damnanda, habes exempla in Epiſtola Sophronii de Origenianis confirmata à ſexta Synodo Generali actione 13. & in Concilio Vienenſi ſub Clemente V.

2 Vincentius ille Lirinenſis &c.

Aliam Lirinenſis Auctoritatem fortaſsè non erit hic improprium duabus aliis à Simanca adductis adiicere; ait enim ibid. cap. 3. *In ipſa Catholica Eccleſia magnoperè curandum eſt ut id teneamus, quod ab omnibus creditum eſt. Hoc eſt enim propriè, veréque Catholicum, quod ipſa vis nominis, ratioq; declarat, quod omnia verè univerſalitèr comprehendit; ſed hoc ita demum fit, ſi ſequimur univerſitatem, antiquitatem, & conſenſionem; ſequemur autè univerſitatem hoc modo, ſi hanc unam fidem verā eſſe fateamur, quam tota per Terrarum Orbem confitetur Eccleſia, antiquitatem verò, ſi ab his nullatenus ſenſibus recedamus, quos ſanctos, majores, & Patres noſtros celebraſſe manifeſtum eſt. Conſenſionem quoq; itidem, ſi in ipſa vetuſtate omnium Sacerdotum paritèr, & Magiſtrorum definitiones, ſententiaſq; ſectemur &c.*

16 Miracula item maxima &c.

Quòd miracula, quæ à SS Doctoribus patrata fuere, ſanam, & Orthodoxam eorum Doctrinam probent, præcipuè patet ex hoc quòd Hæretici nequeunt miracula operari. *Concil. Conſtantinop. 3. act. 15. in fine*, unde *Auguſtin. lib. 22. de Civit. Dei cap. 10. Credimus Sanctis, & vera dicentibus, & mira facientibus.*

19 Inde illud eſt &c.

Mos nihil ſtatuendi in Eccleſia, niſi priùs SS. Doctores expendantur, & conſulantur, fuit, ſemper uſque ad hæc noſtra tempora ſarta tecta ſervatus. Vide *acta VII. Concilii pro imaginibus, Calcedonenſis pro duabus Chriſti naturis, Epheſini pro Vnica Chriſti Perſona, Florentini pro Spiritus Sancti proceſſione adverſus Græcos &c.* & recole quæ dixi ſuperius de Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationibus Vrbis.

27 Vaniſsimis, & ſtupidiſsimis ratiunculis &c.

Nullus unquam Catholicorum dixit Patres Eccleſiæ distributivè ſumptos errare non potuiſſe, cum pateat erraſſe D. Cyprianum circa hæreticos rebaptizandos, ut ex ejus hiſtoria. Erraſſe D. Auguſtinũ, ut ex ejus retractationum libro; Non ſunt in Eccleſia graviſſimi errores Origenis, Tertulliani, Euſebii, & Apollinaris; At quòd dicunt Catholici eſt, quòd Patres Eccleſiæ collectivè ſumpti nunquàm errarunt, & conjunctim errare non poſſunt; Vndè quicquid unanimi eorum conſenſui adverſatur, temerarium eſt, & ut hæreticum proſcribendum. Vide *Thom Del Bene de loc. Theolog. dub. 238. num. 6. & dub. 245. nu. 8.*

De Dominis Temporalibus. Tit. XXIII.

SUMMARIUM.

1 *PUniendos eſſe qui illa contemnunt, quæ Sapientiſſimi, ac Sanctiſſimi Doctores ſcripſerunt, credendum eſt.*

2 *Quid ſit Regis munus, & propter quam rationem hæretici ſint puniendi.*

3 *Chriſtiani Principes in animum ducere debent, ut hæreſes tollant.*

4 *Principes, & Superiores maximam ſuorum curam habere debent, nam pro ſe, & pro peccatis populi tenentur reddere rationem.*

5 *Quomodo pii Principes, qui Eccleſiæ Catholicæ faverint, & impios perſecuti fuerint, à Deo mercedem ſuſcipiant.*

6 *Munus Sacerdotis eſt hæreticos admonere, Laicis verò convenit eoſdem punire.*

7 *Ad Pontifices pertinet Laicos admonere, ut fidem teneant, Principum autem eſt præpoſitis Eccleſiæ obedire.*

8 *Quibus pœnis affici debeant domini temporales, qui adverſus hæreticos Inquiſitoribus non auxiliantur.*

9 *Qui ſervare noluerint in Territorio ſuo conſtitutiones Pontificias in hæreticos latas, quomodo puniantur.*

10 *Ponuntur duæ conſtitutiones Regiæ, quibus ponitur quo modo ſe debeant habere Inquiſitores cum illis, qui hæreticos receptaverint.*

11 *Si Reges, aut Principes Chriſtiani facti ſunt hæretici, ſubjecti, vaſalli, & ſervi quoque liberi ab eorum dominio manent.*

12 *Reges, & Principes hæretici gravius quàm alii delinquunt, & ideò majore ſupplicio ſunt digni.*

13 *Duriſſimè puniendi ſunt hæretici Principes, & omnes, qui alios inficere poſſunt auctoritate ſua.*

De Dominis Temporalibus.

1 IMperatores, Reges, Duces, Comites, aliiq; Principes, & rerum Domini diligentèr providere debent, ut hæreſes extirpentur, & hæretici puniantur; ne ſub eorum Imperio impiorum augeatur improbitas, & piorum pax, atque ſecuritas perturbetur. Quod ſi facilè neglexerint, arctiſſimam Deo rationem proculdubiò reddituri ſunt, à quo traduntur illis ad regendum Provinciæ, quaſi judicibus ab Imperatore, ut eſt apud Hieronymum in Ezechielem cap. 28. *(a)* O' fortunatam Hiſpaniam, piorum Principum proviſione in Fide Catholica tàm præclarè fundatam, & à cunctis hæreſibus puram, & expurgatam. Ut quod jam olim cecinit Claudianus, multo id aptius nunc dicere poſſim.

Quid dignum memorare tuis Hiſpania terris,
Vox humana valet?
Dives equis, frugum facilis, pretioſa metallis,
Principibus fœcunda piis.

Hæc ille verſibus perſecutus eſt, cœteraq; veriſſimè.

2 Regii officium eſt Urbes, atq; homines felices; & beatos facere, ut Socrates, Xenophon, Ariſtoteles; Jamblicus, cœterique tradiderunt. Vita autem beata efficitur virtute non impedita, ut conſentiunt omnes. Atque nulla felicitas eſſe poteſt ubi hæretici ſunt impuniti, ubi pullulant hæreſes, ubi Fides Catholica impiorum novitatibus exagitatur; virtutes enim magnoperè impediuntur impietate. *Xenophon.*

phon.

phon. lib. 3. de factis, & dictis Socratis, & lib. 2. & 8. de Cyropedia. Ariſt. 8. ethi. cap. 11. Jamblicus epiſt. ad Dyoſcolium.

3 Quamobrem Chriſtiani Principes cogitare debent Deo ſe reddituros eſſe rationem propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt, ut Iſidorus ait lib. 3. de ſummo bono. Nam ſivè augeatur pax, & diſciplina Eccleſię per fideles Principes, ſivè ſolvantur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam tradidit; in qua ſi juſtitiam ſeminaverint, mercedem accipient fidelem. Si verò diſciplinam, quam ab eis Deus exigit, non apprehenderint, tunc eventurum certo ſciant, quod eis minitatur; nempè ut iraſcatur Dominus, & pereant ipſi de via juſta. Animum enim inducere debent, ut hæreſes tollant, ſicuti Hieremiæ præcipitur; *Conſtitui te ſuper gentes, & regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Iſidorus lib. 3. cap. 53. c. principes 23. quæſt. 5.*

S. Iſidorus. *Pſalm. 2.* *Ierem. c. 1.*

4 Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos cap. ult. præcipiens illis, ut præpoſitis obediant, *ipſi enim*, inquit, *pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri*. Et Origenes ſuper lib. Numer. homil. 20. *Principes non ſolùm pro ſuis propriis arguuntur delictis, ſed & pro populi peccatis coguntur reddere rationem. Si fortè non docuerint, non commonuerint, neque ſoliciti fuerint arguere eos, qui initium culpæ dederint, uti ne contagio diſpergeretur in plures*. Prætereo plurima, quæ in eandem ſententiam Nazianzenus, Thomas, aliiq; tradiderunt. *Nazianze. oratio. 30. in fine Theophilatus in Matth. cap. 24. Tho. lib. 3. de regimine principum cap. 3. Cælius lib. 8. cap. 1.*

5 Nec ſolùm in futura vita condignam à Deo mercedem accipient pii Principes, qui Eccleſiæ Catholicæ faverint, & impios perſecuti fuerint; ſed etiam in hoc Mundo proſpera e s omnia, & felicia eveniant. Id quod omnibus ferè ſeculis rebus ipſis compertum eſt, & Cyrillus confirmat in Exordio libri de recta fide ad Theodoſium, dicens; *Glorioſa in Deum pietas regiis honoribus immobile fundamentum eſt. Et impii reges miſeri, ac mali, malè pereunt: contra verò pietatis cultores ſinè labore vincere ſolent, & adverſariis prævalere*. Quod, & olim contigiſſe cultoribus, & violatoribus religionum, Cicero ipſe lib. 2. de natura Deorum teſtis locupletiſſimus eſt. Quin etiam Ariſtot. lib. 5. politic. cap. 11. inquit, Curandum eſſe, ut Reges Deum, religionemque ſemper egregiè colere videantur. Nam minùs injuriam homines à talibus hominibus metuunt, cum Principem Religioſum eſſe, ac Deum vereri putant, minuſque inſidiantur ei, qui Deum auxiliarem habere videatur. Clemens lib. 1. de Conſtitution. Apoſtolicis: *lege regum libros, ut intelligas, quot reges juſtè vixerunt, eos à Deo auctos fuiſſe, & iis promiſſionem vitæ æternæ apud ipſum permanſiſſe. Quot verò Reges à Deo defecerunt, rebellione ſua brevi tempore interiiſſe juſto judicio Dei, & vita ejus privatos fuiſſe, pro requie æternum ſupplicium conſecutos*. Omitto Auguſtin. Thomam, & alios *l. 1. tit. de Judæis lib. legum novellarum Theodoſii lib. 16. de Epiſcopis, & Clericis. C. Theodo. Auguſt. ad Bonifacium epiſt. 50. Tho. lib. 2. de regimi. Princip. cap. ult. epiſt. inter claras. C. de Summa Trinitate. Nicepho. lib. 7. cap. 42. Brunus lib. 3. de hæreti. cap. 9. Ajala in fine operis, de Divinis, & Eccleſiaſticis traditionibus*. Et quæ ipſe collegi, *lib. 3. de Repub. cap. 8.*

6 Sacerdotum quidem eſt admonere, & corripere Hæreticos, ſed Principes, & Laici judices eos punire debent. Arma enim Eccleſiæ adversùs pertinaces hæreticos nihil ferè proſunt, niſi à Principibus Laicis manu militari juventur. *Sacerdotis*, ut inquit Chryſoſtomus, *tantùm eſt arguere, liberamq; præſtare admonitionem, non movere arma, non clypeos uſurpare, non vibrare lanceam, nec arcum tendere, nec jacula mittere, ſed tantùm arguere, ac liberam præſtare admonitionem*. homil. 4. de verbis Eſaiæ, vidi Dominum cap. convenior 23. quæſt. 8.

7 Itaque ad officium Pontificum pertinet admonere diligentèr Principes Laicos, ut Catholicam Fidem in primis teneant, & ſubjectorum hæreſes puniant. Principum autem eſt, præpoſitis Eccleſiæ obedire. Sic Anaſtaſius Papa, Anaſtaſium Imperatorem admonuit. Sic Leo ille Magnus Leonem Imperatorem contra hæreſim Euthychetis incitavit. Sic Neſtorius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, antequam à vera pietate tranſversùs ageretur, in prima ejus concione, propalàm apud

Exempla Summorũ Pontif. qui Imperator. animos cõtra Hæreticam pravitatem puniendã accenderunt.

apud populum, ad Imperatorem verba dirigens, decantatam illam emiſit vocem; *Da mihi, O' Imperator, terram ab hæreticis liberam, & puram, & ego tibi cœlum reddam. Tu mihi hæreticos extirpa, & ego tibi Perſis delendis adero.* Quin etiam arguendi, & excommunicandi ſunt Principes negligentes, qui hæreticos pūnire noluerint; Sicut Marcellus Papa Maxentium corripiebat, & Gelaſius Anaſtaſium, Gregorius Septimus, Henricum Quartum excōmunicavit, & Honorius Tertius, Fridericum Secundum. Vide *Nicephorum lib.* 14. *Eccleſiaſt. hiſt. cap.* 31. *Brunum lib.* 3. *de hæreti. cap.* 8.

Exempla eorum qui Imperatores negligentes excommunicarunt.

8 Hinc ortæ ſunt illæ Pontificum Sacratiſſimæ leges, quibus præcipitur dominis temporalibus, ut auxilientur Inquiſitoribus adversùs omnes hæreticos. Quod ſi contumaces, aut negligentes in auxilio ferendo fuerint excommunicentur, & honore priventur, & eorum territorium interdicto Eccleſiaſtico ſubjaceat. Præterea, ut jure jurando promittant, quòd hæreticos in ſuo territorio commorari non ſinēt. Si verò ab Eccleſia moniti, ea facere noluerint, ut excommunicentur, & contumaces poſt annum Papæ indicentur, ut exindè Pontifex Maximus declaret ſubjectos abſolutos eſſe ab eorum Dominio, & Provincias illorum permittat Catholicis occupandas. Sed in Hiſpania Inquiſitores proſcribent illos, & manu Regia comprehendentur, & punientur. *cap. ad abolendam. §. penulti. c. excommunicamus. §. moneantur de hæreti. authen. ſi vero C. eodem tit. conſtitut. ſtatuimus de Epiſcopali audien.*

9 Tales quoque ſunt leges conſtituentes, ut qui ſervare noluerint in territorio ſuo Conſtitutiones Pontificias contra hæreticos latas, hi tanquam infames, & hæreticorum fautores, ac de impietate ſuſpecti, omni honore atque officio priventur. Illud item prudentiſſimè cautum, ut rerum Domini obediant Epiſcopis, & Inquiſitoribus, & ab eis moniti, ut inquirant, comprehendant, & cuſtodiant hæreticos, fautores, & receptatores, ac defenſores eorum, & ut reos protinus puniant, cum fuerint curiæ ſeculari relicti; illa demum juſtiſſima conſtitutio eſt, quæ vetat ne Domini rerum impediant Inquiſitores, nec defendant hæreticos, nec de hæretica pravitate cognoſcant. Si ſecùs fecerint, ut in ſententiam excommunicationis incurrant, & excommunicati per annum, exindè damnentur, ut pertinaces hæretici. *cap. ut officium. §. ulti. cap. ut Inquiſitionis in princip. & §. prohibemus de hæreticis lib.* 6.

10 Ab eodem fonte natę ſunt duæ conſtitutiones Regiæ, quarum priore cavetur, ut qui in territorio ſuo receptaverit hæreticos, is jus omne amittat, quod ab eiſdem debebatur ei; & præterea reſtituat omnia bona, quæ hæretici ſecum attulerint. Poſteriore conſtitutum eſt, ut ſicut in Provinciis Regiæ juriſdictionis, ſic etiam in aliorum territorio Inquiſitores in hæreticos inquirant, & Dominos ipſos jurare cogant in fidei favorem, prout jure tenentur, & contumaces, atq; inobedientes pro ſua juriſdictione puniant. Hæc & alia Reges noſtri verè Catholici pro ſinceritate Fidei conſtituerunt. Nam, ut apud Xenophontem eſt, libro octavo de pedia Cyri, *hæc quoque ita habent, quemadmodum item aliaq quando Princeps melior eſt, puriora jura conſtituit; quando verò deterior, nequiora.* Demoſthenes quoque oratione ſecunda contra Ariſtogitonem dixit; *Eas Urbes maximè florere videmus, in quibus legumlatores optimi extiterunt. Nam, ut quæ in corporibus oriuntur infirmitates, medicorum inventis curantur; ſic animorum immanitas legumlatorum prudentia exterminatur.* 2. *inſtruct. Hiſpalen. cap.* 7. *& inſtruct. omnium prima cap.* 21.

11 Si Reges, aut alii Principes Chriſtiani facti ſunt hæretici, protinus ſubjecti, & vaſſalli ab eorum dominio liberantur; ſervi quoque, & liberti ipſo jure liberi fiunt. Nec jus hoc recuperabunt, quamvis poſtea reconcilientur Eccleſiæ. *c. ulti. de hæreti.* & illic *Gofre. Joa. And. Oſtien. Cardi Abbas*, & cœteri *Brunus lib.* 4. *de hæreti. cap.* 14.

12 Quin etiam digni ſunt majore ſupplicio Reges, & Principes hæretici, quàm cœteri homines. Tùm quia gravius ipſi, quàm alii delinquunt, tùm etiam quia multò magis exemplo ſuo nocent. Atteſtatur mihi Cicero libr. 3. de legibus, poſt alia dicens; *Ut vitiis Principum infici ſolet tota Civitas; ſic emendari, & corrigi continentia*; Et paulò poſt; *Nec enim tantùm mali eſt peccare Principes (quanquam eſt hoc magnum per ſe ipſum malum) quantum illud*

quod

quod permulti imitatores Principum exiſtunt. Ego autem nobilium vita, victuque mutato, mores mutari civitatum puto. Quo pernicioſius de Repub. merentur vitioſi Principes, quòd non ſolùm vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in Civitatem; nec ſolùm obſunt, quòd ipſi corrumpuntur, ſed etiam quòd corrumpunt, pluſq; exemplo, quàm peccato nocent.

Scythæ Regem ſuum propter ritus externos occiderunt. 13 Jure igitur ac meritò Scythæ Regem ſuum Scylem occiderunt, propter externos ritus; quia bacchanalibus ſacris externis initiatus erat, ut eſt apud Herodotum in Melopomene; ſcripſit enim veriſſimè Plato, *quales in Republica Principes eſſent, tales reliquos ſolere eſſe Cives*. Quod Cicero divinitus ſcriptum eſſe fatetur, lib. 1. epiſtolarum familiarium. Et Sapiens Proverbiorum 28. inquit; *Regnantibus impiis, ruinæ hominum*. Et ut in corporibus, ſic in Imperio, graviſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur, ut ait Plinius libro 4. epiſtolarum. Turbato Herode, turbata *Matth. 2.* eſt omnis Hieroſolyma cum illo; & plerumque componitur Orbis Regis ad exemplũ. Nec ſolùm exempla regentium ſubjectos movere, ſed & cogere quodammodo ſolent. Undè Paulus Petro Apoſtolorum Principi ſapientiſſimè dixit; *Cogis gentes judaizare*. *Al Galat. 2.* Tanti fecit ejus exemplum, quia ſupremus erat Eccleſiæ Paſtor, ut non tantùm ſuadere, ſed cogere etiam videretur. Cogebat autem non docentis Imperio, ſed converſationis exemplo, quemadmodum Divus Hieronymus quãdam in epiſtola ad Auguſtinum ſcripſit. Ut ergò qui benè præſunt, duplici honore digni ſunt; ſic etiam judicium duriſſimum ſiet *Sap. 6.* in his, qui malè præſunt. Quamobrem duriſſimè puniendi ſunt hæretici Principes, & hi omnes, qui alios inficere poſſunt auctoritate ſua. Quia, ut Fabius ajebat, Pernicioſiſſimus eſt male rei maximus quiſq; auctor. *Declamat. 3. Sapientia 6. Tiraquel. de pœnis, cauſa. 51. nu. 97.*

ANNOTATIONES.

1 Imperatores, Reges, Duces &c.
De Dominorum Temporalium materia vide in Corpore Iuris Canonici *c. ad abolendam de hæret. c. ut commiſſi. c. ut Inquiſitionis, c. ſtatutum eodem tit lib 6. & c. excommunicamus de hæret. lib. 5. lege pariter locatum in praxi. verbo Domini temporales. Caldern. in tract. de hæretic. rubr. de poteſt. & offic. cujuſlibet Rector. nu. 7. & num. 19. Eymeric. 3. par. Direct. quæſt 43.* ubi *Pegna comment. 82. Decian. tract. Criminal. lib. 5. cap. 51. nu. 11. Sanchez. in præcept Decalog. lib. 2. cap. 10. num. 10. & Farinac. de hæreſ. qu 182. §. 2. num. 15. & ſequen* ubi alios Auctores relatos invenies.

1 (a) O' fortunatam Hiſpaniam &c.
Benè hic Hiſpaniam vocat fortunatam Simanca; Reges enim habet ita Catholicos, ut non antè Regium thronum conſcendant, cum apuer Regni fortiuntur, quàm inter reliqua conditionum Sacramenta polliciti ſint ſe non permiſſuros habitare in ſuo Regno eos, qui Catholicam Fidem non profitcantur. Vide *Toletan. Concil. 6. c. 3.*

6 Sacerdotum quidem eſt &c.
Notandum quòd licèt hic à Simanca dicatur eſſe Principum, & Laicorũ Iudicum in hæreticos animadvertere, hoc tamen intelligendum eſt cum ab Inquiſitoribus ſeculari Poteſtati mulctandi poſt cauſæ cognitionem traduntur; Nullus enim ſecularis Princeps, aut Laicus Iudex de hæreticorum cauſis cognoſcere poteſt, aut judicare, & ſinè Iudicum Eccleſiaſticorum licentia à carcere liberare. *c. ut Inquiſitionis de hæretic. in 6.*

8 Hinc ortæ ſunt illæ Pontificum Sacratiſsimæ Leges &c.
De his Summorum Pontificum Sacratiſſimis legibus vide copioſè pertractantem *Eymericum in 2. parte directorii*, ubi *Pegna comment. 2. verſic. ſi de Epiſcopi, & ſequen.* docet quòd Temporales Domini Civitates ſuas ab hæreſi purgare negligentes, non ſolùm ſunt ſuſpecti de hæreſi, ſed etiam præſumuntur hæretici. Formam literarum requirendi Officiales Temporales ut Iuramentum præſtent lege per extenſum apud eundem *Eymeric. 3. part. Direct. num. 9.* ſed nota eſſe Hoſtienſis ſententiam, quam ſequuntur *Ioan. Andr. Ancharan. Antonius de Butrio*, & alii Iuramentum hoc hodie de conſuetudine non præſtari, niſi in Terris ubi fama eſt hæreticos habitare. Vide *Farin. de hæreſi quæſt. 182. §. 2. num. 22.*

De Eccleſia. Titulus XXIV.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit Eccleſia, & unde dicatur.*
2 *Quotupliciter Eccleſia ſoleat accipi, & in qua acceptione hic ſumatur.*
3 *Qua ratione Eccleſia una ſit, & in quo conſiſtat ejus unitas.*
4 *Quibus rationibus Eccleſia Sancta dicatur.*

5 Qua

5 *Qua ratione Eccleſia dicatur Catholica.*

6 *Ob quas cauſas Eccleſia Catholica nuncupetur.*

7 *A quo tempore Eccleſia incaperit, & in quibus temporibus incrementum, & augumentum aſſumpſerit.*

8 *Qui ab Eccleſia Catholica recedit, & adultera jungitur, proculdubio non ſalvabitur.*

9 *Proponitur qualiſnam ſit hareticorum Eccleſia, qua non una, ſed multiplex eſt.*

10 *Qualem dixerint haretici veteres, & recentiores ſuam Eccleſiam eſſe; quorum opinio cœca eſſe probatur.*

11 *Quomodo intra Eccleſiam boni, & mali contineantur, & miſceantur, exemplis probatur.*

12 *Interogandos eſſe Lutheranos, an Eccleſia à temporibus Apoſtolorum uſque ad Lutherum fuerit, ut illos convincamus.*

13 *Haretici Lutherani negare non poſſunt Eccleſiam Chriſti ſemper duraſſe, & nunquam Lutheri dogma docuiſſe, ex quo colligitur eos deceptos eſſe.*

14 *Procaces haretici devitandi ſunt tanquam peſtis; iſti namque in Eccleſia una non ſunt, & ad Catholicam Eccleſiam, qua vera docet, feſtinandum eſt.*

15 *Omnium Eccleſiarum Matrem, ac Magiſtram eſſe Eccleſiam Romanam, & ad eam confugiendum eſſe.*

16 *Qui vera volunt audire, & amplectuntur, quę primitiva Eccleſia per Patrum ſucceſſionem, ad nos uſque tranſmiſit.*

17 *Eccleſia Romana radix eſt Eccleſia Catholica, nec ab illa unquam hareſis aliqua ſumpſit exordium.*

18 *Eccleſia Romana lumen Catholica, & Apoſtolica Fidei exhibet; quòd ſi in illa aliquid (quod abſit) fuerit extinctum, credendum eſt finem rebus advenisſe.*

19 *Probatur auctoritate Sanctorum auctorum Eccleſiam Romanam Matrem eſſe omnium Eccleſiarum, & nunquam in fide erraſſe.*

20 *Concluditur cum omnibus Patribus Cõcilii Lateranenſis dicentibus, Românã Eccleſiam omnium errorum expertem eſſe.*

21 *Nequaquam licere ab Eccleſia Romana recedere, cui primas partes non dare impietatis ſummum genus eſt.*

22 *In Eccleſia illa eſſe permanendum, qua fuit ab Apoſtolis fundata, & uſque ad hunc diem durat.*

23 *Omnia ea, qua de Romana Eccleſia dicta ſunt, illi competere axiſtimandum eſt, quia ibi Sedes Apoſtolica voluntate Divina erat permanſura.*

24 *Proponuntur rationes, propter quas non fuit conveniens Apoſtolicam Sedem Hieroſolymis collocari.*

25 *Eccleſia Catholica in rebus Fidei errare non poteſt; quia à Spiritu Sancto regitur.*

26 *Planè Lutheranorum hareſes confutantur Eccleſia traditionibus.*

27 *Probatur multis rationibus, & auctoritatibus, aqualem eſſe auctoritatem traditionis Eccleſiaſtica, & ſcriptura.*

28 *Memorantur aliqua teſtimonia Doctorũ Eccleſia uno ore confitentium eandem eſſe auctoritatem traditionis, & ſcriptura.*

29 *Traditiones Eccleſiaſtica eandem vim retinent cum ſcripturis, & ita ſunt obſervanda ſicuti à majoribus ſunt tradita.*

30 *Nominantur auctores, qui tenent auctoritatem traditionis, & ſcriptura eſſe aqualem; & loci etiam indicantur.*

31 *Adducuntur innumera Conciliorum loci ad probandum, quòd debeant ſervari Eccleſia traditiones.*

32 *Hareticum eſſe traditiones Eccleſiaſticas contemnere antiquis Eccleſia conſuetudinibus probatur.*

33 *Multa reperiuntur in Eccleſia ſuſcepta, & cuſtodita per traditionem Apoſtolicam, qua literis Apoſtolorum non inveniuntur ſcripta.*

34 *Antiqua conſuetudo non minorem vim habet quàm ſcripta lex; ideò qui eam contemnit, Eccleſiam contemnit, & hareticus contumax eſt.*

35 *Adducuntur nonnulla argumenta in hareticos impudentiſſimos, qui negabant conſuetudines Eccleſiaſticas neceſſariò non eſſe tenendas homini Chriſtiano.*

36 *Multa, qua ad noſtram Religionem pertinent, miſſa fecerunt Evangeliſta, neq; ejus integram hiſtoriam tradiderunt.*

37 *Probatur rationibus, & auctoritatibus, Evangeliſtas non ſcripſiſſe omnia, qua*

ad

ad Eccleſiæ inſtitutionem, & Sacramenta pertinent; nàm maxima pars unctioni Spiritus Sancti reſervata fuit.

38 *Quomodo cognoſcamus qui libri ſint Canonici, & Spiritu Sancto ſpirante conſcripti Eccleſiæ traditionibus.*

39 *Sacræ literæ non habent auctoritatem ex ſuis ſcriptoribus, ſed ab ipſo Deo, & eis credimus propter Eccleſiæ traditiones.*

40 *Inſaniunt hæretici auctoritatem Eccleſiæ traditioni detrahere conantes, nàm labefactant omnia, undè credita pendent.*

41 *Quæritur utrum hæretici de Eccleſia ſint.*

42 *Hæretici licèt ad Eccleſiam pertinere videantur, verè tamen non ſunt de Eccleſia; nam, qui non manent in unitate Fidei, non ſunt in Eccleſia Dei.*

De Eccleſia.

1 Eccleſia, Græca vox eſt, latinè multitudinem, cœtum, aut conventum ſignificat; multitudinem, inquam, non qualemcunq; ſed convenientem, & conciliatam in unam aliquā ſocietatem. Et quamvis variæ ſint formæ humanarum ſocietatum, & varia item illarum nomina; ubi tamen inter ſe conveniunt homines ad finem ſupernaturalem aſſequendum in fide, cultuq; Dei, ac Religionis, & ſpe ſalutis indè adipiſcendæ, ejuſmodi hominum ſocietas in Scripturis Divinis, & Eccleſiaſticis Scriptoribus Eccleſia ſolet appellari. Eſt ergò Eccleſia communitas, & collectio, ſeu Reſpublica Chriſti Fidelium, ordinata ad finem ſupernaturalem; Eſt autem Eccleſia viſibilis hominum cœtus à Chriſto Domino, & Apoſtolis collectus in hunc uſque diem perpetua ſucceſſione continuatus in una fide Apoſtolica ſub Chriſto capite, & ejus in terris Vicario, Paſtore, ac Summo Pontifice agens. His enim notis ab Eccleſia Satanæ ſecernitur. *Torquemada lib. 1. de Eccleſia cap. 1. Canus lib. 4. de locis Theologicis cap. 2.*

Eccleſia definitio.

2 Variis modis nomen Eccleſię accipitur; vel pro Domo Deo dicata; vel pro univerſitate Chriſtianorum; vel pro univerſitate unius Nationis, aut Provinciæ, vel pro Epiſcopis, aut Præſidentibus Eccleſiæ; vel pro Clericis, & Eccleſiaſticis viris; & interdum dicitur Eccleſia impiorum, & malignantium, & Eccleſia Satanæ. Nos tamen in præſentia de Eccleſia tantùm loquemur, quæ univerſitas, ſeu collectio fidelium, & quæ rectam de Deo fidem ſervat, & vera Religione verum Deum colit, & adorat, & ab eo ſalutem ſuam expectat. *Joan. Torquemada eodem lib. 1. c. 2.*

3 Hæc autem Eccleſia, (ut juxtà Nicænam profeſſionem credimus, & conſtantèr aſſerimus) una eſt, Sancta, Catholica, & Apoſtolica. Una eſt, ſicut in Canticis legitur; *Una eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ.* Hæc eadem Eccleſia conſtat ex omnibus fidelibus, non ſolùm præſentibus, verùm etiam præteritis, & futuris; alióqui tot fingeremus Eccleſias, quot ſecula. Unitas autem Eccleſiæ conſiſtit in multis; in unitate capitis, Fidei, Sacramentorum, ſpei, charitatis, ſpiritus vivificantis; beatitudinis, & rectoris, atq; Pontificis præſidentis. Quorum pleraque complectitur Apoſtolus in epiſt. ad Epheſios, inquiens: *Unum corpus, & unus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ. Unus Dominus, una Fides, unum Baptiſma.* Cœtera verò ex aliis locis ſcripturæ Divinæ fuſiùs ante nos plurimi collegerunt. Atque hæc quidem via eſt certiſſima, qua Eccleſia Catholica diſcernitur à conventiculis hæreticorum; ea enim unica eſt, & in unitate conſiſtit; ſectas verò hæreticorum varias, diſperſaſq; & ſibi ſemper conſtat eſſe contrarias. *ad ephe. 4. Clemens Alexan. oratio. ſtromateon. Cyprianus tract. de ſimplici prælato. Optatus lib. 2. contra Parmenianum. Chryſoſt. in priorem epiſtolam ad Corin. homi. 1. Auguſt. lib. de fide ad Petrum cap. 43. Leo epiſt. 16. & 18. Torquemada lib. 1. de Eccleſia cap. 6. cap. loquitur cum ſeq. 24 q. 1. c. Novatianum cum ſeq. q. 1. confeſſio Polonica de Fide, & Symbolo. c. 25. Medina lib. 5. de recta in Deum Fide cap. 13.*

Cant. 6.

ad Epheſ. 4.

4 Sancta dicitur Eccleſia, quia Spiritu Sacro ſanctificata; quia munda à corruptione; quia firmata lege Divina; quia Chri-

ad Tit. 2. Chriſti ſanguine reſperſa; quia cultui veri Dei dicata; quia ſancta eſt in votis; in Sacrificiis, in miniſteriis, in cœremoniis, & obſervationibus; quia virtutibus, gratiis, & ſpiritualibus bonis dives, & fœcunda eſt; quia optimis, juſtiſſimis, & ſacratiſſimis legibus regitur, & gubernatur; quia ſcientiam Sanctorum habet, & notitiam Divinitatis; quia Sacramenta habet, quibus homines ſanctificantur. 1. ad Timoth. 3. Poſtremò ſancta rectiſſimè dicitur, quia columna eſt, & firmamentum veritatis, & corpus Chriſti, qui caput ejus eſt. *ad Ephe. 1. & 4. ad Coloſſen. 1. & 1. Timo. 3. Torque. eodem lib. 1. cap. 9. Pelagius de planctu Eccl. lib. 1. artic. 63. Confeſs. Polonica de fide, & Symbolo cap. 21.*

5 Catholica, ideſt, univerſalis, dicitur Eccleſia, quia nullo certo loco, nulla regione, aut patria, nulla gente, natione aut populo, nullo denique tempore concluſa, aut circumſcripta eſt; ſed generalitèr extendens palmites ſuos in orbem univerſum, in tempora quælibet præterita, præſentia, & futura ſecundùm ſeriem ſucceſſionis naſcentium, & decedentium continuata, ſub uno Duce inviſibili Deo, in unitate Fidei, & Religionis; *(a)* eſt ergò Catholica, quia toto orbe diffuſa; quia in finem uſque ſeculi permanebit; quia ex omni gente, natione, & populo; quia ex omni ſexu, & conditione conſtat; quia generalem doctrinam habet, viſibilium & inviſibilium, cœleſtium, atque terreſtrium; quia habet præcepta univerſalia; Demum quia generalitèr ſanat omnia peccata. *Iſidorus lib. 1. de officiis Eccleſ. cap. 1. Alvarus Pelagius lib. 1. de planctu Eccleſia artic. 63. Torque. lib. 1. de Eccleſia cap. 13. Alber. Pighius lib. 1. hierar. Eccleſiaſti. cap. 1. Hoſius lib. 5. adverſus prolegomena Brentii. Confeſſio Polonica de Fide, & Symbolo cap. 22. & 23. Michael Medina lib. 5. de recta in Deum fide cap. 13.*

6 Apoſtolica quoque dicitur Eccleſia multis ex cauſis; Primò quia in Apoſtolis initium habuit ſecundum tempus gratiæ revelatæ. Ad hoc, quia ſuperædificata Ephes. 2. eſt ab Apoſtolis, dicente Paulo, *Superædificati eſtis ſuper fundamentum Apoſtolorum.* Deindè, quia Apoſtolorum fidem, prædicationem, documenta, & auctoritatem retinet, & obſervat; Præterea, quia religionis ritus, & inſtitutiones, obſervationes, atque traditiones Apoſtolicas habet, atq; cuſtodit; Poſt hæc, Apoſtolica dicitur, quia ad exemplum cœleſtis Hieruſalem effigiata, & ordinata eſt. Ad extremum Apoſtolica rectè nominatur, quia Cathedram habet Apoſtolicam, quam Deus eſſe voluit in Eccleſia, quæ ab Apoſtolis Petro, & Paulo glorioſo martyrio conſecrata eſt. *Pelagius lib. 1. de planctu Eccleſiæ art. 63. in fine. Joan. Torquemada lib. 1. de Eccleſia cap. 18. confeſſio Polonica de Fide, & Symbolo cap. 27.*

7 Incepit autem Eccleſia à primis illis parentibus humani generis, qui poſt Divini mandati prævaricationem à Clementiſſimo Deo ſpem veniæ acceperunt in ſanguine mediatoris Dei, & hominum Chriſti Agni immaculati, pro ſalute humani generis offerendi; in qua fide qui convenerunt, ad hanc Eccleſiam pertinuiſſe dicuntur; Ea verò ætates habuit, & incrementa uſque ad Salvatoris noſtri adventum, quo tempore ad ætatem perfectam pervenit, ubi fundator, atque ſanctificator Eccleſiæ natus eſt in ea; qui completis noſtræ Redemptionis Myſteriis, perſolutiſque veteris Adæ peccatorum debitis, reverſus ad Patrem, Apoſtolorum ſuorum miniſterio ex omni, quæ ſub Cœlo eſt, gente, natione, populo, talem ſibi congregavit, & ordinavit Eccleſiam, qualem in veteri Synagoga adumbraverat; Et hæc eſt illa Catholica noſtra, & Apoſtolica Chriſti Eccleſia; Nec alia eſt ab illa veteri, ſed, & hæc, & illa veluti quædam Civitas magna fundata eſt ſuper Chriſtum, quem Patres expectaverunt, Prophetæ prædixerunt, Apoſtoli adveniſſe prædicaverunt, Joannes verò demonſtravit præſentem. *Auguſt. lib. 10. de Civi. Dei cap. 25. & epiſtola 49. Pelagius lib. 1. artic. 64. Torquemada lib. 1. cap. 22. Tho. Opuſculo de Symbolo Apoſtolorum. Alber. Pighius lib. 1. hierar. Eccleſ. cap. 1. Gaſpar. lib. 4. contra hæreticos diſputatione 1. cap. 7.*

8 Hæc ergò illa eſt univerſalis Eccleſia Mater Chriſtianorum veriſſima; extrà quam nullus omninò ſalvatur. Undè Cyprianus tractatu de ſimplicitate Prælatorum, verè, atque elegantèr ſcripſit: *quiſquis ab Eccleſia ſegregatur, adultera jungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur, nec pertinet ad Chriſti præmia. Qui relinquit Eccleſiam Chriſti, alienus eſt, profanus eſt, hoſtis eſt;*

eſt; habere jam non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet Matrem. Si potuit evadere, qui extra arcam Noë fuit, & qui extra Eccleſiam foris fuerit, evadet. Quam ſententiam Tertullianus quoq; docuit libro de oratione, & Auguſtinus ſubindè, ac reliqui Catholici omnes idipſum uno ore conſentiunt. Epiphanius item ait; *Mater noſtra Catholica Eccleſia, una, & innocens columba, portus pacis ſerenus, & tranquillus, lætitia ſpirans Cyprum vineæ, & botrum ferens nobis benedictionis, quotidiè largiens Sanguinem Chriſti, meracum veritatis.* Credere igitur conſtantiſſimè debemus quidquid credit, & docet Catholica Chriſti
1. ad Tim. 3. Eccleſia, quæ Paulo Apoſtolo teſte, *Columna eſt, & firmamentum veritatis.* Intra Eccleſiæ murum inexpugnabilem continere nos debemus; contra quē quiſquis arietaverit (ut ſapienter admodum Auguſtinus dixit) ipſe potiùs confringetur. *c. quoniam vetus 24. q. 1. cum ſeq. cap. 1. de Summa Trini. Chryſoſt. ſerm. de pentecoſte. Auguſt. de moribus Eccleſiæ. cap. 30. & in Enchiridio 39. Torquemada lib. 1. cap. 21. & c. 40. Pighius lib. 1. hierar. Eccle. c. 5. Confeſs. Polonica de Fide, & Symbolo, c. 14. Michael Medina lib. 5. de recta in Deum fide cap. 11.*

9 Sed age jam videamus, qualis nam ſit recentium hæreticorum Eccleſia, nunquid una? minimè gentium; eſt enim plurimis hæreſibus ſciſſa. Nunquid ſancta? nequaquam; quid enim Sancti eſſe poteſt hæreticis, violata, & amiſſa Fide? Nunquid Catholica? non; quia univerſalis non eſt; non tempore, non loco, non populo. Nunquid Apoſtolica? nihil minus; nàm quid, quæſo, Apoſtolicum habet? non cathedram, non ſucceſſionem, non doctrinam, non traditionem ullam Apoſtolorum. Eſt ergò Lutheranorum Eccleſia, non Sanctorum, ſed malignantium; non una, ſed varia, & multiplex; non ſancta, ſed impia; non Catholica, ſed privata; non Apoſtolica, ſed apoſtatica, atque Satanica. Abeant igitur poſt adinventiones ſuas pravi homines, & ſeductores; nos interim unam Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam ſequamur Eccleſiam, & ejus nos filios eſſe gloriemur. Vide *Franciſcum Sonnium lib. 2. tract. 8.*

10 Sed inquiunt hæretici, apud ſe ſolos eſſe quandam Eccleſiam juſtorum, & prædeſtinatorum, quę ſola eſt ſponſa Chriſti. Dixerunt idipſum jam olim Donatiſtæ, Novatiani, Rutheni, & Armenii, ſed cœca prorsus, & ſtupida eſt illorum omnium opinio, & jam pridem ab Eccleſia Catholica confutata; non enim occulta eſt, & immaginaria, & incerta Catholica Chriſti Eccleſia; ſed cunctis ſemper, & ubique cognita, & Civitas ſuper montem poſita, quæ (ut apud Matthæum eſt) ab- *cap. 5.*
ſcondi non poteſt, nec includi quidem in Domibus Lutheranorum, aut in deſerto Sacramentariorum, aut in penetralibus Anabaptiſtarum; ſed per omnes Gentes toto orbe terrarum diffuſa eſt; Quemadmodum luculenter probat Auguſtin. multis teſtimoniis Divinæ Scripturæ, Legis, & Prophetarum, Evangeliorum, & Apoſtolorum. *lib. de unitate Eccleſiæ contra Petiliani epiſtolam, & lib. 13. contra Fauſtum cap. 13.* & elegantèr *Hoſius lib. 3. adverſus prologomena Brentii. Confeſſio Polonica, de Fide, & Symbolo cap. 20. Canus lib. 4. de locis Theologicis cap. 3.*

11 Nec tantum bonorum, aut juſtorum Eccleſia militans eſt; verùm etiam intra Eccleſiam, boni ſimul, & mali unitate Fidei, & Sacramentorum communione miſcentur. Quod ex Evangeliis apertiſſimè conſtat, ubi Regnum Cœlorum, ideſt
Eccleſia, dicitur eſſe ſimile Sagenæ miſſæ *Matth. 13.*
in Mare, & ex omni genere piſcium congreganti; & comparatur decem virginibus,
quarum quinq. erant fatuæ. Quod Apo- *Matth. 25.*
ſtolus quoq, maniſeſtiſſimè docuit in priore epiſtola ad Corinthios, ubi vocat illos Eccleſiam Dei, quos paulò poſt, de multis peccatis reprehendit. Præterea, incertiſſima foret Eccleſia juſtorũ in hoc Mundo, cum ſciat nemo utrum odio, vel amo-
re dignus ſit. Poſtremò eſſet quidem ab- *Eccle. 9.*
ſurdiſſimum dicere, quòd ſepties in die juſtus eſt in Eccleſia, & ſepties extra illam, quandoquidem ſepties in die cadit, & re-
ſurgit. Sed iſtam hæreticorum impiam in- *Prover. 24.*
ſaniam Eccleſia Catholica jam olim damnavit, & ab omnibus Catholicis viris uno ore confutata eſt. *Origenes eam refellit in Hieremiam homilia 3. & in Ezechielem homil. 1. Hieronymus adverſus Luciferianos. Auguſt. epiſt. 48. & lib. de unitate Eccleſiæ cap. 13. & lib. 1. de Civita. Dei. cap. 35. & lib. 18. cap. 49. Vvaldenſis in doctrinali tomo 1. lib. 2. cap. 8. Torque. lib. 1. de Eccleſia cap. 3. & cap. 55. cum ſeq. Faber contra Luthe-*

rum tractat. 1. tex. 9. Pighius lib. 2. hierar. Eccleſ. cap. 1. Confeſſio Polonica cap. 21. Pet. Soto in defenſione Catholicæ confeſſionis cap. de una viſibili, & certa Eccleſia. Hermas lib. 4 de inſtau. religione c. 6. Virveſius Philippica ultima. Alfonſus lib. 6. adversùs hæreſes in principio. Martinus Ajala lib. 1. de divinis, & Eccleſiaſticis traditio. aſſertione 5. c. hac autem. c. quidam 23. qu. 4.

12 Quæramus jam à Lutheranis, utrum fuerit ulla unquam in terris Eccleſia Chriſti à temporibus Apoſtolorum uſq; ad Lutherum. Quod ſi negaverint rem omnium abſurdiſſimam facient, & mentientur procaciſſimè contra Chriſtum dominum dicentem; *Ego vobiſcum ſum uſq; ad conſummationem ſeculi*. Et: *Ubicumque duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ego ſum in medio illorum*. Loquentur prætere a mendacium impudentiſſimum contra millia millium clariſſima ſcripturarum teſtimonia. Nunquid oblivíſci potuit Chriſtus Eccleſiæ Sponſæ ſuæ dilectiſſimæ per mille quingentos annos? nunquid Spiritus Sanctus miſſus ad docendam omnem veritatem, derelinquere potuit per tot continuos annos Eccleſiam, quam Chriſtus Deus noſter ſuo pretioſiſſimo Sanguine redemit? Abſit ab animis fidelium tàm prodigioſa fictio: nàm, ut Leo ille Magnus jam olim de Manichæo ſcripſit, & nos hodiè de Luthero multò aptius dicere poſſumus; *non potuit promiſſio Domini tanta per ætatum intervalla differi; nec ille Spiritus veritatis, quem Mundus non accepit impiorum, ità ſeptiformem illam donorum ſuorum continuit largitatem, ut tot Eccleſiæ generationes, ſapientia, & intellectu, conſilio, & fortitudine, ſcientia, & pietate, atq; ipſo Dei timore fraudaret, donec prodigioſus iſte turpium mendaciorum ſignifer naſceretur*.

Matth. 28. & 18.

13 Si verò confeſſi fuerint Lutherani, quod negare non poſſunt, Eccleſiam Chriſti ſemper duraſſe, ac duraturam eſſe uſque in finem ſeculi; tùm ab eiſdem quæremus, an fuerit unquā Eccleſia Catholica apud Gentiles, vel Judæos, vel hæreticos, vel Mahumetanos? an potiùs apud Chriſtianos? non poterunt, non reſpondere, apud Chriſtianos ſemper fuiſſe. Tùm rursùs inſtabimus, quærentes ab eis, an fuerit ſeculum aliquod, aut brevius fortaſsè tempus, in quo docuerit Catholica Eccleſia profana Lutheri dogmata? profectò non aliud nobis oſtendere poterunt, quàm tritas illas veteri Proverb. calendas Græcas. Uſq; ad hunc diem ſinè iſta doctrina Mundus Chriſtianus fuit, ut Hieronymus in epiſt. de erroribus Origenis ſcriptum reliquit. Auguſtinus quoque libro de vera Religione inquit: *Neque in confuſione Paganorum, neque in purgamentis hæreticorum, neque in languore Schiſmaticorum, neque in cæcitate Judæorum quærenda eſt Religio: ſed apud eos ſolos, qui Chriſtiani, Catholici, vel Orthodoxi nominantur: ideſt, integritatis cuſtodes, & recta ſectantes*. Et poſt paululum. *Tenenda eſt nobis Chriſtiana Religio, & ejus Eccleſiæ communicatio, quæ Catholica eſt, & Catholica nominatur, non ſolùm à ſuis, verùm etiam ab omnibus inimicis*. Hæc ille *cap. 5. & cap. 7.*

S. Auguſtin.

14 Cum igitur Lutherus, & alii omnes hæretici, non ſint in Eccleſia una, Sancta, Catholica, & Apoſtolica; ſed in Eccleſia Satanæ, atque malignantium; devitandi ſunt tanquam peſtes; & juxtà doctrinam Auguſtini; *ad ſinum Eccleſiæ Catholicæ, quæ ſolam veritatem docet, omni curſu feſtinandum eſt*. Et quemadmodum Alexandrinus ait: *Sicut nos Divinæ Scripturæ docent, unum Sanctum Spiritum confitemur, qui replevit, & veteris teſtamenti ſanctos homines, & novi Sacratiſſimos Præceptores, in unam, & ſolam Catholicam, Apoſtolicamque ſemper Eccleſiam; quæ & invincibilis eſt, licèt omnis Mundus adversùs eam pugnet, & victrix totiùs adverſæ impietatis exiſtit*. Ad extremū cum Auguſtino contra Epiſtolam Manichæi, quam vocant Fundamenti; *Unuſquiſque Chriſtianus ſapientèr admodum dicere poterit; Multa ſunt, quæ in gremio Catholicæ Eccleſiæ me juſtiſſimè tenent. Tenet conſenſio Populorum, atque Gentium. Tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata. Tenet ab ipſa Sede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oves ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendavit, uſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotum. Addo etiam, tenent Apoſtolicæ, & Eccleſiaſticæ traditiones. Tenent univerſalia Concilia. Tenent Sanctiſſimi Doctores, atque Paſtores Eccleſiæ. Tenet poſtremo ipſum Catholicæ nomen, quod non ſinè cauſa inter tàm multas hæreſes, ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, ut cum omnes hæretici, ſe Catholicos dici velint; quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniа-*

veniа-

veniatur, nullus hæreticorum, vel Baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtendere. Auguſt. lib. de Fide contra Manichæos cap. 45. & contra epiſtolam fundamenti cap. 4. Alexandrinus apud Theodoretum lib. 1. hiſtor. tripart. cap. 14.

15 Hęc autem Catholica Eccleſia multas Eccleſias complectitur, ut ex Pauli Epiſtolis, & Joannis Apocalypſi ſatis conſtat. Sed earum omnium caput, Mater, & Magiſtra eſt Eccleſia Romana propter Cathedram Apoſtolicam, quam Dominus illic eſſe voluit. Ad eam igitur in cauſis Fidei confugiendum eſt, quia Catholica eſt, & nullam unquam hæreſim fovit, immò deſtruit hæreſes omnes. Et ut Anacletus

SS. Patrum ſententiæ. Epiſtola tertia ſcripſit; *Romana Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Salvatore noſtro primatum obtinuit; & eminentiam poteſtatis ſuper univerſas Eccleſias, ac totum Chriſtiani Populi Gregem aſſecuta eſt.* Et paulò poſt inquit; *Petrus, & Paulus eodem tempore, & uno die, ſub Nerone Principe paſſi ſunt, & ambo Sanctam Romanam Eccleſiam ſua morte conſecrarunt, & aliis omnibus ſuo venerando triumpho prætulerunt.*

S. Irenæus. 16 Ad hoc, Iræneus vicinus temporibus Apoſtolorum, libro tertio adverſùs hæreſes, volens oſtendere, quæ ſit vera doctrina Apoſtolica, inquit; *Traditionem Apoſtolorum toto Orbe manifeſtam, in omni Eccleſia adeſt perſpicere omnibus, qui vera volunt audire; eam videlicet, quam primitiva Eccleſia per ſucceſſionem continuam Patrum, & Epiſcoporum tranſmiſit ad nos. Sed quoniam per omnes Eccleſias diſcurrere prolixum eſſet, & operis infiniti, ex omnibus maximam, & antiquiſſimam, atq; omnibus cognitam, Romæ à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro, & Paulo fundatam eligens, ejus fidem, traditionemque, quam habet ab Apoſtolis annunciatam, & per ſucceſſiones Epiſcoporum ad nos pervenientem indicātes, confundimus omnes, qui quoquo pacto, vel per ſui complacentiam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem, & malam ſententiam, fidem, præterquam oportet, colligunt.* Et antiquiſ-

Tertullian. ſimus auctor Septimius Tertullianus eandem auctoritatem Eccleſiæ Romanæ frequenter extollit. *Irenæus lib. 3. cap. 3. Tertullianus lib. de præſcriptionibus adversùs hæreticos, & lib. 4. adversùs Marcionem.*

D. Cyprian. 17 Cyprianus quoq; libro primo epiſtolarum inquit; *Navigare audent, & ad Petri Cathedram, atque Eccleſiam principalem, unde unitas Sacerdotalis extorta eſt, à Schiſmaticis, & profanis literas ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos, quorum Fides, Apoſtolo prædicante laudata eſt; ad quos perfidia habere non poteſt acceſſum.* Et iterum libro quarto fatetur, Eccleſiam Romanam eſſe matricem, & radicem Eccleſiæ Catholicæ. Poſtremò in expoſitione Symboli Apoſtolorum inquit; *In Eccleſia Urbis Romæ, nec hæreſis ulla illic ſumpſit exordium, & mos ibi ſervatur antiquus. lib. 1. epiſto. 3. & lib. 4. epiſt. 8.*

18 Deindè Maximus Orientalibus populis quadam epiſtola ſuadet, ut veram Fidem appiobantes in Eccleſiam Romanorum, tanquam in Solem reſpiciant, & ex ipſa lumen Catholicæ, & Apoſtolicæ Fidei recipiant. Et Sanct. Gelaſius I. Canone 4. inquit; *quamvis univerſa terra, per Orbem Catholica, & Apoſtolica conſtituta Eccleſia, unus thalamus Chriſti ſit; tamen Sancta Romana Eccleſia, nullis Synodicis conſtitutis, cœteris Eccleſiis prælata eſt; ſed Evangelica voce Domini, & Salvatoris noſtri, primatum obtinuit.* Et Nicolaus I. ſcribens Mediolanenſibus ait; *Non ergò qualibet terrena ſententia, ſed illud verbum, quo factum eſt, Cœlum, & Terra, per quod denique facta ſunt omnia, Romanam fundavit Eccleſiam; illius certè privilegiis fungitur, cujus auctoritate fulcitur. cap. quamvis. 21. diſtinct. Chryſoſt. in epiſt. 2. ad Theſſa. homil. 4.* *S. Maximus.* *S. Gelaſius I.* *Nicolaus I.*

19 Deindè Lucius I. epiſt. 1. & Felix I. epiſt. ad Benignum, & Eugenius apud Victorem lib. 2. de perſecutione Vvandalica, & Patres in ſexta Synodo generali, act. 4. fatentur uno ore omnes, quòd Eccleſia Romana Mater eſt omnium Eccleſiarum, & nunquam erravit in fide. Et in præfatione Nicenæ Synodi traditur, Eccleſiam Romanam, nullis Synodicis Decretis, ſed voce Domini primatum obtinere. Sanctus quoque Marcellus inquit; *Sedes Petri jubente Domino Romam translata eſt.* Quòd, & Ægeſippus narrat, & Faber contra Lutherum retulit. Sanctus item Julius ait, Eccleſiam Romanam Domini ore ſacratam, & exaltatam eſſe. Pius quoq; ſanctitate paritèr, atque martyrio clarus, omnibus Eccleſiis hæc verba ſcripſit; *Chriſtus hanc Apoſtolicam Sedem, omnium Eccleſiarum* *Lucius, & Felix I. Eugenius.* *Synodus Nicæna.* *S. Marcellus & Pius Pontifices.*

 rum

rum caput eſſe praecipit. Quibus accedunt Vigilius, Pelagius II. Alexander II. Eulalius Epiſcopus Carthaginenſis, & cœteri Catholici omnes. *Faber tractatu 5. textu. 23. Vigilius epiſt. ad Eutherium cap. 7. Eulalius epiſt. ad Bonifacium II. cap. relatum 11. q. 1. Raynoldus lib. 3. ad Henricum VIII. Regem Angliæ. Confeſſio Polonica de Fide, & Symbolo cap.* 28.

20 Concludamus ergò cum Patribus Concilii Lateranenſis ſub Julio II. dicentibus; *Sancta Romana Eccleſia Fidei Magiſtra, veritatis alumna, omnium errorum expers, unica, & immaculata, divina inſtitutione, Sanctorum auctoritatibus, Conciliorum, Canonumq; omnium teſtimonio Eccleſiarum cunctarum primatum obtinet*. Illud perfectò mirabile eſt; quòd cum omnes ferè Nationum, & Provinciarum Eccleſiæ, etiam illæ, quibus ipſimet Apoſtoli præfuerunt, multis hæreſibus ſemel, atq; iterùm, ac ſæpiùs infectæ fuerint, Romana tamen Eccleſia Fidem Catholicam puram, inviolatamq; ſemper, & ubiq; ſervavit. Defecit Achaja, ubi Andreas; Aſia, ubi Joannes; India, ubi Thomas; Perſis, ubi Simon, & Judas; Æthiopia, ubi Matthæus; Hieroſolyma, ubi Jacobus; Græcia, ubi Paulus; Phrygia, ubi Philippus docuit: poſtremò cœteræ quibus alii præfuerunt; Roma ſemper in Fide accepta, ſtabilis, & inviolata permanſit.

Concil. Lateranenſe.

21 Nunquid propter Lutherum, & cœteros impios ſtupidos homines, cœcos, & miſeros, recedemus protinus ab Eccleſia Catholica, atque Romana? *Nunquid*, ut ait Auguſtinus, *dubitabimus nos ejus Eccleſiæ condere gremio, quæ à redemptione generis humani, ab Apoſtolica Sede per ſucceſſiones Epiſcoporum, fruſtra hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipſius judicio, partim conciliorum gravitate, partim etiam miraculorum Majeſtate damnatis, culmen auctoritatis obtinuit? cui nolle primas partes dare, vel ſumma profectò impietatis eſt, vel præcipitis arrogantia*. lib. de utilitate credendi cap. 27.

S. Auguſtin

22 Ubi ſunt Eccleſiæ illæ, quæ jam olim ab Eccleſia Romana defecerunt? in cujus manu ſunt omnes Eccleſiæ Aſiæ, atq; Africæ, & illæ tàm multæ, quæ in magna Europæ parte floruerunt? Nunquid non eſt demolitus eas aper de Silva, & fera peſſiſſima depaſta eſt? cujus ſi cauſam diligentèr, prudentèrque perquiſieris, non aliam unquam invenies, quàm quòd ab Eccleſia Romana, & Petri Cathedra ſe diviſerunt. Ad poſtremum audi Hieronymum in fine operis adversùs Luciferianos dicentem; *Brevem tibi, apertamque animi mei ſententiam proferam; In illa eſſe Eccleſia permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata uſq; ad diem hanc durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Chriſti, non à Domino Jeſu Chriſto, ſed à quoquàm alio nuncupari, ut puta Marcionitas, Valentinianos, Monteſes, ſivè Campates; ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogam. Ex hoc enim ipſo, quòd poſtea inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos futuros Apoſtolus prænunciavit*. Hæc vir ille Sanctiſſimus, qui eadem ſententia nobis oſtendit, Lutheranos, Sacramentarios, & Anabaptiſtas, vel ex nomine ſolo Hæreticos, & non Chriſtianos eſſe judicandos. Vide *Fabrum contra Lutherum tractatu 5. text. 18. Pighium lib. Eccleſiaſticæ hierar. cap. 24. Bartholomæum Latomum adversùs Bucerum controverſ. de auctorit. Eccleſiæ propè finem.*

Pſalm. 79. *S. Hieronym.*

23 Hæc autem omnia, quæ de Romana Eccleſia diximus, æxiſtimanda ſunt ex eo manere, quia illic Sedes Apoſtolica voluntate Divina permanſura erat; idem prorsùs futurum in quacunque alia Eccleſia, ubi eandem Sedem Dominus eſſe voluiſſet; non enim elegit Deus gentes propter locum, ſed locum propter gentes. Quæ verò cauſa fuerit, qua Roma omnibus aliis Civitatibus in ea re fuerit prælata, non eſt noſtrum prorsùs ſcire. Quis enim cognovit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius ejus fuit? non tamen deſunt humanæ conjecturæ ſatis quidem probabiles, & veriſimiles, quas Leo ille diviniſſimus tradit, ſermone I. de Nativitate Apoſtolorum Petri, & Pauli dicens; *Beatiſſimus Petrus Princeps Apoſtolici ordinis, ad arcem Romani Imperii deſtinatur, ut lux veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur ſalutem, efficaciùs ſe ab ipſo capite per totum Mundi corpus effunderet, ut ſicut Roma fuerat Magiſtra errorum, eodem modo fieret Magiſtra veritatis. lib. 2. Machab. c. 5. cap. beati 2. q. 7.*

1. Corinth. 2.

24 Et ſi enim Hieroſolymis ponenda videretur Apoſtolica Sedes, & quòd in ea Chriſtus crucifixus, mortuus, & ſepultus, reſurrexit; aliud tamen placuit Sapientiæ Divi-

Divinæ, ideò fortaſſè, quia in ultionem mortis Chriſti Hieroſolyma erat funditus evertenda; tum ut cœca illa, & carnalis pervicacia Judæorum confunderetur, expectantium Meſſiam ſuum regnaturum in illa Hieruſalem. Deindè translata Lege, & Sacerdotio translato, conſequens etiam fuit, ut & locus Apoſtolicæ Sedis transferretur. Quamobrem Apoſtolorum Princeps Spiritu Sancto plenus, ibi reliquit ſucceſſores, ubi eorum præſentia ædificandæ Eccleſiæ plus prodeſſe poſſet. Nàm cum Roma caput eſſet Imperii, ab ea Fides Catholica in univerſum Orbẽ meliùs diffundi poterat. Poſtremò voluit Chriſtus, ut Romanam Eccleſiam duo Luminaria Cœli morte clariſſima conſecrarent; & ut ſanguis multorum Martyrum ibidem effunderetur copioſiſſimè, ubi Sedes Apoſtolica permanſura erat; ut glorietur univerſalis Eccleſia, quoniam gloria loci congruit excellentiæ præſidentis. *Gratianus* 2.*q.*6.& iterùm 9.*q.* 3. & rursùs 24.*q.* 1. *Chriſoſt. in epiſt. ad Roman. ſermone ultimo. Torquema. lib.*1.*cap.*17. *Guido de hæreſibus Græcorum cap.* 3. *Armacanus de erroribus Armenorum lib.*7.*cap.*15. *& cap.* 25. *Faber contra Lutherum tract.* 10.*text.* 20. *&* 25. *Eckius lib.* 1. *de primatu Petri. c.* 18. *& lib.* 3.*c.* 6. *Gaſpar lib.* 2. *adversùs hæreticos art.* 3.*cap.*7.

25 Hæc autem Eccleſia Catholica in rebus Fidei, & morum errare non poteſt; quia regitur Spiritu Sancto, qui nunquam illam deſerit, & Chriſtus Deus noſter, qui caput eſt Eccleſiæ, adeſt ſemper, & aderit ei uſque ad conſummationem ſeculi. Præ-

Matth. 28. *&* 16. tereà ut apud Matthæum eſt, portæ inferi, ideſt, hæreſes, & errores non prævalebunt adversùs Eccleſiam. Et Paulus ad

1.*ad Timoth.*3. Timothæum ſcribens ait. *Eccleſiam eſſe columnam, & firmamentum veritatis.* Undè relinquitur planè, quòd ſi poſſibile eſſet, Eccleſiam in aliquo errare, is, qui ſequeretur illam, nequaquam erraret; quia error ille inſuperabilis eſſet. E'contrario autem ſi poſſibile eſſet hæreticos non errare, qui tamen ſequerentur illos contra Eccleſiam, non poſſent non errare. Quid? quòd tàm eſt impoſſibile Eccleſiam errare, quàm hæreticos in hæreſibus non errare. *Jan.* 14. *Matth.* 27. *ad Ephe.* 4. *Matth.* 16. *&* 1. *Timo.* 3. *Torque. lib.* 2. *de Eccleſia cap.*91. *Toſtadus parte* 2. *defenſorii cap.* 21. *cumſeq. Gaſpar lib.*2. *artic.* 3. *cap.* 1. *Canus lib.*4. *de locis Theologicis cap.*4. *Michael Medina lib.*5. *de recta in Deum Fide cap.*12.

26 Illud quoque veriſſimum eſt, quo ſolo univerſæ Lutheranorum hæreſes planiſſimè confutantur; quòd Eccleſiæ traditiones in rebus Fidei, & morum, quamvis ſcriptæ non fuerint, non minoris ſunt auctoritatis, quàm ipſa ſcriptura Sacra. Eſt autem traditio Eccleſiaſtica Doctrina Chriſti, vel Apoſtolorum, vel Diſcipulorum viva voce tradita, & continua fidelium ſucceſſione à Patribus in Filios transfuſa, & conſuetudine pervetuſta firmata. *Eccleſiaſticæ traditionis definitio.* Quæ licèt in libris Sanctorum Patrum ſcripta ſit, nihilominùs tamen traditionis nomen retinet, ut rectè docet noſter. *Ajala lib. de Divinis Apoſtoli. Eccleſiaſt. traditio. in principio.*

27 Veritas hujus propoſitionis patet evidentiſſimè, quia multa alia fecit, & docuit Jeſus, præter ea, quæ in Evangelio continentur, & plura docuerunt, & prædicaverunt Apoſtoli ab eodem Salvatore, & à Spiritu Sancto edocti, quàm quæ Sacris literis comprehenſa ſunt. Cum ergò Doctrina viva voce tradita non minoris ſit auctoritatis, quàm ſi literis divulgetur, relinquitur indè quòd æqualis eſt auctoritas traditionis, & ſcripturæ; Quod multis *S. Scripturæ loca quibus Eccleſiaſticæ traditionis auctoritas comprobatur.* etiam locis ſacrarum literarum perſpicuũ fit. Ac primùm quidem Paulus ſcribens Theſſalonicenſibus, inquit, *Fratres ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſivè per ſermonem, ſivè per epiſtolam noſtram.* De- 2. *Theſ.* 2. indè ad Timothæum ſcribit; *Tu ergò fili* 2. *ad Tim.* 2. *mi confortare in gratia, quæ eſt in Chriſto Jeſu; & quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt alios docere.* Poſtremò, in actis *Act.* 15. Apoſtolorum legitur, quod Paulus perambulabat Syriam, & Ciliciam, confirmans Eccleſias, præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum, & Seniorum. Et paulò poſt cum Paulus, & Timothæus pertrãſirent Civitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis, & Senioribus, qui erant Hieroſolymis. *Joan. ulti.* 2.2. *Theſſa.*2. *& ad Timo.* 2.2. *act.* 15. *cumſeq.*

28 Eandem quoque veritatem Sancti *Sancti Patres hoc idipſum docentes.* omnes Paſtores, & Doctores ab origine naſcentis Eccleſiæ uno ore fatentur; quorum aliqua teſtimonia breviter hoc loco memo-

S. Dionyſ. memorabo. Primò, ſacer ille Diony. c. 1. Eccle. hjerar. teſtis eſt, Apoſtolos, partim non ſcriptis inſtitutionibus multa nobis *S. Irenæus.* tenenda tradidiſſe. Ad hoc Irenæus libro 3. adversùs hæreſes, docens ſumendam eſſe veritatẽ Eccleſiaſticæ traditionis; *Quid*, inquit, *ſi neque Apoſtoli quidam ſcripturas reliquiſſent nobis, non ne opportebat ordinem ſequi traditionis, quem tradiderunt his, qui-* *Origenes.* *bus committebant Eccleſias?* Et Origenes in prœmio libro 1. de principiis ait; *ſervanda eſt Eccleſiaſtica prædicatio per ſucceſſionis ordinem ab Apoſtolis tradita, & uſque ad præſens in Eccleſiis permanens, & illa ſola credenda eſt veritas, quæ in nullo ab Eccleſiaſtica traditione diſcordat.* Multa præ- *S. Baſilius.* terea Magnus Baſilius in eandem ſententiam docet libro de Spiritu Sancto, inter alia dicens; *Dogmatum, quæ in Eccleſia prædicantur, quædam habemus ex doctrina ſcripto prodita, quædam rursùs ex Apoſtolorum traditione in myſterio, ideſt, occulto tradita recipimus, quorum utraq; parem vim habent ad pietatem.* Er in homilia contra Sabellianos inquit; *Te paccatum reddat traditio; Dominus ita docuit, Apoſtoli prædicaverunt, Patres obſervaverunt, confirmaverunt martyres. Sufficiat dicere; ſic edoctus ſum.* Irenæus lib. 3. cap. 4. Baſilius cap. 27. & 29.

D. Io. Chryſoſtom. 29 Chryſoſtomus quoque in poſteriorem epiſtolam ad Theſſal. inquit: *Hinc patet, quòd non omnia per epiſtolam tradiderint Apoſtoli, ſed multa etiam ſine literis; eadem verò fide digna ſunt tàm illa, quàm iſta; itaque traditionem quoque Eccleſiæ fide dignam putamus; Traditio eſt, nihil quæras ampliùs.* Ubi & Vulgarius, & Genadius idipſum *S. Epiphanius.* confirmant. Item Epiphanius libro contra hæreſes ait; *Termini nobis poſiti ſunt, & fundamenta, & ædificatio Fidei, & Apoſtolorum traditiones, & Scriptura Sancta, & ſucceſſiones doctrinæ, & undequaque veritas Dei munita eſt.* Et alibi; *Opportet traditione uti; non enim omnia à Divina Scriptura accipi poſſunt; quapropter aliqua in ſcriptis, aliqua in traditione Sancti Apoſtoli tradide-* *S. Hieronym.* *runt.* Et Hieron. epiſt. ad Lucinium; *Ego illud te breviter admonendum puto, traditiones Eccleſiaſticas ita obſervandas, ut à majoribus tradita ſunt.* Et poſt pauca monet, ut unaqueq; Provincia præcepta majorum, *D. Auguſt.* leges Apoſtolicas arbitretur. Et Auguſtinus in variis locis operum ſuorum aſſerit, non minùs conſtringi Catholicam Eccleſiam univerſali traditione majorum, quàm auctoritate ſcripturarum. *Chryſ.* & cœteri *in 2. ad Theſ. 2. Epipha. hæreſi. 55. & 61. Auguſt. lib. de fide Chriſtiana, & lib. 11. contra Fauſtum, & ad Januarium epiſtola* 118.

30 Et ne deſcribendo verba ſingulorum, ultra quàm ſatis eſt morer, nomina tantùm auctorum, & locos indicaſſe ſufficiat. Eandem igitur ſententiam docet Beatus Petrus in epiſtola 1. Clementis: Ignatius epiſtola ad Heronem: Tertul. libro de corona militis, & rursùs libro de jejunio: Origenes homil. 5. in librum Numerorum. Cypri. epiſt. 8. lib. 2. Athanaſ. lib. de Spiritu Sancto. Hieronym. adversùs Luciferianos. Nazianzenus oratione quadam poſita inter opera Gregorii Niſſeni. Vincentius Lirinenſis lib. adverſus hęreſes. Euſebius lib. 3. Eccleſ. hiſtoria cap. 36. Ruffinus in expoſitione Symboli. Damaſce. lib. 4. de fide Orthodox. c. 13. & 17. Ambroſ. Theophilatus, Innocentius I. Calixt. Nicol. Socrates, & alii relati *à Martino Ajala lib. de Divinis, & Eccleſiaſticis traditionibus 3. parte, aſſert. 10. addo Hoſium lib. 4. adverſus Brentium. Canum lib. 3. de locis Theologicis.* *Petrus, Ignatius, & alij quamplures.*

31 Ad hæc, veritatem hanc multis Conciliis majores noſtri poſteris tradiderunt; In ſecunda Synodo Generali ajunt. *Opportet nos Eccleſiaſticas traditiones, ſivè ſcripto, ſivè conſuetudine in Eccleſia retentas, ſervare.* *Auctoritates Conciliorum.* Et in epiſtola Synodali Concilii Alexandrini; *quia prima ſalus eſt, rectè fidei regulam cuſtodire, & à Patrum traditione nullatenus deviare.* Et in ſeptima Synodo Generali act. 1. *Qui doctrinas Sanctorum Patrum, & traditionem Catholicæ Eccleſiæ contemnunt execratio.* Et in diffin tione ejuſdem Synodi; *Fatemur autem unanimiter, nos Eccleſiaſticas traditiones, ſivè ſcripto, ſivè conſuetudine valentes, retinere velle; & Catholica Eccleſia, in qua Spiritus Sanctus inhabitat, traditionem obſervare.* Et poſt pauca: *ſi quis traditiones Eccleſiæ, ſivè ſcripto, ſivè conſuetudine valentes non curaverit, anathema* Demum in 4. ſeſſione. Concilii Tridentini, ſic decreverunt Patres: *Sacroſancta œcumenica Tridentina Synodus, traditiones ipſas, tùm ad mores pertinentes, tanquam vel oretenùs à Chriſto, vel à Spiritu Sancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſervatas, pari pietatis*

affe-

affectu, ac reverentia ſuſcipit, ac veneratur. In ſumma omnes Sancti Paſtores, & Doctores, non aliud, ex quo Chriſti Eccleſia eſt inſtituta, ſenſerunt; non aliud à majoribus acceperunt, non aliud poſteris tradiderunt; & tamen audent Lutherani traditiones Eccleſiaſticas contemnere, irridere, atque damnare, idque ſub prætextu Evangelii, & Scripturarum. O' infelix audacia! O' mentium impiarum temeritas!

32 Paria dicemus de conſuetudinibus antiquiſſimis Eccleſiæ, quas quidem contemnere prorsùs hæreticum eſt; vim enim Eccleſiaſticæ legis habent, & ſine dubio de traditione Apoſtolica manarunt, ut Tertullianus inquit libro de Corona Militis.
1. ad Corinth. 11. Undè Paulus Apoſtolus ſcribens Corinthiis, conſuetudinem Eccleſiæ tanquam legem fortiſſimam obiicit contentioſis; quod illic Theophilatus, & cœteri obſervarunt. Neque aliis armis Hieronymus confodit Vigilantium irridentem venerationem reliquiarum, & uſum cœterorum, quàm Eccleſię conſuetudine. Quod & Auguſtinus ſubindè confirmat. qui ſcribens Caſulano, inquit; *In his rebus, in quibus nil certi ſtatuit Scriptura Divina, mos populi Dei, & inſtituta majorum pro lege tenenda ſunt*, & iterùm ad Januarium quadam in epiſtola ſcribit; *illa verò, quæ non ſcripta, ſed tradita ſunt, cuſtodimus; quæ toto orbe terrarum obſervantur, datur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel ex plenariis Conciliis (quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas) commendata, atque ſtatuta retineri*, & adversùs Donatiſtas. *Parvuli baptizati ponuntur in numero credentium, & hoc ſolùm ex conſuetudine Eccleſiæ antiquâ, Canonica, fundatiſſima.* 1. Cor. 11. *Auguſt. epiſt.* 86. *&* 118.

33 Origenes quoque in epiſtolam Pauli ad Rom. *Eccleſia*, inquit, *ab Apoſtolis traditionem ſuſcepit, etiam parvulis baptiſmum dari*. Et Auguſtinus lib. 2. de Baptiſmo contra Donatiſtas; *Quam conſuetudinem credo ex Apoſtolica traditione venientem, ſicut multa non inveniuntur in literis eorum, neque in Conciliis poſteriorum; & tamen quia per univerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, non niſi ab ipſis tradita, & commendata creduntur*. Et rursùs; *Superius oſtendimus, parvulum credere, & inter baptizatos computari; hoc habet auctoritas matris Eccleſiæ, hoc fundatiſſimæ auctoritatis obtinet Canon; contra hoc robur, contra hunc inexpugnabilem murum quiſquis arietaverit, ipſe potiùs confringetur*. Caſſianus quoque inquit; *Oportet nos auctoritati Patrum, conſuetudinique majorum uſque ad noſtrum tempus per tantam annorum ſeriem protelatæ, etiam non percepta ratione, credere; eamque ut antiquitus tradita eſt, jugi obſervantia, & reverentia cuſtodire*. Ad extremum Leo ille Sanctiſſimus ſermone 2. de jejunio Pentecoſtes, ait; *Dubitandum non eſt dilectiſſimi, omnem obſervantiam Chriſtianam, eruditionis eſſe divinæ; & quidquid ab Eccleſia in conſuetudinem eſt devotionis receptum, de traditione Apoſtolica, & de Sancti Spiritus prodire doctrina; qui nunc quoque cordibus fidelium ſuis præſidet inſtitutis, ut ea omnes, & obedienter cuſtodiant, & ſapienter intelligant. Origenes in epiſtola ad Roma. lib. 5. cap. 6. Auguſt. lib. 2. cap. 7 Caſſianus collatione 21. cap. 12. Gratianus diſtinct. 11. Gaſpar. lib. 2. adverſus hæreticos art. 5.*

34 Accedit eodem, quòd vetuſtiſſima conſuetudo juſtum initium habuiſſe creditur; nec minorem vim habet, quàm ſcripta lex; quod cum ita ſit in conſuetudine civilium rerum ab imperito, rudique populo plerumq; introducta, quid futurum putamus de conſuetudinibus Eccleſiæ, à Viris ſelectioribus, Deoque dicatis, à Prælatis, & Religioſis doctiſſimis, & ſanctiſſimis, obſervatis? quarum plurimas ante mille trecentos, & eo ampliùs annos, viguiſſe conſtat, ut jure, merito credantur ab ipſis Apoſtolis ex Chriſti doctrina, & Spiritus Sancti unctione originem habuiſſe.
Undè per Hieremiam dicit Dominus: *Sta-* *Jerem. 6.*
te ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea; & invenietis refrigerium animabus veſtris. Quiſquis has igitur conſuetudines contemnit, Eccleſiam ipſam contemnit, & hæreticus pertinax eſt. *Hiere. 6. l. diuturna l. de quibus. de legibus Fran. Picus lib. de fide theoremate 6. Roſſen. contra Lutherum, veritate 10. Pighius lib. 1. hierar. Eccleſ. c. 2. Alfonſus lib. 1. adverſus hæreſes c. 5. Hermas lib. 9. de inſtau. relig. cap. 9. cum ſeq.*

35 Ex quibus omnibus relinquitur planè doctrinas, traditiones, & conſuetudines Eccleſiaſticas, neceſſariò tenendas eſſe homini Chriſtiano, & ſi nõ deducantur apertè ex ſacris literis; cujus contrarium aſſerunt impudentiſſimi hæretici, malitia cœci; qui

ci; qui ſolis ſacris literis arbitrio ſuo, ideſt peſſimo intellectis, ac depravatis, ſtari volunt, quibus alio loco à nobis plenius occurretur; interim tamen adversùs illos curſim argumēta quædam perſtringemus, quibus planiſſimè confundi queant. Ac primùm quidem, non eſt minoris auctoritatis doctrina voce prolata, quàm ſcripta. Ad hæc Chriſtus Deus noſter ità Eccleſiæ Catholicæ ſemper adeſt, quemadmodum Evangeliſtarum tempore; quòd ſi Dei providentia Eccleſiæ ſuæ non præſidet, nil eſt de religione ſatagendum, ut Auguſt. dicebat lib. de utilitate credendi. Accedit etiam, quòd par eſt Eccleſiæ auctoritas, & ſcripturarum. Præterea Redemptor noſter Apoſtolis, atque Diſcipulis præcepit, ut prædicarent, ut docerent, non autem ut ſcriberent; quo factum eſt, ut cum pauca nobis ſcripta reliquerint, prædicatione tamen Euangelica totum Orbem repleverint, multa docentes, quæ non ſunt Sacris literis prodita. Demum lex ipſa Evangelica viva voce primùm tradita eſt, non autem ſcriptis; nil enim ſcripſit Chriſtus, nil ſcribendum mandavit. *Hermas lib. 9. de inſtauranda Religione c. 5.* & deinceps *Gaſpar lib. 4. adverſus hæreticos diſputati 2.*

Conſuetudinem Eccleſiæ tenendã argumentis probatur.

Marci 16.

36 Accedit eodem, quòd non omnia, quæ ad Religionem noſtram pertinēt, ſcripſerunt Evangeliſtæ; ſed Chriſti tantùm converſationem in terris, nec ejus integrã hiſtoriam tradiderunt, ut Joannes ipſe, qui noviſſimus ſcripſit Evangelium, ingenuè fatetur, inquiens; *Sunt, & alia multa, quæ fecit Jeſus, quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum arbitror Mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros.* Undè ex Pauli epiſtolis, & actis Apoſtolorum ſatis conſtat, aliqua ab ipſis Evangeliſtis omiſſa, ex his, quæ Redemptor noſter dixit, & fecit; quale eſt illud, *viſus eſt pluſquam quingentis fratribus &c.* & illud, *Quoniam ipſe dixit, Beatius eſt magis dare, quàm accipere,* & item illud, *qui in diebus carnis ſuæ,* & reliqua *Joan. ulti. 1. Corint. 15. act. 20. ad Heb. 5.*

Ioan. 21.

37 Hoc quoque perſpicuum eſt, Evangeliſtas non ſcripſiſſe ea omnia, quæ ad Eccleſiæ inſtitutionem, Hjerarchiam, & Sacramenta pertinent, quorum pars maxima unctioni Sancti Spiritus reſervata fuit, & in aliud tempus rejecta. Quod, vel ex Evangelio Joannis evidentèr conſtat, ubi Chriſtus ipſe dixit, *Adhuc multa habeò vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo; cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Illa itaque tàm multa reſervata Spiritui Sancto, didicerunt poſtmodum Apoſtoli, cum eundem ſpiritum ſub ſigno viſibili acceperunt; eademque tradiderunt Eccleſiæ, ac veluti per manus ſuccedentium ſibi Epiſcoporum, & Patrum, ſibi mutuo, & Eccleſiæ perhibentium teſtimonium, certa, fidelique traditione ad nos pervenerunt. Et ut Cyprianus elegantèr ſcripſit ſermone de ablutione pedum; *Sicut par eſt Spiritui Sancto, & Chriſto divinitas, ita in ſuis ſtatutis æqua eſt auctoritas, & poteſtas; nec minùs ratum eſt, quod dictante Spiritu Sancto tradiderunt Apoſtoli, quàm quod tradidit Chriſtus. Joan. 16. Ajala lib. de divinis, & Eccleſ. tradi. par. 1. aſſer. 2.*

Ioan. 16.

38 Addendum eodem eſt, quòd Eccleſia auctoritatem habet diſcernendi ſcripturas Divinas ab humanis, & ejus traditione certiſſimè ſcimus, quos libros recipere, & quos reiicere debeamus; nec alia via cognoſcimus, qui libri ſint Canonici, & Spiritu Sancto inſpirante conſcripti, niſi Eccleſiæ traditione, & auctoritate. Undè Origenes illæ doctiſſimus lib. 1. commenta. in Matth. *Ex traditione,* inquit, *didiei de quatuor Evangeliis, quia hæc ſola ſunt abſque ulla contradictione, quæ ſuſcipi debent in omnibus, quæ ſub Cœlo ſunt, Eccleſiis; ità enim tradiderunt Patres;* Et iterùm; *Quamvis nonnulli de epiſtola, quæ ad Hebræos ſcripta eſt, dubitaverint, an Pauli ſit; ſed ego dico, ſicut mihi à majoribus traditum eſt, quia manifeſtiſſimè Pauli eſt, & ſemper omnes antiqui majores noſtri; ita eam, ut Pauli epiſtolam, ſuſceperunt. Euſebius lib. 6. Eccleſiaſt. hiſt. c. 18. Nicepho. lib. 5. c. 16. Ajala p. 1. aſſert. 1. ad finem.*

39 Accedit etiam, quòd Sacræ Literæ non habent auctoritatem Divinam ex ſuis auctoribus, & ſcriptoribus, ſed ab ipſo Deo; & eis credimus proptèr Eccleſiaſticæ traditionis fidem, & teſtimonium. Undè factum eſt, ut receperit Eccleſia Evangelium Marci, & Lucæ, qui, ut plerique tradunt, numquam Chriſtum Dominum viderunt. Et tamen rejecit Evangelium ſub nomine Petri ſcriptum, eo quòd non eſſet cōſonum traditionibus Eccleſiæ; qua ratione alia quoque multa Evangelia damna-

mnata ſunt ab Eccleſia, quemadmodum Tertullianus, Origenes, Euſebius, Ambroſius, Nicephorus, & alii multi teſtantur. Et Innocentius 1. epiſtola ad Exuperium, recenſens omnes libros, qui recipiuntur in Canone Sanctarum ſcripturarum, tandem ſubjungit; *Cætera autem, quæ vel ſub nomine Matthiæ, ſivè Jacobi minoris, vel ſub nomine Petri, & Joannis, quæ à quodam Leutio ſcripta ſunt; vel ſub nomine Andreæ, quæ à Nexocharide, & Leonide philoſophis, & ſub nomine Thomæ, & ſi quæ ſunt alia, non ſolùm repudianda, verùm etiam noveris eſſe damnanda.* Epiphanius quoq; in ſeptima Synodo generali dixit; *Decet omnem Chriſtianum, cum aliquos libros adulterinos audit, aut legit, reſpuere, nec omninò animum adhibere; nàm & inter epiſtolas Divini Apoſtoli quædam fertur ad Laodicenſes, quam Patres noſtri tanquàm alienam reprobaverunt.* Præterea Manichæi Evangelium ſecundum Thomam invexerunt, quod Eccleſia Catholica meritò, ut impium averſatur. Poſtremò, ut complura omittam, majores noſtri in primo Concilio Toletano ita decreverunt; *Si quis dixerit, vel crediderit alias ſcripturas, præter eas, quas Eccleſia Catholica recipit, in auctoritate habendas, vel eſſe venerandas, anathema ſit.* *Tertull. lib. 4. adversùs Marcionem. Lucas in præmio Evangelii*, & illic Origenes, Ambroſius, & cœteri. *Euſebius lib. 3. hiſt. Eccleſi. cap. 25. & lib. 6. c. 10. Innocentius epiſto. 3. cap. 7. Epiphanius tom. 5. diſtinct. 15. cap. ulti.*

Concil. Toletanum.

40 Ex his omnibus cuivis perſpicuum eſſe poterit, quam miſerè inſaniant recentiores hæretici. qui auctoritatem omnem detrahere conantur Eccleſiaſticæ traditioni; non enim intelligunt ſtupidi, cœci, & miſeri, ſe omnem prorsùs auctoritatem Canonicarum ſcripturarum è medio tollere, & unum hoc conari, ut univerſum Orthodoxæ fidei, & veritatis lumen, ſibi, aliiſque eripiant; nàm labefactant ea, undè omnia credita pendent. Si quis etenim negare vellet auctoritatem Evãgeliorum, non aliis quidem argumentis validioribus eam aſſerere poſſemus, quàm Eccleſiæ auctoritate, ejuſq; traditionibus. Undè memoratu digna eſt ſententia illa Divi Auguſtini contra epiſtolam Manichei, quàm vocant fundamenti cap. 5. dicentis: *Ego verò Evangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoveret authoritas.* Eſt igitur Eccleſiaſticæ traditionis authoritas in veritatis certitudine par authoritati ſcripturarum. Sed & antiquior eſt, & notior nobis, & ad longè plura ſe extendit: quinimmo, & magis idonea, & efficacior eſt in re dubia ad fidem, certitudinemque faciendam, ut apud ſapientes, & catholicos viros ſatis, ſuperquè conſtat. *Vide Fran. Picum lib. de Fide, theoremate 6. Fabrum contra Lutherum tract. 2. tex 1. & tract. 7. text. 9. Roffen contra Lutherum. veritate 9. Driedonem lib. 2. de Eccleſiaſticis dogmatibus c. ult. & lib. 4. c. 2. cum ſeq. Pighium lib. 1. Hierar. Eccleſia c. 2.* & deinceps *Alphonſ. lib. 1. adverſùs hæreſes c. 5. Hermam. lib. 8. de inſtauran. religione c. 10. Ajalam lib. memorato p. 1. aſſertione 1. ad finem. copioſiùs Lindanum in panoplia evangelica. Canum lib. 2. de locis theologicis cap. 7.*

41 Quæri ſolet, utrum hæretici ſint de Eccleſia. Quod quidem probari poſſet, quia Eccleſia de illis judicat, eos excommunicat, & punit: & tamen nil ad Eccleſiam attinet de his, quæ foris ſunt, judicare. Ad hæc, hæretici tenentur præceptis Eccleſiæ, & quibuſdam Sacramentis utuntur, & verè baptizati ſunt, & verè baptizant; demum Sacramentum ordinis retinent. *1. cor. 5. c. quod quidam c. Si quis inquit cum ſeq. 1. q. 1. Alex. Ales 4. parte q. 16. & quæſt. 35. Membro 5. Altiſiodorem. lib. 4. tract. 3. cap. 7. & tract. 8. q. 2.*

1. ad Corint. 5.

42 Sed quamvis quibuſdam ex cauſis ad Eccleſiam pertinere videantur, verè tamèn de Eccleſia non ſunt; hæreſis enim diviſionem ſignificat, & ideò dicuntur hæretici, quia diviſi ſunt ab Eccleſia. Accedit quod apud Matthæum eſt: *Si Eccleſiam non audierit; ſit tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus:* ergo ſicut Ethnici non ſunt in Eccleſia; ſic etiam nec hæretici. Ad hæc, in Eccleſia, ut Apoſtolus ait, *unus Deus, una Fides, unum Baptiſma.* Hæreticus igitur, qui non manet in unitate Fidei, non eſt in Eccleſia Dei. Unde Ciprianus ad Rogatianum ſcribens inquit: *Hæc initia hæreticorum, & ortus, atque conatus ſchiſmaticorum; ſic de Eccleſia egreditur, ſic altare proforis collocatur.* Et Hieronymus in epiſtola ad Oceanum: *Alieni, & extra Eccleſiam ſunt Judæi, Hæretici, atq; Gentiles,* & Auguſt. lib. de vera religione: *Ex his hominibus hæretici fiunt, qui etiam ſi eſſent*

Matt. 18.

Ad Epheſ. 4.

in Eccleſia, nihilominus errarent, cum autem foris ſunt, plurimùm proſunt, non verum docendo, quod neſciunt, ſed ad verum quærendum carnales, & ad verum aperiendum ſpiritales catholicos excitando. Et alibi ait: *Hæretici, & Schiſmatici, & ejecti à Prælatis, ab unitate Corporis Chriſti ſunt ſeparati.* Præterea, cum Eccleſia nil aliud ſit, quàm fidelium Reſpublica, & hæretici ab ea ſint re, & nomine diviſi; non magis ad Eccleſiam pertinent, quam transfugę ad exercitum, a quo receſſerunt; quod Joannes epiſtola prima confirmare videtur inquiens: *A nobis exierunt, ſed non erant ex nobis*, & Ioan.c.2.
Auguſtinus inquit: *Pejor eſt deſertor fidei, & ex deſertore oppugnator ejus effectus, quàm ille, qui non deſervit quam nunquam tenuit.* Rectè igitur definierunt Patres in quarto Concilio Carthaginenſi, dicentes: *Hæreticorum cœtus, non Eccleſia, ſed conciliabolum eſt.* Concil Carth.4. *Matth. 18. Ephe. 4. Auguſt. lib. de vera religione c. 8. & lib. 21. de Civitate Dei c. 25. epiſt. 1. Joan. cap. 2. Concilio 4. Carthaginen. cap. 71. Hermas lib. 6. de inſtan. religio. cap. ult. Canus lib. 4. de locis theologicis cap. 2.*

ANNOTATIONES.

1 Eccleſia Græca vox eſt &c.

Eccleſiæ definitionem *in cap. Eccleſia d.ſt 1. & in c. Firmiter de Summa Trinit. & Fid. Cathol.* vide.

2 Variis modis &c.

Varias Eccleſiæ acceptiones, aliis ommiſſis, *Lege* apud *Valentiam diſp. 1. q. 1. punct. 7. quæſt. 4. §. 14.* & apud *Bannez 2. 2. q. 1. art. 10.*

3 Hoc autem Eccleſia &c.

Septem paſſim à Theologis Eccleſiæ proprietates recenſentur, nempè quod ſit una, Sancta, Catholica, Apoſtolica, Viſibilis, à Spiritu Sancto gubernata, & unica Salutis Via. Vide *Thom. Del Bene de locis Theolog. part. 2. dub 245. nu. 1. & ſequen.*

4 Sancta dicitur Eccleſia &c.

Hic addi poteſt Eccleſiam vocari quoq; Sanctam, eo quòd plures habuit, habet, & habebit Sanctos, tùm etiam quia omnes filios ſuos ad Sanctitatem vocat hortando, ut ſobriè, juſtè, & piè vivamus in hoc ſeculo.

5 (a) Eſt ergò Catholica &c. quia in finem uſque ſeculi permanebit.

Articulo huic de Eccleſiæ perennitate uſque ad ſeculi conſumationem obſtare videtur quòd dicitur Lucæ 18. *Putas ne filius hominis veniens inveniet fidem in Terra?* aſt ex hoc ſolùm arguitur in paucis eſſe tunc temporis fidem inveniendam, in quorum paucorum numero Sancta conſiſter Eccleſia, de qua paritèr dicitur Luca 12. *Nolite timere puſillus Grex.* Vide *D. Auguſtin. lib. de Verit. Eccleſiæ cap. 13.*

6 Apoſtolica quoque dicitur &c.

Notandum hic quòd Eccleſia nedùm initium habuit ab Apoſtolis, ſed ab iiſdem habuit quoq; continuatam ſucceſſionem. Vndè contra hæreticos hanc ab Apoſtolis ſucceſſionem perperam præſumentes Tertullianus inſurgit de præſcrip. cap. 32. his verbis: *Cæterum ſi quæ audent interſerere ſe ætati Apoſtolicæ, ut ideò videantur ab Apoſtolis traditæ, quia ſub Apoſtolis fuerunt; poſſumus dicere, edant ergò origenes Eccleſiarum ſuarum, evolvant ordinem Epiſcoporum ſuorum &c.* & D. Cyprianus epiſt. 76. quæ eſt epiſt. 6. lib. 1. ad Magnum, de Novitiano ait: *Novitianus in Eccleſia non eſt, nec Epiſcopus computari poteſt, qui Evangelica, & Apoſtolica traditione contempta, nemini ſuccedens, à ſeipſo ortus eſt.*

7 Incepit autem Eccleſia &c.

Eccleſia, quæ nunc eſt, eadem extat, quæ ab initio Mundi fuit; quia omnia ejus membra eandem in Deum fidem profeſſa ſunt, & hoc tantùm diſcriminis eſt, quòd Eccleſia poſt Chriſti adventum ſub ſpeciali quodam Sacramentorum ſigno fidem profitetur, ſub quo non profitebatur, quæ ante Chriſti adventum erat Eccleſia. Vide *Thom. Del Bene de locis Theolog. par 2. dub. 244. nu. 1.*

11 Nec tantum bonorum &c.

Nota hic nedum Malos, & Impios ad Eccleſiam pertinere, ſed Excommunicatos quoq; ab Eccleſiæ gremio non excludendos, licèt enim anathematis gladio perculſi, à Sanctorum communione, & ſuffragiorum participatione excludantur; fidem tamē illi non deſerunt; quinimmò poſſunt eſſe aliquando Chriſti viva membra per charitatem eidem unita, ſi pœnitentes conterantur. *Del Bene de loc. Theolog. part. 2. dub 244. nu. 5.*

12 Quæramus jam à Lutheranis &c.

Solent decantare paſſim Lutheri, & Calvini ſectarii Veram Eccleſiam in quinto circitèr ſeculo defeciſſe; Aſt quam perperam hoc decantetur, præter Sacræ Scripturæ, & Patrum auctoritates, quas hic adducit Simanc. & alias, quæ poſſent ſuperadduci, ut verba Angeli ad Virginem Lucæ 1. *Et Regni ejus non erit finis*, & alia Chriſti Domini ad Petrum Matth. 16. *& portæ inferi non prævalebunt adverſùs eam* ideſt Eccleſiam &c. Patet ex conſequentia, quæ, hac falſa hypotheſi data, ſequeretur, & eſt quòd nunquàm Franci, Angli, & Germani de vera Eccleſiæ gremio fuiſſent; ſed de Paganiſmo ad hæreſim pertranſiſſent, cum hi Omnes poſt quartum, & quintum ſeculum Chriſti fidem fuerint amplexati; Clodoveus enim fidem Chriſtianam poſeſſus fuit anno Domini 499. Saxones, qui hodiè Angliam colunt, anno circitèr 600. Germani, & maximè Saxoni circa annum 780. poſt quā fuerunt domiti à Carolo Magno; Quod quàm ſit abſurdum nemo non videt; Hæ namque Nationes, nedum multos Sanctos donarunt Eccleſiæ; ſed Gallica præcæteris tot Chriſtianiſſimos peperit Chriſto, quot Reges habuit.

13 Si verò confeſsi &c.

Probent Hæretici omni ævo aliquem dumtaxat fuiſſe de vera Eccleſia qui ſenſerit id, quod ipſi ſentiunt, quibus in fide ſucceſſerunt, & tunc cœtum ſuum aliquo modo veram, & perennem à Chriſto, & ab Apoſtolis Eccleſiam jactare poterunt; ſed cum non probent, neque ex Antiquorum hiſtoriis probare poſſint, ceſſent ab eorum jactantia, & Synagogam Sathanæ vocent.

15 Hæc

15 Hæc autem Catholica Eccleſia &c.
De primatu Eccleſiæ Romanæ lege Concilium Florentinum non longè ab initio. Conſtantienſe contra *Io. Vvicleff. art.* 41. *& Nicænum* 2. *act.* 2. Qui Romanæ Eccleſiæ primatum detrahit, eſt Hæreticus. *diſt.* 22. *cap. omnes.*

23 Hæc autem omnia &c.
Quòd primatus totius Eccleſiæ ſit jure Divino conjunctus cum Epiſcopatu Romano, & ſic ab iſto inſeparabilis humano jure, docuit *D. Thom. contra errores Græcorum cap.* 64. *&* 65. *Cajet. tract. de Rom. Pontif. cap.* 13. *Canus de loc. Theolog. lib.* 6. *cap.* 4. 5. *&* 6. *Bellarm. lib.* 2. *de Rom. Pont. & Bañez* 2. 2. *quæſt.* 1. *art.* 10. *tract.* 2. *dub.* 4. *ſ.* 2. Quamvis *Sotus in* 4. *diſt.* 4. *quæſt.* 2. *art. ult.* contrarium ſentiens, doceat id eſſe tantùm de jure humano, & poſſe Romanum Pontificem ab Vrbe diſcedere, ſedemque ſuam aliò transferre, ibiq; Auctoritatem ſuam ſupremam exercere. Eundem Sotum ibid. lege.

25 Hæc autem Eccleſia &c.
Nota quod prærogativa hæc non errandi in rebus fidei, & morum, qua decoratur Eccleſia, intelligi debet de Eccleſia ſuo Capiti, quod Summus Pontifex eſt, unita; ſeparata enim errare poteſt, ut teſtantur memoriæ Conciliorum Ariminenſis, Conſtantinopolitani ſub Leone, Piſani, & aliorum, quæ abſque Summi Pontificis authoritate congregata fuere. *Vide D. Thom.* 2. 2. *q.* 1. *art.* 1. *ubi Cajetanus, & in tract. de author. Summ. Pontif. Canum de loc. Theolog. lib.* 5. *& alios quam plures.* Quinimò adverſari Summo Pontifici unà cum Eccleſia ſic, vel ſic de rebus fidei ſentienti extra Concilii Generalis definitionem, hæreſis eſt. *Lege Leonis X. Conſtitutionem* 40. *quæ incipit* Exurge.

26 Illud quoque veriſsimum eſt, &c.
Notandum pro hæreticis confundendis, non eſſe ſolùs Eccleſiæ catholicæ Ius non ſcriptum, ſeù Majorum traditiones probare, & Iuri ſcripto exæquare; Omnes namque Reſpublicæ illud ipſum comprobarunt, *ex Vlpiano I. C. in l.* 6. *D. de Iuſt. & Iure*, & voluit *Plato de legib. lib.* 6. Quinimò fuit tantæ vis, ut referat S. Irenæus de ſuo tempore nonnullas extitiſſe Nationes Chriſtianas, quæ abſque ſcriptura, & ſola traditione vixerunt. *Lege D. Irenæum lib.* 3. *contra hæreſes cap.* 4. *de utilic. & neceſſitat. tradit.* Concludendum igitur eſt cum Eminentiſs. Baronio: *Neglectum Sanctorum Patrum, atque contemptum antiquarum Eccleſiæ traditionum fontem primarium eſſe, unde omnes hæreſes manare ſolent. Vide Baronium ad Annum* 428.

27 Veritas hujus propoſitionis &c.
Sacræ Scripturæ locis hoc loci à Simanc. adductis addi poſſunt ſequentia. Ex veteri Teſtamento habetur Deuteron. cap. 32. *Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi; Majores tuos, & dicent tibi.* Proverb. cap. 1. dicitur: *Audi fili mi diſciplinam Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.* Incipit Pſal. 43. *Deus auribus noſtris audivimus, & Patres noſtri annunciaverunt nobis.* Iſaiæ 38. legitur: *Pater filiis notam faciet veritatem tuam*, & Eccleſiaſt. 8. demum præcipitur: *Non te prætereat narratio ſeniorum; ipſi enim didicerunt à Patribus ſuis; quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dare reſponſum.* Ex novo autem Ioan. 16. Redemptor noſter Diſcipulos monens ait: *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo; cum autèm venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*, & Matt. 23. inquit: *Super Cathedram Moyſis ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſervate, & facite.* Ex quibus omnibus quantum Traditionibus non ſcriptis ſit deferendum apertiſſimè patet.

34 Accedit eodem, &c.
Quòd vetuſtiſſimæ Eccleſiæ conſuetudines credantur ab ipſis Apoſtolis ex Chriſti doctrina dimanaſſe, ut hic dicit Simanc. quam plurimæ Sacrorum Conciliorum Authoritates unà cum SS. PP. teſtimoniis extare videntur. *Ex Concilio Carthagin.* 3. *cap.* 34. *& ex D. Cypriano ad Cæcilium epiſt.* 63. habetur quòd Eccleſia ad Euchariſtiæ Sacrificium ex Apoſtolica traditione miſcebat aquam, & vinum, ſicuti etiam ſervaſſe ex Apoſtolica traditione ceremoniam lotionis manuum in Altari ante myſteriorum conſecrationem teſtis eſt *Cyrill. Hieroſolym. Cathec. myſt.* 5. *Concil. Neocæſarien. can.* 1. *relatum in Decreto can. De his. cauſ* 31. *quæſt.* 1., *& Euſebius Demonſtrat. Evang. lib.* 1. *cap.* 9. teſtantur Eccleſiam ex Apoſtolica traditione Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconibus nuptias poſt ipſorum promotionem interdixiſſe; quemadmodum, & Matrimonium poſt Virginitatis votum ex eadem Apoſtolica traditione peccatum fuiſſe habitum ſcripſit *S. Epiphan. contra Apoſt. hæreſ.* 61. De uſu orandi flexis genibus, & verſa ad Orientem facie, & de aliis ritibus, qui tunc temporis erant in praxi in Eccleſia, oſtendit *Origen. hom.* 5. *ſuper Num.* Ex quibus omnibus hujus Simancæ Doctrinæ Veritas dignoſci poteſt.

35 Ex quibus omnibus relinquitur &c.
Conſuetudo, & Diſciplina Eccleſiæ Romanæ ab Omnibus Eccleſiis eſt tenenda. *Diſtinct.* 11. *cap. Nolite; & cap Qui neſciat. diſt.* 12. *cap. Non decet. diſt.* 19. *cap. Nulli fas ſit, & cap. Ita. diſt.* 20. *cap. Si decreta. cap. Si quis.* 25. *quæſt.* 2. *cap. Si quis Dogmata.*

38 Addendum eodem eſt, &c.
Vulgatum eſt illud Auguſtini contra Epiſtolam Fundamenti cap. 5. dicentis: *Non crederem Evangelio, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoveret Authoritas*, Sed & notiſſimum eſt quod Hieronymus in præfat. lib. Iudith ſcribit, ſe ſilicet prius dubitantem an prætatus liber inter canonicas ſcripturas ponendus eſſet, Eccleſiæ annuenti poſtmodum acquieviſſe his verbis: *Quia hunc librum Synodus Nicæna in numero Sacrarum Scripturarum legitur computaſſe, acquievi.*

39 Accedit etiam, &c.
Numerum Sacrorum librorum vide apud *Concil. Trident. ſeſſ.* 4. & ante illud *in Concil. Carthagin.* 3. *cap.* 47. *apud Gelaſium* 1. *Can. Sancta Romana. diſt.* 15. *in fin. Innocent.* 1. *epiſt.* 3. *Auguſt. lib.* 2. *de Doctrin. Chriſtian. cap.* 8. *& Iſidor. in lib. proemio: Scrip. & lib.* 6. *Etymolog. cap.* 1.

42 Sed quamvis &c.
Ex hac Simancæ Doctrina colligitur Hæreticos dici poſſe, & intra, & extra Eccleſiam. Intra Eccleſiam dicuntur, quia ſub ſpeciali Sacramentorum ſigno fidem aliquando profeſſi ſunt, cujus profeſſionis de cauſa, ab Eccleſia puniri poſſunt, ſicuti de facto puniuntur, cum anathematis gladio feriuntur. Extra Eccleſiam poſtea nuncupantur, eo quoniam fidem rejicientes, ipſi quoque ab Eccleſia, tanquam membra putrida rejiciuntur, nec ullam inviſibilem unionem cũ Chriſto ſortiuntur. *Vide Tom. Del Bene de loc. Theolog. part.* 2. *dub.* 244. *nu.* 3.

De Epiſcopis. Titulus XXV.

SUMMARIUM.

1 EPiſcoporum munus proprium, & præcipuum.

2 Epiſcopi accuratiſſimè ſtudere debent, ne aliquod hæreticum dogma ſuam diœceſim inficiat.

3 Epiſcopi jure divino obligantur, ut gregem ſibi commiſſum diligentiſſimè cuſtodiant.

4 Inquiſitoribus cur datum ſit munus damnandi hæreticos, quod olim ſolis Epiſcopis injungebatur.

5 Epiſcopi, & Inquiſitores quo pacto ſe gerere debeant, apud Hiſpanos in hæreticorum cauſis.

6 Vicarius Epiſcopi, vel Capitulum ſede vacante, aſſiſtere poſſunt Inquiſitoribus loco Epiſcopi.

7 Epiſcopi hæretici ab omnibus accuſari poſſunt.

8 Inquiſitores dicta teſtium adverſus Epiſcopum hæreticum poſſunt recipere.

9 Epiſcopus hæreticus cur privandus ſit Epiſcopatu.

10 Epiſcoporum cauſæ ad Summum Pontificem omni jure pertinent.

11 Epiſcoporum conſecratorum cauſa, aut eorum, quos ipſe Summus Pontifex elegit, Papæ committenda eſt, non autem eorum, qui à Capitulis, vel ab aliis electi ſunt.

12 Epiſcopi, quos titulares vocant, à quibus puniri debeant.

De Epiſcopis.

1 INter alia munera Epiſcoporum graviſſima, illud proprium, ac fere præcipuum eſt, quòd oves ſibi commiſſas diligenter cuſtodire debent à lupis rapacibus, ideſt ab impiorum, & hæreticorum venenatis doctrinis. *Nec enim ulla poteſt eſſe paſtoris excuſatio*, ut Beatus Gregorius inquit, *ſi lupus oves comedit, & paſtor neſcit.* Unde per Ezechielem Prophetam Deus loquens paſtoribus ait: *Vivo ego, quia pro eo quod facti ſunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem omnium beſtiarum agri, eo quòd non eſſet paſtor (nec enim quæſierunt paſtores mei gregem meum; ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant) propterea paſtores audite verbum Domini: hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare eos faciam, ut ultra non paſcant gregem; nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos.* Accedit etiam, quòd in Apocalypſi Joannis Deus reprehendit Epiſcopum quendam, eo quòd tolerabat eos, qui ſequebantur doctrinam Balaam, & Nicolaitarum, & Epiſcopo Thyatiræ Eccleſiæ dicit; *Novi opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & miniſterium, & patientiam tuam, & opera tua noviſſima plura prioribus: ſed habeo adverſus te pauca, quia permittis mulierem Jezabel, quæ ſe dicit propheten, docere, & ſeducere ſervos meos, fornicari, & manducare de idolothytis. c. pen. de regu. juris. Ezechielis 34. Apocalypſis 2.*

Ezech. 34. *Apocalyp. 2.*

2 Ipſi quoque Apoſtoli canone quodam præceperunt, ut bis in anno Epiſcoporum concilia celebrentur, ut inter ſe invicem dogmata pietatis explorent, & in Concilio Milevitano decretum eſt; ut negligens Epiſcopus, qui non curaverit convertere hæreticos ad unitatem catholicam, communione privetur, quòd ſi mentitus fuerit de converſione illorum, Epiſcopatum amittat. Et in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio tertio, ſic definierunt Patres: *Si quis Epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hæreticæ pravitatis fermento negligens fuerit, vel remiſſus, cum id certis indiciis apparverit, ab Epiſcopali officio deponatur, & in loco ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui velit, & poſſit hæreticam confundere pravitatem.* Ad poſtremum, in Concilio Baſilien. hoc decretum extat: *Præcipua in ipſa Synodo Epiſcopi cura ſit, inquirere, ac debitis modis occurrere, ne aliquod dogma hæreticum, erroneum, & ſcandaloſum, ſortilegia, divinationes, incantationes,*

Can. 38. *Milevitanũ Concilium.* *Concil. Lateranen.* *Baſilienſe Concil.*

ſuper-

ſuperſtitiones, & quævis diabolica figmenta diœceſim ſuam inficiant. Apoſtolorum Can. 38. Concilio Milevitano cap. 25. Lateranenſi cap. 3. Baſilienſi ſeſſ. 15.

3 Eſt igitur ſollicitudo hęc jure divino Epiſcopis injuncta, & illis ſolis ea cura olim jure Pontificio commiſſa, & conceſſa erat, etiam ante conſecrationem, ſi modo erant electi, & confirmati, quia hoc juriſdictionis eſt. Quamobrem Sylveſter Papa conſtituit, ut hæreticum reſipiſcentem Presbyter non ſuſciperet, niſi Epiſcopus loci deſignati. Et Gelaſius epiſtola quadam docet, ſolum Pontificem, & Epiſcopos damnare poſſe Apoſtatas, & hæreticos ſine aliorum conſenſu: & cum pluribus aliis Conciliorum, & Pontificum decretis id ipſum ſæpiſſimè conſtitutum eſt. *c. ad abolendam de hæret. Ambro. Catharinus in ſpeculo hæreticorum cap. 1. Feli. in c. eam te. de reſcrip. nu. 5. cum ſeq. Joan. de Selva. tract. de benef. 2. quæſt. prima partis num. 32.*

4 Sed hodie munus hoc Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis mandatum eſt: ſivè propter varias Epiſcoporum curas, ſivè propter quorundam abſentiam, vel ignaviam, vel imperitiam; non tamen abrogatur ob eam cauſam ordinaria juriſdictio Epiſcoporum; Sed utrique poſſunt cognoſcere ſimul, aut ſeorſum: *(a)* ſed cum ſeorſum procedunt, tenentur communicare ſibi acta judicii, & per utroſque ſimul ſententia eſt proferenda, niſi fortè prius invicem ſibi detulerint. Si verò concordes non fuerint in pronunciando, tunc remittenda eſt cauſa inſtructa ad Apoſtolicam Sedem. Præterea eundem ordinem ſervare tenentur Epiſcopi in procedendo, quem Inquiſitores ſervant. *c. per hoc. de hæreti. lib. 6. & illic Domi. & alii extravag. ex eo. eodem tit.*

5 Sed hæc ferè omnia in Hiſpania longè aliter hodie fiunt; nam cum Epiſcopi, & Inquiſitores non ſunt concordes, remittitur cauſa inſtructa ad Senatum Sanctæ Inquiſitionis. Prætereà cum Epiſcopi non habeant ſecretum carcerem, nec Miniſtros idoneos ad procedendum adverſus hæreticos, non poſſunt ſervare ordinem illum, qui præfinitus eſt Inquiſitoribus; quamobrem uſque eo tantum procedere debent, ut in hæreticos, vel ſuſpectos inquirant, & ſummariam probationem Inquiſitoribus ſecretò mittere debent: aut ſi fortè reos comprehenderint, ne fugerent, tenentur protinus eos mittere ad Inquiſitores: alioqui cauſam omnem ita confundent, ut vix, aut nunquam veritas inveniri queat: quod ego frequenter Vicariorum imperitia contigiſſe ſcio: ideoq; id, mea ſententia, lege Pontificia providendum eſſet. Interim verò Rex noſter ſcribere ſolet Epiſcopis, ut eas cauſas ad Inquiſitores mittant.

6 Illud prætereà ſtatutum eſt, ut Vicarius Epiſcopi aſſiſtere poſſit Inquiſitoribus loco Epiſcopi: quod hodie frequentius fieri ſolet; nam vel Vicarii, vel alii ab Epiſcopis delegati adſunt Inquiſitoribus, quoties opus eſt; ipſi verò Epiſcopi rarò hunc laborem ſubeunt: ſed tunc demum admittendus eſt Vicarius Epiſcopi, cum ſuſpectus non erit, nec ex genere Judæorum; alioqui repellendus eſt, ut quadam epiſtola generalis Inquiſitoris plenius cōtinetur. Capitulum quoque, ſede vacante, ſuccedit in locum Epiſcopi, ut in pleraque alia, ita etiam in hoc munus. Item Epiſcopus procedere poteſt adverſus hæreticos, quantumvis exemptos ab ordinaria juriſdictione; id tamèn facere debet jure delegato; non autem jure ordinario, ut Joannes Andreas Felinus, & cæteri tradunt. *c. ut commiſſi §. privandi de hæreti. lib. 6. cap. ad abolendam. eo. tit. lib. 5. & illic Joan. And. Card. Feli. & alii glo. & cæteri in Clem. 2. de hæreti.*

7 Et quamvis Epiſcopi non facilè ſint accuſandi, præſertim ob ovibus ſuis; ſi tamen hæretici fuerint, accuſari ab omnibus poſſunt: quod jam olim decretum eſt in ſecunda Synodo Romana ſub Symacho Papa hoc verborum tenore: *Oves, quæ ſuo Paſtori commiſſæ ſunt, eum nec reprehendere, niſi à fide exorbitaverit, nec ullatenus accuſare poſſunt.* Cæterum cautius agendum eſt, ubi cauſa Epiſcoporum tractatur, nec Inquiſitores procedere queunt adverſus Epiſcopos, aut Superiores Prælatos, niſi expreſſim id fuerit eis commiſſum. Cæterùm ſi cognoverint illos hæreticos eſſe, vel infamatos de hæreſi, vel ſuſpectos, debent hoc Sedi Apoſtolicæ nunciare; Sed Inquiſitores Hiſpaniæ conſulent generalem Inquiſitorem, & Senatum, ab eis autem conſuletur Papa. *c. Inquiſitores de hæret. lib. 6. c. Oves. c. Accuſatio 2. quæſt. 7.*

8 Sed

8 Sed quamvis nequeant Inquiſitores contrà Epiſcopos inquirere, poterunt tamen dicta teſtium adverſus eos recipere, ut eorum hæreſes Sedi Apoſtolicæ nuncient. Nec enim aliter ſcire, aut invenire poſſunt illos crimen hæreſeos commiſiſſe. Adde quòd is etiam, qui judex non eſt, nihilominus poteſt contra reum teſtimonia accipere, ut eum ad ſuum judicem cum elogio mittat. *c. Inquiſitores de hæreti. lib. 6. l. 1. C. de exhiben. reis. l. divus. ff. de cuſto. reo. l. 3. in princi. ff. de re milita. l. nequit ff. de incen. ruina. naufra. extravagan. cum Matthæus de hæreti. in fine.*

9 Epiſcopus autem hæreticus privatur Epiſcopatu, quia ex paſtore factus eſt Lupus, & Eccleſiæ membrum eſſe deſiit. Unde in Synodo Colonienſi ſub Julio primo. Eufrata hæreticus privatus fuit Epiſcopatu. Et actione tertia Concilii Calcedonenſis, Dioſcorus Epiſcopali dignitate, & omni Sacerdotali Miniſterio propter hæreſim fuit privatus. Sic etiam actione prima quinti Concilii Conſtantinopolitani, Anthimius Archiepiſcopus, & quidam Epiſcopi depoſiti fuere. Sic Paulus Samoſatenus dejectus fuit Epiſcopatu. *Author Euſebius lib. 7. Eccleſiaſt. hiſt.* Sic in alia Synodo Conſtantinopolitana Marcellus Epiſcopus hæreticus depoſitus fuit, ut apud Sozomenum eſt, *lib. 3. hiſt. trip.* Sic etiam alii hæretici privati ſunt Epiſcopatu in Concilio Sardicenſi, in cujus epiſtola Synodali Patres inquiunt: *Generali eos decreto Sanctum Concilium Epiſcopatu depoſuit, decrevimuſque, non ſolùm Epiſcopos eos non eſſe, ſed neque communionem eum fidelibus promereri:* quod Theodoritus retulit libro quarto hiſt. trip. Et, ut jam finiam, Nicephorum in Eccleſiaſtica hiſtoria eſt author, Neſtorium fuiſſe depoſitum in Epheſina Synodo, & in alia Synodo Eutycetem, & alibi alios. Sed ſi Epiſcopus pertinax fuerit, vel relapſus, aut impenitens, degradandus, & cremandus eſt; Epiſcopi enim, & Clerici pertinaces exaugurandi, reſecrandi, & inſulis exuendi ſunt. *Hiſt Eccl. lib. 7. cap. 26. & lib. 3. tripartita cap. 9. & lib. 4. cap. 24. cap. 1. & cap. ſuper eo. de hæret. lib. 6. c. ad abolendam c. pen. eod. tit. lib. 5. Nicephorus lib. 6. cap. 28. cum ſeq. & lib. 14. cap. 34. & c. 47.*

Epiſcopi ob Hæreſim Epiſcopatu privati.

10 Cum autem Epiſcopus hæreticus repertus fuerit, conſulendus eſt omninò Summus Pontifex, ad quem Epiſcoporum cauſæ omni jure pertinent. Quod vel ex epiſtola generali Concilii Alexandrini ſatis conſtat: cujus verba ſunt: *Antiquis regulis ſancitum eſt, ut quidquid, quamvis in remotis, & longè poſitis Provinciis ſuper Epiſcoporum querelis, & accuſationibus ageretur, non prius accipiendum eſſet, quàm ad notitiam Apoſtolicæ Sedis fuiſſet pronunciatio prolata, ne paſſim ab accuſatoribus, aut calumniatoribus columna convellerentur Eccleſiæ.* Item Anacletus epiſt., quam univerſæ ſcribit Eccleſiæ, aſſerit hoc ſtatutum fuiſſe ab Apoſtolis juſſu Salvatoris. Quod multis epiſtolis docent eſſe ſervandum Evariſtus, Sixtus primus, Anicetus, Victor, Cyprianus, Sixtus ſecundus, Zephirinus, Marcellus, Melchiades, & alii multi ſanctiſſimi, doctiſſimi, & antiquiſſimi Patres; quorum verba non deſcribimus faſtidii vitandi cauſa. Sed præterire non poſſum decretum illud Concilii Niceni: *Dudum à Sanctis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus in antiquis decretis ſtatutum fuerat, non opportere præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari, nec Epiſcopos damnari.* Vide *Cyprianum epiſt. 4. lib. 1. Gratianum in decretis Patrum 2. quæſt. 7. Nicephorum lib. 9. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 8. Alber. Pighium lib. 6. hierar. eccleſiaſtica cap. 6. & deinceps Gonſalum de hæretica pravitate quæſtio 17.*

11 Sed hæc omnia accipienda ſunt de Epiſcopis conſecratis, non autem de electis à Capitulis, vel ab aliis, præterquam ab ipſo Papa. Nam ſicut illi nondum verè ſunt Epiſcopi, antequam approbati, & conſecrati ſint; ſic etiam, qui electi ſunt à Summo Pontifice puniri non debent, eo inſciente. *Extravagan. ex eo. de hæreti glo. in c. 1. de religio. domi. Felt. in c. eam te. de reſcript. & illic Blaſius Auriolus, & cæteri Joan. de Selva tractatu de beneficio, parte 1. quæſt. 2. nu. 31. Bertachi. lib. 3. de Epiſcopis, parte 4. ſecunda partis.*

12 Majus tamen dubium eſt, de Epiſcopis, quos titulares nominant, qui videntur nomine tantùm Epiſcopi, ac proinde cenſeri poſſent his privilegiis indigni; ſunt enim Paſtores ſine ovibus, & Præſules ſine diœceſi; attamen, cum ſint creati à Summo Pontifice, & verè ſint Epiſcopi, & interdum his opus ſit, in magnis præſertim diœceſibus, neceſſarium fore cenſeo,

ut

ut etiam de criminibus eorum Summus Pontifex conſulatur. *Clem. in pleriſque de electio. Gerſon parte 1. tracta. de ſtatibus Eccleſiaſticis. tit. de ſtatu Prælatorum, conſider. 8. Ludo. Gomes in regula Cancellariæ de annali poſſeſſore q. 47. Alva de Conciliis parte 2. §. 4.*

ANNOTATIONES.

1 Inter munera Epiſcoporum &c.

Munus hoc cuſtodiendi ab Hæreticorum erroribus gregem ſibi commiſſum adeò incumbit Epiſcopis, ut ſi qui ſint, qui Diæceſim ſuam ab Hæreſibus purgare negligant, non ſolùm puniendi ſint, ſed ab Epiſcopali dignitate inſuper deponendi. *Cap. excommunicamus. el. 1. §. Volumus de Hæret.* Vide *Pegnam in addit. ad Eymeric. 2. part. direct. comment. 2. ad cap. Qui alios extra de Hæret. Verſ. Epiſcopi ergo*; ubi etiam *Verſ. Atq; hæc dicta* qui Cauſas, ob quas quandoque Epiſcopi hæreſes à Diæceſi prohibere non valent, cum tamen prohibere deſiderent, adnumerans, concludit hos quoque peccare graviſſimè, & contrahere etiam Hæreſis ſuſpicionem, majorem, vel minorem pro qualitate impedimenti, & circumſtantiæ, ob quam deſinunt in hæreticos animadvertere. *Vide etiam Iacob. de Graff. lib. 4 ſuar. deciſ. cap. 18. nu. 21. Farinac. de Hæreſ. quæſt. 182 §. 2. nu. 24. & quæ adducit cap. ſequen Simanc.*

3 Eſt igitur ſollicitudo hæc &c.

Ex hac Doctrina, quæ veriſſima eſt, & nullam patitur exceptionem, collige diſcrimen, quod intereſt inter Epiſcopum, & Inquiſitorem procedentes cõtra hæreticos in cauſa fidei; Nam Epiſcopus procedit poteſtate ordinaria, & quandoque etiam delegata; Inquiſitor verò ſemper poteſtate delegata procedit. Ex quo fit, quòd quando Epiſcopus poteſtate ordinaria procedit, eſt ſemper minor Inquiſitore, qui eſt Summi Pontificis delegatus; ſecus verò, quando procedit poteſtate delegata, æquiparatur Inquiſitori. *Vide Eymeric. 3. part. Direct. quæſt. 5. num. 1. & ibidem Pegna comment. 54. Verſ.* Præcipua hujus quæſtionis concluſio eſt.

4 Sed hodie munus hoc Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis mandatum eſt.

Notandum hic quòd poteſtas, & juriſdictio Inquiſitorum cœpiſſe dicitur tempore Gregorii IX. nempe anno 1230. nam ab initio naſcentis Eccleſię uſque ad id tempus Inquiſitoris nomen, & juriſdictio apud ſolos Epiſcopos fuit; hi enim in ſuis Diæceſibus hæreticos inquirebant, & inquiſitos debitis mulctabant pœnis. Vide *Conrad. Brun. lib. 3. de Hæret. cap. 5 ſupra lib 1 cap. 3. & ſeq. relatum à Pegna lib. 2. praxis Inquiſit c 62 § 1.* Et quamvis hodie præter Epiſcopos, etiam adſint Inquiſitores Apoſtolici; Iuriſdictio tamen hæreticos inquirendi, & contra ipſos procedendi ab Epiſcopis non receſſit, ſed imperturbata remanſit, quam in ſua conſecratione recipiunt, ut Apoſtolorum ſucceſſores, & actu exercere tenentur, cum Epiſcopatuum poſſeſſionem adepti ſunt; conſtat namque Apoſtolicos Inquiſitores Pontificia authoritate ſic conſtitutos fuiſſe, ut Epiſcopos adiuvarent, non ut eorum munus, & authoritatem impedirent. *Item Pegna loc nuper cit. nu. 3. & § 2. nu. 7.*

(a) Sed cum ſeorſum procedunt &c.

De communicatione proceſſuum mutuò facienda ab Inquiſitoribus, & Ordinariis, cum ſeorſum procedunt, vide *Benedicti XI. Conſtitutionem, quæ habetur inter Extravagantes Communes tit. de hæret. & incipit* Ex eo *ſicuti Eymericum in 3. parte Direct. quæſt. 47. & ſequen. uſque ad 53.* ubi de hac materia *ibi Pegna in Comment.*

5 Sed hæc ferè omnia in Hiſpania &c.

Senatum fortaſsè S. Inquiſitionis Hiſpaniæ intellexit inſtructio Madriliana Anno 1541. edita, dum cap. 66. dicit, quòd in omnibus caſibus, in quibus contigerit ſuffragiorum diſcrepantia inter Inquiſitorem, & Ordinarium, debeat cauſa ad Senatum ſupremum Inquiſitionis remitti; Partem, quæ ad rem noſtram facit, hujus inſtructionis de Hiſpanico in ſermonem latinum redditam, *lege apud Pegnam in addit. ad Eymeric. 3. parte Direct. Comment. 99. Verſ.* Iam illud ulterius.

6 Illud prætetea ſtatutum eſt &c.

Quamvis Vicarii Generales Epiſcoporum paſſim Inquiſitoribus aſſiſtant hodie, quemadmodũ etiam Vicarii Capitulares; multi tamen Doctores ſunt, qui docent, quòd nec Vicarius Generalis Epiſcopi, niſi habeat ſpeciale mandatum, vel in ejus deputatione expreſſum ſit aliquid de his, quæ requirunt ſpeciale mandatum, adjecta clauſula Generali, nec Vicarius Capitularis, ſede Vacante, poſſunt cognoſcere de hæreſi, & in ejus crimine ſunt Iudices competentes. *hos citatos vide apud Farinac. de hæreſ. quæſt. 186. §. 1. num. 13. & §. 11. nu. 181. & 182.*

7 Et quamvis Epiſcopi &c.

Nota quòd licet Inquiſitoribus prohibeatur ne procedant contra Epiſcopos in hæreſis crimine, cum eorum cauſæ Apoſtolicæ Sedi ſint reſervatæ, *ut in c. Inquiſitores de hæret. lib. 6. & per Triden. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 5.* adhuc tamen tradunt multi, ſi Epiſcopi ſuſpecti eſſent de fuga, vel aliquid molirentur, quod in manifeſtum fidei detrimentum, & fidelium perniciem verteretur, ut v.g. ſi hæreſes prædicarent, fideles ſeducerent, aut quid ſimile horrendum patrarent, poſſe tunc Inquiſitores eos ſaltem Carceri mancipare, & cuſtodire, donec Summum Pontificem certiorem reddant. Quod etſi probabile judicet, non tamen ità facile in praxi mittendum docet Pegna. Hunc vide *in addit. ad Eymeric. 3. part. Direct comment 76. Verſic.* Rurſus ſi Epiſcopus, *& ſequen.*

10 Cum autem Epiſcopus &c.

Nota quòd hodie Epiſcoporum Hæreticorum cauſæ ab Eminentiſſimis Dom. Cardinalibus Generalibus Inquiſitoribus in univerſa Chriſtiana Republica cognoſcuntur ex facultate ſibi tradita à Pio IV. in Conſtitutione quadam edita de Anno 1563. quæ incipit: *Romanus Pontifex.* Vnde fit quod etiam in his caſibus ipſi Eminentiſſimi Cardinales ſint conſulendi: Vide *Pegnam in addit. ad Eymeric. 3. part. Direct. quæſt. 27. comment. 76. Verſ.* Illud poſtremò, *& Farinac. de Hæreſi. quæſt. 186. §. 5. num. 123.* quemadmodum Bullam hanc lege ab eodem Pegna relatam inter literas Apoſtolicas pro Officio S. Inquiſitionis poſt Directorium, fol. mihi 128.

11 Sed hæc omnia accipienda &c.

Nota quòd in Epiſcopis electis tantùm à Capitulis, & nondum conſecratis, valet hæc Simancæ Doctrina, ante quam eorum electio à Sede Apoſtolica

ſtolica

ſtolica ſit confirmata; poſt quam enim Summus Pontifex Epiſcoporum electionem à Capitulis factam, ratam habuit; tales tunc Epiſcopi Iuriſdictionem habent Epiſcopalem, & per conſequens, hoc privilegio frui debent. Vide *Molin. tom. 2. de Iuſtit. & Iure tract. 5. diſp. 17. nu. 19.* quem pro ſe citat *Del Bene de Off. S. Inquiſit. & hær. par. 1. dub. 24. nu. 2.*

12 Majus tamen dubium &c. Collige ex hac Doctrina quòd licet Epiſcopi titulares nomine tenus videantur tantùm Epiſcopi; reapsè tamen ſunt verè Epiſcopi, & verè Epiſcopali Dignitate ſunt inſigniti. Vide *Suarez de fide diſp. 20. ſect. 4. nu. 25. Villadiego de hæreſi. q. 7. & alios,* quos pro ſe citat *Del Bene loc. ſupracit.*

De Errore, & Ignorantia. Titulus XXVI.

SUMMARIUM.

1 *Errare quid ſit, & quot modis errare contingat in fide.*

2 *Errare malitia in fide quot modis poſſit unuſquiſque.*

3 *Ignorantia quot modis erretur in fide.*

4 *Ignorantia craſſa errans in fide, parum abeſt ut hæreticus conſumatus cenſeatur.*

5 *Ignorantia probabili errans in fide abſque pertinacia, hæreticus cenſendus non eſt.*

6 *Ignorantia inſuperabili errans in fide, is proculdubio culpa caret.*

7 *Ignorantia errans in fide, negligentiæ peccatum, non hæreſim incurrit.*

8 *Ignorantia errans cum hæreticus non ſit, pœnis hæreticorum puniri non debet.*

9 *Ignorantia ſancta curioſitati contraria, virtus eſt maxima.*

10 *Homines docti vix excuſari poſſunt ignorantia.*

11 *Ignorantia juris naturalis, & divini neminem excuſare poteſt.*

De Errore, & Ignorantia.

Hæreſis definitio.

1 Cum hæreſis vix aliud ſit quam error pertinax in fide, operæ pretium erit videre qualis error ille ſit, qui errantem facit hæreticum; non enim omnis qui errat, hæreticus eſt. Multis autem modis errari poteſt in fide, ſed præcipuè duobus: malitia, & ignorantia. Error malitiæ habet pertinaciam admiſtam, & hic eſt, qui facit conſumatum hæreticum; error autem ignorantiæ plerumque pertinacia caret: quam ob cauſam interdum leviori pœna, ſæpe etiam venia dignus eſt: quod Plato, Ariſto, & alii ſæpiſſimè docuerunt. Eſt autem errare, habere falſum pro vero, aut verum pro falſo, vel certum pro incerto, aut incertum pro certo: quemadmodum *Augu. in Enchiridio. tradit. Plato lib 9. de leg. Ariſt. lib. 1. poſter. c 12. & lib. 3. ethi. cap. 1. Alphon. lib. 2. de poteſtate legis pœnalis cap. 14. Titelmanus lib. 11. de conſideratione rerum naturalium cap. 19. Auguſti. in Enchiridio. cap. 17.*

Erroris definitio.

2 Malitia errat in fide is, qui ſciens veritatem Catholicam, & credens illam eſſe veram, aſſerit contrarium errorem, quod quidem feciſſe creduntur multi callidi, ac peſſimi hæretici, qui lucri cupiditate falſa dogmata cõſultò rudioribus vendiderunt. Quod & Beatus Gregorius tradit lib. 20. in Job. cap. 12. his verbis: *Plerumque hæretici ſola in verbis ſuis exteriora lucra ſectantur; neq; ignorant, quia perverſa aſtruunt, ſed erroris prædicamenta non deſerunt, dum ſumptus percipere quaſi doctorum volunt*, & Theophilatus, in epiſt. ad Phil. cap. 1. *Hæretici de induſtria, & præcipua intentione recta non prædicant, ſed perverſa, & adulterina; propter hoc, quod perverſus illis ſcopus eſt*, & in epiſt. 1. ad Tim. cap. 4. in verbis illis: *In hypocriſi loquentium mendacium*, adjungit: *hoc eſt, ea quæ mentiuntur, non per ignorantiam mentiuntur, verùm ſcientes vana eſſe, ſimulant ſe tanquam vera dicere.* Quamvis autem iſti non videantur errorem habere in intellectu; peſſimi tamẽ hæretici ſunt, & ut tales accerbius puniendi, ut in Enchiridio copioſiùs diſputavi. Huic affinis eſt illorum error, qui ſcientes, quid ſancta doceat Eccleſia, ipſi nihilominus contrarium pertinaciter verum eſſe putant, præponentes errores ſuos doctrinę Sanctorum, & Eccleſiæ Catholicæ; cujuſmodi ſunt hæreticorum plurimi, & præci-

puè

puè hujus temporis, qui ſuperbia, malitia, & vanagloria cæci, Eccleſiæ doctrinam parvi pendentes, lucem dicunt eſſe tenebras, & tenebras lucem; atque hi quidem ignoratione, & non ignorantia errant. Nam, ut inquit Svidas: *Si quis ignorationem, ſcientia privationem eſſe dicit, errat; eſt enim ignoratio babitus pravus, & errans.* Illi demum malitia errare cenſentur, qui turpiter ignorant aliquam fidei veritatem, quam explicitè ſcire tenentur, contrarium errorem pertinaciter credunt non parati ad correctionem, veritate cognita, quæ pertinacia eos quoque facit hæreticos, qui errant in his, quæ tunc explicitè ſcire non tenebantur. De his erroribus loquitur Epiphanius lib. 1. contra hæreſes dicens: *Error ſemper pertinax eſt, & ad fraudem; cæca enim eſt malitia, & error ſtolidus eſt*; & iterum: *Spiritus erroris eſt, velut ſtatus in tibia, diverſis motibus concitans unumquemq; ſtolidum contra veritatem*, & rurſus lib. 2. *Omnis error hæreticorum babet primùm cæcitatem, deinde vanitatem* lib. 1. hæreſi 19. & hæreſi 25. lib. 2. hæreſi 53.

Ignorationis, & ignorantiæ diſcrimen.

Ignorantiæ ſpecies.

3 Cum autem ſint plures ignorantiæ ſpecies, multifariam in fide ignorantia errari poteſt: ut puta ignorantia affectata, vel craſſa, vel probabili, vel inſuperabili. Qui errat ignorantia affectata, in malitia errat, nec excuſationem habet apud Deum, nec apud homines; præſertim ſi ejus error ſit in re graui, quam explicitè ſcire tenebatur, de hac enim ignorantia loquens Propheta Regius ait: *Noluit intelligere ut bene ageret*: & Apoſtolus priori epiſtola ad Corinth. *Qui ignorat ignorabitur*. Judices verò ex qualitate dogmatum, perſonarum, & errorum, diudicare melius poterunt malitiam, & culpam errantis. *Pſalmus 36. & 1. Cor. 14 Juſtinus Philoſophus quæſt. 140. c. excellentiſſimus 11. quæſt. 3.*

Pſalm. 36.

1. Corinth. 14.

4 Ille quoque, qui craſſa ignorantia errat in fide, penè eſt, ut pro hæretico conſumato habeatur: Non enim credendus eſt quiſpiam ea ignorare, quæ cunctis divulgata ſunt, & omnes ſciunt, & intelligunt, & quæ ille met, qui errat, tenebatur explicitè ſcire: nimirum fidei articulos, præcepta decalogi, & ſi quæ ſunt generis eiuſdem, in quibus ſi quis errauerit, jure, ac meritò cenſetur hæreticus, niſi fortè fuerit uſque adeò ignorans, ruſticus, & ſtupidus, ut judicibus perſpicuum ſit, illum caruiſſe malitia, & ab omni pertinacia fuiſſe alienum; tunc enim de culpa, non autem de hæreſi puniendus eſt, qua in re ferè ſola melioris conditionis ſunt ſtulti, quàm periti. His accedit Plato qui dial. 9. de legibus ait: *Ignorantiam quandam eſſe ſimplicem levium peccatorum cauſam; aliam verò duplicem, quando non ignoratione ſolùm quiſpiam detinetur, ſed etiam ſapientiæ opinione inflatus, quæ omninò ignoret, ea ſcire ſe prorsùs exiſtimat. Hanc*, inquit, *ſi vires, roburque conſecuta fuerit, ingentium, turpiſſimorumque ſcelerum cauſam eſſe: ſin autem imbecillitate prematur, peccata inde profecta, peccata quidem eſſe, & illis tanquam peccantibus leges præſcribendas eſſe, ſed mitiſſimas omnium, plurima, quæ venit, & indulgentia plenas. l. lata culpa de verb. ſignif. l. quod nerva depoſiti. l. plurimum, l. nec ſupina. de juris, & facti ignoran. l. ſi Titius 48. ff. de fidejuſſori l. 4. ff. quod vi aut clam Thomas in priorem Pauli epiſtolam ad Corin. lect. 4. Canus lib. 12. de locis Theologicis cap. 10.*

5 Sunt qui errant in fide ignorantia probabili, putantes aliquid eſſe verum, quod quidem contrarium eſt alicui veritati catholicæ, quam explicitè ſcire non tenebantur; & neque pertinaciam habent, neque malitiam: ſed parati ſunt ad ſuſcipiendam ſanam doctrinam. Hi autem nil minus quàm hæretici ſunt: quia, ut Cyprianus inquit, elegantiſſimo illo tractatu, quem contra Demetrianum ſcripſit: *Qui ad malum motus eſt mendacio fallente, multo magis ad bonum mouebitur veritate cogente.* Et ſicuti ait Hieronymus in prologo in epiſtolam ad Romanos: *Qui cognitum illicò ſequimur, olim utique ſequeremur, ſi antea cognoviſſemus.* Et Auguſtinus alibi: *Qui ſententiam ſuam, quamvis falſam, atque perverſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt, quærunt autem cauta ſollicitudine veritatem, corrigi parati cum eam invenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi.* Demum quiſquis probabili cauſa non pertinaciter errat, is non habet electionem contradicentem doctrinis Eccleſiæ, relinquitur ergo, ut hæreticus non ſit: & hæc Theologorum, & Juriſperitorum conſtantiſſima ſententia eſt. *c. dicit Apoſtolus 24. quæſt. 3. l. 2. ff. ſi is qui teſta. liber eſſe iuſſus erit. c. 1. 29. quæſt. 1. Tho. Cajeta. & cæteri 2. 2. quæſt. 10 art. 2. Inno. Bal. Abbas, &*

ingens agmen in c. 1. de Summa Trini. Joan. Anania, & Felinus in c. 1. de hæreti. Pau. Jaſ. & cœteri in rubri. C. de Summa Trini. Gerſon. tractatu de proteſtatione conſiderat. 11. Cardi. in Clem. 1. de hæreti. Lupus allegatione de hæreſ. §. 5. Alber. Pigbius lib. 4. hierar. Eccleſiaſti. cap. 8. Alphonſus lib. 1. adverſus hæreſes cap. 9. Alberti. lib. de agnoſ. aſſertio. catholi. quæſt. 36. nu. 6.

6 Qui autem erraret ignorantia inſuperabili, id eſt, quam ſuperare non potuit, faciendo quidquid facere debuit, ut illam vinceret, is proculdubio culpa caret, nec malitiam habet, aut pertinaciam, nec aliqua pœna coercendus eſt; ſicuti nec illi puniendi ſunt, qui bona fide veritatem quærentes, in rebus difficillimis aberraverint. Nam & ob eam cauſam viri ſanctiſſimi, atque doctiſſimi erraſſe interdum deprehenduntur, nullo ſuo vitio, aut culpa, ſed humana imbecillitate, ac rerum divinarum ſublimitate. Sic enim, Cyprianus, & alii, in rebus etiam fidei erraſſe nonnunquam inveniuntur: quorum errores ex ignorantia quadam naturali, ac penè inſuperabili procedentes, tantum abeſt, ut Catholicos illos Patres, hæreticos fecerint, ut potius intentione pia veritatem quærentes, non modo venia, ſed laude etiam ingenti digni ſemper, & ubique ſint habiti, & hic eſt error ille, de quo prudentiſſimè loquens Auguſt. dicere ſolebat, ut ajunt, *errare poſſum, ſed hæreticus non ero. Vincent. Lirinenſis lib. adverſus hæreſes fol. 9. Joan. Major. in lib. 2. ſent. diſtin. 22. quæſt. 22.*

7 Ille verò, qui ignorantia errat in fide, credens contrarium ejus, quod explicitè ſe re tenebatur, peccat quidem peccato negligentiæ, non tamen hæreticus eſt; aliud enim eſt hæreſis, aliud error ignorantiæ; nam hæreſis pertinaciam habet cum electione contraria doctrinis Eccleſiæ; error autem ignorantis, & ſi culpam habeat, ſi tamen pertinacia careat, nullo modo hæreſis eſt. Accedit etiam, quòd errans ignorantia, non eo ipſo conſentit errori: quid enim tam contrarium eſt conſenſui, quàm error, qui imperitiam detegit? Niſi forte cognita veritate nihilominus in errore perſiſtat; quia tunc errorem approbaret, & hæreticus pertinax eſſet. Quinimmò errorem approbare cenſetur qui non dolet ſtatim veritate cognita. Nam, ut apud

Diſcrimen inter errorem, & hæreſim.

Ariſtotelem eſt: *omne quod ob ignorationem eſt actum, non ſpontè quidem eſt actum; ab invito tamen id effectum eſt omne, pro quo dolet, qui egit, ipſumque pœnitentia ſubit. Qui namque ob ignorationem aliquid egit, & non fert moleſtè, ſe illud egiſſe: ſpontè quidem ſua non egit quod neſciebat: non tamen erit invitus, quippe cum non doleat ob id ipſum. l. ſi per errorem. de juriſdi. omni. judi. Ariſto. lib. 3. ethi. cap. 1. 29. q. 1. Armachanus lib. 15. de erroribus Armenorum cap. 25. Gerſon. lect. 5. de vita ſpirituali col. 5 Fran. Victoria 2. 2. quæſt. 11. art. 2. Alphonſ. lib. 1. adverſus hæreſes cap. 9. Tiraquel. de pœnis cauſa 11.*

8 Cum igitur hæreticus non ſit qui ignorantia errat, coercendus quidem non erit pœnis hæreticorum, ſed errores ſuos arbitrio judicum revocare debet purè, ſimpliciter, ſine conditione, voce ſua, & aſſeveratione conſtanti; ſed non tenetur fateri, ſe errando peccaſſe contra fidem catholicam, ſaltem mortiferè; neque poſt eam revocationem eſt illi pœnitentia injungenda, niſi fortè ſponte, vel ad cautelam, vel ex humilitate voluerit eam ſubire; neque infamia notabitur, neque aliquam hæreticorum pœnam patietur; quia nec eſt, nec fuit unquam hæreticus, niſi aliud ex circumſtantiis conſtiterit, ut jam ante dixi *num. 4.* & ità Theologi, & Juriſperiti ſentiunt. *Extravag. vas electionis in fine de hæreti. Gerſon. tracta. de proteſtatione. conſider. 11. Matth. Joan. deligna. & Cardi. in Cle. 1. de Summa Trini. lapus in Cle 1. §. ult. de uſuris Joan. Imo. in cle. nolentes de hæreti. Joan. Lupus allegat. de hæreſ. §. 4.*

9 Alia complura de ignorantia juris, & facti; paſſim apud alios invenies (nec enim omnia perſequi in animo eſt) hoc tamen unum præterire non poſſum, quod apud veteres quoſdam ſapientes me olim obſervaſſe memini: eſſe quandam ſanctam ignorantiam curioſitati contrariam, qua prudentes homines in rebus divinis nihil ultra vires ingenii humani ſcire conantur, de qua ignorantia loquens Lactantius lib. 2. divinarum inſtitutionum inquit: *Deus ea ſola ſcire nos voluit, quæ interfuit hominem ſcire ad vitam conſequendam, quæ verò ad curioſam, & profanam cupiditatem pertinebant, reticuit, ut arcana eſſent.* Et Theophylatus in priorem epiſtolam ad Timotheum:

Ignorantia ſancta.

theum: *Velle curioſè admodum divina ſcrutari, in blaſphemiam cadit.* Undè ſapiens
Prov. 25. in proverbiis ait: *Qui ſcrutator eſt majeſtatis, opprimetur à gloria.* Et antiquus ille Socrates dehortabatur, cœleſtia omnia, & quæ Dii machinentur, ſcrutari; nec enim hominibus facile eſt ea invenire, neque Diis eos facere grata arbitrabatur, qui ea quærant, quæ ipſi Dii in promptu, & manifeſta eſſe noluerunt. *Author Xenophon. lib.* 4. de factis, & dictis Socratis. *Vetuſtiſſimis quoque Germanis ſanctius, ac reverentius viſum eſt de actis Deorum credere, quàm ſcire*, ut Cornelius Tacitus lib. de moribus Germanorum retulit; unde illud frequens
Germanorũ effatum. apud eos: *De Deo credendum, non quærendum.* Et Iſidorus lib. 2. de ſummo Bono inquit: *Interdum quædam neſcire convenit; ea enim, quæ ſupra hominis intelligentiam ſunt, ſcrutanda non ſunt.* Et Beda in epiſtola ad Rom. *Eſt in nobis quædam, ut ità dicam, docta ignorantia, ſed docta ſpiritu Dei, qui adiuvat infirmitatem noſtram.* Et alibi ait: *Melior eſt fidelis ignorantia, quàm temeraria ſcientia. Lactantius lib. 2. cap. 9. Chryſoſtom. in cap. 1. Joan. homilia 6. & homilia 23. col. ult. & epiſt. ad Epheſ. ſerm. 19. & in epiſt. prima ad Thimotheum homil. 1. & in epiſt. 2. ad eundem homil. 8. col. antepen. & lib. 1. de providentia Dei, charta penult. & homilia 1. cum ſeq. de incomprehenſibili Dei natura. Theophylatus in priorem epiſto. ad Timo. cap. 1. Beda in epiſto. ad Roma. cap. 8. & cap. 9. Pet. crinitus lib. 12. de honeſta diſciplina cap. 8.*

10 Homines docti vix excuſari poſſunt ignorantia, ac fortaſſe, ne vix quidem; turpe enim illis eſt, ea ignorare, quæ profitentur, & quæ ſcire tenentur. Sic Nazianzenus oratione, in Athanaſii laudem inquit: *Nam plebeis hominibus, qui per errorem id admiſerint, ignoſcendum fortaſſe fuerit, quibus plerumque ſaluti eſt, quòd à curioſitate alienum animum habent; at doctori quo tandem modo idem concedemus, qui aliorum etiam ignorantias emendat, niſi id falsò ſibi nomen arroget? Nam cum Romanorum legem nemini, quamlibet ruſtico, & indocto, ignorare liceat, nec lex ulla extet, quæ facinoribus per ignorantiam commiſſis opem ferat; nonne abſurdum eſt, ſalutis doctores, & Antiſtites, ſalutis principia neſcire, etiam ſi aliòqui ſimpliciores animo ſint, craſſioriq; ingenio? l. 2. §. Servius autem Sulpitius ff. de origi. juris.*

11 Ignorantia quoque juris naturalis, & divini neminem excuſare poteſt; quia, ut inquit Chryſoſtomus homil. 12. ad populum Antiochenum: *Ab initio Deus hominem formans, legem ipſi naturalem indidit, & quid tandem eſt lex naturàlis? conſcientiam nobis expreſſit, & per ſe diſcibilem conſtituit bonorum, & contrariorum ſcientiam; non enim opus habemus diſcere, quòd malum eſt fornicatio, & bonum continentia; ſed ab initio hoc ſcimus, & ut diſcas, quod ab initio hoc ſcimus, legiſlator leges poſtea ferens, & dicens: Non occides; Non intulit, malum enim cædes, ſed ſimpliciter non occides, inquit: Prohibuit enim peccatum dumtaxat, non docuit. Quare igitur; qui dixit, non occides, non addidit, quod malum cædes, quoniam præveniens conſcientia nos hoc docuit, & tanquam ſcientibus, & intelligentibus ita loquitur.* Et in capite 14. epiſt. ad Rom. Sermo 26. *Non eſt putandum ad defenſionem ſufficere ignorantiam; erit enim, erit inquam quando, & ignorantiæ pœnas dabimus, quando ſcilicet, & ipſa ignorantia veniam non habebit. Nam, & Judæi ignorarunt, ſed ea ignorarunt, quorum ignorantia veniam non meretur: & Græci ignorarunt, ſed excuſationem non habent, quòd ſi ea ignoraveris, quæ ſciri non poſſunt, præter culpam eris; ſi verò quæ ſcitu, & poſſibilia ſunt, & facilia, extremas pœnas meritò dabis.*

ANNOTATIONES.

1 Cum Hæreſis vix aliud ſit &c.

Nota quòd Error, & Hæreſis inter ſe differunt tanquam genus, & ſpecies; Omnis enim Hæreſis error eſt, non autem è contra omnis Error, eſt Hæreſis; cum Hæreſis ſimpliciter errorem non dicat, ſed inſuper erroris determinationem ad ea, quæ ſunt fidei, importet. Ex quo fit quòd Error in fide, & Hæreſis pro eodem jure ſummantur; ut patet de Sum. Trin. & Fid. Cathol. in 6. c. Fideli, & eodem tit. in Clemen. c. Fide, ubi errores pro Hæreſibus accipiuntur; vide *Io: Roiam tract. de Hæret. part. 1. nu. 478. Turrecrematam in ſum. de Eccleſ. lib 4. part. 2. cap. 1. & 11. Albertinum tract. de agnoſcen. aſſertio. quæſt. 1. nu. 1. & ſequen. cum cæteris DD. paſſim.*

2 Malitia errat &c.

Notandum quòd Errantes modo in hoc capite à Simancha deſcripto, cum errore pertinaci detineantur, hæretici pertinaces, & conſumati dicuntur; pertinax enim error eſt, qui extat ex cognitione oppo-

ſitionis cum fide; cum ſcilicet quis ſuum Doctrinæ ſenſum cognoſcens adverſari Fidei Catholicæ, attamen propriæ opinioni vult adhærere, & ipſam contra Doctrinam Orthodoxam tueri. Vide *Valent. 2. 2. diſput. 2. quæſt. 11. punct. 1. diffic. 4. ad 2. Vaſquez. p. 2. diſp. 126. nu. 6. & Sanchez. lib 2. moral. cap 7. nu. 2. & ſequen.*

3 Cum autem ſint plures ignorantiæ ſpecies, &c.

De ignorantiæ ſpeciebus vide *Navarrum tom. 2. in comment. in 2. part. Decret. cap. 23. Rubr. de Inobed. nu. 45. Caſtropalaum tom. 1. tract. 2. de libert. & illius impedim. diſp. 1. punct. 5. nu. 1. & 2. & paſſim ſummiſtas omnes cũ D. Thoma 1. 2. quæſt. 6. art.* 8. Regulas vero ad judicandum in foro S. Tribunalis exteriori, an Ignorantia excuſet, quoties Ignorantiæ caſus occurrit, *lege apud Pegnam in addit. ad Eymericum 1. part. Direct. comment. 22. Quæſtionis 7. §. ſit prima Regula, & ſequen.*

4 Ille quoque qui craſſa ignorantia &c.

Quænam ſit illa craſſa ignorantia, quæ à pœnis excuſat; vide *Sanchez. de Matrim. lib. 9. de debit. conjug. diſp 32. num. 32. & ſequen.* & in materia Fidei quid dicendum de errante craſſa, & affectata ignorantia, *lege Thom. Del Bene de Off. S. Inquiſ. & hær. p. 1. dub. 13. ſect. 5. & 6. per totam.*

8 Cum igitur Hæreticus non ſit, &c.

Hanc Simancæ Doctrinam intellige de illa ignorantia, propter quam excluditur ex parte objecti ſcientia determinationis Eccleſiæ; hac enim ſublata, tollitur quoque ab Errante ſubſtantia hæreſis propriè ſumptæ; qua deficiente, in pœnas hæreticorum non incurrit. Vide *Banez in 2. 2. q. 11. art. 2. Coninch. diſp. 18. dub. 7. concl. 4 Suarez de fide diſp. 19. ſect. 3. nu. 9. & ſequen.* & alios permultos, quos affert, & pro ſe citat *Del Bene loc. nuperrcit.* Diſcrimen inter Errorem circa fidem ex ignorantia culpabili, & Hæreſim, lege ſubtiliſſime expoſitum ab eodem *Del Bene de Off. S. Inquiſit. & hær. par. 1. dub. 2. pet. 1. nu. 16.*

10 Homines Docti &c.

Nota hanc eſſe Fori externi praxim, quòd allegantibus ignorantiam in iis, quæ quis ex officio ſcire tenetur, vel quæ paſſim & communiter omnes eiuſdem qualitatis homines ſciunt, non credatur; quare ſi Epiſcopi, Sacerdotes; vel alii Viri aliòqui Docti erraſſent in articulis fidei, vel præceptis Decalogi, potius ex malitia, quàm ex ignorantia præſumendi eſſent erraſſe. *Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 37. nu 15. Menoch. conſ. 82. nu. 127. Pegna in addit. ad Eymeric. 1. part. direct. comment 22. quæſt. 7. & Farinac. de Hæreſ. quæſt. 179. §. 3. nu. 27.*

De Excommunicatione. Titulus XXVII.

SUMMARIUM.

1 *HÆretici omnes ipſo jure ſunt excommunicati, & tantùm à Summo Pontifice, vel ejus delegatis abſolvi poſſunt.*

2 *Excommunicationis pœna maxima, & formidanda.*

3 *Excommunicationem quid impius Lutherus eſſe ſentiat.*

4 *Excommunicatus, ſi per annum in excommunicatione pertinaci animo permanſerit, in hæreſis ſuſpitionem incidit.*

5 *Excommunicati non prius debent abſolvi, quàm Eccleſiæ plene ſatisfaciant.*

6 *Excommunicati, qui per menſem in excommunicatione permanſerint, regiis legibus cautum eſt, ut à judice ſeculari puniantur.*

7 *Excommunicari poſt mortem nemo poteſt, niſi fuerit hæreticus.*

8 *Maranatha qua dictio ſit, & quid ſignificet.*

9 *Hæretici tanquam excommunicati devitari ſolent, etiam priuſquam hæretici declarentur.*

De Excommunicatione.

1 HÆretici omnes ipſo jure ſunt excommunicati, & à communione fidelium diris proſcriptionibus ſeparati, & quotannis in cœna Domini excommunicantur a Papa; quam ob cauſam ab alio quàm ab ipſo Pontifice Maximo, vel ab ejus delegatis abſolvi nequeunt, ut alibi diximus. Hæc autem pœna ſtatuta eſt in hæreticos jure divino, vel certè ab eodem jure deſcendit. Nam quia Eccleſiam non audiunt, habendi ſunt tanquam ethnici, & publicani; & Apoſtoli eos devitandos eſſe, docuerunt *Matth. 18. ad Titum 3. Joan. epiſt. 2. cap. notandum 24. quæſt. 3. cap. ſicut. & c. excommunicamus de hæreti.*

2 Eſt autem excommunicationis pœna maxima quidem, & valde timenda, ut ex Pauli Epiſtolis conſtat. Undè Hieronymus ad Heliodorum ſcribens, epiſtola 1. inquit: *Presbytero, ſi peccavero, licet tradere me Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini Jeſu. Et in* *1. ad Corinth. 5.*

veteri

veteri quidem lege, quicumque Sacerdotibus non obtemperaſſet, aut extrà caſtra poſitus lapidabatur à populo, aut gladio cervice ſubjecta contemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens ſpirituali mucrone truncatur; aut ejectus de Eccleſia rabido Dæmonum ore diſcerpitur. Quod planiùs Theophylatus poſt Chryſoſtomum docet, explicans verba Pauli: *verùm quomodo aliquis dicet, Satanæ tradebantur? qui enim contumax eſſet, & minùs obediens, extrà Eccleſiam emittebatur, eiiciebaturq; à cætero grege, & nudus mox, & deſertus Lupis debebatur in prædam; Nam quemadmodum olim nubes tabernaculum obducebat; ſic Chriſti Eccleſiam Spiritus Sanctus. Quicunq; ergò ex Eccleſia fuerit ejectus, & Spiritu Sancto privatus, erit hic miſer perfacilis in capturam; tanti eſt ab aliorum conſortio, & communione repelli, cenſura: iſtiuſmodi namque mox Deus, & peccatis obnoxios, caſtigandi gratia, & morbis afficit, & malis urgebit.* Et Theodoretus: *ex hoc autem loco docemur, quòd eos qui ſegregantur, & ab Eccleſiaſtico corpore ſeparantur, invadit diabolus, eos gratia deſtitutos inveniens:* & Patriarcha Tharaſius dixit: *Pœna dira eſt anathema, procul à Regno Cœlorum expelli, & à Deo emitti, ducens in tenebras exteriores,* ut Paulus Diaconus retulit libro 23. rerum Romanarum. 1. *Corin.* 5. *& epiſt.* 1. *ad Timo. cap.* 1. & illic *Theophylatus poſt Chryſoſt. homil.* 5. *& Hieronymus ad Heliodorum epiſt.* 1. *cap. abſit* 11. *qu.* 3. *Lindanus lib.* 4. *Panoplia Evangelicæ cap.* 58. *Confeſſio Polonica de Fide, & Symbolo cap.* 31. *Domi. Soto in lib.* 4 *ſent. diſtin.* 22.

3 Eſt igitur excommunicatio horribilis admodum, & pertimeſcenda; ſed inſanus ille Lutherus inter impia ſua deliramenta, hoc quoque poſuit, excommunicationem plus eſſe diligendam, quàm timendam, contrà Paulum Apoſtolum, contra Sacra Concilia, deniq; contra univerſam Eccleſiam, non alia ratione, vel argumento nixus, quam quòd excommunicatio medicinalis eſſe dicitur, ergò non alio modo diligenda eſſet, quàm à ſanis pharmaca, vel ab innocentibus ſceleratorum pœnæ temporales; Ea enim omnia medicinalia ſunt, & excommunicationis ſententia, non niſi pro contumacia, & mortifero crimine fertur; & pœna, quæ facinoroſis imponitur, medicina quædam eſt improbitatis, ut eleganter Plato docet in Gorgia. & lib. 9. de leg. inquit: *Nullum ſupplicium lege factum, ad malum tendit, ſed duorum alterum ferè ſemper ſolet efficere; nam, aut melior, aut certè minus pravus, qui pœnas dederit, fieri ſolet:* quod & Chryſoſtomus elegantèr docet. Pereat itaq; delirus hæreticus; nos verò Paulum, & Eccleſiam ſequamur. Vide *Chryſto. ad populum Antiochenum homil.* 6.

4 Indè illud rectiſſimè cautum eſt, ut ſi quiſpiam ſuſpectus in fide, per annum in excõmunicatione permanſerit animo pertinaci, exindè velut hæreticus ab inquiſitoribus condemnetur. Addunt prætereà Juriſperiti complures, quòd & ſi quis non fuerit alias in fide ſuſpectus, ſi tamen per annum volens in excommunicatione perſiſtat, hoc ipſo incidat in ſuſpicionem hæreſis, quia de poteſtate clavium Eccleſiæ malè ſentire præſumitur. Et hoc jam ſancitum eſt in Concilio Tridentino ſeſſ. 25. decreti reformationis cap. 3. in fine. Verùm eam ſuſpicionem, ajunt, non eſſe uſq; adeò violentam, ut ob eam ſolam damnari quiſpiam debeat, quamvis ad purgationem indicendam ſufficiat, quam ſi ſubire noluerit, & adhuc in excommunicatione permanſerit, tunc velut impœnitens, pertinax, & hæreticus condemnari queat. *cap. excommunicamus. §. qui autem de hæreti. c. cum contumacia. eodem tit. lib. 6. Innocen. Joan Andre.* & cœteri *in cap. ulti. de pœnis Hoſti; Henri. Cardinalis poſt advocatos Florentinos, & Felinus in dicto §. qui autem, Hoſtien. in ſumma tit. de hæreti col.* 3. *Calderi. conſ.* 5. *eodem tit. Cavella Tholoſana, & Stephanus deciſ.* 365. *Phi. Fran. in c. cum contumacia. Lupus in cap. per veſtras §.* 18. *nu.* 24. *Gonſalus de hæreti. quæſt.* 9. *item Arelatanus notabili* 41. *Ripa in cap.* 1. *de judiciis nu.* 77. *Albertinus in rub. de hæreti. lib.* 6. *q.* 13. *nu.* 34. *Brunus lib.* 1. *de hæreti. cap.* 4. *& Careriut in tractatu num.* 21. *Covar. in cap. alma mater de ſent. excommu. lib.* 6. *part.* 1. *§.* 7. *Godofre. in l.* 10. *cognovimus in fin. C. de hæreti.*

5 Hi autem, qui excommunicati ſunt, non ante debent abſolvi, quam Eccleſiæ plenè ſatisfecerint. Undè abſolutionis tempore ſolet interdum eis pro parte ſatisfactionis pœna pecuniaria imponi. Quæ juſtè poteſt ab eis exigi ad pios uſus, quemadmodum Cœtus Cardinalium ſuperiori-

bus

bus annis Paulo III. reſpondit. Et ita fieri vidimus in abſolutione quorundam, qui propterea fuerant excommunicati quòd Inquiſitionis officium impedierant. Etenim excommunicatio non eſt pœna eradicans, ſed pœna diſciplinæ, nec eſt pœna ultima delictorum, ſed vexatio dans intellectum: nempè, ut excommunicatus corrigatur, & ea diſciplina emendetur, & redeat ad ſanam mentem; denique, ut petens abſolutionem ſatisfaciat Eccleſiaſticæ diſciplinæ; qua ratione medicinalis quoque dici ſolet. Quod ſi quiſpiam excommunicatione obduretur, alia inſuper adhibenda ſunt amariora pharmaca *cap.1. de ſent. excommuni.lib.6. cap. notandum 24. qu. 3. cap. excommunicamus. §. qui autem, & §. quia verò de hæreti. l. placet*, & illic *gloſſ. Bal.* & cœteri *C. de Sacroſan. Eccleſ. Paul. in l. 1. de Summa Trinit. Felinus in cap. Apoſtolicæ de exceptio. & in cap. qualiter. §. ad corrigendos de accuſat. nu. 51.*

Excommunicatio pœna diſciplinæ.

6 Hinc orta ſunt quædam Regiæ leges juſtiſſimæ, quibus cavetur, ut à judice ſeculari puniantur illi, qui per menſem in excommunicatione permanſerint. Quòd ſi per ſex menſes contumaces fuerint, majori pœna plectantur, & longè ſeverius puniantur, ſi per annum Eccleſiæ non ſatisfecerint. Quod quidem exemplo non caret; nàm in Concilio Triburienſi jam olim decreverunt Patres, ut qui poſt excommunicationẽ inclinati non fuerint ad pœnitentiam ſubeundam, per Principem ſecularem puniantur, ut quos Dei timor non corrigit, ſaltem pœna temporalis corripiat. Nec illud eſt prætereundum, quod Cæſar in commentariis belli Gallici, mores Druidum referens, his verbis ſcripſit:

Triburienſis Concilij Decretum.

Lib. 6.

Si quis, aut privatus, aut populus eorum decreto non ſtetit, ſacrificiis interdicunt: hæc pœna apud eos eſt graviſſima. Quibus ità eſt interdictum, ii numero impiorum, ac ſceleratorum habentur, ab iis omnes decedunt, aditum eorum, ſermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant; neque iis petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur. Quod profectò longè cordatius ſervabant illi homines cœtera barbari quàm hodiè faciant critici Lutherani, ſub Evangelii prætextu hæretici confuſiſſimi. *Regia l. 1. tit. 5. & l. 9. tit. ult. lib. 8. ordinationum Concilio Triburenſi cap. 3. Cæſar lib. 6. de bello gallico.*

7 Quamvis autem nemo poſt mortem excommunicari poſſit, quia jam non eſt ſuper terram, nec ſub juriſdictione viventium, hæreticus tamen ſolet mortuus etiã excommunicari, hoc eſt excommunicatus declarari, ut ne quiſpiam oret pro illo, neque in loco ſacro ſepeliat. Cœterum defunctus anathematizari rectè poteſt, ideſt maledici. Anathema enim, auctore Auguſtino, deteſtabile, & abominabile ſignificat, & ut Hieronymus ait: Anathema, Hebræa dictio eſt, qua ſolent Hebræi extremam deteſtationem ſignificare. Undè in hoc differt ab excommunicatione: quia infertur adverſus eos, qui graviſſimo aliquo delicto deteſtabiles ſunt, & de quibus non eſt ſpes, quod reducentur ad pœnitentiam; Nam cum Pontifices, & Eccleſiaſtici Judices dira, & ultima exempla animadverſionis ſuæ ſtatuunt in reos, ad capita devovenda deſcendunt, & anathemate p'ectunt, & animas eorum inferis ſacrant. *cap. ſi quis Epiſcopus de hæreti. cap. ult. 24. quæſt. 2. Auguſtinus ſuper lib. Numer. quæſt. 41. Hieronymus in epiſt. ad Gal. cap. 1. cap. Engeltrudam 3. q. 4. cap. debent 11. quæſt. 3. Alciatus in cap. cum non ab homine de judic. Covar. in c. alma mater. de ſent. excommu. lib. 6. parte 1. § 8. Juſtinus Martyr q. 121. Chryſoſt. ſermone de anathemate, & in epiſt. ad Rom. ſermone 16. Socrates lib. 7. Eccle. hiſto. cap. 33. Niceph. lib. 14. cap. 36.*

Quid ſignificet Anathema.

8 Maranatha, ut inquit Hieronymus in epiſtola ad Marcellam, magis ſyrum eſt, quàm Hebraicum, tametſi ex confinio utrarunq; linguarum aliquid, & Hebræum ſonet, & interpretatur, Dominus noſter venit, ut ſit ſenſus: ſi quis non amat Dominum Jeſum Chriſtum, anathema ſit, & illo completo deinceps inferatur: Dominus noſter venit: quod ſuperfluum ſit adverſum eum odiis pertinacibus velle contendere, quem veniſſe jam conſtet. Et Beda in epiſtola 1. ad Cor. cap. ulti. ſecutus Divum Auguſtinum, ſermone de altercatione cum Paſcentio Arriano Maranatha definit, donec Dominus redeat. Quidam verò hanc, ſivè fabulam, ſivè hiſtoriam retulit: Maranatha anathematis ſignificationem induit ex illo eventu; quia Judæi gloriantes de venturo Meſſia dicere ſolebant vulgo, Maran, hoc eſt, Dominus noſter: contra quos Chriſtiani dicebant, Maranatha, quod eſt, Dominus noſter venit.

Maranatha quid ſignificet. *1. Corin. 16.*

Hinc

Hinc inimicitia orta inter Chriſtianos, & Judæos, quorùm in ore erat, Maran: quos per contemptum Chriſtiani Maranitas vocabant, & illis obtrudebant Maranatha, ideſt, Dominus noſter venit, vel invitis vobis; quaſi irridentes eos, & illis malè precantes; Undè apud noſtrates vulgò Maranos appellant eos, qui ex Judæis deſcendentes apoſtatæ facti ſunt, Meſſiam ſuum expectantes. Vide *Godofr. in rubrica C. de apoſtatis, & alia plurima in defenſione ſtatuti Tolet. c. 37. poſtrema editionis.*

9 Illud poſtremò cum his ſervari ſolet, qui propter hæreſim carcere clauſi ſunt, quòd priùs etiam, quàm declarentur hæretici, tanquam excommunicati devitari ſolent; nec divina officia, nec ſacrificia permittuntur audire, nec aliis Eccleſiæ Sacramentis uti, nec traduntur Eccleſiaſticæ ſepulturæ, donec cauſa peragatur; tunc enim vel exuruntur damnati, vel ad Eccleſiaſticam ſepulturam abſoluti dantur.

ANNOTATIONES.

1 Hæretici omnes &c.

Hæreticorum excommunicatio eſt eorundem pœna omnium antiquiſſima in Eccleſia; nam præter Chriſti Domini Auctoritatem, quam hic refert Simanca; ex qua multi arbitrantur eſſe à ſervatore noſtro inſtitutam. B. Paulus Apoſtolus *legitur* hos devitandos præcepiſſe, *nempè ad Timoth. 4. & ad tit. 3.* De hæreticorum excommunicatione, vide *c. ad abolendam. c. excommunicamus 2. de hæretic. & excommunicationes in Bulla Cœnæ.* Materiam hanc pertractant *Eymeric. tertia parte direct. quæſt. 122.* vbi *Pegna comment. 171. Decian. tract. Crimin. lib. 5. cap 41. num. 1. Petr. Greg. Sintagm. hær. lib. cap. 8. num. 2. Azor. inſtit moral. part 1. lib 8. cap. 10. Rub. de pœnis hæretic. quæſt. 1. Valentia ad D. Thom. 2. 2 qu. 11. art. 1. cap 4. §. porrò pœna excommunicationis, Farinac de hæreſi quæſt. 192. § 1. num. 1.* & paſſim omnes DD. ſed nota quòd non incurritur, niſi adſint verba, vel alia ſigna ex natura ſua internæ hæreſis manifeſtativa. *Del Bene de offi. S. Inquiſit. & hær. part 1. dub. 13. ſect. 11. nu. 2.* vide quæ notavi *ſupra tit. de abſolutione.*

2 Eſt autem excommunicatio &c.

Nota quòd aſſerens excommunicationes Papæ, & Prælatorum non eſſe timendas, Hæreticus eſt. Vide *Decian tract Crimin. lib. 5. cap. 17. verſ. 17. & Farin. de hæreſ. quæſt. 178. §. 2. num 55.*

3 Eſt igitur excõmunicatio horribilis &c.

Contra deliramenta Lutheri tritum eſt D. Gregorii effatum. *Sententia Paſtoris, ſivè juſta, ſivè injuſta, eſt timenda 11. q. 3. cap. 1.* Quòd nulla major pœna quàm excommunicatio ſit in Eccleſia, vide *cap. corripiantur 24 qu. 3. & Abb. in cap. cum dilectus. nu. 6 de his, quæ vi, metus cauſ. fiunt.* & quod ad eam deveniendum non ſit, quoties habemus alia remedia, cum ipſa ultimum remedium ſit. *Lege c. Clericus de Vit. & honeſt Cler.* & noviſſimè *Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 3. de reform.*

4 Inde illud rectiſſimè cautum eſt &c.

Advertendum hic eſſe multorum ſentētiam quòd, excommunicatione dempta ex ſolius fidei cauſa, ex recepta conſuetudine Inquiſitionis Romanæ, non ſoleant Inquiſitores, licèt poſſint, procedere contra inſordeſcentem in excommunicatione poſt annum, ſed illud Iudici Ordinario puniendum mittant. *Scaccia tract. de Iudic. cap. 98. num. 36. Graff in deciſ. part. 1. lib. 4. cap. 14. num. 4. Souſa in aphoriſm. Inquiſit. lib. 1. cap. 17. nu. 6.* qui etiam addit quòd perſeverans per annum in excommunicatione non ex cauſa fidei, non reputatur hæreticus, ſed ſolùm levitèr ſuſpectus de fide. Sed hanc conſuetudinem inficiatur *Genuenſ. in prax. Archiepiſcop. cap 68. nu. 8.* expreſsè contrarium aſſerens, & docens quòd contra inſordeſcentes per annum in excommunicatione etiam ex non cauſa fidei, procedant Inquiſitores, imponantq; ei pœnitentias ſalutares præmiſſa abjuratione de levi, Verùm quicquid ſit de hac conſuetudine in Italia. In Hiſpania ſanè haud vigere tradidit *Del Bene de offi. S. Inquiſit. & hær. p. 2. dub. 211. ſect. 6. nu. 12.*

5 Hi autem, qui excõmunicati ſunt &c.

Ex hac Simancæ Doctrina collige non eſſe receptam uſu Cardinalis Zabarellæ *in Clementina 2 in §. Inquiſitoribus num. 2.* & nonnullorum aliorum ſententiam, qui aſſerunt non poſſe pro Hæreſeos Crimine imponi pœna pecuniaria; benè tamen verum eſt quòd hæc non eſt ſemper, nec pro omni levi motu ab Inquiſitoribus imponenda, ſed tantùm quando videtur magis timeri, & per ipſam Reus purgari, ut contingere ſolet in Avaris Divitibus; Vide *Zanchin tract. de hæretic. cap. 19. nu. 3. Ignatium Lopez in addit. ad Diaz in pract. Crimin. canon. cap. 145. litera A. Decian. tract. Crimin. lib. 5. cap. 44. ſub num. 7.* & alios quos citat *Farinac. de Hæreſ. q. 193. §. 6. nu. 115. & 116.*

7 Quamvis autem &c.

Nota hic diſcrimen inter excommunicationem, & anathema, & quomodo intelligendi ſint Canoniſtæ, cum dicunt poſſe hæreticum in criminis deteſtationem poſt mortem excommunicari juxtà *tex. in cap ſanè profertur 24. qu. 2.* de quibus omnibus vide etiam *Pegnam in addit ad Eymer. 2. p. Direct. cap. 5. comment. 4. §. hinc colligit Gloſſa, & ſequen.*

8 Maranatha &c.

De ſignificatione vocis Maranatha vide etiam *Macrum in tract. de notit. Vocabulor. Eccleſiaſtic. Verbo Maranatha;* ubi docet Maranos propriè dici Iudæos illos, qui ad Chriſti fidem fictè converſi, & per Baptiſmum aparenter regenerati, extrinſecus Chriſtiani ſunt, intrinſecus autem Hebræi, ex quibus multi paſſim in Hiſpania reperiuntur, qui à S. Inquiſitionis Tribunali, præcipuè in Regno Luſitaniæ ſeverè puniuntur.

9 Illud poſtremò &c.

Hanc Simancæ ſententiam lege poſitā in quæſtione, & ad utramque partem doctiſſimè diſputatam apud *Martinum Navar in Manual. de Orat. & hor. Canon. c. 22.* Verùm quicquid ſit de Iure communi, uſus Sacri Tribunalis, & conſuetudo Reos inquiſitos, & accuſatos, cauſa pendente, quandiù in Carcere detinentur, præcipuè ab audienda Miſſa repellendi, cenſetur æquiſſimè, & prudentiſſimè introductus. Vide *Pegnam in addit. ad Eymer. 3. p. directl. comment. 108. q. 52. §. de his autem, & ſequen.*

De

De Fide Catholica. Titulus XXVIII.

SUMMARIUM.

1 *FIdes Catholica quid ſit.*
2 *Lutherani, & alii hæretici plurimas fides, eaſq; impias commenti ſunt.*
3 *Fides hæreticorum qualis ſit.*
4 *Fides multifariam diduci ſolet.*
5 *Fidei objectum formale quid ſit, & quo pacto qui eam falſam putat in aliquo, vacillat in reliquis.*
6 *Fides Catholica conſtantiſſimè tenenda eſt.*
7 *Fidem Catholicam qui non firmiſſimè amplectitur, ſed dubitat an ea vera ſit, infidelis eſt.*
8 *Chriſtiani tenentur explicatè ſcire Symbolum Fidei, præcepta decalogi, & orationem Dominicam.*
9 *Chriſtiani quid ampliùs explicatè credere teneantur.*
10 *Chriſtianis quid implicitè credere permittatur.*
11 *Chriſtiani, ad quos ex officio, aut profeſſione pertinet alios erudire, tenentur explicatè credere multò plura, quàm reliqui.*
12 *Docti viri cur multis in rebus vehementer ſuſpecti de hæreſi ſint, in quibus non eſſent ſuſpecti imperiti homines, & idiotæ.*
13 *Ignorantiæ prætextu quando non excuſatur Chriſtianus.*
14 *Ignorantia in quibus aliis rebus non excuſat Chriſtianum hominem.*
15 *Fidei confeſſio quando neceſſariò fieri debet.*
16 *Chriſtianus non ſolùm quæ in ſacris literis ſunt, ſed quæ etiam ex illis legitimè deducuntur, credere debet.*
17 *Fides rationibus humanis probari nequit.*
18 *Fide conſtanter ſuſcepta, veritas ejus ratione munienda eſt.*
19 *Miracula vera divinam habent auctoritatem ad ea probanda, in quorum confirmationem facta ſunt.*
20 *Miracula vera divinam habere auctoritatem probatur ex multis locis ſacræ paginæ.*
21 *Miraculorum auctoritas ex Sanctorum virorum ſcriptis, & veris Theologorum placitis oſtenditur.*

De Fide Catholca.

1 CUM ſit hæreſis vitium contrarium Fidei, operæ pretium erit nonnulla brevitèr de recta fide perſtringere, ut quale crimen ſit hæreſis planius intelligatur. Eſt autem fides, ut Apoſtolus docet, *ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium*; eſt enim eorum, quæ ſperantur fundamentum, & quæ non videntur indicium; firmus aſſenſus credendorum propter Dei revelationem. Aliter definiunt alii, ſed in eandem ferè ſententiam. *Ad Hebreos* 11. *Alex. Aleſ. 3. par. qu.* 78. & cœteri Theologi *in lib. 3. ſenten. diſtin.* 24. *Alciatus in rubr. C. de Summa Trinit.*

Ad Hebr. 11. *Fidei definitio.*

2 Peſtiferi Lutherani, aliiq; hujus temporis hæretici, non unam Fidem Catholicam tenent, ſed plurimas impias commenti ſunt, ſpreto Apoſtolo, qui ait: *Unus Dominus, una Fides, unum Baptiſma.* Eſt autem miſerabile, ut Hilarius ad Conſtantinum ſcripſit, tot fides eſſe, quot voluntates, & tot doctrinas, quot mores. Iſtorum quidem hæreticorum non fides eſt, ſed temeritas, non Spiritus Sancti perſuaſio, ſed humanæ audaciæ præſumptio, ſcriptis divinis adverſa, & Patribus Orthodoxis ignota.

Ad Epheſ. 4.

3 Hæreticorum omnium fides peregrina, profana, & varia eſſe ſolet; Fides verò noſtra Catholica, & Orthodoxa eſt, & quę perpetuò majorum conſenſu ad nos uſque pervenit. Una, eademque Fides noſtra ab Apoſtolis promulgata miraculis plurimis confirmata, martyriis heroicis obſignata, omnium Sanctorum, ac doctiſſimorũ ſententiis ſerie ſeculorum tradita nobis eſt.

4 Ut autem fides planiùs intelligatur, multifariam diduci ſolet. Nam alia eſt fides

Variæ fidei diſtinctiones.

des infuſa, alia acquiſita ; alia eſt fides actualis, alia habitualis; quædam eſt fides formata, quædam informis; quædam explicita, quædam implicita. *Fidei infuſæ definitio.* Infuſa fides eſt habitus à Deo ſupernaturalitèr, & immediatè in anima creatus inclinans ad credendum Catholicis veritatibus ; & hanc habent parvuli baptizati. *Fidei acquiſitæ, & actualis definitiones.* Fides acquiſita eſt habitus naturalitèr acquiſitus ex actibus credendi frequẽtatis. Fides actualis eſt aſſenſus veritatis revelatæ. Fides habitualis eſt habitus acquiſitus ex aſſenſibus frequentatis. *Fides formata.* Fides formata dicitur, quæ per dilectionem operatur, & charitati conjuncta eſt. *Fides informis.* Fides informis, quæ mortua eſt, & ſinè charitate. *Fides explicita.* Fides explicita ſivè explicata eſt actualis aſſenſus Catholicæ veritatis; nàm quicumq; apprehendit aliquam veritatem Catholicam, & ei aſſentitur, is habet fidem explicitam illius veritatis ; Itaque fides explicita eſt, quæ in ſingulari omnia conſiderat. *Fides implicita.* Fides implicita, ſivè complicata eſt aſſenſus alicujus propoſitionis generalis includentis multas particulares veritates, & quæ generali cuidam principio aſſentit, in quo cœteri particulares articuli concluduntur. Verbi gratia, qui credit generalitèr omnia contenta in ſcriptis divinis eſſe vera ; ille habet fidem implicitam ; quamvis ignoret in ſpecie, quæ ſint illa, quæ ſcriptura divina continentur. Prætetea Fides implicita duplicitèr conſiderari poteſt; quædam enim omnem aſſertionem pertinacem hæreticæ pravitatis excludit, & hęc vera eſt, & ſufficiens, ut illam habens, Catholicus, & Fidelis cenſeatur; altera fides implicita falſa eſſe poteſt; Verbi gratia, ſi quiſpiam credat Fidem Chriſtianam eſſe veram ; ſed aliam fidem, quàm quæ verè Chriſtiana eſt, pro Chriſtiana habet, & illi errori pertinacitèr inſiſtit. Non ergò ſufficit credere totam Fidem Chriſtianam eſſe veram, niſi ea ſola teneatur pro Fide Chriſtiana, quæ ſola vera eſt, & Catholica. *Theologi in lib. 3. ſent. diſtin. 24. Pighius controverſia de fide. Fran. Sonnius lib. 2. de fide, & juſtificatione. l. ulti. ff. ſi ex noxali cauſa agatur. l. emptor. §. 1. de pactis. l. cum duobus ff. pro ſocio.*

5 Ille verò qui non credit unum aliquẽ articulum Fidei, non habet fidem formatam, ſed ne informem quidem; quia objectum Fidei formale eſt veritas prima, juxtà quod manifeſta ſit in Scripturis Sacris, & in doctrina Eccleſiæ, quæ procedit ex veritate prima, & infallibili, quæ Deus eſt. Quamobrem quicumq; non inhæret in omnibus ſcripturæ Divinæ, & Eccleſiaſticæ doctrinæ, is non habet habitum fidei; una eſt enim ratio credendi in omnibus articulis. Proindè qui falſàm putat eſſe fidem in aliquo, pari ratione vacillat in reliquis, cum omnium ratio, & auctoritas, & certitudo ſit eadem. Undè fit, ut qui pertinacitèr errat in qualicunque particula Catholicæ Fidei, non minùs conſummatus hæreticus ſit, quàm ſi erraret in omnibus. *Tho. 2. 2. quæſt. 5. art. 3. Gerſon. tractatu de communione ſub utraq; ſpecie. Guido in ſumma de hæreſibus cap. 9. Almainus tract. 2. moralium c. 3. cum ſeq. Fran. Sonnius lib. 2. cap. 2.*

6 Fides autem Catholica conſtantiſſimè tenenda eſt, in ea enim ſalus Chriſtiana conſiſtit ; nàm Dei cognitio non alitèr perfectiſſimè poteſt hominibus revelari, quàm fide. Illa igitur tenenda eſt firmiſſimè, tantaque conſtantia, ut parati eſſe debeamus ad quævis tormenta, & mortem priùs quam quoquo modo eam abnegemus. Hanc fidei conſtantiam docuit Chriſtus apud Matthæum, inquiens ; *Modicæ fidei quare dubitaſti ?* *cap. 14.* hanc exigit Jacobus Apoſtolus dicens : *Poſtulet autem in fide nihil hæſitans ; qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui Maris, qui à vento movetur, & circumfertur.* *cap. 1.* Hanc denique Paulus docet, cum laudans conſtantiam Abrahę, inquit: *Non eſt infirmatus in fide.* Et mox : *In repromiſſione Dei non hæſitavit diffidentia, ſed confortatus eſt in fide.* *Rom. 4.* *Veritatis certitudo, & firmitas adhæſionis eſſentiales Fidei.* Ad ſummam certitudo veritatis, & firmitas adhæſionis uſq; adeò ſunt eſſentialia Fidei, ut ſi hæc deſint, non jam fides ſit, ſed potiùs opinio. *Credere quid ſit.* Eſt enim credere, actus intellectus aſſentientis Divinæ veritati, ex imperio voluntatis motæ à Deo per gratiam ; *Hæreticorũ credulitas non eſt ex Fide.* Undè credulitas hæreticorum, non rectè fides dici poterit, quia non credunt ratione Divinæ revelationis, ſed propria voluntate. *Tale quid fides eſt*, inquit Chryſoſtom. *ut apertior, etiam ſit, & clarior ea demonſtratione, quæ ex rationibus eſt, magiſq; quàm illa perſuadeat. Adeò ſiquidem firma eſt, ut etiam ſi quævis alia fuerit impetita ratione, commoveri tamen nequeat. Siquidem qui rationibus perſuaſus eſt, aliis poteſt induci rationi-*

bus, ut ſtuctuet; qui verò fide fuerit ſolidatus, auditum ſuum jam dudum, quaſi quodam circumducto muro, ne ſermonibus perverſis inficiatur, ſtudioſè munivit. Divus Bernardus lib. 5. de conſideratione ad Eugenium; *Intellectus rationi innititur, fides auctoritati, opinio ſola veriſimilitudine ſe tuetur. Opinio, ſi habeat aſſertionem, temeraria eſt; fides, ſi habet haſitationem, infirma eſt. Fides ambiguum non habet, aut ſi habet, fides non eſt, ſed opinio. cap. 1. de ſumma Trinit. Matth. 14. Jacobi 1. ad Rom. 4. Tho. 2. 2. qu. 2. art. 9. Chryſoſt. in epiſt. ad Rom. ſermone* 8.

Dubius in Fide infidelis.

7 Indè illud eſt quod Stephanus Papa ſcriptum reliquit; *Dubius in Fide, infidelis eſt.* Nàm hæreticus, & infidelis eſt, qui dubitat, an Fides Catholica vera ſit, & qui dubitat, an ſit aliquid verum, quòd ſit eſſe traditum Catholica Fide. Is enim errat graviſſimè, habens certiſſima pro incertis; & hoc ipſo, quòd ſcit aliquid eſſe Catholicæ Fidei, ac de veritate ejus dubitat, hæreticus pertinax eſt. Sceleratum quidem, & impium eſt deliberare utrum aliquid Catholicæ Fidei verum ſit, an falſum; in ipſa enim dubitatione facinus ineſt non leve. Hoc tamen eſt accipiendum, cum aliquis conſultò dubitat, & in dubio perſiſtit, æqualitèr ſe habens ad utramq; partem contradictionis; aliud autem eſſet, ſi quiſpiam tentaretur aliquo dubio contra Catholicam Fidem, cum dolore cordis, aut ignorantia aliqua, vel ex infirmitate animi ſinè pertinacia dubitaret, non diſcedens a Fide Catholica, ſed paratus aſſentiri cognitæ veritati; is enim hæreticus non eſſet. *cap. 1. de haret.* & illic *Joan. And. Car. Abb. Henri. Ancha. Joan. Ana. & Feli. S. Thom. in epiſt. ad Rom. c. 1. lect. 6. Torquemada lib. 4. de Eccl. par. 2. cap. 12. Præpo. 1. cap. nec licuit 17. diſt. Lupus allegatione de hareſi. §. 5. Adrianus quolib. 2. Gabriel. lib. 4. ſent. diſtin. 13. quaſt. 2. Alfon. lib. 1. adverſus hareſes cap. 10. Canus lib. 12 de locis Theologicis cap. 9.*

8 Omnes Chriſtiani tenentur explicatè ſcire Symbolum Fidei, præcepta Decalogi, & orationem Dominicam. Undè Canone quodam Concilii Maguntiaci ſic ajunt Patres; *Symbolum, quod eſt ſignaculum Fidei, & orationem Dominicam diſcere ſemper admoneant Sacerdotes Populũ Chriſtianum; volumuſque, ut diſciplinam condignam habeant; & qui hac diſcere negligunt, ſivè in jejunio, ſivè in alia caſtigatione emendentur. Propterea dignum eſt, ut filios ſuos donent ad Scholam, ſivè Monaſteria, ſivè foras Presbyteris, ut Fidem Catholicam rectè diſcant, & orationem Dominicam, ut Domi alios edocere valeant. Et qui alitèr non potuerit, vel in ſua lingua hoc diſcat.* Item Auguſtinus: *Symbolum*, inquit, Apoſtolorum, *comprehenſio eſt Fidei noſtra, atque perfectio, ſimplex, breve, plenum; ut ſimplicitas conſulat audientium ruſticitati; brevitas memoria, plenitudo doctrina. Quod enim Gracè Symbolum dicitur, latinè collatio nominatur; collatio ideò, quia collata in unum totius Catholica legis Fides, Symboli colligitur brevitate.* Et Iſidorus lib. 1. de ſummo bono: *Symbolum, & Dominica oratio, pro tota lege parvulis Eccleſia ad Cœlorum Regna ſufficit capeſſenda; omnis enim latitudo ſcripturarum in eadem oratione Dominica, & Symboli brevitate concluditur.* De reliquis verò Fidei Orthodoxæ dogmatibus, ſatis eſt implicitè credere quidquid Eccleſia Catholica credit, etiam ſi nullam de illis explicatam Fidem Catholicus habeat. *Canon. 45. Auguſt. ſermone 115. de tempore, & pluribus aliis ejuſdem operis, & lib. de Fide, & Symbolo. Iſidorus cap. 23. Confeſſio Polonica, de Fide, & Symbolo cap. 14 Michael Medina lib. 4. de recta in Deum Fide cap. 5. cum ſeq.*

Symbolum Grace, latinè collatio.

9 His adiice quòd omnes Catholici, qui habent uſum rationis, tenentur prætereà explicatè credere illas veritates Fidei, quæ ſunt publicè apud omnes divulgatæ. Nam, ut Julius Paulus, & Ulpianus ajunt; *Lata culpa eſt, nimia negligentia, ideſt, non intelligere quod omnes intelligunt*; at in re utiq; adeò gravi ferenda non eſt nimia iſta negligentia. Quamobrem haud levitèr illi peccant, qui ſalutationem quoque Angelicam, & alia neceſſaria Chriſtianis ad æternam ſalutem diſcere negligunt. *l. cedere diem. §. ulti. l. lata culpa de verb. ſignif. Gerſon. tracta. de proteſtatione, conſidera. 6. Fran. Picus lib. de fide theoremate 12.*

10 Hæc autem, quæ ſupradixi, & quæ nonnulli prima credibilia vocant, omnes tenemur explicatè, apertè, ac diſtinctè credere; alias verò Fidei veritates, non omnes tenentur explicatè credere, ſed implicitè; hoc eſt, omnes Chriſtiani tenentur generalitèr credere, & eſſe parati ad

cre-

credendum quidquid continetur in Scriptura Divina, & in doctrina Eccleſiæ; cæterum ea omnia tunc tenemur explicatè credere, cum conſtiterit nobis, quòd in doctrina Fidei continentur; nec enim antè poſſumus omnes explicatè ſcire ea, quæ in doctrina Eccleſiæ traduntur. Sufficit ergò illis Fides implicata, involuta, & intecta, qua generalitèr, & universè credant omnia ea, quæ Catholica docet Eccleſia. Multi namque in ſtudiis Theologiæ proficere nequeunt, vel propter ingenii tarditatem, vel propter alias vitæ præſentis occupationes. Nec vulgus debet Myſteria Sacra diſcere, nec ea curioſius indagare, nec omnes Chriſtiani debent, aut poſſunt eſſe Doctores, ut rectè inquit Aquinas. *Tho. 2. 2. qu. 2. art. 4. cum ſeq. Scotus, Bonaventura*, & cœteri *in lib. 3. ſent. diſt. 25. Ambro. Cathari. in ſpeculo hæreticorum conſideratione* 5.

11 Hi autem, ad quos ex officio, aut profeſſione pertinet alios erudire, tenentur explicatè credere multò plura, quàm reliqui; ut ſunt Epiſcopi, Parochi, Prædicatores, Theologi, Juriſperiti, Judices, & Rectores populorum, & quicumq; habent acumen, & perſpicacitatem, quia tantum ab unoquoq; Deus exigit, quantum dedit, *Matth. 25.* quemadmodum ex parabola Evangelica de talentis conſtat, & planiùs idipſum Veritas per Joannem docuit, dicens: *cap. 3.* *Omni, cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo: & cui commendaverunt multum, plus petent ab eo. Matth. 25. Joan. 3 Luc. 12.* & illic *Theophilatus, Origenes in Hiere. homi. 7. confert l. 2. §. ſervius de origi. juris. l. 1. §. hac actio. ſi me fal. mod. dixe. l. 2. quod quiſque juris. l. ſi quis fundum. §. Celſus locati. l. profeſſio. C. de mune. patrimo. lib. 10. Michael Medina lib. 4. de recta in Deum Fide cap. 6.*

12 Cum ergò hi multa debeant explicatè credere, de quibus poteſt idiota magna probabilitate dubitare; ſequitur indè, quòd viri docti poſſunt eſſe vehementèr ſuſpecti de hæreſi, aſſerentes aliquam propoſitionem, quam, ſi aſſereret indoctus aliquis, non eſſet ſuſpectus, ne levitèr quidem. *Nazianzenus oratio 18. Tho. Gerſon, & Picus, locis pranotatis. Idem Gerſon par. 1. in declaratione veritatum credendarum Corolla. 2. Conradus tractatu de contractibus, quæſt. 100. ſuppoſitione 3. Bal. in cap. 1. de Summa Trini. Paul. in rubrica. C. eo. tit.*

13 Nullus autem Chriſtianus excuſari poteſt prætextu ignorantiæ, ſi erraverit in articulis Fidei, vel in præceptis Decalogi, vel in aliis veritatibus divulgatis, & quas quilibet ſcire debet; ſed longè magis inexcuſabiles ſunt peritiores, & acutiores, & illi omnes, ad quos ex officio pertinet eſſe doctiores; quales ſunt Epiſcopi, & cœteri ſupranominati, & Sacerdotes, qui in lege Domini debent eſſe periti, ut compluribus Patrum decretis luculentèr probat Gratianus, & majores noſtri in VIII. Concil. Toletano decreverunt, his verbis; *Solus accedat ad Sacra Dei Myſteria tractanda, quem morum innocentia, & literarum ſplendor illuſtrem reddunt diſtin. 37. cum ſeq. diſt. 59. & 91. Concilio 8. Toletano c. 8.*

14 Homines verò imperiti tenentur in rebus dubiis conſulere peritiores; & cauta ſolicitudine quærere veritatem; quod niſi fecerint, non erunt excuſati propter ignorantiam, quam facilè vitare potuerunt; ſicuti non excuſantur in rebus civilibus, qui non conſuluerunt juriſperitos. Juſtinus Philoſophus in explicatione quæſtionis quartæ a gentibus poſitæ; fieri non poſſe, ait, quin is qui veritatem toto corde, atque pro virili quærit, inveniat. Teſtis eſt Dominus, qui ait; *Omnis qui petit, accipit; & qui quærit invenit, pulſantique aperietur.* Undè rectè canit Heſiodus *Matth. 7.*

Qui ex ſe neſcit, cuiquam nec porrigit aures,
Ut bona percipiat, demens, & inutilis ille eſt.

& alius inquit:

Infelix qui recta docet, & vivit iniquè:
Infelix qui pauca ſapit, ſpernitq; doceri:
Infelix, cujus nulli ſapientia prodeſt.

Ariſto. lib. 1. ethi. cap. 4. ulti. 37. diſtin. cap. ulti. 38. diſtin. cap. pervenit. 84. diſtin. l. in bonorum de bono. poſſeſſio. l. 2. §. ult. quis ordo in bono. poſſe. l. ſi av jam. C. de inge. manumis. cap. turbatur 1. q. 4 Lucas in l. omnes judices. C. de decurio lib. 10. Tiraquel. de retractu conventionali §. 4. glo. 7. nu. 18.

15 Ad confeſſionem Fidei (ut eſt apud Theologos) tenemur præcepto affirmativo; Quamobrem ſemper obligamur, ſed, ut loquuntur, non ad ſemper; non enim ea confeſſio temerè fieri debet, nec paſſim, nec omnibus; neceſſaria tamen eſt loco, & tem-

tempore; tunc ſcilicèt cum per omiſſionem hujus confeſſionis detraheretur honori Deo debito; vel impediretur utilitas proximi; vel diſpendium Fidei pararetur. Igitur conſtantèr defendenda Fides eſt, prædicanda, confitenda, & teſtificanda, coram hæreticis, coram tyrannis, coram judicibus, & ſi opus fuerit, coram populis etiam, dicente Salvatore per Matthæum:
cap.10. *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo*. Et
Lucæ 9. alibi: *Qui me erubuerit, & ſermones meos, filius hominis hunc erubeſcet coram Angelis Dei*. Apoſtolo quoque atteſtante, qui ait: *corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, cap. nolite timere* 11. *quæſt.3. Iſidorus lib.2. de ſummo bono cap.2. Tho. 2. 2. qu.3. art. 2. Gerſon. tractatu de proteſtatione conſidera.* 1.

16 Ad ſummam tenemur credere non ſolùm Divinis Scripturis, Eccleſiæ traditionibus, juſtis Conciliis, Summorum Pontificum conſtitutionibus, Patrum decretis, Sacrorum Doctorum receptis ſententiis; ſed etiam illis veritatibus, quæ deducuntur ex his per certam conſequentiam in lumine Fidei, vel evidenti ratione naturali; ſi modo veritates ita inferuntur, ut omnibus præſertim ſapientibus ſint perſuaſæ; quia hæc illis inſunt, & illic comprehenduntur, & continentur. Et hæc eſt vera, recepta, & Catholica ſententia. *Origenes homil. 2. ſuper Geneſim. Gerſon in declaratione veritatum credendarum. Torquemada lib.4. de Eccleſia par.2. cap.8. cum ſeq. Guido de hæreſibus cap.4. Fran. Picus lib. de Fide theoremate 7. Alberti. lib.2. de agnoſcen. aſſertio. Catho. qu. 4. & 5. Ambro. Cathari. lib. de conſumata gloria ſolius Chriſti, ac Divæ Virginis.*

17 Quamvìs autem in rebus Fidei fragiles, & incertæ ſint, atque imbecilles rationes humanæ, ſicuti Chryſoſtomus ait; quia, ut inquit Bernardus, *Tranſgreditur Fides rationis fines, humanæ naturæ uſum, experientiæ terminos; ea enim attingit inacceſſa, deprehendit ignota, comprehendit immenſa, aprehendit noviſſima; ipſam denique æternitatem ſuo illo vaſtiſſimo ſinu quodam modo circumcludit. Et nihil pejus ſit*, ut Chryſoſtumus dixit homil. 24. in Evangelium Joannis, *quàm humanis rationibus ſpiritualia ſubiicere; hoc enim impedit, ne quid magnum, ne quid profundum contemplemur*. Et ut Gregorius ait: *Fides non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum. Et ea tantùm ſint defendenda ratione*, ut eſt apud Auguſt. *quæ vel à ſenſibus corporis inchoata, vel ab intelligentia mentis inventa ſunt; quæ autem, nec corporeo ſenſu experti ſumus, nec mente aſſequi valuimus, aut valemus, fide tenenda ſunt. Chryſoſt. in cap. Joan. homil.3. & in epiſto. ad Coloſſ. homil. 5. & in epiſto.1. ad Theſſ. homil.7. Bernardus ſuper cantica ſermo. 67. Gregorius hom.26. ſuper Evangelia. Augu. in Enchiridio cap. 4.*

18 Quamvìs, inquam, hæc ità ſint, & Fides noſtra pendere non debeat ab humana ratione; conſtanter tamen ſuſcepta Fide, veritas ejus ratione munienda eſt; Veritas enim ratione non caret; ratio autem ad intellectum, cognitionemq; perducit.
Eſt enim ratio, auctore Auguſtino, qui- *Rationis definitio.*
dam animi motus, viſum mentis acuens, veraque à falſis diſtinguens; & eſt mentis motio, ea, quæ diſcutiuntur diſtinguendi, & conjectandi potens; tametſi caligantes hominum mentes conſuetudine tenebrarum, quibùs in nocte peccatorum, vitiorumque vallantur, perſpicuitati, ſinceritatique rationis, interdum aſpectum idoneum intendere nequeant. Quamobrem Divus Petrus apud Clementem lib. 2. recognitionum ait; *Qui rationem quæſtvit eorum, quæ credidit, & accepit, quaſi vinculis quibuſdam rationis ipſius colligatus, nunquam ab his, quæ credidit, divelli, aut ſeparari poteſt. Et ideò quantò quis propenſior fuerit in expetenda ratione, tantò erit firmior in conſervanda Fide*. Et alibi: *Dominum Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt, ſpe. 1. Pet. 3. Auguſtinus de vera religione cap. 24. & lib. de ſpiritu, & anima. cap.12. & lib. de ordine c. 11. & lib. de moribus Eccleſiæ cap. 2. adde Thomam opuſculo 70. quæſt. 2. Altiſiodorum in principio ſummæ.*

19 Supereſt jam, ut nonnulla de veris miraculis diſſeramus, quibus Catholica Eccleſia ſemper, & ubique refulget; hæretici contra nullis veris miraculis unquam approbati traduntur. Eſt autem ſententia certiſſima, quòd vera miracula Divinam auctoritatem habent ad ea probanda, in quorum confirmationem facta ſunt. Quod multis rationibus, & auctoritatibus

evi-

evidentiſſimè patet. Primò, quia vera miracula ab alio, quàm à vero Deo fieri nequeunt, cum excedant omnem virtutem, & poteſtatem creatam; quod verò ſolius Dei eſt, auctoritatem Divinam habet, qua certiſſimè probat; nec enim Deus magis fallere poteſt ſignis, quam verbis. Deindè Veritas ipſa hoc docet, apud Jo-
cap.15. annem, dicens: *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit; peccatum non haberent.* Et alibi, oſtendere volens Divinam ſuam poteſtatem, miraculo illam probavit; *ut*
Matth.9. *ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata (tunc ait paralytico) ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam: & ſurrexit, & abiit in domum ſuam.* Joan.15. Matth.9.

20 Ad hæc Helias hominem Dei ſe eſſe oſtendit probatione divina veri miracu-
4.Reg.1. li dicens: *Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de Cœlo, & devoret te; deſcenditque ignis de*
Exod.2.12. 15. *Cœlo, & devoravit eum.* Præterea, ut Moyſi crederetur, veris miraculis Deus ipſe auctoritatem ejus comprobavit; nec alio ferè planiori, aut efficaciori modo Fides Catholica primùm plantata eſt, quàm maximis, plurimis, veriſſimiſque miraculis, ut ex multis locis Veteris, & Novi Teſtamenti quivis facilè intelliget. Illud tamen præterire non poſſum, quòd Chriſtus Deus noſter jam jam ad Cœlos aſcenſurus, Diſcipulos ſuos mittens, ut univerſum Orbem ad veram Fidem converterent, dedit eis poteſtatem confirmandi prædicationem Evangelicam veris miraculis, dicens:
Marc. 16. *Euntes in Mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ: ſigna autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur novis, ſerpentes tollent &c. illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* *4. Reg. 1. Exod. 4. Marci ult.*

21 Ad extremum veritatem hanc omnes Theologi aſſerunt, & univerſi Catholici confitentur. Chryſoſtomus ſuper Apoſtolorum acta inquit; *Ex miraculis certam, & indubitatam facit reſurrectionis Fidem, ut non ſolùm evidens eſſet ejus ætatis hominibus, verùm etiam omnibus ſecuturis.* Et Hieronymus; *Ne hominibus ruſticanis, & abſque eloquii venuſtate, indoctis, & illiteratis nemo crederet pollicentibus regna Cœlorum, dat poteſtatem infirmos curandi, leproſos mundandi, dæmones eiiciendi; ut magnitudinem promiſſorum probet magnitudo Signorum.* Auguſtinus quoque multa in hanc rem ſcribit, poſt alia dicens: *Homines illius temporis aquam in vinum converſam, ſaturata quinque millia quinque panibus, tranſita pedibus Maria, mortuos reſurgentes viderunt. Ita quædam corpori manifeſtiori beneficio, quædam verò menti occultiore ſigno; & omnia hominibus Majeſtatis teſtimonio conſulebant; ſic in ſe tunc animas errantes mortalium divina commovebat auctoritas.* Hæc Patres iſti, quibus aſſentiuntur innumerabiles alii. Abeant ergò Lutherani, & cœteri hæretici omnes, & cum veris miraculis deficiantur, ſaltèm prodigia, & portenta confingant, ſi prætextu divinorum eloquiorum, fragilioribus, & incautis imponere volunt; prudētes enim, atque conſtantes viros hæretici nunquam faſcinare poterunt. *Chryſoſtomus in act. Apoſtol. homil. 1. Hieronymus in Matth. cap. 10. Auguſt. ad Honoratū contra Manichæos cap. 16. & lib. de utilitate credendi cap. 16. Thom. 2. 2. q. 178. Abulen. Deuter. 13. q. 1. omnes Theologi in Prolog. lib. 1. ſent. Gaſpar lib. 2. adverſus hæreticos art. 1.* meliùs *Michael Medina lib. 2. de recta in Deum fide c. 7.*

ANNOTATIONES.

1 Cum ſit Hæreſis Vitium contrarium fidei.

De materia Fidei vide Theologos omnes cum Magiſtro ſentent. *lib. 3. diſt. 23.* & Canoniſtas *cap. Firmitèr de Summ. Trinit.*

3 Hæreticorum omnium fidem &c.

Cur Fides noſtra Catholica ſit, & Orthodoxa. Vide Proœmium *D. Thomæ in expoſit. ſuper 2. prim. Decret.* quod habetur *to. 17. Opuſc. 23. & 24.*

4 Vt autem Fides &c.

Species Fidei, & qualis ſit formata, & informis lege apud *D. Thom. 2. 2. quæſt. 4. art. 4.*

5 Ille verò &c.

Obiectum fidei formale eſſe Deum revelantem apud omnes DD. eſt in confeſſo. *D. Thom. 2. 2. quæſt. 1. art. 1. Valent. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 1. §. 4. in princip.* & alii plures, quos refert *Coninch. diſp. 9. de fide dub. 4 concl 1 nu. 35.* Argumenta in contrarium adducta, & poſtea ſoluta vide apud *Caſtropal. tract. 4. de Fide diſp. 1. punct. 2. nu. 2. & ſequen.*

8 Omnes Chriſtiani &c.

Quid explicitè teneantur credere Chriſti fideles vide apud *Martin. Navar. tom. 1. ſecundæ partis Decret. Rubric. contra Præcept. de rectè credend. in*

Deum

Deum. nu 22. & ſequen. Caſtrum de juſt. hæret. pu-nit. cap. 9 col. 5. Valentiam 2. 2. diſp. 1. quæſt. 2. punct. 3. concluſ. 2. & punct. 4. circa finem. Suarez de fid. diſp. 13. ſect. 4. & alios, quos refert *Caſtropal. de fid. & ejus obligat. tract. 4. diſputat. 1. punct. 10. num. 2. & ſequen.*

11 Hi autem, &c.

Credibilia juxta diverſorum ſtatum vide *Locatum in praxi*. Verbo *Credibilia*, & quæ ſcientia ſit neceſſaria in Prælatis, & Paſtoribus Eccleſiæ circa Fidei Myſteria lege apud *Caſtropal. loc. nupercit. num. 11.*

15 Ad Confeſſionem Fidei &c.

Caſus, in quibus præceptum hoc fidei confeſſionis obliget vide apud *Caſtropal. de fid & ejus obligat. tract. 4. diſp. 1. punct. 13. nu. 5. & ſequen.*

16 Ad ſummum, &c.

Hanc Doctrinam intellige implicitè ſaltem; nam ad explicitam horum omnium ſcientiam, & credulitatem non omnes tenentur. Vide *DD. quos ſupracit. xvi num. 8.*

17 Quamvis autem in rebus &c.

Nota hic quòd ea, quæ fidei ſunt, non ſunt tentanda probari, niſi per auctoritates his, qui auctoritates ſuſcipiunt; apud alios verò ſufficit defendere non eſſe impoſſibile quod prædicat fides. Quare dupliciter derogat Fidei, qui naturali ratione ejus myſteria probare conatur. Vide *Eymeric. 1. part. direct. quæſt. 11. num. 3. & 4.*

18 Quamvis autem &c.

Duo hic animadvertenda ſunt. Primum, quòd rationes, quæ inducuntur à Sanctis ad probandum ea, quæ Fidei ſunt; non ſunt demonſtrativæ, ſed perſuaſiones quædam manifeſtantes non eſſe impoſſibile quod in Fide proponitur; ſecundū quòd nec ratio, nec meritum Fidei diminuitur per tales rationes. Vide *D. Thom. 2. 2. quæſt. 1. art. 3. in ſolut. 2. Argum. & 1. part. ſumma quæſt. 2. art. 10. in ſolut. 2. Argum.*

19 Supereſt jam, ut nonnullà de veris miraculis &c.

Circa hanc miraculorum materiam nota quòd licèt Fides Catholica, & in exordio naſcentis Eccleſiæ, & omni ſeculo miraculorum multitudine fuerit confirmata Hieronymo ſuper Iſai. lib. 18. teſtante, *Quòd non potuiſſent omnes Gentes in tàm brevi tempore credere, niſi ſignorum miraculis Fides ipſorum quodammodo fuiſſet extorta; clamantibus enim Apoſtolis, & Apoſtolicis Viris, Dominus ſignorum magnitudine reſpondebat*; tamen non omni Doctrinā ſuam miraculo comprobanti ſtatim credendum eſt; ſed antequam Fides adhibeatur, de Vita, & miraculis diligentèr eſt inquirendum, & poſtea Sedi Apoſtolicæ referendum, quæ illud reprobet, vel confirmet; tum quia Miracula quandoque etiam per malos, & peccatores homines fiunt, tum etiam quia, multoties ignorantibus nobis quaſdam naturalium cauſarum virtutes, id, quod proficiſcitur ab iiſdem naturalitèr, ſtatim miraculoſum cenſemus. *1. q. 1. teneamus, & Gloſſ. ſuper cap. cum ex injuncto de Hæretic. §. miraculi.* Vide *D. Thom. 2. 2. quæſt. 178. art. 2. & D. Auguſtin. de Civit Dei lib. 14. cap. 24.* Quid agendum ſit, cum editur fama quòd Imago aliqua ſacra faciat miracula. Vide *Marcell. Vulpe Prax. for. Eccleſiaſtic. cap. 37. num. 28.*

21 Ad extremum, veritatem hanc &c.

Nota quòd vera miracula ſolùm eſſe poſſunt in Eccleſia Catholica, nec poteſt ab iis, qui foris ſunt, ea faciendi donum uſurpari; quarè meritò jure dos Eccleſiæ à Patribus appellatur. De miraculorum materia vidè ſatis abundè pertractantem *Io. Bapt. Caſalium de Veter. Sacr. Chriſt. Rit. cap. 67. & 68.*

De Filiis, & Minoribus. Titulus XXIX.

SUMMARIUM.

1 *Filios interdum punire propter parentum ſcelera juſtiſſimum eſt.*

2 *Filios nonnunquam Deus ipſe punire ſolet propter peccata Patrum.*

3 *Filium propter Patrem Deus nunquam punivit pœna æterna.*

4 *Filios in quartam generationem ſe puniturum propter parentes, quo pacto intelligi oportet Deum dixiſſe.*

5 *Filios Deum occidiſſe propter parentum ſcelera juſtiſſimum fuit.*

6 *Filium ob crimen Patris, aut quempiam alium ob crimen alterius interficere non licet, aut quavis pœna corporali afficere.*

7 *Filium ob crimen Patris qua pœna liceat punire.*

8 *Filii olim vendebantur à parentibus apud Hebræos, & apud alios.*

9 *Filios æquum eſſe ob parentum ſcelera puniri oſtendit. Cic. ad Brutū ſcribens.*

10 *Filiorum pœna magis terrentur Patres, quam propria.*

11 *Filios nobilium, ut in pretio haberi æquū eſt propter parentum merita; ità eos, qui ſceleratis parentibus nati ſunt, puniri decet ob Patrum ſcelera.*

12 *Filii hæreticorum parvuli cautum eſt à majoribus, ut educentur, & alantur Inquiſitorum cura.*

13 *Filii hæreticorum Catholici ad nullum Eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium publicum admittendi ſunt.*

14 *Filii hæreticorum Catholici an ad Sacros Ordines ſint promovendi.*

15 *Filii hæreticorum Catholici, quorum parentes fuerint Eccleſiæ unitati reſtituti, benignius tractantur.*

16 *Fi-*

16 *Filii hæreticorum tàm legitimi, quàm adulterini infamia notantur.*

17 *Filii, & Nepotes eorum, qui in hæreſim relapſi, curiæ ſecularí ſunt relicti, quo in numero habendi.*

18 *Filii hæreticorum Catholici, an ſanguinis nobilitate priventur.*

19 *Nepotes hæreticorum retinent jus eligendi.*

20 *Filii, & Nepotes hæreticorum nullo modo privandi ſunt illis beneficiis, quæ antea obtinuerunt, quàm eorum parentes hæretici declararentur.*

21 *Filii, & hæredes hæreticorum per quos teſtes admittantur ad defunctorum parentum innocentiam probandam.*

22 *Filii, qui nati ſunt, antequam parentes hæretici eſſent, an comprehendantur pœnis contra filios hæreticorum ſtatutis.*

23 *Filios hæreticorum Catholicos antè parentum hæreſes natos, neque infames eſſe, neque pœnis obnoxios, multorum eſt ſententia.*

24 *Filiis hæreticorum Catholicis antè parentum hæreſes natis, Imperatoris Conſtantini lex favet.*

25 *Filiis non imputantur peccata parètum, quæ poſt eos natos à parentibus committuntur.*

26 *Filiis hæreticorum Catholicis antè parentum hæreſes natis, Hiſpani legislatores, & ſeptipartitæ leges favent.*

27 *Filiis hæreticorum Catholicis antè parentum hæreſes natis, non obeſt quod hæreſis vitium ſit merè ſpirituale.*

28 *Filius natus antè dignitatem Patris, ut ejus prerogativas, & honores non conſequitur, ita illi nocere non debet ſcelus Patris poſt ejus nativitatem commiſſum.*

29 *Filii innocentes antè Patris hæreſim geniti, benignè excipiendi ſunt.*

30 *Filios natos antè Patris hæreſim nulla lex nominatim punire jubet.*

31 *Filios natos antè Patris hæreſim puniendos eſſe, cui fundamento innixi probent qui id ſentiunt.*

32 *Filiis natis antè Patris hæreſim favet conſtitutio Bonifacii VIII.*

33 *Bonifacii VIII. conſtitutio nullam continet quæſtionem de filiis natis antè, vel poſt Patris hæreſim.*

34 *Bonifacii VIII. conſtitutio declaratur.*

35 *Filius an accuſare teneatur Patrem, ſi ille fuerit occultus hæreticus.*

36 *Filium accuſare debere Patrem occultum hæreticum quomodo probent, qui id ſentiunt.*

37 *Filium accuſare non teneri Patrem occultum hæreticum, qui auctores cenſeant.*

38 *Moſes cum in lege jubet, Patrem filium impium accuſare, & punire debere, non id de filio in parentem expreſſit.*

39 *Pater filium accuſare debet; ergò filius Patrem, par ratio non eſt.*

40 *Filius Patrem hæreticum occultum cur prodere non debeat.*

41 *Filius impium parentem relinquere, accuſare autem non debet.*

42 *Filius accuſare debet Patrem proditorem, ergo hæreticum occultum, non eſt par ratio.*

43 *Alfonſi Toſtadi ſententia de Patre occulto hæretico à filio non prodendo, generalitèr veriſſima eſt, interpretatione tamen eget.*

44 *Filius quibus in cauſis Patrem occultum hæreticum prodere debeat.*

45 *Filius prodere tenetur Patrem occultum hæreticum, ſi ejus hæreſis Reipub. perniciosa ſit.*

46 *Filius judicibus indicans hæreticum Patrem, an eximendus ſit ab infamia, & ab aliis pœnis filiis hæreticorum impoſitis.*

47 *Filii parentes hæreticos occultos ad judices deferentes, cur non ſubjaceant pœnis in filios hæreticorum ſtatutis.*

48 *Pater filium hæreticum exheredare poteſt, & filius patrem.*

49 *Pater an filium hæreticum exhæredare poſſit, & filius Patrem, etiam ſi hæreticus ad ſinum Eccleſiæ redierit.*

50 *Filius hæreticus à Patre ad Judices delatus, & Pater à filio, an mitius puniri debeant.*

51 *Filii Judæorum, & infidelium utrum baptizari debeant parentibus invitis.*

52 *Filios Judæorum, & Infidelium eum ipſorum parentes ſub dominio noſtro degunt, an liceat baptizari.*

53 *Filios Infidelium parvulos ab invitis parentibus abduci poſſe ad Baptiſmum plurimi aſſerunt.*

54 *Filii Infidelium, quibus liberum eſt arbitrium, non ſunt inviti Baptizandi,*

etiam

etiam ſi parentes eorum id velint.

55 *Filii hujuſmodi ſi ſpontè ad Baptiſmum venerint, invitis etiam parentibus Baptizandi ſunt.*

56 *Filii minores viginti annis, qui de ſeipſis, parentibus, & aliis, quos hæreticos eſſe ſciunt, pleuam judicibus dixeriut veritatem, beuignè excipi debent, etiam poſt tempus gratiæ.*

57 *Filii pareutum præceptis imbuti plerunque ad eorum hæreſes, moreſque deducuntur.*

58 *Filius minor viginti aunis doli capax, ſi hæreticus pertinax fuerit, perindè ac ſi major eſſet, judici ſeculari relinquendus eſt.*

59 *Hæreticus minor vigiuti annis, qui in hæreſim ieciderit, & major factus, convictus fuerit de crimine, quomodo puniendus.*

60 *Minoribus viginti quinque annis in cauſa etiam hæreſis curator ad litem ab Inquiſitoribus decernendus eſt.*

De Filiis, & Minoribus.

1 ACerbiſſimum quidem videri poſſet, atque injuſtiſſimum, punire innocentem hominem propter parentis crimina; niſi Deum Optimum Maximum, qui vera juſtitia eſt, idipſum ſæpiſſimè feciſſe liqueret; niſi omniū ferè Gentium moribus receptum, & ſervatum foret; denique ſi non id antiquiſſimum, & compluribus legibus ſancitum eſſet; ergò juſtiſſimum eſt interdum filios punire propter parentum ſcelera: non tamen mortis pœna, ſed infamiæ, aut alia quapiam bonorum externorum.

2 Deus autem ipſe nonnunquam filios punire ſolet propter peccata patrum pœna etiam mortis, non tamen pœna æterna.
Gen. 19. Sic. parvuli Sodomæ propter parentum
Num. 16. ſcelera igne conſumpti ſunt; quod in Dathan, & Abiron contigiſſe ſcimus. Sic pu-
2.Reg. 12. Ioſue. 7. nitus fuit David morte filii. Sic etiam filii Acham cum Patre interfecti ſunt, & ali-
Exod. 20. bi: ſæpè Deus viſitavit peccata patrum in filios uſque ad tertiam, & quartam generationem. Quod Erupides quoque, atque Plutarchus Ethnici homines non ignorarunt. *Gen. 19. nu. 17. lib. 2. Regum cap. 12. Joſuè 6. Plutar. lib de ſera numinis vindicta. Juſtinus Philoſophus quaſt. 138. & iu principio 24. quaſt. 3. Cælius lib. 6. lectio antiqua cap. 14. Ferus in Job. ſermone 23.*

3 Illud autem nobis perſuaſum eſſe debet, nil Deum agere aliud quàm quod fas, admodumq; decens ſit; ejus enim voluntas ſumma juſtitia eſt, opera ejus omnia ſanctiſſima, & perfectiſſima; Quamobrem filium propter patrem pœna æterna Deum nunquam puniſſe, cum Auguſtino, & cœteris credimus; ipſe enim dixit; *Non portabit filius iuiquitatem patris, ſed anima, quæ peccaverit, ipſa morietur. Non dicent ultra: patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt, ſed unuſquiſq; in iniquitate ſua morietur. Ezech. 18.* & illic *Hierouymus Jere. 31. Auguſt. ſuper Joſuè q. 8.* Ezech. 18. Ierem. 31.

4 Sed neque illud injuſtum eſt, quod in exodo legitur; *Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis, Zelotes, viſitans iniquitatem patrum iu filios iu tertiam, & quartam geuerationem eorum, qui oderunt me.* Nam, ut ait Auguſtinus; *In quartam generationem repromſit quidem Dominus reddere ſe peccata patrum filiis, ſed iis, qui oderunt eum, hoc eſt, qui iu paternis malis verſati fueriut, vel iu illis, qui contra Deum paternum odium imitantur. Sicut enim filii Dei appellantur juſti, ſic filii Diaboli nomiuantur injuſti; & Sanctorum filii, Sancti, & iniquorum, iniqui.* Undè Eccleſiaſticus inquit: *Filii abominatiouum fiunt filii peccatorum.* Et mox: *filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum ſemine illorum aſſiduitas opprobrii.* Ubi Dionyſius rectè ait; filios peccatorum intelligendos eſſe illos, qui nati ſunt ex iniquis parentibus, & eorum vitia ſequuntur, Chryſoſtomus quoq; idipſum explicans inquit; *Reddens peccata pareutum in filios, non quoniam alieni peccati quiſquam ſupplicia luat, ſed quoniam, qui multos propter peccata ſua vexatos eſſe nou ignorat; neque ideircò factus eſt melior, ſed eadem committeus nou curat, illorum quoque pœnas juſtè ſuſtiuebit.* Et Sanctus Gregorius lib. 15. in Job. cap. 31. *Quis enim uſque ad tertiam, & quartam generationem, eam, quam imitantur filii parentum vitam, poſſunt videre,* cap. 20. cap. 41.

uſque

uſque ad eos ultio extenditur, qui viderunt, quòd malè ſequerentur. Exod. 20. & inibi *Aloyſius in catena. Eccle* 41. *Aug. lib. quaſtionum ex veteri teſtamento qu.* 14. *Gregor. lib.* 15. *in Job. cap.* 22. *cap. niſi cum pridem. §. perſona de renuntiatio Chryſoſtomus in Matt. homil.* 75. *& in Joan. homil.* 55. *Ambroſius* 1. *cap. cito turpem* 1. *qu.* 1. *cap. homini.* 1. *qu.* 4.

5 Illud quoq; juſtiſſimum eſſe ſcimus, quod ab ipſo Deo factum nonnunquam legimus, ut filii occiſi fuerint propter parentum ſcelera. Quidquid enim Deus fecit, ſanctiſſimum, & juſtiſſimum eſt. Ipſe fecit nos, ejuſque eſt vita, & mors; ipſe occidit, & ipſe vivere facit, ſolus ipſe vitæ, & mortis habet poteſtatem; juſtè nobis dat vitam, juſtè cum vult, occidit. Hæc ſumma ratio juſtitiæ eſt, nec ampliùs à nobis de judiciis Dei ſcrutari licet. Quærenti tamen, ſi judicium Dei juſtum eſt, quare infantes in Sodomis ſimul cum parentibus cremati ſunt? Auguſtinus reſpondit: *Ut nimis impium facinus Sodomitarum poſſit adverti, peccatum eorum pervenit uſq; ad necem filiorum, ne de origine illorum ſignum aliquod remaneret. Non ne proviſum eſt illis, ne diù viventes exempla ſequerentur patrum? à gehenna enim liberi ſunt in aliena cauſa occiſi; & ſicut bonis parentum læti ſunt filii eorum, quòd commendetur prærogativa eorum; ſic & de morte, quæ pro malis illorum infertur, queri non poſſunt, ut quemadmodum participes in lucro ſunt, ſic ſint, & in damno.* Hæc ille, & alia in eandem ſententiam, *lib quæſtionum ex veteri teſtamento quæſt.* 13. Quod, & Cyprianus noſter elegantèr diſſervit in verba illa Nahum, *ex te enim exivit cogitans &c. cap.* 1.

6 Cum igitur ſolus Deus occidere liberè poſſit quemcumq; velit, nec liceat cuiquam hominem occidere, niſi auctoritate Divinæ legis, ut Augu. & cœteri Theologi docent, relinquitur planè, quòd nec Princeps, nec Reſpublica, nec alii omninò quempiam pro peccato alterius morte punire poſſunt; id enim durum, ferum, barbarumque eſt, ac lege Divina prohibitum,
Deuter. 24. dicente Domino. *Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus; ſed unuſquiſq; pro peccato ſuo morietur.* Demoſthenes quoque epiſt. 3. *Iniquiſſimum eſſet*, ait, *quarum rerum patrem accuſant quidam, ob eas filios in vincula conjici;* Undè nemo non intelligit morem quendam Scytharum fuiſſe iniquiſſimum; apud quos, ut ajunt, cum Rex aliquos morte punit, eorum ne liberos quidem relinquit, ſed univerſos Mares interficit, fœminis nihil læſis, cui ferè ſimilem Quintus Curtius lib. 6. memorat, Macedonum legē, qua cavebatur, ut propinqui eorum, qui Regi inſidiati erant, cum ipſis etiam inſontes necarentur. Hæc tamen, & ſi quæ ſunt aliæ generis ejuſdem, non ſunt leges dicendæ, ſed legum corruptiones. De talibus loquens Philo lib. 2. de ſpecialibus legibus, inquit: *Legiſlatores, penes quos ſunt juris regulæ, periniquè ſtatuunt opinionem ſuam, magis quàm veritatem ſecuti, proditorem plecti unà cum liberis, tyrannum verò unà cum quinque familiis cognatione proximis. Libenter diſcerem cur ità? ſi unà peccarunt, ſimul etiam puniātur; quòd ſi nec ſocii fuerunt eorum, nec imitatores, nec fœlicitatis, voluptatiſq; domeſticorum participes; cur interimentur? Ideò ne tantùm quia cognati ſunt? genus enim, non ſcelus punitis; Nimirum vos, ò venerandi legumlatores, bonas habetis familias, alioqui ſi malæ eſſent, opinor nunquam vobis in mentem veniſſent inſtituta hujuſmodi; immò nec alios quidem ferretis hæc ſtatuere, ut ob cavenda ſcelera, innocentes quoque involvantur alienis periculis; Nam hic metus ità cautus debet eſſe, ut tamen non contemnatur cujuſquam incolumitas; Cœterum qui nimium ſecuritati conſulit, cogitur ſæpè innoxiis non parcere.* Hæc Philo. Non igitur ullo pacto licet quempiam propter crimen alterius occidere, nec excommunicare, nec fuſtibus cædere, nec alia corporali pœna punire, ſicut inter Theologos, & Juriſperitos ſatis conſtat. *Auguſt. lib.* 1. *de Civitate Dei. cap.* 21. *Deutero.* 24. *& lib.* 4. *Regum cap.* 14. & illic *Abulen. quæſt.* 5. *l. ſancimus. C. de pœnis Herodotus lib.* 4. *Plato.* 9. *de legibus. Herodianus lib.* 1. *cap. ſi habes* 24. *q.* 3. *Joan. Bohemus lib.* 2. *de moribus omnium gentium cap.* 9. *Alex. Ales* 3. *parte quæſt.* 40. *Tho.* 2. 2. *qu.* 108. *Afon. lib.* 2. *de juſta hæret. punit. cap.* 11. *Brunus lib.* 6. *de ſeditio. cap.* 6.

7 Cœterum filii hæreticorum, & aliorum hominum iniquorū, juſtè puniri poſſunt infamia, exilio, & quibuſdam ſimilibus pœnis. Nam, ut apud Ciceronem eſt, *quamvis illud videatur eſſe crudele, quod ad*

liberos, qui nil meruerunt, pœna pervenit: ſed id & antiquum eſt, & omnium civitatum, cujus rei non deſunt urgentiſſima quidem cauſæ: Filius enim res patris eſt, & præcipua quædam parentis poſſeſſio; puniri ergo in filio pater poterit, ſicut & in cæteris poſſeſſionibus. Quid? quod natura pater, & filius eadem eſſe perſona pene intelliguntur? Et Philo libro de Sacerdotum honoribus inquit: *Liberi ſunt parentum partes ſeparabiles, immò, ſi verum fatemur, inſeparabiles, propter communem ſanguinem, & latentem quandam rationem generis demanantem à majoribus, nativa benevolentia conjungente affectus mutuos?* Et ut Picus quadam in epiſt. ſcribit, *maxima patris pars in filio eſt. l. 3. & ulti. C. de patria poteſta. l. ulti. C. de impube. & aliis ſubſtit. Lactantius lib. de opificio Dei cap. 19.*

8 Sic olim apud Hebræos, & Græcos, apud Romanos quoque, atque alios, vendebantur a parentibus liberi, & a paternis creditoribus in ſervitutem redigebantur. Quod ex literis ſacris veteris Teſtamenti perſpicuum fit, & id ipſum Baſilius, Ambroſius, Euſebius, & complures alii teſtantur. Et apud Atheniẽſes permulto oppreſſi ære alieno, proprios liberos cogebantur vendere; nulla enim prohibebat lex; quinimmò, & ſorores diſtrahere licebat uſque ad Solonis tempora, qui lege lata ſuſtulit jus vendendi ſorores, & filias, ut in ejus vita Plutarchus eſt auctor, qui de Numa quoque Pompilio ſcribens: *Laudatur*, inquit, *ex ejus inſtitutis, emendatio ejus legis, qua parentibus filios vendere permittebatur. Exodi 21. lib. 4. Regum cap. 4. Baſilius in Pſalmum 14. homil. 4. & in concione ſuper illud Lucæ, Deſtruam horrea* cap. 12. *mea. Ambroſius lib. de Nabuthe. cap. 5. & lib. de Tobia cap. 8. Euſebius lib. 9. Eccleſiaſt. hiſto. cap. 8. lib. 1. & 2. C. de patri. qui filios diſtraxe. Dionyſius lib. 2. antiquitatum Romanarum. Tiraquel. de retract. §. 26. nu. 14. glo. 1. Covar. lib. 3. varia. reſolu. cap. 14.*

9 Accedit ratio illa viva quidem, & ſpirans, quam Cicero lib. epiſt. ad Brutum elegantèr his verbis ſcripſit: *Nec verò me fugit, quàm ſit acerbum parentum ſcelera filiorum pœnis lui; ſed hoc præclarè legibus comparatum eſt, ut Charitas liberorum amiciores parentes Reipublicæ redderet; etenim cum potiſſima ferè cauſa pœnarum ea ſit, ut homines à facinoribus perpetrandis formidine deterreantur; nulla aliâ magis acerba, nec qua anxiore afficiat triſtitia, pœna eſt, quàm cum quis cernit filios ſuos, ob ſua ipſius malè acta, affligi, & paupertatem, & infamiam, aliaque incommoda pati; quæ res multos quidem à ſceleribus avertit, & ne ſimilia audeant, admonet, atque deterret. Cicero ad Brutum epiſt. 12. & 15. Plutar. lib. de ſera numinis vindicta.*

10 Ad hæc, naturalis, & vehementiſſimus amor, quo parentes filios ſuos diligere ſolent, id efficit, quod Julius Paulus ait, ut pro affectu magis in liberis terreantur. Vix enim parentes in amore filiorum liberum arbitrium habent; nam etſi liberi pravi ſunt, & odio digni, parentes tamen haud poſſunt illos non vehementèr amare. *Parentum amor erga liberos eximius.* Addendum eodem eſt, quod Chryſoſtomus in Geneſim ſcriptum reliquit, enarrans verba illa, *Maledictus Chanaan filius: Ecce*, inquit, *pervenimus ad quæſtionem illam* cap. 9. *ubique celebrem; multos enim audivimus dicentes, quare cum peccaverit pater, filius maledictum ſuſcipit? quare cum alius peccavit, ille pœnam luit? neque abſque ratione hoc factum eſt; quia pater non minorem pœnam, & cruciatum habuit, quàm filius; ſcitis enim quomodo ſæpènumero patres orant, ut filiorum pœnas ipſi ferant; & quomodo gravius illis eſt videre filios ſupplicio affici, quàm ſi ipſi his forent obnoxii.* Eandem quoque hiſtoriam enarrans Ambroſius inquit: *Qua ratione cum Cham peccaverit, non ipſum, ſed filium ejus ſervituti addixit? & fortaſsè ideò, quia plus afficitur injuriis filii ſui, & vehementius contriſtatur ſui peccati damnationem à filio perſolutam, quia non tàm ſuo, quàm patris meritò puniretur &c. l. iſti quidem quod met. cau. regia. l. 3. tit. 20. part. 2. l. liberorum. §. ulti. de verbo ſigni. Ariſt. 8. ethi. cap. 12.* & illic *Buridanus qu. 16. cum ſeq. & lib. 9. ethi. cap. 7. Stobæus ſermone 81. Chryſoſto. in Geneſim homil. 29. Ambroſius lib. de Noe. & arca. cap. 32. Thomas 2. 2. q. 26. art. 9. cum ſeq. Felinus in cap. afferre de præſumptio Hippolyt. in l. 2. de Sicariis.*

11 Accedit etiam, quod quemadmodum filii hominum benè meritorum in pretio ſunt, & honore parentum nobilitantur, tametſi nihil ipſi fecerint, propter quod nobiles eſſent, ut civis meus Seneca lib. 4. de beneficiis elegantèr tradidit; ſic è contrario malè meritorum filii parentum, ſcelere obſcurantur, & inſontes etiam in-

famia

famia juſtè notantur, aliiſque prærogativis privantur. Non igitur mirum, neque abſurdum, cum ex illis procedant, ſi ob eorum facinora vindictæ quoque partem deſumant; quandoquidem, ſicuti Plutarchus ait, quæ apud homines beata cenſentur, propter illos conſecuti ſint, ac poſſideant; Bona ſiquidem corporis, & fortunæ à parentibus in liberos naturalitèr trãſeunt, & ſimilitèr mala. Et ſicut juſtorum filii, & ipſi juſti, nobilitant in ſe genus juſtitiæ, dum & patrum, & ſua juſtitia ſublimantur; ita & nequiſſimorum, & ipſi filii nequiſſimi (ut apud Auguſtinum eſt) incrementum faciunt malitiæ; quia & malorum filii ſunt, & nequitiam illorum exemplarunt ad perditionem multorum. Quis enim malum, & mali hominis filium, non duplici genere execretur, quomodo bonum, & boni filium duplici mercede non cenſet honorandũ? *Exodi 20. & 2. Regum 9. Plutar. lib. de ſera numinis vindicta. Auguſt. libr. quaſtionum ex veteri teſtamento quaſt. 14.*

12 Jure igitur, ac meritò hæreticorum filii privantur bonis parentum, ut ſuo loco fuſius diſſervi. Quidam tamen ex noſtratibus per quàm durum id eſſe putant, præſertim contra filios parvulos, qui bonis parentum, atque ideò alimentis privati, in vitæ diſcrimen adducentur. Etenim ut Julius Paulus ait, *Necare videtur qui denegat alimoniam*. Quamobrem quodam inſtructionis capite majores noſtri decreverunt, ut filii hæreticorum impuberes, qui privati fuerint parentum bonis, educentur, & alantur cura Inquiſitorum apud aliquos viros Catholicos, & Religioſos, qui eos fidem Catholicam doceant. *l. necare de libe. agnoſ. prima inſtruct. Hiſpal. c. 22. Lupus Senior tracta. de hareſi. cap. 18. Jo. Lupus in cap. per veſtras. §. 72. Coraſius in l. qui liberos de ritu nuptia. num. 62. Quemada quaſt. 24.*

13 Filii Catholici hæreticorum, fautorum, & receptatorum uſque ad ſecundam generationem, ad nullum Eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium publicum admittendi ſunt, ſed neq; ed ea officia ſecularia hodie in Hiſpania admittuntur, quibus, vel honorem conſequantur ipſi, vel aliis nocere queant. Non ergò Medici eſſe debent, non Chirurgi, non Macellarii, & multò minùs Judices, Decuriones, Advocati, Executores, nec alias omninò publicas functiones gerere poſſunt, niſi fortè hoc eis à Principe conceſſum fuerit. Quod ſi ſecus fecerint, in pœnam publicationis bonorum ipſo facto incurrunt; quemadmodum plenius legibus pragmaticis continetur. Hodie tamen Inquiſitores mandato Regio de his cauſis cognoſcere, & arbitrio ſuo ſtatuere poſſunt. *cap. 2. §. haretici, de hareti. lib. 6. pragmatica 8. cum ſeq. & inſtruct. 3. Valdolitana cap. 11. Zanchi. cap. 28.*

14 Quæri tamen ſolet, an hæreticorum filii Catholici ad Sacros Ord nes ſint promovendi. Quod nonnullis placere video: quia, ut ajunt, hoc non invenitur jure prohibitum; ſed contrariam ſententiam ſecuti ſunt Patres in tertia inſtructione Hiſpalenſi, quam ipſe veriorem eſſe cenſeo; tum quia filii hæreticorum non admittuntur ad Eccleſiaſtica beneficia, & publica officia conſequenda, ut paulò ante dixi; (ordines autem Sacri, ad maxima Eccleſiaſtica officia miniſtranda inſtituti ſunt) tùm etiam quia filii hæreticorum infamia notantur, & aliis inferioribus honoribus privantur. *cap. 2. §. haretici de hareti. lib. 6. & inſtruct. 3. cap. 11. cap. cleros 21. diſtin. c. felicis. §. nulli de pœnis lib. 6. l. qui indignus de Senato.*

15 Cœterum benigna interpretatione legumlatoribus placuit, ut illi tantùm hæreticorum filii ab honoribus, & beneficiis ſupraſcriptis arceantur, quorum parentes non fuerint unitati Eccleſiæ reſtituti; & ut primus, & ſecundus gradus generationis ſolummodò lineam paternam comprehendat; per maternam verò lineam ad primum duntaxat gradum pęna extendatur. Cujus differentiæ ratio eſſe poteſt, vel quia deterior eſt infectio viri, quàm fœminæ; majori enim bono majus malum opponitur, ſicuti Ariſtoteles docet lib. 8. ethic. præſtantior ſanè eſt ſexus mas, quàm fœmina, & primæ cauſæ efficienti propinquior, ut ait Philo libro de victimis; nam quidquid fœmineum eſt, imperfectum cenſetur, & ſubditum, ut quod patiatur magis quàm agat; vel quia, quemadmodum familiæ dignitas, nobilitas, & honores deſcendunt in poſteros à ſexu virili; ſic ex contrario longiorem jacturam in iiſdem ſoboles pati debeat pro delicto paterno. Addo illud Statii lib. 1. Thebaidos:

Noſtro quoque ſanguine multum
Erravit pietas, nec culpa nepotibus obſtat.

cap. ſtatutum 2. *de hæreti. lib.* 6. & illic interpretes 8. *ethi. cap.* 10. *cap. cum caput* 33. *qu.* 5. *l.* 1. *de jure immunita. l. exemplo. C. de decurio. lib.* 10.

16 Filios autem hoc loco accipimus, non tantùm ex juſtis nuptiis procreatos, ſed eos omninò, qui ex inceſto, adulterino, nefario, aut quovis alio complexu nati fuerint; non enim melior conditio illorum eſſe debet, qui odio majori digni ſunt. *l. parentes de in jus vocando. glo. in dicto cap ſtatutum*, & ibidem *Archid. Joan. Andr. Joan. Mona. Philipp. Fran. & Probus. item Collecta. in cap. excommunicamus* 1. *de hæreti. Gonſal. in tracta. de hæreti. qu.* 23. *Covar. lib.* 2. *varia. reſolut. cap.* 8. *Gigas lib.* 3. *de Crimi. leſæ Majeſta. qu.* 7.

17 Quæſitum ſcio, an filii, & nepotes eorum, qui relicti ſunt curiæ ſeculari, propterea quòd in hæreſim relapſi fuerint, ſuprascriptis pœnis teneantur, etiam ſi pœnitentiam egerint parentes eorum. Quod Joannes Andreas, & Philippus Francus verum eſſe putant; quia non videntur Eccleſiæ incorporati, qui Curiæ ſeculari relicti ſunt. Contrariam tamen ſententiam veriorem eſſe ajunt Joannes Lupus Senior, ac Dominicus, quibus aſſentior; quia illi non deceſſerunt hæretici, ſed pœnitentes, & reſtituti Eccleſiæ unitati. Non enim relapſis denegatur Sacramentum pœnitentiæ, nec Euchariſtiæ; quæ Sacramenta his, qui ſunt extra Eccleſiam communicari non ſolent. Nec ideò putandum eſt, illos Eccleſiæ non eſſe reſtitutos, quia judicibus ſecularibus relinquuntur; nam, & cœteri facinoroſi, quamvis ultimo ſupplicio puniantur, ſi tamen ſuſcepta pœnitentia moriantur, nihilominus in gremio Eccleſiæ decedunt. Sed re attentius perpenſa priorem ſententiam ſecutus ſum in Enchiridio, & in eadem perſevero nunc. *cap. ſtatutum* 2. *de hæreti. lib.* 6. & illic *Joan. And. Philip. Fran & Domini. Joan. Lupus Decanus Segobienſis tracta. de hæreſi. cap.* 18. *cap. ſuper eo de hæreti lib.* 6. *cap. in Eccleſia cum ſeq.* 1. *quæſt.* 1.

18 Item quæritur, an hæreticorum filii Catholici privati ſint nobilitate ſanguinis, vel antiquo parentum privilegio ad eos derivata. Quod quidem prima fronte magis videri poſſet, quia minoribus etiam beneficiis habentur indigni, & paterna infamia notantur; poſtremò quia omnibus excluduntur honoribus. Verior tamen eſt contraria ſententia; tùm quia non inveniuntur aliqua lege nobilitate iſta privati, nec leges pœnales extendendæ ſunt, ſed reſtringendæ; tùm etiam quia ea, quæ proveniunt ab Avis, Atavis, & Majoribus, non auferuntur à nepotibus, & aliis deſcendentibus propter patrum ſuorum crimina; & hoc jure utimur. Sed ſi is, cui privilegium conceſſum fuit, in hæreſim inciderit, jure, ac meritò privatur illo, ut noſter Ottalora rectè tradidit. *l. quiſquis. §.* 1. *C. ad leg. Jul. Majeſta. l.* 3. *de interdi. & relega.* & illic *Bart. Joan. Lup. de Regno Navarræ par.* 5. *§.* 6. *cum ſeq. Decius conſ.* 318. *Igneus in l.* 3. *§. fin. & in l. ulti. ad Sillania. Ottalora lib. de nobilitate Hiſpana parte* 4. *cap. ult.*

19 Accedit eòdem, quòd nepotes hæreticorum retinent jus eligendi, quia non ſunt nominatim electionis jure privati. *(a)* Sic etiam pater hæreticus non nocet filio Catholico in ſucceſſione aui paterni. *l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat.* 11. *Cardi. Abbas, & Joan. Imolen. in cap. excommunicamus. §. credentes de hæreti. Dom. & Philipp. Fran. in c.* 2. *§. hæretici eod. tit. Docto. in l. Gallus §. & quid ſi tantum de lib. & poſthu. Caſſene. in conſuetudi. Burgun. rubrica* 3. *§.* 5. *nu.* 69. *Jacob Segura in l. cohæredi. §. cum filia de vulga. & pupil. nu.* 73.

20 Præterea filii, & nepotes hæreticorum privandi ſunt per ſententiam, ſed non ſunt ipſo jure privati Sacerdotiis, & beneficiis, quæ conſecuti fuerint poſt parentum condemnationē; non tamen privandi ſunt ullo modo illis beneficiis, quæ antea obtinuerant, quàm patres eorum declararentur hæretici; quia id nullo jure cavetur, & iniquiſſimum eſſet. *cap. ſatis perverſum* 59. *diſtin.* & illic *glo. & cæt. Anto. Abb. Joan. Imol. Jan. de Ana. & Felinus in cap. vergentis de hæreti. Ludo. Roma. ſingula.* 686. *Gonſalus de hæreti. pravita qu.* 23. *Covar. lib.* 2. *varia reſolut. cap.* 8. *nu.* 4.

21 Filii, & hæredes admittuntur ad probandam innocentiam patris defuncti per teſtes idoneos, & Fidei Zelatores; non tamen cenſentur idonei filii, & familiares, neque domeſtici; niſi fortè ad aliqua probanda, quæ per alios probari non queant.

Ci-

Citandi autē ſunt filii, & hæredes, cum rei mortui fuerint, nec pertinaces, nec plenè confeſſi; alioqui ſupervacanea defenſio eſt; quia pertinacem defendere non licet, & ut ait Ovidius

Non eſt confeſſi cauſa tuenda rei.

l. ad probationem dominii. C. de probat. cap. filii de hæreti. lib. 6. l. fin. §. ult. ff. de bonis eorum. l. non omnes. §. à barbaris de re milita. l. 3. C. ad naufra. l. 11. l. conſenſu. §. ſin autem. C. de repud.

22 Hæc autem quæſtio anceps eſt, & magnam utrinque probabilitatem habet: An pœnæ contra filios hæreticorum ſtatutæ, comprehendant etiam eos, qui nati fuerant priuſquam parentes eorum in hæreſim laberentur. Quod prima quidem facie ſatis probari videtur duabus Pontificum conſtitutionibus, quæ generalitèr de filiis eorum loquuntur, qui tempore mortis hæretici erant; Deindè cauſa punitionis hæreticorum eadem eſt in filiis quocunque tempore natis. Ad hæc, hæ-

Hæreſis vitium merè ſpirituale. reſis vitium eſt merè ſpirituale non trahens à carne cōmercium; quam ob cauſam diſtinctio illa locum non habet, quæ in aliis criminibus obſervari ſolet; ſcilicet, quòd hi naſcuntur ex infecta radice, illi contra. His ferè rationibus perſuaſi multi hanc opinionem ſequuntur, quam quotidiè uſu comprobari videmus. *c. filii cap. ſtatutum 2. de hæreti. lib. 6. Joan. And. Dom. & Philip. Fran. in cap. ut commiſſi de hæreti. lib. 6. Gonſal. de hæreti. pravita. quæſt. 23. Joan. Lupus de jure Navarra parte 5. §. 8. objectione 4. Galindus in diſputatione Regia. §. 18. Alfonſus lib. 2. de juſta hæreti. punitio. cap. ult.* & iterùm *lib. 1. de poteſtate legis pœnalis cap. 7. Covar. lib. 2. varia reſolut. c. 8. num. 5. Grego. Lupus in Regiam. l. 2. tit. 2. par. 7. Gigas lib. 3. de crimine leſæ Majeſtatis quæſtio. 5.*

23 Alii verò complures, quibus ego vehementèr aſſentior, benigniorem ſententiam ſecuti, ajunt hæretici filium Catholicum, ante patris hæreſim natum, nec infamem, nec ſupraſcriptis pœnis obnoxium eſſe; quia nulla ſit lex, quæ talem filium nominatim exprimat; nec eadem ratio ſit hujus, & aliorum filiorum; poſtremò, quia multa ſunt, quibus probabilior ſententia noſtra videri queat. *Calderi. tit. de hæreti. conſ. 3. Petrus Cynus, & Angelus in l. quiſquis C. ad leg. Juli. Majeſta. Præpoſitus in cap. quo jure. §. diſtin. col. pen. Dom. in cap. 2. §. hæretici, de hæreti lib. 6. Alfon. Cartagina in quodam Concilio qu. 7. Joan. de Ana. in cap. vergentis de hæret. Tiraquel. de jure primogenitorum qu. 32. num. 4. tract. de crimine leſæ Majeſtatis incerto auctore quæſt. 7. Oroſius in l. emancipatum ff. de Senatorib.*

24 Ac primùm quidem, Imperatoris Conſtantini lex huic ſententiæ favet, qua *Conſtantini*
cautum eſt, ut crimen patris noceat filiis *lex.*
naſcituris, non autem illis, qui tempore criminis commiſſi nati, aut concepti fuerant; liberti enim, & eorum filii propter ingratitudinem revocantur in ſervitutem; quod ex Athenienſium legibus Romani accepiſſe videntur; Retulit enim Valerius Maximus legem illorum his verbis; *Age quid illud inſtitutum Athenarum, quàm memorabile, quo convictus à patrono libertus ingratus, jure libertatis exuitur: ſuperſedeo te*, inquit, *habere civem, tanti muneris impium æſtimatorem; nec adduci poſſum, ut credam urbi utilem, quem domi ſceleratum cerno; abi igitur, & eſto ſervus, quoniam liber eſſe neſciſti.* Eandem igitur legem ferens Conſtantinus, poſt alia inquit; *Filiis etiã, qui poſtea fuerint nati, ſervituris, quoniam illis delicta parentum non noceant, quos tunc eſſe ortos conſtiterit, dum libertate illi potirentur. Valerius lib. 2. cap. 1. l. 2. C. de libertis, & eorum libe.* & illic *glo. Bal.* & cœteri.

25 Ad hæc, ſicuti Divus Auguſt. quadam in epiſtola ſcribit; *Non imputantur filiis peccata parentum, quæ poſt eorum nativitatem à parentibus comittuntur.* Et ſuper Deuteronomium idem Divus ait; *Filios natos antè peccatum patris eſſe prorsùs à pœna immunes; non enim trahit*, inquit, *aliquid ex patre, qui jam natus erat, quando pater ejus peccavit.* Ecce quomodo beatus ille Pater conſiderat rationem illam vulgarem, quòd nati poſt commiſſum crimen, ex infecta radice proveniunt; Nam filius, antequam generetur, dicitur eſſe in patre ſecundum corporalem ſubſtantiam, & ſecundum potentiam generationis activam; Undè Levi dicitur decimatus fuiſſe in lũbis Abrahæ; quòd longè alitèr habet in filio nato. Mirum ergò videri non debet, ſi alia ſit cauſa horum, alia illorum filiorum. *Auguſt. epiſt. 75. & ſuper Deuter. q. 42. cap. non imputantur, & c. jam itaque 1. q. 4. ad Hebra. 7. Ambro. Cathari. lib. de peccato originali diſputatione 6.*

26 Poſt

26 Poſt hæc, noſtrates Legumlatores hanc ſententiam ſemel, & iterum approbaſſe videntur; & viri illi percelebres, qui in condendis legibus ſeptipartitis ſtrenuã operam navarunt, eandem illam filiorum diſtinctionem ſecuti, addunt, ſapientiſſimos, ac vetuſtiſſimos Hiſpanos majores noſtros in pœnis conſtituendis ſeper hanc rationem obſervaſſe. Quod mihi perſpicuum ſit ex decimo tertio Concilio Toletano, ubi quidam reſtituuntur in priſtinam dignitatem, qui tunc in infidelitatem inciderant. Et mox ſubjungitur; *quod etiam de filiis eorum decernimus obſervandum, qui poſt admiſſum parentum præmemoratæ profanationis ſcelus, nati eſſe produntur*. Ecce quòd illi tantùm filii egebant reſtitutione, qui nati erant poſt parentum infidelitatem; alii verò nati antè crimen, quia integri ſtatus permanſerant, non egebant reſtitutione. *l. 6. tit. 27. par. 2. Concilio 13. Toletano cap. 1. Regia leges 4. & 5. tit. 1. lib. 4. ordinatio. l. 3. tit. 9. eodem lib.*

Toletani Concilii decretum.

27 Neque his objerit, quòd hæreſis vitium ſit merè ſpirituale; nam & alia vitia ſpiritualia, & reliqui animi mores in filios tranſire ſolent, perindè atque vitia carnis. Rectè namque ille cecinit:

Qui viret in foliis venit à radicibus humor,
Et patrum in filios abeunt cum ſemine mores.

Adde quòd Paulus cap. 5. epiſt. ad Gal. inter opera carnis, hæreſes poſuit; & nonnunquam vitium corporale uſque ad animum pervenit, & eum vitiat. Accedit eòdem, quòd vita, & ſenſus ex anima in corpus defluunt; quæ ſi magnis peccatis depravata, & corrupta fuerit, corpus etiam ipſum trahit ſecum in corruptionem, illudque mirè inficit, ſivè conjunctione ſocietatis, ſivè jure poſſeſſionis, ſivè derivationis natura. Undè fit nonnunquam, ut infirmitas corporis ex animi peccato deſcendat, quemadmodum Plato docet in Charmide dicens: *Quemadmodum oculos ſine capite curare non decet, neque ſine reliquo corpore caput; ità neque ſinè anima corpus; omnia namque, vel bona, vel mala ab anima in corpus, & hominem totum manant. Illam igitur primùm, & maximè curare oportet, ſi modo caput, & univerſum corpus benè valere debeat.* Quod & Chryſoſtomus alicubi tradit. Theophylatus quoque in Evangelium Marci. *Difficiliores*, inquit, *morbi ex peccatis oriri ſolent; tanta prorsùs eſt affinitas, (ut Gellius ait) corporibus hominum mentibuſque*. Adde quòd non in eo vis eſt, utrum ſit vitium ſpirituale, vel corporale, ſed in hoc potiùs, quòd hi filii nati ſunt ex hæreticis, illi contra. *l. 1. §. apud Vivianum. ff. de edili. edi. Theophila. cap. 2. Gellius lib. 4. cap. 13. cap. cum infirmitas de pænit. & remiſſ. Chryſoſtomus in cap. Matth. 4. homil. 14. & in Joannem homil. 37. Lucas in l. 1. C. de deſerto. & occultato lib. 12. col. 7. Cyprianus noſter in pſalmum 38. verſ. ab omnibus iniquitatibus.*

Infirmitas corporis quandoque deſcendit ab animo.

28 Ad extremum ſuffragatur ſententiæ noſtræ ratio viva, & ſpirans; nàm ſi filius natus antè dignitatem patris, non conſequitur prærogativas, & honores ejus; multò minùs illi nocere debet crimen à patre poſt ejus nativitatem commiſſum; Etenim odia reſtringi, & favores convenit ampliari; & iniquiſſimum eſt, ut alteriùs odio quiſpiam prægravetur. *cap. odia de reg. jur. l. ſi quis in ſuo. §. 1. C. de inoff. teſta. l. D. Marco. C. de quæſt. l. ſi quis Decurio 3. l. neque Dorotheum l. doctitii. l. neminem. l. Divæ memoria. l. ult. C. de decurionib. lib. 10. l. Senator de dignita. lib. 12. l. ſi cohortalis de cohortali. eod. lib. l. emancipatum de Senato. l. filii. §. Senatores. ad munici cap. 2. qui filii ſint legiti.*

29 Ne autem Catholici, & innocentes filii, antè patris hæreſim geniti, rigore aliquo puniãtur indignè, quantacunq; legum ſeveritas benigna interpretatione temperanda eſt. Et ut Fabius ait: *Etiamſi quæ ſunt jura, quæ obſtent, ſi tamen anguſtus ſaltem detur acceſſus, per quam intrare humanitas poſſit, vera clementia occaſione contenta eſt. Miſericordia quidem digni ſunt*, ſicuti Juſtinianus inquit, *hi qui alieno laborant vitio*. Narrans eleganter Plutarchus immanem Scillæ credulitatem, poſt alia dicit: *Qui proſcriptum acceptaſſet, ſalutique conſuluiſſet, humanitati pœnam, mortem deffinivit, non fratrem, non filium; non parentes excepit; qui necaſſet, cædis mercedem duo talenta conſtituit, ſeu Dominum ſervus, ſeu patrem filius interemiſſet. Quod autem omnium injuſtiſſimum exiſtimatum eſt, proſcriptorum filios, ac nepotes honore privavit, omnium bona publicavit. Tanti eſt pro patrum ſcelere filios innocentes punire. Fabius declam. 6. l. legem. C. de natura liberis.*

30 Adde,

30 Adde, quod nulla lex eſt, quæ nominatim filios natos antè patris hæreſim puniat nec generali filiorum appellatione, hi cenſeri debent eſſe comprehenſi, quos anteriores leges, quos ratio diverſa, denique quos tot viri ſapientes excipiunt. Nec movet Alexandri IV. conſtitutio, qua probari putant, filios quocunq; tempore natos in eadem cauſa pœnarum eſſe; quia nil minus indidem colligi poteſt. Non enim conſtitutio de pœnis filiorum quippiam ait; nec de his, qui nati ſunt antè patris hæreſim loquitur; ſed id tantum definit filios, vel hæredes admittendos eſſe ad probandam innocentiam ejus, qui tempore mortis cœremonias fecerat hæreticorum. Ex quo nil aliud intelligi poterit, quàm quod filii, hoc & illo tempore nati, admittendi ſunt ad probandam innocentiam patris, quemadmodum hæredes etiã extranei ab ea defenſione non excluduntur. *cap. filii vel hæredes de hæreti. lib. 6. l. ſed & poſteriores de legib.*

Bonifacii VIII. Conſtitutio.

31 Alia tamen conſtitutio Bonifacii VIII. extat, cui reſpondere poſſe vix videor; in ea ſiquidèm continetur, quod filii, & nepotes illorum hæreticorum ſupradictis pœnis comprehenduntur, qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur. Ergo ſat eſſe videtur, quod parentes deceſſerint hæretici; undè conſequitur, conſtitutionem de filiis quoque natis antè hæreſim loqui, cum poſt mortem patris ab illo generari nequiverint. Hæc ſunt verba legis fortiſſima ut putant, quibus opinio contraria potiſſimè ſuſtinetur, quæ fateor, fallere poſſunt parum diligentèr intuentes; cœterum ſi conſtitutionem ipſam attentius conſiderare velimus, haud dubiè reperiemus eam ſententiæ noſtræ favere, adverſæ autem opinioni obſtare; quod ex his, quæ mox dicturus ſum, cuivis facilè perſpicuum eſſe poterit. *cap. ſtatutum 2. de hæreti. lib. 6.*

32 Initio, non jure faciunt hi, qui legem latam in favorem filiorum, retorquere conãtur in odium eorum; nulla enim juris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum cõmodum producamus ad ſeveritatem. Quod ſi conſtitutionem illam diligentèr excuſſeris, à primo ejus capite uſque ad extremum reperies omnia in favorem filiorum decreta, nihilque adverſus illos tractatum, nihil contra illos inductum. Excludebantur ab officiis, & beneficiis hæreticorum filii uſque ad ſecundam generationem; id Pontifex Bonifacius declarat, ut per paternam lineam primus, & ſecundus gradus comprehendatur; per maternam verò, ut ad primum duntaxat gradum ea pœna extendatur, idque favore filiorum. Intelligere quivis poterat ex Innocentii, & Alexandri decretis, filios, & nepotes quoruncunque hæreticorum ad publica officia, & Eccleſiaſtica beneficia non eſſe admittendos; id quoq; Bonifacius idem Pontificia illa Conſtitutione in favorem filiorum interpretatur, ut de illis tantùm filiis id accipiatur, quorum parentes pertinaces in hæreſi deceſſerunt. Vides quàm nihil hic ſit, quod filiis noceat? *dicto cap. ſtatutum 2. l. nulla de legib. l. quod favore. C. eo. tit.*

33 Ad hæc nulla in eadem conſtitutione quæſtio eſt de filiis natis antè, vel poſt patris hæreſim; nec quicquam decernitur ibidem, quo leges anteriores abrogatę credantur; nec veriſſimile eſt Pontificem illum, tam pium, & benignum erga filios, in ea ipſa lege, in qua de filiis tam benè meretur, obiter tamen, & aliud agentem, generali tantùm filiorum appellatione, tot æquiſſima jura corrigere voluiſſe, in odiũ, & necem filiorum, quibus maximè conſultum eſſe volebat. *l. non eſt novum de legib. l. ſi quando. C. de inoffi. teſtam. cap. Eccleſia veſtra 2. de electio. l. ulti. quod met. cauſa. cap. quia veriſimile de præſumpt.*

34 Præterea, ſi æquitati, ſi veriſſimilibus conjecturis, denique ſi juſtæ interpretationi locus ullus relinquitur; probabilior ſinè dubio ex Pontificia illa conſtitutione ſententia noſtra reddetur; nam ſi filii eorum hæreticorum, qui tandem ad Eccleſiæ unitatem quoquomodo redierunt, non ſubjiciuntur pœnis ſupraſcriptis, quãvis procreati ſint ab infectis parentibus; quantò juſtius, rectiuſque impunitatem conſequi debent ii, qui ex Catholicis patribus nati ſunt, etiam ſi poſtea in hæreſim parentes eorum lapſi fuerint? Nec obſtant verba illa conſtitutionis, undè nonnulli malè colligunt, ſatis eſſe ad pœnas omniũ filiorum, ſi parentes hæretici ſint duntaxat tempore mortis; nam ea interpretatio contra alia jura, contra æquitatem, & natura-

naturalem rationem accipienda non eſt. Quid? quod ob eam tantùm cauſam exigit Summus Pontifex, ut parentes probentur hæretici deceſſiſſe, quo planè conſtet, illos nec emendatos fuiſſe, nec Eccleſiæ unitati reſtitutos; non autem, ut filii antè illorum hæreſim nati, conſtitutionum pœnis comprehendantur indignè. Adde, quòd perrarò evenire ſolet, ut hi moriantur hæretici, qui vixerunt Catholici; nec enim mala mors eſſe ſolet, quam bona vita præceſſit; & ut Celſus ait, ad ea potiùs debet aptari jus, quæ, & frequentèr, & facilè, quàm ad ea, quæ perrarò eveniunt: Accipienda ergò illa conſtitutio eſt de filiis genitis poſt hæreſim patris, qui perſiſtens in errore, deceſſit hæreticus; & hanc ſententiam Ludovicus Molina longiori diſputatione defendit. *Authent. multò magis. C. de Sacroſan. Eccleſ. l. 2. C. de condit. inſert. l. 3. de liber. præteri. l. nam ad ea de legibus. l. qui teſtamen. cap. cum ceſſante de appellatio.* & illic *Decius nu. 9. Molina lib. 4. de primigeniis Hiſpaniæ cap. ulti.*

35 Perdifficilis autem quæſtio eſt, an filius patrem occultum hæreticum accuſare, aut ſaltem judicibus indicare teneatur. Multi quidem putant, filium ad eas res obligatum eſſe. *Alex. Ales parte 3. præcepto 4. qu. 33. Henricus in eodem præcepto, ſermone 5. Lupus in cap. per veſtras. §. 75. Alphonſus Caſtrus lib. 2. de juſta hæreti. punit. cap. ult. Cajet. in Deut. cap. 3. Marti. Navarrus in cap. inter verba laudantium 11. qu. 3.*

Auctores affirmativæ ſententiæ.

36 Nec eorum levia ſunt argumenta; nam lege Moſayca pater filium impium accuſare, ac punire debet, ergò & filius patrem. Ad hæc, Philo in libro de victimas offerentibus ait: *Necandum eſſe fratrem, & filium impium, tanquam hoſtem publicum ſinè reſpectu privatæ neceſſitud.nis.* Et alibi Ambroſius inquit; *Præferenda eſt religio neceſſitudini, pietas propinquitati.* Præterea extrà controverſiam eſt, magis diligendum eſſe Deum, quam patrem; & relinquendum, atque odio habendum eſſe patrem propter Deum. Divus quoq; Hieronymus epiſt. ad Heliodorum, & ad Marcellam alia in epiſtola ſcribit; *calcandum eſſe patrem pro religione, ac ſolidum pietatis genus eſſe in ea re eſſe crudelem, & genus fore pietatis impium eſſe pro Domino.* Accedit eodem quòd filius tenetur Magiſtratibus indicare patrem proditorem Patriæ, ut elegantèr docet Cicero lib. 3. offic. Poſtremò in confeſſo eſt, patrem eſſe indicandum à filio, ſi Principem velit occidere. Relinquitur ergò, ut pro ſinceritate Catholicæ Fidei pater hæreticus à filio ſit Inquiſitoribus Apoſtolicis indicandus.

Deuter. 13.

Frater, & Filius impius necandus.

Neceſſitudini præferenda Religio.

Pater pro Religione calcandus.

37 Contrariam ſententiam tuetur Alfonſus ille Toſtadus, cui equidem vehementèr aſſentior. Nulla enim lex extat Naturalis, Divina, vel Humana, quæ tàm grave onus humeris filiorum imponat; etenim lex illa Moyſis de Patre, aut Matre non loquitur; magno ſanè argumento, eos prodendos non eſſe; id enim haud obſcurè Legiſlator excepit, qui cum legem benè longam promulgaret, in qua conjunctiſſimos quoſque recenſuit, parentes tamen omiſit, qui in primis nominandi erant; Nàm ſi idem de patre, aut matre voluiſſet, adjunxiſſet, nec enim deerant illi verba, nec obliviſci potuit Legiſlator ille, ut unus noſtrum; nec lex illa Divina imperfecta eſſe potuit, nec trahenda eſt ad ſpeciem longè diſſimilem. *Deutero.* 13. & inibi. *Toſtadus quæſt. 3.*

Negativam ſententiam qui tueatur.

38 Eòdem ferè tendunt verba illa ejuſdem Moyſis: *Occidat unuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum.* Et item illa: *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, unuſquiſque in filio, & in fratre.* Ubi ſemel, atque iterum de patre altum ſilentium. Cur enim Sacer Moyſes non antè omnia dixit, occidat unuſquiſque patrem ſuum, nec aliquem parricidam laudavit? Nimirum quia portentum, atq; monſtrum eſt (ut inquit Cicero) eſſe aliquem humana ſpecie, & figura, qui tantùm immanitate beſtias vicerit, ut parentes occidat, cum etiam feras inter ſe ſe partus, atque educatio, & natura ipſa conciliet. *Exodi 32.*

Exod. 32.

39 Nec obſtat argumentum illud; ſi pater filium, quem ampliùs diligit, accuſare debet, ergò, & filius patrem. Nec enim dilectio in cauſa eſt, ut pater non ſit accuſandus, ſed maxima illa obligatio, qua filius plus patri debet. Undè fit, ut pater filium accuſare poſſit, nec lex ulla id vetet; impium verò ſit, filium patri diem dicere, ut ait Plato in Euthyphrone. Adde quòd majorem dilectionem filius patri debet, quàm Pater filio, ut *Plato 11. de legib. & Ariſto. lib. 9. ethi. cap. 2. auctores ſunt.*

40 Præ-

Patris crimen occultandum à filio.

40 Præterea, filius tenetur occultare patris crimina, nec ſeipſum prodere debet; quòd ſi patrem occultum hæreticum judicibus indicaret, ſe ipſum filius proderet, quia infamis eſſet, ſimulque bonis patris privaretur; quo quid cogitari durius poſſit? *Gen. 9. cap. quis aliquando de pœniten. diſtinctio 1. Eccleſiaſtici. 3. cap. cum ſecundum de hæreti. lib. 6.*

41 Nec movere quenquàm debet quòd filius patrem impium relinquere, atque illum odio habere queat; non enim conficitur inde, ut illum accuſare, vel judicibus prodere teneatur; nec ullus Sanctorum Patrum id unquàm docuit, nec dilectioni Dei hoc adverſatur; poteſt enim filius Deum diligere, ſicuti debet, & tamen patrem impium nec accuſare, nec indicare judicibus.

De Patre hæretico, & Patriæ proditore non currit paritas.

42 Ea verò quæ de Patriæ proditore retuli, longè diſſimilia ſunt; quia niſi patriæ proditor Magiſtratibus indicetur, momento temporis univerſa Reſpub. perire poteſt, cujus ſalus præferenda eſt ſaluti patris; hæreſis autem paulatim ſerpit, & neminem occidit invitum, & quandiù fuerit occulta, parùm nocebit Reipub. Si verò latius ſerpſerit, nullo etiam indicante manifeſta judicibus fiet. Hæc eadem dici poſſunt de patre, qui de interficiendo Principe conjuraſſet; id enim facinus horæ momento committitur, & occiſo Principe tota Reipub. ſalus periclitatur.

Toſtadi ſententia eget interpretatione.

43 Ex quibus omnibus, aliiſque multis per picuum eſt, Alphonſi Toſtadi ſententiam generalitèr eſſe veriſſimam; ſed ut mihi quidem videtur, eget interpretatione. Nam, & ſi filius non teneatur patrem occultum hæreticum judicibus indicare, poterit tamen id facere; & eo magis ſi pater inſanabilis eſſe videatur; Nec Toſtadus, aut alius quiſpiam hoc negat, quinimmò laudandus eſt filius, qui ardore Divinæ Religionis naturalem amorem vicerit, & affectum hunc vehementiſſimum ſuperaverit; ſed omnia priùs tentare debet, quàm patrem ad judices deferat.

44 Duæ autem ſunt ſpecies, in quibus filius patrem hæreticum judicibus prodere debet. Prior eſt, cum filius ab Inquiſitoribus Apoſtolicis juſtè interrogatur; poſterior cum patris hæreſis perniciosa Reipub. ſit. Nam quoties judex juſtè interrogat, toties teſtis, & reus interrogatus tenetur ei dicere veritatem; quia magna pars juſtitiæ legalis in obedientia conſiſtit, qua parere opportet judici juſta præcipienti; & quo jure judex juſtè interrogat, eodem interroganti tenentur ei vera fateri. Accedit eo quòd veritatem occultare in judicio, crimen mortiferum eſt, præſertim cum teſtis, aut reus juratus mentitur. Accedit etiam quòd tunc filius juſtè interrogatus ſeipſum prodere debet, ergò & patrem. *Tho. 2. 2. qu. 69. & qu. 76.*

45 Poſtremò, ſi pater hæreticus peſtifer ſit, & ejus hæreſes perniciem, & exitium afferre poſſint univerſæ Reipub. tenebitur filius ea facere, quæ de patriæ proditore lib. 3. offic. Cicero his verbis ſcripta reliquit: *quid ſi pater Fana expilet, cuniculos agat in ærarium? indicet, ne id Magiſtratibus filius? nefas id quidem eſt; quin etiam defendat patrem, ſi arguatur. Ipſi patria conducit pios habere cives in parentes. Quid ſi tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pater? ſilebit ne filius? immò verò obſcurabit patrem, ne id faciat; ſi nihil proficiet, accuſabit, minabitur etiam; ad extremum, ſi ad perniciem patria res ſpectabit, patriæ ſalutem anteponet ſaluti patris.* Atq; hæc qu dem hactenus; nam in libro de patre hæretico, ſatis multa de hac quæſtione diximus, & illinc aſſumi poſſunt, quæ ad hunc locum pertinebunt.

46 Hinc illa exoritur quæſtio, an filius judicibus indicans hæreticum patrem; eximendus ſit ab infamia, & ab aliis pœnis filiis hæreticorum impoſitis? quod magis placet Alfonſo Caſtrenſi; quia ratio, inquit, legis ceſſat in his filiis, qui parentes deferunt; in eis enim paterni criminis exēpla non ſunt metuenda. Quæ ratio in lege pœnali expreſſa cum ceſſet, & lex ipſa ceſſare debet. Hoc tamen argumentum fragile quidem mihi videtur; nec enim ea eſt potiſſima ratio illarum pœnarum; quæ ſi non alia foret profectò lex iſta injuſtiſſima eſſet; Nàm quis unquam punivit innocentem, ob eam tantùm cauſam, quia timet ne fortè aliquando reprobus efficiatur? pœnam culpa præcedere debet, non autem conſequi. Nam ſicut Pætus Thraſea, apud Cornelium Tacitum lib. 15. annalium, inquit; *Culpa, quam pœna tempore prior; emendari, quàm peccare poſterius eſt; nec propter incertiſſimam præſumptionem innocens puniendus eſt.* Deindè quamvis ra-

tio illa ceſſare videatur, ſuperſunt nihilominùs aliæ fortiores cauſæ, quibus juſtè ad hæreticorum filios pœna pervenit, quemadmodum ſupra luculentèr diſſervi. *Alfonſus libro 2. de juſta hæreti. punit. c. ults. l. quiſquis. §. 1. C. ad leg. Juli. Majeſta. c. cum ceſſante de appellat. cap. literas de præſumpt. §. affinitatis inſtit. de nuptiis.*

47 Eadem tamen ſententia ex aliis cauſis mihi non diſplicet. Primò, quia impunitate, ac prœmio etiam dignus eſt ille qui ardore, ac zelo Fidei, & Religionis accenſus, ne parenti quidem ſuo parcit. Deindè quia hi de Repub. & Catholica Eccleſia benè meriti ſunt. Poſtremò, quia hoc favet innocentibus, & benignus eſt, & Imperiali conſtitutione ſancitũ. *(b)* Ajunt enim Federicum Imperatorem conſtituiſſe, ut qui latentem patris hæreſim revelaverit, aliorum filiorum pœnis nequaquam ſubjaceat. Quod Pontificia, quidem, & Regia lege confirmari deberet. *cap. ſi quis Papa 79. diſtin. l. eum qui C. de decurio. lib. 10. gloſ. in §. planè inſtit. de jure natura. Abulen. lib. 2. Regum cap. 20. q. 21.*

48 Pater filium hæreticum exheredare poteſt, & filius patrem; ea enim eſt juſtiſſima cauſa exheredationis, conſtitutione quadam novella explicata, quam Harmenopulus retulit in promptuario juris lib. 5. tit. 9.

49 Sed an ea lex locum habeat etiam ſi hæreticus ad ſinum Eccleſiæ redierit? & nihilominus puto conſtitutioni tunc locum eſſe; parcitur enim hæretico pœnitenti, ut ignis pœnam evadat, ſed infamia ejus non abolctur; & pœna quidem illa demi poteſt, ſed, ut ille ait, culpa perennis erit; nec aliæ pœnæ abolentur pœnitentia, ut alibi dixero.

50 Quæſitum ſcio, an Filius hæreticus à patre judicibus oblatus, vel contra, pater à filio indicatus, mitius puniri debeat? Quod Alfonſo Caſtrenſi placet, nec mihi diſplicet, ne videantur ſe ipſos ad ſupplicium obtuliſſe; ut in ſimili ſpecie apud Martianum, & Ælianum lib. 1. relatum eſt. Accedit etiam, quòd benignius eum eis agi ſolet, qui ſeipſos, & qui alios deferunt. Cæterum in caſu propoſito magis conſiderare debent judices ſpontaneam hæretici, ſimplicem, & humilem confeſſionem, ejuſque contritionem, & converſionem; quàm extraria iſthæc, quæ metu probationum, & cautè, atque dedita opera interdum fieri ſolent. *Alphonſus lib. 2. de juſta. hæreti. puuit. cap. ult. l. milites agrum. §. ulti. de re. milita. Elianus lib. 1. varia biſtoriæ cap. de patre filium ſuum capitis reum poſtulante. Hippolyt. in l. 1. §. ad quæſtionem de quæſtio. l. 1. C. de bis qui ſe deferunt lib. 10. & l. 1. de diſerto, & occultato lib. 12. Igneus in l. 3. §. ſi ex ſtipulatu. ad Sillania. Tiraquel. de pœnis, cauſa 18. cum ſeq.*

51 Alia quæſtio ſubindè tractatur à Theologis, & Juriſperitis; utrum Judæorum, & Infidelium filii baptizari debeant, parentibus ſuis invitis. Cujus quæſtionis varii caſus conſiderari poſſunt. Primus, cum illorum filii bello capti, aut alia ex cauſa efficiuntur Chriſtianorũ ſervi; tunc autem baptizandi ſunt invitis parentibus, in quorũ poteſtate eſſe jam deſinunt; Nàm cum arbitrio dominorum educantur, vitæ illorum perpetuæ potiùs, quàm temporali providere debent; Nam, & unicuique mandavit Deus de proximo ſuo; & qui ſuorum, & maximè domeſticorum, curam non habet, Fidem negavit, & eſt infideli deterior. Altera ſpecies eſt, cum parvuli permanent in poteſtate parentum, & ab eis juxtà ſectam ſuam educantur; quo caſu, nullo modo baptizari debent parentibus invitis; quia eos non docerent Fidem Catholicam, ſed Judaicam perfidiam. 1. Timo. 5.

52 Ille autem caſus difficilior eſt, cum Judæi, & Infideles ſub dominio noſtro, & inter Chriſtianos degunt; nàm de filiis parvulis eorum ambigitur, an abduci debeant ad baptiſmum parentibus invitis. Quàm quæſtionem breviter ipſe perſtringã; quia in Hiſpania Judæi, & infideles commorari nequeunt. Sunt autem plurimi aſſerentes non licere in ſpecie propoſita, infantes parentibus obluctantibus, ad baptiſma diripi, ne indè homicidia, & apoſtaſiæ ſequantur. *Thom. 2. 2. quæſt 10. art. 12. 3. par. qu. 68. & quol. 2. art. 7. Durandus, Richard. & Palud. in 4. ſent. diſtin. 6. Gerſon in regulis moralibus. glo. in cap. Judæorum 23. q. 1. Calderi. conſ. 3. tit. de Judæis Cardi. Abb. Præpoſ. Joan. de Ana. & Pelinus,* qui ait hanc eſſe communem ſententiam *c. ſicut de Judæis. Silveſter in ſumma verb. baptiſmus 4. §. 6. Joan. Echius de Sacramentis bomil. 11. Matth. de afflictis Neapol. deciſ. 151.*

53 Alia

53 Alia eſt cum plurimum diverſa opinio, aſſerentium, parvulos infidelium ab invitis parentibus auferri poſſe, & baptiſmi Sacramento regenerari, cautione pro viribus adhibita, ne ex hoc homicidia ſequantur. Quæ ſententia, tametſi probabilibus argumentis nitatur; mihi profectò non ſatis placet, neque uſu Eccleſiæ comprobata eſt. *Scotus in 4. ſent. diſtin. 4. quæſt. ult. Joan. major. in lib. 2. diſtin. 44. quæſt. 3. Joan. Andr. Archid. Steph. Joan. Imola. Landul. Aureo. Angel de Clava Gabriel, & quidam alii.*

54 Hæc autem omnia de his filiis accipienda ſunt, qui nondum habent uſum rationis; nam illi, quibus liberum eſt arbitrium, non ſunt inviti baptizandi, etiam ſi parentes eorum id velint. Militem enim voluntarium diligit Deus; non eſt cogendus quiſpiam ad ſuſcipiendam Chriſtianam Religionem, ſicuti Tertullianus, Iſidorus, & cœteri omnes docent; nec invitus eſt aliquis faciendus amicus, ut Ariſtoteles ait. *libr. 8. ethi. cap. 13. Tertullianus lib. ad ſcapulam. Iſidorus lib. 2. de ſummo bono cap. 2.*

55 Si verò hi filii ſpontè ad Baptiſmum venerint, invitis etiam parentibus baptizandi ſunt. Et hæc eſt vera, & conſtans Theologorum omnium ſententia. Quòd ſi Judæi, & Infideles cum filiis parvulis fuerint in Chriſtianorum ſervitutem redacti, poſſunt liberè a parentibus auferri, & eis invitis baptizari, quemadmodum majores noſtri in Concilio quodam Toletano his verbis decreverunt; *Qui Judæos in ſervitutem acceperint, in nullo eos permittant rituum ſuorum cæremonias celebrare, aut colere; & filios eorum à ſeptimo anno nullam cum parentibus ſuis habitationem, aut ſocietatem habere permittant; ſed fideliſſimis Chriſtianis nutriendos tradant, & filios eorum, & filias Chriſtianis in matrimonium tradant, ne infidelium patrum ſuorum ſemitas quibuslibet occaſionibus iterare poſſint. Concilio 17. Toletano cap. 8.*

Tolet. Concily de parvulis hebræorum captivorum à parentib⁹, etiã invitis auferendis.

56 De minoribus autem viginti annis, qui ſpontè de ſeipſis, de parentibus, de conſanguineis, ac de aliis omnibus, quos hæreticos eſſe ſciant, plenam judicibus dixerint veritatem, inſtructione Hiſpalenſi decretum eſt, ut benignè recipiantur etiã poſt tempus gratiæ; & ut levius puniantur, quam alii majores natu; quia ætas immatura, & prava educatio, eos quodammodo excuſare poſſunt. Curare tamen inquiſitores debent, ut hi Fidem Catholicam doceantur, & pleniùs, ac melius deinceps inſtruantur. Huc accedit jure conſultus Triphonius, qui de impuberum punitione loquens, inquit. *Ætatis miſeratio ad mediocrem pœnam judicem perducere debet. prima inſtr. Hiſpalen. cap. 9. l. auxilium. §. in delictis de minori. cap. 1. & 2. de derelictis puero. Coraſius lib. 6. miſcella. c. 23.*

57 Accedit etiam, quòd plerunq; præceptis parentum imbuti filii ad eorum hæreſes, moreſque deducuntur, & antequam liberum arbitrium habeant, impietatem illorum ſimul cum lacte ſugunt. Ochozias *2. Paral. 22.* Rex Judæorum, ſicuti ſacra teſtatur hiſtoria, ingreſſus eſt, per vias domus Achab, quia mater ejus impulit eum, ut impiè ageret. Proindè gratias ingentes Omnipotenti Deo ſemper agere debemus, quia nos ex parentibus Catholicis, & in Hiſpania naſci dignatus eſt; nàm ſi ex Hæreticis, Judæis, aut Infidelibus naſceremur, & inter illos educaremur, haud dubiè quin ſimiles eis, ac fortaſſè deteriores efficeremur. Nàm, ut ait Prudentius lib. 1. contra Symmachum:

Ut ſemel obſedit gentilia pectora patrum
Vana ſuperſtitio; non interrupta cucurrit
Ætatum per mille gradus; tener horruit hæres,
Et coluit quidquid ſibimet venerabile Cani.
Monſtrarant Atavi; puerorum infantia primò
Errorem cum lacte bibit:

gratias fortunæ agebant Socrates, & Thales Mileſius, quòd Græci nati eſſent, non barbari; quantò rectius nos Deo vero gratias habere, agereque debemus, quòd in tantis hæreſum procellis nati ſumus Hiſpani. 2. *Paralipo. 22. cap. dixit Apoſtolus 24. qu. 3. Laertius lib. 1.*

58 Si verò minor viginti annis doli capax hæreticus pertinax fuerit, & monitus, atque convictus ad Eccleſiam redire noluerit, perindè ac ſi major eſſet judici ſeculari relinquendus, & ab eo in ignem mittendus eſt; Non enim parcitur minoribus in atrocioribus delictis præſertim in his, in quibus malitia ſupplet ætatis defectum, quale crimen hæreſis eſt *textus, & gloſ. in l. auxilium. §. in delictis de mino. glo. & in-*

In atrocioribus minoribus nõ parcendum.

 ter-

terpretes in l. ferè in omnibus de reg. juris. Tiraquel. lib. de pœnis, cauſa 7.

59 Quòd ſi quiſpiam, dum eſſet minor viginti annis, inciderit in hæreſim, & major factus convictus fuerit de crimine, videbatur prima fronte puniendum eum eſſe mitius tanquam impuberem, & minorem; quia, ut apud Ulpianum eſt, quoties de delicto quæritur, placuit non eam pœnam ſubire, quem debere, quàm conditio ejus admittit eo tempore, quo ſententia de eo fertur; ſed eam cauſam ſuſtinere, quàm ſuſtineret, ſi eo tempore eſſet ſententiam paſſus, cum deliquiſſet. Verius tamen eſt, puniri debere talem hæreticum perinde ac ſi eo tempore delinquat, quo ſententia in eum fertur; Quia hæreſis cum eo crevit, & ſecum illam ſemper habuit, qui nunquã illam confeſſus eſt. Non ſecus atq; ſi quis impubes rem aliquam furto ſubtraxerit, & eam ſemper poſſederit, donec major factus, deprehenſus cum ea ſit. Adde, quòd & gravius iſte deliquit qui nunquam ad Eccleſiam verè converſus eſt, & ſeverius puniri debet, qui tandiu tacuit, occultum ſecum ferens ſub pectore vulnus. Tantò enim graviora ſunt peccata, quantò diutius in fœlicem animam detinent alligatã. *l. 1. de pœnis. l. ſi dominium*, & illic *Bart & in l. inficianda. §. infans de furtis. cap. ulti. do conſuetudi.*

60 Quamvis autem majores viginti quinque annis curatore non egeant, juxta

cap. 9. quod apud Joannem ſcriptum eſt: *Ipſum interrogate, ætatem habet, ipſe de ſe loquatur; minoribus tamen in cauſa etiam hæreſis curator ad litem ab Inquiſitoribus decernendus eſt*; cujus auctoritate conſilio, ac diligentia innocentiam ſuam Rei tueri poſſint. Quod quidem ea cautione faciendum eſt, ut nec minoribus facultas defenſionis auferatur, nec ipſi curatores ſub defenſionis prætextu impietatem illorum occultare queant. Recti quidèm judices horum reorum curatores, defenſores, & patres eſſe ſolent: nec iſti curatores (ut aſſolet) mutam perſonam agere debent, ſed cauſas impuberum, & minorum diligentèr, fideliterque defendere; Nam inter omnes conſtat fragile eſſe, & infirmum hujuſmodi ætatis conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multorumq; inſidiis expoſitum. Quamobrem Sanctiſſimè Juſtinianus conſtituit, ut in criminalibus cauſis minoribus viginti quinq; annis omninò curatores adſint, cum ſit cautius, & melius cum ſuaſione perfectiſſima, & reſponſa facere minores, & ſe defendere, ne ex imperitia ſua vel juvenili calore, aliquid vel dicant, vel taceant, quod ſi fuiſſet prolatum, vel non expreſſum, prodeſſe eis poſſet, & à deteriore calculo eos eripere. Quidquid igitur cum minoribus viginti quinque annis actum fuerit in criminalibus cauſis ſine curatoris auctoritate, nullius prorſus momenti erit. *Joan. 9. l. 1. de minori. l. clarum C. de auctori. præſtan. Corne. conſ. 198. lib. 4. Hippolyt. conſ. 130. Bertran. conſ. 326. lib. 3. Gratus conſ. 52. lib. 2. Matth. de afflict. deciſ. 208.*

ANNOTATIONES.

1 Acerbiſſimum quidem videtur &c.

Cauſas, ob quas Filii puniantur ob Parentum peccata, vide relatas à *Pegna in addit. ad Eymeric. 3. part. Direct. comment. 163. qu. 114. § ac primum.* De materia Filiorum Hæreticorum *lege Farin de Hæreſi q. 191. §. 1. nu 1 & ſequen. Locatum in praxi.* Verbo *Filii Hæreticorum.* Auctorem Lucernæ eodem verbo. *Zanchinum tract. de hæret. cap 28. Repertorium Inquiſitorum.* Verbo *Filii. & Eymeric. 2. part. Direct. quæſt 114. & aliquot ſequen.*

5 Illud quoq; juſtiſſimum eſſe ſcimus &c.

Collige ex hac Doctrina actiones nonnullas, quæ Præceptis adverſantur Divinis, nec ab hominibus proprio marte abſq; peccato unquam fieri poſſe; ſi accedat mandatum Dei, & fiant auctoritate Divina, ſtatim juſtificari, & licitè poſſe patrari. Sic præceptum fuit Abrahæ, ut filium ſuum litaret Deo Gen. 22. ſic Oſeæ mandatum, ut ſibi filios faceret fornicationis. Oſeæ 22. Sic tandem Hebræis juſſum, ut ex *Ægypto* recedentes, ſecum Ægyptiorum res aſportarent. Exod. 11. & 12. Quibus autem de cauſis malitia recedente ab his, introducatur juſtitia *lege D. Auguſtin. lib. 22 contra Fauſtum cap. 80. D. Hieronym. in cap. 2. Oſeæ, & quæ tradunt Theologi. 4. ſent. diſt 37.* Quænam autem circa hoc controverſiæ inter Thomiſtas, & Scotiſtas vertantur, vide apud *Aretin 3. diſt 37. quæſt. unica, & Fabrum diſp 48. de reſtit cap. 3.*

6 Cum igitur ſolus Deus &c.

Quid ſuper Inſontis Vita poſſit Reſpublica, vel Princeps in caſu, quo Tyranus Urbi minitetur excidium, niſi Innocens occidatur, vide diſcuſſum apud Caſiſtas, & præcipuè apud *Molin. tom. 4. tract. 3. diſt 10.*

7 Cœterum filii Hæreticorum &c.

De juſta punitione, qua Filii hæreticorum mulctantur, vide rationem à Summo Pontifice redditam *in cap. Vergentis de Hæretic. ut notavi ſupra tit.*

tit. de Bonis Hæretic. num. 5.

12 Iure igitur &c.

Vide *Tit. de Bonis Hæretic. num.* 4. & ibid. notata.

13 Filii Catholici hæreticorum &c.

De Beneficiorum, & Officiorum publicorum privatione, quam ſubeunt Hæreticorum filii. Vide *Eymeric. in Direct.* 3. *part. quæſt.* 114. ubi *Pegna comment.* 163. *diffuse per totum.*

14 Quæri tamen ſolet &c.

Ratio, quam pro ſententia negativa hic affert Simanc. videtur eſſe unica; quia inhabilis ad unum eſt inhabilis ad ei adnexum. *c. translato de conſtitu.* & in ſpecie irregularitatis dicit *Gloſſ. notab. in cap. ſtudeat.* 50. *diſt. n.* & probat *cap. poſtulaſtis de cler. excomm. miniſt.*

16 Filios autem hoc loco &c.

De variis Filiorum generibus vide librum elegantiſſimum, & pereruditum Eminentiſs. Card. Paleotti, cujus titulus eſt. *De Nothis, & ſpuriis*, ubi multa, quæ ad horum filiorum materiam ſpectant, invenies, & nota quòd hæc Simancæ Doctrina non ità dilatatur, ut ad omnes illegitimos extendatur; nam qui incerto patre naſcuntur, propter Patris delictum nullam pœnam incurrunt. Vide *Farinac. de hæreſ. quæſt.* 191. *§.* 1. *num.* 11.

17 Quæſitum ſcio &c.

De hac quæſtione inter DD. fit controverſia præcæteris, vide *Didac. Canter. in quæſt crimin. Rub. de hæretic. cap.* 1. *nu.* 13. ibi enim negativam ſententiam tuens, veriorem aſtruit, & ſecundum eam aliàs judicatum in Inquiſitione Conchenſi teſtatur. Vide pariter *Surd. conſ* 386. *num.* 24. qui hanc magis æquam, & piam, immò veriorem etiam fatetur.

18 Item quæritur &c.

Notandum quòd hic loquitur Simanca de nobilitate quo ad privilegiorum ammiſſionem. An, & quando Hæreticorum filii propter paternam hæreſim nobilitate Patris, & Privilegiis priventur, vide *Sanchez, in præcep. Decalog. lib.* 2. *cap.* 29. *nu.* 1. *& ſequen.*

19 (*a*) Sic etiam Pater Hæreticus &c.

Quod Nepotes Catholici ſuccedant Avo Catholico, etiamſi pater eorum hæreticus vivens ſit. tenet idem *Sanchez qui ſupra in præcep. Decalog. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 35.

20 Præterea filii, & nepotes hæret, &c.

Notandum quòd licèt hæc Simancæ ſententia hodie ſit magis uſu recepta, eſt tamen contra omnes Vetuſtiores Doctores; hi enim docuerunt filios, & nepotes hæreticorum non modo fieri inhabiles ad officia, & beneficia obtinenda poſt Patris, vel Avi delictum, verùm etiam, omnibus illis, quæ obtinebant antè Patris delictum, ipſo Iure privari. Hos, & rationes pro ſe adductas, vide apud *Pegnam in addit. ad Eymeric.* 3. *part. Direct. comment.* 163. *quæſt* 14. *§. in hac quæſtione, & ſequen.*

21 Filii, & Hæredes admittuntur &c.

Vide ſupra notata *num.* 15 *tit. de Defunctis.*

22 Hæc autem quæſtio &c.

Rationes, quas in ſequentibus capitibus pro ſententia negativa affert Simanca, quam ipſe tuetur, & multæ, & validæ ſunt; Verùm his non obſtantibus contrariæ ſententiæ affirmativæ nunquam dubitaſſe ſe ſubſcribere ait Pegna, addendo ſe credere, & in conſulendo, & in judicando ab ea recedendum non eſſe. Illum vide *loco ſupracit. §. Illud præterea quæſitum, & ſequen.*

35 Perdifficilis autem quæſtio &c.

Hanc quæſtionem poſitam, vide apud *Locatum poſt praxim quæſt.* 5. & pro ſententia affirmativa reſolutam; vide paritèr, quæ hic idem Simanc. admodum quidem ſubtilitèr, eruditè, & coprosè ſcribit infrà in libro ſingulari de Patre Hæretico.

44 Duæ autem ſunt ſpecies &c.

Has ſpecies approbat etiam *Farinac.* ſed poſteà concludit verius eſſe teneri ſemper indiſtinctè in hæreſis crimine Patrem arceſſere filium, & è contra filium Patrem accuſare; Hunc vide *tract. de Hæreſ. quæſt.* 197. *§.* 2. *num.* 42.

46 Hinc illa exoritur quæſtio &c.

Quæſtionis hujus reſſolutio affirmativa, communis videtur; & pro ſe multos habet Auctores. Hos vide relatos à *Farinac. de Hæreſi qu.* 191. *§.* 1. *nu.* 37.

47 (*b*). Ajunt enim Federicum &c.

Hanc Federici Conſtitutionem, quæ incipit: *Commiſſi Nobis*, vide relatā à *Pegna inter literas Apoſtolicas pro Officio S. Inquiſit. poſt Direct. fol. mihi* 27. *&* 28. vbi *§. Nec quidem &c.* hæc præciſa verba leguntur: *Nec quidem à miſericordiæ finibus duximus excludendum, ut ſi quis paternæ hæreſis non ſequaces, latentem patrum perfidiam revelaverint; quacumque reatus illorum animadverſione plectatur, prædictæ punitioni* (intellige pœnas in dicta conſtitutione contra hæreticorum filios inflictas) *non ſubjaceat innocentia filiorum.*

48 Pater filium Hæreticum ex hæredare poteſt &c.

In favorem hujus ſententiæ vide, quæ allegat *Decian. tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 17. *§. Ideo filius hæreticus.*

50 Quæſitum ſcio &c.

Nota hic quod in crimine hæreſis ſola revelatio delicti Patris facta à filio, vel filii facta à Patre regulariter non eſt in cauſa cur hujuſmodi Rei mitius tractari debeant; ſi enim ſigna converſionis, & contritionis nulla, aut ſuſpecta darent, eodem prorsùs modò, ac cæteri forent abſque ulla diſtinctione puniendi. Vide *Farinac. de Hæreſi. qu.* 197. *§.* 2. *num.* 44.

51 Alia quæſtio &c.

De materia Infantium Iudæorum, & aliorum Infidelium, quandonam parentibus invitis baptizari poſſint, vide luculenter pertractantem *Azor. p.* 1. *Inſtit. Moral. lib.* 8. *cap.* 25. *quæſt.* 7. *& ſequen.* & interim nota quòd hi tales Infantes ante uſum rationis baptizati, ſi poſt eundem rationis uſum redeant ad Iudaiſmum, non excuſantur ex eo quod Infantes, & ignorantes Baptiſmum ſuſceperint. Sed Hæretici reputantur, & uti tales mitius licèt, puniuntur juxtà *tex. in cap. contra Chriſtianos de Hæreticis in* 6. Vide *Pegnam in addit ad Eymeric. comment.* 69. *qu.* 44. *ſecundæ partis. Direct §. Inuque hac quæſtione, & Farinac. de Hæreſ. quæſt.* 178. *§.* 6. *num.* 140.

56 De minoribus autem &c.

Vide quæ de minoribus traddidit ſupra *tit.* 17. *Rub. de defenſ. Reor. num.* 14. *&* 26.

58 Si verò minor viginti annis &c.

Vide ſupra notata *tit.* 17. *de defenſ. Reor nu.* 26.

60 Quamvìs autem majores &c.

Nota quod licèt ſit de jure minori Curatoris traddītio in criminalibus, ſub pœna nullitatis proceſſus, & confeſſionis inde ſequutæ. *ut in l. Clarum. C. de auctor. præſt.* attamen in Vniverſali Inquiſit. Romana, & in aliis Italiæ in hæreſis crimine non ſervatur. Vide *Caren. in annotat. Pegna ad Prax. Inquiſit. lib.* 2. *cap.* 27.

De

De Hæreſi. Titulus XXX.

SUMMARIUM.

1 *HÆreſis qualis vox ſit, quid ſignificet, & ejus opera.*
2 *Hæreſis definitiones.*
3 *Hæreſis ut conſummata dicatur quid habere debeat.*
4 *Hæreſis conſummata explicatur.*
5 *Hæreſis in Fidei Catholica materia committitur.*
6 *Catholici ſcriptores quibus in rebus ſalva Fide diſſentire poſſunt.*
7 *Hæreſis quàm impium ſit crimen, & quot mala importet.*
8 *Hæreſes undè oriri ſoleant.*
9 *Hæreſis alia cauſa recenſentur.*
10 *Hæreſis ex quibus ampliùs cauſis procedat.*
11 *Hæreſis quare multis modis fiat.*
12 *Hæreſum remedia.*
13 *Tranſactio nulla eſt, quæ de crimine hæreſis à quocunque facta fuerit.*
14 *Hæreſim manifeſtam quæ propoſitiones ſapiant.*
15 *Hæreſim manifeſtam quæ crimina præſeferant.*
16 *Pacta, & conventa cum Dæmone quomodo diſtingui ſoleant.*
17 *Dæmones invocare per modum Imperii, aut eis comminando præcipere poſſe homines, fieri non poſſe cenſet. Auguſt.*
18 *Amoris impatientia ſortilegia facere; & cereas imagines, quo pacto ſuperſtitioſum, non hæreticum ſit.*
19 *Hoſtiam non conſecratam petere tempore mortis an ſapiat hæreſim.*
20 *Sortilegiorum, & divinationum cognitionem, niſi manifeſta in eis hæreſis ſit, ad Inquiſitores non ſpectare multorum eſt ſententia.*
21 *Inquiſitores de ſortilegiis, & divinationibus cognoſcere debent.*

De Hæreſi.

1 HÆreſis, Græca vox eſt, latinè Sectam ſonat, olim ſæpè in bonam partem accepta hodie verò nomen odioſum eſt, & apud vulgus infame. Significat hæreſis, de aliquo dogmate firmatam opinionem, in qua homo tenacitèr perſiſtit, undè hæretici dicti; quo nomine ſignificantur qui contra Chriſti Fidem, aut illius Eccleſiam, vel docent, vel credunt. Dicitur autem hæreſis ab electione, quia ſcilicèt eam ſibi unuſquiſque diſciplinam elegit, quàm putat eſſe meliorem; ſed cum lex noſtra data ſit ab Omnipotenti Deo, non autem ab hominibus electa, id circo Chriſtianorum non eſt electio ſectæ; & quia in baptiſmo juramus in verba Dei, & in Eccleſiæ doctrinam, in captivitatem redigere debemus noſtrum intellectum in obſequiũ Chriſti; proindè quiſquis aliam fidem, aut aliam doctrinam elegit, jure ac meritò hæreticus, & infamis, execratione dignus habetur. *c hæreſis* 24. *quæſt*. 3. *Budeus in l. ſ. exempli de ædili. edictio. Coraſius lib*. 3. *Miſcellanæ cap*. 8. *Covar. lib*. 3. *varia. reſolut. c*. 1. *Canus lib*. 12. *de locis Theologicis cap*. 9. (*a*) *Hæreſum opera ſunt adultera doctrina, hæreſes dictæ Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis, ſive ad inſtituendas, ſivè ad ſuſcipiendas eas utitur; ideò Apoſtolus, & ſibi damnatum dixit hæreticum, quia, & in quo damnatur ſibi eligit, nobis verò nihil ex noſtro arbitrio indulgere licet; ſed nec eligere quod aliquis de ſuo arbitrio induxerit; Apoſtolos Domini habemus auctores, qui nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio, quod inducerent, elegerunt; ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fidelitèr nationibus adſignarunt; Itaque etiam ſi Angelus de Cœlis aliter Evangelizaret, anathema diceretur à nobis. Hæc Tertullianus lib. de præſcriptionibus adverſus hæreticos, quæ Rabanus Maurus tacito auctore retulit, lib*. 2. *de inſtitutione Clericorum cap*. 58.

Surdas hæreſim eſſe ait, ſectam ſeù diſciplinam, quæ rationem aliquam ſuo arbitratu ſequitur, aut ſequi videtur, ac Theophylatus in epiſtolam ad col. cap. 2. enarrans verba illa ſecundum traditionem hominum, inquit: *Animadvertis undè ſit dece-*

deceptio, quòd humanæ cogitationes, & ratiocinationes intermedient; propterea, & hæreſes dicuntur, quia hominum ſunt opiniones. Chriſtianorum autem fides non eſt humanum dogma; propterea neque tale nomen aſſequetur.

2 Hæreſis autem multifariam definitur à multis, ſed in eandem ſententiam conveniunt omnes. Quidam definiunt, Hæreſis eſt propoſitio falſa, Fidei Catholicæ repugnans. Alii ſic, Hæreſis eſt dogma falſum Catholicæ veritati contrarium in eo qui Fidem Chriſtianam profeſſus eſt. Alitèr, Hæreſis eſt error pertinax contra Catholicam veritatem; vel, Hæreſis eſt falſa, & erronea opinio, per quam falsè intellectus opinatur de aliquo contra Fidei veritatem; vel, Hæreſis eſt fidei vitium, quo quis ſingulare aliquid à communi Eccleſiæ Catholicæ Fide, ac ſententia eligit, ac proindè ſe ab Eccleſia ſeparat, qua ſe rectiùs ſentire præſumit; & ob id hæreſis, hoc eſt electio, haud inſignificanter appellatur. Demum hæreſis eſt dogma falſum contra Fidem Catholicam, ab eo qui Fidem profitetur, pertinaciter aſſertum, vel in dubium revocatum. *Cardi. Hiſpanus lib. 4. de Eccleſia, parte 2. cap. 1. Guido de hæreſibus cap. 3. Gabriel in lib. 4. ſent. diſtin. 13. quæſt. 2. Pigbius lib. 4. hierar. Eccleſiaſti. c. 8. Brunus lib. 1. de hæreti. cap. 1.*

Varia Hæreſis definitiones.

3 Tria igitur neceſſaria ſunt ad hæreſim conſummatam; falſa credulitas, quæ eſt ex parte virtutis animæ, ſivè potentiæ rationalis; perverſa voluntas, quæ eſt ex parte concupitivæ, pertinax defenſio, ſeu impugnatio, quæ eſt ex parte irritabilis; duo pertinent ad intellectum, error, & ſententia Fidei; pertinacia verò pertinet ad voluntatem, & hæc eſt, quæ conſummatum facit hæreticum; voluntas enim eſt tanquam manus ipſius animæ, quibus aggredimur, & apprehendimus res: quemadmodum Theages Pytagoricus tradit; undè ſi quiſpiam crediderit ſe tenere ſententiam aliquam Fidei Catholicæ, cum contrariam illi teneat, hujuſmodi adhæſio non eſt hæreſis, quia pertinacia caret. Ergò Hæreſis eſt infidelitatis ſpecies, ad eos pertinens, qui Fidem Chriſti profitentur, ſed ejus dogmata corrumpunt; & eſt vitium, quod in intellectu ponitur, non tamen abſolutè, ſed ut moto à voluntate eligente. Ut autem Metopus Pytagoræus ait: *Voluntas conſtat ex intellectu, & appetitu; intellectus verò ex rationali parte animæ, appetitus ex irrationali oritur.* Theages quoque Pytagoricus in lib. de virtutibus, inquit; *Electio conſtat ex intellectu, & appetitu, quorum intellectus quidem eſt partis animæ rationalis, appetitus autem irrationalis. Alex. Aleſ. parte 2. quæſt. 181. Thom.* & cœteri *2. 2. qu. 11. Torquemada lib. 4. de Eccleſia, par. 2. cap. 4.*

Ad Hæreſim conſummatam tria neceſſaria.

4 Hæc autem tria, quibus conſummata efficitur hæreſis, planè, ac familiaritèr ità explicari poſſunt; ut hæreſis ſit dogma falſum, ſeu doctrina, propoſitio, aſſertio, vel opinio falſa, quæ ſcienter aliquis eligit contrarium ejus, quod Eccleſia Catholica docet; in qua electione includitur error approbans falſa pro veris, aut vera pro falſis, certa pro incertis, aut incerta pro certis; de qua re alibi plenius diſſervi. In eadem quoque electione concluditur pertinacia, qua quis impudenter errorem præponit Catholicæ veritati, quemadmodum alio loco dicemus.

Hæreſis definitio.

5 Materia quoque Fidei Catholicæ neceſſaria eſt, ut opinio contraria hæreſis ſit. Importat enim hæreſis corruptionem Fidei Chriſtianæ; ad quam non pertinet, ſi quis habeat falſam opinionem in his, quæ non ſunt Fidei; Undè Didymus lib. 3. de Spiritu Sancto, inquit; *In aliis rebus ex conſortio vocabulorum error eveniens, confuſionem, & pudorem ei, qui erravit, importat; de ſupernis verò, & Divinis lapſus ad prava, ad æternam pœnam deducit, & barathrum; maximè cum ſemel deceptus noluerit reſipiſcere; ſed ſuum defenſare impudentèr errorem.* Et Iſidorus lib. 2. de ſummo bono, ait: *Nil obeſſe cuiquam, ſi per ſimplicitatem aliquam de elementis indignè ſentiat, dũmodò de Deo vera pronunciet.* Quod ſubindè Divus Auguſtinus, cœterique tradiderunt. *Auguſti. lib. 3. de libero arbitrio, & in Enchiridio cap. 21. cap. in quibus 22. quæſt. 2. Iſidorus lib. 2 de ſummo bono cap. 1. Tho. 2. 2. qu. 11. arti. 2. Guido de hæreſibus cap. 3. Torquem. lib. 4. de Eccleſia, par. 2. c. 13.*

6 Hinc eſt, quòd ſæpiſſimè Catholici Scriptores, ſalva Fide, diſſentiunt in his rebus, in quibus nihil refert, utrum hoc dicatur, an illud. Cujuſmodi eſt quæſtio de ſalute Origenis; de qua inter Hieronymũ, & Ruffinum; inter Joannem Picum, & alios acris contentio eſt. Cui confinis eſt quæ-

ſtio,

Variæ de Salomonis ſalute opiniones. ſtio, de ſalute Salomonis, quem perjiſſe putant Auguſtinus, Chryſoſtomus, Beda Gregorius, Liranus, Rabanus, Alfonſus, Toſtadus, & alii multi; è contrario autem Ambroſius, Hieronymus, Thomas, Vincentius, Origenes, Iſidorus, Burgenſis, Leo Papa, & Hæbreorum plurimi, ut apud Alvarum Pelagium eſt, inter Divos eundem eſſe conjectant. Et paſſim ſe ſe cuicunque offerunt mille talia. *Joan. Picus in apologia qu.7. Auguſt. lib.17. de Civitate Dei cap.20. & lib.3. de Doctrina Chriſtiana c.21. Chryſoſtomus in Matt. homil. 68. Alvarus Pelagius lib.2. de planctu Eccleſiæ art.45. Alfonſus Abulen. in lib.2. Regum cap.7. quæſt. ult. Tho. lib.3. de regimine Principum cap.8. Joan. Ludovi. Vivaldus in opera regali. Feli. in cap. ne innitaris de conſtit. & in c. de præſumptio. Alber. Pighius lib.7. de libero hominis arbitrio cap. 2.*

7 Eſt autem hæreſis graviſſimum crimen; eò cœteris pejus, quò latius ſe diffundit acutius penetrat, tenacius adhæret, ac difficilius curatur. Quod quam ſit noxiũ, indè cenſeri poteſt, quia Fidem Catholicam impetit, fundamentum totius pietatis, ſinè qua impoſſibile eſt placere Deo. *ad Hebr.11.* *Morbus animæ graviſſimus impietas eſt*, ut ait Mercurius in Pymandro, dialogo 12. & ut Auguſt. ait, *Hæreſes Orthodoxis ſunt dogmata perverſitatis, animas illaqueantia, & in profundum præcipitantia.* Et Epiphanius lib. Ancorato. *Deterior eſt Fidei perverſitas infidelitate: incredulitas enim Fidem accipiens corrigi poterit; Fidei verò perverſitas incorrigibilis eſt, & ægrè ſalvatur, niſi donum, & gratia aliqua ex ſupernis acceſſerit.* Auguſtinus adverſus Donatiſtas hæreticum hominem, quovis ethnico, quantumlibet malo pejorem eſſe judicat. Ad hæc, tantò execrabilior eſt hæreſis, quàm idolatria, quantò deterior eſt, qui ſub ſpecie mutuæ benevolentiæ amicum prodit, quàm qui hoſtem aperto Marte aggreditur. Divus Hieronymus in Ezechielem cap.16. *Quod dicitur, ſuper omnem fornicationem tuam, & abominationes tuas, illud ſignificat, quòd cunctis peccatis, & fornicationibus pejor ſit doctrina hæreticorum, quæ Dei filios facit filios dæmonum; immò interficit eos, quos, vel multo labore genuerat Deo, vel ſuos fecerat filios quos in fornicatione generavit.* Ad Summam, hæreſibus vera, & Catholica Fides, & Religio labefactatur, animæ, & corpora occiduntur, tumultus, & ſeditiones commoventur; pax & tranquillitas publica perturbatur; denique totius Reipub. Chriſtianæ ſtatus, & forma in pejus commutatur, & nonnunquam ſubvertitur etiam, & extinguitur. Sed hæreſum omnium peſſimæ hæreticorum hujus temporis ſunt, quia non portionem aliquam lædere, ſed ipſa Chriſtianæ Religionis conantur fundamenta deſtruere. *Vide Auguſtinum in Joannem tractatu 18. & lib.6. contra Donatiſtas cap.41. Vide Alfonſum lib.1. adverſus hæreſes cap.1. & lib.1. de juſta hæreti. punit. cap.2. Brunum lib.2. de hæreti.*

8 Hæreſum autem cauſæ multę traduntur à multis; fragilitas intellectus humani, converſio ad peccata, & errores, quibus obſcuratur cor inſipiens; malitia, quæ corrumpit, & mutat intellectum; ſublimitas rerum divinarum; negligentia quærendi adiutorium Dei ad Fidem confirmandam, & adiuvandam incredulitatem; ſuperbia, qua omnes hæretici prudentiæ ſuæ innituntur; Undè Hieremias inquit; *Arrogantia tua, & ſuperbia cordis tui decepit te.* Ubi gloſſa, *Omnis hæreticus arrogans.* Et Gregorius: *Tantò à Dei luce longè ſunt, quãtò apud te humiles non ſunt.* Et Bernardus ſuper Cantica: *Superbo oculo veritas non videtur, & ſincero patet.* Affectio quoque inordinata intellectum trahit ad contraria Fidei; multi namque defecerunt ſpe, amore, odio, timore, alii etiam invidia, qua ſæpè adulteratur veritas, unitas ſcinditur, ad hæreſes, atque ſchiſmata proſilitur, ſicuti docet elegantèr Cyprianus, ſermone de Zelo, & livore, qui alio quoque ſermone de bono patientiæ ait: *Impatientia etiam in Eccleſia hæreticos facit.* Quæ omnia, & id genus alia, voluntatem, & affectus hæreticorum uſq; eo depravant, ut in ſtultiſſimos, ſtupidiſſimos, & impiiſſimos errores, quemadmodum Lutheranis, Sacramentariis, Anabaptiſtis, & cœteris accidit, paſſim præcipitentur. *Hiere. 49. Peraldus in ſumma virtutum, tractatu de fide cap.28.*

9 Alii aliter cauſas hæreſis colligunt; quarum dicunt eſſe potiſſimam, immodicum ſui amorem; Undè fit, ut ſua ſemper hæreticis placeant, propriis inventis delectentur; quamobrem eo obſtinati, & pertinaces fiunt. Nàm ut Plato Dial.5. de legib.

gib. inquit: *Nimius in ſeipſum amor omnium peccatorum omuibus ſemper eſt cauſa; obcæcatur quippè circa amatum qui amat. Quapropter qui ſe amat, cum ſeipſum magis quàm veritatem honorandum putet, quid juſtum, bonum, & pulchrum ſit, malè judicat.* Accedit etiam gloriæ cupiditas, & vana ſcientia inflans. Sed ut ſapientiſſimè Auguſtinus inquit: *Cujuſmodilibet excellant ingenio, niſi Deus adſit, humi repunt.* Poſt hæc, proprius cujuſq; inordinatus affectus eſt illi cauſa cadendi; nempè avaritia, libido, ſuperbia, libertas, ambitio, inobedientia, gula, cœteraque hujuſmodi vitia effrænata, prout trahit ſua quemque voluptas. Nam ſicuti rectè Gerſon ait: *Omnis excellens affectio trahit ad ſe judicium rationis, & perſæpè appetitus trahere ſolet intellectum, & voluntatem*; & item affectus rationem vincere, quemadmodum Buridanus tradit, & rebus ipſis experimur quotidie. *Auguſt. de utilitate credendi cap.* 10. *Gerſon tract. de examinatione doctrinarum parte* 2. *conſide.*6. *Buridanus in lib.* 7. *ethi.qu.*9.

10 Præterea, pravorum librorum lectio; Zelus non ſecundum ſcientiam; Prælatorum negligenria, ignorantia Doctrinę Chriſtianæ; Sacrarum literarum in linguã vulgarem translatio; indifferens prædicatio verbi Dei per quoſcunq; pravos, & indoctos; Indignitas præſulum, & Sacerdotum; verſutia diaboli; Principum impietas, & mille talia in cauſa ſunt, ut hæreſes naſcantur, & creſcant; ſed illę potiſſimùm vigent, quibus voluptas comes eſt, quales jam olim fuerunt Mahumetis hæreſes, & hodiè ſunt Lutheranorum, & novorum hæreticorum. Et, ut apud Cæſarem eſt, *Libenter homines id, quod volunt, credunt.* Et ſicut Sapiens ait; *Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde ejus.* Etenim veriſſimùm eſt Sophoclæum illud à Plutarcho in Artaxerſe relatum; *facilis eſt via, & prona qua, quò volumus, ducimur.* Et ſicuti Demoſthenes 3. Orat Olynthiaca inquit: *Omniũ facillimũ eſt ſemetipſum decipere; quod enim quiſque vult, id etiam ſibi fingit.*

*Prov.*18.

11 In ſumma hæreſis, quia mala eſt, multis fit modis; malum enim infinitum, incertumq; eſt, ut Pythagorici coniiciunt bonum certum, atque finitum

Uno namque modo bonus eſt, multiſque nefandus.

Malum namque multiplex, at bonum ſoliſtimum, ideſt ſimplex, & uniforme, quemadmodum ab Ariſtotele traditur; *Boni, ac veri unica eſt via, mali, & falſi innumerabiles; videlicet quotquot ab illa unica aberrant, ex falſa opinione naſcentia, ubi deſinant, non habent; nullus enim terminus falsò eſt. Via eunti aliquid extremum eſt; error immenſus eſt*, ut civis meus Seneca, inquit epiſtola 15. & Sanctus Chryſoſtomus in epiſt. ad Rom. cap. 1. *Hic oſtendit Apoſtolus multas eſſe impietatis vias, veritatis verò unam tantùm; error enim, & varius eſt, & multarum ſpecierum, & confuſum quid; veritas verò una*; & ibidem Theophylatus: *Verus cultus, & pietas unius eſt forma; impietas verò multifida eſt. Julius Cæſar lib.* 3. *de bello gallico. Proverb.*18. *Ariſtoteles* 2. *ethi.cap.* 6. *& lib.*1. *magno. mora. cap.* 25. *& Sacer. Dionyſius lib. de Divinis nominibus cap* 4.

12 Cognitis hæreſum cauſis, remedia quoq; illarum pariter cognoſcuntur; quandoquidem verum, ac tritum eſt, contraria contrariis curari. Ut enim Ariſtoteles inquit lib. 5. polit. *Dubitari non poteſt quin cognitis iis, quæ interitum important, ea quoque, quæ ſalutem afferunt, intelliguntur; cum contraria contrariorum ſint efficientia.* Tunc igitur hæretica peſtis præcaveri, & extirpari facilè poterit, cum privati omnes devitaverint varia, & peregrina dogmata, & profanas quaſlibet novitates; cum ſinguli prodierint, accuſaverint, & perſecuti fuerint hæreticos; cum Reges, & Principes Catholici fuerint, ac Fidei zelatores; cum Prælati, & Prædicators eruditione, bonitate, atq; ſapientia fulſerint; poſtremò, cum Judices, Rectoreſque populorum, prudentes, juſti, ac diligentes in hæreticis inquirendis, & puniendis fuerint; hoc enim potiſſimum, & perfectiſſimum remedium eſt adverſus hæreſes, ut inquirantur hæretici diligentiſſimè, & puniantur ſeveriſſimè. Vide *Gerſonem tractatu de ſenſu literali ſacræ ſcripturæ, Alfonſum lib.* 1. *adverſus hæreſes cap.* 11. & fuſiùs *lib.* 3. *de juſta hæreti. punitio. Ariſtot.* 5. *polit. cap.* 8. *Brunum lib.*1. *de hæreti. cap.*5. & iterum *lib.* 3.

13 Illud autem extrà controverſiam eſt, quòd à quibuſdam traditum ſcio; nullam eſſe tranſactionem, quæ de crimine hæreſis à quocunque facta fuerit; Et ſi enim de aliis multis criminibus tranſigere, vel pa-

paciſci liceat; non tamen id ullo pacto permiſſum eſt in his criminibus, in quorum punitione publico bono, & animarum ſaluti conſulitur; ea enim res privatorum pactionibus nequaquam ſubiicitur. *l. ſi unus §. pacta de pactis. l. tranſigere. C. de tranſactio.* & illic *Purpuratus, & Padilla noſter num. 97. Nicol. Arelata tract. de hæreti. notab.* 8.

Quænam ſit propoſitio, manifeſtam hæreſim ſapiat.

14 Quia verò quædam ſunt crimina, quæ magnam ſuſpicionem hæreſis præſeferunt, de quibus Inquiſitores cognoſcere nequeunt, niſi ſapiant hæreſim manifeſtam; operæ pretium erit pauca hoc loco de his breviter commemorare. Illa igitur propoſitio ſapit manifeſtam hæreſim, ex qua, conceſſo, & aſſumpto aliquo, quod non poteſt probabilitèr negari, ſequitur hæreſis in Fide. Alitèr: Illa ſapit manifeſtam hæreſim, ex qua, & quibuſdam veris, quæ nulla tergiverſatione poſſunt negari, ſequitur hæreſis manifeſta. Illa quoque propoſitio eundem ſaporem habet, quæ in prima verborum ſignificatione, & prima fronte ſenſum habet hæreticum, quamvis piè intellecta poſſit habere ſenſum Catholicum. Denique, ut Joannes Torquemada inquit; Hæreſim ſapiunt propoſitiones hæreſi propinquæ, qualis eſt, quæ aſſerit perverſum dogma, ex quo cum notorio vero, quod negari non poteſt, ſequitur hæreſis propriè dicta. *Gerſon alphabeto 14. Echius lib. 1. de primatu. Petr. cap. 6. Alfonſus lib. 1. de juſta hæreti. punit. cap. 3. Joannes Torquemada lib. 4. de Eccleſia, parte 2. cap.* 10.

15 Præterea, illa crimina ſapiunt manifeſtam hæreſim, quæ natura ſua præſeferunt aliquid, quod eſt hæreſis manifeſta, ut baptizare imagines, præſefert, quòd illæ ſunt capaces hujus Sacramenti. Et ſcientèr puerum rebaptizare ſignificat, quòd baptiſma poteſt bis conferri. Similitèr, circa aras Idolorum genua flectere, preces nefarias dicere, Sacrificia offerre, pectus tundere, & id genus alia perpetrare, Idololatriam præſeferunt, & manifeſtã hæreſim ſapiunt, quamvis enim nullum factum per ſe ſit hæreſis, aliqua tamen facta ſunt uſq; adeò impia, ac Religioni, & Fidei Catholicæ adverſa, ut ea committens, judicari juſtè poſſit hæreticus, quia, ut inquit Chryſoſtomus, in Pſal. 13. *Quantò ſunt facta potentiora verbis ad perſuadendum, tantò factis, quàm dictis Deum negare gravius eſt. cap. igitur 26. quæſt. 3. glo. & interpretes in cap. accuſatus. §. ſanè de hæreti. lib. 6. Oldradus conſ. 210. Dominicus conſ 54. Silveſter in ſumma, verbo hæreſis 2. nu.* 4.

16 De invocatione Dæmonum, & pactis cum eis conventis, communitèr hæc diſtinctio approbari ſolet. Quædam ordinantur directò in dæmonum reverentiam, qualia ſunt, adorare, oblationes, & Sacrificia offerre, invocare ad futura prænoſcenda, tribuere illis aliquid, quod ſolius Dei ſit, pacta cum eis facere, aut fœdus percutere ad ſupraſcripta, ſimiliave perpetranda; & hæc omnia ſapiunt manifeſtam hæreſim. Quædam fiunt obliquè ad reverentiam dæmonum, ut curioſi, & perditi homines aliquid ſciant, aut operentur eorum ope, invocantes dæmones ad quæſtum faciendum, vel ad pudicitiam tentandam, vel ad ſimile quippiam, quod ſit eorum proprium; quæ ſi fiant per modum Imperii, non venerando dæmonem quaſi Deum, vel infallibilem veritatem, hæc (ut ajunt) non ſapiunt manifeſtam hæreſim. *glo. Domini. Philippi. Fran.* & cœteri *in cap. accuſatus. §. ſanè de hæreti. lib. 6. Oldra. conſ. 210. Alberti. in rubrica. C. de hæreti. Joan. And. ad ſpeculum titul. de ſortile. Bal. conſ. 95. lib. 1. Dom. conſ. 54. Gonſal. de hæret. pravi. quæſt. 9. Matth. de affli. in Conſtit. Siciliæ tit. 1. quæſt. 1. Ponzini. tractatu de Lamiis num. 82. Grillan. de ſortile. quæſt. 10. Brunus lib. 1. de hæret. cap. 2. Silveſter in ſumma, verbo hæreſis 2. nu. 4. ſumma Roſella, verbo hæreticus nu. 3. Alfon. lib. 1. de juſta hæreti. punitio cap. 19. Cajeta. 2. 2. q. 95. art. 4. Ludo. Carc. de hæreti. nu. 23. Alberti. lib. de agnoſcen. aſſertio. Catholi. qu.* 11.

17 Beatus tamen Auguſtin. erroneum ineptum, & ridiculum eſſe cenſet, invocare dæmones per modum imperii, aut eis comminando præcipere; Non enim eſt poteſtas ſuper terram (ſicuti Job inquit) quæ comparetur eis. *cap. 41.* Cœterum dæmones, ut fatuos irrideant, atque decipiant, fingunt ſe cogi, atque timere, ſicuti multis Pariſienſium decretis declaratum eſt; quemadmodum Gerſon variis ſuorum operum locis memorare ſolet. Illud autem prætèrire nolui, quod ille inſervit operi de erroribus circa artem Magicam, his verbis; *Quod dare, vel offerre, vel promittere dæmonibus qualemcunque rem, ut adimpleant hominis*

minis deſiderium, aut in honorem eorum aliquid oſculari, vel portare, non ſit idolatria error, Auguſtin. lib. 10. *de Civitate Dei cap.* 11. *Job. cap.* 41. *Gerſon tracta. de erroribus circa artem Magicam dicto* 3. *& in fine. Et ſermone primo de Sancto Antonio verit.* 3.

18 Facere autem ſortilegia, & immagines cereas, vel alias obſervationes vanas ad provocandum, & aliciendum animum ad amorem; ſi modo non miſceantur ſacra profanis, ſuperſtitioſa ſunt magis quàm hæretica. Nam qui talia committunt, amor.s inſania obcœcati ea perpetrare ſolent, nec errant in fide, nec ea licere credunt. *Oldra. conſ.* 210. *glo.* & cœteri *in cap. accuſatus. §. ſanè de hareti. lib.* 6. *Jaſon in l. hujuſmodi. §. ulti. de legat.* 1. *adde Ariſtote. lib.* 1. *Magno. mora cap.* 17. *& Chryſoſto. in epiſtola ad Rom. ſermo* 24. *col. pen.*

19 Multi autem putant, quòd petere hoſtiam non conſecratam tempore mortis, non ſapit manifeſtam hæreſim. Quorum opinio ſine delectu, recipienda non eſt; nam ſi fuerit alias in Fide ſuſpectus, qui maximo Sacramento velit illudere, hunc ego vehementiſſimè ſuſpectum judicarem, & commiſſum illud ſapere manifeſtam hæreſim crederem. Quis enim Catholicus decedere unquam voluit, non priùs accepto diviniſſimo illo Viatico? Profectò in re uſque adeo Sacra, & tàm periculoſo tempore, nulla ſimulatio ferenda eſt, nec præſumenda quidem. *cap. de homine de celebra. Miſſa. Calderi. conſ.* 4. *tit. de hareti. Joan de Ana. & Feli. in cap. ad abolendam de hareti. Alberti. eo. tit. lib.* 6. *in rubr. qu.* 13. *nu.* 66.

20 Cum incertum eſt, utrum divinationes, & ſortilegia ſapiant manifeſtam hæreſim, & propterea de juriſdictione ambigitur, Inquiſitores de eo cognoſcere nequeunt; quia non habent in his cauſis juriſdictionem, niſi manifeſtè ſapiant hæreſim, ut multi juriſperiti ſentiunt. *glo. in cap. accuſatus. §. ſanè de hareti. lib.* 6. & inibi. *Joa. Mona. Archid. Joa. And. Dom. & Philip. Fran. item Feli. in cap. ſi Clerus laicum de foro compet. Ludo. Carc. de hareti. num.* 24.

21 Opinio hæc nullo jure, aut evidenti ratione probatur; quinimmò contraria ſententia jure, ratione, & uſu, comprobata, & recepta eſt. Ac primùm illud legibus multis cavetur, ut quoties dubium eſt, an aliquis judex eſſe poſſit, ejuſdem ſit eadem ipſa cognitio, quæ regula juris notiſſima, non habet in ſpecie propoſita aliquam exceptionem. Deindè compluribus placet, ac verum eſt, quòd etiam delegatus judex, qui fragiliorem juriſdictionem habet, quàm Inquiſitores cognoſcere poteſt de facti quæſtione, undè conſtare queat, utrum ejuſdem ſit juriſdictio. Ad hæc, Inquiſitorum cognitio facilè ſubverti poſſet, aſſerente quolibet, ſortilegia, vel divinationes non ſapere manifeſtam hæreſim. Ad extremum, adverſus ea ſcelera perpetrantes procedere quoq; poſſunt Inquiſitores, tamquam contra ſuſpectos, quod uſu receptum eſſe, Bonifacius auctor eſt. *l. ſi quis ex aliena de judi. l. ordinata. §. ulti. de libera. can. c. ſuper literis de reſcript. glo. in cap.* 1. *de offi. delega. lib.* 6. & illic *Archi. Hoſtien. Joan. And. & Domini. Item Fran. ſquillacen. de Fide Catholica cap.* 56. *Federi. Senenſis conſ.* 157. *Summa Roſella, verbo hareticus nu.* 3. *Feli. in cap. ſi clericus laicum de foro compet. Ponzini de Lamiis nu.* 79. *Nicol. Arelata de hareti. notabi.* 3. *Bonifa. de Vitali in Clem. ulti. in fine de hareti.*

ANNOTATIONES.

1 Hæreſis Græca vox eſt &c.

De hæreſis Etymologia, vide *D. Iſidor. lib.* 8. *Etymolog. cap.* 3 *D. Thom.* 2.2. *quaſt.* 11. *art.* 1. *Alfonſ. Caſtr. adverſ. haref. & de Iuſt. hareti. punit. lib.* 1. *cap.* 1. & quoquot de hæreticis ſcripſerunt. Quænam autem ex multis vera ſit lege apud *Pegnā in addit. ad Eymeric.* 2. *part Direct. comment.* 26. *quaſt.* 1. *§. vera autem hareſis Etymologia.*

1 (*a*) Hæreſum opera &c.

Ex his Tertulliani Verbis, quibus utitur etiam *Iſidorus lib.* 8. *cap.* 3. *Etymolog.* Tertulliani nomine ommiſſo, collige Catholicam Chriſtianorum Doctrinam ex duplici càpite nunquam hæreſim vocari poſſe; primum quia non eſt hominum commentum, ſed veritas à prima Veritate per revelationem deſcendens ſecundum, quoniam Univerſalis eſt æqualitèr pertinens ad omnes quotquot de Deo, & Veritate Divina rectè ſentire volunt, quæ omnia cum hæreſi ſtare repugnant.

2 Hæreſis autem multifariam definitur &c.

Definitiones Hæreſis, quas Guido Carmelita, Turrecremata, Alfonſus Caſtrus, Conradus Brunus, Albertus Pighius, & alii tradunt, vide enumeratas à *Pegna loc. nupercit. §. Ac Hareſis & ſequen.* Earum verò explicationes lege apud eoſdem Auctores, apud Guidonem Carmelitam *in ſumma de Hareſib. tit.* 1. *de Hareſib. in genere cap.* 3. apud

Turrecrem. in ſumma de Eccleſ. lib.4.part.2. cap.1. apud *Caſtrum lib. 1. de Iuſt. Hæretic. punit. cap. 1.* apud *Brunum lib. 1. de hæret. cap 1.* apud *Pighium* denique *lib 4. Hierarch. Eccleſiaſtic. cap. 8.*

3 Tria igitur neceſſaria ſunt &c.

Ex hac Simancæ Doctrina collige quòd, contumacia deficiente, nunquam eſt hæreſis conſummata, vide *Clement. de Summa Trinit. & Fide Catholic. §. Porrò, & tenent omnes ferè DD.* In quo autem pertinacia conſiſtat, lege *Thom. Del Bene de offi. S. Inquiſit. & hær. par. 1. dub. 13. ſect. 5. num. 3. & ſequen.* Vide ſupra notata *tit. de error. & ignoran. 26. num. 2.*

5 Materia quoque Fidei Catholicæ &c.

An ſub hac Fidei Catholicæ materia comprehendantur revelationes particulares, itaut his non credens Hæreticus cenſeatur controvertitur inter Doctores. Vide quæ de hoc ſcribit *Del Bene de offi. S. Inquiſit & hær. part. 1. dub. 2. petit. 1. corrol. 3. nu. 22. & ſequen.*

7 Eſt autem hæreſis graviſſimum &c.

Quot mala ex hæreſibus quaſi catervatim oriantur, lege apud *Pegnam in addit. ad Eymeric. 2. part. Direct. comment. 26. quæſt. 1. §. dicam ſemel.* Vide pariter S. Baſilii Magni Epiſt. 69. & Felicis Papæ I. Epiſt 1. ad Paternum Epiſcopum.

8 Hæreſum autem cauſæ &c.

De Hæreſum cauſis *Lege D. Auguſtin. tom. 4. lib. de catechizand. Rudib. cap 8. & lib. 1. cap. 2. contra Iulianum Pelagianum. D. Epiphanium in 2. Syno. Nicena act. 6. Tertull. de præſcrip. Hæretic. cap. 7.* & apud *Pegnam*. Vide hanc materiam ſatis copioſè pertractatam *lib. 2 de cauſis*, undè hæreſes oriantur, ubi etiam *lib. 1. cap. 2.* peccata, ex quibus proficiſci conſueverunt, recenſet.

12 Cognitis hæreſum cauſis &c.

De remediis, quibus hæreſes, vel oriri impediantur, vel jam ortæ extirpantur, vide *Pegnam loc. nupercit.*

13 Illud autem &c.

Quòd hæreſis crimen inter publica, in quibus nefas eſt tranſigere, recenſeatur, videtur expreſſum *in l. 4. C. de hæret.* ſi enim turpis eſt tranſactio in crimine adulterii corporalis *l. tranſigere C. de tranſact.* multo turpior erit in adulterio ſpirituali, quod eſt hæreſis, ut habet Origenes homil. 12. in leviticum, & ex ſacris literis planiſſimè proditur. Vide quæ ſupra docuit Simanc. *tit. 2. de abjurat. nu. 22.* & quæ in hoc tranſactionis propoſito habet *Decian. tract. Criminal. lib. 5. cap. 37. & c. 44. nu. 33.*

14 Quia verò &c.

Quænam ſint propoſitiones Hæreticales, quænam verò Erroneæ, quæ ſapientes hæreſim, quænam ſcandaloſæ, & temerariæ, injurioſæ, ſchiſmaticæ, male ſonantes &c. vide apud *Lel. Zecchium in ſumma part. 1. tit. de Fide rubr. de hæreſi cap. 11. nu. 3. Ludovic. à Paramo de Orig. in S. Inquiſit. lib. 3. qu. 3. num. 105. & ſequen. Bannem in comment. ad D. Th. 2. 2. qu. 11. art. 2. & Carenam de Offi. S. Inquiſit. par. 2. tit. 16. rubr. de variis propoſitionum Generibus §. 1. & ſequen.*

15 Præterea illa crimina &c.

Quænam univerſaliter ſint illa crimina, quæ manifeſtam hæreſim ſapiant, vide quoq; apud *Silveſtri in Summa, Verbo hæreſis 2. nu. 4. & Pegnam in addit. ad Eymeric. 2. part. Direct. comment. 67. qu. 42. §. poſtremo generalitèr.*

16 De invocatione Dæmonum &c.

Vide quæ ſupra notavi *tit. 21. de Divinat. & Revelat. num 13.*

19 Multi autem putant &c.

Nota quòd caſus iſte tripliciter contingere poteſt. Primò in ſubjecto, quod alias ſit ſuſpectum in Fide, & tunc vera eſt hæc Simancæ Doctrina, nempè quòd ex hoc contra ipſum oriatur vehementiſſima ſuſpectio de hæreſi. Secundò in ſubjecto, quòd è contra nulla alia de cauſa ſit ſuſpectum in Fide, & in tali caſu contra hujuſmodi oritur dumtaxat ſuſpicio vehemens de hæreſi. Tertiò denique evenire poteſt in ſubjecto adeò bono, & ſimplici, ut manifeſtè de ipſo conſtet quòd hoc fecerit ſimplicitèr, & ob magnam reverentiam, qua Euchariſtiæ Sacramentum veneratur, & colit; tunc quæ nullam arbitror ſuſpicionem de hæreſi poſſe contra ipſum formari. Vide *Menoch. de præſumpt lib. 5. præſumpt 6. nu 22. & 23. Albertum. rubr. de Hæretic. nu. 6. quæſt. 13. nu. 66. 69. & ſequen.* quos citat, & pro ſe adſert *Carena de offi S. Inquiſit. part. 2. tit. 17. §. 4. nu. 5.* aſſerens hanc eſſe communiſſimam opinionem.

20 Cum incertum eſt &c.

Doctrina, quam hic adfert Simanc; hodiè ceſſat; cum Inquiſitores cognoſcant etiam de Divinationibus, & Sortilegiis ſimplicibus. Recole quæ ſupranotavi *tit. 21. rubr. de Divinat. & Revelat. num. 10.*

De Hæreticis. Titulus XXXI.

SUMMARIUM.

1 Hæreſum primus inventator.
2 Hæreticus quid ſit.
3 Hæreticum quomodo definiant Auguſtinus, & alii Doctiſſimi, & Sanctiſſimi viri.
4 Hæreticus ut quis propriè dici poſſit, debet eſſe Chriſtianus baptizatus.
5 Hæreticus an ſit cenſendus, qui hæreſi infectus, ſe baptizatum fuiſſe putat, cum baptizatus non ſit.
6 Catechumenus, qui conſtanti animo baptiſmum ſuſcipere ſtatuit, & poſtea in hæreſim lapſus fuit, an ſit propriè dicendus hæreticus.
7 Apoſtata an ſit cenſendus infans baptizatus, qui captus ab infidelibus eorum impietatem didicit.
8 Hæreſis eſſe non poteſt conſummata ſinè intellectus errore.
9 Hæreticus, ut efficiatur Chriſtianus baptizatus, opus eſt ut erret in Fide Catholica.

10 Hæ-

10 *Hæreticus habere debet ſcientiam, vel notitiam contrariæ veritatis, ut hæreticus cenſeatur.*

11 *Hæreſis potiſſima ratio in ea conſiſtit, ut hæreticus conſultò ſeipſum ab Eccleſia ſeparet.*

12 *Pertinacia conſummatum facit hæreticum, & quæ in re conſiſtit.*

13 *Hæreticum propriè eum eſſe pleriſq; placet, qui totam Fidem Catholicam non deſerit.*

14 *Hæretici undè cognoſci poſſint.*

15 *Hæretici hujus temporis ex ipſorum peſtiferis moribus cognoſcuntur.*

16 *Hæretici conviciatores, & procaces ſunt.*

17 *Hæretici Lutherani Deum, atque homines irrident.*

18 *Hæretici mendaces perverſorum dogmatum cultores, & pleni ſermonibus ſunt.*

19 *Hæretici obſcœnis, & noxiis animalibus in ſacris literis comparantur.*

20 *Hæretici Lutherani jejunia, abſtinentiam, & virginitatem odio habent.*

21 *Hæreticorum noſtri temporis ſcelerati Magiſtri qui fuerint.*

22 *Lutheri flagitia.*

23 *Lutherus, & alii impiiſſimi hæretici, ferè omnes à Sanctiſſimis Religionum Ordinibus, quibus ſeipſos ſacraverant, defecerunt.*

24 *Lutherani, & alii ſcelerati hæretici, quibus technis homines imperitos irretiverint.*

25 *Hæretici prudentiæ ſuæ innituntur.*

26 *Hæretici ſuperbi ſunt.*

27 *Hominum imbecillitas, & ignorantia.*

28 *Hæretici novitatis dulcedine homines allicere ſolent.*

29 *Vincentii Lirinenſis explanatio illius loci Pauli;* ò Timotnee depoſitum cuſtodi &c.

30 *Novas, & ſingulares Doctrinas Petrus, Paulus, & omnes Sancti ſemper execrati ſunt.*

31 *Voces Eccleſiæ innovare non decet.*

32 *Spiridon concionantem Thryphillium reprehendit, quòd lectum prograbato dixiſſet.*

33 *Novitates ſuſpectæ ſunt, & periculoſæ, potiſſimum in rebus Fidei.*

34 *Legibus, & conſuetudinibus antiquis multum ſemper tribuerunt Plato, & ſapientes omnes.*

35 *Lutheranorum Levitas Græcorum levitatem ſuperat.*

36 *Georgii Saxoniæ Ducis in Lutheranos egregium dictum.*

37 *Novitates, & mutationes, ob quam rem gratæ ſint.*

38 *Hæretici Chriſtianorum titulum non ſervant, ſed nomine ſuorum præceptorum aut errorum gaudent.*

39 *Hæretici cum ſint iniquiſſimi, ſpeciem pietatis præſeferunt nonnunquam.*

40 *Hæretici, qui virtutis ſpeciem præſeferunt multò magis vitandi ſunt.*

41 *Malus ſpecie boni fallens duplici pœna dignus eſt.*

42 *Hæretici quid Catholicis obiiciunt.*

43 *Hæreticis vitia Catholicorum culpantibus reſpondetur.*

44 *Hæreticos, qui nequiſſimi cum ſint, Catholicorum vitia reprehendunt, quomodo Hieronymus, Auguſtinus, & alii convincant.*

45 *Hæretici licet videantur benè vivere propter unum hoc ſcelus vitam æternam non poſſidebunt.*

46 *Hæretici mulierculas ſibi adiutrices in ſuis ſceleribus ſemper ſoliti ſunt aſſumere.*

47 *Hæretici intra breve tempus innumerabiles perditionis ſectas pro ſua libidine introduxerunt.*

48 *Hæretici noſtri temporis omnibus ſe flagitiis addicunt, & divina præcepta contemnunt.*

49 *Hæreſes eſſe cur oporteat.*

50 *Hæreſes quid utilitatis afferant.*

De

De Hæreticis.

1 VBI Sol Juſtitiæ, Chriſtus Jeſus, in terris viſus eſt, & Lux Evangelicæ veritatis in toto Orbe refulſit, obmutuerunt idola, Dæmones fugati ſunt, & idolatria omnis detectis fallaciis Satanæ rejecta, deriſa, & contempta eſt. Videns autem inimicus (ut ait Cyprianus) idola derelicta, & per nimium credentium populum ſedes ſuas, ac templa deſerta, excogitavit novam fraudem, ut ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos; hæreſes invenit, & ſchiſmata, quibus ſubverteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet unitatem. Quod ipſum renovans Auguſt. inquit: *Videns Diabolus templa dæmonum deſeri hæreticos movit, qui ſub vocabulo Chriſtiano, doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ.* Nicephorus quoque in Eccleſiaſt. hiſto. ſemel atque iterum hæc eadem prolixius retulit. *Cyprianus tracta. de ſimplicitate prælatorum. Auguſt. lib.* 18. *de Civitate Dei cap.* 51. *Nicephorus lib.* 4. *Eccleſiaſtica hiſto. cap.* 2. *& libro* 8. *cap.* 5.

2 Hæreticus autem eſt, qui ſibi ex ſuo arbitrio doctrinam falſam eligit, & latiſſima ſignificatione nonnunquam appellantur hæretici ii, qui ſunt excommunicati, & ſimoniaci, & quidam alii ſuſpecti de hæreſi. Sed hi per quandam ſimilitudinem impropriè dicuntur hæretici, quia perindè peccant, ac ſi malè de fide ſentirent; pœnis tamen hæreticorum coercẽdi non ſunt. *c. quiſquis* 1. *qu.* 1. *c. quod autem* 4. *quæſt.* 1. *Gerſon tractatu, de ſimonia, conſid.* 1. *Torquem. lib.* 4. *de Eccleſia, parte* 2. *cap.* 12. *Richardus, & alii in lib.* 4. *ſent. diſtin.* 13. *Lucas in l.* 1. *C. de privileg ſchola. lib.* 12.

Hæretici nõ ſunt, qui malè vivũt Catholici.

Non eſt hæreticus, qui malè vivit, ſed qui malè credit. Beatus Auguſtinus, libro quæſtionum ex Mattheo, cap. 11. *Inter hæreticos*, inquit, *& malos Catholicos, hoc intereſt, quòd hæretici falſa credunt; illi autem vera credentes, non vivunt ita, ut credunt.* Et Sanctus Fulgentius lib. 1. de remiſſione peccatorum cap. 16. *Inter impietatem, & iniquitatem hæc ſolet pronuntiari differentia; quòd impietas, aut pravam in Deum Fidem gerit, aut nullam; iniquitas autem malis moribus polluit vitam. Blaſphemat impietas Deum lædet iniquitas proximum.*

Hæretici definitio juxtà D. Auguſtinum.

3 Auguſtinus in Exordio libri de utilitate credendi hæreticum hominem definit his verbis: *Hæreticus eſt, qui alicujus temporalis commodi, & maximè vanagloriæ, principatuſque ſui gratia falſas, ac novas opiniones, vel gignit, vel ſequitur.* Aliam definitionem retulit Caſiodorus hoc verborum tenore; *Hæreticus eſt, qui divinæ legis, vel ignorantia, vel contemptu raptus, aut novi pertinax inventor erroris, aut alieni ſectator, Catholicæ unitati mavult adverſari, quàm ſubiici.* Et Juſtinianus in conſtitutione, de mulieribus fide hæreticis; *Hæreticos dicimus quicunq; diverſarum ſectarum ſunt. Et inſuper quicunque membrum Sanctæ Dei Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ non ſunt; in qua omnes totius Orbis Patriarchæ, & Epiſcopi uno ore Apoſtolicam Fidem, & traditionem prædicant; Qui igitur incontaminata communione in Catholica Eccleſia cum Dei Sacerdotibus non participant, optimo jure vocamus hæreticos, tametſi enim Chriſtianorum ſibi nomen imponunt; eo tamen ipſo, quod à vera Chriſtianorum Fide pariter, & communione ſe ipſos ſeparant, Dei ſe judicio ſubdi cognoſcunt.* Hæc ille. Anſelmus quoque, ſivè Heruæus definit hoc modo; *Hæreticus eſt, qui generalis Eccleſiæ Doctrinam deſerens, errorem ſibi perverſi dogmatis eligit, quem ſpecialitèr ſequatur.* Et D. Thomas in Epiſtolam Pauli poſteriorem ad Corinthios; *Hæreticus eſt, qui ſpernens diſciplinam Fidei, quæ divinitus traditur, pertinacitèr proprium errorem ſectatur.* Et idem alibi; *Hæreticus eſt, qui à Chriſti Fide, quæ Catholica dicitur, diſcedit, contrariæ opinioni vehementèr inhærens per electionem.* Præterea, Lucius III. illum hæreticum eſſe definit; *Qui de Sacramentis Eccleſiaſticis alitèr ſentire, vel docere non metuit, quàm Sacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſervat.* Gerſon quoq; inquit; *Hæreticus eſt qui ſcientèr tenet contrarium ejus quod ſequitur conſequentia neceſſaria ex ſacris literis.* Generalis autem Sylveſter definit; *Hæreticus eſt, qui circa ea, quæ ſunt Fidei, errat per intellectum, & pertinacitèr adhærret errori per voluntatem.* In ſumma, Hæreticus eſt, qui errat in Fide pertinacitèr. *cap. hæreticus* 24. *qu.* 3. *cap. ad abolendam*

Iuxta Caſiodor.

Iuxta Iuſtinianus.

Iuxta Anſelmus.

Iuxta D. Thom.

Iuxta Lucium III.

Iuxta Gerſon.

Iuxta Silueſtr.

dam de hæreti. Caſſiodo. in fine pſalmi 138. *novella conſtituit.* 109. *& Bonaventura in lib.* 4. *ſent. diſtin.* 13. *Anſelmus in epiſtola Pauli ad Titum cap.* 3. *Tho. in epiſto.* 2. *ad Corin. c.* 11. *& in lib.* 4. *ſent. diſtin.* 13. *Silveſter in ſumma, verbo hæreſis* 1. *Fran. Victoria in* 2. 2. *qu.* 11. *art.* 2.

4 Nonnulla ſimul neceſſaria ſunt, ut quiſpiam propriè dicatur hæreticus. Primum, quòd fuerit Chriſtianus baptizatus; nam qui Fidem Chriſti profeſſus non eſt, Judæus, Gentilis, Mahumetanus, aut quidvis potius, quàm hæreticus erit; Etenim ab Eccleſia ſeparatur hæreticus, quã qui baptizatus non eſt, nunquam intravit, ejus enim janua baptiſmus eſt, quo pertinet Origenis definitio ab Alberto Pighio relata. *Hæreticus eſt, qui ſe Chriſto credere profeſſus, aliud de veritate Chriſtianæ Fidei credit, quàm habet definitio traditionis Eccleſiaſticæ.* Vel ſicuti eam deſcribit Lindanus; *Hæreticus eſt, qui ſe ſe Chriſto profeſſus credere, aliter de Fidei Chriſti dogmatibus ſentit, quàm pietatis regula, atque Eccleſiaſticæ obſervationis puritas expoſuit.* Et illa item Ricardi: *Hæreticus eſt, qui profitetur Chriſtum, & ejus dogmata corrumpit.* Et hæc Alfonſi Caſtrenſis: *Hæreticus eſt, qui poſtquam verum baptiſmum ſuſcepit, & fuit in Fide Catholica ſufficienter inſtructus, pertinacitèr errat contra id, quod ſcit ab Eccleſia Catholica pro Fide teneri, ſivè oppoſitum veritatis aſſerens, ſivè de ipſa veritate dubitans.* Cum autem Inquiſitores juriſdictionem potiſſimam habeant adverſus hæreticos; promotor fiſcalis in accuſatione primùm ponit, quòd ille, quem de hæreſi accuſat, eſt Chriſtianus baptizatus; nam ſi baptizatus non eſſet, à judice ſeculari puniri deberet. *Alber. Pighius lib.* 3. *de libero hominis arbitrio, prope finem. Richard. in lib.* 4. *ſent. diſtin.* 13. *arti.* 5. *Alfonſus lib.* 1. *de juſta hæreti. punitio cap.* 7. *adde. Guidonem de hæreſibus cap.* 3. *Alberti. lib. de agnoſcen. aſſertionibus Catholi. quæſt.* 1. *&* 2. *Lindanum lib.* 2. *Panoplia Evangelica c.* 5.

Baptiſmus Janua Eccleſiæ.

Hæretici definitiones.

5 Inde quæritur, an is, qui probabili errore ductus, putat ſe baptizatum eſſe, cum verè baptizatus non ſit, propriè cenſeatur hæreticus, ſi poſtea hæreſi aliqua infectus fuerit. Et verius eſt, ut hæreticus judicetur, & pœnis hæreticorum ſubjaceat; quia iſte baptizatus eſt baptiſmo flaminis, & quia in hac re plus operatur opinio, quàm veritas. Undè quidam ità definiunt; *Hæreticus eſt, qui verè baptizatus, vel pro baptizato ſe gerens, pertinacitèr errat, vel dubitat contra Catholicam veritatem. Gabriel in lib.* 4. *ſent. diſtinct.* 13. *q.* 2. *Alfonſ. lib.* 1. *de juſta hære. punit. cap.* 8. *de Presbyte. non ordinan. cap. ulti. Felinus in cap. ſi vero* 2. *de ſent. excommuni. Igneus in l.* 1. *§. hoc autem ad Sillania.*

6 Hinc alia etiam quæſtio exoritur; utrum Cathecumenus, qui conſtanti animo baptiſma ſuſcipere ſtatuit, & poſtea in hæreſim lapſus fuit, hæreticus propriè dicendus ſit. Quòd quidem placet Alfonſo; quia baptizatus eſt, inquit, Spiritu Sancto. Sed quamvis id verum eſſe poſſit in foro conſcientiæ, quod tamen attinet ad judiciale forum, ego ſubſiſto; nam, & ille ſcit, ſe baptizatum non eſſe baptiſmo exteriori, & vix eſt, ut Spiritu Sancto baptizatus ſit, qui potuit Sacro baptiſmate ablui, & id non fecit. Poſtremò judices hominum cogitationes judicare non debent, ſed eorum facta, idque veritate inſpecta. *l. cogitationis de pœnis. l. illicitas. §. veritas de offi. præſi. Alfon. prænotato cap.* 8. *confert. l. ſi pater* 1. *ff. de manu. vindi. l.* 2. *§.* 2. *ff. pro emptore.*

7 Demum, quæri ſolet, an infans baptizatus qui captus ab infidelibus didicit impietatem eorum, cenſeri debeat Apoſtata. Cui quæſtioni rectè reſpondit Alfonſus, minimè hunc apoſtatam eſſe; quia fides infuſa non ſufficit ad credendum; ſed præterea opus eſt aliquo Doctore; juxtà quod Apoſtolus inquit, *Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient, ſinè prædicante?* Non ergò puniri debet is, qui nunquam Fidem Catholicam didicit, & inſuperabili tenetur ignorantia. Qua ratione interdum venia digni ſunt recentèr converſi, ſi fortè in aliquo erraverint, priùſquam in Fide Catholica fuerint ſufficientèr inſtructi. Undè Inquiſitoribus Hiſpaniæ ab Apoſtolica Sede conceſſum fuit, ut recentèr converſos, etiam relapſos, Eccleſiæ reſtituere poſſent, ſi modo conſtaret, illos verè pœnitentes eſſe. *Alfon. dicto cap.* 8. *ad Rom.* 10. *cap. quidam de Apoſta.*

ad Rom. 10.

8 Deindè neceſſe eſt ad hæreſim conſummatam, ut Chriſtianus baptizatus erret; Nemo enim hæreticus fit abſq; intellectus errore; quod alibi pleniùs diſſervi.

Nemo Hæreticus abſque intellectus errore.

Un-

Undè relinquitur, ut nullum opus exterius, quantumvis impium, & horrendum, hæreſis eſſe poſſit, ſinè intellectus errore; tametſi vehementem, aut violentam præbeat ſuſpicionem de hæreſi; & hæc eſt conſtans Theologorum, & Juriſperitorum ſententia. *Antonius 2. part. ſummæ. tit. 12. cap. 5. Joan. Torque. lib. 4. de Eccleſia part. 2. cap. 1. & cap. 13. Guido de hæreſibus cap. 3. Silueſter in ſumma, verbo hæreſis 1. quæſt. 2. Joan. Lupus allegat. de hæreſi. §. 2. Alberti. in rubri. de hæreti. lib. 6. qu. 13. nu. 8. & lib. de agnoſcen. aſſertio. Catho. qu. 2. Alfon. lib. 1. adverſus hæreſes cap. 1.*

9 Poſt hæc, ut Chriſtianus efficiatur hæreticus, opus eſt, ut erret in Fide Catholica; nam ſi in alio erraverit, hæreticus non erit; quemadmodum ſupra oſtendimus, cum de hæreſi tractaremus. Proindè ſi quiſpiam crederet, aliquam propoſitionem hæreticam eſſe, cum eſſet Catholica; ille quidem peccaret graviſſimè, ſed in foro exteriori non judicaretur hæreticus; quia nihil credit contra Catholicam Fidem. Nec requiritur ut contra totam Catholicam Fidem erret hæreticus; ſed ſat eſt ſi ab aliqua Fidei parte aberret. Quod Conradus Brunus in ſua definitione planius complexus eſt, dicens. *Illum hæreticum eſſe, qui ſemel Fidem Chriſtianam profeſſus, dogma falſum contra Fidem Orthodoxam, vel à Chriſto, & Apoſtolis nobis traditam vel ubilibet in Scripturis Sanctis contentam, vel Eccleſiæ Catholicæ definitionibus nobis revelatam, pertinacitèr aſſerit; ſivè ad articulos ſymboli pertineat, ſivè ad Sacramenta, ſivè ad auctoritatem, & judicia Eccleſiæ, ſivè ad aliàs res, quas nobis credendas Sancta Romana, & Apoſtolica præcepit Eccleſia.* Hæc ille *lib. 1. de hæreti. cap. 2.* vide *l. 2. §. ſi ſub conditione pro emptore. Ariſt. lib. 2. Magno. Mora. cap. 6.*

10 Præterea neceſſaria eſt ad hæreſim ſcientia, vel notitia contrariæ veritatis; non enim ſufficit, quod baptizatus erret in fide, niſi etiam ſciat, id, quod approbat, contrarium eſſe Catholicæ veritati. Nam hæreſis electio eſt nemo autem ignorat, quæ eligit, ut lib. 1 Rhetoric. Ariſt. auctor eſt. Etenim electio voluntatis operatio eſt quæ ex conſilio provenit; ea enim cùm electione agimus, quæ antegreſſa eſt deliberatio; quemadmodum idem Philoſophus docet lib. 5. ethi. Et, ut ait Joannes Torquemada; *Electio firmam adhæſionem habet. Ariſt. lib. 1. Rhetori. cap. 10. & 5. ethi. cap. 8. Torquemada lib. 4. de Eccleſia, parte 2. cap. 13.*

Ubi nam potiſſima Hæreſis ratio conſiſtat.

11 In eo ergò conſiſtit potiſſima ratio hæreſis, quod hæreticus conſultò ſeipſum ab Eccleſia ſeparat. Undè Hieronymus, & Anſelmus, ſeù Hervæus interpretantes Apoſtoli verba in Epiſt. ad Titum, ajunt: *cap. 3.* *Paulus ſuo ipſius judicio condemnatum dicit hæreticum, quia, cum reliqui facinoroſi per ſententiam judicum nonnunquam ab Eccleſia propellantur, ſoli hæretici in ſemetipſos ferunt ſententiam, ſuo arbitrio de Eccleſia recedentes; quæ receſſio propriè conſcientiæ damnatio eſſe videtur; quinimmò ab Eccleſia recedere, maxima condemnatio eſt.* Cui confinia ſunt Redemptoris noſtri verba apud Joannem dicentis *Qui non credit, jam judicatus eſt;* *cap. 3.* Ubi Theophylatus addit rationem; *quoniam ipſa incredulitas condemnatio eſt; eſſe enim extra lucem, per ſe maximum ſupplicium eſt. ad Titum 3.* & ibidem *Hieron. & Anſel. Joan. 3. Alber. Pighius lib. 1. hierar. Eccleſ. cap. 4. Brunus lib. 1. de hæreti. cap. 1.*

Ubi nam pertinacia conſiſtat.

12 Ad hęc, pertinacia eſt, quæ conſummatum facit hæreticum; ea verò non tantùm in obſtinatione conſiſtit, ſed etiam in electione, & adhæſione; nam quicunque ſciens præponit opinionem hæreticam veritati Catholicæ; eo ipſo hæreticus pertinax eſt, ut pleniùs titulo de pertinacibus dicturi ſumus. Proindè qui ſententiam, quamvis falſam, atque perverſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt, quærunt autem cauta ſolicitudine veritatem, corrigi parati, cum eam invenerint; nequaquam ſunt inter hæreticos reputandi, ut Auguſtinus quadam in Epiſtola ſcripſit. Cęterum qui probabili deceptus ignorantia, non pertinacitèr errat, ſed corrigi paratus eſt, & quærit ſolicitè veritatem, is eſt, qui rectè dicet; *Errare potero, ſed hæreticus non ero. Auguſti contra Donatiſtas epiſt. 162. cap. dixit Apoſtolus 24. q. 3. Tho. in priorem Pauli epiſtolam ad Corin. cap. 11. lectione 4.*

13 Ad poſtremum, pleriſque placet, illum propriè hæreticum dici poſſe, qui non deſerit totam Catholicam Fidem; ille enim, qui totam abnegat, proprio nomine Apoſtata ſolet appellari. Quam ſententiam Alfonſus Caſtrenſis oppugnat, à ſe-

ipſo,

ipſo, & ab aliis diſſentiens; cujus argumenta omnia eò tendunt, ut Apoſtatam hæreticum eſſe probent; quod quidem nemo ferè Doctorum negat. Eſt enim Apoſtaſia circumſtantia hæreſis eam aggravans, ut ait Beatus Thomas. Magis itaque verborum, quàm rerum ea diſſenſio eſt; nec enim illi ſejunxerunt hæreſim ab Apoſtaſia, quòd putaverint, eſſe uſque adeo ſeparatas, ut eidem convenire non poſſent; Sed quia ſit Apoſtaſia tàm inſignis, diverſaq; ab aliis hæreſibus, ut vix aliquis ſit, qui hæreſis nomine Apoſtaſiam intelligat; eſt enim definitione, ac nomine ab hæreſi diſtincta, & jure civili tàm diverſa, & ſeparata, ut hæreticus ad Fidem converſus, Cæſarum legibus admittatur, Apoſtata verò non item. Quamobrē prætereo longam Cani diſputationem; quis enim ignorat, quid hæreſis, quid Apoſtaſia ſit? Huc demum ſpectat hæretici definitio, quam Joannes Torquemada tradit his verbis; *Hæreticus eſt, qui poſt ſuſceptam Religionem Chriſtianam Chriſti Fidem generalitèr profitens, aliquam in ſpecie opinionem contrariam Catholicæ veritati pertinacitèr tenet, vel ſequitur.* Et hactenus de definitionibus. *Guido de hæreſibus cap. 3. Torquemada lib. 4. de Eccleſia parte 2. cap. 13. Antoninus in ſumma, par. 2. tit. 12. cap. 15. Alberti. in rubri. de hæretic. lib. 6. qu. 13. nu. 6. Alfonſus lib. 1. adverſus hæreſes cap. 9. idem Alfon. contra omnes lib. 1. de juſta hæreti. punit. cap. 9. Tho. 2. 2. qu. 12. art. 1. l. Manichæos. C. de hæreti. l. hi qui de apoſta. Canus lib. 12. de locis Theologi. cap. 9.*

14 Nunc autem videamus, undè cognoſcantur hæretici. Cui quæſtioni brevitèr Veritas ipſa per Matthæum reſpondet; *A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Et
cap. 7. Ariſt. lib. 4. ethi. ait: *Qualis eſt quiſq; talia ſunt ejus, & facta, & oratio, & vita.* Et
cap. 12. Sapiens in Proverbiis; *Doctrina*, inquit, *ſua noſcitur vir.* Demum Proverbium eſt antiquiſſimum, in libris quoq; regnorum celebratum; *Ab impiis egredietur impietas. Matth. 7. lib. 4. ethi. cap. 7. Proverb. 12. §. ult. inſti. de rerum diviſio. lib. 1. Regum. cap. 24.* Vide *Janſenium in concordiam Evangelicam cap. 43.* ubi rectè de cognoſcendis hæreticis, & fructibus eorum.

15 Hac eadem regula planè cognoſcimus hujus temporis peſtiferos hæreticos omnes; nàm Lutherani, Sacramentarii, & Anabaptiſtæ, doctrina ſua, ſcriptis, & actis, & fructibus impiis maniſeſtiſſimi ſunt; & ſicut omnes ferè omnium præcedentium hæreticorum hæreſes hi operarii ſubdoli ab inferis revocarunt; ſic etiam omnes illorum peſſimos mores hodiè ſecuti, & æmulati ſunt. Quod brevitèr, & curſim hoc loco demonſtrare conabitur.

16 Solent hæretici conviciatores, & procaces eſſe; qui autem unquam cum iſtis conferri poterunt? quorum amentia, ut Iſocrates dixit, ex ipſis maledictis animadverti ab omnibus facilè poteſt? A quorum ſcriptis, ſi convitia tollas, ex magnis libris parvos libellos efficies. De hoc hæreticorū more loquens Gregorius Nazianzenus inquit. *Injuriis quandoque decertant, & verbis pugnantes, pravitatem intellectus in injuriis detegunt*, & Hieronymus in apologia adverſus Ruffinum: *Iſta machinæ hæreticorum ſunt, ut convicti de perfidia, ad maledicta ſe conferant. Os eorum, ſicuti Apoſtolus ait, maledictione, & amaritudine plenum eſt; Et ut Sapiens in Proverbiis docet; Omnes ſtulti miſcentur contumeliis; Et ubi fuerit ſuperbia, ibi erit, & contumelia ubi autem eſt humilitas, ibi, & Sapientia. Quod ſi maledicta, contumeliæ, tum iracundiæ, contentiones, concertationeſq; in diſputando pertinaces, indignæ philoſophia videri ſolent, ut elegantèr Cicero lib. 1. de finibus bonorum, & malorum ſcriptum reliquit; quantò convicia, & maledicta indigniora ſunt Chriſtiana Theologia?* Nazian. orat. 27. ad Rom. 3. Proverb. 11. & 20. Iſocrates in Helenæ laudatione.

17 Ad hæc, Lutherani, tanquam ab Schola Luciani prodeuntes, irriſores ſunt hominum, atque Divorum. Irrident illi Eccleſiæ cæremonias, Sanctorum venerationem, Sacramentorum ritus, Cathedrā Apoſtolicam, pias fidelium obſervationes, Sacramenta confirmationis, Ordinis, Unctionis, & quid non? Hi ſunt, quos Eccleſia Catholica in lib. Job. indicat, inquiens: *Derident me juniores tempore; nam heri, & nudius tertius ex patre diabolo nati ſunt.* Et quemadmodum in eodem libro ſcriptum extat; *Bibunt ſubſannationem quaſi aquam.* Hi ſunt quos Apoſtolorum Principes appellat illuſores juxtà proprias concupiſcentias: hi ſunt impii paraſiti, & ſcurræ procaces; quos quidem ſubſannabit Dominus, & interitu eorum ridebit. *Job.* cap. 30. cap. 31.

 30. &

30. & 34. & 2. *Pet. ulti. ad Ephe.* 5.

18 Hi ſunt fabricatores mendacii, & cultores perverſorum dogmatum, pleni ſermonibus, & qui quaſi de induſtria receſſerunt à Deo, & omnes vias ejus intelligere noluerunt; ſed hoſtes Eccleſiæ conſultò facti ſunt, ambulantes in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum. Infatuatum eſt conſilium eorum, & ſpiritus mendax datus eſt in ore ſuorum prophetarum; & propter ſuperbiam fugit mens, & conſilium ab eis; & excæcavit eos malitia, & mutavit intellectum illorum; & cor eorundem inſipiens nubibus errorum obſcuratum eſt. Callidi facti ſunt, non ſpiritu Sapientiæ, ſed ſpiritu verſipellis aſtutiæ, quo ſolent hæreticorum fervere præcordia, & pacem perturbare Sanctorum. *Job.* 13. & 32. & 34. *ad Ephe.* 4. *Sapien.* 2. & 4. *ad Roma.* 1. *Auguſti. lib.* 6. *de Civitate Dei cap.* 2.

19 Comparantur in Sacris literis hæretici multis feris beſtiis, & noxiis, & obſcænis animalibus quæ omnia Lutheranis, Sacramentariis, & Anabaptiſtis adamuſſim quadrare perſpicuum eſt. Dicuntur Lupi rapaces, ſub veſtimentis ovium inſidiantes Chriſti ovili. Comparantur Lamiis, qui humanam quidem faciem, ſed belvina per impietatem corda geſtant. Comparantur, & Pardis, Vulpibus, Simiis, Canibus, & multis aliis id genus animantibus. Vocantur quoque organa diaboli, Vaſa iræ, Deo odibiles, fures, latrones, ſacrilegi, antichriſti, pſeudoprophetæ, pſeudoapoſtoli, vaſa mortis, ligna infructuoſa, vaccæ pingues, corona ſuperbiæ, filii perditionis, montes mali, operarii ſubdoli, vaniloqui, mentis ſeductores, & mille talia; quorum rationes, & cauſas, ſi quis noſſe cupit, Fabrum, & Brunum legere poterit. *Fabrum contra Lutherum tract.* 5. *tex.* 16. & *tex.* 25. & rurſus *tract.* 10. *tex.* 8. *Conradum Brunnum lib.* 1. *de hæreti. cap.* 3. & iterùm *cap.* 13. *eum ſeq.*

20 Hi ſunt præterea qui oderunt jejunia, & abſtinentiam, & virginitatem; qui terrena ſapiunt, quorum Deus venter eſt; quorum finis interitus, & gloria in confuſione ipſorum. Hi quoque ſunt, de quibus Apoſtolorũ Princeps loquens inquit; *In convivijs ſuis luxuriantes, pellicientes animas inſtabiles, ſuperbia vanitatis loquentes, libertatem promittentes, cum ipſi ſervi ſint corruptionis.* Sed ut Sanctus Chryſoſtomus ſermone, in verba illa Iſaiæ, *Si volueritis, & audieritis me*, inquit; *Miſera ſervitus, quàm generat libertatis exceſſus. Beata inquam libertas, quæ ſervit legi, obtemperat judici, paret auctori; quæ humilis Deo eſt ſubjecta Chriſto; quæ imperata tenet, juſſa complet, praecepta conſervat, contendit ut placeat, ut promereatur inſtat, timet offendere, veretur delinquere, amat divina monita frequentare. Ut enim obſequia legis obtinent libertatem; ita contemptus generat ſervitutem.* Et quid aliud ſunt iſtorum inſana, & carnalia, & impia dogmata, quàm Epicuri placita, & vinolentorum ſomnia? *ad Philipp.* 3. & 2. *Petr.* 2.

Ad Philip. 3.

2. *Petr.* 2.

cap. 1.

21 Hi autem hæretici ſui ſimiles Magiſtros habuerunt; quorum Princeps fuit Lutherus, obſcurus homo, temerarius, & ſceleſtus, peridoneus Satanæ Miniſter. Ab hoc, tanquam radice peſſima innumerabiles hæreſes pullularunt. Is ruptis vinculis Chriſtianæ Religionis ab inſtituto Divi Auguſtini reſiliens, ubi jamdiu addictus fuerat, poſt Satanam retro abiens, totam ferè Germaniam variis replevit hæreſibus. Is diabolico ſpiritu plenus, aliquandiu ſimulavit, ſe pium, & continentem. Id certè moris eſt apud hæreticos, ut quemadmodum Chryſoſtomus ait, *obumbrent ſe ipſos, atque occultent in principiis, quouſq; majorem fiduciam capiant, & quodam favore multitudinis juventur; tunc enim contagioſa venena intrepidi effundunt.* Sed non potuit impietas Lutheri latere diutius; ſuis namq; ſermonibus, & ſcriptis peſſimum hæreſiarcham, aut ità multò poſt cunctis ſe palam prodidit. Nec enim, ut Nazianzenus, & Beatus Ambroſius ajunt; *quicquam ſimulatum durabile eſſe poteſt*. Et quemadmodum Iſidorus lib. 3. de ſummo bono ſcriptum reliquit; *Omne ſincerum permanet; quæ verò ſimulata ſunt, diuturna eſſe non poſſunt.* Et antè illos Cicero lib. 2. offic. *Vera*, inquit, *virtus radices agit, atque etiam propagatur; ficta omnia celeriter, tanquam floſculi, decidunt; nec ſimulatum poteſt quicquam eſſe diuturnum.* Et Seneca lib. 1. de clementia; *Nemo poteſt perſonam diu ferè fictam; ficta citò in naturam ſuam recidunt; quibus veritas ſubeſt, quaque, ut ita dicam, ex ſolido enaſcuntur, tempore ipſo in majus, meliuſq; procedunt. Nazian. orat.* 14. *Amb.* 2. *offi. c.* 22.

Iſti-

Iſidor. lib. 3. cap. 24. *Chryſoſto. in cap. Mattb.* 13. *bomil.* 47.

22 Hic eſt ille Lutherus, qui magna colloquia frequentèr cum dæmone habuit, & familiaritèr cum illo converſatus eſt; qui Monachus, atq; Sacerdos Monialem Deo dicatam inceſtis, ac nefariis nuptiis ſibi publicè copulavit, ſimilis peſſimo illi Heliogabalo, cujus meminit Herodianus lib. 5. dicens; *Veſtalem Sacerdotem, quam leges caſtam, & virginem perpetuò volunt, obreptam è templo pro uxore babuit, ad Senatum ſcribens, Sacerdoti congruere Sacerdotis nuptias; idque ſe feciſſe auſus eſt dicere, ut ex ipſo Pontifice, & ea Sacerdote veſtali liberi divini naſcerentur.* Auctor Dion. Nicæus in eodem. Is idem Lutherus eſt, qui omnem Eccleſiaſticam Hierarchiam ſubvertit, & qui Sacra profanis miſcens, omnem Chriſtianam Religionem funditus extirpare tentavit, impoſtore illo Mahumete longè quidem impurior, & pejor. Vide *Chryſtoph. Longolium in oratione ad Lutheranos. Fabrum contra Lutherum tractat.* 4. *§.* 7. *Eebium bomilia* 24. *de Sacramentis, & bomil.* 71. *Joan. Coclaum in commentariis de actis, & ſcriptis Lutberi. Hoſium lib.* 1. *adverſus prologomena Brentii.*

23 Lutherus profugit ab inſtitutis Monachorum Divi Auguſtini; Oecolampadius apud Birgitianos Monachos religionem profeſſus, non ſolùm Monachatus inſignia projecit, verùm etiam Sacerdotii jura violavit, & Chriſtianiſmi vota contempſit, ut Franciſcus Titelmannus eſt auctor; Buccerus Apoſtata eſt ab ordine Sancti Dominici, aliique multi defecerunt ab inſtitutis illis Sanctiſſimis Benedicti, Bernardi, Franciſci, & cœterorum; ut proculdubio veriſſima etiam num ſit Beati Auguſtini ſententia, qui ad Clerum ſcribens inquit; *Ex quo Deo ſervire cœpi, quomodò difficilè ſum expertus meliores, quàm qui in Monaſteriis profecerunt; ità non ſum expertus pejores, quàm qui in Monaſteriis ceciderunt. Titelman. in præfatione commentariorum in Eccleſiaſtem. Augu. Epiſtola* 137. *cap. quantumlibet* 47. *diſt.*

24 Traxerunt iſti poſt ſe magnam Germaniæ partem, non quidem vitæ ſanctitate, aut excellentia doctrinæ (nihil enim Sanctum apud illos, nec quicquam ſublime eſt) ſed voluptate, quæ, auctore Platone, eſca eſt malorum omnium, qua quidem capiuntur homines, ut hamo piſces, quemadmodum Cicero in Catone majore ſcriptum reliquit. Hi prætextu Chriſtianæ libertatis diabolicam ſervitutem inducunt; Nec enim libertas eſt, aut pars libertatis peccandi poteſtas, ut inquit Anſelmus dialogo de libero arbitrio; nec Redemptor noſter docuit unquam, ut Chriſtiani viverent, ut cuique libitum eſſet; immò; *Qui vult*, inquit, *venire poſt me,* Matth. 16. *abneget ſemetipſum, & tollat crucem, & ſequatur me.* Infecit Mahumetes eadem cauſa univerſum penè orbem; ergò mirum videri non debet, ſi hæretici iſti effrænata libertate tàm multos cœperint; Ut enim apud Xenophontem eſt, lib. 2. de pedia Cyri. *Fit perſæpe, ut babeant plures, qui ſecum ſentiant, improbi viri, quàm probi. Improbitas enim proficiſcens per ſubditas voluptates, barum perſuaſionibus utitur, quo multi ſecum ſentiant, at virtus ad arduum agens, non eſt admodum præpotens, ut ſubito, inconſultoq; ad ſe trabat.* Et ſicuti Clemens Alexandrinus lib. 5. ſtromatum ait; *Sapientiam, & juſtitiam, non ex veritate, ſed ex iis, quibus delectatur, maxima pars vulgi metitur.* Accedit etiam quòd Sapiens in Proverbiis inquit: *Suavis eſt bomini panis mendacii. Proverb.* 20.

25 Hi omnes, ſicut & patres eorum antiqui hæretici contra præcepta Sapien- *Prov.* 3. tis, prudentiæ ſuæ innituntur, & ſapientes eſſe volunt apud ſemetipſos; nec Sacris Conciliis, aut Sanctiſſimis, & Sapientiſſimis viris acquieſcentes, converſi ſunt in vaniloqujum, & ut eſt apud Hieremiam *Viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore* *cap.* 23. *Domini.* Gens abſq; conſilio, & ſinè prudentia, qui Zelum amarum habent, & con- 4 tentiones in cordibus; & gloriantur, & mendaces ſunt adverſus veritatem. Non 3. 2. eſt iſta Sapientia, ſicuti Jacobus Apoſtolus ait, de ſurſum deſcendens à patre Luminum, ſed terrena, animalis, diabolica. Hi ſunt quos Apoſtolorum Princeps venturos eſſe prædixit; *Erunt in vobis Magi-* 2. *ſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur; quibus judicium jam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. Proverb.* 3. *&* 1. *Timo.* 1. *Hiere.* 23. *Deuter.* 32. *Jacobi* 3. 2. *Pet.* 2.

26 Superbi ſunt iſti hæretici, & præ ſe

alios non ducunt homines; & niſi quod ipſi docent, & credunt, nil rectum putant. *Ecclesi. 15.* Cœterum, ut Eccleſiaſticus ait, *Sapientia longè abeſt à ſuperbia*, quæ auctore Auguſtino, mater eſt hæreticorum omnium; quibus inflatis ſenſu carnis ſuæ cum Hie- *Hierem. 49.* remia rectè dicere poſſumus; *Arrogantia veſtri, & ſuperbia cordis veſtri decepit vos. Percepiſtis à Deo acumen ſenſus, & ingenii, ut bona natura in Dei cultum verteretis, & feciſtis vobis ex his idola.* Non animadvertunt perditi homines, quàm ſit fragilis, ac debilis intellectus humanus, & quam pronus, & facilis ad errores. Sicut ſe habet oculus noctuæ ad lumen Solis, ſic & intellectus noſter ad notiſſima naturæ, ut verè Ariſto. ait libr. 2. metaphy. Quantò autem imbecillior erit ad ſupernaturalia, & arcana Divina? Undè Beatus Ambroſius de noctua loquens, elegantèr inquit; *Animal iſtud hæreticorum figura eſt, qui tenebras amplectuntur diaboli, lucem Salvatoris horreſcunt, & grandibus diſputationum oculis cernunt vana, non reſpiciunt ſempiterna; ſunt enim acuti ad ſuperſtitioſa, hebetes ad Divina, qui dum ſe putant ſubtilibus evolare ſermonibus, tamquam noctua veri luminis ſplendore turbantur. Eccli. 15. Auguſti. contra epiſt. fundamenti cap. 6. ad Coloſſ. 2. Hierem. 49. Hierony. in Oſeam cap. 10. Amb. ſerm. 43. Chry. in epiſt. 2. ad Tim. hom. 2. confeſſ. Poloni. cap. 92. prop. finem.*

Sap. 9. 27 Corpus quod corrumpitur, aggravat animam; & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem; & difficilè æſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt invenimus cum labore. quæ in Cœlis ſunt autem quis inveſtigabit? *Ad Corinth 3. & 10.* Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt; in captivitatem redigere debemus omnem intellectum in obſequiũ *Ad Rom. 12.* Chriſti, & Eccleſiæ Catholicæ; nec plus ſapere, quàm opportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, nec altum ſapere, ſed timere, atque humilibus conſentire. Nam quemadmodum Euripides in Andromache inquit; *Nimis ſapere, non eſt ſapientia, & non ſecundum mortalem ſapere naturam.* Sapientia quidem hæreticorum ſtultitia eſt apud Deum; & lumen, quod habere ſe putant, proculdubio tenebræ ſunt. Non ergò in hæreticorum adinventionibus, nec in acumine ingeniorum noſtrorum confidendum eſt; ſed Eccleſiæ Catholicæ traditionibus, & Sanctorum Patrum Doctrinis adhærere debemus. Quod ſi fecerimus, nunquam aberrabimus. *Sapien. 9. & 2. ad Corin. 3. & 10. ad Roma. 12. Juſtinus Philoſophus, & Martyr in expoſitione Fidei. Reginaldus Polus ad Henricum VIII. Regem Angliæ lib* 4.

28 Præterea, hæretici novitatis dulcedine plebem decipere ſolent; eſt enim, ut quidam inquit;

Plebs levis, & rerum ſemper ſtudioſa novarum

Et Ammianus lib. 26. ait: *inſitam eſſe pleriſque vulgarium novitatis repentinam jucunditatem.* Et Ovidius cecinit

Eſt quoque cunctarum novitas gratiſſima rerum

ſed ne novitatibus hęreticorum capiamur, ſcripſit Paulus Timotheo prioris Epiſtolæ cap. 6. *O' Timothee, depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates.* Quæ verba enarrans Vincentius ille Lirinenſis lib. adverſus hæreſes, inquit; *Quis eſt hodie Timotheus? niſi vel univerſa Eccleſia, vel ſpecialitèr totum corpus præpoſitum, qui integram Divini cultus ſcientiam, vel habere ipſi debent, vel aliis infundere? Depoſitum cuſtodi; ideſt, quod tibi creditum eſt, non quod à te inventum, quod accepiſti, non quod excogitaſti; rem non ingenii, ſed doctrinæ; non uſurpationis privatæ, ſed publicæ traditionis; rem ad te perductam, non à te prolatam, in qua non auctor debes eſſe, ſed curator, non inſtitutor, ſed ſectator; non ducens, ſed ſequens. Depoſitum, inquit, cuſtodi: Catholicæ Fidei talentum inviolatum, illibatumq; conſerva, quod tibi creditum eſt, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Nolo mihi pro aliis alia ſubiicias; ſed eadem, quæ didiciſti ità doce, ut cum dicas novè, non dicas nova.*

29 Et pauld̀ procul idem Vincentius ait: *O' Timothee, depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates; devita, inquit, quaſi viperam, quaſi ſcorpionem, quaſi baſiliſcum; ne te non ſolùm tactu, ſed etiam viſu, afflatuque percutiant. Quid eſt profanas? quæ nihil habent Sacri, nihil Religioſi; ab Eccleſiæ penetralibus, quæ eſt templum Dei, penitus extraneas. Profanas, inquit, vocum novitates. Vocum, ideſt, dogmatum, rerum, ſententiarum novitates, quæ ſunt vetuſtati, quæ antiquitati contraria; quæ ſi recipian-*

cipiantur, neceſſe eſt, ut Fides Beatorum Patrum aut tota, aut certè magna ex parte violetur; neceſſe eſt, ut omnes omnium ætatum fideles, omnes Sancti, omnes Caſti, Continentes, Virgines, omnes Clerici, Levitæ, & Sacerdotes, tanta Confeſſorum millia, tanti Martyrum exercitus, tanta Urbium, tanta Populorum celebritas, & multitudo, tot Inſulæ, Provinciæ, Reges, Gentes, Regna, Nationes, totius poſtremò jam pœnè Terrarum Orbis per Catholicam Fidem Chriſto capiti incorporatus, tantò ſeculorum tractu ignoraſſe, erraſſe, blaſphemaſſe, neſciſſe quid crederet, pronuntietur. Profanas, inquit, vocum novitates devita; quas recipere, atq; ſectari nunquam Catholicorum, ſemper verò hæreticorum fuit. Hæc ille, & alia in eandem ſententiam plurima.

30 Petrus quoque Apoſtolorum Princeps apud Clementem lib. 8. recognitionum inquit: *Nec aliquid proprium, & quod vobis non eſt traditum, proloquamini; etiam ſi vobis veriſimile videatur; hinc enim ſæpè contingit declinare quoſdam à veritate, dum ſpeciem ſibi verioris, & validioris veritatis propriis cogitationibus reperiſſe ſe credunt.* Et Paulus Apoſtolus Epiſt. ad Hebr. cap. ulti. *Nolite abduci doctrinis variis, & peregrinis, ideſt novis, & ſingularibus.* Et Auguſtinus lib. 10. de Civitate Dei cap. 23. neq; novis vocibus de religione loqui permittit, ne verborum licentia, etiam de rebus, quæ his ſignificantur, impiam gignat opinionem. Et idem Divus libro de ratione animæ, opinionem quandam novam non alia ratione refellit, niſi quia ipſa ſola novitate diſplicebat. Et in ſexta Synodo generali actio 12. dixerunt Patres: *Omninò neceſſe eſt, non ſolùm ſecundum ſenſum ſequi Sanctorum Patrum dogmata; ſed eiſdem vocabulis uti cum illis, nihilque penitus innovari. Et nos quidem ſecundum ſanctiones Divinorum eloquiorum oportet ſapere, illa videlicèt refutantes, quæ quidem novæ voces noſcuntur Sanctis Dei Eccleſiis ſcandalum generare.*

Sextæ Synodi Generalis Decretum.

31 Nec ferendi quidam, qui Ciceronianè, quàm Chriſtianè loqui malunt, aliud nonnunquã ſignificantes, quàm voces Eccleſię ſoleant. Quale eſt, quod perſuaſione pro fide abutuntur. Quis enim eſt, qui non planè perſpiciat longè aliud eſſe Catholicam Fidem, quàm perſuaſionem? Addo illud Socratis apud Platonem in Thæteto; *Uti nominibus, verbiſq; communioribus, neq; exactè, curioſèq; diſquirere, ſæpènumero generoſi animi eſt; contrarium autem illiberalis.* Et Plato ipſe Sapientiſſimus juxtà, & eloquentiſſimus in libro civili inquit: *Si verborum curioſitatem vitabis, evades in ſenectute admodum Sapientior.* Prætereo Senecam, Hieronymum, & alios. *Seneca epiſtola 116. Hieronym. epiſtola ad Euſtochium de virginitate ſervanda. Gerſon. epiſtola ad Bartolo. Carthuſia. part. 1. & tractatu. de examinatione doctrinarum, conſideratione 1. & p. 4. lect. 2. conſiderat. 6.*

32 Cœterùm ſilentio prætereundum non eſt, quod Spiridioni contigiſſe ferunt. Conventus aliquando agebatur, in quo Tryphillius erat Ledrenſis Epiſcopus literarum artibus probè eruditus, & legibus diſcendis diu Beryti verſatus, hic Epiſcoporum juſſu populum docens, Spiridione præſente, cum dictum quoddam referre deberet, quo Chriſtus ad Paralyticum eſt uſus, illud ſcilicet, *Tolle grabatum tuum, & ambula*: pro grabato, lectum dixit: quod moleſtè ferens Spiridon: *Non tu quidem*, inquit *præſtantior es eo, qui grabatum dixit; qui igitur, malus, pudor iſte eſt, verbis illius cum decore non velle uti?* Atque his dictis, in conſpectu omnium Epiſcopali Sede exurgens, faſtum, & ſupercilium eorum, qui oratione affectata ſe ſe efferrent, contrahere eſt conatus: rectè enim id facere potuit, quamvis apertus omninò, & ſimplex eſſet, magna quippè dignitate, gloriaque venerandus, propter mirifica, quæ edebat opera, atq; ætate provectiore, ſincerè, & graviter Epiſcopali munere gerendo clarus erat. Multis profectò Spiridonibus opus eſt hodiè adverſus novatores iſtos, qui linguarum peritia pollere ſe jactant. *Nicephor. lib. 8. cap. 42. & hiſt. trip. lib. 1. cap. 10.*

Reprehenſio facta à Spiridione Tryphillio Epiſcopo concionanti.

33 Quod ſi in legibus Civilibus, aliiſq; humanis actionibus, in quibus plerunque nihil refert, an hoc, ſivè illo modo fiant, ſuſpectæ ſunt novitates, ac periculoſæ; quid futurum putamus in rebus Fidei, & Religionis, in quibus ſalus Chriſtiana conſiſtit? Etenim, ut ait Chryſoſtomus, *Nihil adeò animos perturbat, etiamſi utilitas ſecutura expectetur, quàm innovare aliquid, & à conſuetudine alienum facere, & maximè cum de cultu, ac Dei gloria agitur.*

Et

Et Jamblicus ille Gentium quidem Theologus, ſed Lutheranis longè cordatior, in libro de Miſteriis, inquit; *Quemadmodum veritatem conſecuti ſunt primi, qui leges nobis de Religionis Sanctimonia tradiderunt; ſic perſeverare in eis debemus; Si quid enim aliud in Sacris legibus, ritibuſq; Deo placet, firmitas ipſa maximè placet, & præcipuè congruit.* Et poſt aliqua, inquit. *Ea, quæ multis ſeculis, & operoſo labore in Sacris comprobata ſunt, nefas eſt ex nonnullis repentè incidentibus temerè judicando, mutare.* Et Hipodamus Pythagoræus lib. de Repub. de talibus loquens, inquit: *Non mediocrem, ſed maximam infelicitatem hominum animis Sophiſtarum diſſertationes ingenerant; ſi quid auſi fuerint innovare præter commune judicium in Divinis, humaniſq; rebus; quo admiſſo, neque veritas major, neque vita juſtior, honeſtiorve futura ſit, ſed majori potius caligine, atque perturbatione involvenda.* Quemadmodum Stobęus retulit ſermone de Republica, & Pauſanias in Arcadicis; nimirum: *De rebus divinis non aliter omnia, atq; à majoribus accepimus, exponenda ſunt. Chryſoſt. in epiſt. 1. ad Corin. hom. 7.*

34 Plato in libris legum, & alibi ſæpè, cui Ariſtoteles in politicis, & cœteri Sapientes ſubſcribunt, nihil pernicioſius eſſe cenſet, quam temerè ab antiquis legibus, moribus, & conſuetudinibus recedere, peregrinas, novaſque res introducere, atque moliri. Hinc lex illa Zalauci, quam Demoſthenes oratione contra Timocratē laudat, apud Locros recepta fuit, cujus

Zalauci lex. hæc ſunt verba: *Si quis voluerit leges ſancitas movere, aut novam ſtatuere; is collo in laqueum imiſſo de lege verba faciat; quòd ſi per ſuffragia videatur, legem veterem eſſe tollendam, aut eam, quæ nova infertur, bonam eſſe, indemnis maneat; contra ſi prior lex melius habere videatur, aut quæ nova proponitur, injuſta ſit, is qui movet, infertve legem, laqueo attracto moriatur.* retulit *Stobæus ſermone de legibus.*

35 Cœterum, ut ad id, quod inſtitui, revertar; quis non videt novitatibus hæreticorum omnia perturbari? leviores quidem ſunt Lutherani, quàm Græci, illi de quibus loquens Jamblicus in ſuis Myſteriis inquit: *Par eſt. in Deorum cultu ritus veteres, tanquam ſacros, & optimos, ſemper cuſtodire, eoſque intactos, & inviolatos ſervare, ne quid omninò addatur, aut etiam adimatur; hinc enim factum eſt, ut numina ipſa, & vota cominuta, ac debilitata appareant; quod ex ipſa quidem prævaricatione, ac novandæ religionis ſtudio permulta immutata ſint, & in dies magis immutentur. Nam & Græci ipſi ſuopte ingenio rerum novarum ſtudioſi, in quamlibet partem facilè ad quæque momenta vertuntur; ut qui leves ſint, & inſtar navis, in qua nihil ſabuli inſederit, nihil omninò ſervant, quod à majoribus acceperint; ſed immutātes ſubindè omnia, vetera eiiciunt; & ex ingenita levitate alia, atq; alia commutant in re nulla conſtantes.*

36 Ad eundem prorsùs modum, tot profanis novitatibus Germaniam ferè totam infecerunt hæretici, ut ſcitè admodum dixerit Georgius ille Saxoniæ Dux inclytus: *Neſciunt hodiè Lutherani, quid* *Scitum Saxoniæ Ducis de Lutheranis dictum.* *anno ſequenti credituri ſint:* quippè qui peſſimo novitatis ſtudio, quæcunq; religiosè, ac piè a majoribus noſtris in Dei, atque Eccleſiæ gloriam ſunt inſtituta, turbant, atque impio ſcelere evertunt, & divina omnia contaminare conantur. Miſeri homines, & miſerabiles, quibus (ut Auguſtinus ait) cognita vileſcunt, & novitatibus gaudent. Sic etiam olim impius Eudoxius, & Acacius Græcorum Eccleſiam ad abſurdas opiniones diſtraxerunt. Et res novæ tum laudabantur, paulatimq; incrementa ſua capiebant, atque ad mutationem inſolitam ſpectabant; &, ut inquit Nicephorus, eò demum præfractæ temeritatis pervenerunt, ut homines veteres, & patrias leges contemnerent, & novas ſibi pro ſe quiſq; conderet; ac nova identidem dogmata comminiſcebantur, neque ſe ab aliis ſuper alias novis rebus inveniendis continere poterant. *Auguſt. lib. de vera relig. cap. 53. Nicephorus lib. 9. Eccleſ. hiſt. cap. 46. & Nazianzenus orat. 12.*

37 Scio equidem jucundas eſſe novitates, & mutationem eſſe dulciſſimam; ſed, ut Ariſtoteles ait, ob quandam pravitatem; homo enim pravus facilè mutabilis eſt, & mobilis, & varia eſt fermè natura malorum. Quod Auguſtinus differens libro de ſpiritu, & anima cap. 59. inquit: *Mens cæca, & vaga, qualitate earum rerum, quas reſpicit, variatur; eique jure non ſufficit quidquid Deus non eſt. hinc eſt, quòd huc illuc diſpergitur, & per infinita diſtrahitur, quærens requiem ubi non eſt; ſed quia unum*

Deum,

Deum, quem ſufficientèr habere poterat, dereliquit, nunc per multa ducitur; ut quia qualitate rerum ſatiari non poteſt, ſaltem varietate ſatietur. Sic hæretici ſidera errantia, quia in Eccleſia Catholica quieſcere nolunt, huc, illuc novis erroribus, & omni vento doctrinæ circunferuntur. Nam, ut apud Eſajam eſt cap. 57. *Impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt; & redundant fluctus ejus in conculcationem, & lutum.* Sed concludamus tandem cum Sophronio illo Epiſcopo; *Si per ſingulos dies novam edere fidem licuerit, veritatis integritas non manebit. 7. ethico. cap. ulti. Socrates lib. 5. hiſto. triparti. cap. 34. Nicephorus lib. 9. cap. 43. Sepulveda epiſt. 31.*

Sophronii ſententia.

38 Ut autem hæreticos iſtos, vel novo nomine cognoſcere valeamus, non Chriſtianorum titulum ſervant, ſed ſuorum præceptorum, aut errorum nomina volentes, aut inviti retinent. Præmonuit nos hujus rei Divus Hieronymus adverſus Luciferianos, dicens: *Sicubi audieris eos, qui dicuntur Chriſti, non à Domino Jeſu Chriſto, ſed à quoquam alio nuncupari, ut puta, Marcioniſtas, Valentinianos, Montenſes; ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogam.* Beatus quoq; Auguſtinus libro de vera religione, animadvertendum eſſe ait, quòd hæretici, qui errores ſuos animoſius defendere, quam cautius corrigere maluerunt, excluſi à Catholica communione, propria vocabula, proprioſque conventus, non in ſermone tantùm, ſed etiam in ſuperſtitione meruerunt, ut Photiniani, Arriani, multiq; præterea Lutherani, videlicet, Sacramentarii, & Anabaptiſtæ. *Auguſti. de vera religione cap. 5. l. damnato. C. de hæreti.* & ante illos *Lactantius lib. 4. Divina inſtitut. cap. ultimo.*

39 Nec moveat quempiam, ſi fortè viderit hæreticum aliquem ſpeciem pietatis præſeferentem; Etenim inter tot millia hæreticorum, conſentaneum eſt, eſſe aliquos, qui prima fronte boni viri eſſe videantur, cum tamen nihil minùs ſint; nàm vel hoc tantùm quòd hæretici ſunt, pravi homines ſunt. Quid enim boni eſſe poteſt homini amiſſa Catholica Fide? *Omnes anima*, ut inquit, Caſſiodorus libro de Anima, *ſine recta fide teterrima ſunt.* Nihil enim cuiquam prodeſt vitaſſe noxias cupiditates, enervatam non amaſſe luxuriã, deceptricem fugiſſe fallaciam, alienum ſe à terrenis vitiis effeciſſe, ſi non permanet in Chriſti Eccleſia, & Fidei Catholicæ non tenet unitatem. Neceſſe eſt laboret incaſsùm, qui ab Eccleſia ſeparatur, & remuneratorem bonorum omnium ſibi reddit offenſum. Quid? quòd (ut Paulus nobis prædixit) *hi ſunt operarii ſubdoli transfigurantes ſeipſos in Apoſtolos Chriſti.* Et ſicuti Leo Magnus inquit; *humilitèr irrepunt, blandè capiunt, mollitèr ligant, latenter occidunt.* Nec ulla pernicies vitæ major inveniri poteſt, ut eſt apud Ciceronẽ, quàm in malitia ſimulatio intelligentiæ. Ac totius injuſtitiæ nulla capitalior eſt, quam illorum, qui tum cum maximè fallunt, id agunt, ut viri boni eſſe videantur. Malus enim ubi bonum ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus. Nec mirum alicui videri debet, ſi quid boni dixerint, fecerint, vel ſcripſerint impii, nàm ſicuti Hieronymus ait *Nemo eſt tàm Sicarius, tàm parricida, tàm veneficus, qui non aliquid boni aliquando fecerit. 2. Cor. 11. Leo ſermone 5. de jejunio decimi Menſis. Cicero lib. 1. & lib. 3. offi. Hieronym. in epiſtola ad Titum cap. 3. c. ſi quis à Catholica 23. qu. 4.*

2. ad Corinth. 11.

40 Quinimmò tantò magis vitandi ſunt hæretici, qui boni viri eſſe videntur, quantò pluſquam alii nocere poſſunt. Undè Origenes homilia ſeptima in Ezechielem inquit; *Juxtà mei animi ſenſum multò nocentior eſt hæreticus bona vita, & plus in doctrina ſua habet auctoritatis eo, qui vitam converſatione maculat; Qui enim vita peſſima eſt, non facilè homines ad falſum dogma ſolicitat; nec poteſt per umbram ſanctitatis audientium decipere ſimplicitatem; qui verò ſermone perverſus eſt, & diſciplinis ſalutis contrarius, mores autem compoſitos, & ornatos habet, nil facit alìud, niſi accipit indumenta varia inſtituti boni, & converſationis quieta, & circundat ea in dolis ſuis, ut magis decipiat audientes.* Idcircò ſolicitè caveamus hæreticos, qui bonæ converſationis ſunt, quorũ fortè vitam non tàm Deus, quam Diabolus inſtruxit; Nam quomodò quaſdam illecebras eſcarũ aucupes proponunt, ut faciliùs aves capiant per oblectamenta gulæ; ſic (ut audaciùs dicã) eſt quędam Caſtitas diaboli, ideſt decipula humanæ animæ, ut per iſtiuſmodi caſtitatem, & manſuetudinem, & juſtitiam poſſit faciliùs capere, & falſis ſermonibus irretire. Decipimur ſpecie recti, ut Horatius ait,

Quia

Quia mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpè tulit
Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & umbra.

Sæpè vitia ſe ingerunt, & ſe virtutes eſſe mentiuntur. Quidam ſuperbiam libertatis loco ducunt; adulationem pro humilitate ſuſcipiunt, malitiam prudentiæ vice amplectuntur, & juſtitiæ ſimplicitatis nomen imponunt, & fallaci, ac peſſima ſimilitudine decepti vitiis pro virtutibus gloriantur; *Hierony. ad Demetriadem cap. ſæpe* 41. *diſtin. adde Ciceronem in partitionibus. Senecam epiſt.* 121.

41 Si quis malum in prætextu boni facit, duplici pœna dignus eſt, ſicuti Baſilius rectè cenſuit; propterea quòd, & non bonum operatur, & utitur ad perficiendum peccatum ipſo bono cooperatore, & auxiliario. Et, ut Plato dial. 2. de Repub. inquit; *Extrema injuſtitia eſt, juſtum videri eum, qui non ſit juſtus.* Accedit illud
cap. 23. Eccleſiaſtici; *Qui diſſimulaverit, delinquit duplicitèr.* Et Hieronymus epiſtola ad Letam. *Venena non dantur, niſi melle circumlita; & vitia non decipiunt, niſi ſub ſpecie, umbraque virtutum.* Et in epiſtola ad Celantiam; *Multò deformior illa eſt ſuperbia, quæ ſub quibuſdam humilitatis ſignis latet; neſcio enim quomodo turpiora ſunt vitia, quæ virtutum ſpecie celantur.* D. Chryſoſtom. in Matt. homilia 74. *Omnes qui perperam agunt, ſupplicio digni ſunt; qui verò ſimulatione bonitatis ad improbitatem tendit; multò graviori pœna omninò afficiendus eſt.* Et Theophilatus: *Majori condemnatione*, inquit, *dignus eſt, qui prætextu boni in malum allicit. Omnium rerum*, Auctore Cicerone, *ſimulatio eſt vitioſa; tollit enim judicium veri, idque adulterat.* Poſtremò Bernardus in Cantica, de hæreticis hæc elegantèr ſcripta reliquit; *Omnibus una intentio hæreticis ſemper fuit, captare gloriam de ſingularitate ſcientiæ; quod ut commodè faciant, non ſufficit hæreticos eſſe, niſi & hypocritæ ſint, ut ſit ſupra modum peccans peccatum. Hi ſunt, qui veniunt in veſtimentis ovium, ad nudandas oves, ad ſpoliandos arietes, intus autem ſunt Lupi rapaces. Hi ſunt oves habitu, Vulpes aſtu, actu, & crudelitate Lupi. Mali ſunt, & videri boni volunt, ne ſoli ſint mali. Mali videri timent, ne parùm ſint mali; Etenim minus ſemper malitia palam nocuit, nec unquàm bonus, niſi boni ſimulatione deceptus fuit. Nec enim eſt apud eos virtutes colere, ſed vitia colorare, quaſi quodam virtutum minio. Demum, ſimulata æquitas, duplex iniquitas eſt. Baſilius epiſtola* 76. *Eccleſiaſt.* 23. *Theophyla. in Matthæum cap.* 23. *Cicero in Lælio. Bernar. ſuper Cantica ſerm.* 66.

42 Obiiciunt frequentèr hæretici abuſus, & vitia Catholicorum. Sed primùm, quod attinet ad abuſus, nos eos non approbamus. Deindè, ut ſunt impii omnes mendaces, plurima ipſi confingunt, quæ Catholici, nec commiſerunt unquam, nec ſomniarunt quidem. Poſtremò, quid eſt tàm Sanctum, quo improbitas quorundam abuti non queat? & ſicut Iſocrates in Symmachio inquit; *Non convenit hominum improbitatem in res transferre: ſed illi ipſi culpandi ſunt, qui bonis rebus malè utuntur.* Et Chryſoſtomus de verbis Iſaiæ, *Vidi Dominum*, homilia 4. *Non oportet damnare res, ſed eum, qui re bona malè utitur; quandoquidem, & Judas proditor fuit; verùm non ob id accuſatur ordo Apoſtolicus;* & cœtera in eandem ſententiam.

Nil prodeſt, quod non lædere poſſit idem.
Igne quid utilius? ſi quis tamen urere tecta
Comparat, audaces inſtruit igne manus.
Eripit interdum, modo dat medicina ſalutem
Quæque juvet monſtrat, quæq; ſit herba nocens.
Et latro, & cautus præcingitur enſe viator
Ille ſed inſidias, hic ſibi portat opem.
Diſcitur innocuas ut agat facundia cauſas,
Protegit hæc ſontes, immeritoſq; premit.

43 Quod verò de vitiis ajunt, plerunque magnum eſt, impudenſq; mendacium. Ad hæc: *Vitia erunt donec homines*, ut ſcribit Cornelius Tacitus. Et Plato in Thæeteto: *Impoſſibile eſt*, inquit, *mala penitus extirpari; nam bono oppoſitum aliquid eſſe ſemper neceſſe eſt. Atque ea quidem vetus querela eſt: hoc majores noſtri queſti ſunt: hoc nos querimur; hoc poſteri noſtri querentur, everſos eſſe mores; regnare nequitiam, in deterius res humanas, & in omne nefas labi*; ut Civis meus Seneca quadam in epiſtola ſcripſit. Et Lutherus ipſe conqueritur, ſua doctrina egregia diſcipulos ejus

factos

factos eſſe Sodomitis decies deteriores. Adde quod hæretici iſti bona opera flocci non faciunt; cur ergò à Catholicis omnibus ea tam ſeverè exigunt?

44 Divus quidem Hieronymus in epiſtola, quæ eſt ad Pammachium, & Marcellam, de talibus hæreticis loquens, dicit, *Quid maledicorum pannos hinc inde conſuitis, & eorum carpitis vitam, quorum fidei reſiſtere nou valetis? num idcircò non eſtis vos hæretici, ſi nos quidam aſſertione veſtra crediderint peccatores? & os impietate fœdum non habebitis, ſi cicatricem potueritis in noſtra aure monſtrare? Quid juvat veſtram perfidiam, vel prodeſt pellis æthiopica, & pardi varietas, ſi in noſtro Corpore nævus apparverit?* & Beatus Auguſtinus alia in epiſtola ad Clerum: *Hæretici non habendo quod in cauſa ſua diviſionis defendant, non niſi hominum crimina colligere affectant, & ea ipſa plura falſiſſimè jactant; ut quia ipſam Divina Scriptura veritatem, qua ubiq; diffuſa Chriſti Eccleſia commendatur, criminari, & obſcurare non poſſunt; homines, per quos prædicatur, adducant in odium, de quibus, & fingere quidquid in mentem venerit poſſunt.*

45 Idem Divus contra Donatiſtas inquit: *Si quis à Catholica Eccleſia fuerit ſeparatus, quantumlibet laudabiliter ſe vivere exiſtimet; hoc ſolo ſcelere quod à Chriſtianitate ſejunctus eſt, non habebit vitam; ſed Dei ira manet ſuper eum; Quiſquis autem in hac Sancta Eccleſia benè vixerit, nihil ei præjudicant aliena peccata; quia in ea unuſquiſque proprium onus portabit, ſicut ait Apoſtolus; Et ut quidam rectè ſcribit: Si dæmon homines in impietatem deduxerit, non eſt de reliquis ſceleribus admodum ſolicitus; quoniam hoc erroris jacto fundamento, quidquid proborum morum, virtutumq; ſuperſtruxeris, nihil prorſus ad beatitudinem confert. Itaque ſinit hæreticos bonis naturæ uti, eoſq; adjuvat ſæpènumero; ut ſpecie probitatis offendantur modicæ fidei homines, & injiciatur eorum animis ſcrupulus de Fide Catholica; & hæretici in erroribus ſuis confirmentur. Nos tamen flocci facimus virtutes iſtorum ſimulatas, atque fallaces; Et cum Divo Hieronymo dicimus, ſignum eſſe majoris gloriæ, ſi quem hæretici deteſtantur.*

46 *Hujus temporis hæretici carnis operibus dediti captivas mulierculas trahunt, quemadmodum parentes eorum feciſſe memorantur. Simon Magus hæreſim condidit Helenæ meretricis adjutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor, choros duxit fœmineos. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Apelles Philomenam ſuarum Comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi Spiritus prædicator multas Eccleſias per Priſcam, & Maximillam nobiles, & opulentas fœminas, primùm auro corrupit, deindè hæreſi polluit. Arrius, ut orbem deciperet, ſororem principis ante decepit. Donatus per Africam, ut infelices quaque fœtentibus pollueret aquis, Lucilla opibus adjutus eſt. In Hiſpania Ægape Elpidium, mulier virum, cœcum cæca duxit in foveam; ſucceſſoremque ſui Priſcillianum habuit, Zoroaſtris magi ſtudioſiſſimum, & ex mago Epiſcopum, cui juncta Galla non gente, ſed nomine, Germanam huc, illucque currentem alterius, & vicina hæreſeos reliquit hæredem, & nunc quoque myſterium iniquitatis operatur, & duplex ſexus utrumque ſupplantat.* Hæc Divus ille Hieronym. adverſus Pelagianos ſcripta reliquit; & ea ipſa apud Lutheranos quotidie evenire videmus.

Hæretici mulierculas ſuorum errorum adjutrices habent.

47 Hi pravi homines, & ſeductores intra quadraginta annos pro ſua libidine innumerabiles perditionis ſectas introduxerunt. Nam, ut Prudentius ait.

Quid non libido mentis humanæ ſtruat?
Quid non malorum pruriat?
Statum laceſſunt Catholicæ Eccleſiæ
Calumnioſis litibus:
Fidem minutis diſſecant ambagibus,
Ut quiſque lingua eſt nequior.

Quid referam eorum impia ſimul, & petulantia, & planè inſana dogmata?

Plurima ſunt, ſed pauca loquar; ne dira relatu.
Dogmata Catholicam maculent malè prodita linguam.

Ea autem retu'iſſe, confutaſſe eſt. Ajunt iſti hæreticorum, qui unquam fuerunt, peſſimi; In prioribus ſeculis, neque Chriſtum, neq; Evangelium, neque Baptiſma, neque Fidem, neque opera bona fuiſſe cognita. Ajunt, ubi fides eſt, ibi nullum peccatum. Ajunt, eos qui bonis operibus cooperti ſunt, vix poſſe Cœlum penetrare. Ajunt, nihil prodeſſe bona opera, nec Deum reſpicere opera. Ajunt, nullum peccatum poſſe damnare hominem, præ-

ter incredulitatem. Ajunt, licere Chriſtiano plures ſimul Uxores habere. Quid plura? vix quippiam reliquum fecerunt futuris Apoſtatis, & Hæreticis.

48 Ad ſummam fructus Lutheranorũ, & Sacramentariorum ſunt, Sacramentorum ferè omnium abrogatio: jejuniorum, & orationum neglectio: votorum tranſgreſſio, omnis pudicitiæ, & caſtitatis profligatio, deſtructio, ac devaſtatio Templorum, & Monaſteriorum; expugnatio, & ejectio Sanctarum Imaginum; rerum omnium Sacrarum profanatio, deniq, nihil reliqui fecerunt iis, qui ſtudioſi erunt improbitatis, & impietatis. Dicit in E-
cap. 7. vangelio ſecundum Matthæum Chriſtus: *Intrate per anguſtam portam*. Et mox: *Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inveniunt eam*. Iſti verò ſecundum Lutherum effrænata libertate invenerunt latam portam, & ſpatioſam viam, nempe illam, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. *Non igitur miramur*, (ut apud Ambroſium eſt) *ſi Luporum rabiem grex Domini perhorreſcat, in quibus Chriſti vocem non recognovit; Agreſtis enim ululatus eſt, nullam virginitatis gratiam, nullum caſtitatis ordinem ſervare, promiſcuè omnia velle confundere, diverſorum gradus abrogare meritorum*. Quid tandem aptius in iſtos dicere poſſumus, quàm quod Prophe-
Pſal. 118. ta regius jam olim cecinit? *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua*. Ubi ſivè *fabulationes* cum Hieronymo, Ambroſio, & vulgata editione legas: ſivè *delectationes* cum Auguſtino; ſivè cum Eutymio, *garrulitates*: non aptius cui quam alii, quàm iſtis hæreticis quadrat; ſunt enim dogmata, & narrationes illorum nihil aliud, quàm fabulationes, & delectationes, & garrulitates; ſed non ut lex Dei, non ut Evangelium Chriſti. *Matth. 7. Ambro epiſto. 81. Pſal.* 118. & inibi *Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Euthymius*, & cœteri.

1. ad Corin. 11. 49 *Oportet autem hæreſes eſſe*, quemadmodum Apoſtol. ait, *ut qui probati ſunt,*
Deuteron. 13. *manifeſti fiant*. Sed, & ſi ſurrexerit in medio noſtri Propheta, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum, atque portentum, & evenerit quod locutus eſt, & dixerit nobis, eamus, & ſequamur Deos alienos, lege Divina prohibemur audire verba Prophetæ, aut ſomniatoris illius; quia tentat nos Dominus Deus noſter, ut palam fiat, utrum diligamus eum; an non, in toto corde noſtro, & in tota anima noſtra. Ob has igitur cauſas Deus Omnipotens hæreſes eſſe permittit. Quod, & Cyprianus tractatu de ſimplicitate prælatorum elegantèr tradidit, dicens: *Hinc hæreſes, & facta ſunt frequentèr, & fiunt, dum perverſa mens non habet pacem, dum perfidia diſcordans non tenet unitatem. Fieri verò hæc Dominus permittit, & patitur, manente propria libertatis arbitrio, ut dum corda, & mentes noſtras veritatis diſcrimen examinat, probatorum Fides integra, manifeſta luce clareſcat*. Et poſt paulum: *Sic probantur fideles, ſic perfidi deteguntur, ſic, & ante judicii diem hic quoque jam juſtorum, atque injuſtorum animæ dividuntur, & à frumento palea ſeparantur*. Quod, & Tertullianus antè illum docuit, in exordio libri de præſcriptionibus adverſus hæreticos. 1. *Cor.* 11. *Deuter.* 13. *Vincentius Lirinenſis lib. adverſus hæreticos*. Vide *Cornelium Janſenium in concordiam Evangelicam cap.* 71.

50 Accedit Auguſtinus, in Enchiridio dicens: *Malum eminentius commendat bona, dum comparantur malis; nec enim Deus Omnipotens, cum ſummè bonus ſit, ullo modo fineret mali eſſe aliquid in operibus ſuis, niſi uſque adeo eſſet Omnipotens, & bonus, ut benefaceret etiam de malo*. Et antè illum Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum: *Divina Sapientia*, inquit, *& virtutis, & potentiæ eſt officium, non ſolùm bona facere, ſed illud quoque maximè, ut id, quod per malos aliquos excogitatum eſt, ad bonum aliquem finem, & utilem deducat, & utilitèr iis, quæ videntur mala, utatur*. Adde etiam quòd, ſicut Origenes in librum Numerorum, inquit, *Utitur Deus, ne dum bonis ad opus bonum, ſed malis etiam: Illi cogitant malum, ſed Deus vertit in bonum*. Hæc igitur utilitas ab hæreticis provenit, quòd inter inimicos erudimur, & Fides, ac dilectio noſtra poteſt eſſe probatior. Multa quippe ad Fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitamur, ut adverſus eos defendi poſſint, & conſiderantur diligentius, & intelliguntur clarius, & inſtantius prædicantur, & ab adverſario mota quæſtio diſcendi exiſtit occaſio. Accedit etiam, quòd im-

improbatio hæreticorum eminere facit quid Eccleſia cenſeat, quid habeat ſana doctrina. Et ut Gregorius ait. *Sancta Eccleſia ſubtilius in ſua ſemper eruditione inſtruitur, dum hæreticorum quæſtionibus impugnatur.* Deniq; ne longius abeam, *Eccleſia Catholica per totum Orbem validè, lateq; diffuſa*, ut eſt apud Auguſtinum libro de vera religione, *omnibus errantibus utitur ad profectus ſuos, & ad eorum correctionem, cum evigilare voluerint; Utitur enim gentibus ad materiam operationis ſuæ; Schiſmaticis ad documentum ſtabilitatis ſuæ; Judæis ad comparationem pulcritudinis ſuæ. Auguſtinus in Enchiri. cap. 11. Origen. in lib. Numer. homil. 14. Gen. cap. ulti. Grego. epiſt. ad Anaſtaſium. Auguſti. lib. de vera Religione. cap. 6. & cap. 8. item epiſt. 50. & 141. & in Pſalm. 67. & lib. 1. de Geneſi. contra Manichæos cap. 1. cap. ulti. 24. quæſt. 3. Iſidorus lib. 1. de ſummo bono cap. 19. Vincentius Lirinenſis lib. adverſus hæreſes. Nicephorus lib. 14. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 48. Beda, Petrus Lombardus*, & cœteri *in priorem Pauli epiſtolam ad Corin. cap. 11. Alex. Aleſ. parte 1. quæſt. 18. & qu. 38. Torquemada lib. 4. de Eccleſia par. 2 cap. 5. Brunus lib. 2. de hæreti. cap. ulti. Michael Medina lib. 2. de recta in Deum Fide cap. ulti.*

Sanctus Chryſoſtomus in epiſtol. 1. ad Corin. ſermone 17. verè, atque elegantèr ſcripſit: *Utrumque invicem confirmatur, malitia ab incredulitate, & incredulitas à malitia; animus namq; qui multorum ſcelerum ſibi conſcius eſt, cum futurum judicium formidet, atque exhorreſcat, nolitque mutata vita in melius ſibi conſulere, incredulitate quietem animi quærit; nàm ſi tu reſurrectionem negaveris, & judicium; dicet ille; igitur neque ego ſcelerum meorum pœnas dabo.* Et Theophilatus in 2. epiſt. ad Timo. cap. 3. *Qui nullius ſibi boni conſcius eſt, pravis Doctoribus facilè obtemperat, ſeipſum conſolans, quaſi non ſit daturus pœnas propter opera ſua.* Et Æneas Sylvius in hiſtoria Bohemica. *Gravati vitiorum ſarcina, non quibus explicent, vitamq; corrigant, ſed quæ cœptum iter approbent, ea dogmata facilè imbuunt.* Et Alius rectè dixit; *Qui ad legem Dei cupiditates ſuas dirigere gravantur; hi legem Dei ad cupiditates ſuas detorquere conantur;* Atq; ea quidem ſunt, quæ hodie tot hæreticos faciunt, qui ſibi perſuadent, ſola Fide in Cœlum perveniri poſſe.

ANNOTATIONES.

1 Vbi Sol Iuſtitiæ, &c.

De hæreticorum materia vide in corpore Iuris Canonici totam Cauſam 24. *in Decreto tit. 7. lib. 5. in Decretalib. Gregor. tit 2. lib. 5. in ſexto. tit. 3. lib. 5. Clementinar.* & deniquè *cap. 1. 2. & 3. lib. 5 Extra. de Hæretic.* Vide pariter *Calder. tract de Hæretic. Albertin. Rub. de Hæretic. in 6 Hoſtien. in eadem Rub. Silveſter verbo Hæreſis. Locat. in indic. Inquiſit. Verbo Hæretic. Io. à Rojas ſing. 73. & 83. Azor. in ſumma rubr. de Hæretic. Eymeric. 2. part. direct. quæſt. 30. & ſequen. ubi Pegna comment. 55. & ſequen. Caren. de offi. S. Inquiſit. par. 2. tit. 1. Rub. de Hæreſi, & Hæreticis*; & alios quam plures, quos cauſa brevitatis omitto.

Quis nàm autem fuerit primus Hæreticus in Eccleſia. *Lege lib. 6. Conſtit. Apoſtolic. cap. 7.* & invenies fuiſſe Simonem quendam Gethæum Samaritanum, cujus primi ſucceſſores fuerunt Dociteus, Menander, Baſilides &c.

2 Hæreticus autem &c.

Quiſnam ex vi nominis ſit nuncupandus Hæreticus, vide apud *Eymeric. 2. part direct. quæſt. 30. ubi Pegna comment. 55.* plures paritèr Hæretici definitiones lege apud *Farinac. de Hæreſi. quæſt. 178. §. 1. num. 10.*

4 Nonnulla ſimul neceſſaria ſunt &c.

Quot modis quis dicatur Hæreticus propriè, & impropriè lege apud *Eymeric. eundem loco nupercit. quæſt. 31. & 32.* ubi *Pegna comment. 56. & 57.* apud *Brunum lib. 1. de hæret. cap. 2. Turrecremat. in ſumma de Eccleſ. lib 4 p. 2. cap. 12. Carrèr. tract. de hæretic. num. 6. & multis ſequen. Farinac. de hæreſ. quæſt. 178. §. 1 num. 24 & ſequen.* ubi quæ requirantur, ut quis dicatur hæreticus invenies *num. 16. 17. & 18.*

5 Inde quæritur &c.

De eo, qui creditur Baptizatus, cum revera talis nō ſit, an ab Inquiſitoribus puniri poſſit, ſi contra Fidē delinquat. Vide *Caſtropal. 1. part. tract. 4. diſputat. 9. punct. 16. §. 6. nu. 3.* ibi enim caſum Cæſarauguſtæ de Anno *1619.* ad propoſitum hujuſmodi deciſum invenies.

6 Hinc alia etiam quæſtio exoritur &c.

Quæſtio de Cathecumeno Fidem negante, an ſit hæreticus, eſt valdè anceps, & ambigua, cum pro utraq; ſententia multi, & præſtantes Auctores recenſeantur; nihilominùs tamen communior eſt, quòd pro foro interiori tenenda ſit affirmativa ſententia, ſicuti prò exteriori negativa, ex quo ſit quod non ſit punibilis ab Eccleſia, quæ nullam in Cathecumenos juriſdictionem habere videtur, vide *Sanctarel. de hæreſi. cap. 1. dub. 2. nu. 5. Duard. ad Bull. Cœnæ lib. 2. can. 1. quæſt 21 num. 1. & 4.* & noviſſimè *Carenam de Off. S. Inquiſit part. 2. tit. 1. Rub. de Hæreſi. & Hæretic. §. 5. nu. 26.*

7 Demum quæri ſolet &c.

Notandum hic quòd licèt ſit verum Baptizatum in Infantia non eſſe cenſendum Apoſtatam, nec Hæreticum, ſi ab Infidelibus, ſeù hæreticis captus, & inter ipſos educatus impietatibus eorum imbuatur, ob rationes quas hic affert Simanc, & docet quoque *Alfonſ. à Caſtro de Iuſta Hæretic. punit. lib. 1. cap* 8. Attamen ſi huic Fides Catholica ſufficientèr proponeretur; & ab ipſo reſpueretur, ut Apo-

ſtata, vel Hæreticus eſſet habendus. Vide *Carenam de Off. S. Inquiſit. part. 2. tit. 1. de hæreſ. & Hæretic. §. 5. nu.* 30. 31. & 32. ubi Caſum, & ejus reſolutionem habitam ab Emin. DD. Cardinalibus S. Romanæ, & Vniverſalis Inquiſitionis in hoc propoſito invenies. Recole pariter ſupra notata *tit. 29. Rubr. de Filiis, & Minoribus nu.* 51.

8 Deindè neceſſe eſt &c.

Collige ex hac Doctrina quòd hæreſis eſſentialitèr errorem intellectus includit; ſicuti enim aſſenſus Fidei conſumatur in intellectu; ſic error fidei contrarius in intellectu completur; ſunt namq; in caſu noſtro circa idem objectum contraria; ex quo fit, ut benè hic dicit Simanca, quòd ex actu fidelis externo quantumvis execrabili, & impio; nunquam deduci poteſt conſequentia quòd ſit hæreticus; quia tale piaculum valet ſinè intellectus errore patrari; quamvis oriatur ſemper contra talem ſceleroſum aliqua hæreſeos ſuſpicio, major, ſeù minor, juxtà qualitatem delicti. Vide *Filiuc. Inſtit. moral. p. 3. tract. 32. cap. 6. num.* 135. *Ricciul. de Iure Perſonar extragremium Eccleſiæ exiſten. lib. cap. 1. nu.* 7. & cæteros omnes DD.

9 Poſt hæc, ut Chriſtianus &c.

Recole quæ ſupra notavi *tit. 26. Rubr. de errore, & ignorantia nu* 1.

10 Præterea neceſſaria eſt ad hæreſim ſcientia &c.

Collige ex hac Doctrina errantem circa credenda ex ignorantia, hæreticum dici non poſſe, ut de ſe ajebat D. Auguſtinus lib. 1. de Trinit. *Errare potero, ſed Hæreticus non ero*. Vide quæ ſupra notavi *tit. 16. Rubr. de errore, & ignorantia nu.* 8.

12 Ad hæc pertinacia eſt, quæ conſumatum facit Hæreticum &c.

Vide, quæ ſupra notavi *tit. 26 Rubr. de error. & ignoran. nu. 2. & tit. 30. Rubr. de hæreſi. num.* 3. Quid ſit pertinacia, an de hæreſis ratione, & quinam ſint pertinaces dicendi, reperies inter cæteros apud *Carenam de Off. S. Inquiſit. part. 2 tit. 1. Rubr. de Hæreſi. & hæret. §. 1. nu. 10. & ſequen.*

13 Ad poſtremum &c.

Nota diſcrimen inter Apoſtaſiam, & Hæreſim, quæ inter ſe in hoc differunt, quòd Apoſtaſia eſt totalis receſſus à Fide; hæreſis autem partialis, ideſt circa aliquam tantùm rem, vel plures de Fide. *Sanchez. in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 7. nu.* 1.

14 Nunc autem videamus &c.

De ſignis, & inditiis exterioribus, quibus diverſarum ſectarum Hæretici cognoſci poſſunt. Vide *Eymeric. 3. part. direct. num.* 109. ubi *Pegna comment. 24. & ſequen.*

16 Solent Hæretici conviciatores, & procaces eſſe &c.

Hæreticorum mos eſt, Athanaſio teſte *lib. 1. cap. 29. epiſt. ad ſolit. Vit. agen.* nec vivis, nec mortuis parcere; ſed in omnes Catholicos Sanctos, & probos atroces injurias, & calumnias evomere; ſic ſe geſſerunt olim Neſtorius, Novatus, Somoſarenus, ut referunt Socrates, Euſebius, & Nicephorus *lib. 7. cap. 23. lib. 6. cap. 36. lib. 5. contr. Iulian.* ſic Pelagiani *apud D. Auguſtin.* loquuntur. ſic elapſo ſeculo ſe habuit impius Lutherus, qui Tertullianum ſtultum, & delirum. S. Iræneum Dei blaſphematorem. S. Chryſoſtomum nugacem, & ſeditioſum. S. Hieronymum, è SS. Patrum catalogo expungendum eſſe. S. Ambroſium denique, niſi de jejunio, & precibus loqui, dixit, & ſe mille Auguſtinos, mille Cyprianos, mille Eccleſias non curare; Indignos enim eſſe illos, qui calcei ſui corrigiam ſolvant, impia procacitate jactavit, ut in ejus ſacrilegis, & blaſphemis libris, eſt videre præcipuè *Tom. 7. lib. de Miſſ. priv. fol. 231. Menſ. Coll. fol. 7. tom. 2. fol. 476. tom. 5. ad Galat. cap. 3. &c.*

18 Hi ſunt fabricatores mendacii &c.

Modos, quibus Hæretici errores ſuos obtegere ſtudent, vide apud *Eymeric. 3. part. direct. num.* 88. *& ſequen.*

19 Comparantur in Sacris literis hæretici &c.

Pu cram Hæreticorum cum rebus fœtidis, & venenatis comparationem invenies apud *Eymeric. 3. part direct. num.* 137. inſertam in forma ſecunda citandi aliquē fugitivum &c. *§. Hi ſunt ſubdoli &c.*

20 Hi ſunt præterea qui oderunt jejunia, &c.

Hoc odium implacabile contra Iejunium, & Virginitatem hauſerunt hæretici noſtri temporis ex Luthero ſuo Archigimnaſyarcha, qui Andreæ Carolſtadii illius temporis impiiſſimi Sectariu imitatus exemplum, Virginem Chriſto dicatam è ſacro parthenio, ſibi in matrimonium ſacrilegum copulandam abduxit, & ad noviſſimam ejus ætatem uſque commeſſationibus, & ebrietatibus aſſuetus, inter epulas non ſemel in D. Hieronymum tanquā in magnum Iejunii, & Virginitatis præconem dira evomere convitia conſuevit. Vide *Libell. Cochlæi de actib. Luth. & Simon. Fontan. in Hiſt. comment. Geneſ. cap.* 22.

21 Hi autem Hæretici ſunt &c. quorum princeps fuit Lutherus.

De Nativitate, Vita, & Obitu Lutheri, vide Hiſtoriam ſatis copioſam, & pereruditam Floremundi Ræmundi, ubi ortum, progreſſum, & ruinam hæreſum XVI. ſeculi quoq; leges. Ex Luthero 212. hæreticorum ſectas pullulaſſe teſtes ſunt ipſimet Acatholici, hæ nominatæ leguntur in quodam libello Francofurti 1653. impreſſo, cujus titulus eſt: *Anatomia Eccleſiæ Catholicæ.*

22 Hic eſt ille Lutherus &c.

Quòd Lutherus magna colloquia frequentèr cum Dæmone habuerit; ipſe proprio ore teſtatus eſt in libro de Miſſa privata, ubi inter cœtera ait: *Se Diabolum habere ſocium ſtudiorum, ac ſe pluſquam modium ſalis cum ipſo comedisſe. Crede mihi*, inquit, *me Diabolum benè, immò quàm optimè noſce.* Colloquium ſane curioſum habitum inter Dæmonem, & Lutherum legere potes apud ſupra dictum *Floremundum lib. 1. cap. 15. nu.* 3.

Monialis, quam ſibi turpi, ac ſceleroſo matrimonio copulavit Lutherus, fuit quædam Catharina del Boro, quam unà cum octo aliis Nobili familia natis puellis è Monaſterio Nimicenſi rapi paulò ante curaverat. Contigit hoc ſacrilegum Facinus Anno 1525. Idem *Florem. lib. 2. cap. 6. nu.* 1.

23 Lutherus profugit &c.

Hæc Lutheri à Religione Auguſtiniana apoſtaſia contigit illi poſt annum 14. ab habitu Religionis ſuſcepto, quam expreſſam habuit Imago ipſius ingenioſè facta, ut traditur, à quodam Longolio. Hanc deſcriptam cum ſuo lemmate lege apud *Pegnam in addit. ad Eymeric. 2. part. direct. comment. 4. cap. 5. §. ex his amplius conſequitur*, & nota antiquiſſimam Dæmonis conſuetudinem, quam habet extrahendi à Domibus Religioſis, Hæreſiarchas omnes ſuos Anteſignanos; ſicuti enim olim Iovinianum, Theodorum, Pelagium, Euthychetem, Timotheum, Henricum, aliosque Monachos, & Religioſos Clauſtris abduxit; ſic nedum hoc noviſſimo tempore, Lutherum ab Auguſtinianis, Oecolampadium, ex Ordine S. Birgittæ, & Bucerum ex illo D. Dominici, ut hic ait Simanc ſejunxit, ſed,

&ex

& ex Franciſcanis Conradum Pelicanum, Viretum, & Petrum Richerium è Carmelitis, Thomam de Thiek ex ordine D. Bernardi, ex Capuccinorum cellulis deteſtabilem Bernardum Ochinum, & denique, ex Carthuſianorum ſolitudine Petrum Vermilium, cognomento Martyrem, ſeù veriùs ex Regularibus S. Auguſtini avocavit. Omitto Sergium Monacum Mauhemetiſmi olim auctorem, Pomeranum Bugenhagium, Munſterium, Muſculum, Virellum, Marloratum, Patroceli, Solon, Beraut, Leſpine, & innumeram horum impiorum manum, quos omnes à Diabolo ex Sacris Cœnobiis avocatos, & excucullatos, Lutheraniſmo exoriente cum Calviniſmo, tanquam immundos ſues in ſpurciciarum Venerearum cœno ſe voluttantes, per varias Europæ Regiones dirum Hæreſeos virus evomentes, & ad Inferos unà cum ſuis ſectatoribus laxis habenis ruentes non ſemel obortis lacrymis, ut pia Mater parentavit, & denique ut incorrigibiles, & pertinaces expulſos è ſinu Catholica anathematizavit Eccleſia.

26 Superbi ſunt iſti Hæretici &c.

Quanta ſit hæreticorum ſuperbia ex vanis, & ridiculis titulis, quibus ſe ipſos jam dementatos ab elatione inſignire ſolent, adverte. Simon Magus ſe ipſum *Dei Altiſſimi Virtutem* appellavit, ut ex actis Apoſtolorum conſtat. Manes titulo *Epiſtola Fundamenti* frontiſpicium ſui libri decoravit ſolitus ſe vocare *Manem Ieſu Chriſti Apoſtolum, & Patris providentiam*. Notum eſt deliramentum Montani, qui ſe ipſum *Paracletum* vocavit, & Valentinianorum, *qui ſe Gnoſtici ideſt ſcientes* teſte Clemente Alexandrino, nominari voluerunt. De arrogantia, & ſuperbia Lutheri, qua majorem in nullo unquam alio Hæretico fuiſſe teſtantur Auctores, qui ejus vitam, & geſta ſcripſerunt. Vide multa narrantem eundem *Floremundum* qui ſupra *lib. 3. cap. 11. nu 4. & ſequen.*

39 Nec moveat quempiam &c.

De ſimulata Hæreticorum ſanctitate, & qualitèr detegatur, lege *Pegnam in addit. ad Eymeric. 3. part. direct. comment. 22. ſ. ex hoc decimo modo, & ſequen.*

46 Hujus temporis Hæretici &c.

Leonardum quendam, qui Argentorati, Anabaptiſtarum Hæreſi ob Melchioris Hofmanni prædicationes graſſante, ſe Prophetam Dei jactavit, editis quibuſdam libellis, ubi ejus viſiones continebantur, fuiſſe uſum ad ſuos errores diſſeminandos ope duarum Sagarum, ſeu Divinatricum, quarum una Vrſula uxor ejuſdem Leonardi, altera vero Barbara nominabatur; teſtis eſt *Vbbo lib. Recog. fol. 7. & 8.* Quid Hæ duæ Pſeudoprophetiſſæ egerint, vide in Hiſtoria *Floremundi lib. 2. cap. 5. nu. 3.* ubi etiam *lib. 6. cap. 9. num. 1.* narrationem curiolam de Prophetiſſa quadam Zvingliana, Londini in Anglia reperies.

47 Hi pravi homines &c.

Vide paulo ſupra notata *num. 21.*

49 Opportet autem hæreſes eſſe &c.

Cur Deus aliquem in hæreſim labi permittat, cauſas nonnullas recenſitas vide apud *Eymeric. 3. par. direct. nu. 191.* in forma ſententiæ contra eum, qui abjuravit, ut hæreticus pœnitens. *ſ. Veriùm cum miſericors, & miſerator Dominus &c.*

50 Accedit Auguſtinus &c.

Quot, & qualia commoda ab Hæreſibus proficiſcantur, vide apud *Pegnam in addit. ad Eymeric. 3. p. direct. comment. 44. ſ. ac in ſumma.*

De Idololatria. Titulus XXXII.

SUMMARIUM.

1 *IDololatriam quis primum docuerit.*
2 *Idololatria quid ſit, & quid etiam idolum.*
3 *Hæreſes nonnunquam idola appellantur.*
4 *Adorationis genus triplex eſt.*
5 *Latria cultus ſoli Deo debetur.*
6 *Idololatria maxima quæ ſit.*
7 *Hæreticus ipſo facto cenſetur, qui Sacriſicia idolis offert.*
8 *Idololatria ex orationibus cognoſci poteſt, & quid oratio ſit, & quot modis fiat.*
9 *Idololatra non eſt qui hoſtiam non conſecratam, vel Dæmones in Angelos lucis transfiguratos, bona fide adorat.*
10 *Idololatræ lege Divina veteris teſtamenti mortis pœna afficiebantur.*
11 *Idololatræ quomodo puniantur.*
12 *Idololatræ acriter in ſacris literis, & Sanctis Doctoribus reprehenduntur.*

De Idololatria.

1 CUM humani generis ſempiternus hoſtis Juſtiſſimo Dei judicio præcipitatus fuiſſet cum Angelis ſuis è Cœlo in tenebras inferiores, non deſtitit ab eo tempore, neque in ultimum ſeculi diem ceſſabit unquam peſtiferis artibus, dolis, & fraudibus cunctis hominibus inſidiari, eos perpetuò inſtigans in fraterna odia, homicidia, adulteria, aliaque multa execranda flagitia; ſed prima ab initio cura illi fuit, ut homines in idololatriam induceret, ut miſeras multorum animas à vero Dei cultu; quo ſolo mundantur, & ſanantur, averteret. Sunt quippè Dæmones, ut Auguſtinus, ait ſpiritus

ritus nocendi cupidiſſimi, à juſtitia penitus alieni, ſuperbia tumidi, invidentia lividi, fallacia callidi, qui cultum Dei ad ſe ipſos enixè transferre ſtudent; quibus artibus jam olim univerſum ferè Orbem impietate, atq; idololatria repleverunt; uſq; eo ſapientes aliòqui viros excœcantes, ut quamvis Deum cognoviſſent, non tamen ſicuti Deum glorificarent; ſed mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum, commutantes veritatem Dei in mendacium, & colentes creaturam, potiùs quàm Creatorem. Sed cum hodiè ſint pauci, qui in idololatriam incidant, breviter de ea diſſeremus. *ad Roma. cap. 1. Auguſt. lib. 8. de Civitate Dei cap. 22. cap. neque mirum 26. qu. 5.*

Idololatriæ definitio.

2 Eſt autem idololatria, cultus Deo debitus, creaturæ exhibitus. Vel eſt, honor Divinus exhibitus creaturæ repræſentatæ per aliquam ſenſibilem formam, ſeù figuram, quæ dicitur idolum. Generalius verò idolum hominis eſt, quidquid pluſquam Deum colit, aut diligit: Origene dicente: *Unuſquiſq; quod præ cæteris colit, quod ſuper omnia miratur, & diligit, hoc ei Deus eſt.* Cui confine eſt, quod Cyprianus inquit. libr. de duplici martyrio: *Quidquid homo quivis Deo anteponit, ſibi Deum facit.* Neque tantùm committitur idololatria, cum ſimulacra coluntur, ſed etiam cum creaturæ loco Creatoris Divino cultu honorantur. Hoc autem peccatum in Exodo Maximum eſſe dicitur, quia ſicut in terrena Repub. graviſſimum eſt, regium honorem alteri, quàm verò Regi impendere; ſic maximum crimen eſſe videtur, ſi quiſpiam Divinum honorem exhibeat creaturæ, quia quantum in ſe eſt, alium Deum facit, & minuit principatum veri Dei, & exæquat creaturam Creatori. *Orige. in lib. Judi. homil. 2. gloſ. lib. 1. Reg. cap. 15. Exo. 32. Tertulli. lib. de idola. Alex. Aleſ. 2. par. quæſt. 178. Thom. 2. 2. q. 93.*

3 Nonnunquam hæreſes appellantur idola. Hierony. explicans illud Zachariæ: *Diſperdam nomina idolorum de terra,* inquit: *Sicut idola fiunt manu artificis; ita hæreticorum perverſa doctrina, quodcumq; ſimulaverit, vertit in idolum, & facit pro Chriſto adorari Antichriſtum.* Et in Iſajam cap. 2. *Poſſumus dicere, quòd omne dogma contrarium veritati adoret opera manuum ſuarum, & conſtituat idola in terra ſua.* Et in Ezechielem cap. 18. *Idola, ideſt ſimulacra, quæ de ſuo corde finxerunt, omnes hæretici faciunt.* Et in Oſeæ cap. 10. *Hæreticorum terra fœcunda eſt; qui à Deo acumen ſenſus, & ingenii percipientes, ut bona natura in Dei cultum verterent, fecerunt ſibi ex his idola. Nullus enim poteſt hæreſim ſtruere, niſi qui ardentis ingenii eſt, & habet dona naturæ, quæ à Deo artifice ſunt creata.* Et Auguſtinus: *Eſt alius deterior, & inferior cultus ſimulacrorum, quo phantaſmata ſua colunt; & quidquid animo errante, cum ſuperbia, & tumore cogitando imaginati fuerint, Religionis nomine obſervant.* Et Vincentius Lirinenſis aliena ab Eccleſia dogmata, vetus Teſtamentum, Deos alienos appellare ſcribit.

Definitio latriæ.

4 Triplex eſt genus adorationis; latriæ, duliæ, & hyperduliæ. Latria eſt cultus Deo debitus; vel ſummæ venerationis cultus ſoli Deo exhibendus; vel eſt voluntaria profeſſio Divinæ Majeſtatis. Dulia eſt honor, vel cultus, qui exhibetur creaturæ ratione alicujus bonitatis, ſanctitatis, vel virtutis; & hæc exhibetur Sanctis. Hyperdulia eſt adoratio dignor dulia, quæ quidem exhibetur creaturæ ratione excellentiæ ſingularis communicatæ a Deo; & hac veneramur Sacratiſſimam Virginem veri Dei Matrem; cui non qualiſcunq; dulia debetur, ſed illa, quæ per duliam, quaſi ad latriam accedit. *Tho. Duran. & cœteri in lib. 3. ſenten. diſtin. 9. gloſ. & interpretes in cap. Venerabiles de conſecra. diſtin. 4. & in Clem. 1. de Relig. & vener. San. Confeſſio Polonica de ſpe & oratione cap. 58.*

Definitio Duliæ.

Definitio Hyperduliæ.

5 Soli Deo debetur cultus latriæ, non ſolùm interior, ſed etiam exterior; ut enim Auguſtinus ait, *Exteriora ſacrificia ſigna ſunt interiorum; ſicut verba ſigna ſunt rerum.* Quocirca ſicut orantes, atque laudantes, ad Deum dirigimus ſignificantes voces, cui tamen res ipſas in corde, quas ſignificamus, offerimus; ita ſacrificantes, non alitèr viſibile Sacrificium offerendum eſſe noverimus, quam ei, cujus in cordibus noſtris inviſibile ſacrificium nos ipſi eſſe debemus. Soli igitur Deo debetur ſpirituale ſacrificium, ſicuti Creatori noſtro, & ſummo bono, & ultimo fine, in quo beatitudo animæ noſtræ conſummata conſiſtit; ejus contemplatione Beati ſunt Angeli,

geli, eadem, & nos beatos eſſe futuros credimus, & ſperamus. Illa namq; viſio Dei, tantę pulcritudinis viſio eſt, & tanto amore digniſſima, ut ſine hac quibuslibet aliis bonis præditum, atque abundantem non dubitet Plotinus infeliciſſimum dicere. *Auguſti. lib.* 10. *de Civitate Dei cap.* 19. *& cap.* 16. *Tho.* 2. 2. *quæſt.* 85.

6 Tantò ſtupidior, ac deterior eſt idololatria, quantò vilioribus, ac deterioribus creaturis Divinus honor exhibetur. Nam peccatum fit gravius ex utilitate rei, in quam Divinus honor transfertur; quia id magis contra rationis, & naturæ ordinem eſt; & eo major contumelia Deo infertur, quo vilior eſt creatura, quæ præponitur, aut exæquatur ei. Cœterum idololatria illa omnibus aliis deteſtabilior eſt, qua cultus Deo debitus Dæmonibus tribuitur. Quod tribus potiſſimè rationibus comprobatur. Prima, quia dæmones ſunt inferiores brutis dejectione propriæ malitiæ, ac miſeria culpæ, & pœnæ; altera, quia ſunt hoſtes, & inimici Dei: tertia quia periculoſior eſt hominibus talis idololatria. Magis itaque Deo diſplicet, qui honorem ei debitum tribuit inimicis Dei peſſimis, & qui ſeipſum in majus periculum inіicit. Sunt enim Dęmones ad decipiendum vigilantiſſimi, neque eſt ullum malorum genus, quo non delectentur, & deorum induti perſonam, in errorem, atque ſtultitiam impuliſſe nos gaudent. Magna Dei miſericordia neceſſaria eſt, ne quiſquam cum bonos Angelos amicos ſe habere putat, habeat malos dæmones amicos fictos; eoſque tantò nocentiores, quantò aſtutiores, ac fallaciores patitur inimicos. Magna enim miſeria noſtra ignorantia tanta præmitur, ut facilè iſtorum ſimulatione fallatur. *l. liberi. C. de in offi. teſt. Auguſt. lib.* 3. *de Civita. Dei. cap.* 7. *& lib.* 19. *cap.* 9.

7 Qui Sacrificia idolis offert, aut illis tribuit honorem Divinum, ipſo facto cenſetur hæreticus; quia in tàm gravi crimine præſumitur malus animus. Neq; excuſatur omninò, qui metu coactus eſt; niſi fortè coactio fuerit præciſa, ut alibi diximus *cap.* 1. *de præſum. cap. nunc autem* 21. *diſtinct.* & inibi *glo. Archidiaconus, Cardinal.* & cœteri *cap. presbyteros* 50. *diſtinct. Alberti. in rubr. de hæreti. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 41.

8 Per orationes, & precationes cognoſci quoque poterit idololatria; Eſt enim oratio actus Religionis propriè pertinens ad reverentiam, & honorem Deo exhibendum, per quam homo Deo ſubiicitur, & profitetur ſe eo indigere, ſicuti auctore ſuorum bonorum. Fit autem oratio dupliciter; vel petimus aliquid ab ipſo Deo, quod ſolus nobis dare poteſt, ut gratiam, & gloriam, ad quas conſequendas ordinari, ac dirigi debent omnes orationes noſtræ; vel aliquos oramus, ut pro nobis intercedant, quod petere poſſumus à Sanctis Angelis, & Hominibus, ut eorum precibus, & meritis orationes noſtræ ſuum effectum habeant. Igitur qui hoc, aut illo modo funeſtas preces offert idolis, dæmonibus, aut pſeudoprophetis, hoc ipſo vehementèr ſuſpectus, ac penè convictus eſt. Proindè conſultiſſimè quodam inſtructionum capitulo præcipitur Inquiſitoribus, ut diligentèr inquirant de orationibus hæreticorum; quia ex illis manifeſtè conſtabit de animo, & intentione reorum, & confeſſiones eorum veras eſſe apparebit, neque facilè revocare illas poterunt. Nemo enim orationes memoriæ commendat, qui eas non putet ſibi profuturas. *Tho.* 2. 2. *quæſt* 83. *prima inſtruct. Hiſpal. cap.* 4.

Orationis definitio.

9 Si quis tamen hoſtiam non conſecratam, vel dæmonem transfiguratum in Angelum lucis, aut in effigiem cujuſpiam Sancti, bona fide adoraret, præſertim ſi id faceret, inſuperabili victus ignorantia, non ſolùm idololatra non eſſet, verùm etiam tantundem mereretur, quantum ſi Angelo lucis, aut Sancto viro duliæ adorationem exhibuiſſet. *glo.* 2. *Corin.* 11. *Theol. in lib.* 3. *ſent. diſtin.* 9. *Alber. in rubr. de hære. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 65.

10 Idololatræ, lege Divina veteris teſtamenti, pęna mortis coercebantur. Verba legis hæc ſunt; *Qui immolat diis occidetur præter Domino ſoli.* Ordo autem judicii, & genus pęnæ traditur plenius in Deuteronomio his verbis: *Cum reperti fuerint apud te intra unam portarum tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir, aut mulier, qui faciant malum in conſpectu Domini Dei tui, & transgrediantur pactum illius, ut vadant, & ſerviant diis alienis, & adorent eos, Solem, & Lunam, & omnem Militiam Cęli, quæ non præcepi; & hoc fuerit tibi nunciatum, audienſque inquiſieris diligentèr,*

Exod. 22.
Deuter. 17.

tèr, & verum eſſe repereris, & abominatio facta eſt in Iſrael, educes virum, ac mulierem, qui rem ſceleratiſſimam perpetrarunt ad portas civitatis tua, & lapidibus obruentur. Exod. 22. Deuter. 17.

11 Helias interfecit prophetas Baal, & Iheu alios multos Idololatras. Moyſes itidem eos, qui vitulum adoraverant; & Aſa propter Idololatriam matrem ſuam
cap.32. lib. regno privavit; quemadmodum in Exod.
2. cap.15. & Parilipo; & in Reg. libris plenius conti-
lib. 3. cap. 18. & lib. netur. Jure quoq; civili pæna mortis cum
4. cap. 10. publicatione bonorum idololatrę puniuntur. Sed Pontificio Jure Inquiſitores perindè procedent adverſus Chriſtianum hominem, qui in idololatriam inciderit, atque adverſus quemcumque alium hæreticum, vel Apoſtatam. (*a*) Aliud autem erit, ſi Judæus, vel Saracenus idololatra factus fuerit, illum enim inquiſitores punire non poterunt; cum adverſus hæreticos tantum juriſdictio eis mandata ſit; & ita ego cenſeo, quidquid alii putent *Exod. 32. lib. 3. Reg. cap. 18. & lib. 4. cap. 10. lib. 2. Parali. cap. 15. & l. ex Senatus conſulto de Sicar. l. 1. & ptnul. C. de paga. Alber. in rub. de hæret. lib. 6. q. 2. num fin. cap. gaudemus de divortiis.*

12 Poſtremò, adverſus idololatras multa in Sacris literis, & Sanctis Doctoribus paſſim ſcripta ſunt. Ac primùm in lib. Sapientiæ legitur; *Infelices ſunt, & inter mor-* *cap.13.*
tuos ſpes illorum eſt, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum, aurum, & argentum, artis inventionem, & ſimilitudines animalium, aut lapidem inutilem, opus manus antiqua &c Et Propheta Regius inquit:
Dii gentium dæmonia, & Hierem. *Si facit* *Pſal.95.*
homo Deos, ipſi autem non ſunt Dii, & Paul. *10. & cap. 16.*
Apoſt. *Scimus quia nihil eſt idolum in Mundo, & quòd nullus eſt Deus, niſi unus.* Et *1. ad Corinth.8.*
Baruch, & Petrus, & cœteri alia plurima in eam rem tradiderunt. Prætereo Cyprianũ, Lactantium, Athanaſium, Cyrillum, Auguſt. & ingens agmen. *Sapien. cap. 13. cum ſeq. Hiere. & cap. 16. & 1. Corin. 8. Baruch ulti. Clemens lib. 5. recogniti. & alter Clemens Alex. lib. adhortatorio ad gentes. Cyprian. de idolorum vanit. & libro de exhorta. Martii. Nazian. oratione in Sancta Epiphaniarum lumina. Chryſoſt. lib. ſingulari contra Gentiles. Lactan. in priorib. libris divina: inſti.* & ibidem *Auguſt. de Civi. Dei. Tho. contra Gentil.* plenius, & meliùs *Cyrillus, decem libris contra Julianum. Petr. Crinitus lib. 3. de honeſta diſciplina cap. 14. & lib. 25. cap. 12. Juſtinus Martyr apolog. 2. pro Chriſtianis, & oratione parænetica ad Gentes Philo. lib. de decalogo.*

ANNOTATIONES.

1 Cum humani generis ſempiternus hoſtis &c.

De materia Idololatriæ vide præ cœteris *D. Tho. 2. 2. quaſt. 94. art. 1. & ſequen. Leſſium de Iuſtit & jur. lib 2. cap. 43. dub. 2. 3. & 4 & Sanchez. in pracept. Decalog. lib. 2 cap 37.* De origine verò Idololatriæ lege *Suarez de Statu Religionis lib. 2. Rubr. de ſuperſtit. cap. 5. & Ludovic. à Paramo de orig. S. Inquiſit. lib. 1. tit. 3. cap 2. per totum*, ubi quotquot in hoc Terrarum Orbe Idololatræ fuerunt, recenſitos invenies.

2 Eſt autem idololatria &c.

Idololatriæ Definitionem lege apud *Suarez, loco ſupercit. cap. 3. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 9. cap. 11. & ſequen Petr. Bisfeld. de confeſſ. Malef. pralud. 15. caſu 3.* & reliquos DD. qui ſupra.

3 Nonnunquã hæreſes appellantur idola, &c.

Iuxta hanc Idololatriæ acceptionem omnis Hæreticus nuncupari poteſt idololatra, quod tamen intelligendum eſt impropriè tantùm, & largo modo; nam propriè, & ſtricto modo verum quidem eſt omnem Idololatram Hæreticum eſſe, ut hoc tit. docet Simanc. num. 7. ſed è converſo non verificatur omnem Hæreticum Idololatram exiſtere, ut patet conſideranti. Vide *Lel Zech. in ſumm. p. 1. tit. de fid. cap. 14. rubr. de Idololatr. per totum, & Tolet. de Inſtruct. Sacerd. lib. 4. cap. 14. Rubr. de ſuperſt. num. 2.*

4 Triplex eſt genus adorationis &c.

Hæc adorationis genera ſunt tantùm tria, quia tres tantùm ſunt excellentiæ quibus adorationes, tanquam honores debiti correſpondent; nempè Divina, cui reſpondet ſuperna adoratio latriæ dicta. Communis Sanctorum, ideſt major quàm humana, & minor quam Divina conſiſtens circa dona ſupernaturalia gratiæ, & gloriæ, quæ Sanctorum ſunt propria, cui correſpondet Dulia, nempe honor magis quam politicus, & summè inferior quã latria; & demq; media ideſt nec comparabilis cum Divina, ſed eminentior ſatis communi Sanctorum, cui correſpondet Hyperdulia, ideſt obſequium ſupra commune, quo veneramur B. Deiparam Virginem propter eminentiam, & privilegia, quæ ſuper cœteras creaturas ſortita eſt à Deo; & veneranda eſſet humanitas Ieſu Chriſti, ſi ab hypoſtaſi Verbi ſeparatim conſideraretur.

His omnibus addi poteſt honor humanæ Excellentiæ, qui Regibus, Principibus, Parentibus, & reliquis Superioribus jure debetur; licèt enim politicus, civilis, & naturalis videatur, poteſt tamen, & ipſe inter Religioſos honores, & meritorios connumerari; quandoque hi omnes ſuperioritatem, quam exercent, recognoſcunt à Deo; & qui eos honorat,

norat, ut Imagines, & characteres magnitudinis Dei veneratur juxtà Doctrinam Apoſtoli ad Epheſios cap.6. lege *D.Hieronymum ad Riparium contra Vigilantium.*

5 Soli Deo debetur cultus latriæ &c.

De cultu latriæ, quòd ſoli Deo debeatur, vide quæ docuit Conſtantinus Epiſcopus Conſtantiæ in ſeptima Synodo Occumenica art. 3. ſub finem, cujus poſt alia, hæc præciſa ſunt verba: *Adorationem autem, quæ fit ſecundum latriam, hoc eſt Dei culturam, tantummodò ſuperſubſtantiali, & vivificæ Trinitati conſervo.* Vide pariter *D. Auguſt. de Ciuit. Dei. lib. 10. cap. 4. & lib. de vera Relig. ſub finem*, & nota quod flectere Genua, pectus tundere, proſternere ſe in Terram, & alia hujuſmodi interni affectus externa obſequia exhibere, non ſunt ſemper latriæ, & ſupernæ adorationis actus; quoniam præcipuum in hoc conſiſtit circa benè dirigendum intentionis principium. Vide *Trident. Conc. ſeſſ.25. de Invocat. Venerat. & Reliquiis Sanctor.* quod præcipit Veritatem hanc aſſiduè Populo inculcandam.

8 Per orationes &c.

Benè hìc dicit Simanc. quod per orationes, & preces cognoſci poteſt Idololatria, & hæreſis; cum etenim una ex præcipuis Religionis partibus ſit Oratio, tot ſunt orandi Ritus, quot ſunt Religiones; nec ulla unquam fuit Religio, quæ ſuos ſupplicandi Deo ritus præcipuos non haberet; ex quo fit quod quicunque Religionem mutat, illicò quoque Orandi rationem mutare ſolet; Vnde qui ritus orandi Catholicos non obſervat, ſed vel Caluinianos, aut Lutheranos, certè ſectatorem illorum errorum ſe dicit, & qui Idolis, vel Dæmoni litat, vel litari mandat, proculdubio Idololatra, & Apoſtata à fide eſſe conuincitur, vide *Decian. tract. Crimin. lib. 5. cap. 72. nu. 5. & Afflic. in conſtit. Regn. cap. 1. nu. 4. de hæretic. & Pactaren. rubr. 3.*

9 Si quis tamen hoſtiam non conſecratam &c.

Circa hujus capituli doctrinam notandum quòd in qualibet adoratione facienda alicui ſub imagine Crucifixi, aut Deiparæ Virginis, vel Angelorum, aut Sanctorum apparenti, ſemper ab adorante eſt apponenda conditio, expreſſa: *Adoro te, ſi es Chriſtus, eius Parens, Angelus bonus &c.* & hoc propter periculum idololatrandi; cum hujuſmodi apparitiones tàm à bono ſpiritu, quàm à malo paſſim fieri ſoleant; Secùs verò dicendum in hoſtiæ adoratione, cum à Sacerdote elevatur, vel adorationi proponitur; tunc enim neceſſe non eſt expreſſam conditionem apponere, ſed tantùm eo animo eſſe affectum, ut non niſi hoſtiam conſecratam quis ſit adoraturus; & ſic illam abſolutè adorare; ceſſat enim tunc morale errandi periculum, nec abſq; temeritatis nota judicari poteſt non conſecrata illa hoſtia, quæ à Catholico Sacerdote fidelibus adoranda proponitur. Vide *Bonac. diſpu. 3. de adorat. quæſt. 1. part. 2. num. 7. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 9. quæſt.* 10. & alios quos refert *Caſtropal. tom. 2. diſput. 1. de adorat. & ſacrif. punct. 4. nu. 5.*

10 Idololatræ lege Divina.

De pœnis Idololatrarum, vide *Concil. Toletan. 12. cap. 11. Concil. Laodicen. cap. 35. & diſtin. 50. cap. Presbyteros.*

11 (a) Aliud autem erit ſi Iudæus &c.

Stante Conſtitutione Gregorii XIII. edita de anno 1581. incipiente. *Antiqua Iudæorum Improbitas &c.* ubi inter nonnullos caſus, in quibus facultas eſt Inquiſitoribus animadvertendi in Iudæos, fit mentio de Iudæo errante in iis, quæ nobis communia ſunt cum Iudæis; æſtimo hanc Simancæ ſententiam ampliùs non habere locum, ut teneatur, & ad praxim in S. Tribunali reducatur; Iudæus enim factus Idololatra Idolum pro Deo colit, quod nedum Moſaicæ legi, ſed, & Chriſtianæ fidei aduerſatur, & ſic patet errare in his, quæ nobis cum Hebraiſmo communia ſunt. Conſtitutionem hanc lege relatam a *Pegna poſt director. inter liter. Apoſt. ad S. Off. ſpectan. fol mihi* 139. Vide pariter *Didac. Canter. in ſuis quæſt. Criminal. Rub. de hæret. cap. 1. num. 72. Campeg. in addit. ad Zanchin. in tract. de Hæret. cap. 36. liter. C.* & alios, quos pro hac affirmativa ſententia citat *Farinac. de Hæreſi. quæſt. 178. §. 6. num. 146.*

De Imaginibus. Titulus XXXIII.

SUMMARIUM.

1 *IMaginum uſus novus non eſt, neque ab hominibus inventus.*
2 *Imaginum uſus jam erat Moyſis tẽpore.*
3 *Imaginum Sanctarum uſus in Evangelica lege vetuſtiſſimus eſt.*
4 *Imago Salvatoris noſtri ab ipſo Nicodemo facta eſt; & ſtatua ad ejus ſimilitudinem à muliere profluvio laborante illi erecta memoratur.*
5 *Imaginem Chriſti, & Sacratiſſimæ Matris ejus, & Principum Apoſtolorum Lucas Evangeliſta depinxit.*
6 *Imaginum Sanctarum uſum Catholica Eccleſia induxit, docuit, & ſervavit.*
7 *Imaginum Sanctarum uſui, quæ commoda Chriſtianis hominibus importet.*
8 *Imagines Sanctas colendas eſſe, & in templis collocandas ſeptima Synodus generalis præcipit.*
9 *Imaginibus eadem veneratio exhibenda eſt, quæ Sanctis ipſis.*
10 *Imagines Sanctorum dupliciter afficere poſſunt eorum animos, qui eas inſpiciunt.*
11 *Imagines Sanctorum improbandæ non ſunt, propter periculum, quod hæretici confingunt.*
12 *Imagine aliqua ſi populus abuteretur, aut periculum idololatriæ immineret, quid faciendum eſſet.*
13 *Imagines deformes, & profanæ in templo Dei pingendæ non ſunt.*

Quia mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpè tulit
Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & umbra.

Sæpè vitia ſe ingerunt, & ſe virtutes eſſe mentiuntur. Quidam ſuperbiam libertatis loco ducunt; adulationem pro humilitate ſuſcipiunt, malitiam prudentiæ vice amplectuntur, & juſtitiæ ſimplicitatis nomen imponunt, & fallaci, ac peſſima ſimilitudine decepti vitiis pro virtutibus gloriantur; *Hierony. ad Demetriadem cap. ſæpe 41. diſtin. adde Ciceronem in partitionibus. Senecam epiſt.* 121.

41 Si quis malum in prætextu boni facit, duplici pœna dignus eſt, ſicuti Baſilius rectè cenſuit; propterea quòd, & non bonum operatur, & utitur ad perficiendum peccatum ipſo bono cooperatore, & auxiliario. Et, ut Plato dial. 2. de Repub. inquit; *Extrema in juſtitia eſt, juſtum videri eum, qui non ſit juſtus.* Accedit illud
cap. 23. Eccleſiaſtici; *Qui diſſimulaverit, delinquit dupliciter.* Et Hieronymus epiſtola ad Letam. *Venena non dantur, niſi melle circumlita; & vitia non decipiunt, niſi ſub ſpecie, umbraque virtutum.* Et in epiſtola ad Celantiam; *Multò deformior illa eſt ſuperbia, quæ ſub quibuſdam humilitatis ſignis latet; neſcio enim quomodo turpiora ſunt vitia, quæ virtutum ſpecie celantur.* D. Chryſoſtom. in Matt. homilia 74. *Omnes qui perperam agunt, ſupplicio digni ſunt; qui verò ſimulatione bonitatis ad improbitatem tendit; multò graviori pœna omninò afficiendus eſt.* Et Theophilatus: *Majori condemnatione*, inquit, *dignus eſt, qui prætextu boni in malum allicit. Omnium rerum*, Auctore Cicerone, *ſimulatio eſt vitioſa; tollit enim judicium veri, idque adulterat.* Poſtremò Bernardus in Cantica, de hæreticis hæc elegantèr ſcripta reliquit; *Omnibus una intentio hæreticis ſemper fuit, captare gloriam de ſingularitate ſcientiæ; quod ut commodè faciant, non ſufficit hæreticos eſſe, niſi & hypocritæ ſint, ut ſit ſupra modum peccans peccatum. Hi ſunt, qui veniunt in veſtimentis ovjum, ad nudandas oves, ad ſpoliandos arietes, intus autem ſunt Lupi rapaces. Hi ſunt oves habitu, Vulpes aſtu, actu, & crudelitate Lupi. Mali ſunt, & videri boni volunt, ne ſoli ſint mali. Mali videri timent, ne parùm ſint mali; Etenim minus ſemper malitia palam nocuit, nec unquàm bonus, niſi boni ſimulatione deceptus fuit. Nec enim eſt apud eos virtutes colere, ſed vitia colorare, quaſi quodam virtutum minio. Demum, ſimulata æquitas, duplex iniquitas eſt. Baſilius epiſtola 76. Eccleſiaſt. 23. Theophyla. in Matthæum cap. 23. Cicero in Lælio. Bernar. ſuper Cantica ſerm. 66.*

42 Obiiciunt frequentèr hæretici abuſus, & vitia Catholicorum. Sed primùm, quod attinet ad abuſus, nos eos non approbamus. Deindè, ut ſunt impii omnes mendaces, plurima ipſi confingunt, quæ Catholici, nec commiſerunt unquam, nec ſomniarunt quidem. Poſtremò, quid eſt tàm Sanctum, quo improbitas quorundam abuti non queat? & ſicut Iſocrates in Symmachio inquit; *Non convenit hominum improbitatem in res transferre: ſed illi ipſi culpandi ſunt, qui bonis rebus malè utuntur.* Et Chryſoſtomus de verbis Iſaiæ, *Vidi Dominum*, homilia 4. *Non oportet damnare res, ſed eum, qui re bona malè utitur; quandoquidem, & Judas proditor fuit; verùm non ob id accuſatur ordo Apoſtolicus*; & cœtera in eandem ſententiam.

Nil prodeſt, quod non lædere poſſit idem.
Igne quid utilius? ſi quis tamen urere tecta
Comparat, audaces inſtruit igne manus.
Eripit interdum, modo dat medicina ſalutem
Quæque juvet monſtrat, quæq; ſit herba nocens.
Et latro, & cautus præcingitur enſe vjator
Ille ſed inſidias, hic ſibi portat opem.
Diſcitur innocuas ut agat facundia cauſas,
Protegit hæc ſontes, immeritoſq; premit.

43 Quod verò de vitiis ajunt, plerunque magnum eſt, impudenſq; mendacium. Ad hæc: *Vitia erunt donec homines*, ut ſcribit Cornelius Tacitus. Et Plato in Thæeteto: *Impoſſibile eſt*, inquit, *mala penitus extirpari; nam bono oppoſitum aliquid eſſe ſemper neceſſe eſt. Atque ea quidem vetus querela eſt: hoc majores noſtri queſti ſunt: hoc nos querimur; hoc poſteri noſtri querentur, everſos eſſe mores; regnare nequitiam, in deterius res humanas, & in omne nefas labi*; ut Civis meus Seneca quadam in epiſtola ſcripſit. Et Lutherus ipſe conqueritur, ſua doctrina egregia diſcipulos ejus

factos

factos eſſe Sodomitis decies deteriores. Adde quod hæretici iſti bona opera flocci non faciunt; cur ergò à Catholicis omnibus ea tam ſeverè exigunt?

44 Divus quidem Hieronymus in epiſtola, quæ eſt ad Pammachium, & Marcellam, de talibus hæreticis loquens, dicit, *Quid maledicorum pannos hinc inde conſuitis, & eorum carpitis vitam, quorum fidei reſiſtere non valetis? num idcircò non eſtis vos hæretici, ſi nos quidam aſſertione veſtra crediderint peccatores? & os impietate fœdum non habebitis, ſi cicatricem potueritis in noſtra aure monſtrare? Quid juvat veſtram perfidiam, vel prodeſt pellis æthiopica, & pardi varietas, ſi in noſtro Corpore nævus apparverit?* & Beatus Auguſtinus alia in epiſtola ad Clerum: *Hæretici non habendo quod in cauſa ſuæ diviſionis defendant, non niſi hominum crimina colligere affectant, & ea ipſa plura falſiſſimè jactant; ut quia ipſam Divinæ Scripturæ veritatem, qua ubiq; diffuſa Chriſti Eccleſia commendatur, criminari, & obſcurare non poſſunt; homines, per quos prædicatur, adducant in odium, de quibus, & fingere quidquid in mentem venerit poſſunt.*

45 Idem Divus contra Donatiſtas inquit: *Si quis à Catholica Eccleſia fuerit ſeparatus, quantumlibet laudabiliter ſe vivere exiſtimet; hoc ſolo ſcelere quod à Chriſtianitate ſejunctus eſt, non habebit vitam; ſed Dei ira manet ſuper eum; Quiſquis autem in hac Sancta Eccleſia bene vixerit, nihil ei præjudicant aliena peccata; quia in ea unuſquiſque proprium onus portabit, ſicut ait Apoſtolus; Et ut quidam rectè ſcribit: Si dæmon homines in impietatem deduxerit, non eſt de reliquis ſceleribus admodum ſolicitus; quoniam hoc erroris jacto fundamento, quidquid proborum morum, virtutumq; ſuperſtruxeris, nihil prorſus ad beatitudinem confert. Itaque ſinit hæreticos bonis naturæ uti, eoſq; adjuvat ſæpènumero; ut ſpecie probitatis offendantur modicæ fidei homines, & injiciatur eorum animis ſcrupulus de Fide Catholica; & hæretici in erroribus ſuis confirmentur. Nos tamen flocci facimus virtutes iſtorum ſimulatas, atque fallaces; Et cum Divo Hieronymo dicimus, ſignum eſſe majoris gloriæ, ſi quem hæretici deteſtantur.*

46 *Hujus temporis hæretici carnis operibus dediti captivas mulierculas trahunt, quemadmodum parentes eorum feciſſe memorantur. Simon Magus hæreſim condidit Helenæ meretricis adjutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor, choros duxit fœmineos. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Apelles Philomenam ſuarum Comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi Spiritus prædicator multas Eccleſias per Priſcam, & Maximillam nobiles, & opulentas fœminas, primùm auro corrupit, deindè hæreſi polluit. Arrius, ut orbem deciperet, ſororem principis ante decepit. Donatus per Africam, ut infelices quæque fœtentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adjutus eſt. In Hiſpania Ægape Elpidium, mulier virum, cœcum cæca duxit in foveam; ſucceſſoremque ſui Priſcillianum habuit, Zoroaſtris magi ſtudioſiſſimum, & ex mago Epiſcopum, cui juncta Galla non gente, ſed nomine, Germanam huc, illucque currentem alterius, & vicinæ hæreſeos reliquit hæredem, & nunc quoque myſterium iniquitatis operatur, & duplex ſexus utrumque ſupplantat.* Hæc Divus ille Hieronym. adverſus Pelagianos ſcripta reliquit; & ea ipſa apud Lutheranos quotidie evenire videmus.

Hæretici mulierculas ſuorum errorum adjutrices habent.

47 Hi pravi homines, & ſeductores intra quadraginta annos pro ſua libidine innumerabiles perditionis ſectas introduxerunt. Nam, ut Prudentius ait.

Quid non libido mentis humanæ ſtruat?
Quid non malorum pruriat?
Statum laceſſunt Catholicæ Eccleſiæ
Calumnioſis litibus:
Fidem minutis diſſecant ambagibus,
Ut quiſque lingua eſt nequior.

Quid referam eorum impia ſimul, & petulantia, & planè inſana dogmata?

Plurima ſunt, ſed pauca loquar; ne dira relatu.
Dogmata Catholicam maculent malè prodita linguam.

Ea autem retuliſſe, confutaſſe eſt. Ajunt iſti hæreticorum, qui unquam fuerunt, peſſimi; In prioribus ſeculis, neque Chriſtum, neq; Evangelium, neque Baptiſma, neque Fidem, neque opera bona fuiſſe cognita. Ajunt, ubi fides eſt, ibi nullum peccatum. Ajunt, eos qui bonis operibus cooperti ſunt, vix poſſe Cœlum penetrare. Ajunt, nihil prodeſſe bona opera, nec Deum reſpicere opera. Ajunt, nullum peccatum poſſe damnare hominem, præ-

ter incredulitatem. Ajunt, licere Chriſtiano plures ſimul Uxores habere. Quid plura? vix quippiam reliquum fecerunt futuris Apoſtatis, & Hæreticis.

48 Ad ſummam fructus Lutheranorũ, & Sacramentariorum ſunt, Sacramentorum ferè omnium abrogatio: jejuniorum, & orationum neglectio: votorum transgreſſio, omnis pudicitiæ, & caſtitatis profligatio, deſtructio, ac devaſtatio Templorum, & Monaſteriorum; expugnatio, & ejectio Sanctarum Imaginum; rerum omnium Sacrarum profanatio, deniq, nihil reliqui fecerunt iis, qui ſtudioſi erunt improbitatis, & impietatis. Dicit in E- *cap. 7.* vangelio ſecundum Matthæum Chriſtus: *Intrate per anguſtam portam.* Et mox: *Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inveniunt eam.* Iſti verò ſecundum Lutherum effrænata libertate invenerunt latam portam, & ſpatioſam viam, nempe illam, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. *Non igitur miramur,* (ut apud Ambroſium eſt) *ſi Luporum rabiem grex Domini perhorreſcat, in quibus Chriſti vocem non recognovit; Agreſtis enim ululatus eſt, nullam virginitatis gratiam, nullum caſtitatis ordinem ſervare, promiſcuè omnia velle confundere, diverſorum gradus abrogare meritorum.* Quid tandem aptius in iſtos dicere poſſumus, quàm quod Prophe- *Pſal. 118.* ta regius jam olim cecinit? *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua.* Ubi ſivè *fabulationes* cum Hieronymo, Ambroſio, & vulgata editione legas: ſivè *delectationes* cum Auguſtino; ſivè cum Eutymio, *garrulitates:* non aptius cui quam alii, quàm iſtis hæreticis quadrat; ſunt enim dogmata, & narrationes illorum nihil aliud, quàm fabulationes, & delectationes, & garrulitates; ſed non ut lex Dei, non ut Evangelium Chriſti. *Matth. 7. Ambro epiſto. 81. Pſal.* 118. & inibi *Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Euthymius,* & cœteri.

1. ad Corin. 11. 49 *Opportet autem hæreſes eſſe,* quemadmodum Apoſtol. ait, *ut qui probati ſunt, manifeſti fiant.* *Deuteron. 13.* Sed, & ſi ſurrexerit in medio noſtri Propheta, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum, atque portentum, & evenerit quod locutus eſt, & dixerit nobis, eamus, & ſequamur Deos alienos, lege Divina prohibemur audire verba Prophetæ, aut ſomniatoris illius; quia tentat nos Dominus Deus noſter, ut palam fiat, utrum diligamus eum; an non, in toto corde noſtro, & in tota anima noſtra. Ob has igitur cauſas Deus Omnipotens hæreſes eſſe permittit. Quod, & Cyprianus tractatu de ſimplicitate prælatorum elegantèr tradidit, dicens: *Hinc hæreſes, & factæ ſunt frequentèr, & fiunt, dum perverſa mens non habet pacem, dum perfidia diſcordans non tenet unitatem. Fieri verò hæc Dominus permittit, & patitur, manente propria libertatis arbitrio, ut dum corda, & mentes noſtras veritatis diſcrimen examinat, probatorum Fides integra, manifeſta luce clareſcat.* Et poſt paulum: *Sic probantur fideles, ſic perfidi deteguntur, ſic, & ante judicii diem hic quoque jam juſtorum, atque injuſtorum animæ dividuntur, & à frumento palea ſeparantur.* Quod, & Tertullianus antè illum docuit, in exordio libri de præſcriptionibus adverſus hæreticos. 1. *Cor.* 11. *Deuter.* 13. *Vincentius Lirinenſis lib. adverſus hæreticos.* Vide *Cornelium Janſenium in concordiam Evangelicam cap.* 71.

50 Accedit Auguſtinus, in Enchiridio dicens: *Malum eminentius commendat bona, dum comparantur malis; nec enim Deus Omnipotens, cum ſummè bonus ſit, ullo modo fineret mali eſſe aliquid in operibus ſuis, niſi uſque adeo eſſet Omnipotens, & bonus, ut benefaceret etiam de malo.* Et antè illum Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum: *Divinæ Sapientiæ,* inquit, *& virtutis, & potentiæ eſt officium, non ſolùm bona facere, ſed illud quoque maximè, ut id, quod per malos aliquos excogitatum eſt, ad bonum aliquem finem, & utilem deducat, & utilitèr iis, quæ videntur mala, utatur.* Adde etiam quòd, ſicut Origenes in librum Numerorum, inquit, *Utitur Deus, nedum bonis ad opus bonum, ſed malis etiam: Illi cogitant malum, ſed Deus vertit in bonum.* Hæc igitur utilitas ab hæreticis provenit, quòd inter inimicos erudimur, & Fides, ac dilectio noſtra poteſt eſſe probatior. Multa quippe ad Fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitamur, ut adverſus eos defendi poſſint, & conſiderantur diligentius, & intelliguntur clarius, & inſtantius prædicantur, & ab adverſario mota quæſtio diſcendi exiſtit occaſio. Accedit etiam, quòd im-

improbatio hæreticorum eminere facit quid Eccleſia ceníeat, quid habeat ſana doctrina. Et ut Gregorius ait. *Sancta Eccleſia ſubtilius in ſua ſemper eruditione inſtruitur, dum hæreticorum quæſtionibus impugnatur*. Deniq; ne longius abeam, *Eccleſia Catholica per totum Orbem validè, lateq; diffuſa*, ut eſt apud Auguſtinum libro de vera religione, *omnibus errantibus utitur ad profectus ſuos, & ad eorum correctionem, cum evigilare voluerint; Utitur enim gentibus ad materiam operationis ſuæ; Schiſmaticis ad documentum ſtabilitatis ſuæ; Judæis ad comparationem pulcritudinis ſuæ. Auguſtinus in Enchiri. cap. 11. Origen. in lib. Numer. homil. 14. Gen. cap. ulti. Grego. epiſt. ad Anaſtaſium. Auguſti. lib. de vera Religione. cap. 6. & cap. 8. item epiſt. 50. & 141. & in Pſalm. 67. & lib. 1. de Geneſi. contra Manichaos cap. 1. cap. ulti. 24. quæſt. 3. Iſidorus lib. 1. de ſummo bono cap. 19. Vincentius Lirinenſis lib. adverſus hæreſes. Nicephorus lib. 14. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 48. Beda, Petrus Lombardus*, & cœteri *in priorem Pauli epiſtolam ad Corin. cap. 11. Alex. Aleſ. parte 1. quæſt. 18. & qu. 38. Torquemada lib. 4. de Eccleſia par. 2 cap. 5. Brunus lib. 2. de hæreti. cap. ulti. Michael Medina lib. 2. de recta in Deum Fide cap. ulti.*

Sanctus Chryſoſtomus in epiſtol. 1. ad Corin. ſermone 17. verè, atque elegantèr ſcripſit: *Utrumque invicem confirmatur, malitia ab incredulitate, & incredulitas à malitia; animus namq; qui multorum ſcelerum ſibi conſcius eſt, eum futurum judicium formidet, atque exhorreſcat, nolitque mutata vita in melius ſibi conſulere, incredulitate quietem animi quærit; nàm ſi tu reſurrectionem negaveris, & judicium; dicet ille; igitur neque ego ſcelerum meorum pœnas dabo*. Et Theophilatus in 2. epiſt. ad Timo. cap. 3. *Qui nullius ſibi boni conſcius eſt, pravis Doctoribus facilè obtemperat, ſeipſum conſolans, quaſi non ſit daturus pœnas propter opera ſua*. Et Æneas Syluius in hiſtoria Bohemica. *Gravati vitiorum ſarcina, non quibus explicent, vitamq; corrigant, ſed quæ cœptum iter approbent, ea dogmata facilè imbuunt*. Et Alius rectè dixit; *Qui ad legem Dei cupiditates ſuas dirigere gravantur; hi legem Dei ad cupiditates ſuas detorquere conantur*; Atq; ea quidem ſunt, quæ hodie tot hæreticos faciunt, qui ſibi perſuadent, ſola Fide in Cœlum perveniri poſſe.

ANNOTATIONES.

1 Vbi Sol Iuſtitiæ, &c.

De hæreticorum materia vide in corpore Iuris Canonici totam Cauſam 24 *in Decreto tit. 7. lib. 5. in Decretalib. Gregor. tit 2. lib. 5. in ſexto. tit. 3. lib. 5. Clementinar.* & deniquè *cap. 1. 2. & 3. lib. 5 Extra. de Hæretic.* Vide pariter *Calder. tract de Hæretic. Albertin. Rub. de Hæretic. in 6 Hoſtien. in eadem Rub. Silveſter verbo Hæreſis. Locat. in iudic. Inquiſit. Verbo Hæretic Io. à Rojas ſing 73. & 83. Azor. in ſumma rubr. de Hæretic. Eymeric. 2. part. direct. quæſt. 30. & ſequen ubi Pegna comment. 55. & ſequen. Caren. de offi. S. Inquiſit. par. 2. tit. 1. Rub. de Hæreſi, & Hæreticis*; & alios quam plures, quos cauſa brevitatis omitto.

Quis nàm autem fuerit primus Hæreticus in Eccleſia. *Lege lib. 6. Conſtit. Apoſtolic. cap. 7.* & invenies fuiſſe Simonem quendam Gethæum Samaritanum, cujus primi ſucceſſores fuerunt Dociteus, Menander, Baſilides &c.

2 Hæreticus autem &c.

Quiſnam ex vi nominis ſit nuncupandus Hæreticus, vide apud *Eymeric. 2. part direct. quæſt. 30. ubi Pegna comment. 55.* plures paritèr Hæretici definitiones lege apud *Farinac. de Hæreſi. quæſt. 178. §. 1. num. 10.*

4 Nonnulla ſimul neceſſaria ſunt &c.

Quot modis quis dicatur Hæreticus propriè, & impropriè lege apud *Eymeric. eundem loco nuper cit. quæſt. 31. & 32.* ubi *Pegna comment. 56. & 57.* apud *Brunum lib. 1. de hæret. cap. 2. Turrecremat. in ſumma de Eccleſ. lib 4 p. 2. cap. 12. Carrer. tract. de hæretic. num. 6. & multis ſequen. Farinac. de hæreſ. quæſt. 178. §. 1 num. 24 & ſequen.* ubi quæ requirantur, ut quis dicatur hæreticus invenies *num. 16. 17. & 18.*

5 Inde quæritur &c.

De eo, qui creditur Baptizatus, cum revera talis nõ ſit, an ab Inquiſitoribus puniri poſſit, ſi contra Fidẽ delinquat. Vide *Caſtropal. 1. part. tract. 4. diſputat. 9. punct. 16. §. 6. nu. 3.* ibi enim caſum Cæſaraguſtæ de Anno 1619. ad propoſitum hujuſmodi deciſum invenies.

6 Hinc alia etiam quæſtio exoritur &c.

Quæſtio de Cathecumeno Fidem negante, an ſit hæreticus, eſt valdè anceps, & ambigua, cum pro utraq; ſententia multi, & præſtantes Auctores recenſeantur; nihilominùs tamen communior eſt, quòd pro foro interiori tenenda ſit affirmativa ſententia, ſicuti prò exteriori negativa, ex quo ſit quod non ſit punibilis ab Eccleſia, quæ nullam in Cathecumenos juriſdictionem habere videtur, vide *Sanctarel. de hæreſi. cap. 1. dub. 2. nu. 5. Durd. ad Bull. Cænæ lib. 2. can. 1. quæſt. 21 num. 1. & 4.* & noviſſimè *Carenam de Off. S. Inquiſit. part. 2. tit. 1. Rub. de Hæreſi. & Hæretic. §. 5. nu. 26.*

7 Demum quæri ſolet &c.

Notandum hic quòd licèt ſit verum Baptizatum in Infantia non eſſe cenſendum Apoſtatam, nec Hæreticum, ſi ab Infidelibus, ſeù hæreticis captus, & inter ipſos educatus impietatibus eorum imbuatur, ob rationes quas hic affert Simanc, & docet quoque *Alfonſ. à Caſtro de Iuſta Hæretic. punit. lib. 1. cap 8.* Attamen ſi huic Fides Catholica ſufficientèr proponeretur; & ab ipſo reſpueretur, ut Apo-

ſtata, vel Hæreticus eſſet habendus. Vide *Carenam de Off. S. Inquiſit. part. 2. tit. 1. de hæreſ. & Hæretic. §. 5. nu. 30. 31. & 32.* ubi Caſum, & ejus reſolutionem habitam ab Emin. DD. Cardinalibus S. Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis in hoc propoſito invenies. Recole pariter ſupra notata *tit. 29. Rubr. de Filiis, & Minoribus nu. 51.*

8 Deindè neceſſe eſt &c.

Collige ex hac Doctrina quòd hæreſis eſſentialitèr errorem intellectus includit; ſicuti enim aſſenſus Fidei conſumatur in intellectu; ſic error fidei contrarius in intellectu completur; ſunt namq; in caſu noſtro circa idem objectum contraria; ex quo fit, ut benè hic dicit Simanca, quòd ex actu fidelis externo quantumvis execrabili, & impio; nunquam deduci poteſt conſequentia quòd ſit hæreticus; quia tale piaculum valet ſinè intellectus errore patrari; quamvis oriatur ſemper contra talem ſceleroſum aliqua hæreſeos ſuſpicio, major, ſeù minor, juxtà qualitatem delicti. Vide *Filiuc. Inſtit. moral. p. 2. tract. 32. cap. 6. num. 135. Ricciul. de Iure Perſonar extra gremium Eccleſiæ exiſten. lib. cap. 1. nu. 7.* & cæteros omnes DD.

9 Poſt hæc, ut Chriſtianus &c.

Recole quæ ſupra notavi *tit. 26. Rubr. de errore, & ignorantia nu 1.*

10 Præterea neceſſaria eſt ad hæreſim ſcientia &c.

Collige ex hac Doctrina errantem circa credenda ex ignorantia, hæreticum dici non poſſe, ut de ſe ajebat D. Auguſtinus lib. 1. de Trinit. *Errare potero, ſed Hæreticus non ero.* Vide quæ ſupra notavi *tit. 26. Rubr. de errore, & ignorantia nu. 8.*

12 Ad hæc pertinacia eſt, quæ conſumatum facit Hæreticum &c.

Vide, quæ ſupra notavi *tit. 26 Rubr. de error. & ignoran. nu. 2. & tit. 30. Rubr. de hæreſi. num. 3.* Quid ſit pertinacia, an de hæreſis ratione, & quinam ſint pertinaces dicendi, reperies inter cæteros apud *Carenam de Off. S. Inquiſit. part. 2 tit. 1. Rubr. de Hæreſi. & hæret. §. 1. nu. 10. & ſequen.*

13 Ad poſtremum &c.

Nota diſcrimen inter Apoſtaſiam, & Hæreſim, quæ inter ſe in hoc differunt, quòd Apoſtaſia eſt totalis receſſus à Fide; hæreſis autem partialis, ideſt circa aliquam tantùm rem, vel plures de Fide. *Sanchez. in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 7. nu. 1.*

14 Nunc autem videamus &c.

De ſignis, & inditiis exterioribus, quibus diverſarum ſectarum Hæretici cognoſci poſſunt. Vide *Eymeric. 3. part. direct. num. 109.* ubi *Pegna comment. 24. & ſequen.*

16 Solent Hæretici convicіatores, & procaces eſſe &c.

Hæreticorum mos eſt, Athanaſio teſte *lib. 1. cap. 29. epiſt. ad ſolit. Vit. agen.* nec vivis, nec mortuis parcere; ſed in omnes Catholicos Sanctos, & probos atroces injurias, & calumnias evomere; ſic ſe geſſerunt olim Neſtorius, Novatus, Somoſarenus, ui referunt Socrates, Euſebius, & Nicephorus *lib. 7. cap. 23. lib. 6. cap. 36. lib. 5. contr. Iulian.* ſic Pelagiani *apud D. Auguſtin.* loquuntur. ſic elapſo ſeculo ſe habuit impius Lutherus, qui Tertullianum ſtultum, & delirum. S. Irænеum Dei blaſphematorem. S. Chryſoſtomum nugacem, & ſeditioſum. S. Hieronymum, è SS. Patrum catalogo expungendum eſſe. S. Ambroſium denique, niſi de jejunio, & precibus loqui, dixit, & ſe mille Auguſtinos, mille Cyprianos, mille Eccleſias non curare; Indignos enim eſſe illos, qui calcei ſui corrigiam ſolvant, impia procacitate jactavit, ut in ejus ſacrilegis, & blaſphemis libris, eſt videre præcipuè *Tom. 7. lib. de Miſſ. priv. fol. 231. Menſ. Coll. fol. 7. tom. 2. fol. 476. tom. 5. ad Galat. cap. 3. &c.*

18 Hi ſunt fabricatores mendacii &c.

Modos, quibus Hæretici errores ſuos obtegere ſtudent, vide apud *Eymeric. 3. part. direct. num. 88. & ſequen.*

19 Comparantur in Sacris literis hæretici &c.

Pulcram Hæreticorum cum rebus fœtidis, & venenatis comparationem invenies apud *Eymeric. 3. part direct. num. 137.* inſertam in forma ſecunda citandi aliquẽ fugitivum &c. *§. Hi ſunt ſubdoli &c.*

20 Hi ſunt præterea qui oderunt jejunia, &c.

Hoc odium implacabile contra Iejunium, & Virginitatem hauſerunt hæretici noſtri temporis ex Luthero ſuo Archigimnaſyarcha, qui Andreæ Caroſtadii illius temporis impiiſſimi Sectaru imitatus exemplum, Virginem Chriſto dicatam è ſacro parthenio, ſibi in matrimonium ſacrilegum copulandam abduxit, & ad noviſſimam ejus ætatem uſque commeſſationibus, & ebrietatibus aſſuetus, inter epulas non ſemel in D. Hieronymum tanquã in magnum Iejunii, & Virginitatis præconem dira evomere convitia conſuevit. Vide *Libell. Cochlæi de actib. Luth. & Simon Fontan. in Hiſt. comment. Geneſ. cap. 22.*

21 Hi autem Hæretici ſunt &c. quorum princeps fuit Lutherus.

De Nativitate, Vita, & Obitu Lutheri, vide Hiſtoriam ſatis copioſam, & pereruditam Floremundi Ræmundi, ubi ortum, progreſſum, & ruinam hæreſum XVI. ſeculi quoq; leges. Ex Luthero 212. hæreticorum ſectas pullulaſſe teſtes ſunt ipſimet Acatholici, hæ nominatæ leguntur in quodam libello Francofurti 1653. impreſſo, cujus titulus eſt: *Anatomia Eccleſiæ Catholicæ.*

22 Hic eſt ille Lutherus &c.

Quòd Lutherus magna colloquia frequentèr cum Dæmone habuerit; ipſe proprio ore teſtatus eſt in libro de Miſſa privata, ubi inter cætera ait: *Se Diabolum habere ſocium ſtudiorum, ac ſe pluſquam modium ſalis cum ipſo comediſſe. Crede mihi*, inquit, *me Diabolum benè, immò quàm optimè noſſe.* Colloquium ſane curioſum habitum inter Dæmonem, & Lutherum legere potes apud ſupra dictum *Floremundum lib. 1. cap. 15. nu. 3.*

Monialis, quam ſibi turpi, ac ſceleroſo matrimonio copulavit Lutherus, fuit quædam Catharina del Born, quam unà cum octo aliis Nobili familia natis puellis è Monaſterio Nimicenſi rapi paulò ante curaverat. Contigit hoc ſacrilegum Facinus Anno 1525. Idem *Florem. lib. 2. cap. 6. nu. 1.*

23 Lutherus profugit &c.

Hæc Lutheri à Religione Auguſtiniana apoſtaſia contigit illi poſt annum 14. ab habitu Religionis ſuſcepto, quam expreſſam habuit Imago ipſius ingenioſè facta, ut traditur, à quodam Longolio. Hanc deſcriptam cum ſuo lemmate lege apud *Pegnam in addit. ad Eymeric. 2. part. direct. comment. 4. cap. 5. §. ex his amplius conſequitur*, & nota antiquiſſimam Dæmonis conſuetudinem, quam habet extrahendi à Domibus Religioſis, Hæreſiarchas omnes ſuos Anteſignanos; ſicuti enim olim Iovinianum, Theodorum, Pelagium, Euthychetem, Timotheum, Henricum, aliosque Monachos, & Religioſos Clauſtris abduxit; ſic nedum hoc noviſſimo tempore, Lutherum ab Auguſtinianis, Oecolampadium, ex Ordine S. Birgittæ, & Bucerum ex illo D. Dominici, ut hic ait Simanc ſejunxit, ſed,

&ex

& ex Franciſcanis Conradum Pelicanum, Viretum, & Petrum Richerium è Carmelitis, Thomam de Thiek ex ordine D. Bernardi, ex Capuccinorum cellulis deteſtabilem Bernardum Ochinum, & denique, ex Carthuſianorum ſolitudine Petrum Vermilium, cognomento Martyrem, ſeù veriùs ex Regularibus S. Auguſtini avocavit. Omitto Sergium Monacum Mauhemetiſmi olim auctorem, Pomeranum Bugenhagium, Munſterium, Muſculum, Virellum, Marloratum, Patroceli, Solon, Beraut, Leſpine, & innumeram horum impiorum manum, quos omnes à Diabolo ex Sacris Cœnobiis avocatos, & excucullatos, Lutheraniſmo exoriente cum Calviniſmo, tanquam immundos ſues in ſpurciciarum Venerearum cœno ſe voluttantes, per varias Europæ Regiones dirum Hæreſeos virus evomentes, & ad Inferos unà cum ſuis ſectatoribus laxis habenis ruentes non ſemel obortis lacrymis, ut pia Mater parentavit, & denique ut incorrigibiles, & pertinaces expulſos è ſinu Catholica anathematizavit Eccleſia.

26 Superbi ſunt iſti Hæretici &c.

Quanta ſit hæreticorum ſuperbia ex vanis, & ridiculis titulis, quibus ſe ipſos jam dementatos ab elatione inſignire ſolent, adverte. Simon Magus ſe ipſum *Dei Altiſſimi Virtutem* appellavit, ut ex actis Apoſtolorum conſtat. Manes titulo *Epiſtola Fundamenti* frontiſpicium ſui libri decoravit ſolitus ſe vocare *Manem Ieſu Chriſti Apoſtolum, & Patris providentiam*. Notum eſt deliramentum Montani, qui ſe ipſum *Paracletum* vocavit, & Valentinianorum, *qui ſe Gnoſtici ideſt ſcientes* teſte Clemente Alexandrino, nominari voluerunt. De arrogantia, & ſuperbia Lutheri, qua majorem in nullo unquam alio Hæretico fuiſſe teſtantur Auctores, qui ejus vitam, & geſta ſcripſerunt. Vide multa narrantem eundem *Floremundum* qui ſupra *lib. 3. cap. 11. nu 4. & ſequen.*

39 Nec moveat quempiam &c.

De ſimulata Hæreticorum ſanctitate, & qualitèr detegatur, lege *Pegnam in addit. ad Eymeric. 3. part. direct. comment. 22. §. ex hoc decimo modo, & ſequen.*

46 Hujus temporis Hæretici &c.

Leonardum quendam, qui Argentorati, Anabaptiſtarum Hæreſi ob Melchioris Hofmanni prædicationes graſſante, ſe Prophetam Dei jactavit, editis quibuſdam libellis, ubi ejus viſiones continebantur, fuiſſe uſum ad ſuos errores diſſeminandos ope duarum Sagarum, ſeu Divinatricum, quarum una Vrſula uxor ejuſdem Leonardi, altera vero Barbara nominabatur; teſtis eſt *Vbbo lib. Recog. fol. 7. & 8.* Quid Hæ duæ Pſeudoprophetiſſæ egerint, vide in Hiſtoria *Floremundi lib. 2. cap. 5. nu. 3.* ubi etiam *lib. 6. cap. 9. num. 1.* narrationem curioſam de Prophetiſſa quadam Zvingliana, Londini in Anglia reperies.

47 Hi pravi homines &c.

Vide paulo ſupra notata *num. 21.*

49 Opportet autem hæreſes eſſe &c.

Cur Deus aliquem in hæreſim labi permittat, cauſas nonnullas recenſitas vide apud *Eymeric. 3. par. direct. nu. 191.* in forma ſententiæ contra eum, qui abjuravit, ut hæreticus pœnitens. *§. Verùm cum miſericors, & miſerator Dominus &c.*

50 Accedit Auguſtinus &c.

Quot, & qualia commoda ab Hæreſibus proficiſcantur, vide apud *Pegnam in addit. ad Eymeric. 3. p. direct. comment. 44. §. ac in ſumma.*

De Idololatria. Titulus XXXII.

SUMMARIUM.

1 *IDololatriam quis primum docuerit.*
2 *Idololatria quid ſit, & quid etiam idolum.*
3 *Hareſes nonnunquam idola appellantur.*
4 *Adorationis genus triplex eſt.*
5 *Latria cultus ſoli Deo debetur.*
6 *Idololatria maxima quæ ſit.*
7 *Hareticus ipſo facto cenſetur, qui Sacrificia idolis offert.*
8 *Idololatria ex orationibus cognoſci poteſt, & quid oratio ſit, & quot modis fiat.*
9 *Idololatra non eſt qui hoſtiam non conſecratam, vel Dæmones in Angelos lucis transfiguratos, bona fide adorat.*
10 *Idololatræ lege Divina veteris teſtamenti mortis pœna afficiebantur.*
11 *Idololatræ quomodo puniantur.*
12 *Idololatra acriter in ſacris literis, & Sanctis Doctoribus reprehenduntur.*

De Idololatria.

1 CUM humani generis ſempiternus hoſtis Juſtiſſimo Dei judicio præcipitatus fuiſſet cum Angelis ſuis è Cœlo in tenebras inferiores, non deſtitit ab eo tempore, neque in ultimum ſeculi diem ceſſabit unquam peſtiferis artibus, dolis, & fraudibus cunctis hominibus inſidiari, eos perpetuò inſtigans in fraterna odia, homicidia, adulteria, aliaque multa execranda flagitia; ſed prima ab initio cura illi fuit, ut homines in idololatriam induceret, ut miſeras multorum animas à vero Dei cultu; quo ſolo mundantur, & ſanantur, averteret. Sunt quippè Dæmones, ut Auguſtinus, ait ſpiritus

ritus nocendi cupidiſſimi, à juſtitia penitus alieni, ſuperbia tumidi, invidentia lividi, fallacia callidi, qui cultum Dei ad ſe ipſos enixè transferre ſtudent; quibus artibus jam olim univerſum ferè Orbem impietate, atq; idololatria repleverunt; uſq; eo ſapientes aliòqui viros excœcantes, ut quamvis Deum cognoviſſent, non tamen ſicuti Deum glorificarent; ſed mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum, commutantes veritatem Dei in mendacium, & colentes creaturam, potiùs quàm Creatorem. Sed cum hodiè ſint pauci, qui in idololatriam incidant, brevitèr de ea diſſeremus. *ad Roma.cap.*1.*Auguſt. lib.*8. *de Civitate Dei cap.*22.*cap. neque mirum* 26.*qu.*5.

Idololatriæ definitio.

2 Eſt autem idololatria, cultus Deo debitus, creaturæ exhibitus. Vel eſt, honor Divinus exhibitus creaturæ repræſentatæ per aliquam ſenſibilem formam, ſeù figuram, quæ dicitur idolum. Generalius verò idolum hominis eſt, quidquid pluſquam Deum colit, aut diligit; Origene dicente: *Unuſquiſq; quod præ cæteris colit, quod ſuper omnia miratur, & diligit, hoc ei Deus eſt.* Cui confine eſt, quod Cyprianus inquit. libr. de duplici martyrio: *Quidquid homo quivis Deo anteponit, ſibi Deum facit.* Neque tantùm committitur idololatria, cum ſimulacra coluntur, ſed etiam cum creaturæ loco Creatoris Divino cultu honorantur. Hoc autem peccatum in Exodo Maximum eſſe dicitur, quia ſicut in terrena Repub. graviſſimum eſt, regium honorem alteri, quàm verò Regi impendere; ſic maximum crimen eſſe videtur, ſi quiſpiam Divinum honorem exhibeat creaturæ, quia quantum in ſe eſt, alium Deum facit, & minuit principatum veri Dei, & exæquat creaturam Creatori. *Orige. in lib. Judi. homil.* 2.*gloſ. lib.* 1.*Reg. cap.*15. *Exo.*32. *Tertulli. lib. de idola. Alex. Aleſ.* 2.*par. quæſt.*178. *Thom.* 2.2.*q.* 93.

3 Nonnunquam hæreſes appellantur idola. Hierony. explicans illud Zachariæ: *Diſperdam nomina idolorum de terra*, inquit: *Sicut idola fiunt manu artificis; ita hæreticorum perverſa doctrina, quodcumq; ſimulaverit, vertit in idolum, & facit pro Chriſto adorari Antichriſtum.* Et in Iſajam cap. 2. *Poſſumus dicere, quòd omne dogma contrarium veritati adoret opera manuum ſuarum, & conſtituat idola in terra ſua.* Et in Ezechielem cap.18. *Idola, id eſt ſimulacra, quæ de ſuo corde finxerunt, omnes hæretici faciunt.* Et in Oleæ cap.10. *Hæreticorum terra fœcunda eſt; qui à Deo acumen ſenſus, & ingenii percipientes, ut bona naturæ in Dei cultum verterent, fecerunt ſibi ex his idola. Nullus enim poteſt hæreſim ſtruere, niſi qui ardentis ingenii eſt, & habet dona naturæ, quæ à Deo artifice ſunt creata.* Et Auguſtinus: *Eſt alius deterior, & inferior cultus ſimulacrorum, quo phantaſmata ſua colunt; & quidquid animo errante, cum ſuperbia, & tumore cogitando imaginati fuerint, Religionis nomine obſervant.* Et Vincentius Lirinenſis aliena ab Eccleſia dogmata, vetus Teſtamentum, Deos alienos appellare ſcribit.

4 Triplex eſt genus adorationis; latriæ, duliæ, & hyperduliæ. Latria eſt cultus Deo debitus; vel ſummæ venerationis cultus ſoli Deo exhibendus; vel eſt voluntaria profeſſio Divinæ Majeſtatis. Dulia eſt honor, vel cultus, qui exhibetur creaturæ ratione alicujus bonitatis, ſanctitatis, vel virtutis; & hæc exhibetur Sanctis. Hyperdulia eſt adoratio dignor dulia, quæ quidem exhibetur creaturæ ratione excellentiæ ſingularis communicatæ a Deo; & hac veneramur Sacratiſſimam Virginem veri Dei Matrem; cui non qualiſcunq; dulia debetur, ſed illa, quæ per duliam, quaſi ad latriam accedit. *Tho. Duran.* & cœteri *in lib.* 3.*ſenten. diſtin.* 9. *gloſ. & interpretes in cap. Venerabiles de conſecra. diſtin.* 4. *& in Clem.* 1. *de Relig. & vener. San. Confeſſio Polonica de ſpe & oratione cap.* 58.

Definitio latriæ.

Definitio Duliæ.

Definitio Hyperduliæ.

5 Soli Deo debetur cultus latriæ, non ſolùm interior, ſed etiam exterior; ut enim Auguſtinus ait, *Exteriora ſacrificia ſigna ſunt interiorum; ſicut verba ſigna ſunt rerum.* Quocirca ſicut orantes, atque laudantes, ad Deum dirigimus ſignificantes voces, cui tamen res ipſas in corde, quas ſignificamus, offerimus; ita ſacrificantes, non alitèr viſibile Sacrificium offerendum eſſe noverimus, quam ei, cujus in cordibus noſtris inviſibile ſacrificium nos ipſi eſſe debemus. Soli igitur Deo debetur ſpirituale ſacrificium, ſicuti Creatori noſtro, & ſummo bono, & ultimo fine, in quo beatitudo animæ noſtræ conſummata conſiſtit; ejus contemplatione Beati ſunt Angeli,

geli, eadem, & nos beatos eſſe futuros credimus, & ſperamus. Illa namq; viſio Dei, tantę pulcritudinis viſio eſt, & tanto amore digniſſima, ut ſine hac quibuslibet aliis bonis præditum, atque abundantem non dubitet Plotinus infeliciſſimum dicere. *Auguſti. lib.* 10. *de Civitate Dei cap.* 19. *& cap.* 16. *Tho.* 2. 2. *quæſt.* 85.

6 Tantò ſtupidior, ac deterior eſt idololatria, quantò vilioribus, ac deterioribus creaturis Divinus honor exhibetur. Nam peccatum fit gravius ex utilitate rei, in quam Divinus honor transfertur; quia id magis contra rationis, & naturæ ordinem eſt; & eo major contumelia Deo infertur, quo vilior eſt creatura, quæ præponitur, aut exæquatur ei. Cœterum idololatria illa omnibus aliis deteſtabilior eſt, qua cultus Deo debitus Dæmonibus tribuitur. Quod tribus potiſſimè rationibus comprobatur. Prima, quia dæmones ſunt inferiores brutis dejectione propriæ malitiæ, ac miſeria culpæ, & pœnæ; altera, quia ſunt hoſtes, & inimici Dei: tertia quia periculoſior eſt hominibus talis idololatria. Magis itaque Deo diſplicet, qui honorem ei debitum tribuit inimicis Dei peſſimis, & qui ſeipſum in majus periculum iniicit. Sunt enim Dęmones ad decipiendum vigilantiſſimi, neque eſt ullum malorum genus, quo non delectentur, & deornm induti perſonam, in errorem, atque ſtultitiam impuliſſe nos gaudent. Magna Dei miſericordia neceſſaria eſt, ne quiſquam cum bonos Angelos amicos ſe habere putat, habeat malos dæmones amicos fictos; eoſque tantò nocentiores, quantò aſtutiores, ac fallaciores patitur inimicos. Magna enim miſeria noſtra ignorantia tanta præmitur, ut facilè iſtorum ſimulatione fallatur. *l. liberi. C. de in offi. teſt. Auguſt. lib.* 3. *de Civita. Dei. cap.* 7. *& lib.* 19. *cap.* 9.

7 Qui Sacrificia idolis offert, aut illis tribuit honorem Divinum, ipſo facto cenſetur hæreticus; quia in tàm gravi crimine præſumitur malus animus. Neq; excuſatur omninò, qui metu coactus eſt; niſi fortè coactio fuerit præciſa, ut alibi diximus *cap.* 1. *de præſum. cap. nunc autem* 21. *diſtinct.* & inibi *glo. Archidiaconus, Cardinal.* & cœteri *cap. presbyteros* 50. *diſtinct. Alberti. in rubr. de hæreti. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 41.

8 Per orationes, & precationes cognoſci quoque poterit idololatria; Eſt enim oratio actus Religionis propriè pertinens ad reverentiam, & honorem Deo exhibendum, per quam homo Deo ſubiicitur, & profitetur ſe eo indigere, ſicuti auctore ſuorum bonorum. Fit autem oratio duplicitèr; vel petimus aliquid ab ipſo Deo, quod ſolus nobis dare poteſt, ut gratiam, & gloriam, ad quas conſequendas ordinari, ac dirigi debent omnes orationes noſtræ; vel aliquos oramus, ut pro nobis intercedant, quod petere poſſumus à Sanctis Angelis, & Hominibus, ut eorum precibus, & meritis orationes noſtræ ſuum effectum habeant. Igitur qui hoc, aut illo modo funeſtas preces offert idolis, dæmonibus, aut pſeudoprophetis, hoc ipſo vehementèr ſuſpectus, ac penè convictus eſt. Proindè conſultiſſimè quodam inſtructionum capitulo præcipitur Inquiſitoribus, ut diligentèr inquirant de orationibus hæreticorum; quia ex illis manifeſtè conſtabit de animo, & intentione reorum, & confeſſiones eorum veras eſſe apparebit, neque facilè revocare illas poterunt. Nemo enim orationes memoriæ commendat, qui eas non putet ſibi profuturas. *Tho.* 2. 2. *quæſt* 83. *prima inſtruct. Hiſpal. cap.* 4.

Orationis definitio.

9 Si quis tamen hoſtiam non conſecratam, vel dæmonem transfiguratum in Angelum lucis, aut in effigiem cujuſpiam Sancti, bona fide adoraret, præſertim ſi id faceret, inſuperabili victus ignorantia, non ſolùm idololatra non eſſet, verùm etiam tantundem mereretur, quantum ſi Angelo lucis, aut Sancto viro duliæ adorationem exhibuiſſet. *glo.* 2. *Corin.* 11. *Theol. in lib.* 3. *ſent. diſtin.* 9. *Alber. in rubr. de hære. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 65.

10 Idololatræ, lege Divina veteris teſtamenti, pęna mortis coercebantur. Verba legis hæc ſunt; *Qui immolat diis occidetur præter Domino ſoli.* Ordo autem judicii, & genus pęnæ traditur plenius in Deuteronomio his verbis: *Cum reperti fuerint apud te intra unam portarum tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir, aut mulier, qui faciant malum in conſpectu Domini Dei tui, & tranſgrediantur pactum illius, ut vadant, & ſerviant diis alienis, & adorent eos, Solem, & Lunam, & omnem Militiam Cęli, quæ non præcepi; & hoc fuerit tibi nunciatum, audienſque inquiſieris diligentèr,*

Exod. 22.

Deuter. 17.

tèr, & verum eſſe repereris, & abominatio facta eſt in Iſrael, educes virum, ac mulierem, qui rem ſceleratiſſimam perpetrarunt ad portas civitatis tuæ, & lapidibus obruentur. Exod. 22. Deuter. 17.

11 Helias interfecit prophetas Baal, & Iheu alios multos Idololatras. Moyſes itidem eos, qui vitulum adoraverant; & Aſa propter Idololatriam matrem ſuam *cap.32. lib. 2. cap.15. lib. 3. cap. 18. & lib. 4. cap.10.* regno privavit; quemadmodum in Exod. & Parilipo; & in Reg. libris plenius continetur. Jure quoq; civili pæna mortis cum publicatione bonorum idololatrę puniuntur. Sed Pontificio Jure Inquiſitores perindè procedent adverſus Chriſtianum hominem, qui in idololatriam inciderit, atque adverſus quemcumque alium hæreticum, vel Apoſtatam. (*a*) Aliud autem erit, ſi Judæus, vel Saracenus idololatra factus fuerit, illum enim inquiſitores punire non poterunt; cum adverſus hæreticos tantum juriſdictio eis mandata ſit; & ita ego cenſeo, quidquid alii putent *Exod. 32. lib. 3. Reg. cap. 18. & lib. 4. cap. 10. lib. 2. Parali. cap. 15. & l. ex Senatus conſulto de Sicar. l. 1. & ptnul. C. de paga. Alber. in rub. de hæret. lib. 6. q. 2. num fin. cap. gaudemus de divortiis.*

12 Poſtremò, adverſus idololatras multa in Sacris literis, & Sanctis Doctoribus paſſim ſcripta ſunt. Ac primùm in lib. Sapientiæ legitur; *Infelices ſunt, & inter mortuos ſpes illorum eſt, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum, aurum, & argentum, artis inventionem, & ſimilitudines animalium, aut lapidem inutilem, opus manus antiqua &c* *cap.13.* Et Propheta Regius inquit: *Dii gentium dæmonia*, & Hierem. *Si facit homo Deos, ipſi autem non ſunt Dii*, & Paul. *Pſal.95. 10. & cap. 16.* Apoſt. *Scimus quia nihil eſt idolum in Mundo, & quòd nullus eſt Deus, niſi unus.* *1. ad Corinth.8.* Et Baruch, & Petrus, & cœteri alia plurima in eam rem tradiderunt. Prætereo Cyprianũ, Lactantium, Athanaſium, Cyrillum, Auguſt. & ingens agmen. *Sap en. cap. 13. cum ſeq. Hiere. & cap. 16. & 1. Coriu. 8. Baruch ulti. Clemens lib. 5. recogniti. & alter Clemens Alex. lib. adhortatorio ad gentes. Cyprian. de idolorum vanit. & libro de exhorta. Martii. Nazian. oratiene in Sancta Epiphaniarum lumina. Chryſoſt. lib. ſingulari contra Gentiles. Lactan. in priorib. libris divina: inſti.* & ibidem *Auguſt. de Civi. Dei. Tho. contra Gentil.* plenius, & meliùs *Cyrillus, decem libris contra Julianum. Petr. Crinitus lib. 3. de honeſta diſciplina cap. 14. & lib. 25. cap. 12. Juſtinus Martyr apolog. 2. pro Chriſtianis, & oratione parenetica ad Gentes Philo. lib. de decalogo.*

ANNOTATIONES.

1 Cum humani generis ſempiternus hoſtis &c.

De materia Idololatriæ vide præ cœteris *D. Tho. 2. 2. quaeſt. 94. art. 1. & ſequen. Leſſium de Iuſtic & jur. lib 2. cap. 43. dub. 2. 3. & 4 & Sanchez. in præcept. Decalog lib. 2 cap 37.* De origine verò Idololatriæ lege *Suarez de Statu Religionis lib. 2. Rubr. de ſuperſtit. cap. 5. & Ludovic. à Paramo de orig. S. Inquiſit. lib. 1. tit. 3. cap 2. per totum*, ubi quotquot in hoc Terrarum Orbe Idololatræ fuerunt, recenſitos invenies.

2 Eſt autem idololatria &c.

Idololatriæ Definitionem lege apud *Suarez, loco nuper cit. cap. 3. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 9. cap. 11. & ſequen Petr. Bisfeld. de confeſſ. Malef. prælud. 15. caſu 3.* & reliquos DD. qui ſupra.

3 Nonnunquã hæreſes appellantur idola, &c.

Iuxta hanc Idololatriæ acceptionem omnis Hæreticus nuncupari poteſt idololatra, quod tamen intelligendum eſt impropriè tantùm, & largo modo; nam propriè, & ſtricto modo verum quidem eſt omnem Idololatram Hæreticum eſſe, ut hoc tit. docet Simanc. num. 7. ſed è converſo non verificatur omnem Hæreticum Idololatram exiſtere, ut patet conſideranti. Vide *Lel Zecb. in ſumm. p. 1. tit. de fid. cap. 14. rubr. de Idololatr. per totum, & Tolet. de Inſtruct. Sacerd. lib. 4. cap. 14. Rubr. de ſuperſt. num. 2.*

4 Triplex eſt genus adorationis &c.

Hæc adorationis genera ſunt tantùm tria, quia tres tantùm ſunt excellentiæ quibus adorationes, tanquam honores debiti correſpondent; nempè Divina, cui reſpondet ſuperna adoratio latriæ dicta. Communis Sanctorum, ideſt major quàm humana, & minor quam Divina conſiſtens circa dona ſupernaturalia gratiæ, & gloriæ, quæ Sanctorum ſunt propria, cui correſpondet Dulia, nempe honor magis quam politicus, & ſummè inferior quã latria; & deniq; media ideſt nec comparabilis cum Divina, ſed eminentior ſatis communi Sanctorum, cui correſpondet Hyperdulia, ideſt obſequium ſupra commune, quo veneramur B. Deiparam Virginem propter eminentiam, & privilegia, quæ ſuper cœteras creaturas ſortita eſt à Deo; & veneranda eſſet humanitas Ieſu Chriſti, ſi ab hypoſtaſi Verbi ſeparatim conſideraretur.

His omnibus addi poteſt honor humanæ Excellentiæ, qui Regibus, Principibus, Parentibus, & reliquis Superioribus jure debetur; licèt enim politicus, civilis, & naturalis videatur, poteſt tamen, & ipſe inter Religioſos honores, & meritorios connumerari; quandoque hi omnes ſuperioritatem, quam exercent, recognoſcunt à Deo; & qui eos honorat,

norat, ut Imagines, & characteres magnitudinis Dei veneratur juxtà Doctrinam Apoſtoli ad Epheſios cap. 6. lege *D. Hieronymum ad Riparium contra Vigilantium.*

5 Soli Deo debetur cultus latriæ &c.

De cultu latriæ, quòd ſoli Deo debeatur, vide quæ docuit Conſtantinus Epiſcopus Conſtantiæ in ſeptima Synodo Oecumenica art. 3. ſub finem, cujus poſt alia, hæc præciſa ſunt verba: *Adorationem autem, quæ fit ſecundum latriam, hoc eſt Dei culturam, tantummodò ſuperſubſtantiali, & vivificæ Trinitati conſervo.* Vide pariter *D. Auguſt. de Civit. Dei. lib. 10. cap. 4. & lib. de vera Relig. ſub finem*, & nota quod flectere Genua, pectus tundere, proſternere ſe in Terram, & alia hujuſmodi interni affectus externa obſequia exhibere, non ſunt ſemper latriæ, & ſupernæ adorationis actus; quoniam præcipuum in hoc conſiſtit circa benè dirigendum intentionis principium. Vide *Trident. Conc. ſeſſ. 25. de Invocat. Venerat. & Reliquiis Sanctor.* quod præcipit Veritatem hanc aſſiduè Populo inculcandam.

8 Per orationes &c.

Benè hic dicit Simanc. quod per orationes, & preces cognoſci poteſt Idololatria, & hæreſis; cum etenim una ex præcipuis Religionis partibus ſit Oratio, tot ſunt orandi Ritus, quot ſunt Religiones; nec ulla unquam fuit Religio, quæ ſuos ſupplicandi Deo ritus præcipuos non haberet; ex quo fit quod quicunque Religionem mutat, illicò quoque Orandi rationem mutare ſolet; Vnde qui ritus orandi Catholicos non obſervat, ſed vel Calvinianos, aut Lutheranos, certè ſectatorem illorum errorum ſe dicit, & qui Idolis, vel Dæmoni litat, vel litari mandat, proculdubio Idololatra, & Apoſtata à fide eſſe convincitur, vide *Declan. tract. Crimin. lib. 5. cap. 72. nu. 3. & Afflic. in conſtit. Regn. cap. 1. nu. 4. de hæretic. & Paſtaren. rubr. 3.*

9 Si quis tamen hoſtiam non conſecratam &c.

Circa hujus capituli doctrinam notandum quòd in qualibet adoratione facienda alicui ſub imagine Crucifixi, aut Deiparæ Virginis, vel Angelorum, aut Sanctorum apparenti, ſemper ab adorante eſt apponenda conditio, expreſſa: *Adoro te, ſi es Chriſtus, eius Parens, Angelus bonus &c.* & hoc propter periculum idololatrandi; cum hujuſmodi apparitiones tàm à bono ſpiritu, quàm à malo paſſim fieri ſoleant; Secùs verò dicendum in hoſtiæ adoratione, cum à Sacerdote elevatur, vel adorationi proponitur; tunc enim neceſſe non eſt expreſſam conditionem apponere, ſed tantùm eo animo eſſe affectum, ut non niſi hoſtiam conſecratam quis ſit adoraturus; & ſic illam abſolutè adorare; ceſſat enim tunc morale errandi periculum, nec abſq; temeritatis nota judicari poteſt non conſecrata illa hoſtia, quæ à Catholico Sacerdote fidelibus adoranda proponitur. Vide *Bonac. diſpu. 3. de adorat. quæſt. 1. part. 2. num. 7. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 9. quæſt. 10.* & alios quos refert *Caſtropal. tom. 2. diſput. 1. de adorat. & ſacrif. punct. 4. nu. 5.*

10 Idololatræ lege Divina.

De pœnis Idololatrarum, vide *Concil. Toletan. 12. cap. 11. Concil. Laodicen. cap. 35. & diſtin. 50. cap. Presbyteros.*

11 (a) Aliud autem erit ſi Iudæus &c.

Stante Conſtitutione Gregorii XIII. edita de anno 1581. incipiente. *Antiqua Iudæorum Improbitas &c.* ubi inter nonnullos caſus, in quibus facultas eſt Inquiſitoribus animadvertendi in Iudæos, fit mentio de Iudæo errante in iis, quæ nobis communia ſunt cum Iudæis; æſtimo hanc Simancæ ſententiam ampliùs non habere locum, ut teneatur, & ad praxim in S. Tribunali reducatur; Iudæus enim factus Idololatra Idolum pro Deo colit, quod nedum Moſaicæ legi, ſed, & Chriſtianæ fidei adverſatur, & ſic patet errare in his, quæ nobis cum Hebraiſmo communia ſunt. Conſtitutionem hanc lege relatam à *Pegna poſt director. inter liter. Apoſt. ad S. Off. ſpectan. fol mihi 139.* Vide pariter *Didac. Canter in ſuis quæſt. Criminal. Rub. de hæret. cap. 1. num. 72. Campeg. in addit. ad Zanchin. in tract. de Hæret. cap. 36. liter. C.* & alios, quos pro hac affirmativa ſententia citat *Farinac. de Hæreſi. quæſt. 178. §. 6. num. 146.*

De Imaginibus. Titulus XXXIII.

SUMMARIUM.

1 *IMaginum uſus novus non eſt, neque ab hominibus inventus.*

2 *Imaginum uſus jam erat Moyſis tẽpore.*

3 *Imaginum Sanctarum uſus in Evangelica lege vetuſtiſſimus eſt.*

4 *Imago Salvatoris noſtri ab ipſo Nicodemo facta eſt; & ſtatua ad ejus ſimilitudinem à muliere profluvio laborante illi erecta memoratur.*

5 *Imaginem Chriſti, & Sacratiſſimæ Matris ejus, & Principum Apoſtolorum Lucas Evangeliſta depinxit.*

6 *Imaginum Sanctarum uſum Catholica Eccleſia induxit, docuit, & ſervavit.*

7 *Imaginum Sanctarum uſui, quæ commoda Chriſtianis hominibus importet.*

8 *Imagines Sanctas colendas eſſe, & in templis collocandas ſeptima Synodus generalis præcipit.*

9 *Imaginibus eadem veneratio exhibenda eſt, quæ Sanctis ipſis.*

10 *Imagines Sanctorum dupliciter afficere poſſunt eorum animos, qui eas inſpiciunt.*

11 *Imagines Sanctorum improbandæ non ſunt, propter periculum, quod hæretici confingunt.*

12 *Imagine aliqua ſi populus abuteretur, aut periculum idololatriæ immineret, quid faciendum eſſet.*

13 *Imagines deformes, & profanæ in templo Dei pingendæ non ſunt.*

14 *Imagines deorum, & pſeudoprophetarum confringi debent, & eorum templa diruenda, aut in alium uſum commutanda ſunt.*

15 *Imagines deorum, & eorum templa, multi combuſſerunt in veteri teſtamento.*

16 *Imagines, & templa deorum multi Chriſtiani olim diruerunt, & combuſſerunt.*

17 *Imaginibus Sanctis injuriam inferens à quibuſcumque puniri debet.*

18 *Imaginibus Sanctis injuriam faciens ab Inquiſitoribus puniendus eſt.*

19 *Imaginum Sanctorum violatores, & irriſores qua pęna ſint coercendi.*

20 *Imaginum Sanctorum irriſores quomodo puniendi ſint à judicibus Eccleſiaſticis.*

21 *Imaginum Sanctorum contemptores ab Inquiſitoribus quo pacto coercendi ſunt.*

De Imaginibus.

1 VETUSTUS, & impius error fuit quorundam hæreticorum, qui Sanctorum Imagines reprobare, & ab Eccleſia pellere fruſtra conati ſunt: quos hæretici quoque hujus temporis ſequuntur. Xenajas quidam genere Perſa, & fortuna ſervvs, peridoneus Sarana Miniſter, primus (O' audacem animum, & os impudens!) vocem illam evomuit, Chriſti, & eorum, qui illi placuere, imagines venerandas non eſſe, ut *Niceph. in Eccleſ. hiſt. eſt auctor.* Verùm hæc hæreſis multis, magniſque Conciliis jam olim damnata fuit: ſed illo præcipuè, quod ſub Adriano I. celebratum eſt, in cujus actione 2. memorantur plurimi Sacri Doctores, qui uſum imaginum ab ipſis Apoſtolorum temporibus in Eccleſia viguiſſe teſtantur, & eas eſſe venerandas, & adorandas docent. Qui autem illic recenſentur, hi ſunt: *Gregor Niſen. Baſil. Chryſoſt. Cyril. Athanaſ. Ambroſius, & Hieron.* quibus addo *Euſebium, Socratem, Gregor. ac Damaſc.* qui aſſerit nos habere uſum imaginum ex traditione Apoſtolorum. Eſt igitur imaginum uſus, nec novvs, neque humano ingenio inventus; ſed Divina, & Apoſtolica inſtitutione introductus ex veteris, ac novi Teſtamenti Scripturis, Apoſtolicis traditionibus, Sanctorum Patrum, & Conciliorum Decretis, & omniũ ſeculorum conſuetudine, & uſu approbatus; poſtremò plurimis maximis, veriſſimiſque miraculis illuſtratus *Euſebius lib. 7. Eccleſ. hiſt. cap. 14. Socrat. lib. 6. tripart. cap. 41. Gregor. epiſt. 53. lib. 7. Damaſ. lib. 4. fid. Orthod. cap. 17. Pagninus Lucenſis in Iſagogis ad myſticos Sacr. Script. ſenſus lib. 8. cap. 16. Niceph. lib. 16. cap. 27. Linda lib. 3. Panoplia Evangelica cap. 23.*

2 Populus Hebręorum in idololatriam pronus admodùm erat: ſed nihilo ſecius Deus ipſe Moyſi præcepit, ut cum propiciatorio duos Cherubim aureos faceret; quorum Paulus quoque meminit: *in epiſt. ad Hebræos*, & idem Moyſes juſſu Dei, ſerpentem æneum fecit; & in templo illo Salomonis imagines Cherubim fuere *Exod. 25. ad Hebraos 9. lib. 3. Reg. cap. 6.*

Exod. 25.
Angelorum Imagines Antiquiſſimæ.
Cap. 9.
Num. 21.
3. Reg. 6.

3 Vetuſtiſſimus quoque eſt imaginum uſus lata Evangelica lege. Nam Abagarus Edeſſenorum Princeps deſiderio Chriſti perculſus, pictorem eximium ad eum miſit, eique ut diligentèr, & accuratè faciem ejus in pictura effingeret, imaginemque pro deſiderato illo ſibi afferret, imperavit. Et ille quidem venit, atque in loco ſublimiore ſtans, pingere Chriſti vvltum, ut decebat, conabatur; cum verò cœptum opus non ſuccederet (Divinus quippe ſplendor, & gratia in vvltu ejus corruſcans impedimento erat) re ea cognita Salvator textum lineum petit, in eoq; prius loto, faciem ſuam exprimit, & ad Abagarum mittit. Dicitur quoq. Perſarum Rex manu, ingenioque promptum Pictorem miſiſſe, & per hunc ferventi Fidei deſiderio, ſimul, & ipſius Chriſti, & quæ eum Divino modo genuit, Matris, quam celerimè imaginem depictam accepiſſe. Per eam autem imaginem Salvatoris Edeſſa Civitas contra vim Perſarum ſervata eſt, quemadmodum *Niceph. in Eccleſiaſt. hiſtor. memorat. lib. 2. cap. 7. & lib. 17. cap. 16.*

Chriſtus Abagaro Regi Imaginẽ propriam mittit.

4 Inſuper etiam Salvatoris effigiem ab ipſo Nicodemo factam fuiſſe, *Divus Athanaſius lib. de paſſio. imagi. Chriſti teſtis locupletiſſimus eſt. (a)* Et mulier illa ſangui-

Nicodemus Chriſti imaginẽ format.

Idem Beneficij memor facit Mulier hemoroiſſa.

guinis profluvio laborans, quæ à Salvatore noſtro curata eſt, in memoriam ejus beneficii ſtatuam Chriſti præ ædium ſuarum foribus erexit, ad cujus ſtatuæ pedes herba naſcebatur, quæ adverſus omnē genus morborum auxilium habuit præſentiſſimum. De qua loquens Euſebius inquit: *Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem vultus Ieſu formatam eſſe tradebant; quæ permanſit ad noſtra uſque tempora; ſicuti ipſi oculis noſtris inſpeximus*: & ejus quoque ſemel, atque iterum. Niceph. in Eccl. hiſtor. meminit. *Euſeb. lib. 7. cap. 14. Niceph. lib. 2. cap. 15. & lib. 10. cap. 30.*

Imaginem Deip. Virginis. S. Lucas effinxit.

5 Et Lucas Evangeliſta primus Chriſti, & ejus Sacratiſſimæ Matris, atq; item Principum Apoſtolorum effigiem pingendi arte adumbravit, & Pulcheria Auguſta imaginem illam Dei Genitricis habuit, quam Divus Apoſtolus Lucas ſuis ipſe manibus depinxit, illa adhuc vivente, & tabulam ipſam vidente, gratiamq; à Deo illi formæ ſuæ immittente; ut à Nicephoro lib. 15. memoriæ proditum eſt. Ac Lucas quidem primus eas imagines accuratè manibus ſuis depinxit, deindè verò ex veteribus alii quoque viri, pro eo atque par erat, veluti ſervatores idem fecere, Ethnica quidem illi fortaſsè conſuetudine ducti; ſed Eccleſia inde acceptum magis, ac magis adauxit (providentia Dei curante, atque diſponente) non modo effigies, & ſtatuas, verùm etiam veſtes, baculos, & lectos Sanctorum illorum virorum conſervans ad memoriam eorum ſempiternam. *Hæc Nicephorus lib. 6. Eccleſ. hiſtor. cap. 16. & lib. 2. cap. 43. & lib. 14. cap. 2. & lib. 15. cap. 14.*

6 Præterea, Catholica, & Apoſtolica, Chriſti Eccleſia, columna, & firmamentum veritatis, continua ſeculorum ſerie imaginum Sanctarum uſum induxit, docuit, ſervavit. Poſtremò maxima, plurima, utiliſſimaque miracula, (quæ procul dubio ſigna ſunt evidentia Divinæ voluntatis) Imaginum Sanctarum uſum ſemper, & ubique illuſtriorem reddunt; Nemo enim eſt, qui neſciat in plurimis Chriſtianorum templis, apud imagines Chriſti, & Sacratiſſimæ Virginis, atque adeò multorum Sanctorum virorum, magna quotidiè miracula fieri. Vidi ego, vidit quin etiam univerſa Hiſpania Puſionem quendam, cujus lingua penitus fuerat a latronibus excifa; qui coram imagine illa Sacratiſſimæ Virginis, quæ in municipio Annislupi ſumma veneratione colitur, repentè ſine lingua, uſum linguæ uſque eo accepit, ut eas quoq; literas clariſſimè pronunciaret; quæ non niſi dentibus lingua percuſſis rectè exprimi poſſunt. Sed id genus miraculorum pleni ſunt libri hiſtoricorum veterum, & novorum. *Nicepho. lib. 14. cap. 46. & lib. 16. cap. 36. Marcellinus Comes in chronico. Divus Gregor. lib. 3. dialogo cap. 32. Victor. lib. 3. de perſecu. Vandalica. Juſtinianus tit. 1. C. de offi. præf. præto. Africa.*

7 Imagines autem quam plures nobis utilitates afferunt. Excitant enim, & conſervant memoriam eorum, quæ à Chriſto, & Sanctis Dei hominibus geſta ſunt. Eas præterea honoris cauſa ponimus, velut ſtimulos intuentium ad virtutem, & ut in illis legat vulgus illiteratum, & aliquanto, quàm in ſcripturis efficaciùs fortia facta, glorioſoſq; triumphos, & agones ducum noſtrorum. Nam quod legentibus Scriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus. Accedit Saluſtius, qui in præfatione belli Jugurthini inquit: *Sæpè audivi ego Quintum Maximum, Publium Scipionem, præterea Civitatis noſtræ præclaros viros ſolitos dicere, cum majorum imagines intuerentur, vehementiſſimè animum ſibi ad virtutem accendi; ſcilicet, non ceram illam, neque figuram tantam vim in ſe habere, ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere, neque priùs ſedari, quàm virtus eorum famam, atque gloriam adæquaverit.* Et Plato dialog. 11. de legi. *Deos non videmus quidem, ſed eorum imagines fabricamus, eaſque licèt inanimes dum honoramus, Deos ipſos exiſtimamus ob id maximè nobis gratos, & propitios fore.* Imagines igitur ponuntur, & fiunt in honorem, & cultum Dei, & Sanctorum, in eruditionem populi, ad contemplationem, pietatem, & imitationem.

8 Inde illud eſt, quod in ſeptima Synodo generali traditur his fere verbis: *Si facimus hominum piorum ſimilitudines; non tamen ea fiunt, ut adorentur ut Dii: ſed ut eas videntes ad imitationem facinorum illorum irritemur; & quò mens per ea, quæ conſpicit, ſurſum volet.* Et mox: *Omnibus manifeſtum eſt, cum audivimus virilia, & fortia Sanctorum facta, conſtantiam, fortitudinemque animorum illorum, nos beatifica-*

re, & laudare. Quin etiam cum in Divinis Scripturis Sanctorum vitas legimus, eumq; in picturis eaſdem contemplamur, in memoriam revocamus, quantoperè in Deum fervore fuerint accenſi. Nam quæ Oratio per auditum exhibet, hæc Scriptura tacens per imitationem oſtendit. Poſtremò in definitione ejuſdem Synodi, Patres his verbis concludunt: *Sanctorum noſtrorum, & divinorum Patrum doctrinæ inſiſtentes, & Catholicæ Eccleſiæ, in qua Spiritus Sanctus inhabitat, traditionem obſervantes, definimus cum omni diligentia, & cura venerandas, & Sanctas imagines in templis collocandas Dei; habendaſque, tum in Sacris vaſis, & veſtibus, tùm in parietibus, & tabulis, in ædibus privatis, in viis publicis; quò ſcilicet per hanc imaginum inſpectionem, omnes qui contemplantur, ad prototyporum memoriam, & recordationem, & deſiderium veniant, illiſque ſalutationem, & honorariam adorationem exhibeant.* Hæc ibi, & alia in eandem ſententiam plurima. In ſumma, imagines inſtruunt ſimplices, admonent Sapientes, afficiunt omnes *Septima Synodus actione 4. cumſeq. cap. perlatum de conſecra. diſt. 3. & octava Synodus generalis actione tertia. Brunus libro de Imaginibus cap. 19.*

9 Eadem autem veneratio exhibenda eſt imagini, quæ Sanctis ipſis; honor ſiquidem imagini exhibitus ad prototypũ refertur; & qui adorat imaginem, adorat, & Sanctum illum, cujus forma, & figura eſt imago. Quod Athanaſ. lib. 4. contra Arianos aptiſſimo exemplo confirmat dicens: *In imagine Regis, forma, & ſpecies eſt, in rege verò ea, quæ eſt in imagine, forma exiſtit; impermutabilis autem eſt in imagine regis ſimilitudo; ita ut qui imaginem inſpexerit, ipſum quoque regem ſimul inſpiciat: rurſus, qui regem conſpicit, novit eum eſſe, quem in imagine conſpexerat, quando quidem autem ex eo quod ſimilitudo non differt, volenti poſt imaginis inſpectionem regem videre, rectè dixerit imago: Ego in illo ſum, & Ille in me; & quod in me vides, vides & in illo.* Accedit etiam Joannes Chryſoſtom. quadam oratione ſcribens: *Qui iniuriam facit imagini, eum, qui per imaginem repræſentatur, iniuria affeciſſe intelligitur; Undè, & qui imaginem Imperatoris violavit, non ſecus atquè ſi Imperatorem ipſum contumelia affeciſſet, punitur.* Ex his igitur conſtat eandem eſſe debere venerationem imaginis, & prototypi, quod receptius quidem eſt a pleriſque: quamvis nonnulli diſſentiant. *Chryſoſt. in oratione in Pelvim. Conrad. Brunus lib. de imagin. c. 20. Martinus Ayala lib. de Divi. & Eccleſ. tradi. titulo de imagi.*

10 Cęterum duplex eſſe poteſt motus animæ in imaginem: prior, quo in ipſam imaginem fertur, & in ea ſiſtit, materiam tantum, aut formam conſiderans; ſcilicèt, lignum, aut lapidem, argentum, aurum, vel picturam: Alter motus eſſe poteſt, contemplans imaginem, tanquam referentem, & repræſentantem prototypum. Priori modo nulla debetur imagini reverentia: imò idololatria eſſet argentum, aut aurum, aliamque materiam, vel artis inventionem adorare; poſteriori autem motu, Sanctas imagines adorare, juſtum, & pium eſt. Quem igitur imaginibus Sacris impendimus honorem, non tam ipſis impendimus picturis, aut ſtatuis, quàm illis, quos nobis referunt. *Illum*, inquit Sanctus Gregorius, *in toto corde diligis, cujus imaginem præ oculis habere deſideras.* Nec nos ante imaginem, quaſi antè divinitatem proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem, aut natum, aut paſſum, aut in Cœleſtis Gloriæ throno reſidentem, recordamur.

11 Non ſunt ergo Sanctorum imagines improbandæ, quia hæretici ſuſpicentur quoſdam propter illas in idololatriam incidere; neque enim tam rudis eſt Populus Chriſtianus, ut ignoret modum, quo ſunt imagines adorandæ, neque ſi quiſpiam in hoc erraret, difficilè eſſet illum ab errore revocare; neque propter quorundam abuſum (qui eſt Lutheranorum baculus arundineus) repudianda, & condemnanda ſunt optima. Demum, qui imagines damnat, non modo in Deum, & in Eccleſiam blaſphemus eſt, ſed contra omnem omninò rationem, & contra naturam pugnat; Nam cum uſus imaginum introductus ſit ad memoriam eorum, quorum imagines ſunt, naturam profectò damnat, qui hunc modum cognoſcendi per imagines auferre conatur. Omnis enim cognitio noſtra in imagine, & ſimilitudine fit, neceſſeq; eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari, nec aliquid cognoſcere poſſumus, niſi formata prius imagine in cognitiva facultate. Neque refert an viſus externè moveatur

per

per imaginem externam, an ſenſus interior, & intellectus per internam; cum utrobique ſit eadem ratio, & modus cognoſcendi, per modum videlicèt ſimilitudinis naturalis inter imaginem, & rem imaginatione comprehenſam. *Ariſt. lib. 2. de anima. Martin. Pereſius, Aiala. lib. de Divi. & Eccleſ. traditi. Corollario de imagin. Sanct. lib. 4. Reg. cap. 18.*

12 Sicubi tamen periculum idololatriæ immineret, aut populus aliqua imagine abuteretur; tunc Pontificis, vel Prælati auctoritate liceret imagines tollere, delere, aut frangere; idque ſine ſcandalo Populi, & ſine offenſione Sanctorum faciendum eſſet. *4. Reg. 18.* Quamobrem olim Ezechias Æneum ſerpentem, quem ex præcepto Domini Moyſes fecerat, confregit; non quia malum erat ſerpentem illum habere, ſed quia videbat Populum ſerpenti æneo divinum honorem dare, quemadmodum Echius, Alfon., & Brunus tradunt; quibus illud addo, Imagines deformes, turpes, inhoneſtas, & fabuloſas, ſimilitèr auferendas eſſe. Undè in Sexta Synodo generali Patres canonem hunc condiderunt: *Facilè ſenſus corporei, quæ ſua ſunt in animum derivant; picturas igitùr oculorum præſtigiatrices, ſivè in tabulis, ſivè alias propoſitas, & mentis corruptrices, & ad turpes voluptates incitatrices, ſancimus, ut nullo modo in poſterum pingantur: ſi quis autem hoc fecerit, excommunicetur. can. 100. lib. 4. Reg. c. 18. Bru. lib. de imag. cap. 21.*

13 Cui confine eſt, quod in ſeptima Synodo Generali a Sanctis Epiſcopis decretum eſt: *Ut templa non nugacibus, & vanis picturis ornentur, ſed hiſtoriis veteris, & novi teſtamenti; ut hi, qui literas neſciunt, & Sacram Scripturam legere nequeunt, contemplatione picturæ in memoriam reducant, qui nam verò Deo per fortia facta ſervierunt; atq; in certamen excitentur laudabilium facinorum, per quæ cum Cœlo Terram illi commutaverunt.* Et Plato dialog. 3. de repub. *curandum eſſe* ait, *ne artifices mali moris ſimulacrum aliquod non benè caſtigatum, opus illiberale, deforme, & indecens faciant; ne in pravitatis imaginibus enutriti homines, tanquàm noxio in gramine, multa paulatim paſcentes, unum aliquod maximum malum ignari in animo contrahant.* Ariſtot. quoque lib. 7. polit. vetat, ne pueri turpes vel picturas, vel fabulas ſpectent: ad officium Magiſtratuum pertinere docens, ut nihil, neque fictum, neque pictum ſit, quod actiones turpes imitetur: Multo igitur magis Epiſcopi; Prælati, & Viſitatores curare debent, ne quid tale in templis veri Dei fiat, ſed ut illas tantùm imagines populo proponi ſinant, quæ Sacræ ſint, non profanæ, veræ hiſtoriæ, non fabulæ, & ſomnia; non nugaces, & vanæ, ſed probatæ fidei; non turpes, & laſcivæ, ſed honeſtæ, & omninò tales, quę inſtruant, non quæ decipiant, ſed quæ intuentium animos corroborent; non quæ emolliant, & à pietate avertant. *Septima Synodo actio. 4. Ariſtot. 7. Polit. cap. ulti. Bru. lib. de imagi. cap. ulti. ac demum Concilium Trident. ſeſſ. 25.*

14 Idola quoque, atque imagines Deorum, & pſeudoprophetarum confringi debent, & eorum templa diruenda ſunt, aut in alium uſum commutanda. Quod in *Exod. 23.* Exodo Deus ipſe præcepit, dicens: *Non adorabis Deos eorum, neq; coles eos: non facies opera eorum,* (ſcilicet Amorhæorum) *ſed deſtrues eos, & confringes ſtatuas eorum.* *Ibidem 34.* Et iterum, de eiſdem loquens inquit: *Cave ne unquam cum habitatoribus terræ illius jungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam; ſed, & aras eorum deſtrue, confringe ſtatuas,* *Cap. 7.* *Lucos ſuccide.* Et in Deutero. *Cap. 12.* *Aras eorum ſubvertite, & confringite ſtatuas, Lucoſque ſuccidite, & ſculptilia comburite.* Et rurſus ait: *Subvertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas poſſeſſuri eſtis. Deos ſuos ſuper Montes excelſos, & colles, & ſubter omne lignum frondoſum; diſſipate aras eorum, & confringite ſtatuas, Lucos igne comburite, & idola comminuite, diſperdite nomina eorum de locis illis. Exod. 23. & 34. Deut. 7. & 12.*

15 Sic Rex Aſa fecit rectum antè conſpectum Domini, *3. Reg. 15.* ſicut David Pater ejus, & abſtulit effœminatos de terra, purgavitque univerſas ſordes idolorum, quæ fecerant Patres ejus. Inſuper, & Maacham *4. Reg. 10.* Matrem ſuam amovit, ne eſſet princeps in Sacris Priapi, & in Luco ejus, quem conſecraverat, ſubvertitque ſpecum ejus, & confregit ſimulacrũ turpiſſimum, & combuſſit in torrente Cedron. Sic Duces, & *Ibidem 18.* Milites Jheu ierunt in Civitatem templi Baal, & protulerunt ſtatuam de fano Baal, & combuſſerunt, & comminuerunt eam. Deſtruxerunt quoque ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas. Sic Ezechias diſſi- *Ibidem 23.*

pavit

pavit excelſa, & conſtituit ſtatuas, & ſuccidit Lucos, confregitq; ſerpentem æneum, quem fecerat Moyſes; ſiquidem uſque ad illud tempus filii Iſrael adolebant ei incenſum. Sic denique Joſias combuſſit vaſa Baal, & deſtruxit aras, & contrivit ſtatuas idolorum, quemadmodum pleniùs in Reg. libris continetur. 3. *Reg.* 15. *&* 4. *Reg.* 10. *& cap.* 18. *&* 23.

Exod. 32. *Daniel. ult.*

16 Prætereo Moyſem, Danielem, & cœteros veteris teſtamenti Patres, ut exēpla quædam Chriſtianorum hominum breviter commemorare poſſim. Cum enim Populi, & Civitates ad Chriſti cultum accederent, idolorum cultores, Deorum ſimulacra pretioſiſſima Chriſtianis tradiderunt, & quæ antea occulta erant, & ſolis Sacerdotibus manifeſta, facta ſunt omnibus perſpicua, atq; viliſſima; & ſtatuæ, & imagines ex pretioſa confectæ materia, igne crematæ ſunt, & Æſculapii templum in Cilicia, & Veneris domus penitùs everſa fuere, & in Heliopoli circa Libanū, quidam diaconus, nomine Cyrillus, Zelo Divino ſuccenſus, multa idola, quæ ibi adorabantur, contrivit, & igni cremavit. Et Theophilus Alexandrinam urbem idolorum errore purgavit, & a fundamentis eorum templa ſubvertit, & Serapim Ægyptiorum Deum, qui magnitudine ſua terrebat conſpicientes, igne combuſſit: & ad hunc modum, omnia ubique terra, marique fana ſimulacrorum deſtructa fuerunt, ut in Eccleſiaſtica hiſtoria Sozomenus, & Theoderitus auctores ſunt. *Exod.* 32. *Daniel. ult. & lib.* 2. *hiſtor. tripar. cap.* 20. *lib.* 6. *cap.* 15. *lib.* 9. *cap.* 28. *Theodo. lib.* 3. *Eccleſiaſt. hiſt. cap.* 7. *& lib.* 5. *cap.* 22.

Ethnicorum idola fracta, & eorum tēpla à Chriſtianis æquata ſolo.

17 Si quis autem dixerit, aut commiſerit aliquid contra Sanctas imagines, puniri poteſt per judices Ordinarios Eccleſiaſticos, aut ſeculares; quia crimen hoc mixti fori eſt, & à quolibet accuſari, & a quocunque judice ordinario coerceri debet. Publicè enim intereſt res Sacras, & religioſas inviolatas eſſe, & quidquid in eas committitur, in omnium fertur injuriam *l.* 1. *§. hujus ſtudii de juſtitia, & jur. l. Manichæos. C. de hæretic. Joan. de Ana. in cap.* 2. *de maled. num.* 14. *Felin. in cap. poſtulaſti. de Jud. & in cap. cum ſit gener. de for. comp. Hippol. in l. ex Senatus Conſult. de Sicar.*

18 Et quamvis crimen hoc hæreſis cōſummata non ſit, niſi fortè acceſſerit error in fide pertinax contra doctrinam Eccleſiæ, ut ſupra diſſervimus; Inquiſitores tamen de his criminibus cognoſcere ſolent propter ſuſpicionem hæreſis, quam prima fronte præſeferunt; Non enim eſt veriſimile, ut is, qui rectam fidem habeat, perpetrare audeat talia crimina: neque eſt in hoc facinore quippiam quod allicere, aut movere queat voluntatem in imaginum Sacrarum injuriam, niſi pertinax error intellectus perperàm ſentientis de veneratione illarum; Nam peccata illa quæ natura objecti non trahunt voluntatem, veriſimile eſt, quòd perpetrentur voluntate mota ab intellectu peccantis. Jure igitur cognoſcunt Inquiſitores de his criminibus, præſertim poſtea quàm peſtiferi hæretici Lutherani, & Sacramentarii damnatam jàm olim Iconomachiam, ſuperioribus annis ab inferis revocarunt. *Matth. de Afflict. in prima conſtit. Siciliæ q.* 4. *Alf. Caſtr. lib.* 1. *de juſta hæretic. punit. cap.* 1.

19 Pœna eorum qui Sacras imagines frangunt, conſpurcant, irrident, aut quoquomodò eis ſacrilegas manus afferunt, in æſtimatione, & arbitrio judicis eſt: ità tamen ut ne quid gravius, aut remiſſiùs conſtituat, quam cauſa depoſcit. Alitèr tamen puniet judex Secularis, alitèr Eccleſiaſticus, quia ille pœna mortis punire poteſt, hic verò ſine ſanguinis effuſione crimina coercere debet. Judex igitur Secularis interdum pœna capitis puniet illum videlicèt, qui Sacram imaginem Chriſti, aut Sanctæ Crucis, aut Beatiſſimæ Virginis inſigni aliqua contumelia affecerit: interdum etiam Sacrilegam manum amputabit, ut Angelo viſum eſt: quod, & Regiis legibus ſeptipartitis contra plebejos conſtitutum eſt: Sæpè etiam exilio, verberibus, aut pœnis pecuniariis juxtà criminis qualitatem, utetur. Cœterum Epiphanii verba prætcrire non poſſum, qui in Septima Synodo generali hujuſmodi orationem habuit. *Quemadmodum deſpiciens imaginem Imperatoris, non aliter caſtigatur, quàm ſi ipſum Imperatorem contumelia affeciſſet: cum tamen ipſa imago, præter lignum, & colores nihil ſit: eodem modo qui typum ſiuè figuram alicujus ignominia afficit, in illum ipſum, quem typus repræſentat, injurius eſt, quod quidem ipſa rerum natura repræſentat. Hoc*

Violatorum Sacrarum Imaginum Pœna.

etiam

etiam univerſi mortales agnoſcunt, *Patreſque Sanctos ità tradidiſſe norunt*; *& hi qui aliter docent*, *Eccleſia Catholica*, *imò natura rerum contradicunt*, *l. non contrabit. l. qui ſtatuas*, *& l. famoſi. in fine. ff. ad l. Iul. Majeſt.* & illic *Angel. & Franc. Tigrin. Alexand. conſil 233. lib. 6. Joan. de Anan. in cap. 2. de maled. Hippoly. in l. ex Senatuſconſulto de ſicar. regia. l. 5. titul. 28. part. 7. Chriſoſt. in Oratione in Pelvim.* & pluribus homiliis ad populum Antiochenum, & maximè *homil. 20. Epiphan. in 7. Synodo tom. 4. Brun. de imagi. c. 20. Menochius de arbitra. caſu 376.*

20 Judices autem Eccleſiaſtici punire ibidem iſtos debent perpenſo judicio, & arbitrio recto: interdum graviter dura, & ultrice ſententia: quemadmodùm Gregorius X. in Concil. Lugdu. conſtituit. Sæpè etiam publica pœnitentia, vel jejuniis, eleemoſynis, & orationibus, vel mulcta pecuniaria, vel ictibus fuſtium *l. reſpicien- dum de pan. cap. 2. §. ult. de offi. ordin. lib. 6. c. univerſitatis de ſent. excom.* & ibi *Feli.*

21 Iiſdem quoque pęnis Inquiſitores uti poſſunt: ſed hoc ampliùs ad eorum officium pertinet, ut ſcire laborent, ſi fortè intellectus errore pertinaci facinora iſta perpetrata ſunt; quod ſi repererint, aut ſuſpicati fuerint, non ſecùs adversùs iſtos procedent, atq; adversùs alios quoslibet hæreticos, vel ſuſpectos. Poterunt igitur Inquiſitores tormentis, abjuratione, purgatione canonica, & aliis arbitrar is pęnis uti; pertinaces quoque, atque impęnitentes Curiæ Seculari relinquere, ſicuti ſuis locis à nobis ſingula differuntur. Vide *Hiero. adversùs Vigilantium, Echium in Enchiridio cap. 16. Pigbium lib. 1. hiera. Eccleſ. cap. ulti. Alfonſ. lib. 8. adversùs hæreſes verbo Imago. Brunderium in compendio concertationis tit. 29. Brunum, Aialam*, & cœteros ſupra commemoratos, & omninò *Euthymium lib. 2. Orthodoxæ fidei.*

ANNOTATIONES.

1 Vetuſtus, & impius error &c.

Qui olim Sacrarum Imaginum cultum impugnarunt, fuerunt Ariani, & Iconoclaſtæ, quorum impium errorem renovarunt poſteà Recentiores hæretici. Concilia, quorum auctoritate hi Omnes damnati fuerunt, præter id, quod hic citat Simanc. celebratum ſub Adriano I., & Tridentinum; ſunt Romanum 3. ſub Gregor. II. Nicænum 2. act. 2. 3. 4. & 5. Conſtantinopolitanum 4. can 3. Mogunt. 4. cap. 41. & Conſtantienſe in Conſtit. Martini V. circa medium. De Sacris Imaginibus vide. *Hiſtoriam Ioannis Molani*, *Ioannem Baptiſtam Caſalium de Veter. Sacr. Chriſtian. Ritib. part. 1. Rubr. de Sacr. Imagin. Naſcen. Eccl. cap. 2. Bellarmin. lib. 2. de Imagin. cap. 9. & Azor. p. 2. lib. 9. cap. 7.* ubi Hæreticis pro ſe aſſerentibus Concil. Elibertin. cap. 36. habetur ſatis doctum, & eruditum reſponſum. Vide pariter *Suarez in defenſ adversùs Anglicanæ ſectæ errores lib. 2. cap. 10. 11. & 12. Gregor. de Valen. ad D. Thom. 2. 2. quæſt. 94. punct. 6. diſput. 6. & Graff. lib. 2. c. 2. rubr. de latria nu. 4. 14. & 15.*

3 Vetuſtiſſimus quoque eſt Imaginum uſus &c. nam Abagarus &c.

De Imagine propria non manu facta, ſed lino miraculosè impreſſa, à ſervatore noſtro Abagaro Edeſſæ Regi ſe videre autumanti miſſa, cum adhuc vivens hic in Terris opus noſtræ Redemptionis abſolveret. Vide *Baron. in Annum* 31. ubi *Spondan. num.* 23. Extat Romæ in Eccleſia Monialium S. Silveſtri de Capite hæc Imago religiosè ſervata, ſicuti, & in Vaticana Baſilica Vultus Ieſu Chriſti Veſtigium Sudario impreſſum, quo Veronica faciem ejus abſterſit, de quo vide pariter eundem *Baronium ad annum* 34. ubi *Spondan. num.* 42.

4 (a) Et mulier illa ſanguinis profluvio laborans &c.

Nota quod ſtatua hæc ſervatoris Domini integra duraſſe fertur uſque ad tempora Iuliani Apoſtatæ, qui ea deturpata, & fracta, ſuam ubi priùs hæc erat, colocandam curavit, quam non multò poſt Fulmen Cœleſte circa pectus ruens perſecuit, collectis à fidelibus fragmentis illius Dominicæ, & in Eccleſia repoſitis, ubi ad ſuam uſque ætatem cuſtodiri retulit *Sozomenus lib. 5. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 4.* Vide *Baronium ad annum* 31. ubi *Spondan. num. 27. & Molanum de S. Imaginibus lib. 2. cap. 4.*

5 Et Lucas Evangeliſta &c.

A' S. Evangeliſta Luca Sanctiſſimæ Deiparæ Virginis Imaginem fuiſſe depictam, non eſt, ut arbitrantur nonnulli, à Nicephoro, aut Metaphraſte natum; nàm Imaginem hanc, quam habuiſſe Pulcheriam hic refert Simanc; ante mille annos à S. Luca fuiſſe depictam, & Hieroſolymas poſtea miſſam ab eadem Pulcheria, auctor eſt Theodorus lector initio Collectaneorum apud præfatum *Molanum lib. 2. cap. 9.* qui ejuſdem varia refert exemplaria. Vide *Io. Baptiſta Caſalium*, *loco qui ſupra litter. B. in finem*, ubi figuram Deiparæ Virginis Filium Ieſum Chriſtum geſtantis antiquiſſimam ex ebore ſcalptam ſe habere teſtatur.

6 Præterea Catholica, & Apoſtolica Eccleſia &c.

Notandùm quod auctoritates S. Scripturæ, Veterum Patrum teſtimonia, & exempla, quæ nobis Septima Synodus affatim ſuppeditavit; ſufficiunt ſatis ad confundendam tùm Veterum, cùm Recentiorum Iconomachorum perfidiam, qui audènt aſſerere nullas in Eccleſijs Chriſtianorū primis quinque ſeculis Imagines Sacras depictas, aut ſcalptas extitiſſe; at ſi hæc omnia parva fortaſsè eis viderentur, ingrediantur hi perfidi Nebulones Cęmeteria, & Cryptas, ubi olim in primis Naſcentis Eccleſiæ ſeculis, Romæ ſævjente in Chriſti nomen Imperatorum Romanorum potentia, latitabant Chriſtiani, ibiq; Sacram Synaxim ſumentes, Conciones audientes, quicquid poſtea in templis objecerunt,

runt, obibant; & niſi errorum ſuorum caligine fuerint penitus obcæcati, nil frequentius niſi Sacras Imagines, quæ ſibi obvjam paſſim fient, invenient. Has vide accuratiſſimè accumulatas, & in lucem editas à pereruditо Viro Antonio Boſio in uno volumine, cujus titulus eſt *Roma Subterranea*. Certè Chriſti Domini ſub figura Paſtoris ovem ſuper humeros ad ovile portantis imaginem in Sacris calicibus ſculpi conſueviſſe, ut Sacerdotes admonerentur Divinum illum Paſtorem inſculpi in corde debuiſſe, Teſtis eſt *Tertullianus de pudicitia cap.6. & 10.* qui tamen floruit ſecundo ſeculo; & Romæ in monte Eſquilino in titulo Equitij adhuc apparent figuræ Sacræ nempè S. Crucis imago gemmis ornata, ut mos erat tunc temporis depingendi, Domini Salvatoris, Deiparæ Virginis, Apoſtolorum, & aliorum plurimorum Sanctorum, quæ etiam vivente D. Silveſtro, qui ibidem Eccleſiam conſtruxit, magno fidelium cultu venerabantur. Quæ omnia Chriſtianæ Antiquitatis monumenta, manifeſtiſſimæ falſitatis, & mendacii Hæreticos omnes convincunt.

7 Imagines autem &c.

Quod Imagines Sacræ excitent fidelium intuentiũ affectus, teſtis eſt venerabilis Beda de Templo Salomonis cap. 19. his Verbis: *Imaginum aſpectus multum compunctionis ſolet praſtare contuentibus, & eis, qui literas ignorant, quaſi vivam Dominica hiſtoria pandere lectionem*; & D. Gregorius Niſſenus idipſum in ſe pluries expertum fatetur; audi ejus Verba orat. 1. de jvvand. Pauper. *Vidi ſapiùs inſcriptiones Imaginum, & ſine lacrymis pertranſire nequivi; cum tam efficaciter pictura obtutibus meis proponeres hiſtoriam*, & infrà: *Efficaces ſunt Imagines in commovendis inſpectorũ cordibus; dum in eis quis contemplatur exemplaris Divinitatem, aut quamlibet Virtutis ſublimitatem*. Vide *Gregor 2. Epiſt.12. ad Leonem Iſaurum.*

8 Inde illud eſt &c.

Quod attinet ad hujus Capitis, & duorum ſequentium Doctrinam, vide *Trident. ſeſſ.25. Rubr. de Invocatione &c. & Sacris Imaginib.* Decret. 2., ad cujus declarationem lege præ cœteris noviſſimè, *Archang. Rubeum in ſuo opere Incarnat. diſtinct.9.*

9 Eadem autem Veneratio &c.

Lege Concil. Nicæn. 2. act. 5. in fine. *Magunt. 4. cap. 42. Senonen. cap. 14. Greg. I. lib. 9. ex regeſt. epiſt.9. lib.7. ex regeſt. epiſt.54 & Greg II. epiſt.10. & 12.* Vide etiam Repert. Inquiſit. *Verbo Adorare, Verſ. ſed pictura, & Verſ. ſequen. & Verbo Imagines per totum*; & nota quod licèt ſit verum quòd eadem veneratio exhibenda eſt Imagini, quæ exhibetur ei, cujus eſt Imago, eſt tamen hoc diverſo modo intelligendum; nàm Deo, & Sanctis, debetur adoratio ut Perſonis, quæ per ſe adorationem merentur; aſt Imaginibus non exhibenda eſt adoratio ob excellentiam aliquam, quã in ſe habeant, & propter quam adorationem mereantur; ſed quia ad Deum, & Sanctos referuntur, & illos typis ſuis repræſentant.

12 Sicubi tamen periculum &c.

Ad periculum hoc evitandum lege *Concilii Moguntini 4. decret. cap. 42.*

13 Cui confine eſt &c.

Præter ſeptimæ Synodi Generalis, & Tridentini Concilii Decreta, vide, quæ circa hanc materiam decreverunt *Senonen. in Decret. morum cap.40. & Mogunt. 4. c. 41. & Vrban. VIII. in append. 2. Conſtit.51. Sacroſancta. Conſtit. Cæleſtis 22. in append. & Conſtit.37. Sanctiſſimus.*

14 Idola quoq; &c.

De Idolis deſtruendis, ſed non eorum Templis, quæ per aſperſionem aquæ benedictæ, altarium conſtructionem, & reliquiarum applicationem ſunt conſecranda, vide *Gregor. I. lib. 9. ex regeſt. epiſt. 71.*

17 Si quis autem &c.

De Imaginibus Sacris non violandis, vide *De Conſecr. diſt. 3. cap. perlatum, & cap. Venerabiles*, de Violatorum vero pœnis *de off. Ord. in 6. cap. Si Canonici*; & nota quod an Crimen hoc ſit mixti fori, ut hic dicit Simanc; controvertitur inter DD. & ſunt nonnulli, qui negativam ſententiã aſtruunt, quos ſequitur tanquam veriorem, & probabiliorem tenentes *Carena de off. S. Inquiſit. part. 2. tit.7. §.7. Rub. de Fadantib. & conſpurcant. Imag. Sanct. nu.39. & 40.* lege deciſionem ſupremi Regii Concilii Hiſpaniæ, & alias rationes, quas pro ſe affert *ibidem num 42. per totum.*

18 Et quamvis crimen hoc &c.

Omnis Sacrarum Imaginum Vjolator eſt ſuſpectus vehementer de hæreſi, niſi ex alia aliqua circumſtantia ab hac ſuſpicione fortaſsè ſublevetur. Vide *Farinac. de Hareſi quaſt. 178. §.2. nu.53.*

19 Poena eorum qui Sacras Imagines frangunt &c.

Sacrarum Imaginum vjolatores, niſi hæretici pertinaces ex hoc reperiantur, ſed ſuſpicione ſua per abjurationem de vehementi purgata, & ad veniam admiſſi, regulariter pœna triremium puniri ſolent. Vide *Caren. de Off. S. Inquiſit. part. 3. tit. 13. Rubr. de Pœnis, & ſalutar. pœnit. §.3. Rubr. de pœna Trirem. num.43.*

De Inquiſitoribus Titulus XXXIV.

SUMMARIUM.

1 *HÆretici, & impii Homines apud omnes Nationes, & potiſſimum apud Athenienſes ſeveriſſimè puniebantur.*

2 *Eumolpidarum munus.*

3 *Athenis ante bis mille annos fuerunt judices vjolatæ Religionis Sacerdotes.*

4 *Inquiſitorum Apoſtolicorum munus.*

5 *Inquiſitionem Sanctam adverſus hæreticos Ferdinandus, & Iſabella Reges Catholici in Hiſpaniam induxerunt.*

6 *Inquiſitor Generalis quis ſit, & quod munus exerceat.*

7 *Conſiliarios Senatus Sanctæ Inquiſitionis quis eligat, & eorum munus quod ſit.*

8 *Carolus Magnus arcanum Concilium integerrimorum hominum ſine provocatione inſtituit.*

9 *In-*

9 *Inquiſitoris munus, quibus committendum.*

10 *Inquiſitores, & judices quæ in virtute potiſſimùm excellere oporteat.*

11 *Inquiſitoris officio functurus, ut Clementis conſtitutione cavetur, quadrageſimum annum attigiſſe debet.*

12 *Inquiſitores ſatis eſſe triginta annos eſſe natos, Pontificis Max. Generali decreto conſtitutum eſt.*

13 *Inquiſitores Apoſtolici in cauſarum cognitione parum diſtant ab ordinariis judicibus.*

14 *Inquiſitorum officium cur non finiatur morte Pontif. Max. à quo ipſi delegati ſunt.*

15 *Inquiſitores, ſi arduum aliquod negotiū, & difficilè ſe obtulerit, ad Senatum id referre debent.*

16 *Inquiſitores ſex horis quotidiè ſedeant in tribunali.*

17 *Inquiſitores aſſiduè eos libros legere tenentur, in quibus teſtimonia contra hæreticos ſcribuntur.*

18 *Inquiſitores, ſi inter ipſos aliqua contentio mota fuerit, eam occultare debent, & ad Generalem Inquiſitorem referre.*

19 *Judicum diſcordia quot incommodorum ſit cauſa.*

20 *Inquiſitor antiquus quomodò præferendus eſt, etiamſi ſit translatus ab una Provincia in aliam.*

21 *Inquiſitores conſanguinei in eadem Provincia duo creandi non ſunt.*

22 *Inquiſitores quid ſine Epiſcopo, & Epiſcopus ſine Inquiſitoribus facere poſſint, & quid non.*

23 *Inquiſitores uti poſſunt familiaribus armatis ad ſuam jurisdictionem tuendam.*

24 *Inquiſitores, quorumcunque principum, & magiſtratuum auxilium invocare poſſunt.*

25 *Inquiſitores, vel ambo ſimul, vel alter eorum ſeparatim inquirere poſſunt contra hæreticos in tota Provincia ſibi cōmiſſa.*

26 *Inquiſitores prohibere poſſunt, ne ſuſpecti armis utantur.*

27 *Armis uti generaliter cuicunq; vetitum eſt.*

28 *Inquiſitores illos punire poſſunt, qui factis, aut verbis ipſis injuriam fecerint.*

29 *Inquiſitores cōmittere poſſunt vices ſuas.*

30 *Inquiſitores cognoſcere poſſunt ubi ſcandalum fuerit ortum ex aliqua quæſtione Catholicæ Fidei.*

31 *Inquiſitorum jurisdictionem nulla prærogativa tollere poteſt.*

32 *Inquiſitores quemcunque, & cujuſcunque ſit ordinis, & dignitatis punire poſſunt, ſi in hæreſim inciderit.*

33 *Inquiſitorum arbitrio multa relinquuntur, potiſſimùm illa, quæ non inveniuntur jure, aut inſtructionibus definita.*

34 *Inquiſitorum, & aliorum judicum arbitrio quid relinquatur.*

35 *Inquiſitores quid facere debeant in negotiis gravioribus, quæ legibus comprehenſa non ſunt.*

36 *Inquiſitores in quos nequeant inquirere.*

37 *Inquiſitor alter ſine altero ad reorum capturam procedere non poteſt.*

38 *Inquiſitores ſinè Epiſcopo ordinario non poſſunt hæreticos duro, & arcto carceri tradere, neque illos torquere &c.*

39 *Inquiſitores ſoli non poſſunt vinctos inedia cogere ad veritatem aperiendam.*

40 *Inquiſitores præter alias pœnas, quibus puniendi ſunt, ſi hæreticos, vel ſuſpectos non coerceant, & innocentes infament, in ſententiam majoris excommunicationis incurrunt.*

41 *Inquiſitores munera ne accipiant.*

42 *Munera accipere quàm ſit periculoſum judicibus, probatur multorum Sanctorum auctoritatibus.*

43 *Iudicibus regiis legibus vetitum eſt, ne eſculentum, aut poculentum quid accipiant.*

44 *Inquiſitores, qui pecuniam extorquent, quomodò puniri ſoleant.*

45 *Inquiſitores, qui dona accipiunt, quo pacto puniendi ſint.*

46 *Inquiſitores quid in memoria, & ante oculos habere debeant.*

47 *Inquiſitores relinquentes curiæ ſeculari quoſcunque hæreticos pertinaces, non incidunt in irregularitatem.*

48 *Omnes judices, & Magiſtratus tenentur obedire mandatis Eminentiſſim. Card. Generalis Inquiſitionis.*

De Inquiſitoribus Apoſtolicis.

1 Impii homines, & hæretici, hoſtes Reipublicæ pernicioſiſſimi ſummis cruciatibus, atque ſuppliciis ab omnibus ferè nationibus ſemper affecti ſunt; id quod ſub titulo de pęnis pleniùs exequemur. Apud Athenienſes autem, qui (ut in Atticis Pauſanias eſt auctor) majori ſtudio, quàm alii, res divinas habuerunt, & qui Deorum cultu, ſtudioque religionis longè cœteras omnes civitates anteibant, non tantùm Areopagitæ impios ſeveriſſimè puniebãt, ſed etiam cauſa violatæ Religionis apud Eumolpidas agebatur, ſicut in oratione adverſus Androtionem Demoſthenes memorat.

Areopagitæ, & Eumolpidę violatæ Religionis Iudices apud Athenienſes.

2 Erant autem Sacrificorum pars Eumolpidæ, ac Eleuſinæ Sacra faciebant, & apud hos ſæpè impietatis agebant, qui volebant, quemadmodum Ulpianus rhetor Demoſthenis interpres enarrat: & veteres quidẽ Græci myſterium Eleuſinum omnibus, quę pietatis cauſa diis ſuis offerebant, tantò eſſe auguſtius duxerunt, quantò Deos ipſos Heroibus prætulerunt. Teſtis Pauſanias lib. 10. de rebus Phocenſium, qui lib. 5. Eliacorum ſcripſit: *Multa ſanè habet Græcia, quæ vel ſpectentur, vel audiantur, cum admiratione; ſed omnium accuratiſſimè divinitus Religione imbutis animis Eleuſina initia, & Olympici ludi celebrãtur.*

Eumolpidæ Eleuſinæ Sacerdotes.

3 Unde illud obſervabis; in Repub. Atheníenſiũ, religioſiſſima quidem omnium, & ſapientiſſima (quod enim in oculo pupilla, in anima ratio, hoc Athenæ ſunt in Græcia, ut ait Philo) antè bis mille annos fuiſſe judices violatæ religionis Sacerdotes; eoſque non qualeſcunque, ſed optimorum, maximorumq; myſteriorum; ut indè elucere poſſit origo quædam Inquiſitorum noſtrorum. Sic etiam apud Romanos, cum de Religione, deque Sacrificiis diſſenſio erat, Populus Pontificem Maximum conſulebat. Illudque perutile fore ratus eſt Numa Pompilius ejus Sacerdotii auctor, ne jus divinum negligendo, patrios ritus, peregrinoſque aſciscendo, turbaretur, ut *lib. 1. de Sacerdotiis prodidit Feneſtella cap.* 8. Sed jam ad Inquiſitores veniamus.

Antè bis mille annos Iudices Violatę Religionis Athenis noſtris Catholicis ſimiles.

4 Inquiſitores Apoſtolici ſunt judices à Pontifice Maximo delegati, quibus Jure Pontificio data eſt juriſdictio plena contra omnes hæreticos, & Apoſtatas. Eorum autem officium, non modò utile eſt Chriſtianæ Reipub., ſed etiam admodùm neceſſarium: quod quidem in Hiſpania in dies magis, magiſque compertum habemus. Hoc enim officio Sacroſancto Fides Catholica pura, inviolataque, jàm pridem apud nos cuſtoditur. Quod, ſi pari diligentia, auctoritate, & poteſtate in cœteris Chriſtianorum Regnis, Provinciiſque factum eſſet, alia profectò nunc foret Chriſtianæ Reipublicæ facies, quàm quæ hodiè in Germania, & aliis Nationibus fœdiſſima cernitur. Nam ſi cum primùm Lutherus, Zvinglius, Bucerus, aliaque id genus peſtifera monſtra ſua venenata dogmata in vvlgum ſpargere cæperunt, ab Inquiſitoribus Apoſtolicis compræhenſi, combuſtique fuiſſent, non tàm brevi tempore tot infelicium animarum myriades iſtorum hæreſibus infectæ periiſſent. Sic olim Arrius in Alexandria una ſcintilla fuit; ſed quoniam non ſtatim oppreſſus eſt, totum Orbem ejus flamma populata eſt; adeò omne malum, ut naſcens facilè opprimitur, ita inveteratum, & robuſtius fit, & vix magno negotio extinguitur. *c. reſecanda 24. q. 3. Cicero Philip. 5. Brun. lib. 5. de lega. cap. 18.*

Quid Inquiſitores Apoſtolici ſint.

5 Reges illi noſtri, verè Catholici Fernandus, & Iſabella, ſanctam hanc Inquiſitionem adverſus omnes hæreticos auctoritate Pontificis Maximi in Hiſpaniam induxerunt, & judicii ordinem, quo etiam hodie utimur, magna ex parte inſtituerunt; per omnes Hiſpaniarum Provincias locis opportunis Inquiſitores Apoſtolicos diſpoſuerunt, quibus univerſa Hiſpania cunctis hereſibus liberata quieſcit. Sic olim Archadius, Honorius, Theodoſius, ſimile quippiam feciſſe memoriæ traditum eſt. Nam ad arcendos illicitos hæreticorum conventus, lata lege inſtituerunt, ut in ſpecula fidiſſimi quique conſtituerentur, qui & hæreticos cohibere poſſent, ac deprehenſos judiciis offerrent, ſeveriſſimum ſecundum veteres ſanctiones, & Deo ſupplicium daturos, & legibus; quemadmo-

S. Inquiſitio in Hiſpania à Fernando, & Iſabella Regibus inſtituta.

modùm in codice Theodoſiano ſub titulo de his, qui ſuper Religione contendunt pleniùs continetur *l. 6.*

Inquiſitoris Generalis in Hiſpania electio, & munera.

6 Caput autem, & Princeps hujus Sancti officii eſt Inquiſitor Generalis, quem Rex noſter eligit, Pontifex Maximus approbat, eique pleniſſimam poteſtatem tribuit in cauſis hæreticorum. Ad hujus officium pertinet, Inquiſitores, & omnes alios Miniſtros eligere: Viſitatores ad Inquiſitorum Provincias mittere, cum pœnitentibus, & eorum filiis nonnunquàm diſpenſare, ac de rebus gravjoribus deliberare.

7 Conſiliarii Senatus Sanctæ, ac Generalis Inquiſitionis ab Inquiſitore Generali nominātur, & à Rege noſtro eliguntur; & hi ſummam habent cognitionem, & juriſdictionem. Eorum autem officium eſt, cauſas appellationum excutere, diſſidia Inquiſitorum componere, crimina Miniſtrorum punire, & cum Inquiſitore Generali de rebus arduis conſultare: ad ſummam, Senatum ſupremum juxtà Solonis legem, à Plutarcho in Solone relatam, ſpeculatorem rerum omnium, & legum cuſtodem eſſe oportet.

8 Paulus Æmilius de Carolo Magno ſcribens lib. 3. inquit: *Sanctius, arcanumque delectiſſimorum, integerrimorumque virorum Concilium ſinè provocatione inſtitutum, delectique pari ſanctitate, velut ſpeculatores, qui cæteris omnibus ignaris oppida, vicoſq; ac conciliabula circumirent, moreſq; & dicta cujuſque, factaq; notarent, ac quemcunque perditæ religionis reverſi in Concilio coarguiſſent, ſinè intereeſſione, primo quoque tempore, ubicunque comprehendi poſſet, necaretur. Nemini ſua dignitas ſuffragabatur: ſummi, infimiq; priùs laqueo ſuſpenſi conſpiciebantur, quàm rei fuiſſe audiebantur; Judices, ſpeculatoreſq; rem totam, notaſq; quibus reus coargueretur, tàm ſanctè occuluere, ut eum Carolo Auguſto defuncto, idem inſtitutum viveret, nullis unquam minis, nullo malo adduci potuerint, ut enunciarent.*

9 Ad hoc autem munus, tàm ſanctum, & venerandum, non quilibet ſunt eligendi; ſed viri probitate, & prudentia præditi. *Oportet enim*, ut Plato inquit, *eos, qui rectè Magiſtratum accepturi ſunt, ab adoleſcentia probatos fuiſſe, tàm ipſos, quàm ſuos uſque ad ipſam electionem.* Et lib. 1. de Repub. *Qui Magiſtratum gerere debent, probi, electique ſint; Nam ut oculi propria virtute privati, malè vident: ità anima propria virtute deſtituta, malè ſuum opus peragit. Neceſſe eſt igitur, malam animam, malè imperare, atque curare; bonam verò hæc omnia benefacere.* Ariſto. quoque lib. 6. Ethic. cap. 12. ait: *Bonum, niſi bono viro, apparere nemini; pervertit enim judicium vitioſitas, & exeæcat intellectum, efficitq; ut circa principia rerum agendarum improbus homo fallatur.* & Philo. lib. de legat. ad Cajum: *Solet Deus bonis viris, bona conſilia ſibi, & Reipub. commoda ſuggerere. Plato. 6. de legib.*

Inquiſitores Reorum non modo Iudices ſed curatores, & Patres.

10 Itaq; omni virtute ornatos Inquiſitores eſſe oportet, quippè qui reorum non judices modò, ſed etiam Curatores, & Patres eſſe debeant: ſed inter virtutes omnes judicibus neceſſarias, prudentia obtinet principatum; virtus quidem oculatiſſima, ſaluoribus intenta conſilijs, præterita, præſentia, & futura conſpiciens. Docet in Memnone Plato, neminem rectè præeſſe poſſe, niſi ſit prudens, & omnes animæ impetus, atque omnes declinationes, ducente prudentia, ad beatitudinem tendere, imprudentia verò ad contrarium, & Ariſto. lib. 6. ethic. cap. 13. ait: *Neque ſine prudentia quemquam vera probitatis, neque ſinè virtute prudentiæ nomen obtinere poſſe; Neque enim ulla poteſt eſſe juſtitia ſine prudentia, ne alia quidem virtutes; ſed invicem ſeſe coadjuvant, comitantes prudentiam.* Et ut ibidem Ariſt. inquit lib. 3. politi. cap. 3. *Virtutum ſola prudentia eſt imperium obtinentis propria.* ſed de his alio loco pluribus.

11 Nemo Inquiſitoris officio fungi debet, qui quadrageſimum annum nondum attigerit, ut Clementis conſtitutione cavetur, idque rectiſſimè; Maturitas enim ætatis ad tam grave munus neceſſaria eſt; *ætas autem quadraginta annorum* (ut ait Dionyſi. lib. 2. Roman. antiquita.) *prudentiſſima eſt, & ſolida doctrina, & experientia tribuitur*; quin etiam mens, & intellectus in pleriſque maximè viget circa quinquageſimum annum auctore Ariſtot. lib. 7. politico cap. 6. Mirum autem videri poteſt, quod in Epiſcopo, qui ordinarius Inquiſitor eſt, ætas duntaxat triginta annorum exigitur, in Apoſtolicis verò Inquiſitoribus requirantur anni quadraginta; ſed, ut inquit Panor. Epiſcopi

apud Papam in Collegio Cardinalium promoventur, ſed Inquiſitores creari ſolent, non tàm exactè cauſa cognita; ideòque maturiores ætate eos lex eſſe volvit, quò intelligant omnes non temerè in ſuſpectos de hæreſi eſſe irrumpendum, ſed ſapienter, & cum ſumma animi prudentia tractandum eſſe tale negotium. *c. cum in cunctis*, & illic *Abbas de electi. Coraſius de Sacerdotio par. 3. cap. 3.*

12 Sed quia nonnunquàm ſcientia, & prudentia defectum ætatis ſupplet. Pontificis Maximi generali Decreto conſtitutum eſt, ut qui trigeſimum annum attigetit, Inquiſitor Apoſtolicus in Hiſpania eſſe queat. Neque id injuria; nàm Chryſoſt. in Evangelium Marci, homil. inquit: *Hominibus perfecta ætas triginta anni ſunt.* Et Theophilatus in Lucam cap. 3. *Aetas triginta annorum perfectiſſima eſt, & illa homo, vel probus, vel improbus cognoſcitur. Clem. 2. de hæreti.*

13 Quamvis Inquiſitores Apoſtolici, Judices delegati ſint, in cauſarum tamen cognitione, atque in pleriſque alijs, parum diſtant ab ordinatiis judicibus *c. ne aliqui cap. per hoc de hæretic. lib. 6.* & inibi interpretes. *Anchar. & Collectar. in cap. ad abolendam de hæret. & Gemini. conſ. 54. Alciat. in rub. de off. ord. nu. 19.*

14 Inde eſt, quod Inquiſitorum officium non finitur morte Pontificis Max., à quo delegati ſunt, etiam ſi nondum juriſdictione delegata uſi fuerint: id enim jure ſingulari in favorem fidei conſtitutum eſt. Qua ratione durat etiam eorum officium Inquiſitore generali mortuo, quamvis ab eo delegati eſſe videantur; & eo magis, quia ſub hac forma delegantur. *Committimus vobis vices noſtras, donec ſpecialitèr illas ad nos duxerimus revocandas:* quo caſu, mortuo delegante, juriſdictio judicis delegati durat. *c. ſi delegatus de offi. delegat. lib. 6. cap. ne aliqui*, & ibi Doct. *de hæreti. Nicolaus Arelata de hæreti. nota. 4.*

15 Si quid arduum, atq; difficile contigerit in Provincia, Inquiſitores ad Senatum ea referre debent; ut olim judices Iſrael quidquid gravius erat, referebant ad Moyſen. *Exod. 18. & 4. inſtructione Toletana cap. 21.*

16 Sex horis quotidiè ſedeant Inquiſitores in tribunali, & ſi quid invenerint, quod ad Inquiſitores alterius Provinciæ pertinere poſſit, ad eos id mittant, & nuncio ſolvantur itineris expenſæ ab eis Inquiſitoribus, ad quos miſſus fuerit. *l. Titium, & Mævjum. §. 1. ff. de adminiſt. tutorum 4. inſtructione Toletana cap. 28. & 3. Valdolitana. cap. 9.*

17 Præterea, Inquiſitores aſſiduè legant eos libros, in quibus teſtimonia contra hæreticos ſcribuntur, ut ex his colligentes nomina reorum, & ſcelera de criminibus uniuſcujuſque ſeorſum cognoſcant; qua in re uti poſſunt opera promotoris Fiſcalis, & Notariorum. De hoc autem viſitatores nominatim inquirere debent, & ad Inquiſitorem generalem referre, ſi forte Inquiſitores negligentes fuerint, 5. *inſtruct. Hiſpalen. cap. 3.*

18 Summa ope niti debent Inquiſitores, ut amici ſint, & concordes: Si qua verò inter ſe contentio fuerit orta, eam occultent, & ad Inquiſitorem generalem referant, ut cauſa cognita, rem componat, & inter illos judicet. *prima inſtruct. Hiſpal. cap. 26.*

19 Maxima quidem incommoda ex diſcordia judicum oriri ſolent; nec major pernicies eſſe poteſt Reipub. quàm diſſidentium inter ſe Magiſtratuum diſcordia; Dum enim quiſque ad ſuum tendit conſilium, negotia publica peſſum ire videas; &, ut Grego. ait lib. 19. in Iob. *Perverſæ mentes ſi ſemel ad ſtudium contrarietatis eruperint, ſivè parum, ſivè rectum quid à contradicentibus audiant, adverſis hoc reſponſionibus impugnant; quia cum perſona per contrarietatem diſplicet, neque recta, quæ protulerit, placent.* Illa quoque præclara eſt Ariſto. ſententia: *Magiſtratus ſi concordes ſint, facilè rempub. moderaturos, diſcordibus verò plebem ipſam dominari.*

20 Antiquior Inquiſitor præferendus eſt, etiam ſi translatus fuerit ab una Provincia in aliam; niſi fortè antiquior privatus ſit officio, & poſtea reſtitutus: vel ſpontè ad certum tempus Inquiſitor eſſe deſierit; quemadmodum quadam epiſtola Inquiſitoris generalis pleniùs continetur. *l. qui ad tempus ff. de decurio. cap. 1. de major. & obedien.*

21 In eadem Provincia duo Inquiſitores conſanguinei creandi non ſunt, neque habere debent officialem aliquem in famulum, aut familiarem. *2. inſtru. Hiſpal. cap. 1. & 4. Toletana cap. 12.*

22 In-

22 Inquiſitores ſinè Epiſcopo inquirere poſſunt, & in jus vocare, & reos in carcerem mittere, & eos vincere compedibus, & manicis ferreis; & eadem facere poteſt Epiſcopus ſinè Inquiſitoribus; ſed Epiſcopus; & Inquiſitores ſimul convenire debent, ut puniant hæreticos, & Apoſtatas, & eorum fautores, defenſores, & receptatores: & ut innocentes abſolvant, & pœnitentes ad Eccleſiæ unitatem admittant. *Clem. 1. §. 1. de haret. c. ut commiſſi. §. privandi de hare. lib. 6. cap. ad abolendam eodem tit. lib. 5.*

23 Poſſunt Inquiſitores uti familiaribus armatis ad ſuam juriſdictionem tuendam: Eſt enim neceſſarium (ut ait Ariſtot. lib. 7. politi. cap. 8.) habere in rebus publicis arma, quibus, & magiſtratibus parere inobedientes cõpellantur, & vis propulſetur externa; Nàm qui Reipub. præſunt, hos armis, tum ad tuendum imperium, & detrectantes coercentur, tùm ad vim, ſi quis injuriam extrinſecùs inferre conetur, propulſandam, inſtructos eſſe neceſſe eſt. *Clem. 2. §. ulti. de haret. Lucas in reb. C. de fabricen. lib. 11.*

24 Poſſunt præterea invocare auxilium quorumqumq; Principum, & Magiſtratuum, etiam tyrannorum, & excommunicatorum: & teſtes trahere ultrà duas dietas, & committere citationes, & alia acta judicii, & convocare Clerum, & Populum, ut audiant ſermonem de Fide, & pœnam perpetui carceris temperare, & quoſcunq; judices compellere, ut exhibeant acta contra hæreticos facta. *cap præſidentes. c. ut officium. §. denique. c. ut commiſſi de hare. lib. 6. gloſ. in Clem. nolentes de haret. Cardi. in Clem. 1. §. quia eo tit. c. cum Bertholdus de ſenten. & re judi.*

25 Poſſùnt quoq; ambo Inquiſitores ſimùl, & altèr eorum ſeparatim, inquirere contra hæreticos in tota Provincia ſibi commiſſa, & jus dicere poſſunt in qualibet ejus parte, & executore abſente, poſſunt alium creare. *cap. ut officium de haret. lib. 6.* & illic *Anchar. 3. inſtructi. Valleolit. cap. ulti.*

26 Poſſunt Inquiſitores prohibere ſuſpectos uti armis, idq; magnis pœnis ſancire: præſertim cum in eos tutè inquiri non poteſt. Nàm omnibus Magiſtratibus ſecundum jus poteſtatis ſuę conceſſum eſt, juriſdictionem ſuam defendere pœnali judicio; & cui juriſdictio data eſt, ei quoq; conceſſa ea eſſe videtur, ſinè quibus juriſdictio explicari non potuit. Poſtremò, quia Inquiſitores punire eos poſſunt, qui quoquomodò impediunt officium Sanctæ Inquiſitionis. *l. 1. ſi quis jus dicen. non obtempe. l. 2. ff de juriſdict. cap. accuſatus. §. ulti. cap. ut officium §. compeſcendi de haret, lib. 6.*

27 Adde quod generalitèr vetitum eſt, ne quiſpiam armis utatur; & Thebis nulla privatim erant arma, ut Diodorus Siculus lib. 5. retulit: Satiſque conſtat cives Romanos arma privatim non habuiſſe: Sed in Tarpeja rupe, aut in armiluſtrio fuiſſe condita; nam quoties exercitus deducendus erat, inde accipiebantur arma: Undè illud Lucani: *Jam rupes Tarpeja ſonat.* Et Spartianus ait, Veſpaſianum ex armiluſtrio arma legionibus permiſiſſe: memoratq; id *Blondus lib. 6. Romæ triumphantis, & Barthol. Marlianus lib. 5. de antiqua Romæ Topographia cap. 4. l. 1. ff. ad l. Juli. de vi publica auth. de armis conſtitutio. 85.*

Thebis nulla privatim arma nec Romæ.

28 Poterunt quoque punire illos, qui factis, aut verbis auſi fuerint ipſiſmet Inquiſitoribus injuriam facere: ac tantò quidem id magis, quantò ſanctius, & venerabilius eſſe debet eorum officium, quam aliorum omnium judicum *cap. 1. de pœnis lib. 6. Zanchi. cap. 32.*

29 Item cõmittere poſſunt vices ſuas, & propter valetudinem, & abſentiam ſubdelegare queunt. *Clem. 1. §. porro. & Clem. 2. de haret.* ubi notant *gloſ. & Boniſac. nu. 30. & Gonſalus de haretica pravita. qu 7. Zanchi cap. 30.*

30 Poſſunt quoq; Inquiſitores cognoſcere ubi ſcandalum fuerit ortum ex aliqua quæſtione Cathol. Fidei. Nam, & ſi nemo ſit qui accuſet, nihilominus tamen ex officio ſuo hi judices inquirere poſſunt ad publicam animarum utilitatem. *cap. inter ſolicitudines de purga. cano. Joan. Monac. Joan. Andre. Domin. & Philip. Francus in cap. ut officium in princip. de haret. lib. 6.*

31 Item poſſunt compellere fautorum hæredes, ut pœnam fautoribus impoſitam ex bonis eorum ſolvant: niſi fortè fautores deceſſerint, priuſquam pœnitentia fuerit illis injuncta. Demum procedere poſſunt contra quoſcunq; Apoſtatas, hæreticos, & ſuſpectos, etiam ſi multis, ma-

gniſq;

gniſq; privilegijs, dignitatibus, aut exemptionibus illi muniti ſint. Nulla enim prerogativa cuiquam prodeſſe poteſt, ut à juriſdictione Inquiſitorum eximatur *cap. accuſatus. §. ſeculares de haret. lib. 6. cap. excommunicamus. §. credentes in fine. c. ſicut. c. ad abolendam. §. ulti. eod. tit. lib.* 5. & illic *Lapus, Anch. Joan. de Ana.* & cœteri.

32 Itaque quicunque in hæreſim incidit, puniri poteſt ab Inquiſitoribus, ſivè Laicus ille ſit, ſivè Clericus, ſivè Monachus cujuslibet Ordinis, inſtituti, aut Religionis, ſivè nobilis, ſivè ignobilis, ſivè liber ſit, ſivè ſervvs. Etenim ſapienter admodùm Theophyl. ait: *Nullã eſſe cujuſquã dignitatis habendam rationem, ubi de dogmatibus ipſis, & fide agitur.* Quam ob cauſam ſuperioribus annis declaratum fuit à Rege noſtro Catholico Maximo, ut milites Sancti Jacobi, ſi fortè hæretici fuerint, exempti non ſint à juriſdictione ordinaria, neq; ab Inquiſitorum juriſdictione: quod eadem omninò ratione ſervandum erit in militibus Sancti Joannis, & aliarum militiarum. Conſulendus tamen eſt Inquiſitor generalis, & res ad Senatum referenda eſt, priùſquam Religioſi, aut egregiæ perſonæ ab Inquiſitoribus mittantur in carcerem, ut quodam Senatus conſulto pleniùs continetur: quod mea quidem ſententia expectandum non eſt, cum reus fugere vellet, aut periculum eſt in mora. *Theophyla. in epiſt. ad Gala. c. 1. concordia cum militibus Sancti Jacobi anno Domini* 1527. *Petr. de Anchar. in c. ut officium de haret. lib. 6. l. ait prator. §. ſi debitorem. qua in fraud. cred. Alexand. conſ. 64. lib. 2. Decius conſ. 75. & l. 1. de damn. infe.* & ibi *Franc. Rip. nu. 4. Joannes Igne. in l. hares qui ad Sillan. Hippol. in pract. §. conſtante.*

33 Multa preterea Inquiſitorum arbitrio relinquuntur; ſed illa potiſſimũ, quæ non inveniuntur jure, aut inſtructionibus definita. Quod, & in aliis quibuſcunque judicibus jure conſtitutum eſt. Nam ea, quæ legibus non ſunt expreſsè ſancita, neceſſe eſt, ut judicum arbitrio relinquantur 1. *inſtruct. Hiſpal. cap. 28. lib. 1. de jure delib. l. 1. de effracto, & expilato. Decius in ca de cauſis de offic. deleg. Hippol. in l. de minore de quaſt. Tiraq. in l. ſi unquam. C. de revocan. donat. glo. omnia nu.* 30. *Menochius de arbitrariis* copioſiſſimè.

34 Ceterum Inquiſitorum, & aliorum omnium judicum arbitrio levjora tantùm relicta ſunt, & illa etiam, quæ legibus comprehendere impoſſibile eſt. Nam, ut eſt apud Platonem; *Gravjora legibus definienda ſunt, non autem arbitrio judicis relinquenda.* Quod Ariſt. quoq; docet pluribus rationibus additis: *Maximè*, inquit, *convenit, ut qua rectè poſita ſunt leges, cuncta ipſa explicent, qua explicari queant, & quam minima judicibus relinquant.* Primùm, quia unum, aut paucos prudentes, qui leges ferre poſſint, aut judicare, facilius eſt invenire, quàm multos; deindè, quoniam longi temporis conſideratione leges feruntur, judicia breviſſimè conficiũtur; difficilè eſt, ut benè à judicibus juſtum, & conducibile diſtribuatur. Illud autem omnium maximum eſt, quòd legislatoris judicium, non de ſingulis, neq; de præſentibus, ſed de univerſalibus, & de futuris eſt; ſenator verò, & judex de præſentibus, jam determinatiſque judicant. Undè fit, ut cum ament, & oderint, ſua quoq; utilitas connexa ſit, non ſatis queant veritatem perſpicere; ſed propria vel voluptas, vel dolor judicia ſua obumbret. Quare minimam cœterarum rerum poteſtatem judici tribuendam dicimus; Factum verò eſſe, aut non factum, & fore, aut non fore, eſſe quoque, vel non eſſe; hæc omnia, cum non poſſit legislator providere, Judicibus relinquenda neceſſariò ſunt. *Plato 9. de legibus Ariſto. lib. 1. rheto. cap. 1. & lib. 3. Polit. cap. 11.*

35 Inquiſitores igitur gravjora negotia legibus non compræhenſa, arbitrio ſuo definire non poſſunt; ſed Inquiſitorem Generalem, & Senatum de illis cauſis conſulere debent. Neque in his rebus, quæ arbitrio eorum relinquuntur, pro voluntate, aut libidine, ſeù ſecundum jura, & leges judicare queunt. Neque ſuam ipſorum conſcientiam ſequi poſſunt, niſi legibus undique ſit informata. Adde, quòd magis periculoſa eſſe poſſunt horum judicum, quàm aliorum judicia; quia cum de ſalute ſpirituali, & converſione Reorum potiſſimè tractent, conſcientias tamen eorum, de quibus judicant, ut Auguſt. inquit, cernere nequeunt. Mitius igitur, & cautius in omnibus eos agere oportet. 2. *inſtruct. Hiſpal. cap. ult. l. illicitas. §. veritas de officio praſid. Auguſt. lib. 19. de Civitate Dei cap. 6.*

36 Sunt

36 Sunt autem aliqua Inquiſitoribus prohibita, brevitèr jam commemoranda. Primùm, ne in Epiſcopos, vel Superiores Prælatos inquirant, niſi hoc fuerit illis expreſsè commiſſum. Deindè prohibetur eis, ne adversùs Nuntios, vel alios Officiales Apoſtolicæ Sedis procedant, inſciẽte Papa; ſed poſſunt examinare teſtes, ut Papam conſulant, alioqui eis non crederetur. *c. Inquiſitores de hæret. lib. 6. extravag. cum Matthæus eodem tit.*

37 Neque poteſt alter Inquiſitor ſinè altero procedere ad capturam reorum, nequè ad purgationem indicendam, neque ad publicationem teſtimoniorum, neque ad copiam actorum reo dandam. Alia verò levjora ab altero tantùm Inquiſitore peragi poſſunt. Hoc tamen ſervandum eſt, cum ambo Inquiſitores pręſentes ſunt; nam altero abſente, alter ſolùs ea omnia facere poteſt, convocatis peritis, ubi opus fuerit 4. *inſtru. Tol. cap.* 1.

38 Ad hæc, Inquiſitores ſinè Epiſcopo ordinario, aut ejus vicem gerente, aut ſinè delegato capituli, Sede vacante, nequeunt hæreticos duro, & arcto carceri tradere: neque illos torquere, neque ſententias proferre. Quod ſi ſecùs factum fuerit, irritum eſt ipſo jure, niſi fortè intrà octo dies poſtquam Epiſcopus, aut capitulum, Sede vacante, fuerint requiſiti, legatum, aut vicem gerentem mittere noluerint. Nàm, & ſi abſentes ſint, poſſunt tamen per literas vices ſuas committere: ſed quidam putant, poſſe Inquiſitores ſinè ordinario torquere teſtes, quamvis reos ipſos torquere ordinario inſcio nequeant. *Clem. 1. §. duro. de hæret.* & illic *Joan. de Imola. & Cardina. quæſt. 3.*

39 Nec poſſunt Inquiſitores inedia cogere vinctos ad revelandam veritatem, niſi cum Epiſcopo ſimul, vel delegatis: quia hæc ſpecies magni tormenti eſt, nec poſſunt hæreticos damnatos reſtituere in integrum. *glo. in d. §. duro, & inibi Paul. Cardin. Joan. Imol. & Bonif. adde Tiraq. de terra municipali §. 26. gloſ. 1. num. 21. Zanchi. cap.* 38.

40 Præterea, Inquiſitores, qui hæreticos, vel ſuſpectos non coercent, & qui innocentes inſamant, præter alias pœnas, quibus pro menſura criminis puniendi ſunt, in ſententiam quoq; majoris excommunicationis incurrunt, & abſolvi ab alio nequeunt, quàm ab ipſo Papa, prætèr quam in mortis articulo; quo caſu ſatisfactionem priùs offerre debent. Ab hac tamen pœna immunes ſunt Inquiſitores, qui propter aliquam juſtam, & probabilem cauſam hæc fecerint, aut omiſerint. *Clemen. 1. §. verum de hæret. & ibid. gloſ. & Cardi. §. ult. quæſt. 5. Cajet. in ſumma, verbo, excommunicatio cap.* 3.

41 Inquiſitores ne accipiant munera,
ut enim in Exodo legitur: *Munera etiam* Cap. 23.
prudentes excæcant, & ſubvertunt verba
juſtorum, & in Deutero. *Non accipies per-* Cap. 16.
ſonam, neque munera, quia munera excæ-
cant oculos ſapientum, & mutant verba ju-
ſtorum. Et in Eccleſiaſtico: *Xenia, & do-* Cap. 20.
na excæcant oculos judicum, & quaſi mu-
tus in ore avertit correptiones eorum. Et li-
bro 1. Reg. Filii Samuel acceperunt mune-
ra, & perverterunt judicium, *Exod. 23.*
Deuter. 16. Eccleſ. 20. lib. 1. Reg. cap. 8.

42 Multa præterea in eandem ſententiam ſacri Doctores frequenter inculcant. Nazianze. Oratio. 23. *Eſt aurum tyrannus occultus, qui nunc ut plurimum res pervertit humanas, atque eis illudit.* Ambroſ. in priorem Pauli epiſtolam ad Corint. *Libertatem arguendi amittit, & peccat qui ab eo accipit, qui ideò dat, ne corrigatur.* Et Leo Magnus ſermo 9. de paſſi. Dom. *Nullum eſt in illo corde juſtitiæ veſtigium, in quo ſibi avaritia fecit habitaculum.* Præterea Chryſoſt. Iſidorum, Platonem, Demoſthenem, & innumerabiles alios. *Chryſoſt. in Joan. homil. 64. c. Pauper. 11. quæſt. 3. Plato lib. 12. de legib. Demoſthen. oratione de pace, & Philippi 3. & oratione de falſa legatione. Cicero lib. 2. offi.* & quæ ipſe collegi *lib. 6. de Republica cap. 3. & 4.*

43 Quamvis legibus Romanis permitteretur judicibus eſculentum, & poculentum accipere, quod intrà dies proximos prodigeretur, & Pontificio jure id ipſum quoque liceret judicibus delegatis; legibus tamen Regiis vetitum eſt, & magnis pœnis ſancitum, ne Judices dona eſculenta, vel poulenta accipiant. *l. ſolent. de offic. proconſ. l. plebiſcito de offic. præſid. cap. ſtatutum, & inſuper de reſcrip. lib. 6. l. 7. cum ſeq. tit. 15. lib. 2. ordin.*

44 Inquiſitores, qui pecuniam extorquent in ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrunt, & abſolvi non poſſunt, niſi ablata reſtituant. Convicti au-

tem

tem de hoc crimine, officio privandi ſunt, & pro modo criminis puniendi, & officiales hoc indicare debent. *Clem. 1. §. utrum, & Clem. 2. de haret.*

45 Sed hoc ampliùs eſt additum inſtructionibus noſtris, ut Inquiſitores, qui dona acceperint, in ſententiam excommunicationis incurrant, & officio priventur, & duplum reddant; idque etiam ſi ab officialibus dona acceperint; quin imò, qui id commiſerint, decem millibus nummis prætereа mulctentur. Et officiales, qui hoc non retexerint, eiſdem pœnis afficiantur. *prima inſtruct. Hiſpal. cap. 25. & inſtru. 2. c. 1. & inſtruct. 4. cap. 15.*

46 Poſtremò, Inquiſitores meminerint ſemper eorum, quæ Joſaphat Rex Juda præcepit judicibus, dicens: *Videte quid faciatis; non tantùm hominis exercetis judicium; ſed Domini; & quodcunq; judicaveritis, in vos redundabit; ſit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite.* Et, ut jam antè dixi, Inquiſitores non tantùm Judices, ſed etiam Curatores, & Patres reorum eſſe debent. *Plus erga corrigendos agat benevolentia, quàm ſeveritas*, ut ait Leo: *plus exhortatio, quàm comminatio; plus charitas, quàm poteſtas.* Et juxta Gregorii dictum: *Sit amor, ſed non emolliens; ſit rigor, ſed non exaſperans; ſit Zelus, ſed non immoderatè ſaviens; ſit pietas, ſed non pluſquàm expedit parcens:* Ad ſummum ſint inquiſitores in reis inquirendis diligentes, & cauti; in puniendis pertinacibus conſtantes, & ſeveri, in recipiendis pœnitentibus clementes, & benigni; denique in rebus omnibus prudentes, & juſti. *2. Paralip. cap. 19. Leo epiſto. 82. Gregor. lib. 20. in Job. cap. 6. c. licet. c. diſciplina 45. diſtin. c. judicantem 30. quaſt. 5. 1. l. de judicijs. C. Theodoſi.*

2. Paralip. 19.

47 Tum illud addo, quòd Inquiſitores relinquentes Curiæ ſeculari quoſcunq; hæreticos pertinaces, non incidunt in irregularitatem; quia Pontificis Maximi, & legum auctoritate hoc faciunt; idque eſt præcipuum eorum munus. Neq; opus eſt proteſtatione, aut aliqua interceſſione, ut ab irregularitate liberentur; quia id nullo jure cavetur; quamvis Eccleſiaſticam mãſuetudinem deceat pro iſtis intercedere. *Specu. titu. de jud. de leg. §. juſta. Archi. in ſumma 23. q. 8. Maria. Socin. in cap. ad audientiam de homici. nu. 57. Covar. in Clem. ſi furioſus de homicidio par. 2. §. 5.*

48 Omnes Judices, & Magiſtratus tenentur obedire mandatis Eminentiſſimorum Cardinalium Generalis Inquiſitionis in his, quæ ad eorum Sanctum Officium pertinent: & omnes Reges, & Principes debent eis, & eorum Officialibus favere, & auxilium præbere, ſicuti Pius V. conſtituit.

ANNOTATIONES.

1 Impii homines, & hæretici &c.

S. Inquiſitionis Originem ab Omnipotente Deo, & Adam ad hæc uſque tempora deducentem, legé *Ludovic. à Paramo de Origine S. Inquiſit. lib. 1. per totum*, Doctores verò, qui de Inquiſitoribus Apoſtolicis pertractarunt, vide apud *Pegnam in addit. ad Eymer. 3. part. direct. comment. 50. verſic. ac de his quidem.*

4 Inquiſitores Apoſtolici &c.

Inquiſitores Apoſtolicos eſſe Iudices competentes in hæreſeos cauſis, eſt tex. *in Clement. 1. § propter de Hæretic. de poteſtate, & auctorit. Inquiſit.* præter illa, quæ hoc tit. à Simanc docentur, vide *Conrad. Brun. in tract. de Hæretic. lib. 4. cap. 1. Caren. tract. de hæret. num. 75. & ſequen. Auctor. Lucerna, verbo Inquiſit. Decian. tract. Crimin. lib 5. cap. 22. & 25. Pegnam in addit. ad Eymeric. 3. part. direct. quaſt. 86. comment. 135. §. rurſus non modo, & ſequen. cum omnibus DD. in c. commiſſi de. hæretic. in 6.*

De Tempore, quo Inquiſitores inſtituti fuerint, & qua de cauſa, præter à me ſuprà no. *tit. 25. rubric. de Epiſcopis num. 4.* lege *Azor. Inſtit. Moral. part. 1. lib. 8. cap 18. rubr de Sacris Apoſt. Inquiſit. quaſt. 1. & Carenam de officio S. Inquiſit. p. 1. tit. 5. de Apoſt. Inquiſit. §. 2.* ubi DD. referuntur, qui D. Dominicum primum fuiſſe Inquiſitorem in Gallia Narbonenſi conſtitutum affirmant.

9 Ad hoc autem munus &c.

De ſcientia, Vita, Morum honeſtate, & Prudentia in Inquiſitoribus requiſita, lege Conſtitutiones Vrbani IV. & Clement. IV. incipientes: *Præ Cunctis*, & editas de Annis 1261. & 1265. quas repetes apud *Eymeric. 2. part. direct.* ubi *Pegna comment. 22.* In quo nam autem conſiſtat hæc ſcientia, Vitæ integritas, & Morum honeſtas, vide apud *Carenam de Offic. S. Inquiſit. par. 1. tit. 5. de Apoſt. Inquiſitorib. partic. 2. num. 20.* ubi docet Inquiſitores, vel in ſacra Theologia, vel in Vtroque Iure graduatos eſſe debere, *partic. 4. num. 30. & partic. 3. num. 23. & ſequen.* ubi tanti faciendam eſſe docet prudentiam in Magiſtratu, ut eligi potiùs debeat Prudens, & minus doctus, quàm magis Doctus, & minùs prudens, ubi ſumus in Magiſtratu annexam habente ſubditorum gubernationem.

11 Nemo Inquiſit. officio fungi debet.

Nota quod ætas annorum 40 inchoatorum, quæ vi Clementinæ *Nolentes de Hæretic.* exigitur in iis, qui ad Inquiſitoris Apoſtolici munus aſſumuntur, ſicuti olim ſibi locum vindicabat, cum Inquiſitores

elige-

eligebantur à Generalibus, & Provincialibus ſuorum Ordinum, ſic hodie, ubi Inquiſitores, vel à Summo Pontifice, vel à Sacra Eminentiſs. Cardinalium Generalium Inquiſitorum Congregatione deputantur, aliquando non attenditur, & Inquiſitores de facto minori pollentes ætate creantur. Vide *Carenam loc. ſuperc. t. §. 4. part. 1. num. 17.* ubi de Inquiſitore Cremonæ caſum in praxi à Sacra Congregatione poſitum refert.

12 Sed quia nonnunquam &c.

Hoc obſervari quoque in Regno Luſitaniæ docet *Souſa in Afforiſm. lib. 1. cap. 1. num. 8.*

14 Inde eſt quod Inquiſitorum Iuriſdictio &c.

De hac re textus eſt in *c. ne aliqui de Hæretic. in 6.* ubi nota quod licèt Inquiſitor deputatus eſſet ad beneplacitum, aut Summi Pontificis, aut Sac. Congregationis, aut Inquiſitoris Generalis Hiſpaniæ, ejus Iuriſdictio, nec mortuo Summo Pontifice, nec per obitum Generalis Inquiſitoris Hiſpaniæ, ſpirat. Vide quæ de hoc contra nonnullos Doctores contrarium tenentes ſcripſerunt *Azor. part. 1. Inſtit. moral. lib. 8. cap. 18. Rubric. de Sacr. Apoſtolo. Inquiſitor. quæſt. 7. Caſtropal. tom. 1. tract. 4. diſp. 8. punct. 12. §. 2. num. 17. & Pegna ad Eymeric. 3. part. direct. quæſt. 7. comment. 56. verſ. ſed ut verum fatear.*

15 Si quid arduum &c.

In Difficilioribus Cauſis mos Sacram Vrbis Congregationem conſulendi in Italia ita percrebuit; ut nullus in contrarium dubitandi ſit locus.

22 Inquiſitores ſinè Epiſcopo.

Facultas, quæ traditur Inquiſitoribus incarcerandi Reos, ſinè Epiſcoporum conſenſu in cauſis Hæreſeos, & è contra, quæ conceditur Epiſcopis abſquè Inquiſitoribus, intelligenda eſt de carcere, qui durus non ſit, & pro ſola cuſtodia; nàm de carcere duro, & qui ſit ad pœnam ſecùs dicendum. *Farinac. de Hæreſi quæſt. 186. §. 3. num. 75.* & nota quod ſi Epiſcopus requiſitus ab Inquiſitore, ſeu Inquiſitor requiſitus ab Epiſcopo ad ſimul conveniendum pro cauſæ expeditione alicujus Rei, infrà dies octo non convenerit, aut vices ſuas non delegaverit, vel conſenſum ſuum non præſtiterit; poteſt Alter ſinè altero ad cauſæ expeditionem devenire. eſt *tex. in Clementin. 1. §. propter de Hæretic.* ubi *Gloſ. in Verbo conſenſum in fine.* A' quo nàm autem tempore incipiat currere terminus ille dierum octo; & quid, ſi poſt hoc tranſacto, dicat Alter ſe velle convenire. Vide apud *Farinac. qui ſupra loc. cit. §. 5. num. 109. & 110.*

23 Poſſunt Inquiſitores.

Nota quod licèt *in Clement. 2. § fin. de Hæretic.* ubi Inquiſitoribus, & eorum Officialibus deferendi arma privilegium conceditur, ipſis inhibeatur diſtrictè, ne conceſſo privilegio abutantur; in caſu tamen abuſus, privilegium nequaquam amittunt. Vide *Cardin. Zabarel. in §. porrò in ſummario, & in primo notabil. & Bonifac. de Vitalin. in ſummar. ante num. 1. & num. 125.* Quando nàm autem dicantur Inquiſitores arma deferendi, & Miniſtris S. Inquiſitionis concedendi privilegio abuti, lege apud *Farinac. de Hæreſi quæſt. 182. §. 6. num. 93. & 94.* & quod non obſtante quacunque delationis armorum prohibitione facta à quavis lege, ſivè Civili, ſivè Municipali, poſſint Officiales S Inquiſitionis, & Inquiſitorum familiares quocunque tempore, ſeu diù, ſeu noctu prohibita arma deferre, habetur per ea, quæ ſcripſit *Ioan. à Royas ſing. 21. num. 8. & Pegna in addit. ad Eymeric. par. 3. direct. quæſt. 56. comment. 105.*

24 Poſſunt præterea invocare auxilium.

Adde quod per Eccleſiaſticas cėſuras poſſunt Magiſtratus, & Principes Seculares, ut ſibi opem ferant, quoties opportuerit, coarctare. *c. ad abolendam §. penul. & c. excommunicamus. §. moneantur. de hæretic.* Vide *Pegnam in addit. ad Eymeric. 3. part. direct. comment. 106. Verſ. hoc amplius &c.* poſſunt quoque in caſu retardationis, eoſdem Magiſtratus, & Iudices Seculares, ut ſententiam à ſe latam contra Reos exequantur, per ipſaſmet Eccleſiaſticas cenſuras compellere. Vide Auctor. Lucernæ verbo *Executio §. 7. Verſ. Immo Inquiſitor.* ubi conſtitutionem quandam Vrbani IV. quæ incipit: *Cum ſicut.* pro ſe ad hujuſmodi propoſitum refert.

25 Poſſunt quoq; ambo Inquiſitores ſimul &c.

Hujus aſſertionis rationem vide allatam ab *Ancharan. in c. officium de Hæretic. lib. 6.* quæ eſt, quia duo Inquiſitores in eadem Provincia ſimiles Epiſcopis ſunt, & habent juriſdictionem inſolidum.

26 Poſſunt Inquiſitores.

Quæ Inquiſitores poſſint, & non poſſint vide apud *Clement. 1. de Hæretic.* DD. quos retuli ſupra *nu.* 4. & in decem literis Apoſtolicis, quas per extenſum refert *Pegna in addit. ad Eymeric. part. 2. direct fol. mihi* 129. ubi plura privilegia iiſdem conceſſa reperies.

36 Sunt autem aliqua Inquiſitorib. prohibita.

Adde Summum Pontificem, ſi tamen caſus hæreſis in ipſo admittatur, & Inquiſitorem Apoſtolicum, contra quem alius Inquiſitor nequaquàm procedere poteſt *Souſa in Afforiſm. Inquiſit. lib. 1. cap. 4. nu. 1. & 6. Molin. de Iuſt. & Iur. tract. 5. tom. 6 diſput. 28. num.* 18. & alii DD. quos relatos vide *à Carena de officio S Inquiſit. par. 1. tit. 5. de Apoſt. Inquiſit. §. 9. num 74. & 77.*

38 Ad hæc Inquiſitores, ſine Epiſcopo.

Excipe ſi alius carcer, quàm arctus, & durus ad Reum cuſtodiendum non haberetur. *Ioan. de Imola in Clem. 1. de Hæretic. num. 6.* ubi etiam *Bonif. de Vitalin. nu* 32. & nota quod tota capitis hujus Doctrina, nedum locum habet, quoties Inquiſitor, & Ordinarius ſimul, ſed etiam quoties diviſim procedunt. Vide *Farinac. de Hæreſ. quæſt. 186. §. 3. num. 68. & 75.*

Quid poſſit Inquiſitor ſinè Ordinario, & è contra Ordinarius ſine Inquiſitore habes *in Clement. 1. de Hæretic. §. ſic quod quilibet,* & apud *Eymeric. 3. par. direc. quæſt. 57. nu. 1. & 2.* ubi *Pegna Comment. 96.*

40 Præterea Inquiſitores &c.

Quibus caſibus Inquiſitores Excommunicationem Summo Pontifici reſervatam incurrant, lege apud *Eymeric. 3. p. direct. q. 24.* ubi *Pegna comment. 73.*

47 Tum illud addo.

Hanc Simancæ Sententiam ſecuriſſimam hodiè reddunt conſtitutiones Pauli IV. & B. Pij V. Vide quæ docet *Pegna in addit. ad Eymeric. 2. part. direct. comment. 20. verſ. itaque hodie.*

48 Omnes Iudices &c, Sicuti Pius V. conſtituit &c.

Conſtitutio hæc B. Pij V. quæ incipit *Sanctiſſimus D. N.* habebatur poſt hujuſmodi tractatum ab Auctore regiſtrata; ſed cum hæc eadem habeatur extenſa *à Pegna poſt director. inter liter. Apoſtol. ad Off. S. Inquiſit. ſpectan. fol. mihi* 135. ſupervacaneum viſum fuit in hac impreſſione illam iterum in fine operis reimprimere.

De Judæis. Titulus XXXV.

SUMMARIUM.

1 *IUdæorum cæcitas.*
2 *Judæorum obſtinationem, & cæcitatem quibus verbis Patres noſtri decreto quodam Toletano execrentur.*
3 *Judæi falſa, & vana ſpe perpetuò torquentur.*
4 *Judæorum perfidia veteris teſtamenti teſtimoniis convincitur.*
5 *Judæi cur tolerentur in nonnullis Provinciis, & quid in eos in Concilio quodam Toletano ſancitum ſit, eo quod in Hiſpaniarum Regem olim conſpiraverint.*
6 *Judæi an juſtè expelli poſſint ex Chriſtianorum Provinciis.*
7 *Judæos jure Optimo Reges Catholici ab Hiſpania expulerunt, pœna indicta, ne ampliùs ad eam reverterentur.*
8 *Judæorum expulſionis ab Hiſpania elegantèr meminit Joan. Picus Mirandula Comes.*
9 *Judæorum, qui ab Hiſpania pulſi ſunt, numerus. Et quid olim Sexto Concilio Toletano decretum ſit, de non permittendis Judæis, Mauris, & aliis hujuſmodi in Hiſpania degere.*
10 *Judæi cum baptizati non ſint, hæretici, vel apoſtatæ dici non poſſunt.*
11 *Judæi, niſi hæreticos receptaverint, aut Inquiſitorum officium impedierint, ab Inquiſitoribus puniri nequeunt.*
12 *Judæus baptizatus ſi ad judaicam ſuperſtitionem redierit, puniri poteſt ab Inquiſitoribus.*
13 *Judæi cogendi non ſunt ad fidem Catholicam ſuſcipiendam.*
14 *Judæis Chriſtianas Uxores, aut concubinas habere non licet.*
15 *Judæorum ritibus nemo ſe addicit, niſi qui ex Judæis deſcendit.*
16 *Judæorum ſuperſtitiones multi auctores Chriſtiani, & Ethnici irrident.*

De Judæis.

1 IN umbra veteris legis ſtupidiſſima cæcitate ſedentes Judæi, perindè ac veſpertiliones, & noctuæ, lucis Evangelicæ fugiunt ſplendorem, & Juſtitiæ Solem Chriſtum Deum noſtrum ſinceræ Fidei oculis intueri non poſſunt. Etenim, ut Apoſtolus ait; *Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis; oculos, ut non videant, & aures, ut non audiant, uſque ad hodiernum diem*. Sunt planè illis uſque hodiè manus plenæ Chriſti ſanguine, nempè contientientibus majorum ſuorum parricidio, & Chriſtum Dominum blaſphemantibus, quibus miſcuit Deus ſpiritum ſoporis in tanti ſceleris retributionem, factaque eſt ipſis Scriptura ſancta in captionem, in ſcandalum; & in judicium proprium obtuſi ſunt ſenſus eorum; & velamen, quod ponebat Moyſes ſuper faciem ſuam, id ipſum poſitum eſt ſuper cor eorum, & manet illis in lectione veteris teſtamenti non revelatum, quoniam in Chriſto evacuatur ad *Roman.* 11. & 2. *Cor.* 13.

2 Extat Patrum noſtrorum adversùs Judæos hoc Decretum Toletanum: *licet in condemnationem perfidiæ Judæorum numeroſa antiquorum Patrum ſententiæ, ac leges promulgatæ niteſcunt, tamen; quia, ut prophetale vaticinium narrat, peccatum Judææ ſcriptum eſt ſtylo ferreo, in ungue adamantino, ſuper petram duriores effecti in obſtinationis ſuæ cæcitate perdurant. Omnia quidem elementa Chriſtum verum Deum eſſe cognoverunt, & perpeſſionis ſuæ tempore mirabilibus ſignis id ipſum oſtenderunt: Judæi verò (ut Beatus Cyprianus, Leo Magnus, & Gregorius Papa elegantèr ajunt) Meſſiam, quem Patres eorum expectaverunt, & Prophetæ clariſſimè prædixerunt, cognoſcere noluerunt. Tanta eſt Judæorum cæcitas, tanta perfidia. Hier.* 17. *Concilio Tolet.* 16. *c.* 1. *Cyprian. ſermo de Reſurrect. Chriſti, Leo ſer.* 17. *de paſſio. Domini. Gregor. ſuper Evang. homil.* 10. *Toletanum Decretum in Judæos.*

3 Dormiunt quidem iſti, ſomniantq; vigilantes, adventumq; Meſſiæ quotidiè ſperantes falſis divinationibus, & fallaci-

bus

bus prophetiis tertio quoq; anno illuduntur inſaniſſimè; nec tandem aliquando reſipiſcere volunt, ſæpiſſimè decepti. *Spes quippè*, ut Baſilius ait, *nihil aliud eſſe videtur, quàm ſomnium hominis vigilantis*. Et antè illum, Pindarus, *Spem* dicebat *eſſe vigilantium ſomnia*. Hac vana, & falſa Judæi perpetuò torquentur, & nutant. Nam

Prov. 13. *ſpes, quæ differtur affligit animam*; & ſicuti Mantuanus inquit.

Spes longa dolor. Et

Expectare diu labor eſt, & pondus iniquum.

Et ut ait Fabius. *Nihil gravius quàm deſtituta ſpes torquent*. Qua vel ſola ratione, non infacetè ſuperioribus annis dicebat quidam, ſe nunquam Judæum futurum. *Joan. 1. & 4. Niceph. lib. 14. Eccleſ. hiſto. cap. 40. Baſili epiſt. 17. Proverb. 13. Fab. decla. 12.*

4 Multa ſunt evidentiſſima teſtimonia Scripturæ Sacræ, quibus perfidia Judæorum planiſſimè confutatur; ſed, ut omittam Apoſtolorum, & Evangeliſtarum ſcripta, quibus iſti miſeri, & miſerabiles credere nolunt, unum, aut alterum ex innumeris veteris teſtamenti locis adversùs illos adducere placuit; quos nulla tergiverſatione, nulla callida interpretatione ſubvertere, aut vitare poterunt. Prior locus eſt in prophetia illa morientis Jacob, cu-

Geneſ. 49. jus hęc ſunt verba: *Non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium*. Quod nemo non intelligit in adventu Chriſti fuiſſe completum, nec enim ſceptrum, nec dux fuit eo tempore in Juda, ut elegantèr docet *Aug. lib. 12. contra Fauſtum, & Nicepho. lib. 1. Eccl. hiſt. c. 6. & 9.* & rerum evidentia id ipſum perſpicuum factum eſt. Poſterior locus eſt in hebdomadibus Danielis, ubi tempus ipſum veri Meſſiæ Chriſti Dei noſtri, ſubobſcurè prima fronte, ſed tamen certiſſimè aſſignatum, ac penè digito oſtenſum eſt; quemadmodum ibidem Divus Hierony. & plerique alii ſubindè alibi docent. Prætereo ſciens Iſajam, & reliquos omnes Prophetas, quorum vaticinia manifeſtiſſimè veritatem eandem uno ore conſentiunt, *Geneſ. 49. Dani. 9. Iſai. 53. Auguſt. lib. 12. contra Fauſtum cap. 42. Chryſ. oratio. 2. adversùs Judæos. Clemens Alexan. lib. 1. Stromatum versùs finem.*

5 Tolerantur Judæi in nonnullis Provinciis, propterea quod magna tributa pendunt; Divina quoque providentia facit, ne funditus extirpentur, ut hoſtes etiam, & inimici noſtri teſtes ſint certæ fidei, & integritatis ſcripturarũ noſtrarum, qui per univerſum Orbem diſperſi veteris Teſtamenti codices proferentes, teſtimonio nobis ſunt, Scripturas integras apud nos haberi, quas illi magna diligentia ſervant ad ſuum judicium, & condemnationem. Sunt autẽ Judæi cunctis nationibus inviſi, apud omnes abjecti, irriſi, oppreſſi, & infames; neq; injuria, quippè cum ſuperſtitionibus, uſuris, & ſeditionibus omnia inficere, ac perturbare ſoleant. Et quamvis timidiſſimi ſint, auſi tamen olim fuerunt contra Regem Hiſpaniarum conſpirare; quamobrem in ſervitutem redacti ſunt, ad quam revocari debent qui libertate ſuperbiunt. Contra illos itaquè in Concil. quodam Toletano hujuſmodi Decretum extat. *Tolet. Concilij Decretum in Judæos.* *Quoniam Judæorum perfidia, non ſolùm tunicam Sacri Baptiſmatis Chriſtiani, quam ſuſceperat, maculavit; ſed etiã contra Regem, regnumque conſpirare auſi ſunt, ſuis omnibus rebus nudati, tàm eorum perfidorum perſona, quàm Uxores eorum, ac filiorum, & reliquæ poſteritatis per cunctas Hiſpaniarum Provincias ſervituti ſubjaceant perpetuæ, maneantq; uſq; quaq; diſperſa: illique, qu eoſdem Judæos in ſervitutem acceperint, in nullo eos permittant rituũ ſuorum ceremonias celebrare, aut colere. 17. Concilio Tolet. c. 8. Alex. Aleſ. 2. p. q. 179.*

6 Quæri autem ſolet, an Judæi expelli juſtè poſſint ex Chriſtianorum Provinciis. Quod quidem multis, magniſq; rationibus jàm pridem obtinuit, ne perfidia ſua noceant Catholicis, & peccare eos faciant, aut certè illis fiant in ſcandalum. Etenim eam retributionem Judæi ſolent impendere, quam mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu, ſuis conſueverunt hoſpitibus exhibere. Sicut Innocen. III. Archiepiſcopo Senonen. ſcitè admodùm ſcripſit; Sic tamen expellendi ſunt, ut accepto priùs deliberandi ſpatio, vel diſcedere poſſint, vel eandem cum civibus religionem amplecti; ſicuti prudentèr Hermas Letmatius inquit. Et tertio imperii ſui anno Juſtinianus promulgavit legem, ut in juriſdictione ſua non eſſent pagani, neq; hæretici, niſi ſoli Orthodoxi Chriſtiani, da-

Hh 2

ni; datis illis induciis uſq; ad Menſes tres ad converſionem. Auctor *Paul. Diacon. lib. 16. rerum Romana. Exod. 23. in fin. c. & ſi Judaos de Judais. Oldra conſ. 87. & conſ. 264. Socin. conſ. 86. lib. 4. Corſet. de poteſta. Reg. quæſt. 81. Alber. in rub. de haret. lib. 6. quæſt. 7. Hermas lib. 2. de inſtau. religio. cap. 12.*

7 Igitur jure quàm optimo expulſi fuere Judæi tota Hiſpania legibus Regum Catholicorum Fernandi, & Iſabellæ; quibus, longa ſapientum conſultatione præmiſſa, conceſſum fuit quadrimeſtre ſpatium, intrà quod poſſent converti ad Fidem Catholicam, vel bonis ſuis omnibus vendiris ab Hiſpania diſcedere; quo tempore lapſo, qui in ſua perfidia perſtiterunt, coacti ſunt abire cum uxoribus, filiis, ſervis, familiaribus, & rebus ſuis, & vetitum illis fuit, ne unquam in Hiſpaniam redirent, in qua ſi deinceps reperti eſſent, pœna mortis, & publicationis bonorum ſtatim ob eam rem punirentur. Cautum prætereà legibus pragmaticis eſt, ut nullus Judæus ingrediatur in Hiſpaniam quovis quæſito colore eadem pœna mortis, & confiſcationis bonorum in eos exequenda. Qui in Hiſpania comprehenſi fuerint, & ut nihil eis proſit, ſi fortè dixerint, ſe velle ad Fidem converti, niſi in primo Regni limite idipſum fuerint publicè proteſtati. Quòd ſi quiſpiam Chriſtianorum Judæos receptare convictus fuerit, in pœnam publicationis bonorum omnium incurrat. *pragm. 5. data Granata anno Domini* 1492. *& pragmat. 6. ibid. lata anno Domini* 1499.

8 Joannes Picus Mirandulę Comes lib. 5. adversùs Aſtrologos hujus memorabilis ejectionis elegantèr meminit his ipſis verbis: *Non minoribus ferè poſt ea tempora calamitatibus gens Hebraorum obruta eſt, quàm aut ſub Tito, aut ſub Adriano: pulſis nuper Judais omnibus ex tota Hiſpania à Chriſtianiſſimo illo Rege, nunquàm certè ſatis laudato, ubi, & numero, & divitiis, & auctoritate plurimùm poterant. Qua ejectione nihil unquã ferè, vel triſtius, vel acerbius paſſos ipſi ſe non diffitentur. Ita multi naufragio, peſtilentia quamplurimi, fame maxima pars eorum abſumpti, ut nobis etiam Chriſtianis in tanta calamitate, in qua Divina Juſtitia gloria delectabat, homines tamen extrema adeò patientes commiſerationem facerent, & dolorem c. 12.*

9 Tunc autem fuerunt ab Hiſpania pulſa quadraginta millia Judæorum, ut Reuchlin, aliique teſtantur, qui ſi diutiùs creſcere, ac multiplicare permiſſi forent, non dubito quin totam ferè Hiſpaniam, & perfidia infeciſſent, & uſuris ſpoliaſſent; ſed meliùs res habet; nullus enim vel Judæus, vel Mahumetanus, vel alteriùs cujuslibet ſectæ, aut hæreſis permiſſus eſt exindè in Hiſpania commorari, quod jàm olim in Sextò Concilio Toletano majores noſtri decreverant hoc verborum tenore: *Sanctum Concilium ſimul, & cum conſenſu Chriſtianiſſimi Principis, ſuorumq; optimatum, illuſtriumque virorum hanc promulgamus Deo placituram ſententiam; ut quiſquis ſuccedentium temporum regni ſortitus fuerit apicem, non antè conſcendat Regiam Sedem, quàm inter reliqua conditionum Sacramenta pollicitus fuerit, nullum non Catholicum permittere in ſuo Regno degere. Si verò poſtquàm ad Regni gubernacula acceſſerit, ipſe temerator hujus extiterit promiſſi, ſit anathema Maranatha in conſpectu Sempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni; ſimilitèr, & omnes, qui eum eo conſenſerunt.* Hæc illi *Cano. 3. Alberti in rub. de hæretic. lib. 6. quæſt. 3. Lucius Marinaus ſiculus lib. 19.* *Tolet. Concily Decretum contra Iudaos.*

10 Cum igitur Dei gratia jàm pridem Hiſpania liberata ſit à Judæorum ſuperſtitione; non opus eſt pluribus in hoc tractatu immorari. Adde quod Judæi, cum baptizati non ſint, nec Fidem Chriſti profeſſi, hæretici, vel Apoſtatæ dici non poſſunt, ac proindè Inquiſitorum juriſdictioni non ſubjacent; Eccleſia namq. de his, qui foris ſunt, non judicat; & Inquiſitoribus juriſdictio duntaxat mandata eſt adversùs hæreticam pravitatem, & Apoſtaſiam *cap. filii cum ſequenti de haret. lib. 6. in ſupraſcriptionibus, & 1. Corin. 5. c. multi. 2. q. 1. cap. gaudemus de divortiis.*

11 Neque audiendi quidam, quorum eſt Oldradus, exiſtimantes Eccleſiam, & Inquiſirores procedere poſſe contra Judæos, quoties illi erraverint contra vetus teſtamentum, aut Chriſtianum quempiam ad Judaiſmum induxerint, aut circumciderint, aut Fidem Catholicam abnegare coegerint; Nam primo caſu hæretici non ſunt, nec noſtra refert, an vetus teſtamentum violent, vel obſervent, cum utroque modo foris ſint; in aliis verò per Judices Laicos puniendi ſunt; Tametſi

non abnuerim Inquiſitores de his cauſis cognoſcere quoque poſſe conſtitutione quadam extravagante Nicolai IV. Cœterùm ſi Judæus, Maumetanus, aut quicunque alius hæreticos receptaverit, defenderit, vel illis faverit, vel Inquiſitoribus obſiſteret, vel eorum officium impediret, vel hæreticorum libros hodiè retineret, ut Franciſcus Burſatus rectè reſpondit, puniri quidem poſſet ab Inquiſitoribus; quia, ſicut Ulpianus ait, omnibus Magiſtratibus ſecũdum jus poteſtatis ſuæ conceſſum eſt juriſdictionem ſuam defendere pœnali judicio; quod multò magis Inquiſitoribus permiſſum eſt. *Oldra. conſil. 36. Guido Carmeli. de hæreſi. Judæorum c. ulti. Brunus lib. 4. de hæretic. cap. 2. l. Judæos l. Judæi 2. C. de Judeis. directorium fol. 133. ubi extravag. Nicolai. l. 1. ſi quis jus dic. non obtempe c. accuſatus. §. ulti. de hære. lib. 6. Zanchi cap. 36. Franc. Burſatus conſil. 90.*

12 Si verò Judæus baptizatus ad judaicam ſuperſtitionem redierit, canis ſcilicèt ad vomitum, aut Chriſtianus aliquis ad ritus Judæorum tranſierit, puniri poteſt ab Inquiſitoribus, tanquàm aliquis alius hæreticus, vel apoſtata; & ad probandum hoc facinus, etiam Judæorum teſtimonium admittitur, quo legitimè probato, relapſi, & impœnitentes regiis legibus igni traduntur. *cap. contra Chriſtianos de hæret. lib. 6. regia. l. 7. tit. 24. part. 7. & l. 1. tit. 1. lib. 4. fori leg. Alberti lib. de agnoſcen. aſſert. Catho. quæſt. 32.*

13 Judæi autem admonendi ſunt, non autem cogendi ad Fidem Catholicam ſuſcipiendam; cujus enim vvlt Deus miſeretur, & quem vvlt indurat; nec inviti convertendi ſunt, ſed volentes, ut integra ſit forma juſtitiæ. Verùm compellendi ſunt, ut in Fide ſuſcepta permaneant; præmiis quoque, atque honoribus allici debent ad ſalutem, & onerari poſſunt exactionibus, & infamia notari, ut convertantur. *4. Concil. Tolet. Cano. 55. C. de Judæis 45. diſt. l. 1. de juſt. & jur. Alex. Aleſ. 2. part. quæſt. 179. in fine. Hermas Letmatius lib. 2. de inſtau. relig. cap. 12.*

Rom. 9.

14 Neq; licet Judæis Chriſtianas uxores ducere, aut illas pro concubinis habere. Quod ſi filios ex tali conjunctione ſuſceperint, aſſumendi ſunt ad baptiſmum, etiam invitis parentibus, ut multis Conciliis Eccleſiaſticis decretum eſt. Prætereà Judæi, qui Chriſtianis Mulieribus ſe commiſcere auſi fuerint, acerbiſſimè puniri debent, ſicuti Oldra. Alex. & Philip. Corneus, aliiq; juriſperiti tradunt. *3. Concil. Tolet. cap. 14. & Concil. ſeq. can. 61. Oldra. conſ. 333. Alex. conſ. 99. lib. 6. & conſ. 13. lib. 7. Cornel. conſ. 114. lib. 1. Grillan. de pœnis omniſa. coitus qu. 12. Hippol. conſ. 101. Boerius deciſione 316. Alciat. lib. 7. parerg. juris cap. 23.*

15 Nemo quidem ad Judæorum ritus jàm tranſit, niſi qui ex Judæis parentibus deſcendit, & ab eis judaicam ſuperſtitionem didicerit; quod ante multa ſecula Jvvenalis Satyra. 14. his verſibus prodidit:

Quidam ſortiti metuentem Sabbatha patrem,
Nil præter nubes, & Cœli numen adorant,
Nec diſtare putant humana carne ſuillam,
Qua pater abſtinuit: mox, & præputia ponunt.
Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Judaicum ediſcunt, & ſervant, ac metuunt jus.
Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes.

16 Multa demum contra Judæos, & eorum perfidiam ſcripſere Theologi, *Tertullia. Cypr. Athan. Paul. Burgen.* & cœteri, quæ omnia legere cupientibus paſſim obvja ſunt: & *Plutarc.* eos irridet *libro. de ſuperſtit. Tertul. lib. contra Judæos. itidem Cyprianus, duobus libris, Athan. lib. de Incarn. Verbi. Chryſ. orationib. adverſus Judæos. Juſtin. Martyr dialogo cum Triphone adverſus Judæos. Niceph. lib. 10. cap. 32. cum ſeq. & lib. 14. cap. 16. Marſil. Ficinus lib. de Chriſt. Relig. cap. 27. cum ſequen. & Ludovic. Vives lib. 3. de verita. Fid. Chriſtia. Burgen. in ſcrutin. ſcript.* & alii multi. *4. Concil. Toleta. Canon. 61. cum ſeq. & 1. Concil. Matiſconeſi Canon. 8.* & deinceps. *Tiraq. de jure primogen. quæſt. 66.* copioſiſſimè. *Finus Hadrianus in flagello contra Judæos.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 In umbra veteris &c.

De Iudæorum materia, vide *Gavant. in manual. Epiſcop. Verbo Iudæi, Barboſ. in collect. Decret. tit. de Iudæis. Eymeric. 2. part. direct. quæſt.* 22. ubi *Pegna Comment.* 57. & aliis pluribus locis. *Caren. de Off. S. Inquiſit. part. 2. tit. 14. rubr. de Iudæ. & al. infid. §. 1. & ſequen. Auctor. Lucerna Verbo Iudæi, num. 1. & ſequen.* & penè omnes Summiſtas. Vide paritèr *tract. eruditiſſimum Marquardi de Suſannis de Utino*; ibi enim omnia ferè, quæ ad Iudæorum, & aliorũ Infidelium rem ſpectant, invenies.

4 Multa ſunt evidentiſſima teſtimonia.

Patres, & Doctores, tum Antiquos, cum neotericos, qui Iudaicam perfidiam confutantes, contra ejus errores ſcripſerunt, vide apud *Pegn. in addit. ad Eymeric. 2. part. direct. Comment. 47. qu. 22. verſ. Iudæorum errores*; ubi etiam *verſ. Inſignem &c.* quid Summi Romani Pontifices egerint, ut hos ad viam Veritatis poſſent reducere, leges.

5 Tolerantur Iudæi &c.

De Iudæorum toleratione, vide *c. ſi Iudæos extra de Iudæ. c. Iudæi extra de teſti. & D. Thom. 2. 2. q. 10. art.* 11. Cur autem ritus Iudæorum, & non Saracenorum tolerentur ab Eccleſia lege apud *Eymeric. 2. part. direct. quæſt. 46. num. 13.* ubi *Pegna comment. 71. §. Et ideò ritus Iudæorum*, & apud *Marquard. par. 1. cap. 2. num 7.*

Iudæorum Gente nullam in toto Orbe indigniorem, infamiorem, & abominabiliorem reperiri ſcribit *Carena de Off. S Inquiſit. part. 2. tit. 14. rubr. de Iuda. & aliis Infid. num. 1.* & hoc ex iis, quæ ſcripſerunt *Bovadill. in ſua politic. lib. 1. cap. 4. & Caſtill. deciſ. Regn. Sicil. 107. num. 47. & ſequen.*, & *Finus Ferrarien. in ſuo flagello contra Iudæos lib. 9. cap. 6.* quam plurima Iudæorum flagitia præcipuè contra Chriſtianos commemorat. Vide *Socratem in ſua Eccleſiaſt. Hiſtor. lib. 7. cap. 16.*

6 Quæri autem ſolet &c.

De hac quæſtione vide inter ſe Doctores pugnantes. *Archid. in c. qui ſincera. 45. diſtinct. Ioan. de Anan. in c. ſi Iudæos. verſ. in contrarium facit. Anton. Corſet. tractat. de poteſt. Reg. part. 5. & ult. q. 81. & Imol. in Clement. 1. de Iudæis.* facere videntur pro affirmativa ſententia; pro negativa verò, quæ tamen eſt ſemper intelligenda de Iudæis pacificis, & Chriſtianæ Reipublicæ innoxiis, ſunt *Oldrad. conſ. 87. & conſ. 264.* qui pro ſe adducit *tex. in l. Chriſtianis C. de pagan. Io. Andr. in additio. ſpecu. ſuper rubr. de Iudæ. & Abba. in c. quod ſuper, verſ. ultimò hic quæritur. Ancharan. in d. c. quod ſuper verſ. quarto quæro.* & alii quam plures, quos citatos, vide apud *Marquar.* qui ſupra *p. 1. cap. 7. nu. 4.*

7 Igitur jure quàm optimo expulſi fuere Iudæi &c.

Hujus expulſionis cauſas, & ſeriem vide apud Doctores, quos citat *Carena loco nupercitat.* & nota idipſum quoque factum olim fuiſſe à Philippo Galliarum Rege; Ipſe enim è ſua Provincia Iudæos omnes ejecit, eorum bonis direptis, ut auctor eſt Platin. in Clementis V. Summi Pontificis Vita, Tiberium Cæſarem fortaſsè imitatus, de quo ſcribit *Ioſeph lib. 19. Antiquit. Iudaic. cap.* 10. quòd Iudæos omnes propter eorum ſcelera ex Urbe Roma profligavit.

10 Cum igitur &c. adde quod Iudęi &c.

Nota quod licèt Iudæi propriè hæretici non ſint, cum careant Baptiſmo, & nunquam fuerint de gremio Eccleſiæ, ex quo ſequitur, quòd in Spiritualibus, Canonicis legibus non ligentur, nec Eccleſiaſticis Cenſuris affici queant, quòd matrimonium licitè contrahant in gradibus humano jure prohibitis, nec in ipſis locum habeant Iura Canonica, quæ obligant ad Iuramentum timore perjurii &c. attamen negari non poteſt quin ſaltem impropriè, & largo modo Hæretici vocari non queant; & ſic in aliquibus caſibus Inquiſitorum Iuriſdictioni ſubjaceant, & quandoq; ſaltem per indirectum excommunicentur; quid ſit autem Iudæos per indirectum excommunicare, vide *Marquard.* qui ſupra *part. 2. cap. 5. nu. 4.* docentem Iudæos per indirectum excommunicare, eſſe interdicere communioni fidelium cum ipſis *c. poſt miſerabilem de uſur. c. quantò. c. multi. 11. quæſt. 1. c. decernimus de decim. & habetur per Gloſſ. in c. Iudæi. el. 11. in Verbo permittuntur in fine de Iudæ.* Vide pariter *Io. Andr. in c. firmiſſimè de Hæretic. num. 3.* & eundem *Marquard. par. 2. cap. 8. nu. 1. 2. 3. & 8.*

11 Neque audiendi &c.

Veritas eſt quòd hodiè poſſunt Inquiſitores procedere in quibuſdam caſibus contra Iudæos. Vide ſupra notata *tit. 11. Rub. de Idololatr. nu.* 11. vide pariter *Carenam de Off. S. Inquiſit. part. 2. tit. 14. rubr. de Iudæis, & aliis Infid. nu.* 14. ubi docet quod ſecluſis etiam Pontificiis Conſtitutionibus, & ſolo Canonico Iure communi attento, Inquiſitores poſſunt in multis caſibus Iudæos, & Saracenos punire, hanc Simancæ ſententiam confutando *nu.* 15. Caſus, & totam hanc de Iudæis materiam lege apud eundem ſequentibus numeris, nempè *à nu. 16. uſque ad 50. per totum.*

14 Neque licèt &c.

Qua pœna puniatur Iudæus habens rem cũ Chriſtiana, vide apud *Marquardum* ut ſupra *par. 2. cap. 3. nu. 2. 8. 12. 13. 14. & 15.*

De Judicibus Secularibus. Titulus XXXVI.

SUMMARIUM.

1 *HÆreſis cognitio ad ſolum Eccleſiaſticum judicem pertinet.*

2 *Judices ſeculares cognoſcere non poſſunt de cauſis Civilibus, aut Criminalibus, quarum cognitio pertinet ad Inquiſitores.*

3 *Judices Seculares punire debent illos, quos Inquiſit. hæreticos declaraverint.*

4 *Judex Secularis an ſententiam Judicis Eccleſiaſtici in cauſa hæreſis exequi teneatur, nulla de juſtitia ipſius cognitione, vel ſide facta.*

5 *Judi-*

5 *Judicem Secularem in cauſa hæreſis me- rum eſſe executorem, multorum vera eſt opinio.*

6 *Judicem Secularem aliquando exequi non teneri ſententiam Judicis Eccleſiaſtici, quorundam falſa eſt opinio.*

7 *Judicem Secularem de nullitate ſententia Inquiſitoris cognoſcere poſſe quidam ſentiunt.*

8 *Judicem Secularem de nullitate ſententia Inquiſitoris cognoſcere poſſe quidam ſentiunt.*

9 *Ignei temeritas, & procacitas notatur.*

De Judicibus Secularibus.

1 Cognitio hæreſis ad ſolum Eccleſiaſticum Judicem pertinet; quia crimen hoc adversùs Fidem, & Religionem committitur; de iis enim criminibus, quæ Secularis adminiſtratio ignorabat, & Chriſtiana Religio oſtendit crimina eſſe, ſolus cognoſcit Eccleſiaſticus Judex; ut ſunt hæreſis, ſchiſma, & alia id genus. In quacunque igitur parte judicii ſecularis inciderit ejuſmodi criminum cognitio, protinus ad Eccleſiaſticos Judices remittenda eſt, ut rectè Maſuerus tradit. *c. ut Inquiſitionis, & c. prohibemus de haret. lib.6. l.* 1. *C. Theod. titu. de Religione Abb.* & cœteri *in c. cum ſit generale. de for. compet. Zan hi cap.* 5. *Alciat. in cap.* 1. *de offi. ordinam* 73. *Herm. lib.* 7. *de inſtaur. Relig. cap.* 16. *Maſuer in pract. Forenſi. ritu de remiſ. ad finem.* elegantèr *Oſius lib.* 2. *contra Prolegomena Brentii.*

2 Hoc ampliùs hodiè jure Regio prohibetur, ne quiſpiam Secularium judicum quantacunque dignitate, ac poteſtate ſit præditus, cognoſcere ullo modo præſumat de cauſis Civilibus, aut Criminalibus, quarum cognitio pertinet ad Inquiſitores, & judices bonorum publicatorum; ne ſub prætextu quidem ſublevandi vi oppreſſos, quod alioqui ſaluberrimum, & præſentiſſimum remedium eſſe ſolet ad propulſanda gravamina Judicum Eccleſiaſticorum; ſi qui tamen appellare voluerint in ſupraſcriptis cauſis, adire debent Senatum Sanctæ Generalis Inquiſitionis; *Mandatum Regium datum Burgis die Martii* 17. *Anno ſalutis* 1508. *renovatum anno* 53.

3 Sed quamvis Judices Seculares de cauſis hæreticorum cognoſcere nequeant; condemnare tamen, & punire debent illos, quos Inquiſitores declaraverint hæreticos eſſe pertinaces, relapſos, aut impœnitentes; Eorum enim officium in prædictis cauſis non in cognoſcendo, ſed in exequendo conſiſtit. Hanc autem executionem facere tenentur, cum fuerint ab Inquiſitoribus requiſiti; etenim cum Eccleſia non habet ultra quid faciat, cum hæreticos ad fidei unitatem convertere nequit, cum pœna ſevera illos punire non poſſit, Judicibus Secularibus animadverſione debita puniendos relinquit, ut quod non prævalent Sacerdotes efficere per doctrinæ Sermonem, Poteſtas Secularis hoc imperet per diſciplinæ terrorem. *c. ut Inquiſitionis de hare. lib.* 6. *c. cum non ab homine de judi. c. princepc.* 23. *quaſt.* 5. *Joan. Lup. in c. per veſtra.* §. 48. *Guillel. Benedi. quaſt. de homicidio. Brunus lib.* 4. *de haret. cap.* 14.

4 Hinc exoritur quæſtio anceps, de qua inter juriſperitos acris contentio eſt: an Judex Secularis in cauſa hæreſis ſententiam Judicis Eccleſiaſtici ſtatim oculis, quod ajunt, clauſis exequi teneatur, nulla de juſtitia ipſius cognitione, vel fide facta. Bart. & complures alii putant Judicem Secularem nova Inquiſitione inſtituta, tàm de proceſſu, & ſententia Inquiſitoris, quàm de crimine cognoſcere poſſe; ideòque ipſum non priùs teneri ad exequendam ſententiam Inquiſitoris, quàm ei de juſtitia proceſſus, cauſa cognita, plena fides facta fuerit. Quod argumento cujuſdam Conſtitutionis Juſtiniani confirmant, quæ tantùm de crimine mixti fori loquitur, cujus cognitio tàm ad Secularem, quàm ad Eccleſiaſticum Judicem pertinet: Et hæc eſt communis opinio Legiſtarum, *ut Joan. Imol. & Felin. teſtantur. authen. de Sancti. Epiſcopis.* §. *ſi verò de crimine. Guillel. de Cu. Bar. Bal. Ange. Alber. Paul. & Fulgo. in l. Magiſtratibus de juriſd. omni. judi. Joan. Imol. in cap.* 1. *de offi. ord. Fel. in c. ad abolendam de haret.*

5 Alii

5 Alii verò ajunt Judicem Secularem in cauſa hæreſis merum executorem eſſe, nec de proceſſu, vel ſententia Inquiſitoris, neq; de crimine cognoſcere poſſe; ſed quod Inquiſitor judicaverit ſine mora, & abſq; novo proceſſu, & cognitione Secularem exequi debere. Quæ ſententia verior quidem, & receptior eſt, & uſu etiam comprobata, & Conſtitutione Bonifacij VIII. apertè confirmata. *c. Inquiſitionis. §. prohibemus de hæret. lib. 6.* & eſt communis Canoniſtarum ſententia, quam, & Legiſtæ ſequuntur. *Bal. in auth. Clericus. C. de Epiſcopis, & Cleri. Ange. in l. Divus 2. de cuſtod. reor. Abba. & Ancbar. in c. at ſi Clerici de judi. Salicet. in l. & quidem. C. qui accuſat. non poſſ. Jaſ. Deci. Purpura, & Oroſius in l. magiſtratibus de juriſ. omn. judi. Joan. Imol. & Alciat. in c. 1. de offi. ordin. Matth. de afflі. in proem. Conſti. Siciliæ gloſ. Gladii. Brun. lib. 4. de hæret. cap. 15. Alber. lib. de agnoſ. aſſer. Catholicis quæſt. 25. nu. 44.*

6 Ab hac generali ſententia nonnulli excipiunt quoſdam caſus, qui proculdubiò in Hiſpania recipiendi non ſunt. Primus eſt, cum Judici Seculari liquidò conſtaret ſententiam Inquiſitoris eſſe injuſtã, & iniquam; quo caſu illam exequi non tenetur contra conſcientiam ſuam; auxilium enim brachii Secularis non eſt impartiendum ad injuſtitiam, ſed ad ea, quæ Deo placita ſunt, exequenda; neque poteſt Judex Secularis occidere illum, quem ſcit innocentem. Quam ob rem ajunt cauſam referendam eſſe ad eundem Inquiſitorem, ut illam rectiùs dijudicet. Hæc eſt opinio Gonſali, Alciati, & Conradi Bruni; Sed bona eorum venia dixerim, opinatio iſta falſa, & periculoſa eſt; Undè enim ſcire poteſt Judex Secularis illum eſſe innocentem, quem Inquiſitor hæreticum eſſe pronunciat? Nunquid ex actis? At ea examinare non poteſt, ut paulò ante dixi. Nunquid ut privatus? At ſecundùm propriam conſcientiam judicare non debet. Relinquitur ergo, ut hæc opinio falſa ſit, & inanis. Quid? quòd vix unquam fieri poterit, ut quiſpiam ſciat reum hæreticum nunquam fuiſſe. *cap. 1. de offi. ordin.* & illic *Alcia. nu. 110. Gonſal. de hæret. pravit. quæſt. 19. Brun. lib. 4 de hæret. cap. 15. l. illicitas. §. veritas de offi. præſid. cap. quoniam contra de probati. c. quia veriſimile de praſumpt.*

7 Addunt præterea iſti exceptionem aliam eodem prorsùs morbo infectam; ajunt enim, Judicem Secularem de nullitate ſententiæ Inquiſitoris cognoſcere poſſe, ſi ſententia propter defectum juriſdictionis nulla eſſe dicatur; quia talis ſententia exequenda non eſt; Neque obſtat quòd Secularis Judex de his cauſis cognoſcere nequit; eo enim caſu non cognoſcit de hæreſi, ſed de ſententia nulla. Hæc, inquam, exceptio nihilo magis vera eſſe poteſt, quàm opinio paulò ante relata; quia Secularis Judex protinus exequi tenetur Inquiſitoris ſententiam, nec ullam cognitionem harum rerum habet. Ad hęc ſententia Inquiſitorum coràm Clero, & Populo publicè proferri ſolet, memoratis breviter, atque relatis totius cauſæ actis; quo fit, ut nullitas ſententię illic ſinè ſcandalo tractari non poſſit; Adde, quòd Inquiſitorum ſententię cum conſilio peritorum, & cum deliberatione magna prolatæ, non facilè de nullitate poſſunt eſſe ſuſpectæ. *cap. ſi eo tempore de reſcri. lib. 6.* & inibi *Archidiaco. Joan. And. & Domi. l. 4. §. condemnatum de re judic. Gonſa. & Brun. locis prænotatis. C. ut Inquiſitionis. §. prohibemus de hæret. lib. 6.*

8 Ad hæc, Andreas Alciat. aſſerit, Judicem Laicum non teneri ſtatim damnare reum ab Inquiſitoribus ſibi relictum, quãdo verè non fuiſſet reus hæreſis crimine maculatus, tametſi Judex Eccleſiaſticus id pronunciaſſet; & ità, inquit, dictum fuit, quòd Judex Laicus non tenebatur exequi ſententiam Inquiſitoris, qua pronunciaverat mulierem quandam hæreticam, quæ revera ſolummodo fecerat pocula amatoria, & inſuper contra eam erant indicia quarundam maleficarum. Joan. Igneus quoq; memorat, idipſum bis contigiſſe Mediolani, ubi duæ mulieres ab Epiſcopo Parmenſi, & Inquiſitore de hæreſi condemnatę, impunes evaſerunt; compertumq; extitit, rectè eas de fide ſemper ſenſiſſe. Addit etiam, quòd Rothomagi muliercula quædam, veluti hæreſis rea flammis deſtinata, abſoluta fuit à Secularibus judicibus, & qui eam damnaverant, fuere in expenſis condemnati. Sed profectò hæc omnia, & id genus alia, vel conficta ſunt in odium Sanctæ Inquiſitionis, vel certè à pravis, & imperitis judicibus temerè, & iniquè facta. At verò in Hiſpania

nia nihil tale inveniri, ne ſuſpicari quidem poteſt; tùm quia Inquiſitores eliguntur cruditi, prudentes, & boni; tùm etiam quia omnia cum conſilio peritorũ agunt, & conſultiſſimè, atque juſtiſſimè judicant. Undè relinquitur quod Judices Laici eorum ſententias confeſtim exequi debent, nec ullo modo cognitionem hanc uſurpare poſſunt. *Alciat. in cap. 1. de offi. ordi. num. 104. Joan. Igneus in l. 1. §. cum dominus ad Sillania num. 41.*

9 Cœterum quoniam in illum Igneum conviciatorem incidimus, qui ſubindè ponere os in Cœlum ſcriptis editis veritus non eſt; operæ pretium erit ejus maledicam temeritatem, & intemperatum judicium breviter, & curſim notare, ne procacia impudentiſſima illi cedat impunè; Nàm ut omittam ea, quæ in Alciatum literatiſſimum, nulla injuria laceſitus, licentioſius, amarius, atque prolixius, temerè, atquè inverecundè effutivit; quis ferat illum de Summo Pontifice Chriſti Vicario his verbis loquentem? *Bonifacius VIII. gladium extenſum habuiſſe viſus eſt, interdicens Judicibus Secularibus notionem, & Judicium, volens eos promptè ſententias ab Epiſcopo, & Inquiſitore latas exequi, ſub interminatione cenſuræ Eccleſiaſticæ; quaſi ſententiæ illius ſanguinariæ Judices Laici lictores eſſe debeant.* Hæc ille, qui ſi ſententias Inquiſitorum, quibus impœnitentes, & pertinaces, hæreticos eſſe declarant, ſanguinarias vocat, inſipiens omninò, ac demens eſt. Si verò ſanguinariam ait eſſe ſentẽtiam Pontificis Maxi., qua ſupremus Paſtor judicibus Laicis præcipit, ut hæreticos animadverſione debita puniant, proculdubio in Papam ipſum ſacrilegus, & hæreticorum fautor cenſeri poteſt; Sed ulterius progreſſa hominis hujus, impudentia dicam, an inſania? omnes quotquot unquam fuerunt Imperatores, quo jure, qua injuria procaciſſimè infamat, ut tandem ore ſacrilego fraterculus iſte gigantum, Carolum Cæſarem Regem noſtrum, Imperatorem omnium Chriſtianiſſimum, Optimũ, & feliciſſimum, quaſi criminum ſucceſſorem, confictis fabulis temerè, ac falsè inſectetur. Qua in re quidem helleboro magis, quàm confutatione dignus eſt; neque aliud ei veriùs reſponderi poteſt, quàm id, quod olim de Cornelio Tacito Tertullianus in apologetico ſcripſit, quod tute ipſe legere poteris. *Igneus in l. 1. §. cum Dominus. ad Silla. num. 39. & in tract. An Rex Franciæ ſubſit Imperatori.*

Ignei temeritas.

ANNOTATIONES.

1 Cognitio hæreſis ad ſolum Eccleſiaſticum Iudicem pertinet &c.

Hanc Doctrinam intellige de Iure Canonico; nàm olim de Iure Civili Secularis Iudex de hæreſis crimine cognoſcebat. Eſt *Tex in §. ſi verò crimen in fine in authent. de Sanctiſs. Epiſcop. & in l. prima §. final. C. de Summ. Trinit. & Fid. Catholic. & in l. quicunq; §. ultimo C. de Hæretic.* De hac materia vide *Farinac. de hæreſ. quæſt.* 186. *§. 9. num.* 152. *& ſequen. Locat. in Praxi. Verbo Iudex. §. Iudex Secularis, & ſequen. Eymeric. 3. part. direct. quæſt. 35. num. 1. & ſequen.* ubi *Pegna comment. 85. Verſ. ex hac aſſertione, & ſequen. & Caren. de Off. S. Inquiſit. part. 2. tit. 2. Rub. de hæretic. pœnitent. Impœnit. & relapſ. num. 44.*

3 Sed quamvis Iudices Seculares &c.

Notandum ex hac Doctrina quòd ſicuti cognoſcere, & judicare de hæreſi Eccleſiaſtici Iudicis eſt; ſic eſt Iudicis Secularis exequi, & punire. *c. ad abolendam extra de hæretic. & c. vergentis.*

4 Hinc exoritur quæſtio &c.

Hanc Bartoli ſententiam in Hiſpania ab omnibus ſcholis ita expulſam tradit Franc. Molin. ut ſi quis eam teneat, habeatur pro Impio. Auctorem hunc lege *lib. 1. de Brach. Secul. cap. 8. per totum cum Scortia in ſelect. Rom. Pontif. Conſtit. Theorem. 34. verſ. quare Iudex Secularis.*

8 Ad hæc Andreas Alciatus aſſerit &c.

Reſcriptum Mediolanenſis Senatus ex diametro oppoſitum his, quæ hic Igneus refert, vide apud *Caren. de Off. S. Inquiſit. par. 2. tit. 2. §. 6. de pœna Relapſi nu. 44. Verſ. Dilecte Noſter &c.*

De Lamiis. Titulus XXXVII.

SUMMARIUM.

1 *Lamiarum nomina, & undeſic dictæ fuerint.*

2 *Strix quid ſit, & unde dicatur.*

3 *Lamiæ plerunq; mulieres eſſe ſolent, rarò autem viri in hoc crimine deprehenduntur.*

4 *Dæmones an fieri poſſit, ut ſint incubi, & ſuccubi.*

5 *Dæmones interdum aſſumunt corpora, & fiunt incubi, & ſuccubi.*

6 *Lamiæ, an fieri poſſit, ut à Dæmonibus deſerantur per aera.*

7 *Lamias non verè ferri per aera, ſed mente tantùm, & cogitatione, quidam aſſerunt.*

8 *Lamias interdum verè, & corporalitèr ferri per aera, veriſſimum eſt.*

9 *Ancyranum Concilium non negat ea fieri poſſe, quæ ſæpè à Dæmonibus cum Lamiis perpetrantur.*

10 *Lamias per aera ferri à Dæmonibus, facilius eſt creditu, quàm eaſdem pro veris falſas illuſiones habere.*

11 *Ecſtaſis, & raptus quomodò fiat.*

12 *Lamiæ, cum à Dæmonibus illuſionibus falſis decipiuntur, quomodò fiat, ut earum corpora nihil ſentiant.*

13 *Lamiarum cauſa cur ad Inquiſitores pertineat.*

14 *Lamiis, qui ſit, ut fides habeatur contra ſe ipſas, aut contra cæteras, ſi in ſolo ſpiritu illuſiones patiuntur.*

15 *Lamiis quomodò fides adhibenda ſit adversùs alias maleficas.*

16 *Lamiæ quo pacto puniendæ ſint, ſi conſtet eas hæreticas fuiſſe.*

17 *Lamiæ, quas infantes occidiſſe conſtat, ſi redire volunt ad agendam pœnitẽtiam, an ab Inquiſitoribus relinqui poſſint curiæ Seculari.*

18 *Judices Seculares propter alia crimina punire non poſſunt Lamias ſibi relictas, niſi cauſa cognita.*

19 *Lamiæ quando Judicibus Secularibus tradendæ ſint.*

20 *Lamiarum filias in vitium maternum ſuccedere falſa eſt opinio.*

De Lamiis.

1 VAriis nominibus perverſæ quædam, & maleficæ mulieres vocari ſolent. Sunt qui Lamias, ſunt qui Striges appellent, & idiomate Hiſpano, Bruxas, & Xorguinas nominant. Lamiæ frequentius à pleriſq; appellantur, idque ob ſimilitudinem cujuſdam beſtiæ, quæ ſpeciem habet humanam, & corpus beſtiale; & ut inquit Gregorius, ita crudelis eſt, ut ſuos filios dilaniet. Et Philoſtratus lib. 4. de vita Apolonii. c. 8. ait, Lamias à quibuſdam Larvas appellari, & lemures, eſſeq; ad amorẽ, & Venerem pronas. Duris autem lib. 2. Lybicorum inquit, mulierum pulcram fuiſſe Lamiam Belli, & Lybies filiam, quam Juppiter adamarit, ex eaque filium ſuſceperit, at Junonem zelotypia inſenſam, cum infantem perdidiſſe, ipſamque in feram mutaſſe, quæ nunc ſui deſiderio alienos filios rapiat, perdatque. Hæc Alciatus pleniùs, quàm Svidas in verbo, *Lamiam*.

Lamiæ unde dictæ.

Quid Lamia.

2 Strix à ſtridore vocis dicta, avis eſt nocturna, & importuna; indè dicuntur Striges mulieres iſtæ, quia noctu præcipuè verſantur in maleficiis, & infantium ſanguinem ſugunt. Nàm, ut Feſtus ait, Striges dictæ ſunt mulieres maleficæ, & volaticæ, ab ave hujus nominis inauſpicata, quæ ſimilis eſt Buboni, & infantium corpora noctu invadit, exugitque ſanguinem, & ſuffocat; undè à ſtringendo nomen habet, vel, ſicut aliis placet, à ſtridendo. Undè. Ovid.

Undè Striges dictæ.

Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes:
Et vitiant cunis corpora rapta ſuis.
Carpere dicuntur lactentia viſcera roſtris:
Et plenum poto ſanguine guttur habent.
Eſt illis Strigibus nomen, ſed nominis hujus
Cauſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent.
Sivè igitur naſcuntur aves, ſeù carmine fiunt,
Neviaq; in volucres falſa figurat anus.

Et cœtera, quæ ſcripſit lib. 6. faſtorum; ſed de nominibus maleficarum ſatis, & ſuper. Vide *Ludovi. Cælium lib. 29. lectio antiqua cap. 5. Alfonſ. lib. 1. de juſt. hæret. punit. cap. 16. Alciat. lib. 8. Parerg. juris cap. 22.*

3 In hac autem ſecta plerunque mulieres, & rarò viri reperiuntur; cujus rei cauſas eſſe ajunt, quia mulieres proniores ſunt ad male-

maleficia, & citiùs credunt, & faciliùs decipiuntur, quam viri. Quas ob res frequentius dæmones illas aggrediuntur, & fallunt. Ad hæc, mulieres, ut alibi diximus, aptiores ſunt ad ſuſcipiendas has revelationes propter humidiorem qualitatem. Deindè ſicuti Comicus ait: *Mulieres fermè, ut pueri levis ſententiæ ſunt:* ideòq; dæmonum pollicitationibus facilè moveri ſolent. *Eccl. 25.* Prætereà, *Non eſt ira ſuper iram mulieris*, ut Sapiens inquit: & ſicut alius canit, *Nemo magis gaudet vindictâ, quàm fœmina*; quo fit nonnunquam, ut ad iram exequendam, opera dæmoniorum abutantur. Ad poſtremum, proniores ſunt mulieres ad libidinem, quam viri; & præcipuus finis, ad quem hujus artis profeſſores tendunt, eſt carnis voluptas, cujus illæ inſatiabiles ſunt. Compertum quippè eſt, multis, magniſq; comprobatum exemplis, quod tota illa diabolica tragædia, quam maleficæ iſtæ mulieres cum incubis peragere ſolent, choreæ, ſaltationes, conficta convivja, ſpurciſſimæ cœremoniæ, aliaque id genus omnia, eo tendunt, ut poſt illuſiones plurimas, hanc quoque maximam, fędiſſimamq; patiantur, ut nefariis complexibus, ſceleratiſſimiſque conubiis, dæmonibus, qui humana forma eas ludificant, libidinosè commiſceantur. *Eccli. 25. Prover. 30. c. in eo. 32. q. 4.*

4 Illud tamen quod diximus de incubis probabilem dubitationẽ habet: quamvis enim Platonici, quibus accedunt Orige. Baſilius, Augu. & quidam alii, putent, dæmones habere corpora aerea, & ſubtilia; verior tamen, atque receptior ſententia Theologorũ eſt contra illos; ſunt enim Angeli, ac dæmones ſpiritus ſinè corpore, ut ſatis apertè docet Apoſt. in epiſtola ad Hebræos. Undè relinqui videtur, quod cum Lamiis dæmones commiſceri nequeunt, nec fieri poſſit, ut ſint aliqui ex illis incubi, & ſuccubi. Quod quidem Plutarcho in vita Numę Pompil. perdifficilè creditu viſum eſt: *Quanquàm*, inquit, *videntur Ægyptii non abſurda uti partitione, qui ajunt mulieri quidem ſpiritum Dei appropinquare poſſe, & quadam ſobolis principia ingignere; viro autem nullum eſſe corporis cum Deo, neque commiſtionem, neque congreſſum: ignorant autem miſtum, cui miſcetur, communionem viciſſim æqualem reddere.* Quo in loco Plutarchus de his ipſis dæmonibus loquitur; quoniam, ut ait Pſaltes: *Dii gentium dæmonia.* *Pſalm. 95.* Et Auguſtinus Eugubinus lib. 8. de perenni philoſophia: *Nec natura*, inquit, *fieri poteſt, neque aſſentitur philoſophia, ſpiritus corpore nudatos amore fœminarum capi, aut ex eis generare poſſe; habent enim fontem ſuum, & inferiores ortus cupiditates; ſi deſit cauſa, deſit effectus. Ubi non eſt cibus, & potus, non eſt ſperma; ubi non fuit quærenda ſucceſſio, & propagatio, non adhibuit natura cupiditatem generandi. Sicut ſpiritus nudi ſitire, eſurire ve non poſſunt; ſic Veneris libidine nequeunt inflammari.* Hæc ille cap. 32. *Auguſt. lib. de Divin. dæmo. & lib. 3. de Geneſi ad literam cap. 10. ad Hebræos cap 1. Jamblicus lib. de myſteriis. Apulejus lib. de Deo Socratis. Auguſt. Eugubinus lib. 8. de perenni philo cap. 26. cum ſeq. Ludovicus Cælius lib. 2. lectionum antiqua c. 5. Theologi lib. 2. ſent. diſtin. 8.* vide *Caſſianum Collat. 8. cap. 21. Juſtinum martyrem, & ejus interpretem in apologia 1. pro Chriſtianis.*

5 Sed quamvis dæmones ſpiritus ſint ſinè corpore, aſſumunt tamen interdùm corpora, & ea movent; Sic dæmon apparvit Hevæ in figura Serpentis, & Chriſtum Dominum in deſerto tentavit: *Gen. 3. Matth. 4.* & ſæpè, ut Apoſtolus ait, transfigurat ſe in Angelum lucis; Mirum igitur videri non debet, ſi dæmones aſſumptis corporibus, incubi fiant, & ſuccubi: quod Iſidorus, Beda, & innumerabiles alii fatentur; & Beatus Auguſtinus veriſſima Scriptura id comprobarj affirmat; qui etiam à multis expertum eſſe dicit, de quorum fide dubitandum non ſit, Sylvanos, & Faunos, quos vulgò incubos vocant, improbos ſæpè extitiſſe mulieribus, & earum appetiſſe, ac peregiſſe concubitum, & quoſdam dæmones, quos Druſios Galli nuncupant, hanc aſſiduè immunditiam, & tentare, & efficere: quod temporibus Divi Bernardi palam omnibus factum fuit, dæmone quodam incubo mulierem perſequente, quam Sanctiſſimi illius Viri precibus, Deus ab illo liberavit. Et Superioribus annis id ipſum horrendo, ac memorabili caſu Cordubæ depræhenſum ſcimus. *Gene. 3. Matth. 4. Iſidorus lib. 8. Etymol. in fine. Beda lib. 3. in Evangeli. Lucæ cap. 31. Auguſt. lib. 15. de Civit. Dei. cap. 23. Alex. de Aleſ. 2. p.*

quaſt. 78. membr. 2. art. 2. & q. 158. memb. 6. Tho. 1. prima q. 51. art. 2. & 3. Gerſon. part. 4. in collatione de Angelis, & lib. 2. de vita Sancti Bernar. c. 6. Pſeltus lib. de Dæmonibus cap. 1. cum ſeq. Ludovi. Cælius lib. 2. lect. antiqua cap. 6. Bartho. Sibylla in ſpeculo peregrina. quaſtio. decadis tertia cap. 2. Brunus lib. de imaginibus cap. 14. Scotus, Bonaven. Duran. & cœteri *in lib. 2. ſentent. diſtinct. 8. Silveſter lib. 2. de Strigimagarum, & dæmonum mirandis cap. 3. & 5. Bartholomeus Spineus libro de ſtrigibus cap. 6.*

6 Quæri autem ſolet, an fieri poſſit, ut lamiæ deferantur à dæmonibus per aera, & brevi temporis ſpatio volent per loca remotiſſima. Cui reſpondetur, non ſolùm id non eſſe impoſſibile, verùm etiam fieri per quàm facilè poſſe; quia omnia corpora inferiora ſubduntur imperio Angelorum bonorum, & malorum, quantum ad motum localem. Quod ſi Angeli movent Orbes Cæleſtes immenſæ magnitudinis, ut verior eſt, & receptior Theologorum, & Philoſophorum ſententia; quantò faciliùs dæmones movere poterunt humana corpora de loco ad locum? ut enim poſt Sacrum Dionyſium, omnes Theologi docet, *Naturalia in Dæmonibus integra.* naturalia in Dæmonibus manſerunt integra; undè naturali virtute, hæc, & multò majora, dæmones facere poſſunt. Acce- *Matth. 4.* dit eodem, quod Jeſum Chriſtum Dominum aſſumpſit Diabolus, & tranſtulit in Sanctam Civitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum Templi, ac deindè tranſtulit in montem excelſum valdè. Cur ergò non idem facere poterit de corporibus lamiarum? Nec me fugit Cyprianum, & quoſdam alios interpretari aliter locum illum Matthæi, dicentes Chriſtum Dominum fuiſſe ductum a diabolo. Divus tamen Auguſtinus lib. 2. ad Simplicianum, corpus Jeſu aſſumptum fuiſſe dicit; quod, & Gregor. & Thom. & alii multi confirmant; ſed inter omnes convenit fieri hoc potuiſſe, Deo permittente; quia ut alibi ait idem Auguſt. tantùm dæmones poſſunt, quantum ſecreto Omnipotentis arbitio permittuntur. Poſtremò ex Theologorum omnium ſententia, quantum Angeli naturali virtute, tantundem dæmones poſſunt; at quoſdam à bonis Angelis momento temporis ad longiſſima locorum ſpatia translatos fuiſſe ſcimus; Nam, & ſpiritus Domini rapuit Philippum, & poſteà inventus eſt in Azoto, *Act. 8.* & Angelus Domini apprehendit Abacuch in Judæa, *Daniel. 14.* & portavit eum capillo capitis ſui, poſuitque in Babylonem, & confeſtim reſtituit in loco ſuo. *Matth. 4. Auguſt. ad ſimplicianum lib. 2. quaſt. 3. & lib. 2. de Civitat. Dei. cap. 23. Grego. lib. 2. in Job. cap. 9. cum ſeq. act. 8. Daniel. 14. Bartho. Sibylla. 3. decadis cap. 7. quaſt. 4. Theologi omnes in lib. 2. ſent. diſtinct. 7.*

7 Sed quia, ut vulgo dici ſolet, poſſibilitas eſt res ampla, & multa poſſibilia ſunt, quæ vix evenire poſſe creduntur; idcircò non immeritò dubitatur; an lamiæ iſtæ volent, & per varia loca ferantur, & corporalitèr ludis interſint, & alia omnia, quæ ab illis narrari ſolent, verè faciant; vel hęc ſint illuſiones dęmonum fallaces, quibus lamiæ decipiuntur; nàm talia phantaſmata ſolent à maligno ſpiritu mentibus irrogari; quod plerique Juriſperitorum verius eſſe putant, quibus Alciatum acceſſiſſe miror. Eorum autem opinio non alia ratione fulcitur, quàm capite quodam Concilii Ancyrani, quo prima fronte decretum eſſe videtur, hæc omnia illuſiones eſſe dæmonum; Et cum ſolus ſpiritus ea patiatur, infidelis mens hęc non in animo, ſed in corpore opinatur evenire. *c. Epiſcopi 26. quaſt. 5. Fonzini tract. de lamiis, Alciat. lib. 8. parerg. cap.* 22. & complures alii.

8 Cęterum, tametſi plerunq; dæmonum illuſionibus decipiantur lamiæ, & non ferantur corpore, ſed ſpiritu; nihilominus tamen veriſſimùm eſt, interdum lamias verè transferri corporalitèr, per aera, & per longiſſima, & remotiſſima loca. Quod quidem tàm certis teſtimoniis, ac tam evidenti rerum experientia comprobatum, & compertum eſt, ut ſit planè ſtupidum tenacius id inficiari, &, ut ait Sylveſter, id negare, inſanire ſit. Adde quòd, cum ſit poſſibile, imò etiam Deo permittente, perfacile, quid prohibet credere id ſæpè factum fuiſſe? Hæc igitur ſententia tenenda eſt, quæ ab omnibus Theologis concorditèr approbatur. *Tho. 2. 2. quaſt. 95. art. 5.* & inibi *Cajet. art. 3. Bonaven. in lib. 3. ſentent. diſtinct. 19. Abule. Matth. 4. quaſt. 47. Card. Hiſpa. in eodem c. Epiſcopi. Joan. Major. in lib. 2. ſentent. diſtinct. 14. quaſt. 3. Silveſt. in ſumma verbo ba-*

bo ba-

bo hæreſis 3. §. 6. *Malleus maleſica. part.* 2. *q.* 1. *cap.* 3. *Barth. Sibylla* 3. *decadis cap.* 7. *q.* 4. *Picus dialogo Stryx. Paul. Grillan. de ſortileg. quæſt.* 7. *Franciſ. Victoria relectione de Magis quæſt.* 7. *Alfonſ. lib.* 1. *de juſta. hære. puni. cap.* 16. *Joan. Nider præcepto* 1. *cap.* 11. *quæſt.* 4. *Alber. lib. de agnoſce. aſſertio. Catholi. quæſt.* 24. iterum, atq; iterum *Silveſter lib.* 1. *de Strigimagis cap.* 14. *&* *lib.* 2. *cap.* 1. *&* 4. copioſè, & elegantèr *Franciſcus Picus tribus dial. Stryx, & Bartholomæus Spinens* pleniſſimè, *lib. de Strigibus cap.* 1. *cum ſeq.*

9 Reſtat, ut Concilio Ancyrano, ac Divo Auguſtino eadem dicenti reſpondeamus. Vera ergò intelligentia eſt, quod Patres iſti non loquuntur de lamiis, ſed de quibuſdam hęreticis, qui credebant, quod Diana fuit in Deam converſa, & quod creatura mutari, aut transformari poteſt ex una ſubſtantia in aliam, vel de una ſpecie in aliam ſpeciem ab alio, quàm à vero Deo; & quod beſtiis vehebantur, ut Herodiadi ſervirent. Quæ omnia falſa ſunt, erronea, & hæretica, & à Lamiarum ſecta longè diverſa. Neque illi Patres negant Lamias poſſe corporalitèr à Dæmonibus transferri per longa ſpatia regionum. Neque illum hæreticum, aut ſtultum eſſe decernunt, qui credit ea fieri poſſe, quæ ſæpè à Dæmonibus cum Lamiis perpetrantur. Poſtremò, exempla ab eis adducta nihil concludunt; quia particularia ſunt, ex quibus ad univerſalia inefficax argumentum, & inanis collectio eſt; & ita reſpondent Theologi ſupra memorati, & *Silveſter libro illo* 2. *cap.* 1. pleniùs, & meliùs cœteris *Bartho. Spinens libro de Strigibus cap.* 21. *cum ſeq. c. Epiſcopi* 26. *quæſt.* 5. *Auguſt. lib. de ſpiritu, & anima cap.* 28.

10 Profectò longè difficiliùs intelligitur à nobis, quomodo lamiæ ſenſibus obſeratis, tàm notabilitèr decipiantur, & tàm fortitèr opprimantur, ut falſas illuſiones, res veras eſſe credant, & nihil ſentiant earum corpora, etiam ſi vapulent, aut pungantur, vel exurantur; quam quomodo à dęmonibus, tanquam à velocibus equis vehantur, aut illis commiſceantur, aſſumptis craſſis corporibus; Hoc enim ſenſibus cognoſci, illud autem vix intellectu percipi poteſt *(a)* Andreas Lacuna in lib. 4. Dioſcoridis cap. 75. illud evenire ait, ex unguento quodam ſoporifero, quo lamiæ ungi ſolent. Divvs Auguſtin. quadam in epiſtola ſcribit, profundiſſimam eſſe quæſtionem de his viſionibus, & illuſionibus, quæ ſæpè dormientibus, & interdum vigilantibus accidunt, & tandem inquit: *Ego autem, quamvis quomodo fiant iſta veluti corporea ſine corpore, verbis prorſùs explicare non poſſum; tamen, ſicuti ſcio, non ea corpore fieri, utinam ſic ſcirem quomodo diſcernerentur, quæ videntur aliquando per ſpiritum, & per corpus videri putantur; quomodo diſtinguantur viſa eorum, quos error, vel impietas plerunque deludit, quando viſis piorum, atque Sanctorum ſimilia pleraque narrantur.* Hęc ille ad Evodium *epiſtola* 100. Vide *Platon. in Sophiſta, prope finem. Nicephorum lib.* 2. *cap.* 36. *Clement. lib.* 6. *de conſtit. Apoſt. cap.* 9. Ubi de Simone Mago fit mentio.

11 Mercurius ille Triſmegiſtus in Pymandro: *Anima*, inquit, *mentis præſentia deſtituta, neque agere quicquam, neque dicere potis eſt; Sæpe verò mens extra animam habitat, quo quidem in tempore neque audit, neque videt anima, ſed animali ſimilis eſt ratione carenti: tanta eſt potentia mentis, quæ animam hujuſmodi deſerit implicitam corpori, & ab eadem tractam ad infera.* Et alius ait: *In ecſtaſi, & raptu ſopiuntur vires inferiores, & anima ſæpè adminiſtrationem corporis ſuſpendit; Etenim ordo, & conexio eſt in homine virtutis naturalis animalis, & intellectualis; virtus autem naturalis ſervire ſolet animali, & animalis virtus intellectuali; Undè actio vehemens, & profunda virtutis ſenſitivæ interioris ſopire poteſt ſenſus exteriores, & facere debiliores vires naturales, propter earundem virium connexionem; Quo etiam effici poteſt, & vehemens intellectualis ſpirituum contemplatio, in qua phantaſia, vel interior ſenſitiva in exceſſu laborat, naturales vires enervet; ac ſenſus exteriores ſopiat, & ecſtaſim, vel raptum inducat. Mercurius in Pymandro, dialogo* 10. *Henr. de Aſia ſuper Geneſim. Bartho. Sibyla in ſpeculo peregri. quæſtio. decadis primæ cap.* 8. *q.* 2.

12 Sed propiùs ad illuſiones, quibus lamiæ decipiuntur, accedit, quod libro de myſteriis Jamblicus ſcriptum reliquit, ubi loquens de miraculis, quæ fiebant à prophetis Gentilium, nimirum dæmonibus agitatis, inquit: *Animi divinitus afflati, percitique, ſubjecerunt vitam ſuam pe-*

nitus

nitus aſſtanti Deo, neque moventur humano more, neque ſuum ſtatum animadvertunt, neque ullam edunt cognitionem, actionemq; propriam, neq; vivunt tunc ipſa animali vita; quod vel ex eo patet, quia multi eorum, admoto igne non uruntur, ignem videlicet repellente Deo intus aſſtante; vel ſi uruntur, non perſentiunt; neque pungentia percipiunt, vel radentia, vel ulla tormenta; item quod actiones eorum non ſint humanæ, conſtat; quoniam per invia vadunt, per quę ignem feruntur intacti, & flumina tranſeunt mirabiliter. Et poſt pauca: *Inſpirati alii moventur, vel toto corpore, vel quibuſdam membris, vel contra quieſcunt. Item choraas, cantilenaſque concinnas agunt, aut contra; rurſum, corpus eorum, vel excreſcere videtur in altum, vel in amplum, vel per ſublimia ferri, atque contra. Item voces edunt, vel æquales, perpetuaſve, vel inæquales, & ſilentio interruptas*. Hæc ille, atq; alia in eandem rem plurima, quæ ſinè dubio à dæmonibus fieri ſolent perverſa phantaſia hominum, & mota, & alienata eorum mente. Quas dæmonū ludificationes, & quibus modis fieri ſoleant, Auguſt., Gerſon., & alii Theologi tradunt. *Auguſt. lib. 12. de Geneſi ad literam, & lib. 18. de Civit. Dei cap. 18. Gerſ. in Collatione de Angel. par. 4. Fabius declama. 10.*

13 Ex his ergo, quæ à lamiis iſtis perpetrantur, perſpicuum eſt horum criminum cognitionem ad Inquiſitores pertinere; nam in principio ſuorum ſcelerum ſolent ſemper Fidem Catholicam abnegare, deindè ipſos dæmones adorant, & cum illis fœdus percutiunt, & pacta nefanda faciunt; unde relinquitur, quod hæreticæ ſunt, & apoſtatæ, vel certè vehementer ſuſpectæ. Accedit etiam, quod cauſæ lamiarum longè melius tractari poſſunt ab Inquiſitoribus, quàm ab aliis quibuſvis judicibus; tùm proptèr ſecretum carcerem, ubi cautelis advocatorum locus non relinquitur; tùm etiam propter monitiones, interrogationeſque frequentes, quibus Inquiſitores commodius reos examinare ſolent; & hoc jure majores noſtri, & nos ſemper uſi ſumus; & Silveſter ait; quòd benè contra illas procedunt Inquiſitores Hiſpaniæ, & quatuor Summi Pontifices Inquiſitoribus cauſas iſtas commiſerunt, nimirum Innocentius VIII. Iulius II. Hadrianus VI. Clemens VII. *ut Barth. Spineus retulit lib. de Strigibus c. 3. Malleus Maleficarum part. 1. quæſt. 14. Silveſt. in ſumma verbo Hæreſis 3. in fine. Alfonſus lib. 1. de juſta hæretic. punit. cap. 16. Alciat. lib. 8. parergo. cap. 22. Sylveſter lib. illo 3. cap. 1. & lib. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. 4. Picus lib. 3. illius dialogi.*

14 Quæret fortaſsè quiſpiam, ſi verum eſt, ſicuti eſt, quod plerunque lamiæ à dæmonibus decipiuntur, & in ſolo ſpiritu, & non in corpore, eveniunt illis illuſiones iſtæ; qui fieri poteſt ut fides adhibeatur eis, aut contra ſe ipſas, aut contra cæteras? Cui reſpondetur, quòd propriis confeſſionibus convinci poſſunt, non ſecùs atque alii quicunque reorum. Nàm, & ſi ludificationibus dæmonum plerunq; decipiantur, nihil tamen illis deeſt ad malitiam eorum facinorum, quibus vigilantes conſentiunt. Quid? quod pacta cum dęmonibus facere, & nefarias nuptias cum illis plerunque celebrare ſolent, corpore ſimul, & ſpiritu. Quid ergo mirum ſi plena fides lamiis habeatur in his criminibus, quæ ſe commiſiſſe fateantur, & ab illis verè perpetrari ſolent? Quid? quòd etiam in facinoribus ab aliis perpetratis, ratihabitio perſæpè nocet, & retro trahitur, & mandato comparatur; multò igitur magis nocere debet conſenſus præcedens illuſiones, & eas poſtea ratificans, etiam ſi concedamus illuſiones nonnunquam, & non res veras eſſe. Cui ſuffragari poſſunt ea, quæ Theologi tradunt de pollutione nocturna. *l. 1. C. de confeſſ. c. cum quis de ſententia. excom lib. 6. c. teſtamentum diſt. 6. l. 1. §. ſed, & ſi quod ff. de vi. & vi arm. Felinus in c. ſicut tuis de ſimo. Alexander Aleſ. part. 2. quæſt. 122. memb. 10. §. 4. Gerſon. tract. de præpar. ad Miſſ. conſider. 5. Albert. lib. de aſſert. Catho. qu. 24. nu. 15. & q. 25. Alciat. lib. 8. Parergon. c. 22.* rectè *auctor Lucernæ Inquiſitorum c. ulti. num. 9.* rectius *Bartho. Spineus lib. de Strigibus cap. 14.*

15 Majus tamen dubium eſt, an fides adhibenda ſit lamiis adversùs alias maleficas, quas in eiſdem ſceleribus ſecum verſatas eſſe teſtantur; Nam cum teſtis de his teſtimonium perhibere tantùm poſſit, quę corporeis ſenſibus cognovit; nullius prorsùs momenti futurum eſt lamiarum teſtimonium, ſi dixerint ſe ſcire illa, quæ revera neque viderunt, neq; audierunt; ſed ludificationibus dæmonum deceptæ, ſe vi-

diſſe

diſſe perſuaſum habent: quod quidem verum eſt, & negari non poteſt. Cœterum tunc, mea ſententia, fides aliqua lamiis haberi poterit, cum teſtificatæ fuerint de criminibus aliarum maleficarum, quæ perpetrata eſſe dixerint alio loco, & tempore, quàm illo, quo volare ſolent per aera, & choræas illas agere, quas ſe videre putant, cum à dæmonibus ludificari, ac decipi ſolent; etenim ſi de illis criminibus teſtificantur, quæ aliæ maleficæ vigilantes coram ipſis perpetrarunt, aut ſe perpetraſſe confeſſæ ſunt, ut puta, ſi ſe unxerunt ad volandum, vel dæmonem invocaverunt, vel fœdus percuſſerunt cum illo, vel hæc, atque id genus alia narraverunt, aut perſuadere tentarunt, non video cur fides illis non ſit adhibenda; præſertim contra alias ſuſpectas, ac infamatas, & quas veriſimile ſit eadem crimina commiſiſſe. *l. teſtium C. de teſti. cap. cum cauſam de teſtib. l. 3. §. 1. eod. titu. Bart. tract. teſtimo. Ponzinibius de lamiis nu. 53. & 65. Alciat. lib. 8. part. cap. 22. Lucerna Inquiſitorum cap. ult. num. 13.*

16 Poſt hæc, de pœnis lamiarum videndum eſt, quas ſi conſtiterit hæreticas fuiſſe, punire debent Inquiſitores, perindè atque alios quoſcunq; hæreticos. Nàm ſi convictæ fuerint de errore in fide pertinaci, quia Fidem abnegarunt, vel aliud crediderunt de poteſtate dæmonum, quàm habet definitio traditionis Eccleſiaſticæ; ſi veram pœnitentiam agere voluerint, recipiendæ ſunt benignè juxtà canonicas ſanctiones; ſin autem impœnitentes, pertinaces, vel relapſæ fuerint, relinquendæ ſunt judicibus ſecularibus, qui confeſtim illas in ignem mittere debent. *c. ad abolendam c. penult. de hæret. c. ſuper eo. lib. 6. ejuſdem tit.*

17 Quæſitum ſcio, an lamiæ, quæ infantes occidiſſe, & alia nefanda, & atrociora crimina perpetraſſe deprehenduntur, ſi redire volunt ad agendam condignam pœnitentiam; relinqui ab Inquiſitoribus poſſint Curiæ ſeculari. Quod probabilius multis videri ſolet, tùm quia dæmonum ope facinora iſta committuntur, quamobrem eorum cognitionē ad Inquiſitores pertinere putant; tùm etiam, quia indignè videntur miſericordia maleficæ talia perpetrantes; mihi tamen longè probabilior, veriorq; videtur contraria ſententia; nihil enim commune habet cauſa Catholicæ Fidei cum infanticidiis, aliiſque criminibus à lamiis perpetratis. Undè meo quidem judicio relinqui non poſſunt judicibus ſecularibus propter alia crimina, quàm propter hæreſim, etiam ſi mille infantes occidiſſent; neque enim eorum delictorum cognitio ad Inquiſitores ullo modo pertinet, neque claudere gremium Eccleſiæ poſſunt, niſi pertinacibus, impœnitentibus, aut relapſis; nec jure aliquo, aut evidenti ratione opinio diverſa niti, aut fulciri valet; quinimò iniqui admodùm eſſent Inquiſitores, qui talibus maleficiis beneficium abſolutionis, & ſalutarem pęnitentiam denegarent. Neq; ſatis intelligo qua via excuſari poſſent ab irregularitate, qui maleficas verè pœnitentes Curiæ Seculari relinquerent. Quam ſententiam ***Arnaldus Albertinus*** diffuſius verſans, mecum ſentit. *lib. de agn. aſſert. Catho. quæſt. 25. num. 66.*

18 Addo etiam, Judicem Secularem lamias propter alia crimina ſibi relictas punire non poſſe, niſi cauſa cognita; neq; enim ex proceſſu Inquiſitorum, judicum ſcilicet non competentium, infanticidas in dicta cauſa punire queunt. Accedit eodem, quòd maleficas non hæreticas punire non debent pœna ignis, ſed pœna furcarum, aut qualicunque alia contra Sicarios, aut maleficos legibus civilibus conſtituta. Nec facilè de infanticidiis fides lamiis eſt adhibenda, niſi priùs conſtiterit infantes ipſos eodem tempore occiſos eſſe. *c. at ſi Clerici. de indic. l. nemo. l. multi. C. de male. & mate. l. 1. §. item illud. ad Sena. conſ. Sillan.*

19 Illo tantùm caſu maleficæ Judicibus Secularibus tradendæ ſunt ab Inquiſitoribus, cum a Judicibus Secularibus cōprehenſæ traditæ fuerant Inquiſitoribus propter incidentem hæreſim; Verbi gratia, Secularis Judex comprehendit maleficam, quia de infanticidio, aut frugum excantatione apud eum accuſata fuerat: poſt hæc in cauſæ cognitione conſtitit illam hæreticam eſſe; quamobrem ad Inquiſitores miſit eam, ut de cauſa Eccleſiaſtica criminis hæreſis cognoſcerent; peracto judicio hæreſis, eidem Judici Seculari reſtituenda malefica eſt, ut aliorum criminum cœptum judicium legibus civilibus peragat. Quod rectè docuit Maſverus,

rus, cui ego vehementèr aſſentior. Addendum eodem eſt, quod etſi lamiæ propter crimen hæreſis ab Inquiſitoribus punitæ ſint, nihilominus tamen à Judice Seculari puniri poterunt de infanticidiis, aliiſque ſceleribus, quorum cognitio ad Laicum Judicem tantùm pertinet. *Manſuetus in pract. forenſi. titulo de remiſ. propè finem. l. ſolemus. §. ultimo de judic. c. 2. de privileg. c. cum ad verum. c. duo ſunt 96. diſtin. Alfonſ. lib. 2. de juſta hæreti. punit. cap. 16.*

20 Ad proſtremum, confutanda, & explodenda eſt vvlgaris quædam idiotarum opinio, exiſtimantium, filias lamiarum in vitium maternum ſuccedere. Putant enim ſimpliciores quidam, filias à matribus hæredes maleficiorum relictas, neceſſariò maleficas eſſe futuras. Quinimò quidam finxit, Inquiſitorem quendam aſſerentem, filias maleficarum materno morbo à teneris unguiculis infectas eſſe; tùm quia ſolitæ ſunt maleficæ mulieres fœtus ſuos illicò natos ſacrificare dæmonibus; tùm etiã, quia ſolent illos ex incuborum dæmonum concubitu, ut plurimi concipere: quo circa in hac prole contingere, veluti ex hæreditario morbo radicatam remanere malitiam; Verùm hæc omnia ſtulta ſunt, erronea, & hæretica. Nemo enim invitus tàm gravi crimine inficitur, neque peccatum aliquod patrum in filios tranſit, præter unum illud originale, quod Sacro Baptiſmo mundatur. *(b)* Accedit etiam, quod etſi Tertullia., Apollina., & maxima pars Occidentalium autumaverint olim ex traduce animam eſſe, ut quomodo corpus ex corpore, ſic anima naſcatur ex anima; vera tamen, ac catholica Lactantii Hieron. Auguſtini, ac Theologorum omnium ſententia eſt, quod animæ non ſunt ex traduce, ſed quotidie illas Deus creat, & in corpuſcula mittit. Nàm, ut Hieronymus inquit: *Eccleſiaſticum eſt ſecundum eloquia Salvatoris, Pater uſque modo operatur, & ego operor.* Et illud Eſajæ: *Qui format ſpiritum hominis in ipſo.* Et in pſalmis. *Qui finxit per ſingulos corda eorum.* Quotidie igitur Deus fabricatur animas, cujus velle feciſſe eſt, & conditor eſſe non ceſſat. Prudentius ille Hiſpanus de natura animæ inquit:

Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis,
Transfundi in ſobolem credatur fons animarum
Sanguinis exemplo, cui texta propagine vena eſt.
Non animas anima pariunt, ſed lege latenti
Fundit opus natura ſuum, &c.

Quamvis ergo lamia ſit mater, & ſuffurato ſemine eſſet incubus pater; nil tamen hujus vitii transfundere poſſunt in prolem 15. *quæſt.* 1. *c.* 1. *cum ſequ. Lactant. de opifie. Dei cap.* 19. *Hiero. adversùs errores Joan. Hieroſolymitani, & epiſto. ad Marcell. Auguſt. lib.* 10. *de Geneſ. ad literam, & lib. de ſpiritu, & anima cap.* 41. *&* 48. *Thom.* & cœteri *in lib.* 2. *ſenten. diſtin.* 18. *Ludovic. Cælius lib.* 2. *lecti. antiqua. cap.* 22. *& lib.* 10. *cap.* 16. *Barthol. Sibylla in ſpeculo peregri. quæſtio. de cadis* 1. *cap.* 1. *Franciſ. Titelma. lib.* 8. *de conſider. rer. nat. cap.* 4.

ANNOTATIONES.

1 Variis nominibus &c.

De Lamiis, ſeu Strigibus ſcripſerunt *Franciſcus Ponzinibius, & Barthol. Spineus* duobus tractatibus integris. *Silveſter in ſumm. Verbo Hæreticus §.* 3. *nu.* 1. *& ſequen. Petr. Bisfeld. de Confeſſ. malefic poſt præludia concluſ.* 1. *&* 12. *Lell. Zeech. in ſumm. part.* 1. *tit. de Fide cap.*20. *Rubr. de Lamys, & Strigibus per totum. Martin. del Rio lib.* 2. *diſquiſit. Magic. quæſt.*15. *&* 16. *Suarez de Statu Relig. lib.*2. *rubr. de ſuperſtit. cap.*21. *num.* 23. *& ſequen. Petr. Greg. Sintagm. Iur. lib.*34 *cap.*20. *Azor. inſtit. moral. part.*1. *lib.*9. *cap* 25. *quæſt.*3 *Eymeric. part.*2. *direct. quæſt.* 43. *num.* 8. *Vbi Pegna Comment.* 68. & alii quam plures. Inſtructionem pro formandis proceſſibus in earum cauſis, vide in operibus *Carenæ poſt praxim. Inquiſit.* illuſtratam notis ejuſdem.

4 Illud tamen quod diximus de Incubis &c.

Quæſtionem hanc agitatam, & tribus axiomatibus reſolutam, vide apud *Martinum del Rio lib.*2. *diſquiſit. Magic. quæſt.* 15. vbi etiam argumentis pro ſententia negativa ſatisfactum videbis. lege pariter quæ ſcripſit *Nicolaus Remigius lib.* 1. *Dæmonolat. cap.*6.

5 Sed quamvìs Dæmones &c.

Dæmonum Incuborum, & ſuccuborum plurimos caſus lege relatos *ab Henrico Inſtitore, & Iacobo Sprengerio in Malleo. malefic. part.*2. *quæſt.* 1. *cap.* 5. Vide pariter *P. Viadanam in Compendio artis Exorciſtæ lib.* 1. *cap.* 11. *Torquemad. dialog.* 3. *& Grilland. quæſt.*7. *nu.*8. *&* 9.

6 Quæ-

6 Quæri autem &c.

De nocturnis ſagarum conventibus, & an vera ſit earum de loco in locum translatio, diſertiſſimè pertractantes, vide *Martinum del Rio*, ut ſupra loc. nuper cit. *quæſt.* 16. *& Nicolaum Remig. Dæmonolatr. lib.* 1. *cap.* 14.

9 Reſtat ut Concilio Ancyrano &c.

Canoni Ancyrani Concilii, & D. Auguſtini doctrinæ plura reſponſa vide apud nuper relatum *Del Rio* loco qui ſupra *lit. D. Verſ. obyciunt præterea.*

10 (*a*) Andræas Lacuna &c. ait id evenire ex unguento &c.

Quòd Lamiæ ad Dæmonum ſynagogam ab ipſis Infernalibus hircis deportandæ quodã unguento quaſdam ſui corporis partes priùs linire ſoleant, ex pluribus earum confeſſionibus habitum eſt; Quibus autem de cauſis hunc uſum unguenti Dæmon ab iiſdem exigat. vide *Delrium* qui ſupra loco cit. *Verſ. poſſet dæmon.*

13 Ex his ergo &c.

Lamiarum cauſas ad Inquiſitores ſpectare ita perſpicuum eſt, ut ad ipſos ad inſtàr cæterorum, qui vel ſunt hæretici, vel ſuſpecti de hæreſi, abſq; ulla fraterna correctione præmiſſa ſint denunciandæ. Vide *Traſmier. de obligat. hæret. & ſuſpect. de fid. denunc. quæſt.* 11. *de correct. fratern. ſect.* 4. *cap.* 1. *num.* 3.

Dæmones ſervilibus notis ſagas, quæ in eorum ſe dederunt ſervitutem, conſuetos eſſe notare, teſtis eſt *Nicolaus Remigius* qui ſupra *lib.* 1. *Dæmonolatr. cap.* 5. ex quo colligitur has ſic notatas verè Apoſtatas eſſe cenſendas. De duplici ſagarum profeſſione, vide *Torreblanc. de iure ſpirit. lib.* 11. *cap.* 13. *per totum, & de Magia lib.* 2. *cap.* 7. *pariter per totum.*

14 Quæret fortaſsè &c.

Notandum quòd lamiarum confeſſiones circa acceſſum ad ludos diabolicos debent juſtificari per verificationem aliquarum circumſtãnarum ab iiſdem lamiis narratarum; ex hoc enim apparebit an fuerint veriſſimiles nec ne. *Caren. de Strig. annot. ad §.* 15. *num.* 7.

15 Majus tamen dubium &c.

Morem non procedendi contra ſocias diabolicorum ludorum nominatas à lamiis inconcuſsè ſervari in omnibus Italiæ Inquiſit. docet *Caren.* loco nuper cit. *in annot. ad §.* 15. *num.* 2. *ex decreto ſupremæ S. Romanæ Inquiſit.* de quo *Farinac. de hæreſi quæſt.* 185. *num.* 153. *verſ. adverte tamen.*

16 Poſt hæc de pœnis lamiarum &c.

Lamiarum pœnæ ſunt, quòd abjurant in gradu convenienti gravitati delicti, & perſonæ; poſtquam abjurationem, juxtà pariter qualitatem criminis, & perſonarum condemnantur, vel ut ſtent præ foribus Eccleſiæ more S. Officii ſolito, vel in carcere formali detruduntur; vel propria domus pro Carcere illis aſſignatur, & cum exeunt, præcipitur eis, ut S. Tribunali ſe præſentent, vel Ordinario ſaltèm ſemèl in menſe; vel in exilium mittuntur, vel deniq; fuſtigationis pœna mulctantur; ſed ab hac noviſſima abſtineri ſolet Pietas S. Officii, cum lamiæ, vel ſunt conjugatæ, vel filias nubiles habent, ne hac de cauſa Virorum affectu, & cohabitatione priventur, & filiæ hanc ex matribus infamiæ redundantiam vitantes, facilius nubere poſſint. Vide *Praxim S. Inquiſit. noviſſimam P. Nery cap.* 9. *de ſortileg. num.* 14. *&* 16.

17 Quæſitum ſcio &c.

Hanc ſententiam Simancæ, & quę duobus ſequentibus capitibus docet, approbat, & tanquàm veriorem tenet *Farinac. de Hæreſ. q.* 181. *§.* 1. *nu.* 48.

20 (*b*) Accedit etiam, &c.

An Anima Rationalis ex traduce in hominum generatione haberetur, an verò crearetur, multi ex S. Patribus antiquis autumarunt, ut hic Simanc. docet; quare D. Greg. dixit eſſe rem inſolubilem in hac vita, cum de hac quæſtione fuiſſet interrogatus. Vide *lib.* 7. *ex regeſt. cap.* 54. Sed dubitationem hanc ſuſtulit *Lateranenſe Concilium* 4. *ſub Innocen.* 3. ubi definitum fuit Animas ſingulas à Deo creari. Vide *cap.* 1. *de ſum. Trinit. & Fid. Cathol.*

De Libris. Titulus XXXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Libros noxios tàm Catholici, quàm Ethnici damnare ſolent.*

2 *Libri multi cremati ſunt ab Antiquis, eo quod pernicioſi viderentur.*

3 *Libros vaticinios à prætore Rom. combuſtos, Livius auctor eſt.*

4 *Libros Veteris teſtamenti edicto pœnali Rex Antiochus probibuit, putans eos eſſe noxios.*

5 *Libri noxii jure optimo comburuntur.*

6 *Libri hæreticorum inquirendi ſunt à Catholicis, & inventi concremandi.*

7 *Libri, quorum auctores damnantur, ſimiliter damnati intelliguntur.*

8 *Libros impiorum multis legibus condemnant religioſi Principes.*

9 *Libri hæreticorum in multis Conciliis, & à quamplurimis Sanctis viris combuſti fuerunt.*

10 *Libri fontibus comparantur, & cur plus noceant hæreticorum ſcripta, quàm eorum prava colloquia.*

11 *Libros Sanctorum quomodo veneno ſuo inficere hæretici conantur.*

12 *Lutherani corrumpunt hodie omnes fere libros Chriſtianæ Religionis.*

13 *Libri ſancti ab hæreticis depravati comburendi ſunt.*

14 *Libri Sanctorum, ne ab hæreticis corrumpantur, quo pacto curandum ſit.*

15 *Libros poetarum non emittendos in lucem antè cenſuram conſtitutorum judicum, ſtatuit Plato quadam in lege.*

16 *Libros excudi, priùſquam ab Epiſcopo,*

 & Apo-

& Apoſtolico Inquiſitore ſint examinati, vetant Concilium Lateranenſe, & Tridentinum.

17 *Libri hæreticorum vitandi, & comburendi ſunt, etiam ſi aliqua in illis elegantèr tractata reperiantur.*

18 *Chriſtus Salvator noſter cur Dæmones veritatem dicentes loqui prohibuit.*

19 *Libros hæreticorum ob curioſitatem legentes reprehenduntur.*

20 *Libros hæreticorum quomodo, & qui legere poſſint.*

21 *Libros hæreticorum, eos præſertim, qui Religionis non ſunt, permiſſu Summi Pontificis legere poſſunt Viri Sapientes.*

22 *Libri hæreticorum, niſi eorum nomen ſupprimatur, legi non poſſunt.*

23 *Hæreticum eſſe illum, apud quem hæreticorum libri reperiantur, immeritò quidam cenſent.*

24 *Libros hæreticorum habentes quo in numero ponendi ſint.*

25 *Libris hæreſum convinci poſſunt, qui eos ediderunt.*

26 *Libros hæreticorum retinentes quomodo puniendi ſint.*

27 *Libri Lutheranorum, nihil aliud ferè ſunt, quàm famoſi libelli in Pontificem Maxim. & in Catholicam Eccleſiam.*

De Libris.

1 NON ſolùm veræ Religionis cultores, ſed ij etiam, qui perverſam, atque impiam Religionem ſuſcipiunt, libròs noxios damnare ſolent. Plato ille Divinus poetarum libros qui de Diis ſuis parùm religiosè loqui videbantur, repudiandos, & extirpandos lib. 7. de legibus cenſuit. Et Prothagoræ libros, in quibus de divinitate malè ſentiebat, Athenienſes in concione combuſſerunt, ſub præconis voce à ſingulis, qui illos habebant, inveſtigati, ut *Cicero lib. 1. de nat. Deo, & Laerti. lib. 9. & Lactant. lib. de ira Dei*, auctores ſunt, & Auguſtus Cæſar duo millia Fatidicorum librorũ concremavit, quemadmodùm *Sueto. in eodem Auguſto. & Dion. lib. 54.* memorant.

2 Et libri Religionis Numæ Pompilii à Prætore in Senatũ delati, quia leves quaſdam Sacrorum cauſas continebant, ex Patrum auctoritate cremati ſunt. Additq; *Valer. Maxi. lib. 1. cap. 1.* ſeptem fuiſſe libros illos Græcos de diſciplina Sapientiæ, quos quia aliqua ex parte ad ſolvendam Religionem pertinere exiſtimabantur, Petilius prætor Urbanus ex auctoritate Senatus, per victimarios facto igne, in conſpectu populi cremavit: quia noluerunt priſci viri, quicquam in Civitate aſſervari, quo animi hominum à Deorum cultu avocarentur, cujus rei meminerunt *Plutarchus in Numa Pompilii vita, Plinius lib. 13. naturalis hiſtor. cap. 13. & alter Plinius lib. de viris illuſtri. Titus Livjus lib. 10. Lactant. lib. 1. de divin. inſtit. cap. 22. Divus Auguſt. lib. 7. de Civita. Dei cap. 34. Freculphus lib. 3. Chroni. Franciſ. Floridus lib. 1. lectionum ſucceſſiuarum cap. 13.*

3 Livjus quoq; lib. 39. ita ſcribit: *Quoties hoc patrum, avorumque ætate negotium eſt magiſtratibus datum, ut vaticinos libros conquirerent, comburerentque?* Et idem Livjus lib. 25. *Quo diutiùs trahebatur bellum, tanta religio, & ea magna ex parte externa, civitatem inceſſit, ut, aut homines, aut Dii repente alii viderentur facti &c. Ubi potentius jàm eſſe id malum apparuit, quàm, ut per minores magiſtratus ſedaretur: Prætori urbis negotium ab Senatu datum eſt, ut his religionibus populum liberaret; is & in concione Senatus conſultum recitavit, & edixit, ut quicunque libròs vaticinos, precationeſve, aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet, eos libros omnes, literaſque ad ſe deferret, ne quis in publico ſacrove loco, novo, aut externo ritu ſacrificaret.* Hæc ille, & Julius Paulus lib. 5. receptarum ſententiarum. titul. ad leg. Corneli. de Sica. *libros magicæ artis apud ſe neminem habere licet, at pœnes quoſcunque reperti ſint, bonis ademptis, ambuſtiſq; his, publicè in inſulam deportentur; humiliores capite puniantur.* Et Ulpianus ait, libros improbatæ lectionis protinus corrumpendos eſſe. *in l. Cæteraff. fam. hereſis.*

4 Et Rex ille Antiochus putans libros veteris Teſtamenti, noxios, & reprobos

eſſe,

eſſe, edicto pœnali eos prohibuit, & milites ejus libros legis Dei combuſſerunt igni, ſcindentes eos; & apud quemcunq; inveniebantur libri teſtamenti Domini, ſecundùm edictum Regis, trucidabant eum, ut Sacra Machabæorum hiſtoria proditur lib. 1. cap. 1. & eodem errore, atque impietate infectus Diocletianus edictis juſſit, ut ſacra omnia volumina igni concremarentur, *Euſebius lib. 8. Eccl. hiſto. cap. 2. Nicepho. lib. 7. cap. 3.*

5 Ex quibus omnibus, aliiſque multis perſpicuum eſt ſapientes homines jure quodam Gentium, ut ſuſceptam quique religionem tuerentur, reprobos libros damnaſſe, ac multi id magis fieri debuit à veræ Religionis cultoribus, ne inexpiabiles Religiones in Rempub. noſtram inducerentur. Quamobrem Hebræi quidem, atq; Chriſtiani libros impiorum combuſſerunt, & multi ex eis, qui fuerant curioſa ſectati, ut in actis Apoſtolicis legitur, contulerunt libros, & combuſſerunt eos coràm omnibus, & computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millia; ità fortitèr creſcebat verbum Dei, & confirmabatur. *Act. 19. Faber in mal. contra Luthe. tex. 19. §. 3.*

6 Quo vel ſolo patet tales libros exurere, ſignum evidens eſſe augumenti, & confirmationis ſinceræ Fidei; è contrario autem eos tolerare, maximum argumentum eſt Fidem Catholicam frigere, minui, & infirmari. Itaque inquirendi ſunt à Catholicis hæreticorum libri, & inventi protinùs concremandi; quod multis legibus Pontificiis eſt cautum.

7 In Sexta Synodo Generali can. 63. hiſtorias ab hæreticis confictas igni tradere jubent Patres; & Leo ille Magnus præcipit, ut hæreticorum codices interdicantur, & ignibus concrementur. Quod in Concilio Conſtantien. renovatum eſt, & Apoſtoli ipſi libros hæreticorum damnarunt Cano. 59. (*a*) & damnatis auctoribus, libri quoque illorum vetiti intelliguntur. *Concil. Conſtantien. Seſſio. 8. & 15. c. fràternitatis de hæret. Nicepho. lib. 8. Eccl. hiſto. cap. 53. & lib. 3. cap. 1.*

8 Multis quoq; legibus Religioſi Principes libros impiorum condemnant. Conſtantinus Magnus Arrii libros; Theodoſius, & Valentinianus libros Neſtorii, Valentinianus, & Martianus libros Eutychetis, & Apollinarii, Honorius, & Theodoſius libros Mathematicos, Arcadius, Honorius, & Juſtinianus libros omnes hæreticorum publicè comburi juſſerunt. Addo etiam Carolum Magnum, qui libro legis Franciæ cap. 73. hanc legem tulit. *Pſeudographa, & dubia narrationes, vel omninò quæ contra Fidem Catholicam ſunt, neq; credantur, neq; legantur; ſed comburantur, ne in errorem per talia ſcripta Populus mittatur. l. damnato. l. quicunq; C. de hæret. l. ult. tit. 16. lib. 9. & l. 24. tit. 4. lib. 16. C. Theodoſii 5. Synodo Conſtantino. actio. 1. Socrates lib. 2. hiſtor. tripar. cap. 15. Niceph. lib. 8. hiſto. Eccl. cap. 25. & lib. 17. cap. 9.*

9 Hujus rei ſuppetunt affatim exempla. In Synodo illa Nicena Arrii libri combuſti ſunt. In ſexta, & octava Synodo Generali hæreticorum ſcripta cremata fuere. Divus Cyprianus libros magicos palàm combuſſit, ut Grego. Nazianzenus eſt auctor. orat. 19. quod ipſum Theodas quoq; fecit, ſicuti Damaſcenus in hiſtoria retulit. Gelaſius, Symmachus, & Ormiſda Manichæorum libros exuri fecerunt, & qui olim arte magica inſignes erant, ad Chriſtianam Religionem converſi, impiæ vanitatis libros incendiis tradebant, ut Athanaſius memorat libr. de Incarnat. Verbi. Quid plura? quotannis in Hiſpania plurimi hæreticorum libri ardent.

10 Multæ autem ſunt cauſæ, propter quas libri hæreticorum in ignem mittendi ſunt; nam ſi vitare debemus impiorum colloquia prava, multò magis eorum libros; ea enim, quæ ſcribuntur, magis nocere poſſunt, quia præmeditata ſunt, & fortiores nervos habent. Ad hæc, qui legunt, vehementius inſiſtunt, quam qui audiunt, & plùs veneni bibunt; & ſæpiùs libros legere, atque ex eis diſcere poſſunt. Deindè, ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum; at ſcripta per multa ſecula durant, & poſteros etiam inficere queunt. Denique voces hæreticorum Civitatem unam replere vix poſſunt; libri verò de Populo in Populum, de Regno in Regnum perfacilè tranſeunt. Quamobrem habendi ſunt veluti perennes quidã fontes perpetuum virus ſcaturientes. Libri etenim fontes eſſe intelliguntur, ut ex pſal. 67. ſatis apparet, & inibi Theologi obſervant; & Pierius retulit in Hjeroglyphicis. *Alfonſus Caſtrenſ. lib. 2. de juſta hæret. puni. c. 15.*

11 Non tantùm venenati ſunt omnes hæreticorum libri, ſed ipſi hæretici Sanctorum ſcriptis virus ſuum immiſcere ſolent, verbulo uno, alterove clanculùm, aut addito, aut dempto, aut mutato, prout cuique ad ſuam rem facere videtur. Sic olim Evangelia ipſa, & Apoſtolorum ſcripta, ab hæreticis ſæpè fuiſſe depravata, Tertullianus contra Marcionem locuples teſtis eſt. Sic libri Clementis, Dioniſii, Origenis, & aliorum ab impiis corrupti fuerunt. Sic demum Synodus Calcedonen.& Acta quintæ Synodi, & capita quædam Epheſini Concilii adulterata fuiſſe, auctores multi ſunt. *Euſeb. lib. 4. Eccl. hiſto. cap. 23. & lib. 5. cap. ulti. & lib. 6. cap. 10. Ruffinus lib. de adulter. librorum Origenis, Iſidor lib. 3. de ſum. bon. cap. 12. Joannes Picus in apologia quæſt. 7. Brunus lib. 6. de hæreticis cap. 7.*

12 Et ne longè factorum exempla petantur, corrumpunt hodie Lutherani Sacros ferè libros omnes, quos magno ſtudio curant, ut ſic depravati, ad Indos uſq; perveniant; uſq; adeò verum eſt, quod ille Hieron. de hæreticis jam olim ſcripſit: *In eo ſe lucrum putant conſequi, ſi alios decipiant, & ipſi perditi cæteros perdant.* Fieri enim ferè ſolet, tàm in aliis diſciplinis, quam in religione; ut quod quis vehementius amarit, idem cupiat omnes contemplari, atq; amplecti; & quæ pertinacitèr ſibi perſuaſerit, ea in lucem prodat, firmiterq; credenda totis viribus perſuadere conetur. *Hieron. in Iſa. cap. 19. Hermas Letmatius lib. 2. de inſtau. Relig. c. 5.*

13 Scripta quoque Sancta ab hæreticis depravata, laceranda, & comburenda ſunt; quia pluſquam libri hæreticorum nocere poſſunt; Hos enim vitamus omnes, illa verò bona fide legimus, ac fieri poteſt, ut legentes in inſertos alicubi errores, velut in ſcopulos aliquos impingamus, atq; indè id eveniet quod Leo ille Magnus Epiſtola 91. ſcriptum reliquit; *ut pietate Sanctorum voluminum depravata, non quod Spiritus Sanctus docuit, ſed quod Diaboli miniſter inſervit.*

14 Hujus autem contagii non aliud remedii inveniri poteſt, niſi qua dignum eſt diligentia curetur, ne uſquam locorum, quovis idiomate, ſivè religionis, ſivè ſerii, ſivè ludicri libri, aut libelli imprimantur, vendantur, importentur, legantur, habeantur; niſi quos publica auctoritate delecti cenſores approbarint; ità planè ut officinæ excudendorum librorum publicè ubiq; auctoritati pateant, non ſecùs atq; officinæ cudendæ monetæ. Et hoc tantò majori ſolicitudine, quantò par eſt exiſtimandum, plus intereſſe Reipub. Religionem incorruptam eſſe, quàm monetam. Ac tantò quidē juſtius tranſgreſſores punire licebit, quantò maleficium ipſum circa præſtabilius eſt. *9. Ethi. cap. 3. Hermas lib. 3. de inſtau. Relig. cap. 5. Brunus lib. 6. de hæreti. cap. 7.*

15 Eodem ferè pertinet lex illa Platonis: *Nemo poeta præter Civitatis leges, & præter juſta, vel honeſta, vel bona, fingere quicquam audeat; neq; liceat quæ compoſuerit, ulli privatorum oſtendere, antequàm conſtituti hac de re judices, legumque cuſtodes, & viderint, & approbaverint.* Et paulo poſt: *Inſaniremus & nos omninò, & Civitas omnis, ſi antequàm magiſtratus viderint quæ compoſuiſtis, & dicenda ad populum judicaverint, admitteremini.* Hæc Plato lib. 7. de legibus. qui lib. 8. addit. *Nemo audeat muſam horum judicio non probatam canere, etiamſi Thamyræ, Orpheique hymnis ſit ſuavior.*

16 Extat Concilii Lateran. Decretum, vetans ne quis liber imprimatur, niſi per Epiſcopum, & Inquiſitorem Apoſtolicum diligenter ſit examinatus: qui contra fecerit, in ſententiam excommunicationis incurrat, & libri publicè ardeant. Quod in Synodo Tridentina renovatum eſt, & Regiis pragmaticis pœnis magnis ſancitum. *Lateran. ſeſſ. 10. Trident. ſeſſ. 4.*

17 Et quamvis in hæreticorum libris (in iis præſertim qui ad Religionem pertinent) aliqua reperiantur elegantèr tractata, nihilominus tamen libri eorum vitandi, & comburendi ſunt. Nàm, ut Irenæus lib. 3. adversùs hæreſes cap. 4. inquit: *Non oportet quærere apud alios veritatem, quam facile eſt ab Eccleſia diſcere.* Adde quòd, ut Leo Magnus ait: *Quamvis ſint in illis quædam, quæ videantur ſpeciem habere pietatis, nunquàm tamen vacua ſunt veneno: ſine mendacio conſumabitur verbum legis, & ſapientia in ore fideli complanabitur. Eccleſ. 34.*

18 Timendum quidem eſt ne dulcedine veritatis lectores allecti, impietatis venenum incauti liguriant; atque ea cauſa fuit,

fuit, ut Chriſtus Salvator noſter. Dæmo- *Marci 1.* nia veritatem dicentia loqui prohibuerit, quemadmodum Theophylactus, Euthymius, & alii in Evangelium Marci obſervarunt c. 1. & inibi Beda, inquit: *Quare autem dæmonia Dominus ſe loqui prohibet,* *Pſalm. 4?.* *Pſalmiſta manifeſtat, qui ait: Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras juſtitias meas per os tuum? Nè quis dum prædicantem audit, ſequatur errantem. Improbus enim magiſter eſt diabolus, qui falſa veris ſæpè permiſcet, ut ſpecie veritatis teſtimonium fraudis obtexat.* Quod idem in acta Apoſtolorum cap. 16. iterans addit.

Ne corrumpamur amari
Melle doli, ſi vera canit, qui falſa miniſtrat.

Ut Arator ait. Tum illud addo.

Impia ſub dulci melle venena latent.

Simile quippiam tradit *Origenes in lib. nume. homil. 16. & Chryſoſt. in cap. Matth. 13. homil. 47. & concio. 2. de Lazaro.*

19 Sed quamvis hæc ita ſint, quieſcere tamen neſcit prava curioſitas, & Hevæ filii, ut bonum, & malum ſciant, libros hæreticorum legunt, Quaſi verò in omni doctrinarum genere innumerabiles libri non extent, quorum lectione curioſi homines ſatiari non queant. Iſti verò præcepta Pontificum contemnentes, vehementer pec- *Luc. 10.* cant; nam qui eos ſpernit, Chriſtum ſpernit. Deindè committunt ſe periculo erroris impii; *& qui amat periculum, peribit in illo: & Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Luc. 10. Eccleſi. 3. & 13.*

20 Summi tamen Theologi conceſſu Pontificis Max. libros hæreticorum legere poterunt, ut fallaces eorum doctrinas refellant, exemplo Dionyſii Epiſcopi Alexandrini, qui libro 3. de baptiſmo hujuſmodi verba ſcripta reliquit: *Ego, & tractatus hæreticorum lego, & traditiones eorum perſcrutor, etiam ſi videar ad horam verbis eorum pollui; ſed multum mihi confert hoc ipſum, quod ex ipſorum verbis arguere eos poſſum; Denique cum aliquis ex fratribus, & compresbyteris prohiberet me, ne hæretica lectione, tanquam cæno alicujus fatore pollueter, viſio mihi quadam à Deo oſtenditur, qua me confirmaret, & ſermo ad me factus eſt, hæc mihi evidenter proloquens: lege omnia quæcunq; in manus tuas venerint; quia probare ſingula quæque, & diſcernere potes; quandoquidem ex initio tibi hæc cauſa fuit credendi. Amplexus ſum viſionem, quia & Apoſtolicæ ſententiæ congruebat dicenti: Omnia probate, quod bonum eſt tenete.* Retu- *1. Theſſ. 5.* lit hæc *Euſebius lib. 7. Eccle. hiſt. cap. 6. & Nicephorus* meminit *lib. 6. cap. 8. Godofredus in l. damnato. C. de hæret.*

21 Viri quoq; ſapientes, permiſſu Pontificis Max. legere poſſunt hæreticorum libros, eos præſertim qui Religionis non ſunt, ſed vel juris Civilis, vel medicinæ, vel artium liberalium; ut ſi qua prodeſſe Catholicis queant, ab hæreticis, tanquàm ab injuſtis poſſeſſoribus, auferantur. Quod jàm olim de libris Gentilium legendis Divus Auguſt., aliique tradiderunt. *Auguſt. lib. 2. de Doctr. Chri. cap. 40. cap. turbat. cum ſeq. diſt. 37. Niceph. lib. 10. Eccleſiaſt. hiſto. cap. 26.*

22 Sed ſi id fiat, ne nominandi quidem hæretici ſunt. Laudat Plutarchus Lacedemonios, eo quòd flagitioſus quidam, cum optimam dixiſſet ſententiam, Lacones ipſam approbarunt, ſed illi ablatam, alii, qui benè vixerat, aſcripſerunt. Quod prolixè memorans Aulus Gellius, nobile id, & illuſtre conſilium fuiſſe dicit, ac tandem his verbis concludit: *Sic bona ſententia manſit, turpis auctor mutatus eſt.* Quòd ſi viri illi, veræ pietatis ignari, dedignati ſunt ex improborum ore veras, & honeſtas ſententias audire; quantò magis Catholici cavere debent, ne vel ex ore, vel ſcriptis hæreticorũ immortalitatis verba capiant, ut quos etiam Deus, tanquam organa diaboli indignos judicat, ex quorum ore veritas denuntietur? *Plutar. in Apohteg. Gelli. lib. 18. cap. 3. Philo. lib. quod deterius potiori inſidiari ſoleat. Brun. lib. 6. de hæret. cap. 6.*

23 Multi Juriſperiti, non admodùm peritè ajunt; ſi libri hęreticorum apud aliquem reperiatur, hoc ipſo probatum erit, illum hæreticum eſſe, atque adeòut convictum puniri poſſe. In quo, mea quidem ſententia, bis errant. Primùm, quòd præter leges id genus probationis inducunt, quod neq; uſquam relatum, neq; unquàm receptum eſt. Deinde quòd ex ſola præſumptione, ſivè ficta probatione, putant Chriſtianum hominẽ impietatis damnari poſſe, quod lege Pontificia nominatim vetitum eſt. *c. literas de præſumpt.* Falluntur *Archidia. Joan. And. & Domini. in c. filii de hæret. lib. 6. Ludovi. Roma. ſingul. 323.*

Joan.

Joan. Anan. in c. ſi quis Epiſcopus de hæret. Hippol. in l. qui falſam. ff. de falſ. & in practiva. §. diligenter, & conſ. 52. Gratus conſil. 151. lib. 2. Ludovi. Carc. de hæreticis num. 125.

24 Sunt qui ajunt, ſuſpectos eſſe illos, qui libros hæreticorum habent, quorum ſententia probabilis eſt. Ego verò plurimùm arbitrio judicum tribuendum cenſeo; nam ex perſonarum, & librorum qualitate, aliiſque circunſtantiis, cauſa cognita, judices in unaquaq; ſpecie melius ſtatuere poterunt, *(b)* hodiè verò multis Summorum Pontificum Decretis, & Bulla in Cœna Domini ſeveriſſimæ pœnę ſancitæ ſunt contra eos, qui libros hæreticorum legunt, vel poſſident, *Joan. And. & Domin. in cap. 2. de hæret. lib. 6. Matth. in Conſtit. Siciliæ titul. 1. qu. 10. Felin. in c. ſi quis Epiſcopus de hæret. pravit. q. 13. Alber. de aſſert. Cath. q. 28. Godefred. in l. damnato. C. de hæreti. Zanchi. cap. 7. Franc. Burſat. conſil. 90.*

25 Cœterum libris hæreſum convinci poſſunt eorum Auctores, & plenam adverſùs eos probationem faciunt, ſi modo planè conſtiterit ab eis compoſitos eſſe; Nec enim minùs hæretici ſunt, qui hæreſes dicunt, quam qui eas ſcribunt; immò deliberatione majori libri ſcribuntur, quàm verba emittantur. Accedit eò Juſtinus ille martyrio, & philoſophia illuſtris, qui in prima quæſtione Gentibus poſita inquit: *Impium eſt, etiam ſola cogitatione indigna de Deo ſentire; Si verò ad hujuſmodi impietatem, quam ſola opinio, & cogitatio pariat, etiam oratio, & aſſertio addatur, major impietas efficitur; Si, & aſſeratur, & ſcripto enuntietur, neceſſariò omnem malitiam, & vitium talis impietas complectitur.* Quamobrem Divus Auguſt. epiſt. 96. inquit: *Anathemet Pelagius ſcripta ſua, ubi contra gratiam Dei, & ſi non per contumaciam, tamen per ignorantiam diſputat &c. c. ulti. 24. q. 2. Leo epiſt. 91. cap. 15. l. lex Cornelia. §. ſi quis librum ff. de injur. Sozomenus lib. 3. hiſtor. tripart. cap. 9.*

26 Qua pęna ſit afficiendus, qui libros hæreticorum retinet, ſæpè quæſitum eſt, & lex quidem Magni Conſtantini ait: *Si quis conſcriptiones Arrii celaſſe comperiatur, & non repentè proferens, igne conſumpſerit, mortis ſupplicio ſubjaceat.* Honorius quoque, & Arcadius hanc legem tulerunt: *Codices hæreticorum doctrinam continentes, ſumma ſagacitate quæri, ac prodi mandamus; ſub aſpectibus judicantium incendio mox cremandos; ex quibus ſi quid fortè aliquis, qualibet occaſione, vel fraude occultaſſe, neque prodidiſſe convincitur, ſciat ſe, velut noxiorum codicum retentorem, capite eſſe plectendum.* Valentinianus autem, & Martianus aliquando mitius. lex enim eorum ait: *Nemo hujuſmodi habere libros, & ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſervare; quòd ſi qui in his criminibus fuerint deprehenſi, perpetua deportatione damnentur.* Poſtremò Juſtinianus conſtitutione novella inquit: *Neque Severi dicta, ſcripta ve apud quenquam Chriſtianorum manento, ſed profana ſunto, & à Catholica Eccleſia aliena, igniq; comburantur à poſſeſſoribus; niſi illis retinendis in periculum adduci velint. Præterea, à nemine impoſterum conſcribantur, ſciens quod illius dicta conſcribentibus abſciſio manus in pœnam irrogabitur; nolumus enim, ut illorum blaſphemia ad alia prorepat ſecula. Socrat. lib. 2. hiſto. tripart. cap. 15. l. 24. titul. de his, quæ ſuper religione contend. C. Theod. l. quicunq; C. de hæret. Novella 42. ut Anthimus, Severus &c.*

Lex Conſtantini in retinentes libros Hæreticorum.

Honorii, & Arcadii.

Valentiniani, & Martiani.

Iuſtinianus.

27 Nobis verò, qui ſententiam ſanguinis ferre non poſſumus, magno argumento eſſe debent ſupraſcriptæ leges, ut ſeverius in eos animadvertamus, qui dolo malò hæreticorum libros occultant. Quòd ſi hi, qui famoſum libellum reperiunt, & non illum ſtatim ſupprimunt, capitali ſententia damnantur; quantò acerbius puniendi ſunt qui libros hæreticorũ ſervant, præſertim Lutheranorum, qui nihil aliud ferè ſunt, quàm in Pontifices Max. in Divos omnes, in Eccleſiam Catholicam, in Religionem Chriſtianam impii, famoſiq; libelli? *l. 1. C. de famoſ. libellis.* Vide Bullas Leonis X. & Julii III. contra eos latas, qui libros Lutheri, & aliorum legerint; eos enim pœnis hæreticorum, & læſæ Majeſtatis condemnant.

ANNOTATIONES.

1 Non ſolùm veræ Religionis &c.

De Librorum prohibitorum materia, præter illa, quæ hic docet Simanc. Vide *Albertin. tractat. de agnoſcend. aſſert. Catholic. & hæretic. quæſt.28. nu. 5. & nu.11. Alphonſ. de Caſtr. de iuſt. hæret. punit. cap. 15. 16. & 47. Campeg. in addit. ad Zanchin. tract. de hæretic. cap. 34. Farinac. de Hæreſ. quæſt. 180. §. 1. num.1. & ſequen. Pegn. in addit. ad Eymeric. 2. part. direct. comment. 3. ſuper c. Fraternit. & comment. quæſt. 24. uſque ad quæſt.30. Locat. in prax. verbo libri, & Caren. de Off. S. Inquiſit. part.1. tit. 10. per totum.*

7 (*a*) Et damnatis Auctoribus, libri quoque illorum vetiti intelligantur.

Notandum doctrinam hanc, cui Omnes Veteres, & magna ex parte Recentiores Omnes adſtipulantur, locum quoque habere in illis hæreticorum libris, qui multa continent bona; cum etenim hæreticorum mos ſit multa bona tradere, ut falſa facilius poſtea perſuadeant; grande periculum eſt, ne inter utilia hæreſes lateant inficientes; & ſic lateat, ut dicitur, Anguis in herba. Vide *Hoſtien. in c. fraternitatis nu.1.* & excipe niſi expreſse ab Eccleſia hi libri approbentur, ut eſt de Origenis, & Porphirii libris, iuxtà id, quod ſcribit *Locat. in praxi. Verbo damnatus nu. 3. & Verbo ſcriptura num. 6. & 7.*

8 Multis quoque legibus &c.

Morem omnes pernicioſiſſimos libros abolendi fuiſſe vetuſtiſſimum in Eccleſia oſtendit quoq; *Gregor. de Valent. ad D. Thom. 2. 2. quæſt. 11. art. 3. Verſ. quod ſi iure &c.* Nota tamen quòd licet hic à Simanca multi Seculares Principes referantur, qui ſuis legibus Impiorum libros proſcripſerunt; attamen ex hoc nequaquam colligi debet quod poteſtas hæc damnandi libros ob hæreſim ſit apud Principes Seculares; ea namque ità propriè convenit Eccleſiæ, ut Seculari Principi nullatenus eſt concedenda, niſi in caſu, quo hæreſis in libris contenta omnibus palam eſſet, & ſufficienter Iudicio Eccleſiæ declarata, & damnata. Vide *Sanctarel. de hæreſ. cap.14. dub. unic. nu.8.*

16 Extat Concilii Lateran. decret. &c.

Notandum quòd vigore hujus Decreti librarii imprimentes abſque licentiis, præter Excommunicationis, & librorum ammiſſionis pœnam, *incurrunt* illam quoq; ſolvendorum centú ducatorum, quæ fabricæ S. Petri Romæ ſunt applicanda. *Concil. Lateran. 5. ſeſſ. 10. conſt. 4.* licentia autem hæc imprimendi, quæ Romæ à Vicario Papæ, & Magiſtro Sacri Palatii eſt concedenda, eſt ſemper in fronte libri ponenda. Vide Conſt. Leonis X. quæ incipit. *Inter ſollicitudines*, & eſt præfati Concilii quemadmodum etiam *Trident. ſeſſ. 4. de edit. & uſu ſacror. libror.*

17 Et quamvis &c.

Vide nuper notata nu.7. & auctoritatibus SS. Patrum, quas hic adducit Simanc. adde quod *lib. 5. moralium cap.10.* ſcriptum reliquit Sanctiſs. Pontifex ille Magnus Gregor. his verbis: *Habent quippe hoc Hæretici proprium, ut malis bona permiſceant, quatenus facilè ſenſus audientis illudant; ſi enim ſemper prava dicerent, citiùs in ſua pravitate cogniti quod vellent, minimè perſuaderent; rurſum ſi ſemper recta ſentirent, profectò hæretici non fuiſſent, ſed dum fallendi arte ad utraque deſerviunt, & ex malis bona inficiunt, & ex bonis mala, ut recipiantur, abſcondunt.*

20 Summi tamen Theologi &c.

Bene hic ponit Simanc: *Conceſſu Pontificis Maximi*: nam ſi abſq; ſufficienti licentia ſummus quoque Theologus hæreticales, & proſcriptos libros legeret, aut apud ſe retineret animo confutandi errores in illis contentos, à pęnis inflictis iis, qui tales libros apud ſe retinent, aut legunt, nullatenus excuſaretur. Vide *Decian. tract. Crimin. lib. 5. cap. 17. verſ. 33. Tolet. de Inſtruct. Sacerd. lib.1. cap.19. num.9. Vgolin. tract. de Cenſur. in Gloſſ. Aut pertinentes. in princip. verſ. quarto excommunicatio, & Pegnam in addit. ad 2 part. direct. Eymeric. comment. 3. ſuper cap. Fraternitatis. Verſ. tametſi verò. &c.*

21 Viri quoque ſapientes &c.

Notandum quòd nedum Summus Pontifex, ſed Sacræ Congregationes Eminentiſs. Cardinalium, tùm S. Officii, cum Indicis de Vrbe licentiã libros prohibitos legendi tradunt, non obſtante revocatione omnium licentiarum facta ab Vrbano VIII. in Conſtit. quæ incipit *Apoſtolatus*; Talis enim conſtitutio licentias hujuſmodi non comprehendit. Vide *Caren. de S. Off. tit. 10. part. 2. Rubr. de Retentor. libror. prohibit. §. 1. num.25.* ubi declarationem Sanctitatis ſuæ circa S. Officii Congregationem directam olim Genuenſi Inquiſitori extenſam leges in fine.

23 Multi Iuriſperiti &c.

Praxim procedendi in San. Tribunali contra eos, apud quos inveniuntur libri prohibiti, vide breviter exaratam à *P. Neri in Opuſcul. de Iud. S. Inquiſit., ſeu Praxi. cap. 11. per totum.* Qualitèr autem hi ſuſpecti ſint, lege apud *Caren. de S. Off. loc. ſupercit. num.22. & plurib. num. ſequen.*

24 (*b*) Hodiè verò &c.

Notandum quòd ſi quis libros hæreticorum, aut legeret, aut retineret in illis locis, ubi Bulla Cœnæ non eſt publicata, nec uſu recepta, pœnas in eadem contentas haud incurreret, nec ab excommunicatione Bullæ eſſet abſolvendus, lex enim non obligat, niſi ubi publicata eſt, & uſu recepta. *Beccan. ſumm. Theol. Scolaſtic. p.2. tract. 3. cap.6. quæſt. 8. num.4. in fine.*

27 Nobis verò &c.

Pœnas, quibus mulctantur hodiè in S. Inquiſitionis Tribunali Retentores librorum prohibitorum, vide apud *P. Nerium, & Carenam. locis hic ſupra num.49.*

De Mahumetanis. Titulus XXXIX.

SUMMARIUM.

1 *Mahumetanorum appellatio quos complectatur.*

2 *Mahumetis vitia, & ſecta ab eo introducta turpitudo.*

3 *Mahumetis ſectam, ridicula cum ſit, cur tot homines ſequantur.*

4 *Mahumetani ad Inquiſitorum iuriſdictionem non pertinent, niſi fuerint baptizati.*

5 *Hiſpania eò potiſſimùm nomine fœlix appellari debet, quòd ab hæreſibus intacta eſt.*

6 *Chriſtianus Mahumetis ſectæ ſe addiiciens, quomodò puniendus.*

De Mahumetanis.

1 Mahumetanorum appellatione hoc loco accipimus Sarracenos, Mauros, Turcas, & cœteros barbaros omnes, qui Mahumetem illum Impoſtorem, & pſeudoprophetam colunt, quorum omnium ſecta falſiſſima, & ſpurciſſima eſt, & quæ facilè à quovis homine infimæ etiam eruditionis, expugnari, & cõfutari poteſt; ea enim lumine naturali, & ſupernaturali repugnat, & ab omni philoſophia, rectaq; ratione prorsùs abhorret.
Quid Alcoranus. Compoſuit Mahumetes ipſe Alcoranum, ideſt collectionem præceptorum, librum quidèm uſque adeò confuſum, & inuolutum, ut vix magno labore ab homine quopiam doctiſſimo explicari, aut ordinari queat; Quod evidentèr oſtendit imprudentiam, & ignorantiam, atque cœcitatem Auctoris. Continet præterea tot fabuloſa portenta contra legem Dei, & bonos mores, ut irriſione magis, quàm confutatione dignus ſit.

2 Mahumetes ipſe homo fuit ſacrilegus, tyrannus, peruerſus, qui non doctrina, eruditione, aut vitæ ſanctitate ſectam ſuam perſuaſit; ſed vi, & armis, fraudibus, atque muneribus eam introduxit. Nihil habet ea ſecta præclarum, aut ſublime, nihil attingit de puritate cordis, nihil de contemplatione veritatis, nihil de vera beatitudine; tota eſt in terrenis delitiis, in obſcœnis corporis voluptatibus. Nullis unquam veris miraculis clarvit Mahumetes, neque ab ullo propheta, viro ſancto, aut erudito unquam laudatus eſt; à ſe ipſo ſæpiſſimè diffidet, & ingenuè faſſus eſt, neſcire ſe, an ipſe, & qui eum ſequuntur, in via ſalutis eſſent; additq; ſe credere quòd nullus legem ſuam erat intellecturus; neque mirum id, quandoquidèm illemet ſeipſum non intellexit; etenim ut Sapiens ait: *Impius confundet, & confundetur.* Do- *Prov. 13.*
cuit auditores ſuos, quod qui occidit inimicum, vel ab inimico occiditur, in Paradiſum ingrediatur; Paradiſum verò dicebat, carnalis cibi, & potus, & commixtionis mulierum, fluvjumque vini, & mellis, & lactis, & fœminarum, non præſentium, ſed aliarum, commixturam multorum annorum futuram, & affluentem voluptatem, neque non, & alia luxuria, & ſtultitia plena, ut Paul. Diaconus memorat. lib. 18. rerum Romanorum. vide *Pompon. Latum in Licinio, & Baptiſtam Egnatium poſt vitam Heraclii.*

3 Dixerit fortaſsè quiſpiam: quid eſt igitur quamobrẽ tàm innumerabiles hanc ſectam ſequuntur? In promptu cauſa eſt; quia voluptatibus ſervit. Etenim (ut apud Xenophontem eſt) *fit perſæpè ut habeant plures, qui ſecùm ſentiant, improbi viri, quàm probi; Improbitas enim proficiſcens per ſubitas voluptates, harum perſuaſionibus utitur, quò multi ſecùm ſentiant; at virtus ad arduum agens, non eſt admodùm potens, ut ſubitò, & inconſultò ad ſe trahat.* Et Ariſt. 6. Polit. inquit: *Permiſſio vivendi, ut quiſq; velit, magnam colligit faventium multitudinem; nàm vulgò diſſoluta gratior eſt, quàm temperata vita.* Sic Meretrici dicenti (uti Elianus refert lib. 13.) *Ego quidem, ò Socrates, multum tibi præſto; nàm, cum tu neminem ex meis à me poſſis abalienare; ego, cum libitum eſt, tuos omnes à te avoco.* Reſpondit Socrates: *Quid*

mi-

rum eſt hoc? ſi quidem tu ad declivem tramitem omnes rapis; ego verò ad virtutem cogo, ad quam arduus, & pleriſq; inſolitus eſt aſcenſus. Sic Mahumetes, Lutherus, & ferè cœteri hæretici omnes hac ampla via improbos homines rapiunt, relicta illa Chriſti arcta, quæ ad vitam ducit, quam viam conficiunt admodum pauci.

4 De Mahumetanis autem non eſt cur pluribus diſputemus, quandoquidem ad juriſdictionem Inquiſitorum non pertinent, niſi fortè baptizati fuerint: quo caſu in Hæreticorum, & Apoſtatarum numero habendi ſunt. Accedit etiam quòd lege Regia expulſi ſunt Mahumetani è tota Hiſpania; & præterea interdictum illis eſt, ne unquàm ad eam revertātur; pęna mortis, & publicationis bonotum adversùs illos, qui contrarium fecerint, conſtituta. Item illud eadem lege continetur, ut bona omnia eorum, qui Mahumetanos receperint, ipſo facto confiſcentur.

5 O' nimium fęlix Hiſpania noſtra piorum Principum beneficio, ab impiorum, & hæreticorum peſtifera contagione purgata! fatentur hoc ipſum exteri, qui Regnum noſtrum ob eam rem ajunt eſſe, ſicuti eſt, fœliciſſimum; ſed unius teſtimonio brevitatis cauſa contentus ero. Hoſius ille Cardinalis Eminen. multis nominibus ſuſpiciendus, libro 3. adversùs ptologomena Brentij: *Nullum*, inquit, *regnum eſt, noſtro hoc infælici ſeculo, magis ab hæreſibus intactum, quàm ſit, vel hoc ſolo nomine fœliciſſimum, Hiſpaniarum Regnum, cui propter hanc in Fide Catholica conſtantiam, & ejus tuenda diligentiam alias præterea multas fœlicitates Deus largitur*. Sic etiam Pauſanias lib. 1. de Religione Athenienſium loquens, inquit: *Quantò cœteris Deorum cultu Athenienſes præſtent, ſecunda, qua in præſentia utuntur fortuna, argumento eſſe poteſt*. Incredibile penè eſt, quanta fęlicitate coaleſcant regna, in quibus juſtitia permixta eſt cum religione, quæ cum in Hiſpania fulgeant, mihi coniicere licet, Divina providentia factum eſſe, ut Indorum Gens tàm latè, longèque diffuſa, ab Hiſpanis potiùs, quàm ab aliis nationibus inveniretur; nempè ut rectam, puramque Fidem ab Hiſpanis hominibus edoceantur. Annunciatum à noſtratibus eſt omnibus ferè Indis Evangelium Chriſti, & innumerabiles barbari facti ſunt Chriſtiani, Domino cooperante, & multis, magniſq; ſignis Catholicam Fidem confirmante, ad hæreticorum omnium confuſionem.

6 Sed ad Mahumetanos revertamur. Contra Chriſtianum, qui Mahumetis ſectam ſecutus fuerit, Regia lege capitis pęna conſtituta eſt; ſed Iure Pontificio, quo Inquiſitores Apoſtolici utuntur, deſertor ille, tanquàm Apoſtata puniendus eſt. *l. 4. titul. 25. part. 7. contra Chriſtianos de hæreti. lib. 6.* (a) Denique contra Mahumetem, & Alcoranum multi multa ſcripſerunt; vide, ſi vis, *Nicolaum Cuſam, atque Dionyſium, & Armacanum lib. 18. de erroribus Armenorum. Ludovi. Vives lib. 4. de veri. Fid. Chri.*

ANNOTATIONES.

1 Mahumetanorum appellatione &c.

De Mahumetanis vide in corpore Iuris Canonici *tit. de Iudæis, & Saracenis. D. Thom. lib. 1. contra Gentil. cap. 6. D. Antonin. p. 4. tit. 11. cap. 6. §. 1. Albertin. ſuper Rubr. de hæretic. lib. 6. quæſt. 2. nu. 52. & multis ſequen. & quæſt. 3. & 4. Ioannem Roiam tract. de hæretic. part. 1. nu. 10. cum ſequen. Marquard. de Iudæ, & alys Infid. p. 3. nu. 33. 34. & 36. Pegnam in addit. ad Eymeric. 2. part. Direct. comment. 46. ſuper quæſt. 21.* & alios quàm plures tàm Veteres, quàm Recentiores, & nota quòd, ut hic ait Simanc. Mahumetani Vocabulum Genericum eſt, quod Omnes Mahumetis legem profitentes cōprehendit, quales ſunt Turcæ tetertimi Chriſtianorum hoſtes, Sarraceni, Mauri &c.

2 Mahumetes ipſe Homo fuit ſacrilegus &c.

De Ortu, & fraudibus Mahumetis vide *D. Antoninum, qui ſupra p. 4. tit. 11. cap. 6. §. 1. & Ioannem Zomaram tom. 3. annalium in Heraclio*; De calliditate autem, & verſutia, qua vſus fuit in ſua falſa doctrina tradenda lege *Marquard. loco ſupercit. num. 38.* qui eum Moſis ſimiam appellat.

4 De Mahumetanis &c.

Hanc Simaneæ Doctrinam intellige, ſi poſt Baptiſmum ſuſceptum, iterum ad Mahumetiſmum revertantur; cum ad iuriſdictionem Inquiſitorum pertineat contra Apoſtatas procedere, ut docent omnes DD. Vide *Decian. tract. Criminal. lib. 5. cap. 15. num. 1.*

6 (a) Denique contra Mahumetem, & Alcoranum &c.

Contra Mahumetem, & Alcoranum ſcripſit quoque D. Thom in Opuſculo quodam, quod incipit: *Beatus Petrus Apoſtolus tom. 17. Pius II. Epiſtola quadam ad Mahumetem Turcarum Regem. Ricoldus Ordinis Prædicatorum*, & alii quam plures, quos vide citat. apud *Pegn. in addit. ad Eymeric. 2. par. Direct. comment. 46. verſ. Mahometis errores.*

De Matrimonio. Titulus XL.

SUMMARIUM.

1 *Uxores duas, aut plures habens à judice ſæculari puniendus eſt.*

2 *Inquiſitores cur ſæpènumero de cauſis eorum cognoſcunt, qui plures habent uxores.*

3 *Inquiſitores quatenùs cognoſcere debeant de illorum cauſa, qui plures habent uxores.*

4 *Inquiſitores quando procedere debeant adversùs eos, qui plures uxores habent.*

5 *Uxorem alienam qui ſciens ducit, & mulier, quæ ſcientèr nubit alterius viro, à quibus puniendi ſint.*

6 *Uxores plures habentes qua pœna affici ſoleant ab Inquiſitoribus.*

7 *Judices Eccleſiaſtici ad verbera damnare poſſunt reos.*

8 *Monachus poſt profeſſionem ſolemnem matrimonium contrahens, ſi occultè id faciat, an ab Inquiſitoribus puniendus ſit.*

9 *Monachum, qui occultè matrimonium contrahit, ab Inquiſitoribus puniri non debere, falſa videtur opinio.*

10 *Inquiſitores cognoſcere etiam poſſunt de crimine Monachi occultè uxorem ducentis.*

11 *Lutheri hæreſis aſſerentis Monachos poſſe ducere uxorem, jàm olim condemnata eſt.*

12 *Clerici, qui uxorem ducunt, eodem ſtylo, ac monachi, coercendi ſunt.*

13 *Clerici nuptiis inceſtis inquinati, qua pœna afficiendi ſint.*

14 *Maritus, qui, uxore viva, abſque ejus juſto conſenſu ad ſacros ordines promovetur, qua pœna afficiendus ſit.*

15 *Sacerdos, qui filiam ſpiritualem nefario inceſtu contaminaverit, quomodò puniendus ſit.*

16 *Maritus an habitare teneatur cum uxore hæretica Eccleſiæ reconciliata, & uxor cum marito.*

17 *Matrimonium contractum inter Catholicos, & Hæreticos, an ratum ſit.*

18 *Matrimonium prædictum ratum eſſe non nullis rationibus oſtenditur.*

19 *Matrimonium prædictum ratum non eſſe, & prædictas rationes nullius eſſe momenti demonſtratur.*

20 *Matrimonium inter Chriſtianos, & Hæreticos multa Concilia prohibent.*

21 *Concilia, quæ matrimonium inter Chriſtianos, & Hæreticos prohibent, à Pontificibus Maximis approbata ſunt.*

22 *Matrimonium inter Chriſtianos, & Hæreticos vetitum eſt, pœnis etiam adiectis.*

23 *Matrimonium hoc qui dixerit ratum eſſe, probare debet exceptionem, cum regula ſit ei contraria.*

24 *Matrimonii prædicti non qualiſcunque prohibitio eſt, ſed variis pœnis ſancita.*

25 *Matrimonia legitima, & juſta ſeparantur propter hæreſim ſupervenientem.*

26 *Matrimonium, & ſocietas cum hæreticis divino jure prohibetur.*

27 *Matrimonium iiſdem de cauſis, quibus irritum eſt inter Infideles, & Chriſtianos, inter hæreticos, & fideles irritum cenſetur.*

28 *Hæreticorum conſuetudo periculoſior eſt, quàm infidelium.*

29 *Hæreticorum ſocietatem perniencioſam eſſe ex Paulo oſtendi poteſt.*

30 *Chriſtianis grave, & nefarium jugum eſt, cum hæreticis ſocietatem conjungere.*

31 *Matrimonium cum infideli contractum cur potiſſimùm irritum eſſe debere, quidam Theologus aſſeverabat.*

32 *Chriſti membrum efficitur quiſquam, non ſolùm per Sacramentum Fidei, ſed per Fidem etiam Sacramenti.*

33 *Matrimonium Cathecumeni, aut Apoſtatæ cum Catholica, vel Infideli, an ſit ratum.*

34 *Matrimonium Apoſtatæ cum Catholica ratum eſſe, quidam Theologus ex Ambroſio deducebat.*

35 *Ambroſius de matrimonio loquens, nuptias infidelis, & hæreticæ cum Chriſtiano ex æquo prohibuit.*

36 *Matrimonium inter fidelem, & infidelem prohibet Tertullianus.*

37 *Chriſtianum virum cum muliere hæretica conjungi non licere, docet Canon 72. Sextæ Synodi Generalis.*

38 *Sextæ Synodi Generalis Canones magnam habent auctoritatem.*

39 *Theo-*

39 *Theodorus Balſamon, Antiochenus Patriarcha Canoni Sextę Synodi Generalis multum tribuit.*

40 *Matthaus Monachus Gracus de Canone Sexta Synodi General. magnificè ſentit.*

41 *Matrimonium inter Chriſtianos, & Infideles, aut hareticos, leges ſeptipartita probibent.*

42 *Hareticus infidelis dici poteſt.*

43 *Matrimonium inter Chriſtianos, & hareticos cur contrahere non liceat.*

44 *Hieronymus matrimonium inter hareticos, vel infideles, & Chriſtianos quibus verbis improbet.*

45 *Matrimonium pradictum multa Concilia, & Sancti viri damnant, & probibent.*

46 *Matrimonium pradictum quantum diſtet à juſto, ſanctoque connubio, docet Tertullianus.*

47 *Matrimonium pradictum, quibus rationibus adducatur auctor, ut irritum putet.*

48 *Matrimonium inter hareticos, & Chriſtianos contractum, jure optimo irritum eſſe cenſeri debet.*

De Matrimonio.

1 AD Judicem Secularem pertinet punire eũ, qui duas, aut plures uxores habet; quemadmodùm plurimis Romanis, & Regiis legibus continetur, & Athalarius Gothorum Rex hujuſmodi legem tuliſſe fertur: *Uno tempore duabus nemo copuletur uxoribus; quia ſe noverit rerum ſuarum amiſſione plectendum; Nam, aut libido eſt, & rectè perfrui non finitur, aut cupiditas, & jure nuditate damnatur.* Auctor Caſſiod. lib. 9. variarum. Epiſcopi quoq, atque judicis ordinarii cognitio eſt, quoties de viribus hujus, vel illius matrimonii quæſtio tractatur. *l. eum qui duas C. de adult. c. 2. de ſecu. nupt. l. miles. §. mulier de adult. authen. hodie C. de repudiis Regia lex. 7. titul. 15. lib. 8. ordinat.*

2 Cœterùm Inquiſitores de his criminibus in Hiſpania cognoſcere ſæpè ſolent proptèr abuſum matrimonii, & ſuſpicionem hæreſis indè orientem; cenſetur enim de hoc Sacramento malè ſentire qui cum pluribus matrimonium ſimul contrahit; quamobrem pleriq; putant Inquiſitores de tali crimine cognoſcere poſſe. *Lapus in c. accuſatus §. ſanè de haret. lib. 6. Domi. & Philip. Franc. in princ. ejuſdẽ cap. Franciſ. Squila in tract. de Fide. Catho. cap. 15. ſum. Roſe. verbo hareticus, num. 6. Gonſal. de haret. pravi. qu. 9. Felin. in c. ad abolendam de haret. Joan. Lup. in c. per veſtras §. 18. num. 25. Covar. lib. 4. decretal. par. 2. cap. 7. §. 3. Alfon. lib. 1. de juſta haret. punit. cap. 1. Conrad. Brun. lib. 1. de haret. cap. 2.* diffuſius *Albert. lib. de agnoſcen. aſſertio. Catholi. quaſt. 23. num. 49.*

3 Videtur tamen quòd Inquiſitores, uſque eò duntaxat cognoſcere valeant, ut planè intelligant, utrum reus malè ſentiat de Sacramento Matrimonii, vel non, quod ubi peregerint, functi ſint officio ſuo; Nàm ſi conſtiterit, reum in fide non aberraſſe, neq; unquam credidiſſe licere ſimul duas uxores habuiſſe; videtur quidem quòd Inquiſitores ultra procedere nequeant. Nihilominùs tamen conſuetudo invaluit, ut interdum reos iſtos puniant; ſed ea conſuetudine abuti non debent. Nàm ſi colore aliquo reus excuſetur à ſuſpicione hæreſis, conſultius facient Inquiſitores, ſi cognitionem hanc judicibus ordinariis reliquerint. Quid enim ſi priùs matrimonium ex cauſa probabili nullum eſſe dicatur? Quid ſi propter longam abſentiam, & rumores mortis alteriùs conjugis, alter ad ſecundas nuptias tranſierit? Nunquid infamandi, aut puniendi, tanquàm hæretici erunt qui talia matrimonia bona fide contraxerint? profectò longè aliud ſacris Canonibus decretum eſt. Nàm uxorem abſentis, quæ priùſquam de morte viri ſui certa eſſet, alteri nupſit, quodammodò venia dignam judicaverunt Patres in Sexta Synodo Generali. Quod multis quoque Patrũ Decretis Gratian. comprobat. *Sexta Syno. cap. 93. c. 1. cum ſeq. 34. quaſtio 1. vi. l. miles §. mulier ff. de adulteriis.*

4 Tunc autem jure procedunt Inquiſitores, cum de hæreſi ſuſpectus eſt reus, vel quia originem habet ex gente Mahumetanorum, vel quia palàm duas duxit uxores. Nam priori caſu veriſimilitèr prȩſumi po-

teſt, quòd legem ſequitur Mahumetis, & poſteriori, ſuſpectus eſt ipſo facto, quia malè videtur ſentire de Sacramento Matrimonii qui publicè illud ſpernit, eoque abutitur. Quod idem in aliis ſimilibus cauſis ſervari poterit; nàm ſi Barbari ad fidem converſi plures uxores ſecundùm leges majorum ſuorum habeant, in eadem cauſa ſuſpicionis erunt; multò quidem antè Mahumetem, Barbari, & carnales homines pluribus uxoribus abuti ſolebant. Cujùs rei Saluſtius in bello Jugurthino his ipſis verbis meminit: *Jugurtha filia Bocco nupſerat; verùm ea neceſſitudo apud Numidas, Mauroſq; levis ducitur, quòd ſinguli prò opibus quiſque quàm plurimas uxores, denas alii, alii plures habent; ſed Reges eo ampliùs, ità animus multitudine diſtrahitur, nullam pro ſocia obtinet, pariter omnes utiles ſunt.*

5 Eadem quoque cauſa eſt puniendi eum, qui ſciens matrimonium contrahit cum aliena uxore: & item inquirendi adversùs mulierem illam, quæ ſcientèr nubit alteriùs viro; quia uterq; abutitur Sacramento Matrimonii, & cooperatur adulterino conjugio. *Abb. in cap. 2. de Sponſ. duorum gloſ. in l. utrum ad l. Pomp. de patri. l. ſi quis uxori de furt.*

6 Pœna verò, qua Inquiſitores punire ſolent iſtos; ſi plebei ſint, hæc eſt: Reus ad publicum ſpectaculum ſimul cum hæreticis trahitur, & propter levem ſuſpicionem abjurat, & fuſtibus ceditur: hodiè quoque ad triremes ad quinquenium damnandus eſt, parte dimidia bonorum publicata; ſi filios non habuerit, quemadmodum lege Regia pleniùs continetur. Ad quas pœnas Inquiſitores damnare reos poſſunt, etiam ſi Sacerdotes ipſi ſint; non enim conumerantur inter pœnas ſanguinis, quas imponere Clerici nequeunt. Sic anno Superiori falſidicos teſtes ad triremes condemnavimus. *l. eum qui duas C. de adult. juncto §. Item lex Julia. de adulteriis inſtitut. de publ. judi. petitio* 105. *anno* 1548. *Alberti de aſſert. Cathol. quæſt.* 23. *num.* 76.

7 Et ictus fuſtium judicibus Eccleſiaſticis jam olim in uſu fuiſſe Divus Auguſt. eſt auctor, qui Marcellino ſcribens inquit: *Confeſſionem virgarum verberibus eruiſti;* Qui modus coercionis, & à magiſtris artium liberalium, & ſæpè etiam in judiciis ſolet ab Epiſcopo haberi, & Clerici etiam flagellis cedi poſſunt. *Auguſt. epiſt.* 159. *c. ſententiam ſanguinis ne Cleri. vel Mona. c. univerſitatis de ſen. excom.* & illic *Felin. c. fraternitas* 12. *quæſt.* 2. *c.* 1. *de calumni. c. cum beatus* 45. *diſt. Joan Ber. in pra. cap.* 125. *l. eum qui duas:* C. *de adulte. § item lex Julia. inſtit. de publi. judi. Alberti. de aſſertio. Catho. quæſt.* 23.

8 De Monacho illo, qui poſt Solemnē Religionis profeſſionem contrahit matrimonium, hac diſtinctione Juriſperiti communiter uti ſolent: Si publicè facinus hoc perpetravit, eo caſu magis ſuſpectus eſt ipſo facto malè ſentiens de votis Monaſticis; videtur enim aſſerere id ſibi licere quod palàm committere non erubeſcit; Aliud eſſe, ajunt, cum occultò Monachus duxit uxorem; quia tunc magis præſumitur dolo peccaſſe, quàm intellectus errore. Quamobrem priori caſu procedere poterunt Inquiſitores; poſteriori non item. *ar. l. 2. §. pen. ff. vi bon. rapt. Jacob. Butr. & Bald. in l. nemo. C. de ſum. Trinit. Abb. in c. de homine de celeb. Miſ. & conſ. 68. lib. 1. Idem rursùs, & Felin. in c. cum quidam de jur. jur. Joan. de Anan. & Feli. in c. ad abolendam de hæret. Franc. Squilla. de Fide Catholi cap. 15. Gonſa. de hæret. pravit. qu. 9. Matth. de Affli in conſuet. Sicil. tit. 1. qu. 7. Joan Lup. in c. per veſtras §. 18. Albert. in rub. de hæret. lib. 6. q. 13. nu. 37. Alfon. lib. 1. de juſt. hæret. punit. cap. 1. Brun. lib. 1. de hæreticis cap. 2. Ludovicus Carer. tractatu de hæreticis nu. 38.*

9 Sed vereor ne hæc opinio falſa ſit, & ratione careat; mihi certè parùm fundata videtur; nàm & ſi impudentius ille faciat, qui palàm has nuptias celebrat; non tamen ſuſpicione magna carebit qui eaſdem occultè contraxerit; quinimmò plerumq; fit, ut vehementiori ſuſpicione laboret qui clanculùm talia committit; nàm qui malè agit, odit lucem. Et ut Ariſt. lib. 7. Ethic. ait, *Magis injuſti ſunt hi, qui magis occultè procedunt.* Et ſicuti Socrates lib. 5. hiſto. Eccle. inquit: *Ea, quæ occultè geruntur, improbitatis ſuſpicione pleniſſima ſunt;* quod multis exemplis confirmare poſſem, quæ alii ante nos retulerunt. *Joan. 3. Ariſto. 7. ethic. cap. 6. Socrat. hiſt. tripa. lib. 5. cap. 34. l. ultim. de ritu nupti. l. non exiſtimo ff. de admi. tuto. cap. cum ex injuncto de hæret. Tiraq. in præfatione de retra. conven. num. 13. & deinceps, & lib. de pæn. cauſ. 57.*

10 Cum

10 Cum igitur crimen utroq; caſu idem prorsùs ſit, neq; differentia ponatur, niſi in qualitate ambigua, non video cur tam diverſa cognitionis cauſa conſtituenda ſit. Itaq;, mea ſententia, cognoſcere quoq; poterunt Inquiſitores de crimine Monachi occultè matrimonium contrahentis: præſertim his temporibus, poſtquam impius, & impurus Lutherus palàm docere non erubuit, licere Monachis omnibus, etiam cum Virginibus Deo dicatis liberè matrimonium contrahere. Quod, & ipſe Apoſtata publicè perpetravit; Sanctimoniali, quam miſeram ſecùm traxit in perditionem, inceſta copulatus libidine. Quē non puduit frequentèr aſſerere, æquè non eſſe arbitrii ſui, ut ſe ſervaret ab uſu, & commixtione fœminæ; quam non erat arbitrii ſui, mas eſſet, ac fœmina. Ex quo pari abſurditate colligere ſolebat votum caſtitatis eſſe impoſſibile, quod ideò illum ſenſiſſe puto, quia helvo, & vinolentus erat; venter enim vino æſtuans, citò deſpumat in libidinem; Undè Civis meus Lucanus lib. 10. elegantèr cecinit.

Plenum epulis, madidumque mero, veneri que paratum
Invenies.

11 Hæc autem hæreſis Lutheri jàm olim condemnata eſt, & multi Doctiſſimi Viri nominatim illam confutarunt. Cœterum illud præterire non potui, quòd in Concilio Turonico eo tempore celebrato, quo licebat Clericis juxta uſum Orientalis Eccleſiæ habere Uxores, de Monachis tamen tale decretum extat: *Si qui in Monaſterio converſi ſunt, nullatenùs exindè habeant licentiam evagandi; neque, quod abſit, ullus eorum conjugem ducere, aut extranearum mulierum familiaritatem habere; Nàm ſi uxorem duxerit, excommunicetur, & de uxoris malè ſociata conſortio etiam judicis auxilio ſeparetur: & infelix Monachus tali conjunctione fœdatus, ab Eccleſia ſegregetur, donec revertatur ad ſepta Monaſterii: & indictam ab Abbate, quandiu preceptum ei fuerit, agat pœnitentiam.* Hactenus Concilii Canon; Inquiſitores verò jejunia, & orationes injungere ſolent, cum detruſione perpetua in Monaſterium. *Concil. 2. Turonico. can. 11. Adde. c. impudicas. c. ſi quis ſacro. c. Monacho. c. & quia 27. q. 1.* Vide *Nicepho. lib. 2. c. 15. cum ſeq. & lib. 6. c. 30. Alfonſ. Virves adverſùs Lutheri. dogmata, Philip. 18. cum ſeq. Perionium lib. 2. Topico. theologicorum.*

12 Differentiam illam inter publicum, & occultum matrimonium Monachorum ſequuntur aliqui in matrimoniis Clericorum; ſed iiſdem omninò rationibus ab eis diſſentio: idemq; ſervari debere ſentio in Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum nuptiis, quæ in matrimonio Monachorum ſupra retuli. Has quoq; inceſtas nuptias Clericorum eodem errore approbat impurus ille Lutherus contra innumerabilia ferè Concilia, & Sanctorum Patrum Decreta; deniq; adverſus traditionem, & conſuetudinem totius Occidentalis, hoc eſt Catholicæ, atque Apoſtolicæ Chriſti Eccleſiæ. *Joan. Lup. in c. per veſtras § 18. Joan. Bern. in pract. Crimi. cap. 74. contra Luther. dogmat. Gratia. 27. diſt. cum ſeq. & diſt. 32. Hiero. lib. 1. adverſùs Jovinia. & iterum epiſt. adverſùs Vigilantium. Gerſon. dialogo de caſtit. Eccleſ. Faber in Malleo contra Luther. tract. 4. Echius in Enchirid. tit. 19. Alfonſ. adverſùs hæreſes, verbo Sacerdotium Albert Pighius controverſia 15. Tiraquel. in 15 lege connubiali. num. 82. Bartho. Latomus adverſùs Bucerum, controverſia de cælibatu Sacerdotum. Marti. Ayala de Divinis, & Eccl. tradi. tit. de cælibatu.*

13 Clerici autem in Sacris Ordinibus conſtituti, qui nuptiis inceſtis inquinantur, officio, & beneficio Eccleſiaſtico privandi, & uxores dimittere cogendi, & digna pœnitentia puniendi ſunt. Presbyteri ab ordine deponantur, & Sacro Miniſterio priventur. Diaconus ſit alienus a miniſterio, & vacet a Clero, & ab omni ordine Sacro removeatur, & officio, ac beneficio Eccleſiæ careat: quibus pœnis pari ratione Subdiaconus puniendus eſt: & ità Sacris Canonibus continetur; ſeveriùs autem conſtituerunt Patres in octavo Concilio Toletano, hoc verborum tenore: *Quicunque etiam ſi inviti ad Eccleſiaſticarum officia dignitatum aſſumuntur, deſerere quam ſemel receperunt gratiam, donumq; nequaquàm audeant, ſi verò ad conjugia, moreſque ſæculi redire attentaverint, omni Eccleſiaſtica dignitate priventur, & Apoſtatæ habeantur, & in Monaſterio, donec vixerint, ſub pœnitentia retrudantur.* Hodiè tamen ſolent ad tempus in Monaſteria detrudi; ut illic jejuniis certis, & oratio-

nibus vacent: & vltrà ſupraſcriptas pœnas Canonicas, pecunia quoque mulctantur. *c. 1. de Cleri. conju. c. decernimus c. preſbyter. c. presbyterum 28. diſt c. ſi quis à modo cum ſeq. 81. diſt. 6. Synod. Generalis. 6. c. Diaconus 27. diſtin. c. eoſ. 32. diſt. & 8. Concil. Toletan. can 7. Regia. l. 41. cum ſeq. tit. 6. part. 1. Clemc. 1. de conſang. & affin. Joan. Ber. in pract. cap. 27.*

14 Quæſitum fuit, qua pœna puniendus eſſet maritus, qui uxore viva, ſinè juſto conſenſu illius, ad ſacros ordines promotus fuit, cui quæſtioni reſpondimus, non eſſe aliam pœnam Jure Pontificum definitam, quam eam, quæ Conſtitutione quadam Joan. XXII. continetur. Hoc eſt, quòd, neque matrimonio ſoluto, in ſuſcepto ordine miniſtrare, neque ad ſuperiores ordines provehi, neq; ad aliquod beneficium, vel officium Eccleſiaſticum valeat promoveri; ſed quia non tàm de criminis punitione, quam de effectu Sacrorum ordinum illic tractatum eſſe videtur, & impunitum eſſe non debet tam grave crimen, placuit omnibus, qui de propoſita quæſtione conſultabamus, ut inſtar eorum, qui poſt ſacros ordines uxorem ducunt, iſti quoque punirentur. Neque enim magni refert, an matrimonium antecedat, vel conſequatur, quandoquidèm utroque caſu, & Sacramento matrimonii, & ſacrorum ordinum, & cælibatui Clericorum par fit injuria. Quamobrem cum ex facto quæſtio tractaretur, ſuſpendimus reum ab officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis, & præter publicam pœnitentiam, qualis blaſphemis injungi ſolet, mulcta pecuniaria impoſita, in Monaſterium ad certum tempus illum detruſimus. *Extravag. antiquæ concertationi. Joan. 22. tit. de voto, & ibi glo. in part. noverit convenire*, & quæ paulò antè diximus *nu.* 12.

15 Sacerdos, qui ſpiritualem filiam nefario inceſtu contaminaverit, ab omni officio deponatur, & cunctis diebus vitæ ſuæ in Monaſterium detrudatur. *c. omnes. c. ſi quis Sacerdos 30. quæſt. 1. Joan. Ber. in pract. cap. 76.*

16 Quæſitum fuit, an vir, aut uxor habitare teneatur cum conjuge hæretico Eccleſiæ reconciliato. Et cum fornicatio illa ſpiritualis efficiat, ut matrimonium ſeparari poſſit, relinquitur planè, conjugem Catholicum cogendum non eſſe ad habitandum cum hæretico pœnitente. Quin etiam Catholicus poterit, uxore illa invita, ad religionem convolare. *c. ult. de converſ. conjug. c. de illa de divort. Sot. in 4. ſentent. diſ. 39. art. 4.*

Sed niſi uxor velit ſanctimonialis eſſe, cogi poteſt, ut ad virum pœnitentem redeat; & hanc eſſe communem opinionem ajunt *Abbas in c. de illa, de divort. & Julius Clarius lib. 5. receptа ſent. §. hæreſis verſi. item propter.*

17 Cœterum perdifficilis, & perobſcura quęſtio eſt de matrimonio contracto inter Catholicos, & Hæreticos; multi enim putant ratum eſſe id matrimonium. *Tho. & Sot. lib. 4. ſent. diſt. 39. Guil. in ſpecul. tit. de divor. gloſ. in c. non oportet 28. qu. 1. Card. Præp.* & alii *in c. ult. de condi. appoſ. Viguer. in inſtit. tit. de Sacram. matrimo. Silveſt verb. matrimonium 8. §. 10.*

18 Hujus opinionis rationes admodū paucas invenio; ſed eruditus quidā Theologus has mihi ſuggeſſit. Unam, quòd hæreticus habet fidei ſignaculum indelebile, quamobrem capax eſt Sacramentorum; Alteram, quòd tale matrimonium nullo jure eſt irritum: Tertiam, quòd ſequeretur ex contraria ſententia, hæretici mentalis cum Catholica nullum eſſe matrimonium; Quartam, quòd hæreticus antè ſentētiam non privatur dominio bonorum; ergò multo minùs privatus erit poteſtate ſui corporis, ut illud in hujuſmodi matrimonium transferre non queat: Quintam, quòd hęreticus contrahens matrimonium cum Judæa, vel infideli, non obligatur, neque ratum eſt tale matrimonium proptèr ſignaculū fidei; Sexta, quòd irritum eſt matrimonium Catholicæ contractum cum Cathecumeno, quamvis ille credat, & confiteatur Catholicam Fidem; Septimam, quòd hæreſis non tollit fidem conubialem, neque prolem, neque Sacramentum; ergò non repugnat conjugio, ſi non pugnat cum bonis conjugii; Octavam, quòd inter Judæos, & infideles verum eſt matrimonium, & melioris cōditionis ſunt Catholicus, & Hæreticus; Nonam, quòd, ſi hæreſis ſuperveniens non dirimit matrimonium, ergò neq; illud impedit, ſed ſeparabuntur conjuges quouſq; reſipiſcat hæreticus.

19 Sed jàm videamus, an iſthæc argumenta diſſolvi poſſint. Primum quidem

dèm fortiſſimum eſſet, niſi hujuſmodi matrimonium prohibitum foret; nam hæretici aliqua Sacramenta retinent. *c. Sacramenta cum ſeq. 1. q. 1.* Ad hoc, negamus tale matrimonium non eſſe jure aliquo irritum, quinimmò id poſteà probabimus: Nec vires habet argumentum tertium, quia de hæretico intellectuali, ſivè purè mentali Eccleſia nihil judicat. Quartum verò argumentum fragiliſſimum eſt, quia hæreticus non privatur poteſtate ſui corporis, ſed ejus matrimonium cum Catholica contractũ irritum eſt ipſo jure. Quintum quoq; argumentum negari poteſt eadem facilitate, qua aſſeritur, & quamvis concederemus verum eſſe, nihil indè relinqueretur adversùs noſtram ſententiam. Item argumentum ſextum negari poſſet, quia Divvs Ambroſ. non loquitur de Cathecumeno, & ſi de eo loqueretur, noſtræ ſententię non adverſaretur, quinimmò pro nobis eſt. *c. cave. 28. q. 1.* Deindè ſeptima ratio fragilis eſt, quia neque infidelitas tollit fidem conjugalem, neq; prolem, neque Sacramentum; & quia legibus Eccleſiaſticis matrimonium iſtud hæreticorum fit irritum. Octavvm autem argumentum fragile eſt; quid enim ex eo ſequitur, quòd inter Judæos, & Infideles verum ſit matrimonium! Deniq; ſupremum argumentum fragiliſſimum quidèm eſt, quia legitimum, juſtumq; matrimonium dirimi non poteſt culpa unius conjugis, alioqui hæreticus fieri poſſet, aut fingere ſe hæreticum eſſe, qui vellet relinquere conjugem; & quos Deus conjunxit, ſeparare homo.

20 Hactenus contrarię opinionis argumenta ferè omnia exploſa, ejectaq; ſunt; nunc verò ſententiam noſtram probabiliorem eſſe fortaſsè oſtendemus. Ac primùm quidem, Concilium Elibertinum inquit: *Hæreticis, qui errant ab Eccleſia Catholica, neque ipſis Catholicas dandas puellas, ſed neque Judæis, neque hæreticis dari placuit, eo quod nulla poſſit eſſe ſocietas fidelis cum infideli; ſi contra interdictum fecerint, parentes abſtinere per quinquenium placuit.* c. 16.

Decretum Concil. Elibertini de matrimonio inter Catholicã, & Hæreticum inito.

Et Concil. Laodicenum: *Eos, qui ad Eccleſiam pertinent, indifferentèr filios proprios hæreticorum nuptiis minimè ſociare debere,* & rursùs: *Quoniam non oportet cum hæreticis commiſcere connubia, & vel filios, vel filias dare; ſed potiùs accipere, ſi tamen profiteantur Chriſtianos ſe futuros eſſe, & Catholicos.* cap. 10. & 31. & Concilium Cartag. tertium: *Item placuit, ut filii, vel filiæ Epiſcoporum, vel quorumlibet Clericorum, Gentilibus, vel hæreticis, aut Schiſmaticis matrimonio non jungantur.* cap. 12. & Concil. Agathen. *Non oportet cum hominibus hæreticis miſcere conubia, & vel filios, vel filias dare, ſed potiùs accipere, ſi tamen ſe profiteantur Chriſtianos eſſe futuros, & Catholicos. c. 67. c. non oportet 28. q. 1.*

Aliud Laodicenu Concilij.

Aliud Carthaginc. 3. Concilij.

Aliud Agathen.

21 Quod ſi quiſpiã dixerit, hæc omnia Concil. eſſe Provincialia; huic ego reſponderim, à Pontificibus Summis, & Eccleſia Catholica fuiſſe approbata; & proferam prætereà Concilium Oecumenicum Calcedonenſe, cujus verba ſunt: *Quoniam in quibuſdam Provinciis conceſſum eſt Lectoribus, & Cantoribus uxores ducere, conſtituit Sancta Synodus nulli eorum licere alterius ſectæ accipere uxorem.* Et paulò poſt: *Non poſſint liberos ſuos. Hæretico vel Pagano, vel Judæo matrimonio conjungere, niſi utique perſona, quæ Orthodoxæ conjungitur, ſe ad Orthodoxam fidem convertendam ſpondeat; ſi quis verò hanc definitionem Sanctæ Synodi prætererierit, regularum condemnationibus ſubjaceat. can. 13.*

Calcedonenſe Conciliũ.

22 Ex quibus omnibus perſpicuum eſt matrimonium propoſitum vetitum eſſe pœnis etiam adjectis; quò fit ut poſſimus aſſerere, irritum fore, atque inane. Quòd ſi quis dicat multa prohibentur quæ facta valent; huic equidem objecerim juris regulam prorsùs contrariam. Lex enim inquit *Quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia, ſed pro infectis etiam habeantur; licèt legiſlator fieri prohibuerit tantùm, nec ſpecialitèr dixerit, inutile eſſe debere quod factum eſt; ſed, & quod fuerit ſubſecutum ex eo, vel ob id, quòd interdicente lege factum eſt, iſtud quoque caſſum, & inutile eſſe præcipimus; Nàm legiſlatori, quod fieri non vult, tantùm prohibuiſſe ſufficit, cætera quaſi expreſſa ex legis licet voluntate colligere. l. non dubium C. de legibus.*

23 Ergò qui ait connubium illud ratum eſſe, probare debet exceptionem, cum regula ſit ei contraria. Nàm dicere multa prohibita, ſi fiant, valent; ergò matrimonium iſtud ratum eſt; perindè eſt ac ſi dixeris: Multi mortui ſunt, igitur Petrus eſt mortuus; multi ſunt in Eccleſia, ergò, & Joannes eſt in Eccleſia; quæ collectiones falſæ ſunt, & ineptæ.

24 Adde

24 Adde quòd non ea qualiſcunque prohibitio eſt, ſed variis pœnis ſancita, ut ex Conciliis Elibertino, Chalcedon. que patet. Ac præterea Bonifacius VIII. conſtituit, ut mulierum, quæ ſcientèr hæreticis nupſerint, dotes confiſcentur. *c. decrevit. de haret. lib. 6.* Et Theodo. Balſamon enarrans canonem prænotatum Concilii Chalcedonen. inquit: *Definitum eſt, ne eorum liberi hæreticis, vel Judæis conjungantur, niſi utiq; prohibita perſona polliceantur à ſua hæreſi, vel ſuperſtitione recedere; tunc enim, ſi ad Orthodoxam fidem acceſſerint, conſequentèr quoq; nuptiæ; Eos autem, qui hæc tranſgrediuntur, canonicis pœnis ſubiicit Synodus, lege Laodicenam Synodum, & Carthaginenſem, & invenies ſeparari matrimonium, quod cum hæretico contractum eſt; exiſtimo autem etiam cum ſeparatione eos queque puniri ſecundum præſentem canonem; ſic enim ad concordiam deducentur canones.* Hæc ille.

25 Vides, non ſolùm prohibitionem, ſed pœnas; neq, tantùm pœnas, verùm & ſeparationem. Nec mirum id, nàm & legitima, & juſta matrimonia ſeparantur propter hæreſim ſupervenientem, quemadmodùm Epiſtolis Maximorum Pontificum, Sacriſq; Decretis ſæpè conſtitutum eſt. *c. 2. c. de illa c. quantò de divortiis.*

26 Et quid attinebat vetare tot legibus id, quod ſæpiſſimè Divino jure jàm pridèm prohibitum fuerat, ſi poſt innumerabiles prohibitiones adhuc ſceleratum illud matrimonium, firmum, ratum-
1.Corint.5 que futurum erat? Paulus Apoſtolus ait,
ad Tit. 3. Ne cibum quidem cum hæreticis eſſe ſum-
2. Joan. mendum, eoſque devitandos eſſe; & Apoſtolus, atque Evangeliſta Joannes vetat, ne eos in domum recipiamus, nec ave illis dicamus. Et Apoſtoli omnes prohibuerunt, ne cum hæreticis oremus. Et à Concilio 4. Carthag. interdicuntur convjvja, & ſodalitates hæreticorum; & nihilominùs ratum erit contractum cum eis matrimonium?

27 Huc accedunt omnes ferè cauſæ, quibus irritũ eſt matrimonium inter Catholicum, & Infidelem contractum, quæ quidèm locum habent in connubio Catholicæ, atque hæretici. Nàm cauſa, quæ videtur eſſe potiſſima, ea eſt; ne conjux Catholicus ab infideli corrumpatur; Inquit enim lex: *Non ſociabis cum eis conjugia, neque filiam tuam dabis filio ejus, neq; filiam illius accipies filio tuo; quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me, & ut magis ſervjat diis alienis; iraſceturq; furor Domini, & delebit te citò, Deutero.7. & 1. Eſdrę cap. ulti.*

28 Majus autem periculum ſeductionis imminet ab hæretico, quàm ab alio infideli ullo, quemadmodùm quotidiana experientia compertiſſimum eſt. Omnes enim deridere ſolemus Judæos, Idolatras, & Mahumetanos, paucique Catholici ab iſtis capiuntur unquam; ab hęreticis verò plurimi decipiuntur in dies.

29 Aliæ quòq; cauſæ hæreticis accommodari poſſunt; quid enim prohibet quin verbis Pauli Apoſtoli paululùm permutatis, ità loqui poſſimus? Nolite jugum ducere cum hæreticis, quæ enim participatio juſtitiæ cum iniquitate? aut quæ Societas lucis ad tenebras? Quæ autem conventio Chriſti ad Belial, aut quæ pars fideli cum hæretico? Quis autem conſenſus templo Dei cum Idolis? *2. Corint.6.*

30 Jugum quidèm grave, ac nefarium id eſſet, quod Catholicus duceret cum hęretico; nullaq; participatio veræ religionis cum hæreſibus eſt; nulla Societas Catholicæ lucis cum hæreticorum tenebris, nulla conventio Chriſti ad Belial, nulla pars fideli cum impio, nullius conſenſus templo Dei cum hęreſibus, quę nihil aliud quam idola ſunt.

31 Sed Theologus ille dicebat, præcipuam cauſam, qua irritum eſt matrimonium cum infideli contractum, eam eſſe, quòd infidelis non habet characterem baptiſmi; Undè tria deducebat. Unum, quòd Cathecumenus fidem habens Catholicam non poteſt matrimonium contrahere cum Catholica, ſed hujuſmodi nuptiæ ſunt irritæ: Alterum, quòd Apoſtata, qui pœnitus receſſit à Fide Catholica, & factus eſt Judæus, vel Mahumetanus, ſi contrahat cum Catholica, ratum erit matrimonium; Tertium, quòd ſi idem ille Apoſtata contrahat cum Judæa, vel Infideli, erunt irritæ nuptiæ. Hæc ille aſſerit, ſed ea non probat.

32 Mihi verò admodùm dubia ea omnia eſſe videntur; nam Innocentius III. argumentando in alia quæſtione inquit: *Non ſolùm per Sacramentum fidei, ſed per fidem etiam Sacramenti aliquem effici mem-*

brum

brum Chriſti; & qui Chriſtum habet per fidem, etiamſi Baptiſmum non habeat, habet utique fundamentum, præter quod aliud poni non poteſt, quod eſt Chriſtus Jeſus; superædificare poſſe videtur, ſicut ſalutifera opera, ſic, & quælibet Eccleſiaſtica Sacramenta: cum illud non ſit generalitèr verum, neq; de novis, neque de veteribus Sacramentis, quòd Baptiſmus ſit fundamentum illorum: quoniam, & Sacramentum Conjugii, & Euchariſtiæ à non baptizatis recipi poteſt. Hæc ille. *cap. ulti. de preſ. non bapti.*

33 Quo vel ſolo patet, tria illa jàm ante dicta labare; nàm, & Cathecumeni Matrimonium cum catholica contractum ratum eſſe videtur; & cum baptiſmus non ſit fundamentum omnium Sacramentorū, neque ſine Fide Catholica proſit, fortaſſis verius eſt, quòd Apoſtata contrahere poterit cum infideli, & firmum erit connubium illud; quòd ſi cum fideli contraxerit, irritum prorsùs ſit matrimonium; Nàm, & Apoſtolus, & Sacra decreta, de Fidè magis, quàm de Baptiſmo loquuntur. Neque ulli dubium eſt olim Cathecumenos multos ſolitos eſſe differre baptiſma, ut ab omni peccato expiati, recta via in Cœlum tenderent; & tamen interim Catholicam fidem tenebant, nec ſatis ſcio, an infideles tunc dici poſſent.

34 Noſter ille Theologus ſuæ opinionis laudabat Auctorem Div. Ambroſ. qui lib. de Abraham inquit: *Non eſt ſatis, niſi ambo initiati ſitis Sacramento Baptiſmi &c.* Quaſi verò Baptiſmi Sacramentum efficiat, ut eo initiatus etiam hęreticus, etiam Apoſtata, matrimonium cum Catholica contrahere poſſit, cum infideli nón poſſit; ſed ſi rectè perpendantur verba omnia Beatiſſimi Ambroſij, nihil minùs probant, quàm opinionem prædictam. Inquit enim Ambroſ. *Cave Chriſtiane Gentilem, vel Judæam, atque alienigenam, hoc eſt omnem hæreticam, & alienam à fide tua accipere tibi uxorem. Prima coniugii Fides caſtitatis gratia eſt, ſi Chriſtiana ſit, non eſt ſatis, niſi ambo initiati ſitis Sacramento baptiſmatis, ſimul ad orationem noctè vobis ſurgendum eſt, & conjunctis precibus obſecrandus Deus. c. cave. 28. quaſt. 1. pleniùs libro de Abraham cap. 9.*

35 Ubi primùm obſerva Div. Ambroſium æquiparaſſe infidelem hæretico, & paritèr utriuſq; nuptias prohibuiſſe, deindè nihil eſſe locutum de charactere Baptiſmi, neque de ejus effectu, cum initiatus efficitur hæreticus, vel Apoſtata. Poſtremò perpende Beatum Ambroſium de ſolo matrimonio legitimo, & rato verba illa dixiſſe, ait enim; *ſimul ad orationem vobis ſurgendum eſt, & conjunctis precibus obſecrandus Deus.* Non ſufficit ergo, ut Sacramento Baptiſmi ſint conjuges initiati, niſi, & ambo Catholici ſint. Nàm cum Apoſtata, vel hæretico, neque orandum eſt, neq; loquendum quidèm. Quin etiam Div. Auguſt. vetat ne quis ducat uxorem, niſi eiuſdem Religionis, & Fidei, neq; alitèr conjugia maneant copulata. Tum illud addo, quòd Paulus Apoſtolus conjugem fidelem cum infideli habitare permittit; Eccleſia verò Catholica ſeparat conjugem fidelem ab hæretico, neq; eos ſimul habitare ſinit. Quo planè intelligitur periculoſius eſſe cum hæretico, quàm cum alio infideli habitare. 1. *Cor.* 7. *c. ſic enim* 28. *q.* 1.

36 Accedunt eodem, quæ Tertullianus ſcripſit lib. 2. ad uxorem: *Quis dubitet obliterari quotidiè fidem commercio infideli? Bonos corrūpunt mores confabulationes malæ, quantò magis continuus, & individuus uſus? Quomodo poteſt mulier duobus dominis ſervire, Deo, & marito Gentili? ſed viderit qualitèr viro officia pendat, Domino certè non poteſt pro diſciplina ſatisfacere, habens in latere Diaboli ſervum procuratorem Domini ſui, ad impediendum fidelium ſtudia, & officia, ut ſi jejuna obſervanda ſunt, maritus eadem die convivium exerceat:* & cœtera in eandem ſententiam.

37 Quid plura? Canon. 72. ſextæ Synodi Generalis inquit, *Non licere virum Orthodoxum cum muliere hæretica conjungi; neq; verò Orthodoxam cum viro hæretico copulare: Sed, & ſi quid ejuſmodi ab ullo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias, exiſtimare, & nefarium conjugium diſſolvi; neque enim ea, quæ non ſunt miſcenda, miſceri, neque ovem cum Lupo, neque peccatorum ſortem cum Chriſti parte conjungi oportet. Si quis autem ea, quæ à nobis decreta ſunt, tranſgreſſus fuerit, ſegregetur.*

38 Sed ajunt multi, Canones illos non eſſe factos à Sexta Synodo Generali, neq; omninò recipiendos eſſe. Hi autem ſunt Anaſtaſius, Theophanes, Humbetus, Franciſcus Torrenſis, & Canus. Contra Gra-

Joan. Anan. in c. ſi quis Epiſcopus de hæret. Hippol. in l. qui falſam. ff. de falſ. & in practica. §. diligenter, & conſ. 52. Gratus conſil. 151. lib. 2. Ludovi. Carc. de hæreticis num. 125.

24 Sunt qui ajunt, ſuſpectos eſſe illos, qui libros hæreticorum habent, quorum ſententia probabilis eſt. Ego verò plurimùm arbitrio judicum tribuendum cenſeo; nam ex perſonarum, & librorum qualitate, aliiſque circunſtantiis, cauſa cognita, judices in unaquaq; ſpecie meliùs ſtatuere poterunt, *(b)* hodiè verò multis Summorum Pontificum Decretis, & Bulla in Cœna Domini ſeveriſſimæ pœnę ſancitæ ſunt contra eos, qui libros hæreticorum legunt, vel poſſident, *Joan. And. & Domin. in cap. 2. de hæret. lib. 6. Matth. in Conſtit. Siciliæ titul. 1. qu. 10. Felin. in c. ſi quis Epiſcopus de hæret. pravit. q. 13. Alber. de aſſert. Cath. q. 28. Godofred. in l. damnato. C. de hæreti. Zanchi. cap. 7. Franc. Burſat. conſil. 90.*

25 Cœterum libris hæreſum convinci poſſunt eorum Auctores, & plenam adverſus eos probationem faciunt, ſi modo planè conſtiterit ab eis compoſitos eſſe; Nec enim minus hæretici ſunt, qui hæreſes dicunt, quam qui eas ſcribunt; immò deliberatione majori libri ſcribuntur, quàm verba emittantur. Accedit eò Juſtinus ille martyrio, & philoſophia illuſtris, qui in prima quæſtione Gentibus poſita inquit: *Impium eſt, etiam ſola cogitatione indigna de Deo ſentire; Si verò ad hujuſmodi impietatem, quam ſola opinio, & cogitatio pariat, etiam oratio, & aſſertio addatur, major impietas efficitur; Si, & aſſeratur, & ſcripto enuntietur, neceſſariò omnem malitiam, & vitium talis impietas complectitur.* Quamobrem Divus Auguſt. epiſt. 96. inquit: *Anathemet Pelagius ſcripta ſua, ubi contra gratiam Dei, & ſi non per contumaciam, tamen per ignorantiam diſputat &c. c. ulti. 24. q. 2. Leo epiſt. 91. cap. 15. l. lex Cornelia. §. ſi quis librum ff. de injur. Sozomenus lib. 3. hiſtor. tripart. cap. 9.*

26 Qua pęna ſit afficiendus, qui libros hæreticorum retinet, ſæpè quæſitum eſt, & lex quidem Magni Conſtantini ait: *Si quis conſcriptiones Arrii celaſſe comperiatur, & non repentè proferens, igne conſumpſerit, mortis ſupplicio ſubjaceat.* Honorius quoque, & Arcadius hanc legem tulerunt: *Codices hæreticorum doctrinam continentes, ſumma ſagacitate quæri, ac prodi mandamus; ſub aſpectibus judicantium incendio mox cremandos; ex quibus ſi quid fortè aliquis, qualibet occaſione, vel fraude occultaſſe, neque prodidiſſe convincitur, ſciat ſe, velut noxiorum codicum retentorem, capite eſſe plectendum.* Valentinianus autem, & Martianus aliquando mitius. lex enim eorum ait: *Nemo hujuſmodi habere libros, & ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſervare; quòd ſi qui in his criminibus fuerint deprehenſi, perpetua deportatione damnentur.* Poſtremò Juſtinianus conſtitutione novella inquit: *Neque Severi dicta, ſcripta ve apud quenquam Chriſtianorum manento, ſed profana ſunto, & à Catholica Eccleſia aliena, igniq; comburantur à poſſeſſoribus; niſi illis retinendis in periculum adduci velint. Præterea, à nemine impoſterum conſcribantur, ſciens quod illius dicta conſcribentibus abſciſio manus in pœnam irrogabitur; nolumus enim, ut illorum blaſphemia ad alia prorepat ſecula. Socrat. lib. 2. hiſto. tripart. cap. 15. l. 24. titul. de his, quæ ſuper religione contend. C. Theod. l. quicunq; C. de hæret. Novella 42. ut Anthimus, Severus &c.*

Lex Conſtantini in retinentes libros Hæreticorum.

Honorij, & Arcadij.

Valentiniani, & Martiani.

Iuſtinianus.

27 Nobis verò, qui ſententiam ſanguinis ferre non poſſumus, magno argumento eſſe debent ſupraſcriptæ leges, ut ſeverius in eos animadvertamus, qui dolo malo hæreticorum libros occultant. Quòd ſi hi, qui famoſum libellum reperiunt, & non illum ſtatim ſupprimunt, capitali ſententia damnantur; quantò acerbius puniendi ſunt qui libros hæreticorũ ſervant, præſertim Lutheranorum, qui nihil aliud ferè ſunt, quàm in Pontifices Max. in Divos omnes, in Eccleſiam Catholicam, in Religionem Chriſtianam impii, famoſiq; libelli? *l. 1. C. de famoſ. libellis.* Vide Bullas Leonis X. & Julii III. contra eos latas, qui libros Lutheri, & aliorum legerint; eos enim pœnis hæreticorum, & læſæ Majeſtatis condemnant.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 Non ſolùm veræ Religionis &c.

De Librorum prohibitorum materia, præter illa, quæ hic docet Simane. Vide *Albertin. tractat. de agnoſcend. aſſert. Catholic. & hæretic. quæſt.* 28. *nu.* 5. *& nu.* 11. *Alphonſ. de Caſtr. de iuſt. hæret. punit. cap.* 15. 16. *&* 17. *Campeg. in addit. ad Zanchin. tract. de hæretic. cap.* 34. *Farinac. de Hæreſ. quæſt.* 180. *§.* 1. *num.* 1. *& ſequen. Pegn. in addit. ad Eymeric.* 2. *part. direct. comment.* 3. *ſuper c. Fraternit. & comment. quæſt.* 24. *uſque ad quæſt.* 30. *Locat. in prax. verbo libri, & Caren. de Off. S. Inquiſit. part.* 2. *tit.* 10. *per totum.*

7 (*a*) Et damnatis Auctoribus, libri quoque illorum vetiti intelliguntur.

Notandum doctrinam hanc, cui Omnes Veteres, & magna ex parte Recentiores Omnes aſtipulantur, locum quoque habere in illis hæreticorum libris, qui multa continent bona; cum etenim hæreticorum mos ſit multa bona tradere, ut falſa facilius poſtea perſuadeant; grande periculum eſt, ne inter utilia hæreſes lateant inficientes; & ſic lateat, ut dicitur, Anguis in herba. Vide *Hoſtien. in c. fraternitatis nu.* 1. & excipe niſi expreſſe ab Eccleſia hi libri approbentur, ut eſt de Origenis, & Porphirii libris, iuxtà id, quod ſcribit *Locat. in praxi. Verbo damnatus nu.* 3. *& Verbo ſcriptura num.* 6. *&* 7.

8 Multis quoque legibus &c.

Morem omnes perniciosiſſimos libros abolendi fuiſſe vetuſtiſſimum in Eccleſia oſtendit quoq; *Gregor. de Valent. ad D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 3. *Verſ. quod ſi iure &c.* Nota tamen quòd licet hic à Simanca multi Seculares Principes referantur, qui ſuis legibus Impiorum libros proſcripſerunt; attamen ex hoc nequaquam colligi debet quod poteſtas hæc damnandi libros ob hæreſim ſit apud Principes Seculares; ea namque ità propriè convenit Eccleſiæ, ut Seculari Principi nullatenus eſt concedenda, niſi in caſu, quo hæreſis in libris contenta omnibus palam eſſet, & ſufficienter Iudicio Eccleſiæ declarata, & damnata. Vide *Sanctarel. de hæreſ. cap.* 14. *dub. unic. nu.* 8.

16 Extat Concilii Lateran. decret. &c.

Notandum quòd vigore hujus Decreti librarii imprimentes abſque licentiis, præter Excommunicationis, & librorum ammiſſionis pœnam, incurrunt illam quoq; ſolvendorum centū ducatorum, quæ fabricæ S. Petri Romæ ſunt applicanda. *Concil. Lateran.* 5. *ſeſſ.* 10. *conſt.* 4. licentia autem hæc imprimendi, quæ Romæ à Vicario Papæ, & Magiſtro Sacri Palatii eſt concedenda, eſt ſemper in fronte libri ponenda. Vide Conſt. Leonis X. quæ incipit. *Inter ſollicitudines*, & eſt præfati Concilii quemadmodum etiam *Trident. ſeſſ.* 4. *de edit. & uſu ſacror. libror.*

17 Et quamvis &c.

Vide nuper notata nu. 7. & auctoritatibus SS. Patrum, quas hic adducit Simanc. adde quod *lib.* 5. *moralium cap.* 10. ſcriptum reliquit Sanctiſs. Pontifex ille Magnus Gregor. his verbis: *Habent quippe hoc Hæretici proprium, ut malis bona permiſceāt, quatenus facilè ſenſui audientis illudant; ſi enim ſemper prava dicerent, citiùs in ſua pravitate cogniti quod vellent, minimè perſuaderent; rurſum ſi ſemper recta ſentirent, profectò hæretici non fuiſſent, ſed dum fallendi arte ad utraque deſerviunt, & ex malis bona inficiunt, & ex bonis mala, ut recipiantur, abſcondunt.*

20 Summi tamen Theologi &c.

Bene hic ponit Simane: *Conceſſu Pontificis Maximi*: nam ſi abſq; ſufficienti licentia ſummus quoque Theologus hæreticales, & proſcriptos libros legeret, aut apud ſe retineret animo confutandi errores in illis contentos, à pœnis inflictis iis, qui tales libros apud ſe retinent, aut legunt, nullatenus excuſaretur. Vide *Decian. tract. Crimin. lib.* 5. *cap.* 17. *verſ.* 33. *Tolet. de Inſtruct. Sacerd. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 9. *Vgolin. tract. de Cenſur. in Gloſſ. Aut pertinentes. in princip. verſ. quarto excommunicatio, & Pegnam in addit. ad* 2 *part. direct. Eymeric. comment.* 3. *ſuper cap. Fraternitatis. Verſ. tametſi verò. &c.*

21 Viri quoque ſapientes &c.

Notandum quòd nedum Summus Pontifex, ſed Sacræ Congregationes Eminentiſs. Cardinalium, tùm S. Officii, cum Indicis de Vrbe licentiā libros prohibitos legendi tradunt, non obſtante revocatione omnium licentiarum facta ab Vrbano VIII. in Conſtit. quæ incipit *Apoſtolatus*; Talis enim conſtitutio licentias hujuſmodi non comprehendit. Vide *Caren. de S. Off. tit.* 10. *part.* 2. *Rubr. de Retentor. libror. prohibit. §.* 1. *num.* 25. ubi declarationem Sanctitatis ſuæ circa S. Officii Congregationem directam olim Genuenſi Inquiſitori extenſam leges in fine.

23 Multi Iuriſperiti &c.

Praxim procedendi in San. Tribunali contra eos, apud quos inveniuntur libri prohibiti, vide breviter exaratam à *P. Neri in Opuſcul. de Iud. S. Inquiſit., ſeu Praxi. cap.* 12. *per totum.* Qualitèr autem hi ſuſpecti ſint, lege apud *Caren. de S. Off. loc. nupercit. num.* 22. *& plurib. num. ſequen.*

24 (*b*) Hodiè verò &c.

Notandum quòd ſi quis libros hæreticorum, aut legeret, aut retineret in illis locis, ubi Bulla Cœnæ non eſt publicata, nec uſu recepta, pœnas in eadem contentas haud incurreret, nec ab excommunicatione Bullæ eſſet abſolvendus. lex enim non obligat, niſi ubi publicata eſt, & uſo recepta. *Beccan. ſumm. Theol. Scolaſtic. p.* 2. *tract.* 3. *cap.* 6. *quæſt.* 8. *num.* 4. *in fine.*

27 Nobis verò &c.

Pœnas, quibus mulctantur hodiè in S. Inquiſitionis Tribunali Retentores librorum prohibitorum, vide apud *P. Nerium, & Carenam. locis hic ſupra num.* 49.

De Mahumetanis. Titulus XXXIX.

SUMMARIUM.

1 *MAbumetanorum appellatio quos complectatur.*

2 *Mahumetis vitia, & ſecta ab eo introducta turpitudo.*

3 *Mahumetis ſectam, ridicula cum ſit, cur tot homines ſequantur.*

4 *Mahumetani ad Inquiſitorum iuriſdictionem non pertinent, niſi fuerint baptizati.*

5 *Hiſpania eò potiſſimùm nomine fœlix appellari debet, quòd ab hæreſibus intacta eſt.*

6 *Chriſtianus Mahumetis ſectæ ſe addiiciens, quomodò puniendus.*

De Mahumetanis.

1 MAhumetanorum appellatione hoc loco accipimus Sarracenos, Mauros, Turcas, & cœteros barbaros omnes, qui Mahumetem illum Impoſtorem, & pſeudoprophetam colunt, quorum omnium ſecta falſiſſima, & ſpurciſſima eſt, & quæ facilè à quovis homine infimæ etiam eruditionis, expugnari, & cõfutari poteſt; ea enim lumine naturali, & ſupernaturali repugnat, & ab omni philoſophia, rectaq; ratione prorsùs abhorret. *Quid Alcoranus.* Compoſuit Mahumetes ipſe Alcoranum, ideſt collectionem præceptorum, librum quidèm uſque adeò confuſum, & inuolutum, ut vix magno labore ab homine quopiam doctiſſimo explicari, aut ordinari queat; Quod evidentèr oſtendit imprudentiam, & ignorantiam, atque cœcitatem Auctoris. Continet prætere a tot fabuloſa portenta contra legem Dei, & bonos mores, ut irriſione magis, quàm confutatione dignus ſit.

2 Mahumetes ipſe homo fuit ſacrilegus, tyrannus, peruerſus, qui non doctrina, eruditione, aut vitæ ſanctitate ſectam ſuam perſuaſit; ſed vi, & armis, fraudibus, atque muneribus eam introduxit. Nihil habet ea ſecta præclarum, aut ſublime, nihil attingit de puritate cordis, nihil de contemplatione veritatis, nihil de vera beatitudine; tota eſt in terrenis delitiis, in obſcœnis corporis voluptatibus. Nullis unquam veris miraculis clarvit Mahumetes, neque ab ullo propheta, viro ſancto, aut erudito unquam laudatus eſt; à ſe ipſo ſæpiſſimè diffidet, & ingenuè faſſus eſt, neſcire ſe, an ipſe, & qui eum ſequuntur, in via ſalutis eſſent; additq; ſe credere quòd nullus legem ſuam erat intellecturus; neque mirum id, quandoquidèm illemet ſeipſum non intellexit; etenim ut Sapiens ait: *Impius confundet, & confundetur.* Docuit auditores ſuos, quod qui occidit inimicum, vel ab inimico occiditur, in Paradiſum ingrediatur; Paradiſum verò dicebat, carnalis cibi, & potus, & commixtionis mulierum, fluvjumque vini, & mellis, & lactis, & fœminarum, non præſentium, ſed aliarum, commixturam multorum annorum futuram, & affluentem voluptatem, neque non, & alia luxuria, & ſtultitia plena, ut Paul. Diaconus memorat. lib. 18. rerum Romanotum. vide *Pompon. Letum in Licinio, & Baptiſtam Egnatium poſt vitam Heraclii.* *Prov. 1?.*

3 Dixerit fortaſsè quiſpiam: quid eſt igitur quamobrẽ tàm innumerabiles hanc ſectam ſequuntur? In promptu cauſa eſt; quia voluptatibus ſervit. Etenim (ut apud Xenophontem eſt) *fit perſæpè ut habeant plures, qui ſecùm ſentiant, improbi viri, quàm probi; Improbitas enim proficiſcens per ſubitas voluptates, harum perſuaſionibus utitur, quò multi ſecùm ſentiant; at virtus ad arduum agens, non eſt admodùm potens, ut ſubitò, & inconſultò ad ſe trahat.* Et Ariſt. 6. Polit. inquit: *Permiſſio vivendi, ut quiſq; velit, magnam colligit faventium multitudinem; nàm vulgò diſſoluta gratior eſt, quàm temperata vita.* Sic Meretrici dicenti (uti Elianus refert lib. 13.) *Ego quidem, ò Socrates, multum tibi præſto; nàm, cum tu neminem ex meis à me poſſis abalienare; ego, cum libitum eſt, tuos omnes à te avoco.* Reſpondit Socrates: *Quid mi-*

rum eſt hoc? ſi quidem tu ad declivem tramitem omnes rapis; ego verò ad virtutem cogo, ad quam arduus, & pleriſq; inſolitus eſt aſcenſus. Sic Mahumetes, Lutherus, & ferè cœteri hæretici omnes hac ampla via improbos homines rapiunt, relicta illa Chriſti arcta, quæ ad vitam ducit, quam viam conficiunt admodum pauci.

4 De Mahumetanis autem non eſt cur pluribus diſputemus, quandoquidem ad juriſdictionem Inquiſitorum non pertinent, niſi fortè baptizati fuerint: quo caſu in Hæreticorum, & Apoſtatarum numero habendi ſunt. Accedit etiam quòd lege Regia expulſi ſunt Mahumetani è tota Hiſpania; & præterea interdictum illis eſt, ne unquàm ad eam revertatur; pęna mortis, & publicationis bonorum adversùs illos, qui contrarium fecerint, conſtituta. Item illud eadem lege continetur, ut bona omnia eorum, qui Mahumetanos recepcrint, ipſo facto confiſcentur.

5 O nimium fælix Hiſpania noſtra piorum Principum beneficio, ab impiorum, & hæreticorum peſtifera contagione purgata! fatentur hoc ipſum exteri, qui Regnum noſtrum ob eam rem ajunt eſſe, ſicuti eſt, fæliciſſimum; ſed unius teſtimonio brevitatis cauſa contentus ero. Hoſius ille Cardinalis Eminen. multis nominibus ſuſpiciendus, libro 3. adversùs prologomena Brentij: *Nullum*, inquit, *regnum eſt, noſtro hoc infalici ſeculo, magis ab hæreſibus intactum, quàm ſit, vel hoc ſolo nomine fæliciſſimum, Hiſpaniarum Regnum, cui propter hanc in Fide Catholica conſtantiam, & ejus tuendæ diligentiam alias præterea multas fælicitates Deus largitur*. Sic etiam Pauſanias lib. 1. de Religione Athenienſium loquens, inquit: *Quantò cæteris Deorum cultu Athenienſes præſtent, ſecunda, qua in præſentia utuntur fortuna, argumento eſſe poteſt*. Incredibile penè eſt, quanta fęlicitate coaleſcant regna, in quibus juſtitia permixta eſt cum religione, quæ cum in Hiſpania fulgeant, mihi coniicere licet, Divina providentia factum eſſe, ut Indorum Gens tàm latè, longèque diffuſa, ab Hiſpanis potiùs, quàm ab aliis nationibus inveniretur; nempè ut rectam, puramque Fidem ab Hiſpanis hominibus edocerentur. Annunciatum à noſtratibus eſt omnibus ferè Indis Evangelium Chriſti; & innumerabiles barbari facti ſunt Chriſtiani, Domino cooperante, & multis, magniſq; ſignis Catholicam Fidem confirmante, ad hæreticorum omnium confuſionem.

6 Sed ad Mahumetanos revertamur. Contra Chriſtianum, qui Mahumetis ſectam ſecutus fuerit, Regia lege capitis pęna conſtituta eſt; ſed Iure Pontificio, quo Inquiſitores Apoſtolici utuntur, deſertor ille, tanquàm Apoſtata puniendus eſt. *l. 4. titul. 25. part. 7. contra Chriſtianos de hereti. lib. 6.* (a) Denique contra Mahumetem, & Alcoranum multi multa ſcripſerunt; vide, ſi vis, *Nicolaum Cuſam, atque Dionyſium, & Armacanum lib. 18. de erroribus Armenorum. Ludoui. Vives lib. 4. de veri. Fid. Chri.*

ANNOTATIONES.

1 Mahumetanorum appellatione &c.

De Mahumetanis vide in corpore Iuris Canonici *tit. de Iudæis, & Saracenis. D. Thom. lib. 1. contra Gentil. cap. 6. D. Antonin. p. 4. tit. 11. cap. 6. §. 1. Albertin. ſuper Rubr. de hæretic. lib. 6. quæſt. 2. nu. 52. & multis ſequen. & quæſt. 3. & 4. Ioannem Rotam tract. de hæretic. part. 1. nu. 10. cum ſequen. Marquard. de Iudæ, & alijs Infid. p. 3. nu. 33. 34. & 36. Pegnam in addit. ad Eymeric. 2. part. Direct. comment. 46. ſuper quæſt. 21.* & alios quàm plures tàm Veteres, quàm Recentiores, & nota quòd, ut hic ait Simanc. Mahumetani Vocabulum Genericum eſt, quod Omnes Mahumetis legem profitentes cōprehendit, quales ſunt Turcæ teterrimi Chriſtianorum hoſtes, Sarraceni, Mauri &c.

2 Mahumetes ipſe Homo fuit ſacrilegus &c.

De Ortu, & fraudibus Mahumetis vide *D. Antoninum, qui ſupra p. 4. tit. 11. cap. 6. §. 1. & Ioannem Zomaram tom. 3. annalium in Heraclio*; De calliditate autem, & verſutia, qua vſus fuit in ſua falſa doctrina tradenda lege *Marquard. loco ſuper cit. num. 38.* qui eum Moſis ſimiam appellat.

4 De Mahumetanis &c.

Hanc Simancæ Doctrinam intellige, ſi poſt Baptiſmum ſuſceptum, iterum ad Mahumetiſmum revertantur; cum ad iuriſdictionem Inquiſitorum pertineat contra Apoſtatas procedere, ut docent omnes DD. Vide *Decian. tract. Criminal. lib. 5. cap. 15. num. 1.*

6 (a) Denique contra Mahumetem, & Alcoranum &c.

Contra Mahumetem, & Alcoranum ſcripſit quoque D. Thom. in Opuſculo quodam, quod incipit: *Beatus Petrus Apoſtolus tom. 17. Pius II. Epiſtola quadam ad Mahumetem Turcarum Regem. Ricoldus Ordinis Prædicatorum*, & alii quam plures, quos vide citat. apud *Pegn. in addit. ad Eymeric. 2. par. Direct. comment. 46. verſ. Mahometis errores.*

De Matrimonio. Titulus XL.

SUMMARIUM.

1 *Uxores duas, aut plures habens à judice ſeculari puniendus eſt.*

2 *Inquiſitores cur ſæpènumero de cauſis eorum cognoſcunt, qui plures habent uxores.*

3 *Inquiſitores quatenùs cognoſcere debeant de illorum cauſa, qui plures habent uxores.*

4 *Inquiſitores quando procedere debeant adverſùs eos, qui plures uxores habent.*

5 *Uxorem alienam qui ſciens ducit, & mulier, quæ ſcienter nubit alterius viro, à quibus puniendi ſint.*

6 *Uxores plures habentes qua pœna affici ſoleant ab Inquiſitoribus.*

7 *Judices Eccleſiaſtici ad verbera damnare poſſunt reos.*

8 *Monachus poſt profeſſionem ſolemnem matrimonium contrahens, ſi occultè id faciat, an ab Inquiſitoribus puniendus ſit.*

9 *Monachum, qui occultè matrimonium contrahit, ab Inquiſitoribus puniri non debere, falſa videtur opinio.*

10 *Inquiſitores cognoſcere etiam poſſunt de crimine Monachi occultè uxorem ducentis.*

11 *Lutheri hæreſis aſſerentis Monachos poſſe ducere uxorem, jàm olim condemnata eſt.*

12 *Clerici, qui uxorem ducunt, eodem ſtylo, ac monachi, coercendi ſunt.*

13 *Clerici nuptiis inceſtis inquinati, qua pœna afficiendi ſint.*

14 *Maritus, qui, uxore vjva, abſque ejus juſto conſenſu ad ſacros ordines promovetur, qua pęna afficiendus ſit.*

15 *Sacerdos, qui filiam ſpirtualem nefario inceſtu contaminaverit, quomodò puniendus ſit.*

16 *Maritus an habitare teneatur cum uxore hæretica Eccleſiæ reconcillata, & uxor cum marito.*

17 *Matrimonium contractum inter Catholicos, & Hæreticos, an ratum ſit.*

18 *Matrimonium prædictum ratum eſſe non nullis rationibus oſtenditur.*

19 *Matrimonium prædictum ratum non eſſe, & prædictas rationes nullius eſſe momenti demonſtratur.*

20 *Matrimonium inter Chriſtianos, & Hæreticos multa Concilia prohibent.*

21 *Concilia, quæ matrimonium inter Chriſtianos, & Hæreticos prohibent, à Pontificibus Maximis approbata ſunt.*

22 *Matrimonium inter Chriſtianos, & Hæreticos vetitum eſt, pęnis etiam adiectis.*

23 *Matrimonium hoc qui dixerit ratum eſſe, probare debet exceptionem, cum regula ſit ei contraria.*

24 *Matrimonii prædicti non qualiſcunque prohibitio eſt, ſed variis pęnis ſancita.*

25 *Matrimonia legitima, & juſta ſeparantur propter hæreſim ſupervenientem.*

26 *Matrimonium, & ſocietas cum hæreticis divino jure prohibetur.*

27 *Matrimonium iiſdem de cauſis, quibus irritum eſt inter Infideles, & Chriſtianos, inter hæreticos, & fideles irritum cenſetur.*

28 *Hæreticorum conſuetudo periculoſior eſt, quàm infidelium.*

29 *Hæreticorum ſocietatem pernicioſam eſſe ex Paulo oſtendi poteſt.*

30 *Chriſtianis grave, & nefarium jugum eſt, cum hæreticis ſocietatem conjungere.*

31 *Matrimonium cum infideli contractum cur potiſſimùm irritum eſſe debere, quidam Theologus aſſeverabat.*

32 *Chriſti membrum efficitur quiſquam, non ſolùm per Sacramentum Fidei, ſed per Fidem etiam Sacramenti.*

33 *Matrimonium Cathecumeni, aut Apoſtatæ cum Catholica, vel Infideli, an ſit ratum.*

34 *Matrimonium Apoſtatæ cum Catholica ratum eſſe, quidam Theologus ex Ambroſio deducebat.*

35 *Ambroſius de matrimonio loquens, nuptias infidelis, & hæreticæ cum Chriſtiano ex æquo prohibuit.*

36 *Matrimonium inter fidelem, & infidelem prohibet Tertullianus.*

37 *Chriſtianum virum cum muliere hæretica conjungi non licere, docet Canon 72. Sextæ Synodi Generalis.*

38 *Sextæ Synodi Generalis Canones magnam habent auctoritatem.*

39 *Theo-*

39 *Theodorus Balſamon, Antiochenus Patriarcha Canoni Sextę Synods Generalis multum tribuit.*
40 *Matthaus Monachus Graecus de Canone Sextæ Synodi General. magnificè ſentit.*
41 *Matrimonium inter Chriſtianos, & Infideles, aut hæreticos, leges ſeptipartita prohibent.*
42 *Hæreticus infidelis dici poteſt.*
43 *Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos cur contrahere non liceat.*
44 *Hieronymus matrimonium inter hæreticos, vel infideles, & Chriſtianos quibus verbis improbet.*
45 *Matrimonium prædictum multa Concilia, & Sancti viri damnant, & prohibent.*
46 *Matrimonium prædictum quantum diſtet à juſto, ſanctoque connubio, docet Tertullianus.*
47 *Matrimonium prædictum, quibus rationibus adducatur auctor, ut irritum putet.*
48 *Matrimonium inter hæreticos, & Chriſtianos contractum, jure optimo irritum eſſe cenſeri debet.*

De Matrimonio.

1 AD Judicem Secularem pertinet punire eũ, qui duas, aut plures uxores habet; quemadmodùm plurimis Romanis, & Regiis legibus continetur, & Athalarius Gothorum Rex hujuſmodi legem tuliſſe fertur: *Uno tempore duabus nemo copuletur uxoribus; quia ſe noverit rerum ſuarum amiſſione plectendum; Nam, aut libido eſt, & rectè perfrui non finitur, aut cupiditas, & jure nuditate damnatur.* Auctot Caſſiod. lib. 9. variarum. Epiſcopi quoq. atque judicis otdinarii cognitio eſt, quoties de viribus hujus, vel illius matrimonii quæſtio tractatut. *l. eum qui duas C. de adult. c. 2. de ſecu. nupt. l. miles. §. mulier de adult. authen. hodie C. de repudiis Regia lex. 7. titul.* 15. *lib.* 8. *ordinat.*

2 Cœtetùm Inquiſitores de his criminibus in Hiſpania cognoſcere ſæpè ſolent proptèr abuſum matrimonii, & ſuſpicionem hæreſis indè otientem; cenſetur enim de hoc Sacramento malè ſentire qui cum pluribus matrimonium ſimul contrahit; quamobtem pleriq; putant Inquiſitores de tali crimine cognoſcere poſſe. *Lapus in c. accuſatus §. ſanè de hæret. lib. 6. Domi. & Philip. Franc. in princ. ejuſdẽ cap. Franciſ. Squila in tract. de Fide. Catho. cap. 15. ſum. Roſe. verbo hæreticus, num. 6. Gonſal. de hæret. pravi. qu. 9. Felin. in c. ad abolendam de hæret. Joan. Lup. in c. per veſtras §. 18. num. 25. Covar. lib. 4. decretal. par. 2. cap. 7. §. 3. Alfon. lib. 1. de juſta hæret. punit. cap. 1. Conrad. Brun. lib. 1. de hæret. cap. 2.* diffuſius *Albert. lib. de agnoſcen. aſſertio. Catholi. quæſt. 23. num. 49.*

3 Videtur tamen quòd Inquiſitores, uſque eò duntaxat cognoſcere valeant, ut planè intelligant, utrum reus malè ſentiat de Sacramento Matrimonii, vel non, quod ubi peregetint, functi ſint officio ſuo; Nàm ſi conſtiterit, reum in fide non aberraſſe, neq; unquam credidiſſe licere ſimul duas uxores habuiſſe; videtut quidem quòd Inquiſitotes ultra procedere nequeant. Nihilominùs tamen conſuetudo invaluit, ut interdum reos iſtos puniant; ſed ea conſuetudine abuti non debent. Nàm ſi colore aliquo reus excuſetur à ſuſpicione hæreſis, conſultius facient Inquiſitores, ſi cognitionem hanc judicibus ordinariis reliquerint. Quid enim ſi priùs matrimonium ex cauſa probabili nullum eſſe dicatur? Quid ſi proptet longam abſentiam, & tumores mortis alteriùs conjugis, alter ad ſecundas nuptias tranſierit? Nunquid infamandi, aut puniendi, tanquàm hæretici erunt qui talia matrimonia bona fide contraxerint? profectò longè aliud ſacris Canonibus decretum eſt. Nàm uxorem abſentis, quæ priùſquam de morte viri ſui certa eſſet, alteri nupſit, quodammodò venia dignam judicaverunt Patres in Sexta Synodo Generali. Quod multis quoque Pattũ Decretis Gratian. comptobat. *Sexta Syno. cap. 93. c. 1. cum ſeq. 34. quæſtio 1. vi. l. miles §. mulier ff. de adulteriis.*

4 Tunc autem jute ptocedunt Inquiſitores, cum de hæreſi ſuſpectus eſt reus, vel quia originem habet ex gente Mahumetanorum, vel quia palàm duas duxit uxores. Nam priori caſu veriſimilitèt pręſumi po-

teſt, quòd legem ſequitur Mahumetis, & poſteriori, ſuſpectus eſt ipſo facto, quia malè videtur ſentire de Sacramento Matrimonii qui publicè illud ſpernit, eoque abutitur. Quod idem in aliis ſimilibus cauſis ſervari poterit; nàm ſi Barbari ad fidem converſi plures uxores ſecundùm leges majorum ſuorum habeant, in eadem cauſa ſuſpicionis erunt; multò quidem antè Mahumetem, Barbari, & carnales homines pluribus uxoribus abuti ſolebant. Cujùs rei Saluſtius in bello Jugurthino his ipſis verbis meminit: *Jugurtha filia Boeco nupſerat; verùm ea neceſſitudo apud Numidas, Mauroſq; levis ducitur, quòd ſinguli prò opibus quiſque quàm plurimas uxores, denas alii, alii plures habent; ſed Reges eo ampliùs, ità animus multitudine diſtrahitur, nullam pro ſocia obtinet, paritèr omnes utiles ſunt.*

5 Eadem quoque cauſa eſt puniendi eum, qui ſciens matrimonium contrahit cum aliena uxore: & item inquirendi adversùs mulierem illam, quæ ſcientèr nubit alteriùs viro; quia uterq; abutitur Sacramento Matrimonii, & cooperatur adulterino conjugio. *Abb. in cap. 2. de Sponſ. duorum gloſ. in l. utrum ad l. Pomp. de patri. l. ſi quis uxori de furt.*

6 Pœna verò, qua Inquiſitores punire ſolent iſtos; ſi plebei ſint, hæc eſt: Reus ad publicum ſpectaculum ſimul cum hæreticis trahitur, & propter levem ſuſpicionem abjurat, & fuſtibus ceditur: hodiè quoque ad triremes ad quinquenium damnandus eſt, parte dimidia bonorum publicata; ſi filios non habuerit, quemadmodum lege Regia plenius continetur. Ad quas pœnas Inquiſitores damnare reos poſſunt, etiam ſi Sacerdotes ipſi ſint; non enim conumerantur inter pœnas ſanguinis, quas imponere Clerici nequeunt. Sic anno Superiori falſidicos teſtes ad triremes condemnavimus. *l. eum qui duas C. de adult. juncto §. Item lex Julia. de adulteriis inſtitut. de publ. judi. petitio* 105. *anno* 1548. *Alberti de aſſert. Cathol. quaſt.* 23. *num.* 76.

7 Et ictus fuſtium judicibus Eccleſiaſticis jàm olim in uſu fuiſſe Divvs Auguſt. eſt auctor, qui Marcellino ſcribens inquit: *Confeſſionem virgarum verberibus eruiſti;* Qui modus coercionis, & à magiſtris artium liberalium, & ſæpè etiam in judiciis ſolet ab Epiſcopo haberi, & Clerici etiam flagellis cedi poſſunt. *Auguſt. epiſt.* 159. *c. ſententiam ſanguinis ne Cleri. vel Mona. c. univerſitatis de ſen. excom.* & illic *Felin. c. fraternitas* 12. *quaſt.* 2. *c.* 1. *de calumni. c. cum beatus* 45. *diſt. Joan Ber. in pra. cap.* 125. *l. eum qui duas. C. de adulte. § item lex Julia. inſtit. de publi. judi. Alberti. de aſſertio. Catho. quaſt.* 23.

8 De Monacho illo, qui poſt Solemnē Religionis profeſſionem contrahit matrimonium, hac diſtinctione Juriſperiti communiter uti ſolent: Si publicè facinus hoc perpetravit, eo caſu magis ſuſpectus eſt ipſo facto malè ſentiens de votis Monaſticis; videtur enim aſſerere id ſibi licere quod palàm committere non erubeſcit; Aliud eſſe, ajunt, cum occultò Monachus duxit uxorem; quia tunc magis præſumitur dolo peccaſſe, quàm intellectus errore. Quamobrem priori caſu procedere poterunt Inquiſitores; poſteriori non item. *ar. l. 2. §. pen. ff. vi bon. rapt. Jacob. Butr. & Bald. in l. nemo. C. de ſum. Trinit. Abb. in c. de homine de celeb. Miſ. & conſ.* 68. *lib.* 1. *Idem rursùs, & Felin. in c. cum quidam de jur. jur. Joan. de Anan. & Feli. in c. ad abolendam de hæret. Franc. Squilla. de Fide* Catholi *cap.* 15. *Gonſa. de hæret. pravit. qu.* 9. *Matth. de Affli in conſuet. Sicil. tit.* 1. *qu.* 7. *Joan Lup. in c. per veſtras §.* 18. *Albert. in rub. de hæret. lib.* 6. *q.* 13. *nu.* 37. *Alfon. lib.* 1. *de juſt. hæret. punit. cap.* 1. *Brun. lib.* 1. *de hæreticis cap.* 2. *Ludovicus Carer. tractatu de hæreticis nu.* 38.

9 Sed vereor ne hæc opinio falſa ſit, & ratione careat; mihi certè parùm fundata videtur; nàm & ſi impudentius ille faciat, qui palàm has nuptias celebrat; non tamen ſuſpicione magna carebit qui eaſdem occultè contraxerit; quinimmò plerumq; fit, ut vehementiori ſuſpicione laboret qui clanculùm talia committit; nàm qui malè agit, odit lucem. Et ut Ariſt. lib. 7. Ethic. ait, *Magis injuſti ſunt hi, qui magis occultè procedunt.* Et ſicuti Socrates lib. 5. hiſto. Eccle. inquit: *Ea, quæ occultè geruntur, improbitatis ſuſpicione pleniſſima ſunt;* quod multis exemplis confirmare poſſem, quæ alii ante nos retulerunt. *Joan.* 3. *Ariſto.* 7. *ethic. cap.* 6. *Socrat. hiſt. tripa. lib.* 5. *cap.* 34. *l. ultim. de ritu nupti. l. non exiſtimo ff. de admi. tuto. cap. cum ex injuncto de hæret. Tiraq. in præfatione de retra. conuen. num.* 13. *& deinceps, & lib. de pæn. cauſ.* 57.

10 Cum

10 Cum igitur crimen utroq; caſu idem prorsùs ſit, neq; differentia ponatur, niſi in qualitate ambigua, non video cur tam diverſa cognitionis cauſa conſtituendã ſit. Itaq;, mea ſententia, cognoſcere quoq; poterunt Inquiſitores de crimine Monachi occultè matrimonium contrahentis: præſertim his temporibus, poſtquam impius, & impurus Lutherus palam docere non erubuit, licere Monachis omnibus, etiam cum Virginibus Deo dicatis liberè matrimonium contrahere. Quod, & ipſe Apoſtata publicè perpetravit; Sanctimoniali, quam miſeram ſecùm traxit in perditionem, inceſta copulatus libidine. Quẽ non puduit frequentèr aſſerere, æquè non eſſe arbitrii ſui, ut ſe ſervaret ab uſu, & commixtione fœminæ; quam non erat arbitrii ſui, mas eſſet, ac fœmina. Ex quo pari abſurditate colligere ſolebat votum caſtitatis eſſe impoſſibile, quod ideò illum ſenſiſſe puto, quia helvo, & vinolentus erat; venter enim vino æſtuans, citò deſpumat in libidinem; Undè Civis meus Lucanus lib. 10. elegantèr cecinit.

Plenum epulis, madidumque mero, vene
rique paratum
Invenies.

11 Hæc autem hæreſis Lutheri jàm olim condemnata eſt, & multi Doctiſſimi Viri nominatim illam confutarunt. Cœterum illud præterire non potui, quòd in Concilio Turonico eo tempore celebrato, quo licebat Clericis juxta uſum Orientalis Eccleſiæ habere Uxores, de Monachis tamen tale decretum extat: *Si qui in Monaſterio converſi ſunt, nullatenùs exindè habeant licentiam evagandi; neque, quod abſit, ullus eorum conjugem ducere, aut extranearum mulierum familiaritatem habere; Nàm ſi uxorem duxerit, excommunicetur, & de uxoris malè ſociatæ conſortio etiam judicis auxilio ſeparetur: & infelix Monachus tali conjunctione fœdatus, ab Eccleſia ſegregetur, donec revertatur ad ſepta Monaſterii: & indictam ab Abbate, quandiu præceptum ei fuerit, agat pœnitentiam.* Hactenus Concilii Canon; Inquiſitores verò jejunia, & orationes injungere ſolent, cum detruſionẽ perpetua in Monaſterium. *Concil. 2. Turonico. can. 11. Adde. c. impudicas. c. ſi quis ſacro. c. Monacho. c. & quia 27. q. 1.* Vide *Nicepho. lib. 2. c. 15. cum ſeq. & lib. 6. c. 30. Alfonſ. Virves adverſùs Lutheri dogmatã, Philip. 18. cum ſeq. Perionium lib. 2. Topico. theologicorum.*

12 Differentiam illam inter publicum, & occultum matrimonium Monachorum ſequuntur aliqui in matrimoniis Clericorum; ſed iiſdem omninò rationibus ab eis diſſentio: idemq; ſervari debere ſentio in Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum nuptiis, quæ in matrimonio Monachorum ſupra retuli. Has quoq; inceſtas nuptias Clericorum eodem errore approbat impurus ille Lutherus contrã innumerabilia ferè Concilia, & Sanctorum Patrum Decreta; deniq; adversus traditionem, & conſuetudinem totius Occidentalis, hoc eſt Catholicæ, atque Apoſtolicæ Chriſti Eccleſiæ. *Joan. Lup. in c. per veſtras § 18. Joan. Bern. in pract. Crimi. cap. 74. contra Luther. dogmat. Gratia. 27. diſt. cum ſeq. & diſt. 32. Hiero. lib. 1. adverſùs Jovinia. & iterum epiſt. adverſùs Vigilantium. Gerſon. dialogo de caſtit. Eccleſ. Faber in Malleo contra Luther. tract. 4. Echins in Enchirid. tit. 19. Alfonſ. adverſùs hæreſes, verbo Sacerdotium Albert Pighius controverſia 15. Tiraquel. in 15 lege conubiali. num. 82. Bartho. Latomus adverſùs Bucerum, controverſia de cælibatu Sacerdotum. Marci. Ayala de Divinis, & Eccl. tradi. tit. de cælibatu.*

13 Clerici autem in Sacris Ordinibus conſtituti, qui nuptiis inceſtis inquinantur, officio, & beneficio Eccleſiaſtico privandi, & uxores dimittere cogendi, & digna pœnitentia puniendi ſunt. Presbyteri ab ordine deponantur, & Sacro Miniſterio priventur. Diaconus ſit alienus a miniſterio, & vacet a Clero, & ab omni ordine Sacro removeatur, & officio, ac beneficio Eccleſiæ careat: quibus pœnis pari ratione Subdiaconus puniendus eſt: & ità Sacris Canonibus continetur; ſeveriùs autem conſtituerunt Patres in octavo Concilio Toletano, hoc verborum tenorẽ: *Quicunque etiam ſi inviti ad Eccleſiaſticarum officia dignitatum aſſumuntur, deſerere quam ſemel receperunt gratiam, donumq; nequaquàm audeant, ſi verò ad conjugia, moreſque ſeculi redire attentaverint, omni Eccleſiaſtica dignitate priventur, & Apoſtatæ habeantur, & in Monaſterio, donec vixerint, ſub pœnitentia retrudantur.* Hodiè tamen ſolent ad tempus in Monaſteria detrudi; ut illic jejuniis certis, & oratio-

nibus vacent: & vltrà ſupraſcriptas pœnas Canonicas, pecunia quoque mulctantur. *c.* 1. *de Cleri. conju. c. decernimus c. presbyter. c. presbyterum* 28. *diſt. c. ſi quis à modo eum ſeq.* 81. *diſt.* 6. *Synod. Generali c.* 6. *c. Diaconus* 27. *diſtin. c. eoſ.* 32. *diſt.* & 8. *Concil. Toletan. can* 7. *Regia. l.* 41. *cum ſeq. tit.* 6. *part.* 1. *Clemc.* 1. *de conſang. & affin. Joan. Ber. in pract. cap.* 27.

14 Quæſitum fuit, qua pœna puniendus eſſet maritus, qui uxore viva, ſinè juſto conſenſu illius, ad ſacros ordines promotus fuit, cui quæſtioni reſpondimus, non eſſe aliam pœnam Jure Pontificum definitam, quam eam, quæ Conſtitutione quadam Joan. XXII. continetur. Hoc eſt, quòd, neque matrimonio ſoluto, in ſuſcepto ordine miniſtrare, neque ad ſuperiores ordines provehi, neq; ad aliquod beneficium, vel officium Eccleſiaſticum valeat promoveri; ſed quia non tàm de criminis punitione, quam de effectu Sacrorum ordinum illic tractatum eſſe videtur, & impunitum eſſe non debet tam grave crimen, placuit omnibus, qui de propoſita quæſtione conſultabamus, ut inſtar eorum, qui poſt ſacros ordines uxorem ducunt, iſti quoque punirentur. Neque enim magni refert, an matrimonium antecedat, vel conſequatur, quandoquidèm utroque caſu, & Sacramento matrimonii, & ſacrorum ordinum, & cælibatui Clericorum par fit injuria. Quamobrem cum ex facto quæſtio tractaretur, ſuſpendimus reum ab officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis, & præter publicam pœnitentiam, qualis blaſphemis injungi ſolet, mulcta pecuniaria impoſita, in Monaſterium ad certum tempus illum detruſimus. *Extravag. antiquæ concertationi. Joan.* 22. *tit. de voto, & ibi glo. in part. noverit convenire*, & quæ pauló antè diximus *nu.* 12.

15 Sacerdos, qui ſpiritualem filiam nefario inceſtu contaminaverit, ab omni officio deponatur, & cunctis diebus vitæ ſuæ in Monaſterium detrudatur. *c. omnes. c. ſi quis Sacerdos* 30. *quæſt.* 1. *Joan. Ber. in pract. cap.* 76.

16 Quæſitum fuit, an vir, aut uxor habitare teneatur cum conjuge hæretico Eccleſiæ reconciliato. Et cum fornicatio illa ſpiritualis efficiat, ut matrimonium ſeparari poſſit, relinquitur planè, conjugem Catholicum cogendum non eſſe ad habitandum cum hæretico pœnitente. Quin etiam Catholicus poterit, uxore illa invita, ad religionem convolare. *c. ult. de converſ. conjug. c. de illa de divort. Sot. in* 4. *ſentent. diſ.* 39. *art.* 4.

Sed niſi uxor velit ſanctimonialis eſſe, cogi poteſt, ut ad virum pœnitentem redeat; & hanc eſſe communem opinionem ajunt *Abbas in c. de illa, de divort. & Julius Clarius lib.* 5. *receptæ ſent. §. hæreſis verſi. item propter.*

17 Cæterum perdifficilis, & perobſcura quæſtio eſt de matrimonio contracto inter Catholicos, & Hæreticos; multi enim putant ratum eſſe id matrimonium. *Tho. & Sot. lib.* 4. *ſent. diſt.* 39. *Guil. in ſpecul. tit. de divor. gloſ. in c. non oportet* 28. *qu.* 1. *Card. Præp.* & alii *in c. ult. de condi. appoſ. Viguer. in inſtit. tit. de Sacram. matrimo. Silveſt verb. matrimonium* 8. *§.* 10.

18 Hujus opinionis rationes admodũ paucas invenio; ſed eruditus quidã Theologus has mihi ſuggeſſit. Unam, quòd hæreticus habet fidei ſignaculum indelebile, quamobrem capax eſt Sacramentorum; Alteram, quòd tale matrimonium nullo jure eſt irritum: Tertiam, quòd ſequeretur ex contraria ſententia, hæretici mentalis cum Catholica nullum eſſe matrimonium; Quartam, quòd hæreticus antè ſententiam non privatur dominio bonorum; ergò multo minùs privatus erit poteſtate ſui corporis, ut illud in hujuſmodi matrimonium transferre non queat: Quintam, quòd hæreticus contrahens matrimonium cum Judæa, vel infideli, non obligatur, neque ratum eſt tale matrimonium proptèr ſignaculũ fidei; Sextam, quòd irritum eſt matrimonium Catholicæ contractum cum Cathecumeno, quamvis ille credat, & confiteatur Catholicam Fidem; Septimam, quòd hæreſis non tollit fidem conubialem, neque prolem, neque Sacramentum; ergò non repugnat conjugio, ſi non pugnat cum bonis conjugii; Octavam, quòd inter Judæos, & infideles verum eſt matrimonium, & melioris cõditionis ſunt Catholicus, & Hæreticus; Nonam, quòd, ſi hæreſis ſuperveniens non dirimit matrimonium, ergò neq; illud impedit, ſed ſeparabuntur conjuges quouſq; reſipiſcat hæreticus.

19 Sed jàm videamus, an iſthæc argumenta diſſolvi poſſint. Primum quidem

dèm fortiſſimum eſſet, niſi hujuſmodi matrimonium prohibitum foret; nam hæretici aliqua Sacramenta retinent. *c. Sacramenta cum ſeq. 1. q. 1.* Ad hoc, negamus tale matrimonium non eſſe jure aliquo irritum, quinimmò id poſteà probabimus: Nec vires habet argumentum tertium, quia de hæretico intellectuali, ſivè purè mentali Eccleſia nihil judicat. Quartum verò argumentum fragiliſſimum eſt, quia hæreticus non privatur poteſtate ſui corporis, ſed ejus matrimonium cum Catholica contractũ irritum eſt ipſo jure. Quintum quoq; argumentum negari poteſt eadem facilitate, qua aſſeritur, & quamvis concederemus verum eſſe, nihil indè relinqueretur adversùs noſtram ſententiam. Item argumentum ſextum negari poſſet, quia Divus Ambroſ. non loquitur de Cathecumeno, & ſi de eo loqueretur, noſtræ ſententię non adverſaretur, quinimmò pro nobis eſt. *c. cave. 28. q. 1.* Deindè ſeptima ratio fragilis eſt, quia neque infidelitas tollit fidem conjugalem, neq; prolem, neque Sacramentum; & quia legibus Eccleſiaſticis matrimonium iſtud hæreticorum fit irritum. Octavum autem argumentum fragile eſt; quid enim ex eo ſequitur, quòd inter Judæos, & Infideles verum ſit matrimonium? Deniq; ſupremum argumentum fragiliſſimum quidèm eſt, quia legitimum, juſtumq; matrimonium dirimi non poteſt culpa unius conjugis, alioqui hæreticus fieri poſſet, aut fingere ſe hæreticum eſſe, qui vellet relinquere conjugem; & quos Deus conjunxit, ſeparare homo.

20 Hactenus contrariç opinionis argumenta ferè omnia exploſa, ejectaq; ſunt; nunc verò ſententiam noſtram probabiliorem eſſe fortaſsè oſtendemus. Ac primùm quidem, Concilium Elibertinum inquit: *Hæreticis, qui errant ab Eccleſia Catholica, neque ipſis Catholicas dandas puellas, ſed neque Judæis, neque hæreticis dari placuit, eo quod nulla poſſit eſſe ſocietas fidelis cum infideli; ſi contra interdictum fecerint, parentes abſtinere per quinquenium placuit.* c. 16. Et Concil. Laodicenum: *Eos, qui ad Eccleſiam pertinent, indifferentèr filios proprios hæreticorum nuptiis minimè ſociare debere,* & rursùs: *Quoniam non oportet eum hæreticis commiſcere connubia, & vel filios, vel filias dare; ſed potiùs accipere, ſi tamen profiteantur Chriſtianos ſe futuros eſſe, & Catholicos.* cap. 10. & 31. & Concilium Cartag. tertium: *Item placuit, ut filii, vel filiæ Epiſcoporum, vel quorumlibet Clericorum, Gentilibus, vel hæreticis, aut Schiſmaticis matrimonio non jungantur.* cap. 12. & Concil. Agathen. *Non oportet cum hominibus hæreticis miſcere conubia, & vel filios, vel filias dare, ſed potiùs accipere, ſi tamen ſe profiteantur Chriſtianos eſſe futuros, & Catholicos. c. 67. c. non oportet 28. q. 1.*

Decretum Concil. Elibertini de matrimonio inter Catholicã, & Hæreticum inito.

Aliud Laodicens Concilij.

Aliud Carthagine. 3. Concilij.

Aliud Agathen.

21 Quod ſi quiſpiã dixerit, hæc omnia Concil. eſſe Provincialia; huic ego reſponderim, à Pontificibus Summis, & Eccleſia Catholica fuiſſe approbata; & proſeram prætereà Concilium Oecumenicum Calcedonenſe, cujus verba ſunt: *Quoniam in quibuſdam Provinciis conceſſum eſt Lectoribus, & Cantoribus uxores ducere, conſtituit Sancta Synodus nulli eorum licere alterius ſectæ accipere uxorem.* Et paulò poſt: *Non poſſint liberos ſuos, Hæretico vel Pagano, vel Judæo matrimonio conjungere, niſi utique perſona, quæ Orthodoxæ conjungitur, ſe ad Orthodoxam fidem convertendam ſpondeat; ſi quis verò hanc definitionem Sanctæ Synodi præterierit, regularum condemnationibus ſubjaceat. can. 13.*

Calcedonenſe Conciliũ.

22 Ex quibus omnibus perſpicuum eſt matrimonium propoſitum vetitum eſſe pœnis etiam adjectis; quò fit ut poſſimus aſſerere, irritum fore, atque inane. Quòd ſi quis dicat multa prohibentur quæ facta valent; huic equidem objecerim juris regulam prorsùs contrariam. Lex enim inquit *Quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolum inutilia, ſed pro infectis etiam habeantur; licèt legiſlator fieri prohibuerit tantùm, nec ſpecialitèr dixerit, inutile eſſe debere quod factum eſt; ſed, & quod fuerit ſubſecutum ex eo, vel ob id, quòd interdicente lege factum eſt, iſtud quoque caſſum, & inutile eſſe præcipimus; Nàm legiſlatori, quod fieri non vult, tantùm prohibuiſſe ſufficit, cætera quaſi expreſſa ex legis licet voluntate colligere. l. non dubium C. de legibus.*

23 Ergò qui ait connubium illud ratum eſſe, probare debet exceptionem, cum regula ſit ei contraria. Nàm dicere multa prohibita, ſi fiant, valent; ergò matrimonium iſtud ratum eſt; perindè ac ſi dixeris: Multi mortui ſunt, igitur Petrus eſt mortuus; multi ſunt in Eccleſia, ergò, & Joannes eſt in Eccleſia; quæ collectiones falſæ ſunt, & ineptæ.

24 Adde

24 Adde quòd non ea qualiſcunque prohibitio eſt, ſed variis pœnis ſancita, ut ex Conciliis Elibertino, Chalcedon. que patet. Ac præterea Bonifacius VIII. conſtituit, ut mulierum, quæ ſcienter hæreticis nupſerint, dotes confiſcentur. *c. decrevit. de hæret. lib. 6.* Et Theodo. Balſamon enarrans canonem prænotatum Concilii Chalcedonen. inquit: *Definitum eſt, ne eorum liberi hæreticis, vel Judæis conjungantur, niſi utiq; prohibita perſona pollicentur à ſua hæreſi, vel ſuperſtitione recedere; tunc enim ſi ad Orthodoxam fidem acceſſerint, conſequenter quoq; nuptiæ; Eos autem, qui hæc tranſgrediuntur, canonicis pœnis ſubiicit Synodus, lege Laodicenam Synodum, & Carthaginenſem, & invenies ſeparari matrimonium, quod cum hæretico contractum eſt; exiſtimo autem etiam cum ſeparatione eos quoque puniri ſecundum præſentem canonem; ſic enim ad concordiam deducentur canones.* Hæc ille.

25 Vides, non ſolùm prohibitionem, ſed pœnas; neq; tantùm pœnas, verùm & ſeparationem. Nec mirum id, nàm & legitima, & juſta matrimonia ſeparantur propter hæreſim ſupervenientem, quemadmodùm Epiſtolis Maximorum Pontificum, Sacriſq; Decretis ſæpè conſtitutum eſt. *c. 2. c. de illa c. quantò de divortiis.*

26 Et quid attinebat vetare tot legibus id, quod ſæpiſſimè Divino jure jàm pridèm prohibitum fuerat, ſi poſt innumerabiles prohibitiones adhuc ſceleratum illud matrimonium, firmum, ratum-
1. Corint. 5. que futurum erat? Paulus Apoſtolus ait,
ad Tit. 3. Ne cibum quidem cum hæreticis eſſe ſum-
2. Ioan. mendum, eoſque devitandos eſſe; & Apoſtolus, atque Evangeliſta Joannes vetat, ne eos in domum recipiamus, nec ave illis dicamus. Et Apoſtoli omnes prohibuerunt, ne cum hæreticis oremus. Et à Concilio 4. Carthag. interdicuntur convivia, & ſodalitates hæreticorum; & nihilominùs ratum erit contractum cum eis matrimonium?

27 Huc accedunt omnes ferè cauſæ, quibus irritũ eſt matrimonium inter Catholicum, & Infidelem contractum, quæ quidèm locum habent in connubio Catholicæ, atque hæretici. Nàm cauſa, quæ videtur eſſe potiſſima, ea eſt; ne conjux Catholicus ab infideli corrumpatur; Inquit enim lex: *Non ſociabis cum eis conjugia, neque filiam tuam dabis filio ejus, neq; filiam illius accipies filio tuo; quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me, & ut magis ſerviat diis alienis; iraſceturq; furor Domini, & delebit te citò, Deutero. 7. & 1. Eſdræ cap. ulti.*

28 Majus autem periculum ſeductionis imminet ab hæretico, quàm ab alio infideli ullo, quemadmodùm quotidiana experientia compertiſſimum eſt. Omnes enim deridere ſolemus Judæos, Idolatras, & Mahumetanos, paucique Catholici ab iſtis capiuntur unquam; ab hæreticis verò plurimi decipiuntur in dies.

29 Aliæ quòq; cauſæ hæreticis accommodari poſſunt; quid enim prohibet quin verbis Pauli Apoſtoli paululùm permutatis, ità loqui poſſimus? Nolite jugum ducere cum hæreticis, quæ enim participatio juſtitiæ cum iniquitate? aut quæ Societas lucis ad tenebras? Quæ autem conventio Chriſti ad Belial, aut quæ pars fideli cum hæretico? Quis autem conſenſus templo Dei cum Idolis? *2. Corint. 6.*

30 Jugum quidèm grave, ac nefarium id eſſet, quod Catholicus duceret cum hæretico; nullaq; participatio veræ religionis cum hæreſibus eſt; nulla Societas Catholicæ lucis cum hæreticorum tenebris, nulla conventio Chriſti ad Belial, nulla pars fideli cum impio, nullius conſenſus templo Dei cum hęreſibus, quę nihil aliud quam idola ſunt.

31 Sed Theologus ille dicebat, præcipuam cauſam, qua irritum eſt matrimonium cum infideli contractum, eam eſſe, quòd infidelis non habet characterem baptiſmi; Undè tria deducebat. Unum, quòd Cathecumenus fidem habens Catholicam non poteſt matrimonium contrahere cum Catholica, ſed hujuſmodi nuptiæ ſunt irritæ: Alterum, quòd Apoſtata, qui pœnitus receſſit à Fide Catholica, & factus eſt Judæus, vel Mahumetanus, ſi contrahat cum Catholica, ratum erit matrimonium; Tertium, quòd ſi idem ille Apoſtata contrahat cum Judæa, vel Infideli, erunt irritæ nuptiæ. Hæc ille aſſerit, ſed ea non probat.

32 Mihi verò admodùm dubia ea omnia eſſe videntur; nam Innocentius III. argumentando in alia quæſtione inquit: *Non ſolùm per Sacramentum fidei, ſed per fidem etiam Sacramenti aliquem effici membrum*

brum Chriſti; & qui Chriſtum habet per fidem, etiamſi Baptiſmum non habeat, habet utique fundamentum, prater quod aliud poni non poteſt, quod eſt Chriſtus Jeſus; ſuperadificare poſſe videtur, ſicut ſalutifera opera, ſic, & qualibet Eccleſiaſtica Sacramenta: cum illud non ſit generalitèr verum, neq; de novis, neque de veteribus Sacramentis, quòd Baptiſmus ſit fundamentum illorum: quoniam, & Sacramentum Conjugii, & Eucharistia à non baptizatis recipi poteſt. Hæc ille. *cap. ulti. de preſ. non bapti.*

33 Quo vel ſolo patet, tria illa jàm ante dicta labare; nàm, & Cathecumeni Matrimonium cum catholica contractum ratum eſſe videtur; & cum baptiſmus non ſit fundamentum omnium Sacramentorũ, neque ſine Fide Catholica proſit, fortaſſis verius eſt, quòd Apoſtata contrahere poterit cum infideli, & firmum erit connubium illud; quòd ſi cum fideli contraxerit, irritum prorsùs ſit matrimonium; Nàm, & Apoſtolus, & Sacra decreta, de Fide magis, quàm de Baptiſmo loquuntur. Neque uli dubium eſt olim Cathecumenos multos ſolitos eſſe differre baptiſma, ut ab omni peccato expiati, rectà via in Cœlum tenderent; & tamen interim Catholicam fidem tenebant, nec ſatis ſcio, an infideles tunc dici poſſent.

34 Noſter ille Theologus ſuæ opinionis laudabat Auctorem Div. Ambroſ. qui lib. de Abraham inquit: *Non eſt ſatis, niſi ambo initiati ſitis Sacramento Baptiſmi &c.* Quaſi verò Baptiſmi Sacramentum efficiat, ut eo initiatus etiam hæreticus, etiam Apoſtata, matrimonium cum Catholica contrahere poſſit, cum infideli nòn poſſit; ſed ſi rectè perpendantur verba omnia Beatiſſimi Ambroſij, nihil minùs probant, quàm opinionem prædictam. Inquit enim Ambroſ. *Cave Chriſtiane Gentilem, vel Judæam, atque alienigenam, hoc eſt omnem hæreticam, & alienam à fide tua accipere tibi uxorem. Prima coniugii Fides caſtitatis gratia eſt, ſi Chriſtiana ſit, non eſt ſatis, niſi ambo initiati ſitis Sacramento baptiſmatis, ſimul ad orationem noſte vobis ſurgendum eſt, & conjunctis precibus obſecrandus Deus. c. cave. 28. quaſt. 1. pleniùs libro de Abraham cap. 9.*

35 Ubi primùm obſerva Div. Ambroſium æquiparaſſe infidelem hæretico, & paritèr utriuſq; nuptias prohibuiſſe, deindè nihil eſſe locutum de charactere Baptiſmi, neque de ejus effectu, cum initiatus efficitur hæreticus, vel Apoſtata. Poſtremò perpende Beatum Ambroſium de ſolo matrimonio legitimo, & rato verba illa dixiſſe, ait enim; *ſimul ad orationem vobis ſurgendum eſt, & conjunctis precibus obſecrandus Deus.* Non ſufficit ergo, ut Sacramento Baptiſmi ſint conjuges initiati, niſi, & ambo Catholici ſint. Nàm cum Apoſtata, vel hæretico, neque orandum eſt, neq; loquendum quidèm. Quin etiam Div. Auguſt. vetat ne quis ducat uxorem, niſi eiuſdem Religionis, & Fidei, neq; alitèr conjugia maneant copulata. Tum illud addo, quòd Paulus Apoſtolus conjugem fidelem cum infideli habitare permittit; Eccleſia verò Catholica ſeparat conjugem fidelem ab hæretico, neq; eos ſimul habitare ſinit. Quo planè intelligitur periculoſius eſſe cum hæretico, quàm cum alio infideli habitare. *1. Cor. 7. c. ſic enim 28. q. 1.*

36 Accedunt eodem, quæ Tertullianus ſcripſit lib. 2. ad uxorem: *Quis dubitet obliterari quotidiè fidem commercio infideli? Bonos corrũpunt mores conſabulationes malæ, quantò magis continuus, & individuus uſus? Quomodo poteſt mulier duobus dominis ſervire, Deo, & marito Gentili? ſed viderit qualitèr viro officia pendat, Domino certè non poteſt pro diſciplina ſatiſfacere, habens in latere Diaboli ſervum procuratorem Domini ſui, ad impediendum fidelium ſtudia, & officia, ut ſi jejuna obſervanda ſunt, maritus eadem die convivium exerceat:* & cœtera in eandem ſententiam.

37 Quid plura? Canon. 72. ſextæ Synodi Generalis inquit, *Non licere virum Orthodoxum cum muliere hæretica conjungi; neq; verò Orthodoxam cum viro hæretico copulari: Sed, & ſi quid ejuſmodi ab ullo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias, exiſtimare, & nefariam conjugium diſſolvi; neque enim ea, quæ non ſunt miſcenda, miſceri, neque ovem cum Lupo, neque peccatorum ſortem cum Chriſti parte conjungi oportet. Si quis autem ea, quæ à nobis decreta ſunt, tranſgreſſus fuerit, ſegregetur.*

38 Sed ajunt multi, Canones illos non eſſe factos à Sexta Synodo Generali, neq; omninò recipiendos eſſe. Hi autem ſunt Anaſtaſius, Theophanes, Humbetus, Franciſcus Torrenſis, & Canus. Contra Gratia-

tianus inquit, Hadrianum Papam ſextam Synodum ſuſcepiſſe cum omnibus canonibus ſuis. Et in ſeptima Synodo Taraſius Patriarcha, & Petrus Epiſcopus, & Epiphanius, omnes illos canones tanquam Sextæ Synodi approbant. Quod quidem ſi verum eſt, peracta controverſia eſt. *cap. ſextam cum ſeq. 16. diſt.* Tametſi autem canon. illi Oecumenici Concilii non ſint, quis dubitat eos, paucis exceptis, auctoritatis penè inevitabilis eſſe? Primò quia conditi ſunt à ducentis viginti ſeptem Epiſcopis Catholicis. Ad hæc, quia plurimi Sapientiſſimi viri Theologi, & Juriſperiti Epiſcopis illis adfuerunt, ut fieri ſolet in hujuſmodi conventibus celeberrimis. Deindè, quia tota Græcorum Eccleſia eos canones, ut Concilij Generalis ſuſcepit, ac venerata eſt. Poſtremò, quia Gratianus, Innocentius III. Septima Synodus Oecumenica, & alii multi eorum Canonum auctoritate utuntur jure quàm optimo; quia multa ibidem continentur notatione, ac veneratione digna. Habet hoc præterea Canon. ille 72. quòd cum rem graviſſimam ſanciat, neque ab Eccleſia Catholica, neq; ab univerſalibus, aut Generalibus Synodis, neque ab ullo Sanctorum Doctorum unquã reprobatus eſt. Canus quin etiam vir accerrimi ingenii, qui quotquot Canones Trullanos potuit, laceravit, ac vellicavit; de Canone tamen illo, nihil quod malediceret, habuit; ut proculdubio tacito omnium conſenſu videri poſſit, eſſe probatus, vide *Canum lib. 5. de locis Theologi cap. ult.*

39 Neq; veriſimile eſt Canonem iſtum ab hæreticis fuiſſe corruptum, quia totus contra hæreticos eſt. Adde quòd Theodorus Balſamon Antiochenus Patriarcha canonem illum integrum retulit, atq; ità interpretatur: *Lex civilis definit matrimonium, ſocietatem, & communicationem Divini, & Humani juris; hinc ergo conſequentèr Sancti Patres decernunt, jure matrimonii nõ eſſe conjungendum virum fidelem mulieri infideli, vel infidelem mulierem viro fideli; ſed, & ſi quid e juſmodi factum fuerit, divellendum, ac ſeparandum eſſe matrimonium, ut quod conſiſtere non poſſit; Quæ eſt enim, inquiunt, Lupo cum agno ſocietas, quorum eſt penitus contraria voluntas; ſibique ſunt invicem in omnibus adverſi, & infeſti, quòd ſit contraria eorum vivendi ratio? & non ſolùm ſeparandum eſſe matrimonium; ſed eum, qui tale aliquid auſurus eſt, ſegregandum eſſe ſtatuunt.*

40 Eadem ferè ſcribit Matthæus Monachus Græcus in opere canonum Græcorum *cap. quod non opporteat contrahere cum hæreticis:* ubi laudans canonem ſupraſcriptum, addit: *Si ſecundum legem civilem matrimonium definitur, communio, & commercium divini, humani que juris; quomodo conveniri potuerunt inter ſe illi, qui circa majora diſcordes ſunt, animæ diſpoſitione, contraria ſentientes circa fidem? Propterea etiam poſt illiciti matrimonii ſolutionem, excommunicare quoque dignum cenſet perſeverantes.*

41 Tum illud addo, quòd magni illi Theologi, ac Juriſperiti, qui regias leges ſeptipartitas condiderunt, hanc quoque ſententiam comprobarunt, & lata lege ſanxerunt. Et quamvis in foro Eccleſiæ conſtitutio illa pro lege non ſit habenda, perſpicuum tamen omnibus eſt eſſe leges illas omnigena eruditione refertas. *l. 15. tit. 2. par. 4.*

42 Quòd ſi vim ipſam nominis obſerves, infidelis eſt qui fidem promiſſam vjolat; hæreticus autem Fidem Catholicam, quam profeſſus fuerat, vjolat: ideòque Balſamon rectè pro hæretico infidelem poſuit. Et Scholaſtici Theologi ajunt hæreſim eſſe infidelitatis ſpeciem: &, ut alibi retuli, hæreſes idola ſunt, atq; adeò hæretici infideles, & idolatræ non injuria dici poterunt; quo fit, ut irritum eorum cum Catholicis Matrimonium contractum ſit.

43 Accedit eodem, quòd hęreticus extra Eccleſiam eſt. Et cum hæretico non licet loqui, quia ſermo ejus, ut cancer ſerpit: hæreticus devitandus eſt, ut vipera, ut baſiliſcus; Quo igitur jure Catholicus cõnubio ſtabili cum eo jungi poteſt? Cum hæretico neq; cibus ſumendus eſt, nec eum in domum introducere poſſumus; & tamen cum eo matrimonium ratum contrahere poſſumus? qui colloqui prohibent, qui orare ſimul vetant, qui cohabitare non ſinunt, hi matrimonium contrahere permittunt, aut ratum volunt eſſe contractum?

44 Divus quidem Hieronym. inquit: *Nullus eſt inter eos fidus affectus, quorum diverſa fides eſt; neque ullum odium vehemen-*

mentius eſt, quàm quod ex religionis diſſidio naſcitur; nulla ergò inter conjuges iſtos erit amicitia, nulla ſocietas, nullum conſortium, nulla Divini, aut Humani juris communicatio: nullum igitur matrimonium.

45 Concilium Laodicenum, & Carthaginen. tertium Concilium Agathenſe, Divus Ambroſius, & Augultinus tale matrimonium damnant, & prohibent. Conc. Elibertinum, Oecumenica Synodus Chalcedon. & Bonifacius VIII. non tantùm id vetant; ſed etiam puniunt. Alexander III. Urbanus III. Innocentius III. propter ſupervenientem hæreſim ſeparant matrimonia, etiam legitima, & rata. Eccleſia Græcorum omnium irritas nuptias declarat, & nefarium conjugium diſſolvit: Quomodo Deus iſtos conjunget? Quomodo erunt duo in carne una? quomodo ergo à Sacerdote benedicentur? & quo denique modo connubium inde ſumet originem, unde ſeparari debet? Neque enim poteſt quicquam ab eo caſu incipere, quo debet extingui. *l. uſum fructum cum moriar. de uſu. & uſuf. legato.*

46 Quantum verò tales nuptiæ diſtent à juſto, ſanctoque matrimonio, ex verbis Tertulliani ſatis perſpicuum eſt. Is enim in fine libri poſterioris ad uxorem inquit: *Unde ſufficiam ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renunciant, pater ratum habet? Quale jugum fidelium duorum unius ſpei, unius voti, unius diſciplinæ, ejuſdem ſervitutis? Ambo fratres, ambo conſervi, nulla ſpiritus, carniſve diſcretio; at qui verò duo in carne una, unus, & ſpiritus; ſimul orant, ſimul voluptantur, & ſimul jejunia tranſigunt, alterutro ducentes, alterutro hortantes, in Eccleſia Dei pariter, in anguſtiis, in refrigeriis, neuter alterum celat, neuter alterum vitat, neuter alteri gravis eſt; liberè æger viſitatur, indigens ſuſtentatur, eleemosyna ſine tormento, Sacrificia ſine ſcrupulo; ſonant inter duos pſalmi, & hymni, & mutuò provocant, quis meliùs Deo ſuo canat. Talia Chriſtus videns, & audiens gaudet, his pacem ſuam mittit.*

47 Equidem multas, magnaſq; cauſas video, quibus adducor, ut putem irritum eſſe matrimonium propoſitum; Eccleſiæ legem non invenio, quę tales nuptias permittat, ne dum approbet, vel confirmet; contra verò jàm ante retuli Eccleſiaſticas leges non paucas, quæ nefarium iſtud connubium vetant, damnant, puniunt, ſeparant, atq; diſſoluunt.

48 Quod ſi propter conſanguinitates, & affinitates quaſdam remotas, nullum efficitur, dirimiturque matrimonium; ſi Oecumenica Tridentina Synodus clandeſtina connubia, etiam inter Catholicos juncta, jure, ac merito irrita, nulliuſque roboris eſſe decernit; quantò id magis fieri debet in eo, de quo diſputatio eſt, injuſto, nefarioque matrimonio? Ego quidèm optarim Summi Pontificis decreto canonem illum Trullanum, aut confirmatum, aut renovatum eſſe, his præſertim temporibus, quibus (proh dolor!) omnia fere regna (Hiſpaniam excipio) impiorum hæreticorum ſunt plena. vide *Covar. lib. 4. decret. par. 2. cap. 6. §. ultim. in 3. editione.*

ANNOTATIONES.

1 Ad Iudicem Secularem &c.

Notandum quòd licèt Polygamię delictum puniatur Iure Civili, ut habetur in *l. eum, qui duas C. ad l. Iul. de Adulter.* & ſic videatur quodamodo ad laicos Iudices ſpectare poſſe; Hodie tamen Iudicibus violatæ fidei tantùm eſt reſervatum; & ad eos pertinet de illo cognoſcere privativè, ſicuti de cæteris criminibus Hæreticalibus; Quare hæc Simancæ ſententia non recipitur uſu. Vide *Carenam de Off. S. Inquiſit. part. 2. tit. 5. De Polygamis §. 3. num. 18. & ſequen.* ubi Doctrinam hanc Simancæ expendens, contrariam approbat, & iis, quæ hoc capite, *& ſequent. uſq; ad num. 6.* adducuntur reſpondet.

De Matrimonii autem materia vide Theologos omnes in 4. ſenten. Caſuiſtas cunctos; ſed in ſpecie Sanchez; qui tractatum integrum duobus tòmis diſtributum pereruditè conſcripſit.

6 Pœna verò, qua Inquiſitores &c.

Pœna Polygamorum ordinaria hodie eſt condemnatio ad triremes ſaltem per quinquenium, niſi adduxerint falſos teſtes ad mortem prioris conjugis probandam; tunc enim ſpatium uſq; ad ſeptennium dilatatur, quo tranſacto, cum prima Vxore redire debent. Modum expediendi Polygamorum cauſas vide breviter compillatum per P. Io. Baptiſtam Neri *de Iud. S. Inquiſit. cap. 6. per tot.*

9 Sed verior ne hæc opinio.

Sententiam hanc Simancæ probat quoque *Pegna in addit. ad Eymeric. p. 2. direct. comment. 74. ſuper quæſt. 49. Verſ. Iam Apoſtata.* & ait non eſſe recedendum ab ea.

11 Hæc autem hæreſis &c.

De Eccleſiaſticorum cælibatu vide quæ ſcripſerunt *Origenes lib. 4. in Levit. S. Baſilius Ep. 1. ad Amphilochium*

lochium, *& Ep.17. ad Peregorium Presbyterum. D. Io. Chryſoſtom. hom. 2. in Iob. Ambroſ. tract. de Dignit. Sacerdot. cap.4. D. Hieronym. lib.1. adverſ. Iovinian. cap.18.* & quæ ſtatuerunt *Patres Nicænæ Synodi can. 3.*

12 Differentiam illam &c.

Nullum eſſe diſcrimen, quò ad criminis cognitionem, & pœnam pro eo infligendam, an Eccleſiaſticus ducens Vxorem ſit Clericus, an Regularis, cum de vtroque ſit eadem ratio, tenet quoque *Pegna loco nuper cit.* Vide *Farinac. de hæreſ. qu.183. §.6. nu. 73.* ibi enim hanc ſententiam habendam, tanquam veriorem affirmat.

13 Clerici autem in Sacris Ordinibus conſtituti &c.

Clerici poſt Sacrorum Ordinum ſuſceptionem nubentes, torqueri ſolent propter hæreſis ſuſpicionem, niſi tamen conjecturis, & probationibus contrariis illam auferant; & quatenus torturam ſuſtineant, præmiſſa abjuratione de vehementi, ad triremes ad tempus condemnantur. Vide *Farinac. loco nupercit. num.71. qui ait in fine*: ita in ſupremo Vniverſæ Reipublicæ Chriſtianæ Generalis, & Romanæ Inquiſitionis Tribunali ſervari.

14 Quæſitum fuit &c.

Notandum quòd hæc Simancæ doctrina procedit etiam in eo, qui ſe ad Sacros Ordines promovendum curat de Vxoris conſenſu, ſed illa in ſeculo manente, nec Monaſterium ingrediente, & in illo profeſſionem non emittente; idcircò dicit: *ſine iuſto conſenſu illius.* per *iuſtum* enim *conſenſum* arbitror intelligi velle conſenſum, qui datur Viro ab Vxore poſt Monaſterium ingreſſum, & profeſſionem emiſſam. *Farinac. loc. qui ſupra nu. 74.*

15 Sacerdos &c.

Nota quod hęc Doctrina intelligitur de delicto publico, & quod ad populi notitiam pervenit. *c. non debet. 30. quæſt.1.*

16 Quæſitum fuit &c.

Nota quod hæc Simancæ Doctrina procedit, quoties Conjux per Iudicium Eccleſiæ declaratus fuit hæreticus; & hac ſtante declaratione, alter Catholicus receſſit ab eo; nàm ſi ante Eccleſiæ Iudicium Catholicus recedat à Conjuge Hæretico, cogi poteſt ad conſortium conjugale cum illo, poſt quàm fuerit emendatus, & Eccleſiæ reconciliatus. Vide *Sanchez de matrim. lib.10. diſp.15. nu.19.* qui ſententiam hanc probabiliorem affirmat.

17 Cœterum perdifficilis, & perobſcura quæſtio eſt &c.

Matrimonium initum à Catholico cum Hæretica, vel ab Hæretico cum Catholica eſſe quidem illicitum, ſed validum contra ea, quæ in hoc capite, & ſequentibus adducit Simanc. eſt hodiè communis ferè ſententia. Vide *Sanchez de Matrim. lib.7. diſp.73. nu.1. & ſequen.* qui Doctorum huius ſententiæ Myriadem integram refert, & ad omnes contrarias rationes reſpondet, & nota quòd omnes tum Conciliorum, cum Patrum auctoritates, quæ ad rem hanc in hac tota diſputatione afferuntur à Simanc. probant quidem matrimonium hujuſmodi non eſſe licitum, ſed invaliditatem ejus non probant.

38 Sed ajunt multi &c.

Quid de Canonibus Sextæ Synodi ſentiendum ſit vide apud *Suarez qui ſupra de Matrim. lib. 7. diſp. 29. num.7.*

De Miniſtris, & eorum Officiis. Titulus XLI.

SUMMARIUM.

1 *Miniſtros Reipub. optimos, & idoneos eligi permagni intereſt.*
2 *Alexandri Severi in eligendis Magiſtratibus prudentia, & integritas.*
3 *Miniſtri Sanctæ Inquiſitionis quot ſint, & eorum nomina.*
4 *Judex bonorum publicatorum qui eligendus, & quod ſit ejus munus, & ad quem ab eo provocari liceat.*
5 *Executor quis ſit, & quot nominibus appellari ſoleat, ejuſque munus, qua in re verſetur.*
6 *Cuſtos Carceris à quo hodie creari ſoleat.*
7 *Notarii qui eligendi, & eorum officium quod ſit.*
8 *Tabellionem alium poſſent Inquiſitores creare, ſi id poſtulat neceſſitas.*
9 *Scripta Sanctæ Inquiſitionis, & actorum quomodo cuſtodienda ſint, & quibus eorum cura demandanda.*
10 *Medici, & Cuſtodes januarum quales ſint eligendi in Sancta Inquiſitione.*
11 *Aſſeſſores, ſivè conſultores ab Inquiſitoribus convocari debent.*
12 *Aſſeſſores quales eligendi.*
13 *Aſſeſſores, ſeu conſultores ab Inquiſitoribus vocati, conſilium gratis præbere debent.*
14 *Conſultores ſimul cum Inquiſitoribus deliberare debent, & ea tenenda ſententia, cui major illorum pars adhæſerit.*
15 *Familiarium, ſivè ſtipatorum munus, & numerus, & quales ſint eligendi.*
16 *Familiaribus immunitates quædam nuper conceſſa fuerunt juſſu Regis, & eorum numerus fuit præfinitus.*
17 *Familiarium numerus quo pacto fuit præfinitus.*
18 *Familiarium catalogus in unaquaque Provincia dandus eſt Conſiſtoriis civitatum.*
19 *Familiares in cauſis criminalibus eximuntur à jurisdictione Judicum ſecularium, exceptis nonnullis criminibus.*

20 Fa-

20 *Familiares comprehendi poſſunt à judicibus ſecularibus.*

21 *Familiarium cauſa quando referenda ſit ad regiam curiam.*

22 *Familiaris, qui ſimplex homicidium cõmittit, ab Inquiſitoribus puniendus.*

23 *Adulterii crimen gravjus eſſe, quàm homicidium, quidam Seavolam ſenſiſſe ajunt.*

24 *Adulterii crimen gravjus eſſe, quàm homicidium, Seavola non ſenſit.*

25 *Adulterii crimen gravjus eſſe quàm homicidium, Seavolam non ſenſiſſe, multis oſtenditur rationibus.*

26 *Seavola verba, ex quibus colligebant nonnulli gravjus eſſe adulterii crimen, quàm homicidium, declarantur.*

27 *Miniſtri Sanctæ Inquiſitionis, oportet ut interdum ſuorum munerum rationem reddant.*

28 *Viſitatoris munus, & qualis is eligi debeat.*

29 *Inquiſitores, & Miniſtri nihil emant ex bonis publicatis.*

30 *Miniſtri omnes Sanctæ Inquiſitionis jurare tenentur coram Inquiſitoribus, & Epiſcopo, quòd officia ſibi commiſſa fideliter exercebunt.*

31 *Inquiſitores, Conſultores, & cæteri, jurare tenentur ſe arcana omnia fideliter celaturos.*

32 *Magiſtratus quantum deceat arcana celare.*

33 *Inquiſitorum, & Miniſtrorum ſtipendia, & à quibus eis ſolvenda ſint.*

34 *Salaria Miniſtris Sanctæ Inquiſitionis ſolvuntur ex bonis publicatis, & quomodo ſolvi ſoleant.*

35 *Inquiſitores, & cæteri omnes Miniſtri per ſe ipſos officiis inſervjant.*

36 *Miniſtri Sanctæ Inquiſitionis, ſi iter facere velint, à quo veniam petere debeant, & quot dies abeſſe poſſint.*

37 *Miniſtri omnes ſuis ſtipendiis contenti ſint, & munera non accipiant.*

38 *Miniſter nemo eſſe debet in ea Provincia, in qua Inquiſitor ſit ejus conſanguineus, vel Dominus.*

39 *Miniſtri Sanctæ Inquiſitionis à quibus puniendi ſint.*

40 *Officiis duobus Sanctæ Inquiſitionis nemo praeſſe poteſt, aut duobus ſalariis frui.*

41 *Officialem Sanctæ Inquiſitionis qui vulnerat, aut occidit, à quibus puniri debeat, & eſt Pii V. conſtitutio de hac re.*

De Miniſtris, & eorum Officiis.

1 REipublicæ ſalus non tàm in legibus ſita eſt, ut Ariſtoteli placet, quàm in Magiſtratibus, & Miniſtris, ut mihi quidem videtur; Leges enim Civiles, & Humanæ in chartis mutæ jacent, neque per ſe ſolas valdè nocent, aut proſunt; Magiſtratus verò, & Miniſtri Reipub. leges ipſas loqui, aut ſilere faciunt; & cunctis nocere paſsim, & prodeſſe poſſunt. *Fieri non poſſe videtur*, inquit Ariſt. *ut rectè ex legibus adminiſtretur civitas, non quæ optimis, ſed quæ à pravis civibus gubernatur*. Quo magis enitendum erit, ut optimarum legum optimi eligantur cuſtodes, ne leges ipſæ jaceant, & ſileant; ſed una, eademque voce omnibus ſemper, & ubique loquantur. Id autem facilè fiet, ſi Magiſtratuum electores, non privatis affectibus cuſtodes legum quæſierint, ſed tantùm Juſtitiæ Zelo; non propter conſanguinitatem, affinitatem, amicitiam, familiaritatem, preces, favorem, ambitionem, aut propter alia id genus omnia; ſed propter merita idoneorum, propter commune bonum, propter ſalutem Reipub. Debentur quidem præmia melioribus, officia peritioribus, denique Reipub. debentur optima. *Canem quidem* (inquit elegantèr Demoſt.) *Ovili degenerem, & ignavum cuſtodiendo nemo præfecerit; Reipub. autem gubernatoribus plerique dicunt quoslibet eſſe præficiendos cuſtodes, qui cum delinquentes ſe differre ſimulent, ipſi vel in primis cuſtodiendi eſſent. Ariſt. lib. 1. rhetor. l. 1. ſolut. matri. Demoſthe. orat. 2. contra Ariſtogitonem. 4. poli. 8.*

2 Alexander ille Severus, Romanorum Imperatorum omnium ferè optimus; qui conſiliarios habere meruit Sabinum, Ulpianum, Paulum, Pomponium, Alphenum, Africanum, Florentinum, Martianum, Calliſtratum, Hermogenem, Venulejum, *Alexandri Severi Conſiliarii.*

lejum,

lejum, Tryphonium, Metianum, Celſum, Proculum, & Modeſtinum, omnes Juris profeſſores celeberrimos, quorum faciebat cuncta conſilio; ille, inquàm, Alexander, exemplo nobis eſſe poteſt, qui Præſides, Proconſules, & Legatos nunquam fecit ad beneficium, ſed ad judicium, vel ſuum, vel Senatus: & ubi aliquos voluit Provinciis Judices dare, vel Magiſtratus, aut Prępoſitos facere, nomina eorum proponebat hortans populum, ut ſi quis adversùs eos quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus; dicebatque grave eſſe, cum id Chriſtiani, & Judæi facerent in prædicandis Sacerdotibus, qui ordinandi ſunt; non fieri in Provinciarum Rectoribus, quibus, & fortunæ hominum committerentur, & capita. Idem quoq; Princeps dicere ſubindè ſolebat: Inviros, non ambientes in Rempublicam collocandos. Denique Ulpianum virum optimum, & Juriſperitiſſimum, non tantùm pro conſiliario, ſed etiam pro tutore habuit; atq; ideò Summus Imperator fuit, quod ejus conſiliis præcipuè Rempublicam rexit. *Auctor Aelius Lampridius in Alexandro Severo.*

3 Sed jàm ad Miniſtros officii Sanctæ Inquiſitionis revertamur. In unaquaque Provincia Hiſpaniæ duo, aut tres Inquiſitores eſſe debent; Judex bonorum publicatorum unus: executor unus; Notarii tres: duo à ſecretis, tertius ſequeſtrationum: cuſtos carceris unus: nuntius unus: cuſtos januarum unus, & medicus unus. Præterea neceſſarii ſunt aſſeſſores, & conſultores periti, familiares, & alii, de quibus nunc ſeorsùm tractare oportet; si prius hoc tantùm dixerim experientia jàm olim in Hiſpania fuiſſe compertum longè utilius, & commodius eſſe, (*a*) ut Inquiſitores eligantur Juriſperiti, quàm Theologi: quidquid Theologaſter ille deliret Occam. *4. instruct. Toletana cap. 2.*

Miniſtri S. Inquiſitionis Hiſpaniæ.

4 Judex bonorum publicatorū is eligendus eſt, qui ſit vir probus, & Juriſperitus, non ex genere Judæorum, Mahumetanorum, vel hæreticorum; ſed qui aſſeſſoris officio fungi queat. Hujus officii eſt judicare inter fiſcum, & privatos de his cauſis, quæ de bonis hæreticorum tractantur. Sed, & cognoſcere poterit inter privatos, cum cauſa fuerit connexa, ut *Gabriel Quemada tradit q. 1. & 3.* Ab ejus ſententiis ad Senatum appellari debet, nō autem ad alios Judices, ſed ſi lis fuerit inter fiſcum, & Eccleſiam ream, vel inter Eccleſiaſticas perſonas, vel de redditibus beneficiorum, tunc Inquiſitores cognoſcere debent, ut quodam Senatus conſulto pleniùs continetur. Hunc autem Judicem, & alios omnes Miniſtros Inquiſitor Generalis conſilio Senatus eligit.

5 Executor eſt, qui præcepta Inquiſitorum exequitur. Hujus officium præcipuè verſatur in comprehendendis, & cuſtodiendis reis, quos etiam abſentes perſequi, & vincire tenetur, ſalario ſibi conſtituto contentus. Sed ſi opus fuerit, ut familiares illum comitentur, taxandum eſt illis ſalarium ab Inquiſitoribus, & à receptore ſolvendum ex bonis fiſci; Et cum ſit merus executor mandati, fines cuſtodire diligentèr debet, ac præcepta judicum ad unguem executioni mandare; De ejus officio Ariſto. lib. 6. politi. hujuſmodi verba ſcripta reliquit: *Alius Magiſtratus ex omnibus ferè, & maximè neceſſarius, & idem moleſtiſſimus eſt, qui in judiciorum executionibus, ſivè damnatus quis fuerit, ſivè factus reus, verſatur; quique carceri, cuſtodiiſque præeſt; Itaq; propter odium, quod magnum incurrit, moleſtus eſt; ſed tamen Magiſtratus neceſſarius eſt; fruſtra enim exercerentur judicia, niſi ad finem perducantur.* Quod, & Plato lib. 6. de legibus, aliique tradiderunt. Hos, & apparitores, & ſtatores appellant. *4. inſtru. Toleta. c. 26. Ariſto. 6. polit. c. 8. l. 2. §. poſt originem de orig. jur. c. 1. §. ulti. de ſtatu regular. lib. 6. Catel. Cotta. in memora. verbo ſtatores.*

6 Cuſtodia carceris ad executoris Officium olim pertinebat, & quoties illum abeſſe contigerat, alium cuſtodem ſuis ſumptibus carceri pręficere tenebatur; hodiè verò cuſtos carceris ab Inquiſitore generali creatur, diversùſq; eſt ab executore. Quod ante multa ſecula Athenis quoque fieri ſolebat, ut loco prænotato Ariſtot. eſt auctor: *Ubi multis civitatibus, inquit, cuſtodiarum præfectus diverſus eſt ab executore, ut Athenis Magiſtratus eorum, qui undecim viri nominantur. Itaque commodius eſt, ut hic Magiſtratus diviſus ſit, & ſolerter, quod ejus ratio poſtulat, provideatur; neq; enim minus hic neceſſarius eſt, quàm is, de quo modo diſſeruimus; nàm viri probi maximè Magiſtratum hunc recuſant, improbus non rectè committitur, qui cuſtodiri* ma-

magis debent, quàm alios cuſtodire. 4. inſtru. Toleta. c. 26. Ariſt. 6. poli. c. 8.

7 Tabelliones, quos, & Notarios, & Secretarios appellant, denunciationes, accuſationes, & omnia cauſarum acta ſcribere debent; hi ſunt eligendi laici, ſed in cauſis hæreſis hoc munere fungi poſſunt Clerici, & Monachi, in ſacris etiam ordinibus conſtituti. Et quamvis in Hiſpania Laici creari ſoleant; Fortaſſis tamen expediret, ut Clerici eligerentur; quia minùs indigerent, quàm hi, qui uxores, & filios habent; nàm ſalarium vix uni ſufficit. Hi quòque ſcribere tenentur in libro quodam omnia mandata Inquiſitorum data executoribus, & receptoribus contra hæreticos, & eorum bona, ut ſi quæſtio de his emerſerit, illinc aſſumi queat quidquid ad eam dirimendam ſit neceſſarium. Præterea, hi ſalario contenti, nihil pro ſcripturis accipere debent, excepto notario bonorum publicatorum, cui licet jura legitima petere; quia non habet certum ſalarium. Suis quoque ſumptibus proficiſci debent intra Provinciam ſuam, ad faciendum teſtium ratificationem, & probationem defenſionum, & exceptiones adversùs teſtes, ut quodam Senatus conſulto continetur. *c. ut officium §. ad conſcribendam de haret. lib. 6. ſecunda inſtruct. Hiſpalen. cap. 13. & inſtru. 4. Tol. cap. 18.*

8 Quod ſi neceſſitas urgeat, poſſunt Inquiſitores alium tabellionem creare, eique ſalarium juſtum ſolvere, ut Epiſtola quadam Senatus cavetur. Is autem, qui eſt à ſecretis, tenetur promotori fiſcali, & aliis litigantibus fidem facere, ac teſtimonium ſcriptum tradere, de tempore condemnationis, & commiſſi criminis; Neq; enim exhibenda eſt copia totius proceſſus, ne lites oriantur ex litibus, & totius cauſæ retegantur arcana; unde conſequeretur, ut omnibus manifeſta fierent nominà teſtium, & ſaluti eorum parùm conſultum eſſet, ac exceptiones plurimæ à calumniatoribus adversùs eos proponerentur; Jure igitur his damnis occurſum eſt Epiſtola quadam generalis Inquiſitoris. Præterea, hi omnes Notarii quotidiè debent ſex horis ad tribunal Inquiſitorum aſſiſtere. Quòd ſi quiſpiam eorum in officio deliquerit, puniendus eſt pro menſura delicti pœna pecuniaria, vel officii ſuſpenſione, aut privatione, vel exilio, Generalis Inquiſitoris, & Senatus arbitrio moderando. *Epiſtola data Granata die 4. Septembr. anno Domini 1499. & inſtruct. Toleta. cap. 28. & 13.*

9 Scripta Sanctę Inquiſitionis ſub tribus clavibus cuſtodienda ſunt, quas promotor fiſcalis, & notarii ſervare tenentur, neque legi, aut oſtendi cuipiam debent, niſi coram illis omnibus. Præterea, ſcripturæ actorum diligentèr ſunt cuſtodiendæ in auditorio Inquiſitorum, ut præſto ſint, quoties illis opus fuerit; neque licet Notariis eas oſtendere alicui, neque in alium locum transferre; quòd ſi contrariũ feciſſe convicti fuerint, officio ſinè ſpe veniæ privandi ſunt; Inquiſitores tamen à regiis judicibus, vel ab his, quorum intereſſe conſtiterit, requiſiti, præcipere debent Notariis, ut exemplum earum exhibeant, ità tamen, ut ſecreta officii, quæ occulta eſſe opportet, proptereà nõ retegantur: quod Epiſtola quadam Senatus cavetur. Exemplum autem actorum, quæ publicè legi ſolent, dari debet, videlicèt confeſſionum, ſententiarum, & aliorum ejuſdem generis, neq; præterea quicquam. *3. inſtruct. Valdolita. cap. 7. & Toleta. 4. cap. 13.*

10 De nuncio, Januarum cuſtode, ac Medico plura dicere ſupervacaneum eſt; quia miniſteria eorũ omnibus nota ſunt, & nihil ferè aliud eos facere opportet, quã id, quod officiorum nomina præſeferunt; hi eligendi ſunt (ſicut alii omnes Miniſtri) viri boni, minimèq; ſuſpecti, & ex veteribus Chriſtianis procreati.

11 Aſſeſſores periti, quos Conſultores nominare ſolemus, ab Inquiſitoribus convocandi ſunt, ut in cauſis fidei conſilium eis præbeant. Cum enim de rebus graviſſimis deliberandum perſæpè ſit, neceſſe eſt viros Sapientes, Theologos, & Juriſperitos convocare: Theologos, ut propoſitiones examinent, & earum explicent qualitatem; Juriſperitos, ut de punitione, vel abſolutione reorum, ac de aliis cauſarum meritis conſilium præbeant opportunum. Horum probitas in primis neceſſaria eſt; nam ut libro de legatione ad Cajum inquit Philo. *ſolet Deus bonis viris bona ſuggerere conſilia*. Hos ad ſe vocandi, quoties expedire viſum fuerit, poteſtatem habent inquiſitores; & ſine illis nihil definire ſolent: quo fit, ut ſinceriſſima, juſtiſſi-

ſtiſſima, & ſanctiſſima ſint eorum judicia; *Prov.11. 13. 15.* Erit enim ſalus, ut Sapiens ait, ubi multa conſilia: & ſicut cogitationes diſſipantur, ubi non eſt conſilium; ſic ubi ſint plures Conſiliarii, confirmantur. Et qui agunt omnia cum conſilio, reguntur Sapientia. Quamobrem Plato in Theage, Conſilium ſacram rem eſſe dixit. Et Polybius ab Euripide dictum ſcribit: *conſilio ſapienti magnam vinci militum manum*; Etenim cum plures ad conſultandum conveniunt, & unuſquiſque partem habet virtutis, ac prudentiæ, fiunt in unum collecti, quaſi homo unius, qui multos pedes habeat, & multas manus, multoſque ſenſus; ut alii aliam partem, cuncti autem cunctas diſcernant, ut Ariſtot. inquit: quod Joan. Chryſoſt. eleganter exornat. *c. ut commiſſi §. advocandi de hæret. lib.6. Proverb.* 11. *&* 13. *&* 15. *Ariſt. lib.3. polit. cap.7. &* 11. *Chryſoſt. ad populum Antiochenum homil.* 51. *Ludovi. Cælius lib.* 11. *lect. antiquarum cap.* 9.

12 Eligendi autem ſunt ad hoc munus viri prudentes, boni, & periti, quibus acta omnia cauſarum referenda, & communicanda ſunt; & eorum audito conſilio, ad ſententias procedendum eſt. Præterea, Inquiſitores cum his peritis ſimul, & non ſeorsim, conſultare, ac deliberare ſolent, ut quibuſdam Epiſtolis Senatus cavetur. Hi quoque jurare debent quòd arcana omnia celabunt; quæ, ſi poſt juramentum præſtitum, & indictum eis, ſecretum ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, unquam revelaverint, in Sententiam excommunicationis ipſo jure incurrent. *c. ulti. §. 1. cum ſeq. de hære. lib.6.*

13 Hi Aſſeſſores, ſeu Conſultores ab Inquiſitoribus vocati, conſilium gratis præbere debent; ut quidam Juriſperiti ajunt, & quamvis poſſint ſalarium ſpontè oblatum recipere; illud tamen petere nequeunt; quia negotium Catholicæ Fidei omnes Chriſtiani defendere, ac procurare tenentur. Cœterum Aſſeſſores, qui, ut Adrianus Pontif. libr. quæſt. inquit, oculi ſunt judicum, in quacunque cauſa, & ſi ſpiritualis illa ſit, juſtè accipiunt ſalarium pro miniſterio, & labore; ſed multa honeſtè accipiuntur, quæ inhoneſtè petuntur. *Honeſtè accipiuntur multa, quæ inhoneſtè petuntur.* *Archid. Joan. Andre. Domini., & Philip. Franc. in c. ut commiſſi. §. advocandi de hæret. lib.6. Anchar. in principio ejuſdem capitis. Brunus lib.4. de hæret. cap.3. Adrianus quolib. lib.* 10. *c. ſtatutum. §. aſſeſſores de reſcrip. lib.6. l.1. §. proindè de variis, & extraordi. cogniti.*

14 Quæri autem ſolet, an Inquiſitores conſilium Conſultorum conſequi teneantur? quod Arnal. Alber. probabilius eſſe putat, niſi fortè conſilium eſſet injuſtum; Verior tamen ſententia eſt, quòd ſimul omnes deliberare debent, & ſuam ſententiam ſinguli dicere; illa verò ſequenda eſt, quæ majori, & ſaniori parti melior, & juſtior viſa fuerit. Extat Epiſtola Senatus apud Inquiſitores Corduben., qua decretum eſt, ut ſi concordes ſint Inquiſitores, & Ordinarius Judex, eorum ſententia præferatur; quamvis diversùs ſit Conſultorum omnium conſilium; Eſt enim juriſdictio Inquiſitorum, & Ordinarii judicis; & ipſi auditis peritorum ſententiis, & actis cauſarum penitùs inſpectis, & circumſtantiis omnibus pleniùs excuſſis, certiùs, & meliùs definire poſſunt; ſed apud Inquiſitores Valdolitanos, niſi plures in eandem ſententiam convenerint, etiamsi prædicti Judices concordes fuerint, nihilominùs ad Senatum cauſa mittitur; ſed generalitèr illa ſententia vera eſt, quòd Inquiſitores non tenentur neceſſariò ſequi conſilium Conſultorum, ut rectè reſpondit Franciſcus Burſatus conſilio 90. *Alber. in c. 1. de hæreti. lib.6. quæſt.* 10. *& lib. de agnoſ. aſſertio Catho. quæſt.* 26. *l. puberibus de ſuſp. tuto. l. ulti. §. ubi. C. de bonis quæ libe. Abb. Decius*, & cœteri *in c. ſi pro debilitate de offi. deleg.*

15 Familiares quoque, ſivè ſtipatores neceſſarii ſunt, ut Inquiſitores comitentur, & eos, ſi opus fuerit, ab hæreticorum inſultibus tueantur, & ut executorem ſequantur, cum reos voluerit comprehendere, & ut alia faciant, quæ ad officii Sanctæ Inquiſitionis munus meliùs exequendum judices expedire decreverint. His familiaribus conceſſum eſt, ut armis uti queant; ſed eis abuti non debent. Eligendi autem ſunt viri boni, & pacifici, & qui uxores habeant, ut epiſto. quadam Senatus cavetur: neq; plures admitti debent, quàm officii neceſſitas poſtulaverit. *Clem. 2. §. ulti. de hæreti.*

16 Et quia ſalaria non dantur familiaribus, & nemo gratis ſervire tenetur, neceſſe eſt, ut eis privilegia aliqua concedantur;

tur; qua in re diverſis mandatis Regiis jàm pridèm variatum eſt; modò conceſſis immunitatibus, modò proptèr familiarium exceſſus, & effrænatam eorum multitudinem, abrogatis. Tandem anno ſuperiori juſſu Regis convenientes in unum quidam ex Regio conſilio, cum Senatu Sanctæ Inquiſitionis, conſtitutionem promulgarunt, qua familiaribus immunitates quædam conceduntur, & eorum numerus præfinitur, & ordo etiam præſcribitur, quo diſſenſiones, & contentiones inter Inquiſitores, & Regios Judices in cauſis familiarium deinceps ſupprimantur, & componantur. *4. inſtruct. Tolet. cap. 5. conſtitu. Regia promulgata die 19. Martii Anno Domini* 1553.

17 Ac primùm de numero familiariũ, conſtitutum eſt, ut in Toletana Civitate ab Inquiſitoribus eligantur quinquaginta familiares; in Civitate Hiſpalenſi, totidem, & alii quinquaginta in Granatenſi, & non plures; in Cordubenſi, & Conchen. & municipio Valleolitano quadraginta; in Civitate Murciæ triginta; in Calaguria, & Ilerena viginti quinq;; in uno quolibet oppido trium millium municipium eligi poſſint decem; in uno quolibet oppido mille municipium ſex: in ſingulis aliis quingentorum, quatuor; in cœteris vicis minoribus, duo tantùm in uno quoq; illorum; ſed in quolibet vico maritimo, aut limitaneo eligi queant quatuor. Hęc de numero familiarium, qui ſi plures electi fuerint, nullo privilegio fruentur. *l. 1. §. 1. C. de collegiatis. lib. 11. l. ult. de appari. Magiſt. mili. lib. 12. l. ult. ff. de excu. tuto.*

18 Item eàdem conſtitutione cavetur, ut in unaquaque Provincia detur Conſiſtoriis Civitatum matriculà Familiarium, ut Præfecti urbibus, & Decuriones cognoſcant ipſos familiares, & videant, ne numerum excedant, & ſi fortè ſeditioſi fuerint, aut officio indigni, ut id ſignificent Inquiſitori Generali, & Senatui; quod fieri quoque debet, quoties quiſpiam in alicujus familiaris locum ſubrogatur (*b*) Præterea, conſtitutum eſt, ut in omnibus cauſis civilibus familiares coràm judicibus ſecularibus conveniantur, perindè ac ſi familiares non eſſent. *l. ex eo temp. ff. de mili. teſtam.*

19 In cauſis verò criminalibus familiares eximuntur à juriſdictione judicum ſecularium, & puniri debent ab Inquiſitoribus, excepto crimine leſæ Majeſtatis, & nefando crimine contra naturam, & rebellionis, vel ſeditionis publicæ. Item à Laicis judicibus coercendi ſunt familiares, qui contra literas ſecuritatis à Principe conceſſas deliquerint; & qui rebelles, & contumaces fuerint adversùs mandata Regia, & proditores, & raptores mulierum, & publici latrones, & effractores Eccleſiarum, Monaſteriorum, vel aliarum ædium, & incendiarii; & qui alia crimina, vel his majora, vel atrociora commiſerint; & qui procacitèr, aut pertinacitèr contemnunt Regios judices, & qui eis reſiſtunt, & qui officia ſecularia exercentes, in officio ſuo delinquunt.

20 Cœterum, Seculares Judices comprehendere poſſunt familiares, propter illa etiam crimina, quorum cognitio ad Inquiſitores pertinet; ſed tunc, ſtatim eos remittere debèt ad ſuos judices, cum probatione ſummaria delictorum, idque ſumptibus familiaris delinquentis. Item eàdem conſtitutione cavetur, ut quoties familiares deliquerint in urbe, aut loco, ubi non reſident inquiſitores, toties teneantur oſtendere judicibus loci, in quo familiaris deliquit, exemplum ſententiæ adversus eum ab inquiſitoribus latæ, cum teſtimonio publico, quo planè conſtet ſatisfactum eſſe ſententiæ contra eum ſuper illo crimine latæ.

21 Si verò lis oriatur inter Inquiſitores, & Seculares judices, ſuper cognitione criminis à familiare commiſſi, tunc referendæ cauſa eſt ad Regiam Curiam cum probatione delicti ſummaria, ut cauſa cognita per duos conſiliarios Regios, & alios duos Senatus Sanctæ Inquiſitionis, ſimplicitèr, & ſinè ſtrepitu, & figura judicii cauſa remittatur ad illos judices, ad quos ejus cognitio pertinere viſa fuerit, & ab hac ſententia ſupplicare non licet. Præterea, ſi diſcordes fuerint hi ſupremi Judices in remittendis reis, nec tres in unam ſententiam conſenſerint, Rex ipſe conſulendus eſt. Interim autem cuſtodiendus eſt familiaris ab eo Judice, qui comprehendit illum; ſed ſuperſedendum eſt in cauſa, donec remittatur ad ſuum judicem, cui, facta declaratione, ſtatim reſtituendus eſt, ſi fortè ab alio Judice vinctus fuerit. Hactenùs Regia conſtitutio data die 10. & confirm. die 19. Mar. anno Domini 1553.

22 Ex quibus omnibus perſpicuū eſt, cognitionem homicidii ſimplicis à familiare commiſſi ad Inquiſitores pertinere. Quid autem adulterii? quidam dicebat, majus crimen eſſe adulterii, quàm homicidii, ſed id verum non eſt; Nam ſivè animum attendas ad Dei offenſam, ſivè ad Reip. damnum, ſivè ad facti atrocitatem, ſivè ad legum pœnas, longè gravjus eſſe homicidium, quàm adulterium invenies. *c. ſi quod q. 33. quaſt. 2. Socinus in rubri. de adult. in fine, & noſter Padilla in l. tranſigere C. de tranſ. num. 77.*

23 At qui non pauci Juriſperiti putāt Scævolam Juriſconſultum aliud ſenſiſſe; verùm illi non benè conſiderarunt quid Scævola dixerit: is enim inquit: Matre, & Uxore hæredibus inſtitutis ità cavit: *à te Uxore chariſſima peto, ne quid poſt mortem tuā fratribus tuis relinquas; Scis unum fratrem tuum filium noſtrum occidiſſe, dum ei rapinam fecit; ſed, & alius mihi deteriora fecit. l. Lucius §. matre. ff. de legat. 2.*

24 Ex his verbis extremis quidam malè coniiciunt, deteriora illa fuiſſe adulterium cum uxore teſtatoris commiſſum, ſed ii non perpendunt illum, quem adulterum eſſe fingunt, fratrem eſſe uxoris, quam teſtator, neque vocaſſet chariſſimam, neque hæredem inſtituiſſet, ſi eam adulterium cum incœſtu commiſiſſe ſciret.

25 Quòd ſi quiſpiam dixerit adulterium fuiſſe commiſſum cum alia uxore teſtatoris; is primùm conſideret, nihil tale in ſpecie propoſita retuliſſe Scævolam; deindè neque facta eſſe præſumenda, neque extraneam perſonam eſſe intelligendam, niſi expreſſa ſit. Poſtremò illud conſequi abſurdiſſimum, quòd ſimplex adulterium deterius eſſet, quàm parricidium; neque enim illud ſimplex fuit homicidium; ſed occidit ſobrinum avunculus, ideſt ex uxore nepotem. *l. ſi emancipati. C. de collati. l. ſi ita. §. Chryſogonus. ff. de verbo oblig. l. Lucius. §. matre. de lega. 2. l. 1. ff. de parric.*

26 Ergo verba illa, *Mihi deteriora fecit*, de aliis criminibus adulterio gravjoribus accipienda ſunt; vel per hyperbolem, & exceſſum ab offenſo, & irato teſtatore dicta fuere; vel certè comparativum pro poſitivo interpretandum eſt, ut in illis Martiani verbis; *Si ſervus uxorem Domini corrupiſſe dicatur, aut aliud quid gravjus admiſiſſe*; non enim facilè gravjora crimina reperire licebit, quàm ea ſunt, quæ Scævola, & Martianus commemorant; comparativum autem pro poſitivo poſitum ſæpiſſimè obſervatum eſt. *l. interdum. §. 1. ff. de publica. l. 2. §. cæterum. ff. vi. bon. rapt. l. benignius ff. de legib. l. 1. C. de dolo.* vide *Tiraquel. lib. de pœnis, cauſa 1.*

27 Sed jàm ad Inquiſitores, alioſvè Miniſtros revertamur, quorum officia, cum ſint perpetua, neceſſe eſt, ut interdùm rationem ſuorum munerum reddant; quod valdè quidèm utile eſt, ut qui malè fecerint, puniantur; qui autem benè, laudem, & prœmium conſequantur, denique, ut omnes cautiores fiant; eſt enim commodum, ut animi pendeant, neque eis quidquid velint, efficere liceat, nam ut Ariſt. ait: *Licentia quidquid libet agendi, non poteſt malum, quod eſt in quoquo homine cavere.* Erant, & Athenis Magiſtratus Logiſtæ, quibus omnes Magiſtratu functi intrà triginta dies, quàm Magiſtratu deceſſiſſent; adminiſtrationis rationem reddebant: præco autem proclamabat his verbis: *Quis vult talem tali functum Magiſtratu de anteacta vita accuſare facinoribus?* & qui accuſare volebat, admittebatur. Hujus quoque rei meminit Plato lib. 6. de legib. hoc verborum tenore: *Nemo Judex, Magiſtratuſvè ſit, qui geſti officii rationem ſui non referat, præter eos, qui Regum inſtar finem rebus imponunt.* Obſerva exceptionem à divino Platone poſitam, qui indecens eſſe judicavit, ut ſupremi judices malevolorum calumniis, ſicut cœteri judices exponantur. *l. 1. C. ut omnes jud. tàm civil, quàm mil. Ariſto. 6. polit. cap. 4.*

28 Solet igitur creari Magiſtratus, qui viſitet Inquiſitores, & omnes alios Miniſtros; quem ob eam cauſam viſitatorem appellant. Hunc Plato eligendum eſſe cenſet virum penè divinum, quem invenire difficilè eſſe fatetur. Creandus ergo eſt ad hoc munus Uir aliquis moribus, & eruditione conſpicuus, & ætatis maturæ: Is (ut apud Platonem eſt) in omni virtutum genere cunctis excellere debet, quique non pauciores quàm quinquaginta natus ſit annos. Is viſitare omnes Inquiſitorum Provincias, & quidquid correctione dignum cognoverit, ad Inquiſitorem generalem, & Senatum referre debet. Fines mandati diligentèr obſervet, nec ſit hoſpes eorum, quos viſitat; neque ab eis ali-

quid

quid accipiat, neque per interpoſitas quidem perſonas. Si verò unus non ſufficit, alter, vel plures eligendi ſunt. Pœtus Phraſea apud Cornelium Tacitum lib. 15. annalium inquit: *Olim quidem non modò prætor, aut conſul, ſed privati etiam mittebantur, qui Provincias viſerent, & quid de cujuſque obſequio videretur, referrent, trepidabantq; Gentes de æſtimatione ſingulorum.* ſolùs, ut audio, magnus meus avvnculus Franciſcus Simancas Eccleſiæ Corduben. Archidiaconus, vir profectò Reipublicæ non pœnitendus, hoc munere ſinè collega hactenùs functus eſt; nàm privatim hodiè creari ſolent viſitatores, quoties in aliqua Provincia id expedire videtur. *Plato* 12. *de legib.* 4. *inſtruct. Tolet. cap.* 3.

29 Præterea, probibitum eſt Inquiſitoribus, & Miniſtris, ne quid emant ex bonis publicatis, etiam ſi publicè vendantur. Qui verò aliquid emerit, quamvis id faciat palam, & bona fide, nihilominus in ſententiam excommunicationis incurrit, & centum aureorũ mulcta puniendus eſt. 4. *inſtruct. Toletana c.* 23.

30 Item, omnes Miniſtri Sanctę Inquiſitionis jurare tenentur coram Inquiſitoribus, & Epiſcopo, ſeù ejus vicem gerente, quòd officia ſibi cõmiſſa fidelitèr exercebunt; quod alii quoque Magiſtratus, & Miniſtri Reipub. ſimilitèr jurare ſolent. *Clem.* 1. *§. porrò de bæret. l. rem non novam C. de judi. l. jubemus* 2. *de erogat. milit. anno lib.* 12. & illic *Joannes de Platea.*

31 Jurant præterea Inquiſitores, Conſultores, & cœteri, quod arcana omnia fidelitèr celabunt, quæ ſi quis eorum prodere auſus fuerit, dignus profectò eſt qui officio privetur, & aliis etiam pœnis pro criminis qualitate puniatur; nàm id gravjus delictum eſt genere ſuo, quàm furtũ. Quamobrem ſapientèr admodùm vetus diſciplina Regum Perſarum ſilentium vitæ periculo ſanxerat; & ſicuti Q. Curtius lib. 4. memorat, Lingua gravjus caſtigatur, quàm ullum probum, neque magnam rem ſuſtineri poſſe credunt ab eo, cui tacere grave ſit; quod homini facillimum voluerit eſſe natura; Undè apud eoſdem Perſas, Nemo conſiliorum eſt conſcius, præter Optimates taciturnos, & fidos, ut Ammianus, Marcellinus lib. 21. eſt Auctor. Ex omnibus, quibus humana pectora, ſeriis, gravibuſq; complectuntur affectibus, nullam difficiliorem credit Fabius declamatione 19., quam ſilentii virtutem, adeò promptiſſimo ſermone facilè delinquimus: additque non prodere ſecretum, primam fuiſſe Sapientiam in priſcis illis morum, mentiumque rectoribus. 4. *inſtru. Tolet. c.* 4. *Domi. Sot. lib. de ratione tegendi ſecretum q.* 2. *Joannes Bohemus lib.* 3. *de moribus omnium gentium c.* 24. *Angelus in l. Athletàs. §. calumniator de his qui not. infam. Brunus lib.* 3. *de legat. c.* 2.

Nemo, qui ſilentiũ ſervare nequeat, eſt conſiliorum cõſcius apud Perſas.

32 Addendum eodem eſt, quòd Magiſtratus, & cœteri Miniſtri, qui Reipub. conſiliis interſunt, uſq; adeò arcana omnia fidelitèr cuſtodire tenentur, ut antè pati debeant fortunarum, & vitæ diſpendium, quàm ut ea volentes, inviti, aut coacti revelent; nàm, cum arcana Reipub. ſint propter ſalutẽ Univerſorum, ab illis uſq; ad animam, & ſanguinem cuſtodienda ſunt, quibus tota Reſpub. arcana ſua committit, & honores, atq; ſtipendia pro officiis tribuit, & qui jurejurando fidem ſuam in idipſum aſtrinxerunt. Quod quidem tantò magis ſervari debet, quantò res ipſa gravjor, & periculoſior ſit; puta, ſi torqueatur quiſpiam, ut earum rerum arcana revelet, quę in Sacro Inquiſitorum foro adverſùs hæreticos decerni ſolent. *Soto propè finem de rat. Reg. ſecre.*

33 Salaria Inquiſitoribus, & Miniſtris à Repub. ſolvenda ſunt, cui magno quidẽ labore, ſed majore utilitate inſervjunt. Cuilibet igitur Inquiſitori præfinita ſunt ſexaginta millia annua, hodiè centum millia numorum; quorum quilibet ęſtimatur duobus numulis æreis, quos albos vvlgo appellant: Judici bonorum publicatorum triginta millia; Promotori fiſcali totidẽ: Tabellioni, ſivè Notario triginta; Executori ſexaginta, Receptori totidem, Nuntio viginti millia, Cuſtodi januarum decem millia, Medico quinque millia; quæ ſalaria poſſunt augeri arbitrio generalis Inquiſitoris, & ſolvenda ſunt à receptore temporibus præfinitis; qui ſi ſecus fecerit, privari poterit ab Inquiſitoribus ipſis officio. 4. *inſtru. Tolet. c.* 2. & *inſtru.* 3. *Valdolitana c.* 13.

34 Hęc omnia ſalaria ſolvvntur ex bonis publicatis; & pars tertia præſtari debet in principio cujuſq; quadrimeſtris, & exindè deberi incipiunt, ex quo Judices, & Miniſtri proficiſcuntur ex domibus ſuis

ad negotia hujus Sanctę Inquiſitionis tractanda; quod ſi moriantur antè quadrimeſtre completum, nihilominus eorum erunt, nec ab hæredibus repetenda ſunt. *l. legatus antequam ff. de legatio. l. 1. §. Div. Severus de extraordi. cognit. l. ſed addes §. ultim. ff. locati 2. inſtru. Hiſpalen. cap. 2. l. tempus. ff. de vacatio. & excuſatio. munerum.*

35 Illud prudentèr admodum Inſtructionibus continetur, ut Inquiſitores, & cœteri omnes Miniſtri per ſe ipſos officiis inſerviant; non autem per ſubſtitutos; atque id quidem juſtiſſimè, quia eorum induſtria eligitur, non aliorum; nec juſtitia patitur, ut alter onera ſubeat, alter verò ſtipendia, & honorem ferat. Rectè igitur Alexand. Severus dicere ſæpè ſolitus erat, eos eſſe promovendos, qui per ſe Rempub. gerere poſſent, non per aſſeſſores, & unumquemque id agere debere, quod noſſet. 3. *Inſtru. Valdolita. c. ult. Aelius Lampridius in Alexandro Severo. l. ult. de excuſ. tuto. l. nullus qui nexu C. de decurio. lib. 10. l. 1. §. ne autem. C. de caduc. tollen. c. ult. §. 1. de offic. delegat.*

36 Miniſtri autem abeſſe non debent, niſi priùs veniam ab Inquiſitoribus impetraverint, quam illis concedere poſſunt, uſque ad viginti dies dumtaxat; qui verò abſens fuerit ultrà viginti dies, aut venia non impetrata diſceſſerit, ſalario privetur; & abſentiæ Miniſtrorum ſcribantur, & ſalaria illis non ſolvantur à receptore, niſi libro abſentiarum inſpecto, & ità Senatus Epiſtolis quibuſdam ſcripſit.

37 Prætereà cautum eſt multis inſtructionum capitulis, ut Miniſtri omnes ſuis ſtipendijs contenti ſint, & munera non accipiant, ne poculenta quidem, aut eſculenta; qui verò accepiſſe aliquid convictus fuerit, officio privetur, duplum ſolvat, in excommunicationis ſententiam incurrat, ac decem millibus numis mulctetur; & qui ex Miniſtris id ſciverit, & Inquiſitoribus non revelaverit, iiſdem pœnis ſubjaceat. 1. *inſtru. Hiſpalen. c. 25. & inſtruct. 2. c. 1. & inſtruct. 4. Toleta. c. 15. & 18.*

38 Ad hæc, nemo eſſe debet Miniſter hujus Sancti Officii in ea Provincia, in qua Inquiſitor ſit ejus conſanguineus, vel dominus. Prohibitum quoq; eſt, ne quiſpiam Miniſtrorum alicui negotiationi ſe immiſceat, neque id facere poſſit per interpoſitas perſonas; qui verò contrafecerit, officio privetur, & viginti millibus numis mulctetur; & qui hoc non prodiderit, excommunicetur. 4. *inſtru. Toleta. c. 12. & in fine omnium inſtructionum ſcriptarum, & in impreſſis fol. 21. confert. l. militem. C. de procurat. l. milites locati l. 1. & illic gloſ. & cœteri C. negotiato. ne militent. lib. 12.*

39 Si quid autem levjus commiſerint hi Miniſtri, ab Inquiſitoribus puniri debent; ſi verò aliquid gravjus in officio admiſerint, ad Inquiſitorem generalem, & Senatum referendum eſt; ut ſi cauſa id expoſtulet, officio illos privet; quæ pœna jure recepta eſt, ut qui delinquunt in officio, priventur, aut interdicantur illo. 1. *inſtruct. Hiſpalen. c. 27. l. 1. de legatio. l. ſi aliquid C. de ſuſcepto, & arcbar. lib. 10. Regia. l. 12. tit. 29. par. 7.*

40 Prohibitum quoque eſt iiſdem Inſtructionibus, ne quis duobus officiis præſit, neve duobus fruatur ſalariis. Quod ſi in omnibus officiis publicis, & beneficiis Eccleſiaſticis ſervaretur, longè profectò meliùs rebus publicis conſultum eſſet; neque enim occuparet unus, quæ multis ſufficerent; neque multi deficerent, ubi unus non ſufficit. Undè Plato lib. 8. de legibus: *Duas artes*, inquit, *aut ſtudia duo diligentèr exercere humana natura non patitur. Nemo etiam ſatis poteſt arti quidem uni vacare, & alterius artis opifici præſidere.* Quam ob cauſam eodem libro ſtatuebat, ut qui duabus artibus vacaret, vinculis, mulcta, expulſione, unam tantùm compleċti cogeretur. Et lib. 2. de repub. idem Plato ait, impoſſibile eſſe, unum plures artes bene exercere. Et rursùs lib. 3. eiuſdem operis: *Singuli ſingula rectè conficere poſſunt; plura verò minimè: Quod ſi quis plura tractare aggrediatur, in ſingulis ità deficiet, ut in nullo evadat egregius.* Et Ariſt. lib. 2. politi. *Pravum videri*, ait, *ab homine uno plures Magiſtratus geri; unicum enim ab uno optimè perficitur opus.* Et iterùm lib. 4. *Profectò munus quodque meliùs, ſi quis uni tantùm procurationi vacet, obitur, quàm ſi multis negotiis diſtineatur.* Xenophon. quoque lib. 8. de pædia Cyri, ſcriptum reliquit: *Fieri non poteſt, ut qui multis utitur artibus; is bomo omnia pulchrè faciat. 4. inſtruct. Toleta. c. 18. Ariſt. 2. polit. c. 9. & lib. 4. c. 15. Thomas lib. 4. de regimi,*

*gimi. princip. cap.*20. *l.ſi plures ff. de pact. c.* 89. *diſtin. l. quiſquis. C. de poſtul. hac par. de proxi. Sacro. Scrit. lib.*12. *regia. l.*10. *tit.* 4. *p.* 3. *Lucas in l.omnes judices de decurion. lib.* 10.

41 Qui occidit, aut vulnerat officialē, puniri debet ab Inquiſitoribus, & relinqui Curiæ ſeculari, ſi crimen fuerit dignū morte; & ità Leo X. conſtituit, & eo jure utimur. *Alber. lib. de ſecreto. nu.* 64.

Pius V. edidit conſtitutionem juſtiſſimam adversùs eos, qui occiderint, verberaverint, vel perterrefecerint Miniſtros S. Officii, vel Accuſatores, Denunciatores, vel Teſtes, & contra eos, qui incenderint libros, aut ſcripturas pertinentes ad officium, vel ad cauſas Sanctæ Inquiſitionis; quam, quia longa eſt, hic non adjungimus.

ANNOTATIONES.

1 Reipublicæ ſalus &c.

De Miniſtris, & Officialibus S. Inquiſitionis, vide intèr cæteros *Carenam tract. de S. Inquiſit. Off. part.* 1. *ubi à tit.* 7. *uſq; ad tit.* 16. materiam hanc abundè, ac diſertiſſimè pertractatam invenies.

3 (*a*) Vt Inquiſitores eligantur juriſperiti &c.

Hanc Simancæ opinionem ſequuntur *Scaco. de Iud. lib.* 1. *cap.* 87. *num.* 10. *Azor. inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *quæſit.* 5. *& Diana reſſolut. moral. p.* 4. *tract.* 8. *reſſol.* 52. *contra Zanard. in ſumma cap.* 6. *quæſt.* 12. Sed cum utraque in praxim videatur polita, cum in Hiſpania, & in Inſula Melitenſi Iuriſconſulti, in Italia verò Theologi eligantur, utraq; laudabilis cenſeri debet. Vide *Pegn. in addit. ad Eymeric.* 3. *part. direct. comment.* 50.

6 Cuſtodia Carceris.

Vide quæ ſupra notavi *tit.* 16. *de Cuſtodia Reorum.*

7 Tabelliones &c.

Notandum tantā eſſe neceſſitatem Tabellionis, ſivè Notarii in S. Inquiſitionis tribunali; ut acta quæcunque ſcripta ab alio, qui notarius non ſit, quamvis per eundem Inquiſitorem ſcriberentur, nulla debeant reputari. Vide *Vivium decis.* 48. *num.* 4. *in fin. lib.* 1. quem ſequitur *Capiblanc. de Off. Baronum pragm.* 8. *p.* 1. *nu.* 369. *tom.* 1. *in ult. edit.* Quomodo autem ſe gerere debeat Inquiſitor, & ejus Vicarius in Notariorum defectum lege apud *DD. in c. ut officium §. Verum. de Hæretic. in* 6.

10 De nuncio &c.

De Nunciis, & Curſorius S. Officii vide *Farinac. de Carceribus, & Carceratis quæſt.* 32. ubi de eorum quoque delictis remiſſivè.

11 Aſſeſſores &c.

Nota quod Inquiſit. jus habent, nedum ſibi Conſultores eligendi, ſed eos quoq; in caſu repugnantiæ cogendi, eſt *tex. c. ut commiſſi. §. advocandi quoque de Hæretic. in* 6. *Decian. tract. Crimin. lib.* 5. *cap.* 24. *num.* 10.

12 Eligendi autē ſunt ad hoc munus &c.

Notandum quòd S. Officii Conſultores eligi poſſunt Laici, & Conjugati; præſertìm extrà Luſitaniæ Regnum, ubi Conſultores nec votum deciſivum habent, nec ſententiis ſe ſubſcribunt. Vide *Rojam de hæretic. p.* 1. *num.* 104.

14 Quæri autem ſolet &c.

Quicquid ſit de hac quæſtione, certum eſt nefas eſſe Inquiſitoribus contra plenum Conſultorum conſenſum ſententiare; niſi in caſu, quo eſſet irrationabilis. *Pegna in addit. ad Eymeric. p.* 3. *direct. comment.* 127.

An autem Inquiſitores neceſſariò teneatur Conſultorum vota requirere, antequàm Cauſas expediant. Vide *Caſtropal. in opere moral. tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 11. *num.* 3.

15 Familiares quoque &c.

De qualitatibus eligendorum in familiares S. Inquiſitionis; Vide Conſtit. Ioannis XXII. quæ incipit: *Exigit Ordinis veſtri religio.* Habetur hæc inter literas Apoſtolicas pro Officio S. Inquiſit. poſt *Direct. fol. mihi* 63.

16 Et quia ſalaria &c.

Loco ſalariorum privilegia multa, tum ſpiritualia, cum temporalia ſunt familiaribus S. Officii conceſſa. De ſpiritualibus vide *Ludovic. à Paramo de Orig. S. Inquiſit. lib.* 2. *tit.* 1. *cap.* 4. *& Eymeric.* 3. *p. Direct. quæſt.* 127. *& ſequen.* ubi *Pegna comment.* 86. *uſque ad comment.* 180. Temporalia conſiſtunt in armorum delatione, & fori exemptione, quorum primum licet omnibus ſit commune, attamen non eſt ſic Omnibus commune ſecundum; in Hiſpania enim, multa crimina excipiuntur, de quibus infrà Simanc. *num.* 18. *&* 19. & in Italia multi ſunt S. Inquiſitionis Familiares, qui Fori privilegio non gaudent.

18 (*b*) Præterea conſtitutum eſt, ut in omnibus cauſis civilibus &c.

Hæc Regia Conſtitutio non eſt quoad hoc caput in uſu in Regno Valentiæ; ibi enim S. Inquiſitionis Familiares etiam in civilibus ſunt de Foro Inquiſitorum. Vide *Rojam de Hæretic. p.* 2. *num.* 422. *& D. Hieronymum de Leo in decis.* 2. *Regni Valentiæ per totam.*

23 Atqui non pauci Iuris periti &c.

Notandum quòd ſi Paulus, & Scævola more Romanorum Gentilium, qui teſte *D. Aug. lib.* 5. *de Civit. Dei cap.* 12. adeò gloriam dilexerunt, ut propter eam vivere voluerunt, pro ea mori non dubitarunt; fortaſsè fuerint in hac ſententia, ut gravius duxerint Vxoris compreſſionem, quàm ſibi necem; eorum tamen ſententia, quippè quæ univerſæ Chriſtianæ Theologiæ adverſatur, eſt reprobanda. Vide *c. contraria de conſec. diſt.* 5. *& D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 122. *art.* 3.

31 Iurant præterea Inquiſitores &c.

Non abſre datur in S. Inquiſitionis tribunali hoc juramentum, cum nervus præcipuus cauſarum S. Officii ſit ſecretum, ut habet *P. Maſſin in prax. S. Offic. fol.* 10. *Verſ. Dee parimente*; & nota diſcrimen, quod extat intèr Inquiſitores, & Conſultores; ſi fortè quiſpiam illorum ſecreta S. Officii revelet; nàm Conſultores pœnam excōmunicationis Eminentiſs. DD. Cardinalibus ſupremis Inquiſitoribus reſervatam ipſo facto incurrunt; Inquiſitores verò nequaquàm, ſed tantùm peccant mortalitèr, niſi ta-

ſi tamen in ſuorum Conſultorum Congregatione ſecreti Iuramentum præſtitiſſent; ſicuti præſtare debere conſtat ex literis D. Cardinalis Arigonii 24. Decembris 1611. directis Inquiſitori Cremonæ, ut teſtatur *Caren. de Off. S. Inquiſit. par. 1. tit. Rub. de Conſult. Congreg. S. Off. §. 10. num. 66.*

33 Salaria Inquiſitoribus.
Hæc de re vide Innocentii IV. Conſtitutionem; quæ incipit: *Ad extirpanda. §. ſanè ipſis.* quam inter literas Apoſtolicas pro S. Inquiſit. Off. poſt *Eymerici Directorium fol. mihi* 7. invenies; & nota quòd nullatenùs admittitur ſententia Campegii apud *Zanchin. cap.* 19. aſſerentis poſſe Inquiſitores accipere ſportulas pro dicendis ſententiis in fidei Cauſis; Iurè enim Canonico hoc eſſe interdictum docet *Romanus ſingular.* 183. *per tex. in c. cum ab omni. de vita, & honeſt. cler.* quem ſequitur quoque *Pegna in addit. ad Eymeric. 3. p. Direct. comment.* 133. *Verſ. de ſportulis fortaſſis &c.*

36 Miniſtri autem abeſſe &c.
Notandum quòd hæc Simancæ Doctrina intelligi debet de Miniſtris Salariatis dumtaxat, & in S. Inquiſitionis Tribunalibus Hiſpaniarum.

41 (r) Pius V. edidit Conſtitutionem.
Conſtitutionem B. Pii V. quæ incipit *Si de protegendis* editam de Anno 1569. vide relatam à *Pegna inter literas Apoſtol.* poſt *Direct. fol. mihi* 135.

De Occultis. Titulus XLII.

S U M M A R I U M.

1 *Occultorum criminum variæ ſpecies ſunt.*
2 *Hæreticus occultus an ſit excommunicatus ipſo jure.*
3 *Hæreticum purè intellectualem, non incidere in ſententiam excommunicationis, Theologorum ferè omnium ſententia eſt.*
4 *Eccleſia nõ habet poteſtatem ſuper actus ſolos interiores.*
5 *Eccleſiam non habere poteſtatem ſuper actus ſolos interiores, multis argumentis probatur.*
6 *Eccleſia quos actus interiores punire, & prohibere ſoleat.*
7 *Hæreticus, qui hæreſim, quam corde incipit, verbo, aut ſcripto parit, licèt occultiſſimè, in ſententiam excommunicationis incidit.*
8 *Hæreticus purè mentalis inveniri poteſt, contra Pighium.*
9 *Hæreticus purè mentalis, qui hæreſim occultiſſimam amico detegit, ab eo conſilium petens, an incidat in excommunicationem.*
10 *Hæreticus purè mentalis an incidat in excommunicationem, tametſi per jocum dixerit, ſe aliquando hanc, aut illam hæreſim credidiſſe.*
11 *Hæreſis purè mentalis, quæ nunquàm prodiit in actum exteriorem, non eget abſolutione Inquiſitorum.*
12 *Hæreticus occultus, qui alios inficit, debet ſtatim judicibus indicari.*
13 *Hæreticus occultus an ſe ipſum prodere teneatur.*
14 *Hæreticum ſe quiſpiam eſſe confitens in foro pænitentiæ, & neq; pœnitentiam agere, neq; alios, quos ſcit hæreticos eſſe prodere volens, an indicari poſſit à Sacerdote.*
15 *Hæreſim in confeſſione dictam, quando Sacerdotes indicare debeant.*
16 *Hæretici, ubi puniuntur, ſolent eſſe occulti formidine pœnæ, & ut Catholicos decipiant, & ut aliquid magni ſe diſcere exiſtiment, latenter prædicant.*
17 *Acta in judicio cum hæretico occulto non ſunt ipſo jure nulla.*

De Occultis.

1 Multifariam crimen aliquod occultum dicitur; nàm eſt crimen per ſe occultum, quod nihil habet, undè poſſit ab hominibus cognoſci, hoc eſt crimen, quod ſola cognitione cõmittitur, & ſolo corde retinetur, nec voce, aut opere extrà procedit. Eſt, & crimen occultum per accidens, quod extrinſecus progreditur, ſed teſtibus probari non poteſt; Hoc autem crimen, quamvis occultiſſimum ſit, poſſet tamen ab aliquo naturalitèr audiri, aut videri. Crimen quoque occultum dicitur, quod plenè probari nequit; & illud item, quod non eſt manifeſtum, aut notorium. *c. veſtra de coba-*

probabit. clerico. & multi. & illic interpretes. *Alfon. lib. 2. de pot. leg. pœn. cap. ult.*

2 Quæri autem ſolet, an hæreticus occultus excommunicatus ſit ipſo jure, & in alias etiam pœnas incidat contra hæreticos ſtatutas. Cui quæſtioni ſimplicitèr Juriſperiti reſpondent, quòd & ſi hæreſis occulta ſit, nihilominùs occultus hæreticus incidit in illas pœnas. Qui ſi hoc putant verum eſſe, cum hæreſis natura ſua eſt occulta, ideſt purè mentalis, ſivè intellectualis, proculdubiò vehementèr errant. Sin autem de occulto loquuntur, quod opponitur probabili, aut notorio, ſententia eorum vera erit. Sic igitur accipienda eſt horum Juriſperitorum ſententia. *Joan. Gofre. Raimun. & glo. in clemen. 1. §. verum de haret.* & inibi *Paul. Stepha. & Joan. Imole. nu. 18. & Cardin. in §. ulti. item Abb. Joan. de Anan. & Felin. in c. ulti. de hareti. Andrea. Tiraq. in l. ſi unquam C. de revocand. donation. verbo revertatur nu. 240.*

3 Nam quòd hæreticus purè intellectualis, qui nunquàm hæreſim protulit, non incidat in ſententiam excommunicationis, neq; ob eam rem ſubjaceat judicio Eccleſiæ, aut juriſdictioni civili, conſtans, & recepta Theologorum ſententia ferè omnium eſt; quam fruſtrà impugnare conatur Arnaldus Albertinus. *Petrus de Palude in lib. 4. ſenten. diſtinct. 13. Antoni. 3. par. ſum. tit. 24. c. 4. Angel. in ſum. verb. hareti. nu. 2. Silveſt. verb. excommunicatio. 7. Cajeta. verb. hareſis in fin. Joan. Driedo. lib. 3. de liber. Chriſt. pag. 60. Alfon. lib. 2. de juſt. hareti. punit. c. 12.* & iterùm *lib. 2. de pote. leg. pœn. cap. ulti. Hermas lib. 2. de inſtaur. religion. c. 6. Soto in lib. 4. ſenten. diſtin. 22. queſt. 2. arti. 3. contra Alberti. lib. de agno. aſſer. cat. qu. 33.*

4 Maxima, & præcipua ratio hujus propoſitionis eſt, quia, ut concorditèr Theologi docent, Eccleſia non habet poteſtatem ſuper actus ſolos interiores, neque illos ſua juriſdictione dirigere, prohibere, aut punire poteſt. *Gerſon. in regul. Morali. Duran. in lib. 4. ſentent. diſt. 11. qu. 8. Petrus Palud. ibid. diſtin. 13. & Almain. diſtin. 17. qu. 1. art. 3.* & iterùm *tract. de poteſt. Eccleſ. c. 10.* & rursùs *tract. de auctor. Eccleſ. c. 3. Cajetan. & Franc. Victo. ſuper Tho. 2. 2. qu. 11. artic. 3.*

5 Quæ ſententia multis argumentis urgentiſſimis comprobatur. Primò quia leges humanæ gubernare nequeunt cognitiones hominum, neque illas judicare; quia eas non cognoſcunt. Ad hæc, Eccleſia nunquàm uſa eſt hac poteſtate, ergò eam non habet; nàm otioſa eſt potentia, quæ nunquàm aliquid operatur. Præterea, Eccleſia nullam poteſtatem, aut juriſdictionē exercere poteſt per ſolos actus interiores: non excommunicare, non abſolvere, non Sacramenta aliqua Miniſtrare; igitur neque poteſtatem habet ſuper actus interiores. Deindè verum, ac tritum proverbium eſt, quòd Eccleſia non judicat de occultis. Ad poſtremùm, occultorum actuum cognitio ſoli Deo reſervata eſt; neque enim juxtà intuitum hominis Deus judicat; Homo namq; videt ea, quæ apparent, Dominus autem intuetur cor. Accedit Paul. Apoſtol. qui ad 1.Reg.16.
Corint. ſcribens inquit: *Nolite antè tempus* Ep.1.cap.4.
judicare, quo ad uſque veniat Dominus, qui manifeſtabit conſilia cordium, l. cognitionis de pœn. c. tua nos. c. ſicut de Simon. c. humana aures 22. q. 5. lib. 1. Reg. c. 16. & 1. ad Corin. c. 4.

6 Contrariam tamen opinionem defendere conatur Hadrianus Pontif. Max. lib. quæſtionum, cui ſubſcribit Albertus Pighius lib. 6. hierarch. Eccleſ. ſed argumenta illorum facilè refelli poſſunt; nam etsi Eccleſia nonnunquam prohibere, aut punire videatur actus interiores, non eos ſolos tunc intuetur; ſed actus alios exteriores, quorum interiores, vel ſunt cauſæ, vel rationes; Nam interior actus duobus modis conſiderari poteſt: priori, per ſe tantum, puta cum in ſolo corde naſcitur, & conſumatur, & extra non procedit, quo caſu loquitur Theologorum agmen; poſteriori modo conſiderari poterit ſimùl cum actis exterioribus, tamquam cauſa commiſſionis, aut ommiſſionis illorum; tunc autem perſpicuum eſt, quòd judicio, & juriſdictioni Eccleſiæ ſubiiciuntur, ac judicium etiam ſecularium. Verbi gratia, propter actum aliquem exteriorem inquiri poterit de intentione, & voluntate, de ſcientia, vel ignorantia, ac de aliis id genus: cœterùm ſolus actus interior, ſinè actu aliquo exteriori, non ſubiicitur humanæ legi. *Hadrian. quolib. 8. Albert. Pighius lib. 6. hierar. Eccl. c. 6.*

7 Theologi omnes uno ore fatentur,

quòd

quòd is, qui hæreſim, quam corde conceperat, verbo aut ſcripto pepererit, quamvis id clanculum, & occultiſſimè fecerit; nihilominus eo ipſo in ſententiam excommunicationis incidit, & aliis pœnis hæreticorum obnoxius eſt. Nàm, & ſi eadem omninò cauſa eſſe videatur hujus hæretici, & illius, qui hæreſim corde occultat; differentia tamen inter utrunque magna eſt; occultum enim per ſe habet ex propria natura non ſubeſſe cognitioni ſenſitivæ, ex qua incipit humana cognitio, ſecundùm quam Eccleſia judicat; occultum verò per accidens ſubiacet ſenſibus humanis, etiam ſi teſtibus probari nequeat. Quam ob cauſam hujuſmodi occulta ſæpè judicantur ab Eccleſia, occultis peccatoribus excommunicatis; quod tamen de aliis occultis purè intellectualibus nuſquàm ab Eccleſia factum fuiſſe legitur, ut non immeritò recepta ſit à doctiſſimis hæc differentia, quæ apud plurimos, & prudentiſſimos durat. *Omnes Theologi ſupracitati c. porrò de ſent. excomm. c. clericis de immu. Eccl. lib. 6. gloſ. in Clem. 2. §. verùm de hæreti.*

8 Neque audiendus eſt *Albert. Pighius loco pranotato*, negans inveniri poſſe hæreticum aliquem purè mentalem; quia ſtatim hæreſis conſumata, ut ille ait, prodit exteriùs, neque poteſt celari; ſi electio errori conjuncta efficax, perfectaque ſit. Ego verò non ſanè diſpicio quid prohibere, poſſit ne hæreſis conſumata retineatur in corde, aut hæreticus purè mentalis proptèr metum, aut pudorem, vel ut ob aliam quamlibet cauſam, celare tamen hæreſim nequeat. Nàm quòd ſolo corde conſumari poſſit hæreſis, non puto ipſum Albertum Pighium inficias fuiſſe iturum; ſicut enim fides virtus eſt, quæ perficitur interiùs; ſic ex oppoſito hæreſis intimè conſumatur ſolo diſſenſu interiori cum conſenſu impiæ voluntatis, quemadmodum Cajetanus tradit, & antè illum docuit *Bal.* Erravit tamen in alio Baldus putans hæreticum purè mentalem excommunicatum eſſe, & hæreticorum pœnis coerceri poſſe, quem recentiores quidam pari errore ſecuti ſunt. Sed, ut paulò antè dixi, ea opinio concorditèr ab omnibus, jure quàm optimo jàm pridem exploſa eſt. *Cajet. 2. 2. q. 11. art. 3. Bal. in l. ſi quis non dicam rapere C. de Epiſcopis, & Cleri. Joan. de Ana. in c. ſi quis Epiſcopus de hæretic. Ludovic. Carer. tract. de hæret. nu. 87. Albert. lib. de Agno. aſſer. Catho. q. 25.*

9 Peregrina quæſtio eſt, an hæreticus purè mentalis, qui coràm Inquiſitoribus occultiſſimam hæreſim confitetur, vel eã revelet amico, petens ab eo conſilium, incidat in excommunicationem propter illum actum exteriorem. Cui reſpondit Franciſcus Victoria, talem hæreticum excommunicatum non eſſe, quia exterior ille actus eſt bonus, & hæreticus non protulit hæreſim aſſerendo illam; cui ſententiæ vehementèr aſſentior, illud quòq; addens, multò magis eandem ſententiam locum habere, cum hæreticus in foro ſacro pœnitentiæ intellectualem hæreſim confeſſus fuerit; quia non modo actus ille bonus, ſed pius etiam, & extrà judicium humanum eſt. *Fran. Victoria ſuper Tho. 2. 2. q. 11. art. 3. c. ſi ſacerdos de offi. ordin. Covar. in c. peccatum de reg. jur. lib. 6. part. 2. reg. 1. num. 7.* vide *Chryſ. in Epiſt. ad Hebræ. hom. 21. colu. ulti.*

10 Illud autem majorem dubitãdi rationem habet, quod idem ille celebris Theologus addit, hæreticum ſcilicèt purè mentalem excommunicatum non eſſe, tametſi per jocum dixerit, ſe aliquandò hanc, aut illam hæreſim credidiſſe; quià non aſſerit hæreſim illam, ſed tantùm narrat, aut refert. In qua equidèm opinione ſubſiſto; nàm qui ajunt ſufficere qualemcunque actum exteriorem, ut hæreticus incidat in excommunicationem, non addunt, neceſſariam eſſe aſſertionem in illo actu. Accedit eodem, quòd in re tàm ſeria jocus execrabilis eſt; nam ut alibi quoque retuli,

Non patitur ludum fama, fides, oculus.

Favet nihilominùs illi opinioni vulgare Juriſperitorum proverbium; *qui declarat, narrat, aut refert, nil novi facit.* Quamobrem fortaſſis hæc opinio benignitatis gratia defendi poterit. *l. nam ludus ad l. Aquil. l. hæredes. §. 1. de teſtam. l. adeò. §. cum quis de acqui. rerum domin.*

11 Ex diſtinctione ſupra ſcripta intèr occultum per ſe, & occultum per accidens, colligenda eſt vera intelligentia cujuſdam capitis primæ inſtructionis Hiſpalen. ubi, cum generalitèr primùm tradatur forma publicæ abjurationis, deindè hæc exceptio ponitur; *niſi crimen uſque adeò fuerit*

occul-

occultum, ut ſolus pœnitens illud ſciat, nec ab alio revelari poſſit; tunc enim ſecretè reconciliatus abſolvendus eſt. Hoc inquam intelligi debet, cum hæreticus intellectualem hæreſim protulit, vel ſcripſit, & nullus eam audivit, vel legit. Nàm hæreſis purè mentalis, quæ nunquàm prodiit in actum exteriorem, non eget abſolutione Inquiſitorum, neq; abiuratione, aut reconciliatione; ſed ſufficit eam proprio Sacerdoti confiteri, & ab illo beneficium abſolutionis impartiri poteſt. *Prima inſtruct. Hiſpalen. cap. 5. directo. inquiſi. fol. 159.*

12 Cœterum, & ſi occultus hæreticus ſit, qui alios inficit, atq; pervertit, poteſt, ac debet ſtatim judicibus indicari, nulla præcedente monitione, quia ſubverſus eſt, qui eſt hujuſmodi. Alios occultos peccatores monemus, & corripimus, ut reſipiſcant, ut eorum exiſtimationi cõſulamus; cœterùm de pertinaci hæretico, qui pernicioſiſſima Reipublicæ peſtis eſt, qui ſpiritale venenum propinat Catholicis, nulla ſpes converſionis eſt; quamobrem publicum bonum præferri debet bono illius privato, & hæc eſt conſtans Theologorum, & Juriſperitorum ſententia; quam & Leo ille magnus probare videtur *Sermo 4. de collectis*, dicens: *Manichæos ubicunque latentes veſtris presbyteris publicate; magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum, & ipſum in eis, cui ſerviunt, diabolum debellare.* Tùm addo tria: Unum, quòd hæreticus non in te, ſed in Deum peccat: Alterum, quòd non frater, ſed hoſtis eſt; Tertium, quòd qui Eccleſiæ non credit, is neq; te corrigentem audiet. *Thom. 2.2. qu. 33. artic. 7. Hoſtien. in ſum. tit. de heret. col. 4. Innoc. in c. de teſtib. cog. Gonſal. de here. pravi. q. 6. Theologi in lib. 4. ſent. diſt. 19. Albert. Pighi. lib. 1. hierar. Eccle. cap. 4. Alfo. lib. 2. de juſt. heret. puni. cap. 25. Soto. lib. 5. de juſt. & jur. qu. 5. art. 1.* Vide titulum de denuntiatione.

13 Quæri autem ſolet, an hæreticus occultus teneatur ſeipſum prodere, cum in generali Inquiſitione interrogatur à judice, utrùm ſciat aliquem hæreticum eſſe, idque ſit nulla præcedente infamia. Prima fronte videri poſſet quòd talis hæreticus teneatur ſe ipſum prodere; quia quoties judex juſtè interrogat, toties ſubditus debet illi dicere veritatem; At in propoſita ſpetie judex juſtè Inquiſitionem generalem facit; Nihilominùs tamen contraria ſententia verior, & benignior eſt; Jugum enim Domini ſuave eſt, & onus ejus leve: eſſet autem res graviſſima, obligare aliquem, ut ſe prodat ſine indiciis interrogatus. Quam ob cauſam Beatus ille Chryſoſtomus ſuper Epiſtol. Pauli ad Hebræos ſcriptum reliquit: *Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neque, ut te apud alios accuſes; ſed obedire te volo prophetæ dicenti: Revela Domino viam tuam*; Neque enim quiſpiam ſeipſum prodere tenetur, judex autem niſi præcedant indicia, non juſtè interrogat illum, tanquam reum, ſed tanquàm teſtem. Quamobrem poterit reus juſtè celare crimen dicens, neſcire ſi quis fecit, quia non ſic ſcit, ut dicere teneatur *c. quis aliquando de pœni. diſtin. 1. Chryſoſt. in epiſt. ad Hebræos homi. 31. col. pen. & ad popul. Antioch. hom. 41. Caje. 2. 2. q. 70. art. 1. Domi. Soto. lib. de rat. te. ſecre. memb. 2. q. 7.* Math. 11.

14 Deindè quæritur, ſi quis in foro pœnitentiæ confitetur, ſe hæreticum eſſe, & non vult agere de tam gravi crimine pœnitentiam, neque alios prodere, quos ſcit hæreticos eſſe; quid tunc faciet Sacerdos? Albericus, & quidam alii reſpondent, quòd poterit hoc revelare illis, qui prodeſſe poſſint, & non obeſſe. Sacerdos enim, ut iſti ajunt, tunc non eſt aſtrictus ſigillo confeſſionis, quia hæreticus non vult agere pœnitentiam; ſed hæc opinio falſiſſima eſt, quia Sacerdos eo etiam caſu obligatus eſt ſigillo Sacramenti, quod ei nullò modo frangere, aut aperire licet. Neq; enim poteſt unquam tàm grave periculum Eccleſiæ imminere, quo non ſit gràvius violare hujus confeſſionis Sacramentum. *Alberic. poſt Ray. in rub. C. de hereti. num. 8.* contra illos eſt *Hoſtien. in ſumma tit. de pœn. §. in quo tenentur. Archid. in c. Sacerdos de pœnit. diſt. 6. Alex. Ales. 4. p. qu. 78. memb. 2. art. 1. Gerſon. ſermo. de pœnitentia*, & iterùm *ſermo. 2. contra ſuperbiam. Omnes Theologi lib. 4. ſent. diſtin. 21. Martinus Navarus referens plures in eodem c. Sacerdos num. 119. Joan. Medina lib. de pœnit. titu. de confeſſ. celanda. Domi. Soto. lib. et ſto ſupra memb. 3. quæſt 4. Albert. de agnoſ. aſſertio. Catho. q. 25. & lib. de ſecreto. nu. 211.* & eſt communis omnium ſententia.

15 Adde quòd ſi liceret tales hæreti-

cos indicare, deterrentur illi à Sacramento confeſſionis, nec alios hæreticos proderent; è contrariò autem Sacerdotes poſſunt ſalutaribus monitis confitẽtibus prodeſſe, ac bono communi conſulere, prædicando in genere contra hæreticos, & admonẽdo generalitèr Inquiſitores, & alios judices. Cœterum ſpecies una duntaxat excipitur, in qua licet hæreſim in confeſſione dictam revelare, nimirum, cum hæretici ſimulata confeſſione hæreſes ſuas perſuadere conantur ipſiſmet Sacerdotibus: quod nonnulli hæretici Lutherani tentaſſe dicuntur, in qua ſola ſpecie verus eſſe poterit verſiculus ille:

Eſt crimen hæreſis, quod nec confeſſio celat.

Nàm ſi de confeſſione intelligatur, quæ eſt vera accuſatio (quamvis fiat ab impœnitente) falſiſſimus eſſet, atq; adeò Chriſtianis auribus indignus, ut ſuprà memorati tradunt.

16 In Hiſpania, & Italia, ubi puniuntur hæretici, occulti eſſe ſolent formidine pœnæ, & ut Catholicos decipiant, fingere ſolent, ſe eſſe Catholicos, & in occulto ſuas hæreſes docent. Divvs Hieronymus in cap. 9. Proverbiorum, explicans verba illa; *Aquæ furtivæ dulciores ſunt*, inquit: *Aqua furtiva, & panis abſconditus, doctrina hæreticorum, quæ ſtultis, ac perditis ſua-*
Prou. 9. *vior videtur. Sapientia palam menſam propoſuit, & miſcuit vinum ſuum. Catholica Eccleſia palam Mundo divinorum eloquiorum convivia pandit.* Addo illud Redem-
Ioann. 18. ptoris noſtri; *Ego palam locutus ſum Mundo. Ego ſemper docui in Synagoga, & in templo, quò omnes Judæi conveniunt, & in occulto locutus ſum nihil.* Joan. 18. Beatus Auguſtinus in Joannem tractatu 97. *Vanitas impiorum, cum ſit ignara veritatis, promittit ſcientiam veritatis; occultos tamen panes promittit, quos tamen dicit libentèr attingi, & aquæ furtivæ dulcedinem, ut ea libentius, & dulcius audiantur, & agantur, quæ palam in Eccleſia Dei dici, crediq; prohibentur; Ipſa quippè occultatione condiunt quodam modo nefarii Doctores ſua venena curioſis, ut ideò ſe exiſtiment aliquid diſcere magnum, quia merentur habere ſecretum, & ſuavius hauriant inſipientiam, quam putant ſcientiam, cujus prohibitam quodammodò furantur audaciam.* Et Sanctus Gregorius lib. 5. in Job. cap. 18. *Verbum abſconditum hæretici audire ſe ſimulant, ut auditorum mentibus quandam prædicationis ſuæ reverentiam obducant. Undè, & latentèr prædicant, quatenùs eorum prædicatio tantò ſancta, quantò, & occulta videatur; communē autem ſcientiam habere refugiunt, ne cæteris æquales æſtimentur; occulta, vel nova ſemper exquirunt, quæ, dum alii neſciunt, apud imperitorum mentes ipſi de ſciētia ſingularitate glorientur.* Hæc ideò retuli, ut moneantur à Parochis, & à Concionatoribus imperiti homines, atq; mulierculæ, ne occulta conventicula ſub prætextu pietatis, ac religionis frequentent, ſed ea ſciant eſſe ſuſpecta, niſi coram multis doctis, & religioſis viris eadem occulti illi Doctores dicere audeant; illa enim fraude multi fuere in Hiſpania ſeducti, nec juſtam excuſationem habuerunt, quia peſtiferos dogmatiſtas occultabant.

17 Acta in judicio cum hæretico occulto non ſunt ipſo jure nulla, quia hoc non eſt aliqua lege ſancitum, quod poſt longam diſputationem concludit *Franciſcus Burſatus*, vir pereruditus, & multæ lectionis, *conſ.* 14. ubi tamen multa ſcribit, de bonis hæreticorum pœnitentium non publicandis, quæ, ut alibi dixero, conſuetudine Italiæ magis recepta eſſe videntur, quàm jure Pontificio. In Hiſpania verò non ſolùm ex eodem jure, ſed ex legibus etiam regiis, bona hæreticorum, quamvis pœnitentes ſint, confiſcantur. *c. ſuper quibuſdam de verbo. ſignifi. c. cum ſecundum leges de hæreti. lib. 6.*

ANNOTATIONES.

1 Multifariam &c.
De occultis Hæreticis vide inter cœteros *Eymeric. 2. part. director. quæſt.*23. ubi ait *num.* 2. Secretos Hæreticos dicendos eſſe, qui eorum, quæ ſunt fidei, habent errorem in mente, & proponunt habere pertinaciam in voluntate, ſed tamen verbo, vel facto exterius non oſtendunt, ubi etiam *Pegna comment.* 58. Vide pariter *Farinac. de Hæreſi quæſt.* 185. *§.6. num.*74. *& ſequen. Del Bene de off. S. Inquiſit. & hær. par.* 1. *dubit.* 11. *num.* 1. *& ſequen. Carenam de Off. pariter S. Inquiſit. part.*2. *tit.*1. *de hæreſi, & hæretic. §.* 8. *nu.*41. *& ſequen. & Canoniſtas denique omnes in c. ſuper quibuſdam extra de Verbor. ſignific.*

2 Quæri autem ſolet &c.
Quæſtionem hanc adeò controverſam à Doctoribus, quos refert *Sanchez lib.* 2. *moral. cap.* 8. vide reſſolutam doctiſſimè apud *Delbene loco qui ſupra dubit.*12. *num.* 1. *&* 2. ubi etiam habentur *num.* 2. quænam ſint Verba, vel facta, à quibus interior hæreſis manifeſtetur.

9 Peregrina quæſtio eſt &c.
Ratio, quæ hujus quæſtionis ſententiam negativam veriorem eſſe demonſtrat, eſt, quia talis manifeſtatio non eſt formalis profeſſio hæreſis, ſed tantùm hæreſis interioris narratio ad bonum finem, quæ non poteſt non eſſe bona, & laudabilis. Vide *Del Bene qui ſupra num.*10.

10 Illud autem majorem &c.
Benè dixit Simanc. in huius capituli fine opinionem negativam in hac ſententia gratia benignitatis defendi poſſe; Benignitate namq; ſecluſa, neſcio an locus ſit, ut quis eam poſſit pro veritate tueri; cum verbà etiam per jocum dicta ſufficientia ſint ad hæreſim internam manifeſtandam, & per conſequens ad hæreticum non purè mentalem ſic loquentem conſtituendum, præcipuè cum ad bonum finem, ut in caſu præcedenti non tendant.

12 Cœterum, etſi occultus hæreticus ſit &c.
Vide quæ notavi ſuperius *tit.* 19. *de Denunciationibus num.* 10. *&* 11.

13 Quæri autem &c.
Notandum quòd nullus Reus tenetur ſuum crimen Iudici interroganti fateri; niſi hæc tria concurrant; primùm quòd Iudex legitimus ſit. Secundum quòd præcedat accuſatio ſaltem virtualis, nec litis proceſſus inchoet à Reo tantùm; tertium denique quòd præcedat quoq; ſemiplena probatio, ſeu exiſtat infamia, aut manifeſta indicia delicti. Vide DD. quos affert pro ſe *Cardinal. de Lugo. diſt.* 40. *num.*1.

14 Deindè quæritur &c.
Nota diſcrimen, quod èſt inter hæreſim notam alicui ſub ſigillo naturalis ſecreti, & ſub Confeſſionis ſigillo; nam Hæreticum, quem novaſti ſub naturalis ſecreti ſigillo, manifeſtare teneris, quamvis ſub ſecreto quoque jurato talem hæreſim acceperis; At quem ſcis Hæreticum eſſe ex ſolo Confeſſionis ſigillo, tibi nunquàm fas eſt manifeſtare. Vide *tex. in c. intimauit de teſtibus, & in c. non eſt obligatorium de reg. iuris in* 6. & licèt Simanc. caſum referat, ubi licitè poteſt Sacerdos Hæreſim in ſola confeſſione acceptam revelare in ſequenti capitulo, cum ſcilicèt Pœnitens Hæreticus eſt, qui ſimulata utitur confeſſione, ut Confeſſarium à catholico ſenſu pervertat; nota ideò hoc eſſe licitum; quia tale Confeſſionis ſigillum, cum oriatur ex ficta, & ſimulata confeſſione, non eſt ampliùs Confeſſionis ſigillum; Quare qui revelat non dicitur Confeſſionis ſigillum frangere.

De Officio Receptoris. Titulus XLIII.

SUMMARIUM.

1 *Receptoris officium quid ſit.*
2 *Receptor qualis eligendus.*
3 *Receptor adeſſe debet bonorum ſequeſtrationibus.*
4 *Sequeſtratio, & depoſitum quomodo differant.*
5 *Sequeſtratio quo pacto fieri debeat.*
6 *Sequeſtro quo modo tradenda ſunt bona reorum.*
7 *Sequeſtro quando non traduntur bona reorum.*
8 *Bona aliena conſcripta cum bonis hæreticorum, propriis Dominis ſunt reſtituenda, ac etiam alienum protinus ſolvendum eſt.*
9 *Receptor quæ bona reorum diſtrahere debet.*
10 *Bona reorum, quæ ſervari poſſunt, locanda ſunt à receptore, & ſequeſtro.*
11 *Bona reorum vendi non debent, niſi auctione conſtituta, quod & in locatione ſervandum eſt.*
12 *Fiſcus ſimplum duntaxat præſtabit pro evictione, quamvis duplum, vel triplum receptor promiſerit.*
13 *Bona hæretici, poſtquàm ille fuerit damnatus, cui, & quomodo tradenda.*
14 *Bona reorum, de quibus lis eſt, & quæ pignori nexa ſunt, quando, & quomodo vendi poſſint.*
15 *Bonorum publicatorum diſtractio propter temerarias lites differenda non eſt.*
16 *Bona fiſco, & aliis communia, ſi commodè dividi nequeant, à quo vendenda ſint.*
17 *Receptorum pœna, ſi ſecùs fecerint, ac tenen-*

tenentur in his, quæ ſui muneris ſunt.

18 *Receptores, & alii Officiales non poſſunt quicquam emere ex bonis publicatis.*

19 *Receptores unius Provinciæ non debent occupare bona hæreticorum, quæ ad alios receptores pertinent.*

20 *Receptores pecuniam à ſequeſtro receptā, vel ex bonorum venditione coactam, intrà tres dies proximos deponere debent in arcam publicam.*

21 *Receptores debitoribus fiſci nequeunt remittere, aut donare pecunias.*

22 *Receptores tranſactionē facere nequeūt.*

23 *Receptores quo pacto ſe gerere debeant cum fiſci debitoribus.*

24 *Cauſa fiſci quomodo agenda.*

25 *Debitoribus fiſci quod ſpatium temporis concedi poteſt, ut comparent pecuniam, quam fiſco ſolvant.*

26 *Bona reorum æſtimari debent, antequā vendantur, & præconia in loco celebri facienda.*

27 *Receptor, ſi aliquid emerit ex pecunia fiſci ſuo nomine, non fiſco, ſed ſibi acquirit.*

28 *Receptor, ſi rem alienam vendidit putans eſſe hæretici, tenetur Domino pretium reſtituere.*

De Officio Receptoris.

1 Receptor vvlgò appellatur, qui bona publicata recipit, qui mandato Regis procurator fiſci eſt, & bona confiſcata petit, defendit, vendit, & ſalaria, & alias impenſas Sancti Officii ſolvit.

2 Is eligendus eſt ad hoc munus, qui Vir probus, & locuples ſit, & rationes conficere, & referre ſciat, & fidei juſſores idoneos dare debet, ut perſolvant reliqua.

3 Ad officium receptoris pertinet adeſſe bonorum ſequeſtrationibus; & ſi enim generalitèr in cauſis civilibus prohibita ſit ſequeſtratio, in criminalibus tamèn frequentiſſimè fieri ſolet, præſertim in cauſis gravioribus, qualis eſt hæreſis; ne quis bona publicanda, vel ſurripiat, vel abſcondat. *l. ſi quis intra. C. de bon. dam.*

4 Et quamvis id, quod ſequeſtrationem appellant, depoſitum magis eſſe videatur, quàm ſequeſtrum, quia hoc eſt, quod à pluribus in ſolidum, certa conditione cuſtodiendum, reddendumq; traditur: depoſitum verò ab uno duntaxat fieri poteſt; & ſequeſtres quoque à depoſitariis in eo differant, quòd illi plurium partium ſe medios gerant, & apud eos eandem rem, de qua controverſia eſt, plures deponant; depoſitarii autem ab uno etiam deligantur. Ego tamen, ut apertius loquar, & ſequeſtrationem, & ſequeſtrum uſurpabo. *l. proprie, & l. licèt ff. depoſ. l. ſequeſter.* & inibi *Alciat. de verb. ſignifica.*

Depoſitum quid ſit.

5 Sed ad Receptores redeamus. Sequeſtratio fieri non debet, niſi antecedente juſſu Inquiſitorum; fieri autem debet per executorem coràm Receptore, & Notario ſequeſtrationum, & alio tabellionè, & omnia bona Reorum, quæ in eorum poteſtate inventa fuerint, & ab aliis non poſſidentur, ſcribenda ſunt ſigillatim in indice, ſivè inventario; & ejus bina exemplaria conficienda ſunt, ab utroque Notario ſervanda. *l. ſi quis intra. C. de bon. dam. l. 3. de boni. vac. lib. 10. ſecunda inſtructio. Hiſpalenſi. cap. 8.*

6 Ea omnia bona tradenda ſunt ſequeſtro cum inventario ſubſcripto ab executore, & eodem ſequeſtro, & Notariis, alterum autem exemplar cuſtodiendum eſt à Notario ſequeſtrationum, & eligendus eſt ab Executore, & Receptore ſequeſter civis aliquis idoneus, qui non ſit conſanguineus hæretici, neq; malo genere natus; & ità quodam Senatus conſulto cautum eſt.

7 Sed quando proceditur contra hominem mortuum, non debent ſequeſtro tradi bona illius, ſed ſcribenda, & obſignanda ſunt, & fidejuſſoribus datis, relinquenda ſunt poſſeſſoribus; Sed neq; Reorum bona deponenda ſunt apud ſequeſtrum, cum ex crimine delato confiſcatio bonorum fieri non debet, quemadmodùm quibuſdam Senatus conſultis continetur.

8 Si bona aliena conſcripta fuerint cū bonis hæretici, confeſtim dominis eorum reſtituenda ſunt, æs quoque alienum ſolvendum eſt ex bonis ſequeſtro traditis, non expectato totius cauſæ exitu. Demùm ſi reus fuerit abſolutus, omnia ejus bona, protinus ei reddenda ſunt. *l. ult. ff.*

de

de requir. reis. 4. inſtruct. Toleta. c. 22.

9 Res tempore perituras, & quæ deteriores fiunt, item ea, quæ nimium ſumptuoſa ſunt (veluti jumenta, aut venalitia) Receptor diſtrahere debet juſſu Inquiſitorum; neq; enim ſinè permiſſu eorum quicquam facere poteſt. Ex aliis quoque cauſis vendere poterit, præſertim res ſupervacuas, puta, ut ædificia ſarciantur, ne agri inculti ſint, ſi qua pecunia ſub pœna debetur, ut reſtituatur; denique, ut reus alimenta percipiat. *l. Ariſto. l. igitur. l. ait prætor. §. ult. ff. de jure deliberan.*

10 Deductis neceſſariis impenſis, pecunia, quæ ſuperfuerit ex venditione earum rerum, deponenda eſt apud eundem ſequeſtrum, & nihil de ea receptor attingere debet, donec reus damnatus ſit. Cęteræ autem res, quæ ſervari poſſunt, locandæ ſunt juſtis pretiis à receptore, atque ſequeſtro; & ità multis Inſtructionum capitulis continetur.

11 Sed ea bona, & quæ fuerint confiſcata, non ſunt vendenda, niſi auctione conſtituta; & præconio addiicianda ſunt plurimo licenti. Idem erit ſervandum in locatione; iiſdem enim juris regulis locatio; & venditio conſiſtit. *2. inſtruct. Hiſpal. c. 9. l. 2. ff. locati.*

12 In his autem venditionibus fides, & diligentia exigenda eſt à Receptore; & quamvis duplum, vel triplum Receptor pro evictione promiſerit, re tamen evicta, fiſcus ſimplum duntaxat præſtabit. *l. non intelligitur. §. divi. & l. ſi curator. ff. de jur. fiſc.*

13 Hęretico damnato, ſequeſter ſtatim tradere debet bona omnia Receptori coram duobus Notariis, neque quicquam recipere, aut vendere poteſt, niſi coram eis. Judex verò bonorum publicatorum, inſtantia Receptoris, præconibus conclamare jubeat auctionem, futuram quiſquis ſua intereſſe putaverit, ſciat bona publicata vendenda eſſe; ac ſi quid petere voluerit, ad judicem veniat, & jus ſuum perſequatur; nemine autem veniente, bona immobilia diſtrahenda ſunt, & in auctione addicenda trigeſimo die, præconiis, & aliis ſolemnibus antecedentibus, ideſt, Receptore, & cœteris, quorum intereſt, citatis. *4 inſtru. Tolet. c. 24. l. 1. & 2. C. de fid. inſtru. & jur. haſtæ fiſcal. lib. 10.*

14 Res verò, quæ in controverſia ſunt, non debent à Receptore diſtrahi, ſed differenda eſt earum venditio, donec lis finita ſit; res autem nexas pignori diſtrahere poſſunt Receptores, ita tamen ut non lædatur jus creditorum; ſed ſi quid ſuperfluum eſt in re, & lege vendatur, ut in primis creditoribus præcedentibus ſatisfiat; & ſi quid ſuperfuerit, fiſco inferatur *l. res quæ ff. de jur. fiſci. 4. inſtruct. Toleta. c. 23.*

15 Verùm propter temerarias lites non eſt differenda diu bonorum publicatorum diſtractio; ſed ea bona vendi poterunt, & deponenda eſt apud ſequeſtrum quantitas pretii æqualis æri alieno in judicium deducto, & æſtimationi litis; ſicuti quodam Senatusconſulto decretum eſt.

16 Bona prætereà communia fiſco, & aliis, ſi commodè dividi poſſunt, dividenda ſunt, ſi verò commodè dividi nequeunt, aut utilius eſt, ut integra, & indiviſa vendantur, id fiſci privilegium eſt, ut etiam ſi minima portio ad eum pertineat, univerſa à Receptore diſtrahãtur; ſed pretium ſuæ partis tantùm fiſco tribuendum eſt; reliquum aliis dominis reſtituendum *l. 1. C. de vendit. rerum fiſc. lib. 10. & 4. inſtruct. Toleta. cap. 23. Quemada. q. 5.*

17 Receptores nihil prætermittere debent ex his, quæ ſupraſcripta ſunt; nàm ſi ſecùs fecerint, in ſententiam excommunicationis incurrent, & centum aureorum pœna plectentur, & præterea damna omnia fiſco reſarcient. *eo. c. 23.*

18 Neque Receptores, neq; alii Officiales quicquam emere poſſunt ex bonis publicatis, nec per ſe, nec per interpoſitas perſonas, etiam ſi ea publicè vendantur; qui contrafecerint in ſupraſcriptas pœnas incurrent. *4 inſtruct. c. 24. l. non licet ff. de contrab. empt. l. aufertur. §. 1. ff. de jur. fiſc.*

19 Receptores unius Provincię non debent occupare bona hæreticorum, quæ ad alios Receptores pertinent; ſed eos certiores earum rerum facere: qui ſecùs fecerint, officio privati, & damnum, & duplum ſolvent. *2. inſtruct. c. 11. confert. l. Titium; & Mævjum. §. 1. ff. de adminiſt. tutorum.*

20 Omnes numos receptos à ſequeſtro, & pecuniam ex bonorum venditione redactam Receptores intra tres dies proximos deponere debent in arcam publicam tribus clavibus occludendam; quod

ſacet Senatus noſter excommunicatione, & pœna pecuniaria ſanxit.

21 Receptores fiſci debitoribus pecunias remittere nequeunt; & ſi quæ ſint ab eis remiſſæ, revocantur. Idemque erit in donationibus; non enim ad hoc eis conceditur bonorum adminiſtratio, ut perdant. *l. imperatores. ff. de pact. l. filius familias. ff. de donati.*

22 Sed neque tranſactionem Receptores facere poſſunt; nulli enim procuratorum Principis, non conſulto Principe tranſigere licet, & eo jure utimur. *l. nulli ff. de tranſact. l. 1. de offic. procurat. Caſa. 4. instruct. c. 23.*

23 Illud quoq; obſervare debent, quod Ulpianus lib. ſingulari de officio Curatoris Reipublicæ his verbis ſcripſit: *Proſpicere Reipublicæ ſecuritati debet Præſes Provinciæ, dummodò non acerbum ſe exactorem, nec contumelioſum præbeat, ſed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum; nàm inter inſolentiam injurioſam, & diligentiam non ambitioſam, multum intereſt.* Et hæc quidem Receptoribus dicta videri poſſunt, qui fiſci debitores inquietare non debent, ſi modo jus fiſci ſalvum ſit. *l. ſi bene collocata ff. de uſur.*

24 Cauſæ fiſcales agendæ non ſunt, niſi præſentibus his, qui negotiis fiſci ſolent intervenire: quòd ſi non interveniente fiſci advocato deciſæ fuerint, in integrum reſtituuntur. *l. non intelligitur. §. pen. & l. ſi fiſcus ff. de jur. fiſci.*

25 Fiſcalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam, ut eam fiſco ſolvant, dilatio duorum, vel trium menſium concedenda eſt, judicantis arbitrio; prolixioris autem temporis ſpatium à Rege poſtulandum eſt. *l. in fraudem. §. fiſcalibus. ff. de jure fiſci.*

26 Res æſtimari debent, antequàm vendantur, & præconia facienda ſunt in locis frequentioribus Civitatis, aut oppidi vicinioris; & omnia legum ſolemnia ſervare tenetur Receptor in ſubhaſtatione, & auctione. *l. hac edictali. §. is illud. C. de ſecu. nupt. l. jubemus. C. de defenſ. civit. Petrus Rebuffus tractat. de præconiis, & licitati.*

27 Si Receptor emerit aliquid nomine ſuo ex pecunia fiſci, non fiſco, ſed ſibi acquirit; poterit tamen fiſcus aliis bonis Receptoris non ſtantibus, agere actione hypothecaria, ut ſcribit *Gabriel Quemada quæſt. 21.*

28 Si Receptor vendidit rem alienam, putans eam eſſe hæretici, tenetur reſtituere pretium domino. *l. benè à Zenone. C. de quadr. præſ. Quemada. q. 22.*

ANNOTATIONES.

1 Receptor vulgo appellatur &c.

Receptoris Officium extat tantummodò in S. Inquiſitionibus Hiſpaniarum; nàm in Italia, Receptoris loco Theſaurarius eligitur, ad cujus manus unius cujuſq; Inquiſitionis fructus, redditus, atq; proventus perveniunt, cum ex Em. Cardinalium S. Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Decretis ſit cautum, ne in hujuſmodi recipiendis ullatenus Inquiſitores ſe ingerant. *Carena de Off. S. Inquiſit. p. 2. tit. 13. num. 1. & ſequen.* ubi de hoc Theſaurario ex profeſſo.

3 Ad Officium &c.

Ad bonorum ſequeſtrationem, quippè quæ regulariter eſt jure prohibita, nunquàm ab Inquiſitoribus eſſe deveniendum, niſi in caſu, ubi annotetur ſimul cum hæreſi tàm grave flagitium eſſe commiſſum, ut bonorum confiſcationem videatur mereri; docet contra *Ioannem de Rojas, Pegna in ſua praxi Inquiſit. lib. 2. cap. 2. nu. 1. & ſequen.* & hoc quoque monet faciendum non eſſe, niſi priùs Sacra Em, Cardinalium Univerſalis Inquiſitionis Congregatio conſulatur.

27 Si Receptor &c.

Sententiam hanc, quam hìc Simanc. tribuit Quemadæ, Doctrinæ Quemadæ contrariã docet *Carena*, qui aſſerit *Quemadam quæſtione fiſcali 21.* docere, quòd ſaltem ſecundùm Iura Hiſpaniæ, ſi Receptor ex pecuniis fiſci aliquid emat, hoc efficitur, non Receptoris, ſed fiſci. Hunc vide loco nuper cit. nu. 5. & quæſtionem hanc lege apud *Peregrin. de Iur. fiſc. lib. 6. tit. 3. de Officialib. fiſci. num. 7. & ſequen.*

De Ordine procedendi. Titulus XLIV.

SUMMARIUM.

1 INquiſitores quid facere debeant, cum primùm Provinciam aliquam, aùt Civitatem ingrediuntur, quas nunquàm ingreſſi fuerant.

2 Inquiſitores Clerum, & Populum præconio convocare debent, cum primùm ingrediuntur aliquam Civitatem.

3 Inquiſitores, ubi primùm ad aliquam Provinciam perveniunt, quale edictū proponere debent.

4 Inquiſitorum alter viſitare debet Provinciam, alter verò in Civitate, ubi ſedes eorum conſtituta ſit, manere.

5 Inquiſitores viciſſim facere debent viſitationem, & generalem Inquiſitionem.

6 Inquiſitores, & eorum Miniſtri, quorum hoſpitio uti non poſſint.

7 Inquiſitio generalis quando fieri ſoleat.

8 Inquiſitio ſpecialis quid ſit, & quando fiat.

9 Inquiſitio ſpecialis quando fieri poſſit in crimine hæreſis.

10 Inquiſitores, an procedere poſſint adversùs hominem bona fama propter literas ſecretas alicujus.

11 Teſtes quomodo ab Inquiſitoribus excipi debent, cum ad illos veniunt teſtificandi gratia.

12 Citatio realis quid ſit, & quid verbalis.

13 Reus citatus ex diverſis locis, & eodem tempore ab Epiſcopo, & ab Inquiſitoribus, corám quibus ſe ſiſtere debet.

14 Rei quid ab Inquiſitoribus interrogandi ſint priùs.

15 Reos quid ampliùs interrogare oporteat.

16 Rei decem primis diebus poſt eorum capturam benignè admonendi ſunt, ut veritatem fateantur.

17 Rei admonendi ſunt, ut relictis, & abjuratis erroribus convertantur.

18 Hæretico quot monitiones fieri debeant.

19 Hæretico tres monitiones fieri debere, quare verior ſit ſententia.

20 Rei ter admoneri ſolent, antequam à promotore fiſcali accuſentur.

21 Promotor fiſcalis quando, & quomodo proponere debet accuſationem reis.

22 Accuſationis copia Reo fieri ſolet.

23 Teſtium ratificatio quomodo, & coram quibus fieri debet.

24 Teſtes cum ſibi, & prioribus teſtimoniis non conſtant, quomodo tractandi ſint.

25 Teſtimonia, ſi inter ſe cohæreant, quomodo, & quando reis edenda ſint.

26 Inquiſitores quando ad ſententias, vel interlocutiones procedere debeant.

27 Inquiſitores generalitèr interrogare debent reos de ſociis criminum, & de iis, à quibus hæreſes didicerunt.

28 Rei, ſi ſuſpicione aliqua premantur, interrogari debent de ſociis, & ſceleribus ſuis, adhibitis etiam tormentis.

29 Inquiſitor, qui priùs cognoſcere cœpit de aliqua cauſa, aliis in eadem præferendus eſt Inquiſitoribus.

30 Hæreſis cauſa ſimplicitèr, & de plano tractanda eſt.

31 Inquiſitoribus Hiſpaniæ præſcriptum eſt cap. quodam tertiæ inſtructionis, ut de plano, & abſque ſtrepitu procedant in cauſis hæreticorum.

32 Hæreticorum cauſæ quanta poteſt fieri brevitate tractari debent, ut pluribus inſtructionum capitulis continetur.

33 Hæreticorum cauſæ non ſunt differendæ ab Inquiſitoribus, ut reos complures ſimùl puniant.

34 Reos in carcere incluſos æquum eſt, aut quam citiſſimè puniri, ſi pœna digni ſint, aut abſolvi, ſi culpa careant.

35 Inquiſitores multis, prudentibuſque interrogationibus uti debent.

De Ordine procedendi.

1 VT univerſum ordinem judicii Sanctiſſimæ hujus Inquiſitionis curſim, breviterq; diſſeramus, neceſſe eſt à primo Inquiſitorum ingreſſu rem ipſam exordiri. Cum primùm igitur Inquiſitores ingrediuntur Provinciam, aut Civitatem, quas nunquàm ingreſſi fuerant, debent in primis literas delegationis, quibus Inquiſitores creati ſunt, oſtendere Capitulo Eccleſiæ Majoris, & Conſiſtorio Civitatis, ut conſtet eos cauſarum hæreſis judices eſſe. *prima inſtruct. Hiſpalen. cap. 1. l. obſervare de offi. proconſul. & leg. l. 1. C. de mandat. prin. c. cum in Jure de offi. delega. Brunus lib. 1. de legatio. c. 8. cum ſequenti.*

2 Deinde convocare debent præconio Clerum, & Populum, ut certo die feſto conveniant omnes in Eccleſiam Majorem, ut illic ſermo de Catholica Fide habeatur, & poteſtas, & juriſdictio Inquiſitorum, & quam ob rem miſſi ſunt, publicè declaretur. Poſt hæc, ſermone finito, præcipiant Inquiſitores, ut omnes ſimul coràm Cruce, ac libro Evangeliorum jurent ſe præſtaturos favorem, & auxilium Sanctæ Inquiſitioni, ejuſq; Miniſtris; & quòd non impedient illos per ſe, vel per alios, aut quovis quæſito colore. Quod juſiurandum ſpecialitèr præſtare tenentur ſeculares Judices, & eorum Miniſtri; & in actis ſcribendũ eſt à tabellionibus Inquiſitorũ. Præterea confeſtim legendæ ſunt coràm omnibus literæ monitoriæ adversùs cunctos rebelles. *prima inſtruct. Hiſpalen. c. 1. & 2. confert. cap. ut commiſſi. §. convocandi de haret. lib. 6. c. excommunicamus. §. moneantur eo. tit. lib. 5. autben. ſi verò. C. de hareti.*

3 Poſt hæc proponere debent Inquiſitores edictum cum dilatione triginta, vel quadraginta, vel plurium dierum, proùt meliùs eis viſum fuerit, intrà quam quicunque ſpontè ſuos errores, & hæreſes coràm Inquiſitoribus plenè confeſſi fuerint, & alios hæreticos indicaverint, admittendi ſunt ad pœnitentiam ſalutarem, & Eccleſiæ Catholicæ reconciliandi; nec mortem, aut vincula, nec bonorum publicationem patientur; ſed Inquiſitorum arbitrio, pro qualitate perſonarum, & criminum, pœnam aliquam pecuniarum ſolvent, aut eleemoſynas dabunt: quod benignitate Regia concedi ſolet, cujus gratiæ patentes literæ inſeri debent edicto. *1. inſtru. Hiſpalen. cap. 3. & 7. confert. c. vergentis de haret. & Hoſtien. in ſum. tit. de haret. col. 2.*

4 His actis, alter Inquiſitorum viſitare debet Provinciam, & quàcunque ierit, edicta Generalia proponet, quibus præcipiet ſub excommunicationis pęna, ut quicunque noverit aliquid factum, vel dictum contra Fidem Catholicam, & legem Evangelicam: id protinùs Inquiſitori revelet. Si quid autem relatum fuerit, ſcribendum eſt ſecretò per tabellionem Inquiſitorum. Altèr verò Inquiſitor manere in Civitate, in qua ſedes eorum conſtituta fuerit, & ordinandis actis cauſarum præſidere debet. Sin autem res nulla ſit, quæ hunc reſidere cogat, ne otioſus ſedeat, aliam quoque Provinciæ partem eorum ordine viſitabit. Juſtè proponuntur talia edicta ad revelandas hæreſes occultas, ut rectè docet Janſenius in concordiã Evangelicam cap. 72. *quinta inſtruct. Hiſpal. cap. 2.*

5 Hanc viſitationem, & generalem Inquiſitionem viciſsim facere debent Inquiſitores per omnes Urbes, & municipia Provinciæ ſuæ; qua in re qui negligentes fuerint, officio privandi ſunt. In hac autem viſitatione poſſunt Inquiſitores compellere, ut jurent, ac teſtimonium perhibeant eos omnes, quos expedire crediderint. Simile quippiam fieri ſolebat temporibus Juſtiniani; ſed non ea ſynceritate, qua noſtri Inquiſitores utuntur. *c. excommunicamus. §. adiicimus, & §. ult. de haret. conſt. novella. 17. pracepta praſidium. §. enim verò.*

6 Cavere autem debent in hac viſitatione Inquiſitores ab hoſpitio eorum, qui conſanguinei ſint, vel affines hæreticorum, Judæorum, & Mahumetanorum, quod etiam ſervare tenentur Miniſtri eorum, neq; ab hoſpite quippiam gratis accipiant; quia ſtipendiis ſuis contenti eſſe debent, & quia non levis amicitia propter eam cauſam conciliari ſolet; nàm, ut Homerus

merus cecinit, *Loco fratris hoſpes eſt*; undè Priſcis viris jungi hoſpitio, erat arctiſſima jungi amicitia, & hoſpitio renunciare, nil erat aliud, quàm amicitiæ renunciare. Ad hæc, tàm firmum erat jus hoſpitii apud Veteres, ut nulla ratione, niſi renunciatum diſſolvi poſſet. Quod exemplo Quinti Criſpini Romani, & Badii Campani cõprobat *Livius lib. 5. 2. belli. Puni. & Ariſtote. lib. 2. Magnorum moralium: Amicitiarum*, inquit, *hoſpitalis validiſſima videtur; neque enim nllus in ea eſt communis, de quo ambigatur, finis*. Et in libris Sacris ſæpè hoſpitii mentio facta eſt; nàm, & Eliſeus hoſpitibus ſuis favit. *lib. 4. Regum cap. 4. & 8. 4. inſtru. Toletan. cap. 19. Ariſt. lib. 2. Magno. moral. cap. 11. Gellius lib. 5. cap. 13. Conrad. Brun. lib. 3. de legatio. cap. 8.*

Ex hoſpitio Amicitia.

7 Per Inquiſitiones verò procedunt Inquiſitores plerumque motu proprio, ratione officii ſui, & interdum ad alteriùs promotionem, vel denunciationem: idq; vel generalitèr, vel ſpecialitèr; Generalitèr inquirunt, quotiès Provinciam viſitant, & generalia edicta proponunt ad inquirendos occultos, & incertos hæreticos; & hæc inquiſitio non exigit neceſſariò præcedentem infamiam, ſed ratione officii fieri poteſt, ac debet in Fidei Catholicæ favorem, & Chriſtianæ Reipublicæ utilitatem. *c. excommunicamus §. adiicimus. & §. ulti. de haret. l. 25. de his qui ſuper relig. conten. C. Theod. Bart. in l. 2. §. ſi publico, ſi de adult.*

8 Specialis Inquiſitio eſt, per quam ſpecialitèr de certis perſonis, & criminibus inquiritur; & hæc fieri non debet, niſi præcedat infamia, quæ vicem accuſationis obtinet. *Geneſ. 18. Luc. 16. c. qualitèr de accuſ. Hippol. conſ. 53. Gratus conſ. 59. lib. 2.*

9 In crimine tamen hæreſis procedi poteſt ad hanc ſpecialem Inquiſitionem propter indicia, & ſuſpiciones, & præſumptiones veriſimiles; etiam ſi infamia non præcedat, quod tamen cautè, atque ſecretò fieri debet, ac ſinè damno cujuſquàm. *c. excommunicamus. §. adiicimus de haret.* & ibi *Cardi. Joan. de Anani. & Felin. c. ut officium in princ. eod. titul. lib. 6.* & illic *Dominic. & Philip. Fran. Bart. in l. congruit de offi. praſi. Bald. in l. jubemus. C. de proba. Alciat. in c. 1. de offic. ordi. nu. 49.*

10 Quæſitum ſcio, an Inquiſitores procedere poſſent adversùs hominem bonæ famæ propter literas ſecretas alicujus, quibus de illo aliqua crimina hæreſis, vel apoſtaſiæ indicabantur. Et prima quidem fronte videbatur id non licere, ac prohibitum eſſe quadam Epiſtola decretali Innoc. III. Placuit tamen pleriſque eo caſu procedi poſſe, ſi modo is, qui literas ad Inquiſitores miſit, fide aliqua dignus eſſe videatur, & juramento id confirmaverit apud Inquiſitorum delegatos, ſivè Commiſſarios; parvi enim refert, utrum voce, vel ſcriptis quiſpiam reum judicibus indicet. Adde, quòd multi, qui longè abſunt, non alitèr poſſunt hæreticos indicare; eorum igitur teſtimonium repellendum non eſt. Quod neq; Innoc. III. negat; cujus decretalis epiſtola de illis tantùm loquitur, qui famoſos libellos occultè mittunt, aut ſpargunt. Quod idem jàm olim Trajanus Plinio reſcripſit his verbis: *ſine auctore propoſiti libelli, nullo crimini locum habere debent; nàm, & peſſimi exempli, neque noſtri ſeculi eſt.* Auctor idem Plinius lib. 10. epiſtolarum. *c. inquiſitionis. §. tertia de accuſati. l. 3. cum ſeq. de famoſ. libel. C. Theod. c. teſtes 3. q. 9.* Adde *Tho. 2. 2. q. 67. art. 4. Lucam de pœna in l. ulti. C. de bon. vac. lib. 10. Angel. tract. de maleſi. parte, hac eſt quadam inquiſitio. Hippol. in practica. §. conſtante. Alciat. in c. 1. de offic. ordin. nu. 34. cum ſeq. Albert. lib. de agnoſc. aſſertio Cathol. q. 34. nu. 54.*

11 Cum teſtes ad Inquiſitores veniũt, ut contra hæreticos, vel ſuſpectos teſtificentur, exhortandi ſunt, atque monendi, ne odio, inimicitia, aut alio pravo affectu, falſum teſtimonium perhibere audeant; & præterea declarandum eſt illis, quàm grave ſcelus comittant falſi teſtes omnes; ſed hi præcipuè, qui de crimine hæreſis innocentes infamant; Quòd ſi Zelo Catholicæ Fidei ſe moveri dixerint, ſcribenda ſunt eorum teſtimonia. Poſt hæc, viſitatione peracta, convenire debent Inquiſitores, & collatis, & perſcrutatis teſtimoniis, convocatiſque, ſi opus fuerit, viris peritis, promotore fiſcali id poſtulante, de comprehendendis reis deliberabunt. *4. inſtr. Tolet. cap. 20. & inſtr. 5. Hiſpal. cap. 1.*

12 Deindè, quidam eorum reali citatione, alii verbali citandi ſunt. Realis citatio eſt, quæ fit per capturam: verbalis, quæ fit per literas, vel pernuntium. De citatione reali ſuo loco ſatis diximus

multa; de citatione verbali hoc ferè tantum obſervandum eſt, quòd tunc demùm fieri debet, cum de levjori crimine agitur, vel cum leviter ſuſpectus eſt reus; nam ſi grave crimen ſit, & plenè probatum; citatione reali opus eſt, ne reus fugiat. Addo etiam quòd citatio verbalis cauſam continere non debet, propter quam reus citatur; ideòque neq; loci, neque temporis, neq; delicti declaratio requiritur; ſed generalitèr illi præcipiendum eſt, ut ſe ſiſtat coràm Inquiſitoribus, quia volunt ab eo quædam ſcire. *Clemen. 1. de hæretic. Brun. lib. 4. de hæret. cap. 6.*

13 Quòd ſi reus ex diverſis locis citatus fuerit eodem tempore ab Epiſcopo, & ab Inquiſitoribus; quia ad cauſas fidei ſpecialitèr delegati ſunt; niſi fortè adverſùs exemptos procederet Epiſcopus jure delegato; quo caſu locus eſſet gratificationi. In Hiſpania tamèn ſemper in his cauſis præferendi ſunt Inquiſitores, ut alibi dixi. *c. ſane. de offi. delega. c. ſtuduiſti de offi. delega. juncto. c. ut commiſſi de hæreti. lib. 6. l. ſi quis gravi. §. ſi cum omnes*, & ibi *Joan. Igneus ad Sillani. Archid. Joan. And. Domin. & Philip. Franc. in c. per hoc de hæret. lib. 6. Joan. de Anani. & Felin. in c. excommunicamus §. ult. eo. titul. Jacobatius lib. 2. de concil. ar. 5.*

14 Poſt hæc rei ab Inquiſitoribus interrogari debent, qui ſint, quibus parentibus orti, quibus locis commorati, quibus officiis, & exercitiis educati; ut ex eorum confeſſione (quæ ſcribenda eſt à tabellione) intelligi poſſit, utrum vita eorum cum dictis teſtium congruat; ſed in primis neceſſarium eſt, ut de locis, in quibus converſati ſunt, diligentèr interrogentur; primò, ut videant judices, an in locis illis veriſimile ſit hæreſes fuiſſe dictas; deindè, ut ex confeſſione reorum conſtet, eos in locis illis fuiſſe, in quibus hæreſes dictas eſſe probatur; poſtremò, ne falſis teſtibus locus relinquatur probandi negationem coarctatam loco, & tempore; ſed multa ſimul interroganda non ſunt, ne reus cū ſycophanta Plautino dicere poſſit:

Multa ſimul rogitas, neſcio quid expediam potiſſimum
Act. 4 Scen. 2. *Sin unum quidquid ſigillatim, & placidè percunctabere,*
Et meum nomen, & mea facta, & itinera, ego faxo ſcias.

Plautus in Trinum.

15 Deindè, quærendum eſt ab eis, numquid ſciant, quam ob cauſam citati, aut comprehenſi ſunt; qui, ſi palàm confeſſi fuerint veritatem, peracta erit eorum cauſa; ſi verò dixerint, ſe neſcire quamobrem vocati, aut vincti ſint; tunc Inquiſitores addent, non eſſe moris officii Sanctæ Inquiſitionis quempiam ſinè cauſa citare, aut comprehendere, aut in carcerem mittere; proindè conſcientias ſuas exonerantes, Deum ſolum præ oculis habentes, excogitent, nùm fortè dixerint, aut commiſerint aliquid adversùs Fidem Catholicam, & legem Evangelicam. Quòd ſi adhuc negaverint, aut ſe non recordari dixerint, protinus monitiones fieri debent, quemadmodū jàm dicturi ſumus. Omnia autem interrogata, reſponſa, dictaq; reorum à notariis perſcribenda ſunt.

16 Benignè igitur admonendi ſunt Rei, & ſubindè exhortandi, ut ſimplicitèr, plenè, ac verè fateantur quidquid commiſerint contra Catholicam Fidem; & ut caveant, nè fortè contra ſe ipſos, aut contra quoslibet alios falſum teſtimonium dicant; quod ſi fecerint, benignè cum eis agetur; ſin autem veritatem occultaverint, audietur promotor fiſcalis, & fiet juſtitia. Quæ monitiones eodem tenore renovandæ ſunt intra decem primos dies poſt capturam reorum, & ità olim eadem dilatio decem dierum conceſſa fuit Neſtorio per Cœleſtinum Papam. *4. inſtruct. Tolet. cap. 6. Alfonſ. lib. 2. de juſta hæret. puni. cap. 1.*

17 Admonendi autem ſunt rei, ut relictis, & abjuratis erroribus, convertantur. Quod Paulus Apoſt. Timoth. docet, *Ep. 2. c. 2.*
inquiens: *Cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati, ne quando det illis Deus pœnitentiam:* ideſt, ſi fortè aliquandò illuminati à Deo, pœniteant de errore, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem. *Hæc eſt voluntas ejus, qui vult, omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, ut B. Bernardus ait. Hoc denique velle ſe perhibet Cantic. 2. Qui non ſimplicitèr: *capite vulpes*, ſed *capite*, inquit, *nobis vulpes parvulas.* Sibi ergo, & ſponſæ ſuæ, hoc eſt Catholicæ Eccleſiæ, jubet acquiri has vulpes, cum ait, *capite nobis.* Itaq; qui hæreticum admonet, illò intentionem ſuam dirigere debet, ut errantem

con-

convertat: cogitans illud Jacobi Apoſtoli: *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ſuam à morte, & operiet multitudinem peccatorum. 2. Timoth. 2. Jacobi 5. Bernar. ſuper cantic. ſermo 64. Alfonſ. lib. 2. de juſt. haret. puni. cap. 18.*

Cap. 5.

18 Sed quæri ſolet, quot monitiones hæretico fieri debeant. Alfonſ. Caſtr. duas tantùm fieri debere contendit; quia non plures exigit Paulus in epiſtola ad Titum. Apoſtolus tamen de his monitionibus nõ loquitur; ſed de correctione extrajudiciali, vel certè illic non traditur ordo procedendi ad punitionem hæretici; ſed tantùm docet Paulus, hæreticum pertinacem vitandum eſſe; quod poſt unam duntaxàt correptionem fieri debet, cum conſtat illum inſanabilem eſſe.

19 Quamòbrem fortaſsis multi ajunt, Paulum unam tantùm correptionem ibidem exigere; non enim legitur apud eos, poſt primam, & ſecundam correptionem, ſed poſt unam ſolam; ſic enim eſt apud Ireneum lib. 3. adversùs hereſes. apud Tertulli. lib. de præſcriptio. adversùs hæret. apud Cyprian. lib. 3. ad Quirinum. apud Ambroſ. in eandem epiſtolã Pauli ad Titum, & ibi idipſum adnotarunt alii, & fatetur Hieronym. hanc quoque lectionem apud quoſdam Græcos ſe reperiſſe. Verius igitur eſt, ut tres monitiones requirantur, quod & conſuetudine receptum eſt; nàm trinis diebus fieri ſolent, & alibi ſæpè tres monitiones requiruntur. *Alfonſ. lib. 2. de juſt. hære. puni. cap. 1. epiſt. ad Tit. cap. 3. Gonſa. de hære. pravi. q. 8. act. 3. Synodi Chalcedonen. c. convenientibus 1. q. 7. canon. apoſt. 32. c. Deus omnipotens 2. q. 1. c. omnes decimæ 16. q. 7. c. de presbyterorum 17. q. 4. c. contingit 2. de ſent. excom. c. novit. de judic. c. de illicita 24. q. 3. c. 1. de milite vaſal. qui contu. eſt. lib. feudo. Joannes Lupus allegatione de hæreſi §. 4.*

20 Tres autem monitiones fiant, antequàm Reus à promotore fiſcali accuſetur: alia præterea fit ante publicationem teſtimoniorum: alia ante ſententiam quæſtionis habendę; alia ante canonicam purgationem; ſed hæ omnes admonitiones, modeſtè fieri debent, & cum charitate; non autem aſperè, aut cum rigore, ne ſuggeſtione, aut metu Judicum, rei ea, quæ non commiſerint, confiteantur. Et ità Epiſtola quadam Senatus Sanctæ Inquiſitionis ſapienter admodùm continetur.

21 Quòd ſi tribus monitionibus Judicum Reus nihil confeſſus fuerit; promotor fiſcalis decimo die à tempore capturæ proponet accuſationem, in qua reum de his criminibus accuſat, quæ teſtium dictis comprobata ſunt, eaq; articuloſa factorum commemoratione complectitur. Cœterum perſonarum nomina, locus, ac dies commiſſorum criminum in accuſatione occultantur; cœtera verò nominatìm exprimuntur. Verbi gratia, Promotor fiſcalis accuſat Bucerum, dicens illum hæreticum eſſe, quia certò die præſentis anni, coràm certis perſonis, in quodam loco, dixit votum caſtitatis eſſe impoſſibile, ac proindè neminem obligare; cui, cum quidam ex his, qui id audierunt, dixiſſet, hanc hæreſim eſſe Lutheri, reſpondit Bucerus animo pertinaci, non eſſe hanc hæreſim, ſed veram ſententiam; undè concludit Promotor fiſcalis petens, Bucerum hæreticum declarari, & graviſſimis pœnis contra hæreticos jure ſtatutis, puniri.

22 Hujus accuſationis copia reo fieri ſolet, cui protinùs per articulos reſpondere debet; ejuſque reſponſum à tabellione coràm Inquiſitoribus illicò ſcribendum eſt; quòd ſi adhuc negaverit, Advocatus ei datur, qui nihil ferè aliud facere ſolet, quàm ea, quæ in accuſatione continentur, negare; ac ſimul aſſerere reum eſſe, & ſemper fuiſſe Catholicum, idque ex pluribus ejus piis, rectiſq. operibus evidentèr conſtare; & apud omnes exiſtimationem ejus integram, optimamq; ſemper fuiſſe. Deindè concluditur, & ad probationem eorum, quæ utrinque allegata ſunt, terminus à judicibus præfinitur, intrà quem Promotor fiſcalis, teſtes iterùm producet, & reus ſuas defenſiones probat. *c. qualiter 2. §. debet de accuſ. Albert. lib. de agnoſ. aſſertio. Cathol. qu. 24. num. 23.*

23 Vocati autem à judicibus teſtes, diligentèr perſcrutari, & interrogari debent; ac primùm eis dici ſolet, nunquid ſciant quorsùm vocati ſint. Qui, ſi reſponderint ſcire, aut ſuſpicari, ſe vocatos eſſe propter illam cauſam, in qua teſtimonium coràm iiſdem judicibus perhibuerũt; runc iterũ ab eis quæritur, an meminerint ejus, quod in eadem cauſa teſtificati ſunt; & an id verum ſit, & utrum velint addere, detrahere, mutare, aut corrigere aliquid; in-

terim autem quidquid reſponderint ſcribendum eſt fideliter à Notario; deindè iterùm examinantur, & priora teſtimonia illis oſtendi non ſolent, ut planius veritas, aut mendacium ex eorum conſtantia, aut inconſtantia deprehendatur; etenim ut in proverbio eſt: *Mendacem memorem eſſe oportet.* Demum hæc ratificatio coràm judicibus, & tabellione, ac duabus religioſis, ac diſcretis perſonis fieri debet; nàm cum pars ipſa, cujus intereſt, adeſſe non poteſt, ejus vice intervenire debent honeſtæ perſonæ. *l. 1. §. ſi pecunia ff de poſit. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus ff. quemad. teſta. aperi. c. ut officium §. verùm de hæret. lib. 6.*

24 Quòd ſi poſteriora teſtimonia cum prioribus congruentia non fuerint, tunc teſtibus legi debent priora teſtimonia, & interrogandi ſunt, cur illa tàm variè dixerint, & modeſtè monendi, ut in veritate perſiſtant; poſtremò quidquid reſponderint, ſcribendum eſt; & teſtes varii, ac vacillantes in cuſtodiam mittendi ſunt, & ſi id cauſa depoſcit, torquendi, & puniendi ſunt. *l. eos de falſ. ex libero de quæſtionibus.*

25 Si verò teſtimonia convenientia fuerint, edenda ſunt reis poſt dilationem conceſſam ad probationes faciendas; ſed nomina teſtium occultari ſolent, quia vel illis, vel Sanctæ Inquiſitioni grave periculum, ac detrimentum ex teſtium retectione immineret. Deindè per triduum teſtimonia illa deſcripta reis relinquuntur: quo tempore lapſo, reſpondere debent ſingulis teſtimoniis per articulos, negando, aut confitendo. Quòd ſi hæreſes confeſſi fuerint, acta ferè cauſa erit; ſin autem adhuc negaverint, communicare debent cum Advocato exceptiones, ac defenſiones, quas contra teſtes, & eorum teſtimonia proponere, atque probare ſibi expedire putaverint, ad quarum probationem iterùm dilatio concedenda eſt. *c. ulti. §. 1. de hæret. l. 1. C. de dilation. cum ſeq.*

26 Quibus omnibus peractis, Judices cum Aſſeſſoribus, & Conſultoribus, probationibus excuſſis, deliberabunt, & juxtà cauſarum merita ad ſententias, vel interlocutiones procedent; & Innocentes abſolvent, & Pertinaces Judici ſeculari relinquent; & ſuſpectos pro criminum, perſonarum, & probationum qualitate condemnabunt ad quæſtionem, vel abjurationem, vel purgationem, vel carcerem, vel relegationem, vel ut pœnam pecuniarum ſolvant; vel eis injungent, ut jejuniis, orationibus, & eleemoſynis ſuam culpam purgent, & redimant.

27 Item illud, quod penè omiſeram, diligentèr Judices curabunt, ut reos generalitèr interrogent de ſociis criminum, ac de omnibus aliis, à quibus hæreſes didicerunt, & quos hæreticos eſſe, vel fuiſſe ſciunt. Quòd, ſi quid eorum retexerint, id à Notario ſcribendum eſt in libris Inquiſitionum. Neque dubium eſt, quin liceat in crimine hæreſis de conſciis interrogare, quia vergit impietas in maximam Reipub. perniciem; & quia pejor eſt crimine leſæ majeſtatis. *Quinta inſtructio Hiſpalen. cap. ulti. Bald. conſ. 95. lib. 5. Joan. Drie. lib. 1. de libert. Chriſti. pag. 228. Domin. Soto. lib. de rat. tegen. ſecret. membro. 2. q. 6. dd. in l. repeti. de quæſtio. & in l. ulti. C. de accuſa.*

28 Nàm ſi in multis aliis criminibus hoc licet, multò magìs in hæreſi. Julius Paulus lib. 5. ſent. tit. de quæſtio. inquit: *In criminibus eruendis, quæſtio quidèm adhibetur; ſed non ſtatim à tormentis incipiendum eſt; ideòque priùs argumentis quærendum eſt; & ſi ſuſpicione aliqua Reus arguatur, adhibitis tormentis de ſociis, & ſceleribus ſuis confiteri compellitur.* Et idem in eodem lib. tit. ad leg. Jul. majeſt. *In reum majeſtatis inquiri priùs convenit, quibus opibus, qua factione, quibus hoc auctoribus fecerit;* & idipſum in crimine falſæ monetæ, & in aliis quibuſdam ſancitum eſt. *l. 1. C. de falſ. monet. l. Divos Hadrian. ff. de cuſtod. reorum. l. & ſi certus. l. prius. ff. de Senat. conſul. Sillani.*

29 Cum autem à diverſis Judicibus adversùs eoſdem hæreticos procedi poſſit, ille Inquiſitor, qui prior procedere incœpit, aliis in eadem cauſa præferendus eſt. Quamòbrem Inquiſitores aliarum Provinciarum ad illum, qui prevenit, mittere debent teſtimonia, & quidquid contra reos habuerint; etenim præventioni locus eſt inter Inquiſitores, quia Inquiſitio ſuccedit in locum accuſationis, & quēadmodum prefertur in accuſatione is, qui prævenit; ſic etiam in Inquiſitione. *3. inſtructio. Valdolita. cap. 8. l. divos de cuſtod. reorum. l. qui de crimine. C. de accuſat. l. 1. de offic. conſul. l. ſi quis à multis de noxalib.* & illic notant *Dynus, & Floria. Item Bonifa-*

niſatius de Vitali. in Clem. Paſtoralis §. nos tàm ex ſuperioritate de re judica. nu. 150.

30 Illud quoque ſciendum eſt, quòd in his criminibus procedi debet ſimpliciter, & de plano, ſinè advocatorum ſtrepitu; & illis ſolemnibus omiſſis, quæ magis ordinem judiciorum, & ritum actorum, quàm ſubſtantiam, & veritatem cauſarum reſpiciunt. *c. ulti. de baret. lib. 6. Clemen. ſapè de verb. ſigni. glo. in extravag. ad reprimendum quo modo in leſa majeſtatis crimine proc. Oldra. conſ. 115. Socinus Senior conſ. 54. lib. 4. Philip. Corn. conſ. 325. lib. 3. Felin. in c. 1. de libel. oblati. Brun. lib. 4. de baret. cap. 5.*

31 Præterea, capite quodam tertiæ inſtructionis cavetur, ut omnes Inquiſitores Hiſpaniæ, in procedendo adversùs hæreticos, & ſuſpectos, eundem ordinem ſervent; quod, quia in uſu non erat, fecimus octoginta capitula, quibus idem ordo judicii ubique ſibi conſtet; quæ quidem ab omnibus Inquiſitoribus cuſtodienda ſunt, quemadmodum edicto Generalis Inquiſitoris continetur, quod typis excuſum eſt Anno Domini ſex qui milleſimo ſexageſimo primo.

32 Poſtremò, pluribus Inſtructionum capitulis continetur, ut in his cauſis quanta fieri poteſt brevitate procedatur; nec differantur, aut ſuſpendantur ſpe futurarum probationum; quia fortè nunquàm ſupervenient, & interim Rei opprimuntur, & eorum bona diſſipantur, ac dilabuntur. *3. inſtru. Valdolita. cap. 2. & 3.* & iterùm 4. *Toleta. cap. 6.* & rurſum 5. *Hiſpalen. cap. 6.*

33 Quas ob cauſas hoc unum animadvertendum, & vitandum eſt, quod Inquiſitores quidam facere ſolent, qui, ut reos quamplures ſimùl puniant, multorum cauſas jàm dudum concluſas, diutius differunt, atque ſuſpendunt; unde fit, ut Rei, qui plenè ſuos errores confeſſi ſunt, carceris pœnam indignè patiantur, & ſqualore, tabe, ac diuturna cuſtodia macerentur; & quod longè gravjus, & periculoſius eſt, ut confeſſiones juſtè factas revocare, & evaneſcere in cogitationibus ſuis, atq; interdum mori, ac deſperare ſoleant; ſanctius igitur, & benignius fiet, ſi plenè confeſſi, Eccleſiæ protinùs reconcilientur; quod die feſto intra Eccleſiam aliquam ſatis ſolemnitèr fieri poterit; excepto, ſi juſta cauſa aliud facere cogat.

34 Gratianus, & Valentinianus Augu. de cuſtodiēdis reis legem hujuſmodi condiderunt: *De his, quos tenet carcer incluſos, id aperta diffinitione ſancimus, ut, aut convictos velox pœna ſubducat, aut liberandos cuſtodia diuturna non maceret.* Conſtantinus quoq; alia lege conſtituit, ut ſalubribus locis cuſtodiantur vincti, & uſurpata luce ſubleventur, ne pœnis carcerum perimantur: quod innocentibus miſerum, noxiis non ſatis ſeverum eſſe cognoſcitur. *l. 1. & l. ulti. C. de cuſto. reorum l. 1. & l. 6. tit. 3. lib. 6. C. Theod.*

35 Denique Inquiſitores multis, prudentibuſq; interrogationibus uti debent; & ut inquit Beatus Aug. *Diligens Inquiſitor, & ſubtilis inveſtigator, ſapientèr, & quaſi aſtute interroget à peccatore quod forſitan ignorat, vel verecundia velit occultare, & varietate criminis non dubitet inveſtigare, & locum, & tempus, &c. c. 1. de pœnit. diſtinctio 6 l. ubicunque ff. de interrogat. c. judicet 3. q. 7. c. ulti. 30. q. 5.*

ANNOTATIONES.

1 Vt univerſum &c.

Materiam hanc de Ordine procedendi in Cauſis Fidei, vide etiam apud *Tabien. in ſumma. Verbo Inquiſitor §. 10. num. 11. Calderin. tract. de Hæretic. Rubric. de mater. proceſſ. Inquiſit. num. 1. & ſequen. Farinac. de Hæreſi. quæſt. 185. §. 1. & ſequen. Ludovic. à Paramo de Origin. S. Inquiſit. lib. 3. quæſt. 4. Rubr. de form. & Ord. Iudic. S. Off. num. 1. & ſequen.* ſed præcipuè apud *Eymeric. tota 3. part. Direct. ubi Pegna in Comment* & præſertim *in Praxi Inquiſit.* quam poſt opera *Carena* invenies ipſius Notis illuſtratam.

2 Deindè convocare debent præconio Clerum, & Populum &c.

De hoc convocandi Clerum, & Populum ordine, vide Conſtitutionem quoque Biterenſis Concilii cap. 4. & nota quòd hodie hic mos in Italia præcipuè, diſſuevit; Vniuſcujuſque Civitatis laudabilem conſuetudinem ſervandam docet *Pegna in addit. ad Eymeric. 3. part. Direct. comment. 12. Verſ. Illud Præterea in fin*

3 Poſt hæc proponere debent Inquiſitores edictum &c

Nota quòd Inquiſitores, nedum in ſui adventus primordiis, ſed etiam quoties ſibi opus viſum fuerit, poſſunt contra hæreticos, eorumq; complices, fautores, receptatores, & defenſores edicta publicare, & id ſoli, & Ordinariis locorum inconſultis; quod è contra non licet Epiſcopis. *Pegna in addit. ad Eymeric. 3. part direct. comment. 13. Verſ. rurſùs non modo, & Zanchin. de hæretic. cap. 11. num. 2.*

8 Spe-

8 Specialis Inquiſitio &c.

Notandum diſcrimen inter generalem, & ſpecialem Inquiſitionem. Generalis etenim Inquiſitio fieri poteſt nulla præcedente Infamia; ſed non itidem ſpecialis; quæ ſemper infamiam præcedentem loco accuſationis ſupponit. *Marſil. conſ.* 53. & quamvis in hæreſis crimine hæc regula fallat, *ut num. ſequen.* docet Simanc; attamen nota quòd loco Infamiæ Indicia, ſuſpiciones, & veriſimiles præſumptiones ſuccedunt; quibus etiam præmiſſis, adhuc tamen cautè, & cum grano ſalis eſt procedendum.

10 Quæſitum ſcio &c.

Quamvis literis ſine nomine vulgò cęcis nunquàm ab Inquiſitoribus fides ſit adhibenda, & ob eaſdem ad nullius Inquiſitionem deveniendum; attamen *Ludovic. à Paramo de origin. S. Inquiſit. lib.* 3. *qu.* 6. *nu.* 93. ſenſit poſſe ſaltem Inquiſitores earum vi procedere ad teſtes examinandos; ſi in iiſdem literis cæcis nominentur; Verùm hæc ejus ſententia non approbatur, maximè cum regulariter contrarium ponatur in praxi à Supremo Vrbis S. Inquiſitionis Tribunali teſte *Farinac. de hæreſi quæſt.* 185. *§.* 5. *num.* 68. *in fine.*

14 Poſt hæc Rei ab Inquiſitoribus interrogari debent &c.

De interrogatoriis faciendis Reis Inquiſitis de hæreſis crimine, vide Martini V. Conſtitutionem editam de anno 1418. incipientem: *Inter cunctas. §. ſuper præmiſſis*, quam refert inter literas Apoſtolicas ad S. Officium ſpectantes *Pegna poſt director. fol. mihi* 69. & nota quòd cum Rei juxta facti, perſonarum, loci, temporis, aliarumq; circumſtantiarum qualitates debeant interrogari, una regula certa, quæ ſit omnibus univerſalis, præſcribi non poteſt. Idem *Pegna in addit. ad Eymeric.* 3. *part. Direct. commen.* 18. *verſ. primò.*

30 Illud quoque &c.

Nota quòd licèt non deſint Doctores, qui doceant violatæ fidei Iudices, poſſe quidem, ſi velint, procedere in hæreſis crimine ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicii; at ad hoc minimè coarctari; attamen univerſaliter eorum ſententia non approbatur; hoc enim arbitrium illis duntaxat conceditur in levioribus, & in his, quæ valdè præjudicialia non ſunt; Cœterum in præjudicialibus juxtà Canonicas Conſtitutiones eſt ſibi neceſſariò procedendum, ex his, quæ docet *Decian. tract. Crimin. lib.* 5. *cap.* 26. *nu.* 9.

De Papa. Titulus XLV.

SUMMARIUM.

1 *Papam Lutherani, & Sacramentarii convitiis, & mendaciis primatu expellere conantur.*

2 *Pontifex Max. Christi Vicarius eſt ſub Cœlo.*

3 *Petri primatus ex pluribus locis Evangelica hiſtoria oſtenditur.*

4 *Petri prærogativæ ex multis Evangeliorum locis demonſtrantur.*

5 *Petro plus eminentia datum eſt in Actis Apoſtolorum, quàm cęteris omnibus.*

6 *Pontificem Maximum Petro ſucceſſiſſe in Apoſtolica Sede apertiſſimè oſtenditur.*

7 *Pontificem Max. Petro ſucceſſiſſe probatur ſumpta ſimilitudine ab Eccleſia triumphante ad militantem.*

8 *Pontificem Max. Petri ſucceſſorem eſſe probatur ſumpto argumento à Synagoga ad Eccleſiam.*

9 *Monarchia regimen omnium aliorum optimum eſt.*

10 *Pontificem Max. unum eſſe debere, penès quem ſumma Eccleſiæ poteſtas ſit, probatur, quia regimen Monarchia optimum eſt.*

11 *Eccleſia Catholica nullo modo conſiſtere poſſet abſque uno ſupremo capite, cum quo in Terris communicaret.*

12 *Pontificem Max. unum eſſe oportet in Eccleſia; aliter enim multa incommoda orirentur.*

13 *Petro, non tanquam Piſcatori, & homini privato, ſed tanquàm Apoſtolorum Principi, & Antiſtiti Maximo, promiſit Chriſtus Claves Regni Cœlorum.*

14 *Petro, non tanquàm piſcatori Claves regni Cœlorum relictas eſſe, probatur.*

15 *Lutherani, Sedis Apoſtolicæ, & Pontificis Max. auctoritatem, ac poteſtatem negant.*

16 *Pontificis Max. auctoritatem, & poteſtatem quomodo Lutherani elevare ſtudeant.*

17 *Pontifices Max. à Lutheranorum convitiis aſſeruntur.*

18 *Pontificum Max. ſucceſſio.*

19 *Pontifex ſummus quomodo eligendus eſſet ab Eccleſia, etiam ſi Petrus nihil olim de ſucceſſore providiſſet, aut hodie Cardinales omnes periiſſent.*

20 *Pontifices Max. ut nunquam defecerunt à Fide Catholica, ſic nunquàm defecturos eſſe, multi Sanctiſſimi viri docent.*

21 *Pontifices Max. ſemper in Fide Catholica permanſiſſe, & permanſuros, Synodi quamplurima teſtantur.*

22 *Pontifices Max. ſemper in Fide Catholica permanſuros probatur ex verbis Chriſti.*

23 *Pontifices Max. ſemper in Fide Catholica permanſuros probatur rationibus.*

24 *Pontificis Summi ampliſſima poteſtas, & quomodo ab ea inceperit, & pendeat Romanorum Imperium.*

25 *Pontifex Max. in ordine ad finem ſpiritualem, ampliſſimam habet poteſtatem in omnes principes Orthodoxos.*

26 *Pontificis Max. hac ampliſſima poteſtas probatur rationibus.*

27 *Lutherus, Eccleſiarum, & Pontificum bona diripienda eſſe, impiiſſimè docebat.*

28 *Pontificibus, & Epiſcopis neceſſarius eſt rerum externarum ſplendor, & affluentia.*

29 *Paupertas quantum imminuat auctoritatem Antiſtitum, & Presbyterorum.*

30 *Paupertas, neque in ſe ipſa quidpiam habet magna commendatione dignum, neque vituperandum divitiæ.*

31 *Divitias, ſi cum ſapientia conjunctæ ſint, multi ſapientes viri meritò laudant.*

32 *Quæſtiones dubiæ de fide, quæ ad Papam referri debent, quandò ab inferioribus prælatis decidi poſſunt.*

33 *Inquiſitores Hiſpaniæ, ſi ſcandalum timeatur ex qualitate, aut multitudine eorum, qui de hæreſi ſuſpecti ſunt, quid facere debeant.*

34 *Papa, ſi concedat reſcriptum, ſeu privilegium in præjudicium officii Sanctæ Inquiſitionis, quomodo obtemperandũ.*

35 *Papa, ſi hæreticus eſſet, quomodo obvjam ire oportet.*

36 *Papa nomen ſolus Romanus Pontifex retinuit.*

De Papa.

1 QUoniam Lutherani, & Sacramentarii, aliique hujus temporis peſtiferi hæretici, Papam Pontificẽ Max. in ordinem cogere, ac primatu expellere impiis conviciis, mendaciis, cavillationibus, argumentis fallacibus, dicteriis, ſacrilegis, & mille nocendi artibus, perſæpè tentarunt, in dieſq; idipſum conari, & perpetrare non deſinunt: ſentiẽtes nimirum Petri gladium ſuis cervicibus imminere; operæ pretium me facturum putavi, ſi pauca, quæ hanc hæreſim evidentiſſimè confutant, breviter à me, ſtrictimq; dicantur, in eorum præcipuè gratiam, qui præter Bartholum, & Baldum, nihil ferè legere ſolent; ne, ſi caſu in libros, aut hæreticorum colloquia inciderint, turbari eos, aut hæſitare contingat.

2 Conſtanter igitur aſſerimus, & cum Catholica Eccleſia confitemur, omnes Pontifices Max. rectè, juſtèq; electos Chriſti Vicarios eſſe ſub Cœlo, & legitimos Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſores, eoſq; habere ſummam in Eccleſia Catholica poteſtatem, quibus obtemperare in his, quæ ad Fidem, & religionem pertinent, & in ſpiritualibus obedire tenemur; Si modo ab ovile Chriſti pertinere voluerimus; quæ veritas literis Sacris, Conciliorum Canonibus, Patrum decretis, Sanctorum Doctorum ſententiis, & unanimi Orthodoxorum Omnium, quotquot unquam fuerunt, conſenſu, & Eccleſiæ univerſalis traditionibus approbata, pervagata, tradita, & conſecrata eſt, *c. omnes 22. diſtin.*

3 In primis ergo primatus Petri à nobis aſſerendus eſt; quia ille fuit, ut verè dixit Euſebius, primus Chriſti Vicarius, & Chriſtianorum Pontifex. Ex pluribus autem locis Evangelicæ hiſtoriæ primatus Petri oſtenditur manifeſtè. Primò ex Evangelio Matthæi, ubi Jeſus dixit Petro; *Cap. 16.* *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non prævalebunt adverſùs eam: & tibi dabo Claves Regni Cœlorum; & quodcumq; ligaveris ſuper Terram, erit ligatum, & in Cœlis; & quodcunq; ſolveris ſuper Terram, erit ſolutum, & in Cœlis.* Deindè, ex verbis illis à Joanne relatis eadem veritas comprobatur, quibus Redemptor Mundi eidem Petro dixit, *Paſce agnos meos, paſce* *Cap. 21.* *oves meas; ego oravi pro te, ne deficiat fides* *Luc. 22.* *tua: & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Alii quoq; Evangeliſtæ cœteris Apoſtolis Petrum præferre ſolent, ac multis prærogativis eum prælatum eſſe oſten-

oſtendunt. Sic à generalitate aliorum, honoris gratia, eximitur : ſic pro eo cenſus ſolvitur : ſic ipſe, tanquam os Apoſtolorum ſæpè Domino noſtro ſolus reſpondit, ſic Jeſus ejus nomen mutavit : ſic ſolus Petrus ad Chriſtum ſuper aquas venit, & miſit ſe in Mare ; alii autem Diſcipuli navigio venerunt ; ſic aliis mandatur, ut laxent retia ſua, & ſoli Petro dicitur : *Duc in altum. Matthæi. 16. Joan. ultim.*

4 Præthereà, Petrus ante alios Apoſtolos fraternæ correctionis modum diligentèr quæſivit, & alibi ad Eccleſiæ Catholicæ utilitatem, ipſe ſolus Jeſum interrogavit, dicens : *Matth. 19.* *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis ?* & imminente paſſionis tempore, ſoli Petro dixit Jeſus : *Marc. 14.* *non potuiſti una hora vigilare mecum ?* volens oſtendere, Petrum præ cęteris ex commiſſo ſibi officio vigilare debuiſſe, & cum multi diſcipulorum abiiſſent retro, & Jeſus dixiſſet Apoſtolis : *Nunquid, & vos vultis abire ?* reſpondit ei Simon Petrus : *Joan. 6.* *Domine, ad quem ibimus ? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus : & cognovimus, quia tu es Chriſtus Filius Dei.* Item Petrus amputavit Malchi auriculam, *Matth. 26.* & ut inquit B. Gregorius ; *Ipſe tollit gladio ſpirituali aurem interiorem malè intelligentis.* Poſtremò, Jeſus dixit Petro ; *Joan. 21.* *Sequere me ;* quod non modo intellexit de genere martirii, ſed de ordine magiſterii, ut ait Theophilus, & alii exponunt ; *Sequere me*, ſcilicèt gerendo vices meas, & in officio paſtorali, & in martyrio. Quæ omnia ex ipſiſmet Evangeliis Petri primatum non obſcurè oſtendunt.

5 In actis quoque Apoſtolorum plùs eminentiæ datum eſt Petro, quàm cœteris omnibus : neq; ullus fuit Apoſtolus, qui, præſentibus reliquis, tanta fecerit, quanta Petrus. Ille enim primatus officia exercuit in electione Matthiæ, & in Concilio Apoſtolorum. Idem ipſe in die Pentecoſtes omnes Apoſtolos defendit ; Ipſe locutus eſt in Concilio repletus Spiritu Sãcto. Ananiam quòque, & Saphirám ſolus Petrus ſententia mortis damnavit : Simonem illum magum ipſe confudit : & quàm plurimos Judæorum ad Chriſti Fidem convertit, multiſque miraculis præ aliis omnibus claruit. Sed, & Paulus ille Diviniſſimus Petri primatum agnovit, aſcendens Hieroſolymam, ut cum eo conferret Evangelium. Denique Petrus in Fide ardentiorem ſe omnibus præſtitit. Quas ob cauſas univerſi ſapientes Chriſtiani orbis ſemper, & ubiq; Petrum Apoſtolorum Principem, & Chriſti Vicarium uno ore confeſſi ſunt.

6 Quòd autem omnes Summi Pontifices Petro ſucceſſerint in Apoſtolica Sede, cum eàdem auctoritate, & æquali poteſtate ſuper Univerſum Orbem, non ſolùm perſpicuum eſt fundatiſſima Eccleſiæ Catholicæ traditione, ſed unanimi etiam Chriſtianorum omnium ſententia receptum, & probatum eſt. Hoc ſanè multi glorioſi Martyres, atq; Pontifices ſcriptis ſuis ſubinde teſtantur : hæc omnia juſta Concilia fatentur : hoc omnes Sanctiſſimi, & Sapientiſſimi Viri aſſerunt : hoc denique omnes Chriſti oves ab exordio naſcentis Eccleſiæ ſemper cognoverunt. Cęterum, ut curſim quoſdam commemorem, qui ſcriptis ſuis hanc veritatem aſſerunt, quos mihi videre contigit, hi verè ſunt : Clemens, Anacletus, Sixtus, Julius, Anicius, Eleutherius, Zepherinus, Anterius, *Patres, qui Papam ſucceſſorē Petri fatētur.* Fabianus, Marcellus, Melchiades, & Cyprianus, Martyres, Pontificeſq; Sanctiſſimi ; Item Polycarpus, Ireneus, Athanaſius, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Optatus, Cyrillus, Socrates, Anſelmus, Bernardus, Thomas, & innumerabiles alii. Hoc idem in omnibus Sacris Synodis, Generalibus, Sacerdotalibus, & Provincialibus ſępiſſimè confeſſi ſunt Patres ; hoc tandem Antipodas ipſos ; & eos omnes, qui in Provinciis, Inſuliſq; remotiſſimis ſub Hiſpanorum ditione vivunt, hodie tenere, ac profiteri ſcimus. *Hieronymus in epiſto. ad Damaſum, & in epiſtola ad Theophilum. Chryſoſto. epiſt. 1. ad Innocen. Auguſt. contra Donatiſtas epiſt. 162. & epiſt. 165. Cyprianus epiſt. 11. & epiſto. 13. lib. 3. Gratianus in patrum decretis diſtinct. 17. cum ſeq. Athalaricus apud Caſſiodorum lib. 8. variarū. Thomas contra errores Græcorum opuſculo primo. Torquemada lib. 2. de Eccleſia cap. 48. cum ſeq. Armacan. lib. 7. de erroribus Armenorum. Alvarus Pelagius lib. 1. de planctu Eccleſiæ. arch. 60. Pomponius Letus in vita Galli : Alciatus in epiſto. inter claras. C. de Summ. Trinit. Lindanus lib. 4. Panopl. Evang. cap. 82. & deinceps Canus lib. 6. de locis Theol. cap. 3. & ulti. Cornelius Janſenius in concordia Evang. cap. 66.*

7 Et

7 Et quamvis argumenta humana debiliora ſint, quàm, ut in rebus fidei ſumma opę eis niti oporteat; quia tamen ingenia noſtra ſolidis rationibus plurimùm delectantur: aliquas urgentiſſimas, & ut Plato dicebat in Gorgia, ferreas, adamantinaſq; breviter jàm addere placuit: quarum prima ſumitur à ſimilitudine militāntis Eccleſiæ ad Triumphantem; Illa enim ad exemplar hujus effigiata eſt. Quemadmodùm igitur in Eccleſia Cęlitum unus Deus hierarchiæ Cęleſti præeſt, ubi ipſe eſt omnia in omnibus; ſic in Eccleſia militante neceſſarius eſt Summus Pontifex, qui omnibus Eccleſiaſticis ordinibus pręſit. Hac ſimilitudine utitur Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræos: hac Sacer Dionyſius in Eccleſiaſtica hierarchia: hac Bonifacius II. in epiſtola ad Eulalium, ubi eleganter oſtendit, per Divinam Sapientiam optimè conſtitutum eſſe, ut minora majoribus ſubdantur, & omnes Epiſcopi Papæ obediant. Eadem utitur D. Gregorius, & poſt eum Bernardus lib. 3. de conſideratione ad Eugenium; hac tandem uſi ſunt Patres in Concilio Romano ſub Julio II. *ad Hebræos* 8. *Joan. Torquemada lib. 2. de Eccleſia cap. 1. cum ſeq.*

Rationes Summi Pōtificis primatū oſtendentes.

8 Deindè à Synagoga ad Eccleſiam, ſicuti à figura ad veritatem efficax argumentum eſt, dicente Apoſtolo: *Omnia in figura contingebant illis.* & ait alibi: *Lex umbram habet futurorum bonorum, non ipſam imaginē rerum.* Sicut ergo Synagogæ Judæorum præfuit Unus, qui Princeps Sacerdotum dicebatur, cui qui non obtemperabat (ut in Deuteronomio legitur) morte dignus erat; ſic & in Eccleſia Chriſti, quæ longè melior, & perfectior eſt, quàm Judæorum Synagoga fuerit, Pontifex Summus venerandus, & ſuſpiciendus eſt. Quanti autem fuerit Pontificatus, Rex Agrippa teſtatur in ea Epiſtola, quam ad Cajum Imperatorem ſcripſit: *Equidem*, inquit, *Judæus natus ſum, natale ſolum mihi ſunt Hieroſolyma, Avos, Proavoſque Reges habui, & ex his etiam aliquot Summos Pontifices: quam illi dignitatem pluris faciebant, quàm Regiam, rati quanto Deus anteſtat homini, tanto Pontificatum Regno excellentiorem; ad illius enim curam Divinas res, humanas ad hujus pertinere.* Hæc apud Philonem lib. de legatione ad Cajum. 1. *Cor.* 10. *ad Hebræos* 10. *Deute.* 17. *Bellius lib. 2. de primatu Petri cap.* 27. *Albertus Pighius lib. 2. hierarch. Eccleſiaſt. cap.* 3.

1. ad Cor. 10.

Ad Hebr. 10.

Deuter. 17.

9 Ad hæc, Regimen Monarchię omniū aliorum eſt optimum: juxta quod libro ſecundo Iliados Homerus cecinit,

Non bona multorum dictio: Rex imperet unus,

& Darius apud Herodotum in Thalia inquit: *Unius viri, qui optimus ſit, imperio nihil eſſe melius:* additque, *Monarchiam eſſe omnium præſtantiſſimum.* Et Plato libro civili ait: *Unius dominatio bonis conjuncta legibus ſola omnium rectiſſima eſt.* Et Iſocrates in Symmachico: *Si, & ingenia hominum, & actiones intueamur, univerſi Monarchias præſtare cæteris fateantur.* Et civis meus Lucanus:

Nulla fides Regni ſociis, omniſque poteſtas,
Impatiens conſortis erit.

Et Seneca item Cordubenſis in Agamemnone:

Ne Regna ſocium ferre, nec teda ſciunt.

Et Q. Curtius: *Imperium, quod ſub uno ſtare poteſt, dum à pluribus ſuſtinetur, ruit.* Et Origenes homilia 9. in Ezechielem: *Principium malorum omnium eſt multitudo, & diviſio; principium vero bonorum unitas, & à turbis; à multitudine in unitatem redactio.* Et Cyprianus tractatu de Idolorum vanitate: *Quando unquam Regni ſocietas, aut cum fide cœpit, aut ſine cruore deſiit?* Ad ſummam poſt Ariſtotelem in libris Ethicorum hæc eſt omnium, qui rectè philoſophantur, concors, unanimiſq; ſententia. 8. *ethic. cap.* 10. *Stobæus ſermone* 47. *Tiraquel. de jure primogeniorum qu.* 4. *& quę ipſe collegi lib.* 3. *de repub. cap.* 2. *&* 3.

10 Cum autem opera Dei perfectiſſima ſint, ut in Deuteronomio traditur; *Cap. 32.* quis credet illum Eccleſiæ ſuæ dilectiſſimæ regimen aliud reliquiſſe, quàm optimùm? quod, & ipſe per Iſajam haud obſcurè ſignificaſſe videtur, dicens: *quid ultra debui facere vineæ meæ, & non feci?* *Cap. 4.* Accedit Ezechielis vaticinium: *Paſtor unus erit omnium.* *Cap. 37. & 34.* Et iterùm: *Suſcitabo ſuper eos Paſtorem unum.* *Cap. 1.* Et illud idem Oſeæ: *Congregabuntur filii Juda, & filii Iſrael pariter, & ponent ſibi caput unum. Deut.* 32. *Eſaja* 4. *Ezechielis* 37. *&* 34. *Oſea. cap.* 1. *Gregorius ad Epiſcopos Galliæ. Leo nonus adverſus præſumptiones Michaelis. Bernar.*

lib. 3. de conſideratione ad Eugenium. Tho. lib. 1. de regimine principum. cap. 2. & 5. Tiraquel. de jure primogeniorum q. 4. nu. 23.

11 Accedit eòdem, quòd Eccleſia Catholica, quæ maximam unitatem habet, nullo modo conſiſtere poſſet ſinè uno ſupremo capite, cum quo in Terris communicaret, perindè atque alia omnia corpora naturalia, & myſtica. Etenim omnis multitudo, ut ſubſiſtere poſſit, ordinari debet per unum aliquod principatum obtinens; neque Regnum ſinè Rege, neque exercitus ſinè Duce, neque Civitas ſinè præſide, diù permanere poſſunt; quod non tantùm recta ratio, & rerum experientia docet; ſed naturæ quoque ordo idipſum evidentèr oſtendit. Planetæ inferiores ſubſunt ſuperioribus; & animalia, brutaque ducem ſequuntur; avis item una cunctas ducit; apes in miniſterio Regi obediunt; in corporibus quoq; animantium, caput cętera tuentur, & venerantur membra, & in partibus animæ rationi appetitus ſubiicitur; quòd ſi ab eo deſciſcat, in præceps non ſolùm animam, ſed & corpus trahit; deniq; ſinè ordine, nec Reſpublica gubernari, nec natura conſtare, nec ulla ratio in hominum mentibus eſſe poteſt. Unde cognoſcere facilè licet, quales novitii hæretici ſint, qui omnem Eccleſiæ ordinem è medio tollunt, & hierarchiam Eccleſiaſticam pervertunt, & acephalos nos eſſe volunt. *Baſilius de præceptis religioſorum. Seneca lib. 1. de clementia. Cyprianus tractatu de ſimplicitate prælatorum. Chryſoſto. in epiſto. ad Roma. ſermone 23. & in epiſt. ad Hebræos homilia ultima. Nazianze. ſermone de moderandis diſputationibus. Hieronymus ad Ruſticum Monachum c. in apibus 7. quæ. 1. Albert. Pighius lib. 2. hierar. Eccleſiaſt. cap. 2. Confeſſio Polonica de ſide, & ſymbolo cap. 26.*

12 Ad hæc rerum contingentium difficultas, atq; perplexitas principem unum in Eccleſia deſiderant; nàm quoties de Fide, aut Religione, aut intelligentia Sacræ Scripturæ quæſtiones, & contentiones emergunt, neceſſe eſt, ut ſupremus aliquis Judex adeatur, cujus inevitabile ſit judicium; qui poſſit Eccleſiaſticas lites, intèr ipſos etiam Epiſcopos ortas componere, & contumaces punire; aliòqui nec unam Fidem haberemus omnes, nec foret unquam ullus controverſiarum finis; ſed ſchiſmata, & hæreſes univerſam Eccleſiam conturbarent; eſſetque deformior, & fœdior Chriſtianæ Reipublicæ facies, quàm alteriùs cujuslibet ſectæ Religionis, aut ſuperſtitionis. Accedit Cyprianus pluribus Epiſtolis dicens: *Unde ſchiſmata, & hæreſes obortæ ſunt, & oriuntur, niſi dum Epiſcopus, qui unus eſt, & Eccleſię pręeſt. ſuperba quorundam prǽſumptione contemnitur?* Et Hieronymus adversùs Luciferianos: *Eccleſiæ ſalus in ſummi Sacerdotis dignitate pendet, cui ſi non exors quædam, & ab omnibus eminens detur poteſtas; tot in Eccleſia efficientur ſchiſmata, quot Sacerdotes.* Quæ omnia hodiè rebus ipſis in hæreticorum conciliabulis experimur. *Cyprianus epiſt. 3. lib. 1. & epiſt. 9. lib. 4. Ambro. Cathari. in ſecunda clave Scripturarum propè finem. Bartholomæus Latomus adversùs Bucerum poſt dimidium controverſiæ de auctoritate Eccleſiæ.*

13 Deindè verba illa omnia, quibus
Jeſus promiſit Petro Claves Regni Cęlo- *Matth. 16.*
rum, & illi dedit juriſdictionem ſummam
ligandi, atque ſolvendi: & illa item, qui-
bus Petro commiſit omnes oves ſuas, & *Ioan. 21.*
conſtituit eum ſummum Eccleſiæ Paſto-
rem; & illa denique verba, quibus privi-
legium illud prorsùs Divinum impetra-
vit Petro; Ne ſcilicèt fides ejus unquàm *Luca 22.*
deficere poſſet; ea inquam omnia credenda ſunt Petro dicta, non quaſi piſcatori, aut homini privato poſt paucos annos morituro; ſed potiùs tanquàm Apoſtolorum Principi, & Eccleſiæ Catholicæ Antiſtiti maximo; ac proindè cum vita Petri extincta non fuerunt; ſed ad omnes ejuſdem dignitatis legitimos ſucceſſores eodem jure Divino tranſierunt. Ea etenim, quæ dignitati conceduntur, non pereunt morte regentis, aut habentis illam, ſed ad omnes ſucceſſores ejuſdẽ dignitatis tranſeunt. *c. quoniam. Abbas de offic. delegat. l. mortuo. l. proponebatur de judiciis.*

14 Quæ veritas comprobatur, quia
Chriſtus Eccleſiam ſuam conſtituit, & or-
dinavit, ut eſſet in ſeculum ſeculi duratu-
ra, juxta divinum illud Iſajæ vaticinium:
Super ſolium David, & ſuper Regnum ejus *Cap. 9.*
ſedebit, ut confirmet illud, & corroboret in
judicio, & juſtitia, amodo, & uſq; in ſem-
piternum. Accedit Veritas ipſa per Mat-
thæum dicens: *Ecce ego vobiſcum ſum omni-* *Matth. ult.*
bus diebus, uſq; ad conſummationem ſeculi:

Sed

Sed Chriſtus ædificavit Eccleſiam ſuam ſuper Petrum; conſequens ergò fuit, ut, eo mortuo, alius poſt alium cum eadem Petri poteſtate ſemper ſubſtitueretur; ſicuti & in veteri lege ſemper fuit aliquis ſummus Sacerdos; nec minùs diligit nunc Eccleſiam ſuam Chriſtus, quàm tempore Petri dilexerit. Adde, quòd longiſſimè diſtaret à Divina Sapientia, talem primatum Eccleſiæ ſuæ relinquere, qui in ipſo ſtatim exordio periret, & cum primo Pontifice extingueretur. Poſtremò, eadem ratio, qua Petrus factus fuit princeps Eccleſiæ, durat in ſucceſſoribus ejus; quin imò, longè magis neceſſarius fuiſſe videtur poſt Petrum primatus ille, quàm Petri tempore; tum quia in ipſo initio Religionis Chriſtianæ, per alios Apoſtolos, atque Diſcipulos potuiſſet Eccleſiæ melius conſuli, quàm illis defunctis; tùm etiam, quia poſtea major, diffuſiorq; facta fuit Eccleſia, & plures ſubortæ ſunt hæreſes, majorq; ſchiſmatum ſupervenit occaſio. Quid multa? cui hæc non ſufficient, plura nihil proderunt. *Iſaja 9. Matth. ultim. Torquemada lib. 1. de Eccleſia cap.* 28.

15 Lutherani tamen contra rerum naturam, contra ſacras Literas, contra Eccleſ. Catholicam, contra Synodos omnes, contra unanimem conſenſum Patrum, denique contra veritatem clariſſimam, Sedis Apoſtolicæ, atq; Pontificis Max. auctoritatem, & poteſtatem ore ſacrilego negant; noſque acephalos, ideſt, ſinè capite, ſinè ordine, ſinè vinculo, & unitate, in ſchiſmate, ac pluſquàm Babylonica confuſione perpetuò eſſe volunt. Nàm, ut Gregorius Nazianzenus quadam oratione ſcribit: *Sinè capite, nullus ordo; ſinè ordine, nulla multitudo ſubſiſtit*; ubi autem ordo non eſt, quid aliud, quàm confuſio

Rom. 13. eſſe poteſt? etenim, ut Apoſtolus ait: *quæ ſunt à Deo, ordinata ſunt*. Et alibi inquit: *Omnia ſecundum ordinem fiant in vobis*. Et

Cap. 6. in Canticis canticorum, Eccleſia dicitur eſſe *terribilis, ut caſtrorum acies ordinata*. E contrariò autem, in Inferno nullus eſt ordo, cui ſimilis eſt Lutheranorum Eccleſia, in qua nullus eſt ordo, ſed ſempiterna confuſio; quibus illud evenit, quod li-

Cap. 17. bro Judicum legitur: *In illis diebus non erat Rex in Iſrael, ſed unuſquiſq; quod ſibi videbatur bonum, hoc faciebat. Nazianze. oratione 21, ad Roma. 13. Cantico 6. Judicum 17. & cap. ulti. Auguſt. lib. 1. de libero arbitrio cap. 6. & lib. 2. de ordine.*

16 Sed ajunt hæretici, multos Pontifices ſummos malos viros fuiſſe, ac proindè illis parendum non eſſe; quibus Veritas per Matthæum reſpondet. *Super Cathe-* Cap. 23.
dram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi; omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, ſervate, & facite: ſecundum opera verò eorum nolite facere. Nec enim dignitas officii damnāda eſt propter hominū peccata: quod olim prudentèr admodum Catonem dixiſſe Plutarchus eſt auctor; nàm cum Publius Clodius accuſaretur à Cicerone, & Cicero diceret à Clodio in tribunatu geſta irrita eſſe oportere: non placuit id Ca- Catonis ſententia.
toni, ſed aſſurgens dixit: *ſi tribunatu quemadmodum cæteri multi, abuſus eſt Clodius, ipſum corrigere oportere, qui deliquerit, non verò poteſtatem tribunitiam diſſolvere*. Et ut Beatus Auguſtinus inquit: *Veriſſimum eſt, non res ipſas, ſed homines, qui eis malè utuntur, eſſe culpandos*: quod, & Fabius elegantèr diſſerit. Et Hieronymus ad Ruſticum Monacum ſcribit: *In omni conditione; & gradu optimis mixta ſunt peſſima. Fuerunt inter Sanctos Angelos Dæmones; inter Prophetas Balaam; intèr Apoſtolos Judas: inter Diaconos Nicolaus: denique inter Optimos peſſimi. Matth. 23. Plutar. in Catone Uticenſi. Auguſt. lib. 1. de libero arbitr. cap. 15. Fabius lib. 2. inſtitut. oratoria cap. 17. Reginaldus lib. 2. ad Henricum octavum Regem Angliæ. Confeſſio Polonica de Fide, & Symbolo cap. 29.*

17 Adde quòd plurimi jàm olim fuerunt Sanctiſſimi, Doctiſſimi, & Sapientiſſimi Pontifices Maxi., qui glorioſo martyrio conſumati ſunt, quorum vitam, & mortem Omnipotens Deus plurimis, maximiſq; miraculis illuſtravit; Qui primatum Eccleſiæ, nec approbaſſent, nec geſſiſſent, niſi ab ipſo Chriſto illum conſtitutum, creatum, & comprobatum eſſe certiſſimè noſſent. Addo etiam Chryſoſtomi verba, qui quodam loco ſcribit: *Cum videris Sacerdotem indignum, ne traducas Sacerdotium; non enim oportet damnare res, ſed eum, qui re bona malè utitur, quandoquidem, & Judas proditor fuit; verùm non ob id accuſatur Ordo Apoſtolicus, ſed illius animus; nec crimen eſt Sacerdotii, ſed malum animi: & tu igitur, ne Sacerdotium vituperes, ſed Sacerdotem malè re bona utentem.*

Etenim ſi quis tecum diſputet, dicatque: Vidiſti illum Chriſtianum? reſpondeto, at ego non de perſonis, ſed de rebus tibi loquor. Aliòqui quot Medici facti ſunt carnifices, ac venena pro pharmacis dederunt? non tamen artem vitupero; ſed malè utentē arte. Quot nautæ malè rexerunt navigia? verùm non ars navigandi mala eſt, ſed illorum animus. Si Chriſtianus fuerit improbus, ne incuſes profeſſionem, ac Sacerdotium; ſed re bona utentem malè. Hæc ille, & alia in eodem loco plurima. Ex quibus omnibus, multiſque aliis perſpicuum eſt, iſtam perditorum hominum opinationem, non tam hæreſim, quàm phreneſim eſſe. In ſumma, Pontifex Maximus ab omnibus venerandus, & in Terris Chriſti Vicarius credendus, & aſſerendus eſt: hoc viſum eſt Divinitus, hoc à Beatis Majoribus traditum: *hoc perturbare velle, atque pervertere.* (ſicuti quodam loco B. Auguſtinus inquit) *Nihil eſt aliud, quàm ad veram Religionem ſacrilegam viam quærere.* Ad ſummam, ut noſter Prudentius in Hippolyto cecinit.

Una fides vigeat, priſco quæ condita templo eſt,
Quam Paulus retinet, quamque Cathedra Petri.

Chryſoſtomus de verbis Iſaja, vidi Dominum. homilia 4 & in epiſtola ad Coloſ. homi. 3. in fine, & in epiſt. 2. ad Tim. hom. 2. col. 4. cum ſeq. & ſerm. de virtutibus, & vitiis col penul. Auguſt. lib. de utilitate credendi cap. 10.

18 Cæterum, quia de ſucceſſione Pontificum nihil ferè jure Divino cautum invenitur, ſciendum eſt, omnes Antiſtites Maximos ſolemni electione ſucceſſiſſe, nónullos etiam à ſuis prædeceſſoribus nominatos, ac deſignatos fuiſſe: quod in Exordio Catholicę Eccleſiæ interdum factum fuiſſe traditur; quia Chriſtiani tunc non habebant liberam eligendi facultatem propter tyrannorum perſecutiones; quam ob cauſam auctoritas ſumma Pontificum eiſdem temporibus cognita cunctis non erat; quia impedita, & ſuppreſſa fuit Gentilium, & Hæreticorum tyrannide. Ipſe autem Petrus Clementem ſibi ſucceſſorem elegit, dicens: *Sicut mihi gubernādi tradita eſt à Domino meo Jeſu Chriſto poteſtas, ligandi ſolvendiq; ita, & ego tibi committo, ut ordines diſpoſitores cauſarum diverſarum.* Cujus rei Clemens ipſe, Alexander I. Joannes III., Aegeſippus, Nicephorus, aliiq; multi auctores ſunt. Et Hadrianus I. Concilio Græcorum ſcribens ait; Petrum Divino juſſu auctoritatē poteſtatis, & Pōſtoralem curā ſucceſſoribus ſuis reliquiſſe. *Clemens epiſto. 1. ad Jacobum fratrem Domini. Alexander epiſto. ad omnes Orthodoxos. Joannes epiſt. decretali ad univerſos Epiſcopos Germaniæ, & Galliæ. Nicephorus lib. 2. hiſto. Eccleſiaſtica cap. 25. c. ſi Petrus 8. q. 2. cum ſeq.* & iterùm *cap. 51. Platina de vitis Pontificum.*

19 Quamvis autem Petrus nihil de ſucceſſore providiſſet, aut hodiè Cardinales omnes bello, peſte, aut alio caſu ſimùl perirent, Eccleſia tamen poſſet Pontificem ſummum eligere. Quia, cum hæc dignitas à Chriſto creata ſit, ut perpetuò duret in Eccleſia, conſequens etiam eſt, ut Eccleſia ſemper jus habeat eligendi, aliòqui fieri poſſet, ut perpetuò vacaret Sedes Apoſtolica, & conditio Eccleſiæ deterior eſſet, quàm cujuſvis alteriùs Reipublicæ. Quòd ſi talis caſus eveniret, tunc jus eligendi Papam ad ſolos Epiſcopos pertineret; quia illi ſunt Paſtores, quibus poſt Antiſtitem Maximum tota rerum Eccleſiaſticarū adminiſtratio jure Divino conceſſa eſt, quippè qui ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum. Sed hęc electio multis Eccleſiaſticis conſtitutionibus jàm pridèm Cardinalibus commiſſa eſt, à quibus Pontifices Summi non interrupta ſerie temporum, uſque ad præſens certa ſucceſſione electi ſunt. *c. in novo. 21. diſt. c. ulti. 68. diſt. c. in nomine 23. diſtin. c. licèt de electio. c. ubi periculum eo. titu. lib. 6. & in Clem. ne Romani de electio. Tho. Vvaldenſis in doctrinali to. 1. lib. 2. cap. 39. Driedo lib. 1. de libertate Chriſtiana. cap. 2.*

20 Hęc autem ſententia memoratu digna eſt, fidem, ac definitionem Sedis Apoſtolicæ, principium eſſe certiſſimum indubiæ veritatis eorum, quæ certa Fide tenenda, credendaque nobis ſunt; nec enim diſſenſit unquàm à ſententia Catholicæ Eccleſiæ; ſed cum Sacris Literis, & Apoſtolicis, Eccleſiaſticiſque traditionibus ſemper ei conveniſſe compertiſſimū eſt. Quam veritatem plurimi Sanctiſſimi, & Sapientiſſimi viri docent, & comprobant, aſſerentes, Cathedram Apoſtolicam ab ipſo Deo Chriſto tali privilegio in perſona Pe-

tri

tri donatam fuiſſe, ut ſicuti nunquàm erravit hactenùs, ſic etiam in finem uſq; ſeculi, fidem ejus nunquàm defecturam eſſe credamus. Hoc ſcriptis ſuis teſtantur Antiſtites multi ſanctitate, doctrina, & antiquitate venerandi: Lucius, Sixtus, Felix, Marcus, Euſebius, Evariſtus, Alexander, Julius I., Bonifacius II., Agatho, & Leones duo, primus, & nonus; quorum verba ſcientèr omittimus, ut brevitati conſulamus, uno tantùm, aut altero teſtimonio contenti. Leo ille Maximus inquit. *Venerabilis, & efficax oratio Chriſti obtinuit, quòd hactenus fides Petri non defecit, neque defectura credatur in throno illius in ſeculum ſeculi; ſed confirmabit corda fratrum, ſicut hucuſque confirmare non ceſſavit.* Et Leo nonus contra Michaelem hæc verba ſcripta reliquit: *Nonne à Sede Principis Apoſtolorum, tàm per eundem Petrum, quàm per ſucceſſores ſuos reprobata, convicta, atque expugnata ſunt omnium hæreticorum commenta, & fratrum corda in fide Petri, quæ nec defecit, nec unquàm deficiet, ſunt confirmata?*

21 Comprobant eandem ſententiam multarum Synodorum, & Sanctorum Patrum teſtimonia complura. Hoc enim docuit Alexandrina Synodus ſub Athanaſio, & Eccleſia Carthaginienſis temporibus Bonifacii II. & Concilium Alexandrinum in epiſtola Synodali ad Felicem, & magna Synodus Chalcedonenſis, & Sexta Synodus generalis, & item octava; hoc etiam confeſſi ſunt omnes Epiſcopi Tarraconenſes ante mille annos; & univerſi Epiſcopi Numidiæ ante mille ducentos; quod, & Irenæus, Cyprianus, Athanaſius, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, & cœteri omnes conſentiunt. Sed unius diviniſſimi Bernardi verba præterire non potui, qui ad Innocentium ſcribens inquit: *Oportet ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæq;, & ſcandala emergentia in Regno Dei, ea præſertim, quæ in fide contingunt; dignum namque arbitror, ibi potiſſimum reſarciri damna fidei, ubi non poſſit fides ſentire defectum; hæc quippe eſt hujus ſedis prærogativa.*

22 Hæc eadem ſententia ſatis apertè probatur illis Chriſti verbis: *Ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret, ſicut triticum, ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Et item ex illis: *Paſce oves meas, & non pro eis rogo tantùm, ſed, & pro eis, qui credituri ſunt.* Et ex illis: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meã: & portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam.* Quæ verba non tantum de Petro, & pro ipſo Petro dicta ſunt, ſed etiam pro Summis Pontificibus legitimis Petri Succeſſoribus, quorum fides in officio illo Paſtorali non deficit, nec deficiet unquàm, & portæ Inferi, hoc eſt hæreſis, infidelitas, & erronea fides, non prævalebunt adverſus hoc fundamentum Eccleſiæ. Adde quòd ſi verum eſt, ſicuti eſt, quòd Sacerdoti legali conceſſum erat in veteri Synagoga, privilegium hoc, ut in rebus Fidei, ac Religionis indicaret ſemper judicii veritatem, ut in Deuteronomio continetur, multò magis credendum eſt, conceſſum idipſum fuiſſe Pontifici Summo, qui præeſt Apoſtolicæ Cathedræ, quam elegit Dominus. *Lucas 22. Joan. 21. & 17. Matth. 16. Deut. 17.*

Luc. 22. Joan. 21. & 17. Matth. 16. Cap. 17.

23 Hanc veritatem Catholicæ Eccleſiæ traditione, Sacriſque Literis fulcitam, rationes quoque multæ vivæ, atque ſpirantes comprobant. Nàm omnis de Fide quæſtio ad Summum Pontificem referenda, & judicio ejus terminanda eſt, quòd ſi Is Divino illo privilegio munitus non eſſet, profectò malè conſultum foret Eccleſiæ in tantis errorum, hæreſumq; procellis. Si Papa, ut unus noſtrum permitteretur errare; quorſum quæſtiones fidei judicio ejus erant committendæ? Quomodo poteſt cœteros fratres confirmare, qui æquè labi poteſt, ut illi labuntur? Multa præterea ex opinatione contraria conſequerentur abſurda: quippè nullus teneretur definitioni Summi Pontificis in rebus Fidei credere; nec Eccleſia facilè ſuũ finem attingere poſſet, inexplicabilibus tenebris, & hæreſibus confuſa, & involuta; plurima ſuborirentur ſchiſmata; nec haberemus omnes unam fidem, nec ullus eſſet hæreſum finis. Sed longè melius res habet; Chriſtus enim conſtituit, & ordinavit, ut Fides Apoſtolicæ Sedis nunquã deficeret; ſed ſemper præfulgeret Eccleſiæ: ut facilè poſſent hæreſes omnes extirpari; quod, & rebus ipſis, & ſubſecutis effectibus perſpicuum factum eſt. Accedit eòdem, quòd hanc divinam conſtitutionem nihil hactenùs diſſolvere potuit; nõ ſchiſmata,

mata, non hæreſes, non mors, aut vincula, non odium, non amor, non timor, non corruptiſſimi mores; nihil horum, inquã, efficere potuit, ut Sedes Apoſtolica deficeret, aut quippiam definiret hæreticum. Quæ cum ità ſint, quis uſq; eò deſipiat, ut judicium Dei non agnoſcat? Nunquid non dicere poſſumus, verè digitus Dei eſt hic? *c. quoties 24. quæſt. 1. c. majores de bapt. c. cuncta. 9. q. 3. c. à recta. 24. quæſt. 1. cum ſeq. Torquemada lib. 2. de Eccleſia cap. 109. cum ſeq. Alber. Pighi. lib. 4. hierar. Eccleſ. Hoſius lib. 2. adverſus Brentium.*

24 Nec tantùm in controverſiis Fidei Papa Summus Judex eſt, verùm etiam in rebus Eccleſiaſticis, & Spiritualibus ipſe Summus Princeps eſt, ad quem omnes Chriſti oves in his cauſis confugere, atq; appellare poſſunt. Ejus curæ, atq; regimini Chriſtus Deus noſter ſubjecit fideles univerſos, quando ſuas oves illi paſcendas commiſit. Hunc omnes Reges, & Principes venerari, & adorare tenentur, juxtà vaticinium illud Iſajæ: *Reges eorum miniſtrabunt tibi*: Et mòx: *Gens, & Regnum, quod non ſervierit tibi, peribit*. (*Cap. 60.*) Ab eodem Summo Pontifice incœpit juſtum Romanorum Imperium, quod Leo III. transtulit à Græcis ad Germanos; Imperii quoque Electores inſtituit Gregorius V. Item ab eodem Antiſtite Maximo confirmatus electus, inungitur, conſecratur, & coronatur, & eidem Pontifici ſolemnitèr Imperator jurat. Prętereà Pontifices Max. Imperatores etiam ipſos condemnare, & exaugurare poſſunt. Sic Innocentius IV. Federicum ſecundum damnavit: Gregorius VII. Henricum IV. abjecit: Innocentius III. Philippum ejecit, & confirmavit Ottonem: quod, & Clemens VI. fecit, repudians Ludovicum Bavarum, & in ejus locum Carolum IV. confirmans. *c. ſi quis veſtrum 2. q. 6. cum ſeq. Iſaja cap. 60. c. venerabilem de electio. c. tibi domino 63. diſt. Clem. 1. de jure juran. Tho. lib. 3. de regimine principum. cap. 10. & 19. Platina de vitis Pontificum.*

25 Quamvis autem Eccleſiaſtica poteſtas diſtincta ſit à Seculari, & Papa juriſdictionem civilem non habeat in ſecularium Principum Regna, nihilominùs tamen in ordine ad finem ſpiritualem habet Pontifex Maximus ampliſſimam poteſtatem in omnes Principes Orthodoxos. Undè ſi Princeps aliquis inutilis eſſet, aut iniquas leges contra Religionem, aut contra bonos mores conderet, aut quippiam ſimile faceret in detrimentum rerum ſpiritualium, poſſet Papa, ſervatis juſtis circumſtantiis, congruum remedium adhibere, privando etiam talem Principem adminiſtratione, & juriſdictione, ſi id res ipſa expoſtularet. Quod Zacharias Pontifex adversùs Childericum Francorum Regem feciſſe traditur, & Innocentius IV. adversùs quendam Portogalliæ Regem. Quæ omnia niſi Summus Pontifex poſſet, manca proculdubio ejus poteſtas eſſet; nec ſatis perfectè Chriſtus providiſſet Eccleſiæ. Cœterùm, cum Reſpublica ſpiritualis perfecta ſit, & ſibi ſufficiens, ut ſe ipſam indemnem ſervet; poteſt ea omnia facere, quæ neceſſaria fuerint ad ſuum finem conſequendum, exercendo etiam juriſdictionem in eos, qui in rebus temporalibus aliòqui ſibi ſubjecti non eſſent; quod quidèm jure naturali cuicunq; Principi facere contra aliorum Rempub. licet. *c. cum ad verum. c. duo ſunt 96. diſti. c. ſi duobus. §. ult. de appellatio c. grandi de ſupplen. neglig. prælato. c. alius 15. qu. 6. Joan. Torquema. lib. 2. de Eccl. cap. 113. cum ſequen.*

26 Accedit eòdem, quòd finis temporalis poteſtatis pendet quodammodo à fine poteſtatis ſpiritualis; felicitas enim humana, quæ ſecularis poteſtatis finis ultimus eſt, utpotè imperfecta, in beatitudinem ſupernaturalem ordinatur, tanquàm in ſui perfectionem, & ſummum omnium bonum; ergò ſi temporalis poteſtas ab illo fine devians, rebus ſpiritualibus obſtat, meritò à ſummo rerum ſpiritualiũ Principe moneri, ordinari, & coerceri jure divino, & naturali poteſt. Prætereà, cum Chriſtus ipſe omnes oves ſuas Pontifici Max. regendas commiſerit, addita poteſtate pleniſſima ligandi, atque ſolvendi; conſequens etiam eſt, ut omnia illi conceſſa eſſe intelligamus, quæ neceſſaria ſunt ad id munus perfectè gerẽdum. Poterit igitur omnes Chriſtianos ad concordiam, & unitatem cogere; delinquentes punire, exceſſus corrigere; officio inutiles amovere; lites componere, controverſias definire; denique omnia Eccleſiæ neceſſaria ordinare, regere, & conſtituere. *l. 2. de juriſdictio. omni jud. c. prætereà de officio deleg. l. ulti. de officio. ejus l. 1. ſi quis*

jus

jus de non obtempera. vide *Abulen. Numerorum 15. qu. 48. omnes Theologos in lib. 4. ſenten. diſt. 18. Albert. Pighium lib. 5. hierar. Eccleſ. Hermam lib. 7. de inſtaurand. Religio. Marti. Ayalam lib. de Divinis, & Eccleſiaſticis traditionibus parte 3. tit. de Epiſcopali poteſtate.*

27 Et quia impius Lutherus, quoſdam alios ſecutus hæreticos, Eccleſiarum, & Pontificum bona diripienda eſſe docebat, id ſcilicèt moliens, ut auctoritas, atq; poteſtas Eccleſiaſtica vileſceret, atque periret (nàm ſpiritualia ſinè temporalibus vix ſuſtentari poſſunt) non fuerit alienum pauca, quæ hanc inſaniſſimam hæreſim deſtruant, brevitèr hoc loco perſtringere. Ac primùm quidèm hęretici cum Laurentio Valla ſuadere nituntur magnum Conſtantinum Eccleſiæ Romanæ nullam feciſſe donationem; ſed quæ nunc poſſidet bona, injuſtè ab Eccleſia, & Summis Pontificibus occupata fuiſſe; quod quidem eſt à ratione, & veritate longè adverſum; ſatis enim conſtat, non modo Magnum illum Conſtantinum, ſed etiam Aribertum, & Luithprandum, Longobardorum Reges; Pipinum quoque, & Carolum Magnum, alios item complures multis, magniſq; donationibus Eccleſiam Romanam jàm olim locupletaſſe. *c. ego Ludovicus 63. diſt. c. futuram 12. q. 1. l. divi. C. de natura liberis. c. Conſtantinus 96. diſtin. c. fundamenta de electio. lib. 6. Gratianus 12. q. 1. Niceph. lib. 8. Eccl. hiſt. cap. 54. Paulus Diaconus lib. 6. de geſtis Longobardorum cap. 10. & cap. 13. Albertus Pighius lib. 5. Hierarch. Eccleſiaſt. cap. ulti. Alfonſus Caſtren. lib. 6. adversùs hæreſes titul. de Eccleſia, hæreſi 4. Alciatus lib. 7. parer. juris. cap. 19. Covaru. lib. 4. reſolutio cap. 16. Eugubinus duobus libris contra Vallam.*

Spiritualia temporalibus egent.

28 Habet itaque Romana Eccleſia ſub Antiſtitum ſacra ditione magnum, juſtumque principatum; non ſolùm juſtis quæſitum titulis, ſed etiam Divina providentia ordinatum. Æterna quippè Dei Sapientia humani ingenii, morumq, noſtrorum conſcia, ſanè intelligens, carnalibus hominibus (ut eſt pars maxima Eccleſiæ) non ſatis reverendam, & venerabilem fore Sacroſanctam Pontificum auctoritatem, à qua regi voluit univerſalem Eccleſiam, ſi abjecta lateret in paupertatis ſordibus, externarum rerum affluentia eam extulit, & ſublimavit; ut omnibus etiam principibus eſſet venerabilis, nocentibus, & ſceleratis metuenda. Quod, & in reliquis Epiſcopis, atque Prælatis neceſſarium eſſe perſpicuum eſt; non enim magis eos, quàm Reges, & Principes, aut ſeculi Milites, paupertatis jugo oneravit Chriſtus; nec minùs in Rectoribus Eccleſiæ, quàm in Magiſtratibus Secularibus neceſſarius eſt rerum externarum ſplendor, ſi modo veneranda, & metuenda eſſe debet eorum auctoritas, quam doctrina tantùm, aùt moribus, aùt vitę exemplo, & ſi quiſpiam Divi Petri ſanctimoniam haberet, tantam deploratiſſimo hoc ſeculo aſſequi, atque tueri, quanta neceſſaria eſt, nullo ſanè modo poterit. Ut enim lib. 3. de ſummo bono Iſidorus noſter ait: *Plus venerantur homines in hoc ſeculo pro temporali potentia, quàm pro reverentia ſanctitatis. cap. 63. Adde Gerſonem tract. de Statibus Eccleſiaſticis.*

29 Etenim paupertate vileſcunt, ac pene ludibrio habentur iſti titulo tantùm Epiſcopi, & Clerici mercenarii; è contrario autem divites, atque potentes omnibus ſunt venerabiles. Paupertas enim, ut ille ait,

Ridiculos homines facit, & ubiq; jacere.

Et ſicuti Sapiens in Proverbiis inquit: *Etiam proximo ſuo pauper odioſus eſt.* Et *Cap. 14.*
iterùm: *Fratres hominis pauperis oderunt eum, inſuper, & amici procul receſſerunt ab eo.* *Cap. 19.*
Prætereo conſultò plura, quæ in eandem ſententiam Joannes Stobæus, aliiq; retulerunt. *Proverb. 14. & 19. Stobæus ſermone 94. Lucas de Pœna in l. ult. C. de his qui num. libero lib. 10. Seneca de vita Beata ad Gallionem.*

30 Nihil ex ſe ipſa paupertas habet magna commendatione dignum, nec vituperatione divitiæ. *Abſit ab animis fidelium*, ut inquit Ambroſius, *tàm irreligioſa perſuaſio, ut cuiquam Sanctorum, quibus Deus, & divitias eſt largitus, & honores, ad verè humilitatis meritum credatur, vel opulentia offuiſſe, vel dignitas; cum eis ad hujus virtutis profectum utraq; profuerint. Quamvìs enim tota vita hominis tentatio ſit ſuper terram; & tàm abundantia, quàm inopia, materia ſoleant eſſe peccati, cum, vel dives extollitur ad ſuperbiam, vel pauper proſilit ad querelam; extiterunt tamen in omni tempore, & in noſtra quoque ætate non deſunt, ſicut, & boni pauperes, ita, & boni divites.*

Cui

Cui conſonant Hieronymi verba in epiſtola ad Salvinam; *Nec diviti obſunt opes, ſi eis benè utatur; nec pauperum egeſtas commendabiliorem facit, ſi inter ſordes, & inopiam peccata non caveat*. Ad utriuſq; rei teſtimonium, & Abraham Patriarcha, & quotidiana exempla ſuppeditant, quoram alter in ſummis divitiis amicus Dei fuit; alii quotidie in ſceleribus deprehenſi, pœnas legibus ſolvvnt. Vide *Chryſoſt. in epiſt. ad Philip. ſermo 2. col. pen. 25.*

31 Adde quòd, ut Eccleſiaſticus ait,
Eccleſ.7. *Utilior eſt ſapientia cum divitiis, & magis prodeſt videntibus Solem; ſicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia*, cui ſanè
Eccl. 13. obediunt omnia. Et rursùs: *Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia.* Et Plato lib. 1. de legibus: *divitiæ cæcæ non ſunt, ſed acutè cernunt, ſi prudentiam ſequantur*; quod & in lib. 1. de Repub. docet. Et Ariſtotiles lib. 1. Ethic. *Fieri non poteſt, aut non facilè ſit, ut is res agat præclaras, cui deſunt facultates*; quia, ut alius ait:

Plurimum virtutibus obſtat
Res anguſta Domi. Pindarus quoque aſſerit; *Divitias, ſi cum Sapientia conjunctæ ſint, præſtantiſſimas eſſe*. Nec ab his diſſentit Horatius inquiens

Scilicèt uxorem cum dote, ſidemque, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat.

Et alibi ait,

Et genus, & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.

Verèq; ille cenſuit (ut apud Plutarchum eſt) qui primus pecunias, rerum agendarum nervos eſſe dixit. Et Leo ille Magnus ſermone quinto de collectis: *Divitiæ* inquit, *bona ſunt, & humanæ ſocietati plurimùm proſunt, cum à benevolis habentur, & largis; nec illas, aut luxurioſus prodigit, aut avarus abſtrudit.* Deniq;, Redemptio animæ viri divitiæ ejus; quoniã qui pauperi donat, redimit animam ſuam. Improbè igitur, malignèq; faciunt ſacrilegi hæretici, qui Eccleſiarum, & Sacerdotum bona, occupanda, expilanda, rapiendaq; eſſe, contra naturalia, divinaque jura impudentèr, impièq; aſſerere non verentur. *Eccleſiaſtes 7. & 10. & 13. Ariſto. 1. Ethicorum 8. Proverb. 13. Plutar. in Cleomene. Ambroſius lib. 8. in Lucam. Auguſtin. lib. 50. homiliarum hom. 30. Greg. lib. 10. in Job. cap. 28. Stobæus ſermo 89. cum ſeq.*

Verè quidam rerum non ignarus dixit: *Ubi eſt abundantia, ibi eſt obſervantia rerum ſacrarum, cum pietas, religio, rituſq; ſacri cum pompa ſacra peraguntur, quæ populus cernens veneretur, & admiretur. Sordida religio contemnitur; niſi divites ſint Epiſcopi, & Sacerdotes facilè contemnuntur, quibus contemptis, Sacramenta ipſa contemnuntur, & Religio, ac Deus ipſe contemnitur; quòd ſi aliqui Clerici malè divitiis utuntur, culpa illorum erit, & eorum, qui elegerunt illos, cum longè meliores eligere potuiſſent.* In Germania, & Polonia ſoli ferè Antiſtites divites ſuperſunt, cœteris ab hæreticis ſuppreſſis. Poſtremò conſiderandum eſt, an Laici divites plus, minuſvè divitiis abutantur, quàm Clerici. Vide *Eugubinum lib. 1. contra Laurentium Vallam. §. 7. cum ſeq.*

32 Cœterum, ut à digreſſione reflectamus ad id, quod erat inſtitutum, quamvis dubiæ quæſtiones, quæ in Fide Catholica, & Religione Chriſtiana oriuntur, ad Pontificem Max. referendæ ſint: inferiores tamen Prælati in Conciliis Provincialibus eas interdum definire poterunt; nimirum, cum erit in mora periculũ. Quod elegantèr his verbis Hermas Leomatius ait: *Si verò quis aliquod dogma in vulgus ſparſerit, de quo dubitari poſſit, hæreticum ne eſſet, an Religioni conſentaneum, hujus dijudicatio eſt ſummo ſummæ ſocietatis Religioſæ tribunali reſervanda; ut ſapientiſſimæ poteſtati difficillima detur quæſtio excutienda; Nec enim priùs inferioris dignitatis perſonis libera de his ſententia dabitur, quã ſuper jàm divulgato dogmate ità ſuprema poteſtas pronunciaverit, ut de re judicata nulla ampliùs ſuperſit ambiguitas. Si tamen illi, quibus harum rerum ſumma commiſſa eſt, ſeram ſint allaturi opem, & periculum ſit, ne ipſum negotium in pejus ſerpat, erit interim inferiori poteſtati hujus ſuſpecti dogmatis diſcuſſio permittenda; ut tamen illi, cum res poſtularit, ſuperioribus judicibus eam committant; Hoc propterea cautum ne dum ſuperiorum cenſura ſpectatur, Populo Chriſtiano peſtilens doctrina pro ſano dogmate divulgetur. c. majores de baptiſ. c. quoties 24. q. 1. Herm. lib. 2. de inſtaur. relig. cap. 9.*

33 Adde etiam, quòd ſi ex qualitate, aut multitudine illorum, qui ſuſpecti de

hæreſi

hæreſi eſſent, grave ſcandalum timeretur, non liceret Inquiſitoribus adversùs eos procedere non conſulto Pontifice Summo. Sed Inquiſitores Hiſpaniæ conſulere debent in his, aliiſq; gravjoribus cauſis Inquiſitorem generalem, & Senatum. *c. Inquiſitores de hæreticis lib. 6.* & inibi *Joannes And. & Philipp. Fran. 4. inſtru. Toletana cap. 21.* vide *Gonſalum de hæret. pravit. qu. 7. Alfonſum lib. 1. adversùs hæreſes cap. 8. & lib. 1. de juſta hæretic. puni. cap. 5. & deinceps.*

34 Illud autem prætereundum non eſt, quòd ſi Papa conceſſerit reſcriptum, ſeù privilegium aliquod in præjudicium officii Sanctæ Inquiſitionis, obtemperandum eſt illi, ſed non eſt executioni mandandum. Debet ergo ſupplicari ab ejuſmodi reſcriptis, ut Papa rectius informatus à regio Legato, ea revocet, vel ſuſpendat. Nec enim veriſimile eſt, ut Summus Paſtor Eccleſiæ quippiam facere voluerit in detrimentum Catholicæ Fidei, & hæreticorum favorem. *2. inſtr. Hiſpalen. cap. 3. c. ſi quando, & illic interpretes de reſcript. Hoſti. & Joan. Andr. in c. propoſuit de conceſſio. præben. Floria. in l. ſed, & loci §. 1. finium regundo. Lud. Carr. tract. de hæreticis nu. 99.*

35 Poſtremò, ſi Papa hæreticus eſſet, Generale Concilium de illius hæreſi cognoſcere poſſet; ſi verò hæreticus deceſſerit, ſucceſſor ejus judex eſſet. *c. ſi Papa 40. diſtinctio*, & illic *Præpo.* & cœteri *24. q. 1. c. 1. Archidia. Joan. And. Ancha. Domini, & Philip. Francus in c. fidei de hæreti. lib. 6. Albericus in rub. C. de hæreticis. Gonſalus de hæret. pravi. q. 7. Almainus de auctoritate Eccleſiæ cap. ult. Decius conſ. 151. Cajetanus de poteſtate Papæ cap. 18. cum ſeq. Albertus Pighius lib. 6. hierar. Eccleſ. cap. 14.* & deinceps *Alexand. Jaſ. Decius, & Horoſius noſter in l. eſt receptum de juriſdictio. omn. jud. Jaſon. conſ. 95. lib. 4.*

36 Neque eſt prætereundum id, quod Onuphrius annotavit in vita Bonifacii III. his verbis: *Additumq; ut Papæ nomen, quod omnium vocabulorum Epiſcopalium excellentius eſſe ſtatutum eſt, ſolus Romanus Pontifex (cum antè omnibus commune eſſet Epiſcopis) retineret, quo uno, & illo tantùm particulari nomine poteſtatis ejus dignitas, & ſuprà cæteras Eccleſias vetus prærogativa deſignaretur.* Divus quidem Hieronymus Beatum Auguſtinum in Epiſtolis ad eum ſcriptis, Papam vocat, & olim alii Epiſcopi venerandi, appellari Papæ ſolebant.

ANNOTATIONES.

1 Quoniam Lutherani &c.

De Summo Pontifice contra mendaces Neotericorum Acatholicorum calumnias, vide quæ ſcripſerunt *D. Thom. 2. 2. quæſt. 1. art. 10. & lib. 4. contra Gentes cap. 27. Cajet. opuſc. de auctor. Papæ. Valden. lib. 2. de doctrin. antiqua fid. cap. 47. & 48. Turrecrem. lib. 2. ſum. cap. 107. & ſequen. Cano de loc. Theolog. lib. 6 cap. 3. & ſequen. Banez 22. qu. 1. art. 10. dub. 2. Valentia 22. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 7. §. 28. & ſequen. Bellarm. lib. 4. cap. 2. Aragon. 2. 2. quæſt. 1. art. 10. tract. de Summ. Pontif.* & alii quam plures.

2 Conſtanter igitur &c.

Nota hìc quòd Summus Pontifex nedùm vocatur Chriſti Vicarius, ſed quandoq; etiam Vicarius D. Petri nuncupatur, ut videre eſt apud multos Patres, in multis Iuris Canonici locis, & præcipuè in Pontificali Romano edito juſſu B. Pii V. & Vrbani VIII. quæ vox, cum in præfatis locis idem ſonet, ac ſucceſſor, benè quadrat Summo Pontifici, qui verè, & propriè Petri ſucceſſor eſt; Vndè orta olim in Vrbe controverſia, an ex Romano Pontificali delendum eſſet Vicarii nomen, & pro eo ponendum illud ſucceſſoris; ſpecialem quandam Congregationem juſſu Vrbani VIII. ſuper hoc deputatam negativè reſpondiſſe defert *Diana part. 12. tract. 3. reſſol. 1.*

3 In primis ergo.

Quòd S. Petrus ſolus fuerit factus caput Eccleſiæ, vide Bullam retractation. Pii II. & quòd ei per clavium traditionem omnes Creaturæ ſint traditæ, lege *Greg. I. lib. 7. ex regeſt. epiſt. 97.* Auctoritates verò quamplures, & S. Scripturæ, & SS. Patrum invenies apud Auctores citatos ſupra *num. 1.* ſed præcipuè apud *Caſalium de Veterib. Chriſtianor. Ritib. cap. 79. per totum.*

6 Quòd autem omnes Summi Pontifices Petro ſuccedant &c.

Hac de re vide *Extrav. de majorita. & obed. c. Vnam Sanctam. Baron. Anno 34. ubi Spondan. num. 59.* & veritatem hanc catholicam eruditè probantem *Sander. lib. 7. de viſibil. Eccleſia Monarchia.*

11 Accedit eodem &c.

Eccleſiæ Regimen Monarchicum eſſe, noſq; haud acephalos fore, ut falsò blaterant Novatores, ex ipſo nomine Papæ, ſeu Summi Pontificis in Eccleſia antiquiſſimo rectè convincitur; ſi etenim Pontificia dignitas omnibus Eccleſiæ Prælatis æqualitèr competeret, nullus eſſet ſummus. Vnde Optatus Melevitanus lib. 2. contra Parmen. poſt initium ſic ſcribit: *Igitur negare non potes ſcire te in Vrbe Roma primò Cathedram Epiſcopalem eſſe collocatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum Caput Petrus, undè Cephas appellatus eſt, in qua una Cathedra unitas ab omnibus ſervaretur.* Quænam ſint nomina, quæ Romanorum Epiſcopo tribuũtur, vide apud *Bellarm. lib. de Rom. Pontif. qui ſupra cap. 31.* ubi ea omnia ex teſtium antiquitate

confirmat. De Vocabulo verò Papæ lege *Macrum lib. de notit. Vocabulor. Eccleſiaſt. verbo Papa.*

12 Ad hæc rerum contingentium &c.

Romanum Pontificem omnium Chriſtianorum Patrem, & Doctorem exiſtere, vide definitum in Concil. Florent. non longe à principio, & nota morem conſulendi illum in difficultatibus fidei apud omnes fideles, & omnibus ſeculis ſemper in Eccleſia viguiſſe; itàut D. Hieronymus metuens errare in ſecernendis hæreticis, & Nicęna Doctrina, Damaſi ſciſcitatur ſententiam, ut ſibi ſignificet nominatim quibus Epiſcopis in Oriente communicandum, & à quibus cavendum. Vide S. Doctorem hunc in Epiſt. ad Damaſ. ſicuti D. Baſilium in Epiſt. 52. ad Athanaſium, ubi ſic habet: *Viſum eſt autem mihi conſentaneum, ut ſcribatur Epiſcopo Romæ, ut quæ hìc geruntur conſideret; detque conſilium &c.*

18 Cœterum quia &c.

Succeſſio Summorum Pontificum ab obitu D. Petri uſque ad præſens tempus ſemper fuit una; ſed ſuccedendi modus varius, ſicuti varii fuerunt ritus Summi Pontificis eligendi. Clemens Pontifex quidē deſignatus fuit à Petro, ut hìc refert Simanc; verùm ille, Pontificatu recuſato, ad Petri Cathedrā, niſi poſt Lini, & Cleti mortem non aſcendit; poſt Clementem penes Clerum Romanum fuit jus Romani Pontificis eligendi, cui non ſemel ſe interpoſuit Populus; Auctoritatem hanc poſtmodum ſibi uſurpavit Odoacer Arianus Rex Erulorum, & Theodoricus Gothus Italiæ Rex, quorum exempla ſecuti Orientales Imperatores, eandem ſibi pariter uſurparunt; ſed juſtè Summis Pontificibus reluctantibus poſtea ceſſerunt; itàut in Concilio Romano Symmachus omnia, quoad Summi Pontificis electionem, in futurum more majorum ſervanda decreverit. Stephanus IV. in alio Concilio Romano ſtatuit, ne ex alio ordine, niſi Diaconus, vel Presbyt. Cardinalis Pontifex creari poſſet, hoc que, ut ſchiſmata, & ſcandala evitarentur. Gregorius X. in Conc. Lugdun. formam aſſignavit, circa ritus in Summi Pontificis electione ſervandos, nempe circa Cardinalium conclave &c. nàm circa tres eligendi formas, nempè Scrutinii, Compromiſſi, & Inſpirationis, antea decretum in Generali Concilio ediderat Innocentius III. ut habetur in *c. Quia propter 42. extr. de Elect.* Hodiè ex conſtitutione Gregorii XV. electio Summi Pontificis fit tantùm per ſecretum ſcrutinium, concurrentibus duobus votorum tertiis Emin. Cardinalium exiſtentium in Conclàvi, & jam hoc electionis ritu ſex Summi Pontifices electi fuerunt, Vrbanus nempè VIII. Innocentius X. Alexander VII. Clemens IX., & X., & Innocentius XI. Pontifex admirabilis pietatis, quem Deus in ſui gloriam, & Sanctæ Eccleſiæ exaltationem diù ſervare dignetur. Vide *c. ubi periculum de elect. in 6. & Baron. ad annos 69. 483. 526. 499. & 769. ubi Spondan. nu. 16. 3. & 2.* & nota, quòd licèt D. Petrus deſignaſſe legatur in Pontificem Clementem, ut annuimus ſupra, attamē nullus Summus Pontifex de ſui ſucceſſoris electione decernere poteſt, niſi per modum exhortationis, & conſilii, quemadmodum feciſſe quòque creditur ipſemet Princeps Apoſtolorum. Extat de hoc relatio Conciſtorialis, de qua vide *Victorellum in addit. ad Ciacconem in vita Pii IV.*

20 Hæc autem ſententia &c.

Notandum hanc Doctrinam procedere quòque, etiam ſi Romanus Pontifex aliquid ſinè Concilio definiat; dummodò hoc faciat ut Summus Chriſtianorum Doctor docens de Apoſtolica cathedra; Vide *Leonem IX. ep. 1. & Leon. X. conſt. 40. Exurge. D. Thom. 2. 2. quæſt. 1. art. 10. & lib. 4. contra Gentes cap. 17. Cajet. opuſc. de auth. Papæ. Valdens lib. 2. de doctrin. Antiq. fid. cap. 47. & 48. Turrecrem. lib. 2. ſumm. cap. 107. Bellarm. lib. 4. cap. 2. Canum de loc. Theolog. lib. 6. cap. 3.* & alios per multos aſſerentes hanc eſſe communem Catholicorum ſententiam. Argumentis in oppoſitum adductis reſponſa lege *loc. cit. apud eoſdem*; ſed præcipuè apud *Caſtropal. tract. 4. de fid. diſp. 1. punct. 3. §. 2. num. 7.* & apud *Delbene de loc. Theolog. part. 2. dub. 246. num. 13. & ſequen.*

24 Nec tantùm in controverſiis &c.

Spiritualis poteſtas Summi Pontificis ſe extendit ad ea omnia, quæ ad fidei propagationem, Religionis Chriſtianæ conſervationem, & exaltationem utilia, vel neceſſaria cenſentur. Ita DD. communitèr.

25 Quamvìs autem.

Notandum quòd poteſtas hæc, temporalis, quam habet Summus Pontifex in toto Terrarum Orbe, & ſuper Secularium Principum Regna, eſt indirecta, quatenùs ſcilicèt poteſtas temporalis ſubditur ſpirituali, & ad ejus conſervationem eſt neceſſaria, vel ſaltèm conducit. Vide *D. Thom. de Regim. Princip. lib. 2. & 22. quæſt. 10. Alenſ. part. 3. quæſt. 40. memb. 3. 4. part. qu. 10. in explicat. Miſſæ in illud, & pro Rege, & D. Bonavent. in lib. de Eccleſiaſtic. Hierarch. part. 2. cap. 1.* Vndè ſi Reges, & Imperatores condemnat, excommunicat, deponit, ſubditos eorum à fidelitatis juramento abſolvit &c. hoc facit, quoties ſunt impii, & iniqui, itàut ſinè Ovium Chriſti, & Catholicæ Fidei detrimento tolerari non poſſunt. Vide *Concil. Rom. 3. & 7. ſub Greg. VII. Lugdunenſ. 1. General. 13. c. ad Apoſtolic. & Cordub. lib. 1. quæſt. 57. dub. 2.*

32 Cœterum, ut à digreſſione &c.

Notandum quòd in Conciliis Provincialibus Definita revocari poſſunt à Papa, ejuſq; Vicario, nec ullius roboris ſunt, niſi ab eodem Summo Pontifice confirmentur. Vide notata ſupra *tit. 13. de Concil. num. 17.*

35 Poſtremò ſi Papa &c.

In hypotheſi, quòd hæreſis crimen contra Papam in Concilio probetur; non deſunt qui dicunt Papam nihilominùs à Concilio non eſſe damnandum, ſed eundem Papam ſententiam contra ſe promulgare debere; quod an verum ſit vide *c. ſi Papa 40. diſtinct.* allegatum hìc à Simanc. juxtà finem.

36 Neque eſt prætereundum &c.

Papæ nomine ſolùm Romanum Pontificem vocandum eſſe, ſtatutum fuit in Synodo quadam Romana ſub Clemente VII. Anno 1073.

De Pœnis. Titulus XLVI.

SUMMARIUM.

1 *POena triplici de cauſa à ſceleratis hominibus repeti ſolent.*

2 *Pœna, quæ duntaxat tendit ad illius emendationem qui peccavit, cujuſmodi ſit.*

3 *Pœna, qua damnum illatum reſarcitur, qualis ſit.*

4 *Pœnas à ſceleratis hominibus repetere Reipub. intereſt.*

5 *Pœna unius, metus multorum eſt.*

6 *Pœna eorum, qui delinquunt, documentum, doctrina, & exemplum eſt aliorum.*

7 *Hæretici propter multas cauſas juſtiſſimè puniuntur.*

8 *Hæretici puniendi ſunt, ne multos ſibi ſimiles faciant.*

9 *Hæretici maxima adhibita diligentia puniri debent.*

10 *Hæretici aſſerunt neminem propter hæreſes eſſe puniendum.*

11 *Libertas Lutheranorum peſſima.*

12 *Licentia, & impunitas homines deteriores reddit, correctio autem, & virga bonos.*

13 *Hæreticos puniri debere ex Evangelica lege deducitur.*

14 *Hæreticos puniri oportere, multis Sanctorum teſtimoniis probatur.*

15 *Hæreticos multò magis puniri oportet, quàm adulteros.*

16 *Hæretici majori quodam jure puniri debent, quàm falſarii.*

17 *Hæreticum multò magis punire oportet, quàm ſicarium, & homicidam.*

18 *Seditio quàm peſtifera, & pernicioſa ſit Reipub.*

19 *Hæreticus pernicioſiſſimæ ſeditionis cauſa eſt in Republica.*

20 *Hæreſis, & ſchiſma unitatem, & amicitiam civitatum, & populorum miſerabiliter diſſipant.*

21 *Mæcenatis conſilium ad Auguſtum Cæſarem in novarum Religionũ auctores.*

22 *Hæreticis cum Catholicis nulla pax, neque amicitia eſſe poteſt; neq; inter ipſoſmet hæreticos.*

23 *Hæretici quot malorum cauſa extiterint ſemper in Repub.*

24 *Arriana peſtis quot mala olim invexerit.*

25 *Hæretici cum muros Eccleſiæ Catholicæ vjolent, multo majori ſupplicio digni ſunt, quàm qui muros civitatum demoliuntur.*

26 *Hæretici, cum in Cleros, & Monachos immaniſſimi ſint, puniri debent.*

27 *Lutherani cum ſanctimoniales, & virgines rapiant, & vjolent, gravi ſupplicio afficiendi ſunt.*

28 *Lutherani, multò gravius puniri debent, quàm ſacrilegi.*

29 *Lutherani, cum Sacram Dei Militiam deſerant, gravjus puniendi ſunt quàm militiæ profanæ deſertores.*

30 *Lutherani gravjus quàm transfugæ puniri debent.*

31 *Lutherani, cum occidant Eccleſiam Matrem regenerantem, gravjus quàm parricidæ puniri debent.*

32 *Hæretici juſtiſſimè puniuntur, quia fures ſunt, & latrones, & per oſtium Eccleſiæ non intrant.*

33 *Religionis vjolatores apud omnes nationes ſeveriſſimè ſemper puniti ſunt.*

34 *Religionum novarum auctores, in quos graviſſimè animadverſum eſt, nonnulli adducuntur.*

35 *Religionis contemptores, qui ea de cauſa puniti ſunt.*

36 *Eccleſia Catholica in quem finem hæreticos punire ſoleat.*

37 *Eccleſiæ prima intentio eſt, ut hæretici convertantur.*

38 *Pœnis cur impios affici oporteat.*

39 *Legis officium.*

40 *Hæreticos quantum oporteat puniri, docet experientia.*

41 *Hæreticorum punitionem rem eſſe Reipub. ſaluberrimam, Hiſpania teſtis eſt.*

42 *Hæretici impiiſſimi ultimi ſupplicii pœna jure optimo damnantur.*

43 *Hæreticos ultimo ſupplicio affici debere, ex Numerorum libro deducitur.*

44 *Religionis contemptores reos eſſe mortis, omnes philoſophi ſenſerunt.*

45 *Hæretici jure optimo comburuntur.*

46 *Hæreticos igni tradi, juri divino conſonat.*

47 *Ignis pœna adverſùs impios, & hæreticos antiquiſſima eſt.*
48 *Hæretica peſtis igne extirpanda eſt, ne nobis Deus iraſcatur.*
49 *Hæretici, qui igni tradendi ſint.*
50 *Hæreticis pertinacibus, & manifeſtis bellum inferre licet, illoque indicto, eos occidere, & ſpoliare.*
51 *Prægnans mulier, & ſi hæretica ſit, non punienda eſt, donec pariat.*
52 *Hæreticis data fides ſervanda non eſt.*
53 *Hæreticis data fides quare non ſit ſervanda.*
54 *Hæreticis fides à Principe, vel publica Poteſtate data ſervanda eſt.*
55 *Hæreticis quare omnia commercia ſint interdicta.*
56 *Hæreticis quæ legata fuerint, quando ad fiſcum pertineant.*
57 *Hæretici ab omnibus judiciorum actibus repelluntur.*
58 *Hæretici judices eſſe non poſſunt.*
59 *Philippus pater magni Alexandri quendam judicem officio privavit, eo quod capillos ſibi inficeret.*
60 *Theodoricus Aſſer Diaconum ſuum occidit, quòd ad Arrium defeciſſet.*
61 *Hæretici non poſſunt aliquod officium publicum gerere.*
62 *Hæretici nullam Eccleſiaſticam poteſtatem habere poſſunt.*
63 *Hæretici beneficiis, & juribus Eccleſiaſticis frui non poſſunt.*
64 *Judices plures, & diverſi, eodem tempore, contra eundem hæreticum, procedere poſſunt.*
65 *Hæreticus ad Eccleſiam fugiens non defendetur præſidio ſanctitatis loci.*
66 *Hæretici perpetua notantur infamia.*
67 *Pœna eadem in Plebejos, & Nobiles conſtituta eſt in crimine hæreſis.*
68 *Nobilis in hæreſim incidens, infamis, & vilis habetur, & Plebejorum pœna puniendus eſt.*
69 *Clericus, qui ſit hæreticus pertinax, relapſus, vel impœnitens, quo pacto puniendus ſit.*
70 *Clericorum hæreticorum degradatio, ſivè exauguratio, quo pacto facienda ſit.*
71 *Clerici hæretici bonis omnibus temporalibus, Eccleſiaſticiſq;, & dignitatibus privandi ſunt.*
72 *Clerici hæretici an beneficiis Eccleſiaſticis privati ſint ipſo jure.*
73 *Hæreticis manifeſtis eorum vaſſalli obedire non tenentur, nec quiſquam eis depoſitum reddere, aut fidem, & obſequium præſtare debet.*
74 *Hæreticus privatus eſt omni dominio naturali, civili, & politico.*
75 *Regis hæretici regnum, cum ſuperiorem non habeat, an confiſcari poſſit.*
76 *Suſpecti de hæreſi quando puniri poſſunt pœnis pecuniariis.*
77 *Hæredes eorum, qui ſuſpecti erant de crimine hæreſis, condemnari non debent ad pœnas pecuniarias præſtandas.*
78 *Judex quo pacto ſe gerere debeat in pœnis arbitrariis.*
79 *Iudex, cum cauſa id exigit, pœnas etiam legibus præfinitas augere, vel temperare poteſt.*
80 *Hæreſiarchæ, & Magiſtri errorum durius puniendi ſunt.*
81 *Judex an poſſit arbitrio ſuo pœna mortis aliquem afficere.*
82 *Hæretici, non modo pœnis temporalibus, ſed æternis etiam puniuntur.*
83 *Hæreſiarcharum pœna in inferno erit graviſſima.*
84 *Opera bona extra charitatem, & unitatem facta quid proſint.*
85 *Judices quali animo eſſe debent ad judicandum.*
86 *Pœna cur publica eſſe debeat.*
87 *Hæreſim qui dixit, aut fuit hæreticus ante multos annos, mitius puniendus eſt, ſi correctus fuerit.*
88 *Domus, in quam hæretici conveniebant ad hæreſes docendas, olim à fiſco vendicabatur.*
89 *Domus aliena, in quam conveniunt hæretici, domino domus permittente, confiſcatur, & Dominus punitur.*
90 *Domus prædicta Eccleſiæ Catholicæ adjudicatur plurimis conſtitutionibus.*
91 *Domus iſta hodiè, aut publicatur, ſi hæretici eſt; aut funditus evertitur, ſi aliena.*
92 *Officialem Sanctæ Inquiſitionis, qui ſe finxerit, quomodò puniendus ſit.*
93 *Officialem Sanctæ Inquiſitionis qui ſe finxerit, quomodò hodiè puniri ſoleat.*

De Pœnis.

1 Divina, & naturali lege injuſtorum, ſuperborumque crimina juſtiſſimè vindicantur; peccatis autem puniendis tres cauſas attribuunt: unam, ut is, qui deliquit, corrigatur, & emendetur: alteram, ut ei ſatisfiat, in quem eſt peccatum: tertiam, ut cœteri à ſimilibus peccatis metu pœnæ detereantur.

2 Cœterùm pœna illa, quæ tendit ad emendationem duntaxàt ejus, qui peccavit, levjor, & occultior, ut plurimùm eſſe ſolet; cujuſmodi eſt, caſtigatio parentum, maritorum, dominorum, & magiſtrorum; addo etiam, & Inquiſitorum, quotiès levjora peccata pœnitentium occulta pœna coercent. *l. 1. de emenda. propinquo, & l. 1. C. de emenda. ſervo. l. praeceptoris, ff. ad legem Aquil. l. item quaeritur. §. item Julianus ff. locati.*

3 Ea verò pœna; qua damnum datum reſarcitur, ad juſtitiam commutativam præcipuè pertinet; commutat enim mulctam pro culpa; quinimò juſtitia ipſa punitiva (ut verbis utar Scoti) eſt commutativa pœnæ pro culpa, & non reſpicit punctum indiviſibile; ſed mediam habet latitudinem intra metas rectæ rationis. *Scotus in lib. 4. ſent. diſt. 19.*

4 In gravjoribus tamen criminibus nõ tantùm ſatisfieri debet ei, qui damnum paſſus eſt, ſed etiam univerſæ Reipublicæ; cujus in primis intereſt, ne crimina ſint impunita. *l. locatio. § quod illicitè de publi. & vectig. c. ut fama de ſent. excommunica.*

5 Sed illa cauſa pervagatior eſt, ut unius pœna metus multorum ſit; nàm &
Cap. 13. in Deuteronomio legitur, *ut Omnis Iſrael*
Cap. 19. *audiens timeat: ut audientes cœteri timorem*
Cap. 21. *habeant: ut univerſus Iſrael audiens perti-*
Cap. 19. *meſcat*. Et in Proverbiis: *Peſtilente flagel-*
Cap. 21. *lato, ſtultus ſapientior erit; mulctato peſtilẽte, ſapientior erit parvulus*; nàm dum flagellatur peſtilens, etiam innocens aſtutior fit. *l. 1. C. ad leg. Juli. repetur. Deute. 13. & 19. & 21. Prover. 19. & 21.*

6 Accedit eòdem; quòd pœna eorum, qui delinquunt, documentum, doctrina, & exemplum eſt aliorum. Divinus Plato in Gorgia: *Convenit*, inquit, *omnem qui ab aliquo rectè punitur, vel ipſum fieri meliorem, utilitatemq; percipere, vel cœteris exempla dare, ut alii pœnas ejus conſpicientes, meliores ob timorem efficiantur; proſunt enim aliis tanquàm exemplum, monimentum, & ſpectaculum.* Et Julius Cæſar libro ſexto de bello Gallico: *Ut ſint reliquis documento, & magnitudine pœna perterreant alios.* Et Seneca lib. primo de ira: *Ut omnium documentum ſint, & qui alicui noluerunt prodeſſe, morte certè eorum Reſpublica utatur; ideſt, ut qui vita nocuerunt, morte ſaltem exemplo proſint.* Et Cyprianus ſermone de lapſis: *Plectuntur quidam, quò cœteri corrigantur; Exempla ſunt omniũ tormenta paucorum.* Et Hieronymus ad Demetriadem: *Ut pœna quorundam ſit doctrina multorum.* Quamobrem Ueteres quoque noſtri exempla pro maximis, graviſſimiſque pœnis dicebant; & à Græcis quaſdam pœnas paradigmata, ideſt, exempla deterrentia dici, ſatis compertum eſt. Itaq; meritò pro Republica puniuntur improbi, ut qui ſemel peccavit, non peccet iterùm; & qui tranquilitatem publicam perturbavit, eam deinceps promoveat, dum is, qui præbuit exemplum peccandi, præbeat aliis etiam exemplum ſatisfaciendi. *Gellius lib. 6. cap. 14. Cælius lib. 6. cap. 14. Bieſius lib. 2. de repub.*

7 Propter has omnes, & alias cauſas hæretici juſtiſſimè puniuntur, ut corrigantur, & emendentur, ut Chriſtianæ Reipublicæ ſatisfiat, ut cœteri pertimeſcant. Accedit illa quoque cauſa, ut ne bonis noceant; ideò enim factæ ſunt leges pœnales (quæ Auguſtini, & Iſidori ſententia eſt,) ut humana coerceatur audacia, tutaq; ſit inter improbos innocentia; & in ipſis improbis, formidato ſupplicio refrẹnetur nocendi facultas. Marcus ille Cato apud Saluſtium ait: *Qui paucis ſceleſtis parcunt, bonos omnes perditum eunt.* Et civis meus Seneca libro de moribus: *Bonis nocèt qui malis parcit.* Et Iſæus: *Qui puniunt injuſtos, ii reliquis injuriam fieri probibent.* Et Lactantius lib. de ira Dei: *Bonorum ſalutem cuſtodit, qui malos punit. Auguſtinus Macedonio epiſtola 54. Iſidorus lib. 5. etymo. cap. 20. c. facta. 4. diſt. Lactantius cap. 17. c. pen. 45. diſtin.*

8 Eo-

8 Eòdem ferè tendit Platonis dictum, lib. 10. de legib. *Qui liberè adverſus Deos ſacrificia, vel juſiurandum obloquitur, niſi puniatur, multos forſan ſibi ſimiles faciet.* Itaque puniendi ſunt hæretici, ne multos ſibi ſimiles faciant; nàm ſermo eorum, ut cancer ſerpit. Et ut Hieronymus inquit: *Sibilus hæreticorum irremediabilitèr mentes auditorum vulnerat.* Oportet igitur, ut coerceantur hæretici, antequàm alios corrumpant; ut enim Demoſthenes contra Ariſtogitonem ait: *Inſanabile ingenium oportet exterminare, & tollere è medio, nec eo uſq; ſpectare, dum accipiatis malum, præſertim quod ſit Reipublicæ pernicioſum; ſed maturè præcavendum eſt; Sic enim conſiderate; neminem fortaſsè veſtrum unquam ſerpens momordit, aut araneus; ſed tamen eas animantes, ut videritis, ſtatim occidetis; Ad eundem igitur modum, Athenienſes, etiam eum natura ſerpentina præditum hominem videritis, ne dum veſtrum ſingulos mordeat, ſpectate; ſed primus quiſque, qui in eum inciderit, ulciſcatur.* Cujus ſententiam Philo renovans, libro 2. de ſpecialibus legibus inquit: *Sicut viperas, ſcorpios, aliaſq; venenoſas beſtiolas, priuſquàm mordeant, aut ſaucient, aut omninò ſe commoveant, ſinè mora ad primum aſpectum occidimus, præcavendo genuinam eorum malitiam, priuſquàm noceant; eodem modo etiam homines plectendi ſunt, cum ſint animalia rationalia, nihilo ſecius à nativa manſuetudine in ferinos mores degenerant; & pro delectamento habent lædendi quotquot poſſunt licentiam.*

9 Multò magis puniri debent hæretici, qui jàm nocuerunt, præſertim ſi ſint inſanabiles; ut enim Cicero inquit Philippica 8. *In corpore ſi quid ejuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, uri, ac ſecari patimur, ut membrorum aliquod, potiùs quàm totum corpus intereat; ſic in Reipublicæ corpore, ut totum ſalvum ſit, quidquid eſt peſtiferum amputetur.*

Cuncta priùs tentanda, ſed immedicabile vulnus,
Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

Et Plato Divinus lib. 9. de legibus ait: *Quos inſanabiles legislator eſſe ſenſerit, ultimo ſupplicio hos afficiet, non ignorans, ſatius fore his, qui inſanabiles ſunt, mori, quàm vivere, ac ſi vita privantur, duplicitèr prodeſſe cœteris; nàm horum exemplo à peccato cœteri deterrentur, & improbis hominibus Civitas ipſa mundatur.* Et Hieronymus apud Gratianum: *Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ovis à caulis repellenda, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant, intereant. Arrius in Alexandria una ſcintilla fuit, ſed quoniam non ſtatim oppreſſus eſt, totum Orbem ejus flamma populata eſt. c. reſecandæ 24. q. 3.*

10 Sed ajunt hæretici, fidem rem eſſe liberam, ac proindè neminem propter hæreſes puniendum eſſe. In quò ſanè mihi perindè facere videntur, ac ſi fures, latrones, Raptores, Sicarii, & cœteri facinoroſi dicerent, furta, latrocinia, rapinas, homicidia, & alia ſimilia crimina impunita eſſe debere; nàm hæreſis crimen his omnibus gravjus, & peſtilentius eſt. Quod autem ajunt, neminem eſſe cogendum ad ſuſcipiendam fidem: quis negat? ſed qui fidem Catholicam ſuſcepit, cogendus eſt in ea perſeverare, ne arbitrio ſuo abutens, in hęreſes inſaniſſimas pręcipitetur, & perditus ipſe cęteros perdat. D. Chryſoſtom. ſermone de Fide, Spe, & Charitate, rectiſſimè, ut ſolet, inquit: *Eſt fides pactum cum Deo, cum Chriſto placitum, conſignatio promiſſorum; denique quoties ad iſtam fidem acceditur, & pactum inter hominem, & Deũ firmatur, tunc homo Deo ſe credere profitetur, & à Deo homini pignus quoddã Spiritus Sancti tribuitur. Teneris igitur Chriſtiane, & tenes: aliud à Deo accipis, aliud Deo promittis, non debes placitum deſtruere, cujus te pignus conſpicis retinere; nàm ſi inter homines ſemper pacta ſervantur, & quidquid inter ſocios aliquando placuerit, inconcuſſa fidei firmitate tenetur, ne ſit vjolatæ fidei reus qui, aut placitum ſoluerit, aut pactum ruperit, aut ſocialem conventum perfida calliditate mutaverit: quantò tenacius, firmiuſque ſervandum eſt quod cum Deo contrahitur, quod cum Chriſto initur, quod in ſpem promiſſorum cœleſtium copulatur? c. diſplicet 23. quaſt. 4. cum ſeq. c. vides 23. quaſt. 6. c. de Judæis 45. diſtin. confeſſio Polonica cap. 91. Cornelius Janſenius in concordiam Evangelicam cap. 52.* ubi rectè reſpondet parabolæ de zizaniis.

Dicta hæreticorum inſana.

11 Nec moveat quemquam effrænata illa libertas Lutheranorum; nàm, ut Auguſtinus inquit: *Poſſe peccare, nec libertas eſt, nec pars libertatis; quæ eſt enim pejor*

mors,

mors, quàm libertas terroris? Et Plato epiſto. 8. *Servitus, ac libertas, ſi modum excedat, utraque mala eſt, ſi modum obſervet, utraque bona*. Et Ariſtoteles lib. 5. polit. cap. 9. ait: *Vitioſum eſſe vivere, ut unuſquiſq; vult; vivere autem convenientèr Reipublicæ non ſervitutem, ſed ſalutem eſſe*. Et Chryſoſtomus in Epiſt. Pauli ad Romanos ſermo 23. *Libertas diſſoluta, & moderamine carens, ubique mala, confuſioniſque cauſa eſt*. Poſtremò, ii hæretici ſunt, quos D. Petrus velut digito oſtendit, dicens: *In errore converſantur, libertatem promittentes, cum ipſi ſervi ſint corruptionis &c. 2. Petr. 2. Augu. epiſt. 166. & epiſto. ult. c. extremo de pœnitentia diſt. 2.*

12 *Virga, atque correctio tribuit ſapientiam*, ut ait Sapiens: *Puer autem, qui dimittitur voluntati ſuæ, confundit matrem ſuam*. Et Comicus: *Deteriores nos omnes ſummus licentia*. Et Iſaias. *Sola vexatio intellectum dabit auditui*. Et alibi: *Miſereamur impio, & non diſcet juſtitiam facere*. Et lib. 2. Machab. cap. 6. *Multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim ultiones adhibere, magni beneficii eſt indicium*. Adde quòd, ut Hieronymus inquit, lib. 2. adverſus Pelagianos: *Ille hæreticum interficit, qui eſſe hæreticum patitur*. Cœterum noſtra correptio, vivificatio eſt, ut hæreſi moriens, vivat Catholicæ Fidei. *Proverb. 29. Iſa ja 26. & 28.*

Prov. 29. Cap. 16. Cap. 28.

13 Et ne aliundè argumenta petamus, ex ipſa Evangelica lege perſpicuè conſtat hæreticos puniendos eſſe. Ac primùm quidem Veritas ipſa per Matthæum, & Marcum inquit, *Væ homini illi, per quem ſcandalum venit; expedit enim ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria ad collum ejus, & demergatur in profundum maris*. Nemo autem eſt, à quo tam grave ſcandalum veniat, quàm ab hæretico. Deindè Paulus Apoſtolus pſeudoprophetam cœcitate percuſſit, quia ſubvertebat vias Domini rectas, & proconſulem à Fide conabatur avertere. Et alibi punitionem hæreticorum idem Paulus deſiderabat, inquiens: *Utinam abſcindantur, qui vos conturbant*. Et in Joannis Apocalypſi, Deus ipſe increpavit Epiſcopos, qui hæreticos tolerabant. Poſtremò eòdem pertinent omnia illa Chriſti verba, quibus hæretici nominantur Lupi rapaces. Quis enim Lupos ovibus Chriſti inhiantes non perſequatur? quis comprehenſos non interficiat? *Matth. 18. Marci 9. act. 13. ad Galat. 5. Apocalypſ. 2. Matt. 7.*

Auctoritates S. Scripturæ de tuſta Hæreticorum puni-tione. Cap. 18. Cap. 9. Act. 13. Ad Galat. 5. Cap. 2.

14 Præterea, idipſum innumerabiles Eccleſiæ Pontifices Sancti, Doctoreſque tradiderunt: Ego tamen brevitatis cauſa tribus ero contentus. Anaſtaſius Pontifex Max. Manichæos, quoad Fidem Catholicam perducere non potuit, ne Sanctum gregem ſua contagione polluerent, per publicos judices perpetuo exilio relegavit, & Leo ille Magnus ad Leonem Auguſtum ſcribens, inquit: *Hæreticorum pertinax inſidioſa contentio illicò conquieſcit, ſi Imperiali poteſtate frænetur*. Et Bernardus in Cantica: *Melius foret proculdubio, ut coercerentur gladio illius, qui non ſinè cauſa gladium portat, quàm ut multos in ſuos errores attrahere permittantur*. Præterea Cyprianum, Origenem, Nazianzenum, & ingens agmen; *Conſtantinus Armenopulus lib. 6. promptuarii tit. 11. Origenes ſuper Numeros homilia 9. Cyprianus lib. de exhortatione martyrii cap. 5. Nazianz. oratio 10. Auguſt. lib. 3. contra Gaudentium cap. 26. & epiſt. 48. Leo epiſt. 72. & 80. & 91. Bernar. in Cantica homil. 66. Thom. 2. 2. quaſt. 10. cum ſeq. Alphonſus lib. 2. de juſta hæretic. punitione cap. 3. Hermas lib. 7. de inſtaura. religio. cap. 22. & deinceps c. non vos, & ſeque. c. ſi audieris 23. quaſt. 5. c. nimirum c. diſplicet cum ſeq. 23. quaſt. 4. c. nec is 15. quaſt. 1.*

SS. Patr. qui juſtas hæreticorum pœnas eſſe tradiderunt.

15 Hùc accedunt argumenta fortiſſima; nàm hæretici crimen gravius eſt, quàm adulterii corporei; Severius igitur puniendum eſt. Quo argumento utitur Auguſtinus in ea epiſtola, quæ eſt ad Bonifacium, dicens: *Cur enim, cum datum ſit divinitus homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniantur, & ſacrilegia permittantur? an fidem non ſervare animam Deo, levjus eſt, quàm fœminam viro?* epiſtola 50. & Sanctus Ambroſius ſerm. 50. *Gravius eſt religionis adulterum eſſe, quàm corporis*.

Rationes validiſſimæ quibus juſta hæreticorum punitio probatur.

16 Deindè, falſarius, qui monetam, qui leges, qui reſcripta Principis falſat, juſtiſſimè quidem punitur; quantò magis hæreticus, qui Scripturam Sacram, qui leges Omnipotentis Dei corrumpit, atque ſubvertit? Demoſthenes ille oratione contra Timocratem, inquit: *Illud etiam vobis recitabo, quòd Solonem aliquando dixiſſe ferunt*

runt apud judices, in eo accuſando, qui legem pernicioſam rogarat, in hanc ſententiam: Receptum eſſe in univerſum apud omnes Civitates, qui monetam adulterarit, morte mulctandum. Deindè interrogaſſe judices; num eis ea lex juſta, & laudabilis videretur? Qui cum videri ſibi reſpondiſſent; ſubjeciſſe: putare ſe ſe argenti monetam privatorum contractuum cauſa repertam inter cives, ſed leges monetam eſſe Reipublicæ; judices igitur opertere, multò magis ſi quis eam, quæ Civitatis moneta ſit, corrumpat, odiſſe, & punire, quàm ſi quis eam, quæ ſit hominum privatorum. Atque ut intelligerent, haud dubiè majus eſſe delictum corrumpere leges, quàm adulterare monetam, addidiſſe; multas Civitates, haud diſſimulanter argento, quod ſit ære, & plumbo contemperatum, utentes, tamen eſſe incolumes, nec ullum ex ea re capere detrimentum; at ſi qui perindè legibus adulterinis uſi, receptas corrumpi ſiverint, eorum nullos unquàm non internecione periiſſe.

17 Ad hæc, homicida juſtiſſimas peccati ſui pœnas luit, & eo magis, ſi per inſidias, aut veneno interfecerit quemquam; hæreticus autem inſidiator peſſimus gravjoribus pœnis dignus eſt, quippè qui multorum incautas animas veneno peſtiferi dogmatis morte infeliciſſima occidit. Atteſtatur mihi D. ille Hieronymus, qui in caput Job. 24. *Hereticus*, inquit, *homicida eſt, qui animas hominum noxiis, & lethalibus ſenſibus interficit.* Et Auguſtinus qui ait: *Videte qualia faciunt, & qualia patiuntur. Occidunt animas, affliguntur in corpore, ſempiternas mortes faciunt, & temporales ſe perpeti conqueruntur.* Adde, quòd *ubi de religione, ibi de vita quoq; agitur*, ut Philo inquit libro in Flaccum. *c. quando 23. q. 4.*

18 Item, ſeditioſi homines, qui civium pacem, & amicitiam pervertunt, & Reipublicæ tranquillitatem diſſipant, & diſturbant, quibus ſuppliciis digni non ſunt? Hoc ſpectant leges, hoc volunt incolumem eſſe Civium conjunctionem, quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis; damno coercent, ut Cicero dixit. Et Plato ille divinus lib. 5. de Repub. docet, *Nihil eſſe civitati pernicioſius, quàm diviſionem, atque diſcordiam; nihil melius quàm concordiam, & unitatem.* Ariſtoteles quoque lib. 2. politicorum, cap. 2. ait: *Summum bonum Civitatibus in amicitia ponendum eſſe.* Et alibi: *Videtur*, inquit, *amicitia Remp. continere, & majore quàm juſtitia, in ſtudio fuiſſe legum latoribus. Quòd ſi amicitia intèr omnes eſſet, nihil eſſet quod juſtitiam deſiderarent: at ſi juſti eſſent, tamen amicitiæ præſidium requirerent.* Denique finis univerſæ virtutis eſt amicitia, & unitas, ut Pythagorici tradunt, & Proclus eſt auctor, libro de anima, & Dæmone. *Ariſto. 8. ethico. cap. 1. Cicero 3. offic. Julius Paulus lib. 5. ſenten. tit. de ſeditioſis.*

19 Atqui nemo eſt, qui tàm pernicioſam ſeditionem in Rempub. inferat, quàm hæreticus impius; nemo qui tot ſimul Populorum, tot Gentium, tot Nationum, non modo corporibus, verùm etiam animis peſtem, & interitum machinetur. Eſt quidem hæreticus vjolator peſſimus Eccleſiaſticæ pacis, quæ non niſi unitate prędicationis Evangelicæ cuſtoditur, ut Leo ad Martianum Auguſtum ſcripſit. *epiſto. 57. l. 4. tit. 1. lib. 16. C. Theodo. Brunus lib. 2. de ſeditio. cap. 10.*

20 Unitatem autem, & amicitiam nihil magis pervertit, quàm ſchiſma, & hæreſis; ut enim Nazianzenus inquit: *Nihil æquè germanos Dei cultores inter ſe conciliat, atque conſentientes de Deo ſententia; quemadmodum contra, nulla re facilius amicitiæ diſſolvuntur, quàm diverſa in hujuſmodi rebus animorum ſententia; hic enim leniſſimus quiſque, & moderatiſſimus intumeſcit, & manſuetus verè pugnax efficitur, cum ſe lenitate ſua Dei jacturam facere perſpicit, imò, ut rectiùs loquar, prolapſione ſua Deum detrimento afficere, qui nos, & pro divitiis habet, & divites reddit.* Et Hieronymus: *Nullus eſt inter eos fidus affectus, quorum diverſa fides eſt.* Nàm quemadmodùm extrà controverſiá eſt, nulla re magis, quàm efficaci religione, atque ejus unitate, in unius corporis ſocietatem conciliari, contineriq; liberos homines; ſic omnibus perſpicuum eſt, nihil eos magis ſeparare, & contra ſe dividere; quàm in religione diſſidium, pugnam, atque diſcordiam. Id namque diſſidium omnium maximum, & pernicioſiſſimum eſt, primùm, quòd rem præſtantiſſimam, religionem ſcilicet, perturbet: deindè, quòd ſocietatem omnibus communem, & arctiſſimam ſua contagione laxet; deniq; quòd amicitiam ſolvat,

vat,

vat, qua neque jucundior, neque ſanctior, eſſe poteſt; nam, cum inter omnes res humanas nihil ſit religione pręſtantius, nil, in quo pari animorum alacritate proni ſint homines, nil etiam, cui firmius adhæreant; neceſſariò relinquitur, ut nulla, neque arctior, neq; tenacior, neq; jucundior eſſe queat, aut debeat amicitia, quam ea, quæ ex Chriſtianę religionis conſenſu naſcitur; & contra; nullum odium vehementius, & pertinacius, & acerbius, quàm quod ex religionis diſſidio oritur; Ex diverſitate autem religionum protinus ſeditiones oriuntur. *novel. conſtitutio* 103. *Actio*. 14. *Nazianze. oratione* 1. *de pace. Hierony. in Matt. cap.* 10. *Hermas lib.* 2. *de inſtauranda religione cap.* 1.

21 Huc pertinet conſilium illud prudentiſſimi Mæcenatis ad Auguſtum Cæſarem: *Deum*, inquit, *ſemper, & ubique ita cole, ut moribus patriæ eſt receptum, ad eundemque cultum alios compelle; peregrinarum verò religionum auctores odio, & ſuppliciis proſequere, non modò deorum gratia, quos qui contemnit, haud dubiè nihil quoque aliud magni faciet, ſed propterea etiam, quòd qui nova numina introducunt, multos ad utendum peregrinis legibus pelliciunt; ideò conjurationes, coitiones, & conciliabula exiſtunt; minimè unius principatui commoda res.* Hæc *Dion. Caſſius hiſtoriæ Romanæ lib.* 52.

22 Non igitur amicitia vera, nec concordia, aut pax eſſe poteſt inter Catholicos, & hæreticos, ne inter ipſos quidem
Cap. 48. impios. *Non enim eſt pax impiis*, ut ait
Cap. 57. Iſaias, ſed ſunt *quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus ejus in conculcationem, & lutum.* Et ut Plato inquit in Lyſide: *Improbi nunquam vel ſibi ipſis, vel invicem, ſimiles ſunt, & amici, ſed ſtolidi penitus, & inſtabiles.* Et Ariſtoteles lib. 9. ethi. *Improbi, niſi ad breve, & exiguum tempus, concordes eſſe non poſſunt:* & alibi: *Pravus nunquàm ſibi amicus eſt, ſe namque ſemper oppugnat.* Et Proclus libro de anima: *Improbus ſecum conſentire non poteſt; Cumque ſemper ſecum pugnet, nimirum cum aliis conſentire non poteſt; neceſſe eſt enim, tùm propter naturam rationalem videre quodammodo verum, tùm propter rationem perturbatam plurimùm ignorare, ſecumque deſidere.* Et paulò poſt: *Contingit meritò pleriſq; ad ſe ipſos diſcordia frequens; quoniam aliqua quidem à ſenſibus intromittunt, aliqua rurſùm ab imaginatione, aliqua ab opinione frequentèr, nonnulla ab ira, à concupiſcentia multa; non enim ſolùm ex opinionibus tales quadam paſſiones moventur hominibus, ſicut Stoici tradunt; ſed etiam contra, propter paſſiones quaſdam, & impetus, opiniones ſæpè permutant; quandoque ex optimis peſſima ſæpè reportant. Hi ergo à multis principiis, atq; potentiis, & his quidem deterioribus, multiformes in ſe motiones accipientes, nimirum animam diſſidentem habent, atque diſcordem. Scientia verò recta præditi ab uno quodam ſuperiore principio, cogitationem ſuſcipiunt univerſam; intellectus enim eis principia tradit; jàm verò omnes ſententiæ veræ filiæ ſunt intellectus. Cum igitur à tali quodam principio ſimplicitate procedant omnes, meritò omnes invicem ſunt concordes. Iſaiæ* 48. & 57. *lib.* 9. *ethic. cap.* 6. & *lib.* 2. *Magno moralium cap.* 11.

23 Quàm ſint hæretici rebus publicis pernicioſi, teſtis eſt nunc Germania, teſtis Gallia, teſtis Flandria, teſtis fuit nuper Anglia, teſtis jàm olim univerſus Orbis, impiorum hæreſibus frequentèr concuſſus. Arrianorum perfidia (ut uno ſim exemplo contentus) non ſolùm parvæ res, ſed etiam maximæ labefactatæ ſunt; nec enim tãtùm affinitates, cognationes, amicitiæ, domus; verùm etiam Urbes, Populi, Provinciæ, Nationes, univerſum poſtremo Romanũ Imperium funditus concuſſum, & emotum eſt. Nàm, cum profana ipſa Arrianorum novitas, velut quædam furia, capto priùs omnium Imperatore, cuncta deindè Palatii culmina legibus novis ſubiugaſſet; nequaquam deinceps deſtitit univerſa miſcere, atq; vexare; privata, ac publica, ſacra, profanaq; omnia, nullum boni, & veri gerere diſcrimen, ſed quoſcunq; collibuiſſet, tanquam de loco ſuperiore percutere.

24 *Tunc temerata conjuges, depopulatæ viduæ, profanatæ virgines, monaſteria demolita, diſturbati clerici, verberati levitæ, acti in exilium Sacerdotes, oppleta Sanctis ergaſtula, quorum pars maxima interdictis urbibus protuſi, atque extorres, inter deſerta, ſpeluncas, feras, ſaxa, nuditate, fame, ſiti affecti, attriti, & tabefacti ſunt. Atque hæc omnia, nunquid ullam aliam ob cauſam, niſi utique, dum pro cœleſti dogmate humanæ ſuperſtitiones introducuntur, dum benè fundata Antiquitas ſceleſta novitate ſubruitur:*

dum ſuperiorum inſtituta vjolantur; dum reſcinduntur ſcita Patrum; dum convelluntur definita Majorum; dum ſeſe intra ſacrata, atque incorrupta vetuſtatis caſtiſſimos limites profana, ac novella curioſitatis libido non continet? Hæc Vincentius Lyrinenſis libro adversùs hæreſes. Vide *Reginaldum Polum ad Henricum VIII. Regem Angliæ, Joannem Cocleum de actis, & ſcriptis Lutheri. Bartholomaum Latomum in confutatione criminationis Buceri.*

25 Accedunt pręterea argumenta fortiſſima contra hęreticos Lutheranos (quorum appellatione Sacramentarii, & Anabaptiſtæ, ac cœteri peſtiferi hujus temporis impii continentur) lex ait: *Si quis vjolaverit muros, capite punitur:* quantò majori pœna digni ſunt, qui muros Eccleſiæ Catholicæ vjolant, & Eccleſias ipſas funditus evertunt? *l. ult. ff. de rer. diverſio.*

26 Si quid in Sacerdotes, aut alios Eccleſię Miniſtros committitur, capitali ſententia vindicatur; & ii hæretici nihil non admittunt contra Clericos, & Monachos, & cœteros Dei Miniſtros. *l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſcop. & Clericis.*

27 Raptores Virginum, aut Viduarum, quæ Deo dicatæ fuerint, peſſima criminum peccantes, capitis ſupplicio plectendi ſunt; quinimò ſi quis, non dicam rapere, ſed attentare tantummodò jungendi cauſa matrimonii Sacratiſſimas Virgines auſus fuerit, capitali pœna feriendus eſt; & ii homines ſcelerati, & nefarii ſanctimoniales rapiunt, eaſq; inceſtis nuptiis polluunt. *l. raptores. l. ſi quis non dicam C. de Epiſcop. & Cleri. c. ſi quis rapuerit 27. quaſt. 1.*

28 Sacrilegi ad beſtias damnantur, aut vivi exuruntur, vel in furcas ſuſpenduntur, ut Ulpianus memorat. Aelianus quoque lib. 11. variæ hiſtoriæ retulit, ſacrilegos juxtà legem Delphicam, præcipites agi ſolitos, & ii omnes hæretici publica ſacra compilant. *l. Sacrilegii, & l. Sacrilegi ff. ad leg. Juliam peculat. c. quiſquis 24. quaſt. 3. c. nulli. c. pradia 12. q. 2.*

29 In profana militia diſertores capite puniri ſolent; quantò magis puniendi ſunt impii, qui Sacram Dei Militiam deſerunt? *l. non omnes. §. deſertor. ff. de re milit.*

30 Transfugæ vivi exuruntur, ut inquit Ulpianus, aut certè furca ſuſpenduntur, ut ait Julius Paulus, & transfugas ubicunq; inventi fuerint, interficere licet, ſicuti Martianus eſt auctor; quin etiam is, qui volens transfugere, apprehēſus eſt, capite punitur, quemadmodum Modeſtinus tradidit. Exurendus eſt itaque impius, qui ad hæreticos hoſtes peſſimos Chriſtianæ Reipublicæ transfugit. *l. aut damnum. §. hoſtes. l. ſi quis aliquid. §. 1. ff. de pœnis. l. 3. in fine. ff. ad leg. Corne. de Sicariis. l. 3. §. is qui ad hoſtem. l. proditores. ff. de re militari.*

31 Ad extremum, quibus pœnis digni non ſunt parricidæ? ii autem hæretici Eccleſiam occidunt matrem regenerantem; fatendum eſt igitur, eos pluſquam parricidas eſſe; ſi quidem eſt atrocius animæ matrem occidere, quàm corporis. Ea eſt igitur atrocitas tot, ac tantorum criminum, ut graviſſimam animadverſionem, & horrendi exempli poſtulet ſupplicium. *l. pœna ff. ad leg. Pompe. de parrici. leg. Sancimus C. de Sacroſanct. Eccleſiis. c. qui abſtulerit 12. q. 2.*

32 In ſumma, hæretici juſtiſſimè puniuntur, quia fures ſunt, & latrones, & per januam Eccleſiæ non intrant, quia ſunt adulteri, atque falſarii; quia ſicarii ſunt, & occidunt animas; quia ſeditioſi ſunt, & hoſtes; quia Reſpublicas labefactant, atque pervertunt; denique, quia directò Divinā Majeſtatem lędunt; Nàm ſi in eos rectiſſimè legumlatores animadvertunt, qui Principem lædunt, atq; Rempublicam; quantò rectiùs in eos animadvertendum eſt, qui Deum ipſum Omnipotentem lædunt, cum ſit longè gravjus Divinam, quam humanam, & æternam, quàm temporalem lædere majeſtatem? *Authen. Gazaros. C. de hæreticis. c. vergentis de hæreti. c. cum ſecundum eod. tit. lib. 6.*

33 Quas ob res, non modò veræ religionis cultores punire ſolent hæreticos, ſed hi etiam, qui verum Deum ignorabāt, variis pęnis eos afficiebant, quos impios, & hæreticos eſſe putabant. Sic eos, qui Deorum providentiam negabant, impietatis damnabat Antiquitas, ut libro de ſuperſtitione Plutarchus eſt auctor. Sic Diopites decretum fecit, ut omnium, qui de diis non rectè ſentirent, aut de rebus cœleſtibus novos ſermones inducerent, nomen deferetur, & jubente populo, decretum ratum fuit, quemadmodùm idem

Hæreticorū puniendorū mos etiam apud Ethnicos.

Plu-

Plutarcus in Pericle tradidit. Sic in cauſa violatæ religionis licebat Athenis abducere in carcerem, accuſare publicè, cauſam apud Eumolpidas agere, proponere apud Regem, ut à Demoſthene proditum eſt oratione adversùs Androtionem. Sic Julius Paulus lib. 5. receptarum ſententiarum titulo de vaticinatoribus: *Qui novas*, inquit, *& uſu, vel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur, honeſtiores deportantur, humiliores capite puniuntur*. Et in curia Areopagitica publicum, & capitale judicium exercebatur propter novam religionem; Quin etiam qui verbo uno patriam religionem læderent, atque minuerent, religionis læſæ, tanquam Majeſtatis rei damnabantur. Sic denique, ut Cicero libro 2. de legibus inquit: *In omni religione impii, non ſolùm vita cruciati, atq; dedecore, verùm etiam ſepultura, & juſtis exequiis caruerunt*. Et Euſebius in proœmio libri 4. præparationis Evangelicæ indicat fuiſſe hoc quoddam jus Gentium, ut nova religio reprimeretur, cum ejus reprimendæ cauſa, dicat, ubique ſcriptas fuiſſe leges capitales.

Exempla eorum qui propter hæreſi ab Ethnicis mulctati fuerunt.

34 Hujus rei affatim exempla ſuppetunt, quorum acervatim aliqua memorabimus. Scytæ Anacharſim occiderunt, & Regem ſuum Scylem Regno privarunt, & necarunt, propter externos ritus, ut Herodotus lib. 4. ſcriptum reliquit. Anaxagoras impietatis accuſatus eſt, quòd Solem lapidem eſſe dixiſſet, auctor Plutarchus libro de ſuperſtitione. Athenienſes Diagoram Philoſophum pepulerunt, quia deos negavit, & omnem eorum opem. Tatianus in oratione contra Græcos inquit: *Diagoras Athenienſis erat, ſed quòd myſteria apud Athenienſes profanaſſet, ab eis punitus eſt*. Iidem Socratem damnaverunt, quòd novam religionem introducere videbatur, ac de Athenienſium religionibus detrahebat, ſicuti Plato in apologia, & epiſtola 7. & Cicero libro 1. de natura Deorum, & Seneca epiſto. 105. & Juſtinus Martyr in apologia 1. pro Chriſtianis, & innumerabiles alii tradiderunt. *Alciat. lib. 9. parergon. cap. 15. & Valerius Maxim. lib. 1. cap. 1. Svidas verbo, Diagoras.*

35 Alcibiades abſens, tanquam hæreticus damnatus eſt, ut Thucydides libro 6.; & libro 8., & Plutarchus in ejus vita, & Juſtinus hiſtoricus libro 5. commemorant. Accuſatus impietatis Ariſtoteles, quòd cultum Deorum minùs probaret, in Chalcidem profugit, ubi diu verſatus, cum literis amicorum ad reditum vocaretur, in hunc modum reſpondit: *Ex Athenis quidem receſſi, ne cauſam Athenienſibus darem iterùm ſcelus committendi, ſicuti in Socratem commiſerunt, neve impiè contra philoſophum rurſùs feciſſe incuſentur*. Cujus rei Origenes libro 1. contra Celſum, Guarinus in vita Ariſtotelis, & Crinitus lib. 10. de honeſta diſciplina cap. 3. Laertius, aliique meminerunt. Perſæ virum alioqui graviſſimum Seoſem capitis pœna damnarunt, quòd à Perſarum religione, ac cœremoniis averſus erat, & uxorem defunctam contra patrium ritum humavit, teſtis Procopius libro 1. de bello Perſico; Prothagoras, Anaxagoras, Anacharſis, & innumerabiles alii apud Græcos, Scytas, & Perſas, ob eandem cauſam variis tormentis, & ſuppliciis affecti ſunt, ut Joſephus libro 2. contra Apionem, Plutarchus in vita Niciæ, Diogenes Laertius in eorum vita, Chryſoſtomus in priorem Pauli Epiſtolam ad Corinthios, homilia 4. & Cyrillus libro 6. contra Julianum, auctores ſunt. Quid plura? Idololatræ, Hæretici, Mahumetani, non ob rem aliam tot Chriſti Martyres beatiſſimos, exquiſitiſſimis poenis excarnificarunt, niſi quòd ſuis religionibus, ſectis, & ſuperſtitionibus adverſabantur.

Ad converſionem ſunt latæ in hæreticos pœnæ.

36 Cœterum Catholica Chriſti Eccleſia non punit hæreticos, ut eos funditus perdat; ſed ut convertantur, & vivant. Eò enim tendunt argumenta omnia, quibus Auguſtinus docet hæreticos puniendos eſſe. *Phreneticus ligandus*, inquit, *& corripiendus eſt, ne præcipitetur, & qui ſomno lethargico tenentur, excitandi ſunt, etiam flagellis; Deus quoque nos omnes flagellis corrigit, & pater filios, & paſtor item errantia pecora flagello revocat ad gregem. Præterea pro hæreticis ſunt leges iſtæ pœnales, quæ illis videntur adverſa; quoniam multi per illas correcti ſunt, & quotidie corriguntur. Moleſtus eſt, & medicus furenti phrenetico, & pater indiſciplinato filio: ille ligando: ille cædendo; ſed ambo diligendo; Si autem illos negligant, & perire permittant, iſta manſuetudo falſa, crudelitas quidem eſt*. Hæc Auguſtinus, & alia in eandem

tentiam. Divus quoque Hieronymus ad Riparium ſcribens, inquit; *Non eſt crudelitas crimina pro Deo punire, ſed pietas. Auguſtinus epiſt. 48. & 50. lib. 3. Regum cap. 20. c. legi 23. q. 8.*

37 Civis ille meus Seneca in libro de Clementia, dixit: *In judicando, ſivè corrigendo hanc legem Princeps quoq; ſequi debet; ut autem eum, quem punit, emendet; aut pœna ejus cæteros meliores reddat; aut ſublatis malis, ſecuriores cæteri vivant.* Eccleſiæ quidem prima intentio eſt, ut convertat hæreticos, ſicuti jàm antè dixi; altera, ut hæretici pœna ſit metus omnium; ut qui malitia nocuit, ſupplicii proſit exemplo, ut quos Dei timor a malo non revocat, temporalis ſaltem pœna cohibeat à peccato. *Lætabitur juſtus*, inquit Propheta Regius, *cum viderit vindictam impii, manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris;* Non lætabitur juſtus, quòd inſultet peccatoris calamitati, ſed quòd videat gloriam Dei illuſtrari, & homines à maleficio deterreri, dum improbi pœnas luunt. *Pſa. 58. Chryſoſtomus ad populum Antiochenum hom. 50. l. 1. C. ad l. Juli. repetund.*

Pſal. 58.

38 Sapienter admodum, ut ſolet, Ariſtoteles in fine libri ultimi ethic. inquit: *Multitudo neceſſitati potiùs, quàm rationi; & pœnis, quàm honeſtati paret; ideireò adversùs inobedientes, & hebetiores ingenio, caſtigationes, pœnaſque inſtituere oportet; eos verò, qui curari, & emendari nequeunt, extrudere, & exterminare; Improbus enim dolore afficiendus eſt, perindè atque jumentum; Nàm, ut Fabius ait, qui ratione traduci ad meliora non poſſunt, ſolo metu continentur.* Et Plato divinus lib. 12. de legibus: *Pœnis maligni vexantur, ut ipſi, & qui puniri iniquitates viderunt, injuſtitiam oderint, aut ſaltem minus in ſimili vitio peccent.* Theodoſius quoq;, & Valentinianus hæreticos puniebant, addita ratione, ut ab errore perfidiæ, ſi ratione retrahi nequeunt, ſaltem terrore revocentur. Et Demoſthenes, oratione contra Ariſtogitonem. *Duæ res ſunt, propter quas omnes feruntur leges, tum, ut ne quiſquam injuſti aliquid agat, tùm, ut iis, qui jus violarunt, punitis, alii meliores reddantur. Fabius lib. 12. cap. 7. leg. 54. tit. 4. lib. 16. C. Theodoſiani.*

39 Ad tertiam illam cauſam ea pertinent, quæ Clemens Alexandrinus propè finem libri primi ſtromatum in hanc ſententiam ſcripta reliquit: *Lex eorum, qui ei parent, curam gerens, ad pietatē in Deum inſtituit, & dictat ea, quæ ſunt facienda, & propulſat unumquodq; peccatum, pœnas imponens iis, quæ ſunt mediocria; cum autem viderit aliquem ita ſe habere, ut videatur immedicabilis, utpotè qui ad extremam provehatur injuſtitiam; tunc aliorum jàm curam gerens, ne ab ipſo corrumpantur, tanquam aliquam partē à toto corpore reſecans, ſic eum, qui eſt hujuſmodi, occidit ſaluberrimè.* Ac de his quidem nimis fortaſſè multa.

40 Sed quid argumentis opus eſt? Magiſtra rerum experientia docet, punitionem hæreticorum remedium eſſe maximum ad extirpandas hæreſes; quemadmodùm è contrario, *maxima eſt illecebra peccandi impunitatis ſpes*, ut Cicero dixit in oratione pro Milone. Cyprianus quoque ſermone de paſſione Chriſti ait: *Facilitas veniæ peccatis laxat habenas;* & ut inquit Ambroſius; *incentivum tribuit delinquendi.* Et Chryſoſtomus ſermone de Abſalon: *Semper ſcelera, dum non reſecantur, increſcunt; & in augumenta facinorum proſilitur, quoties ſecura impunitate peccatur. Ubi autem experimentum docet quid conferat; quid illic opus eſt ſpeculationibus?* ut Dionyſius dixit, lib. 11. antiquitatum Romanorum. Et ſicuti Clemens Alexandrinus, libro 1. ſtromatum inquit: *eſt vel maximè fide digna probatio, quæ eſt cum experientia; quia nihil ferè diſtat à demonſtratione. c. eſt injuſta 23. q. 4.*

41 Hujus autem effectus teſtis eſt D. Auguſtinus in ea epiſtola, quæ eſt ad Vincentium; teſtis religioſiſſima Hiſpania, cujus plebs inquieta, avidaque eſt in novas res, ut ait Livjus, & effrænatæ libertatis cupida eſſe ſolet, & quæ, niſi paret, imperat; attamē hoc præſenti remedio quieſcit, & Catholicam fidem puram ab hæreſibus ſervat; quod ſanè ad egregiam Hiſpaniæ laudem pertinet, quæ, ut Vaſæus inquit, ſicut opulentia, bellica virtute, imperii amplitudine reliquas omnes Provincias, vel ſuperat, vel certè æquat; ità religionis antiquitate, & veræ fidei cultu nulli omninò priores partes concedit. Fuit profectò Hiſpania Chriſtianæ Religionis ſemper obſervantiſſima, & Fidem Catholicam, qua ſemel imbuta, ſyncerriſſimè uſq;

co-

coluit, hæreticis infeſtiſſima. Quotquot in Hiſpania ſunt de rebus fidei cognitores, & fide religionem officii ſervant, ea integritate, ac vigilantia, ut nemo quiſquam hiſcere contra Sacroſancta Eccleſiæ Statuta quidquam audeat. Alibi forſan impiè facere non licebit, in Hiſpania ne loqui quidem, niſi piè, conceditur; alibi errores fortè jàm nati extirpantur, in Hiſpania ipſa etiam errorum ſemina, anteaquam pullulent, opprimuntur. *Auguſti. epiſt. 48. Livjus lib. 22. Vaſæus priori tomo Chronicorum Hiſpaniæ cap. 9. Godofre. in leg. ultim. C. de hæreticis.*

42 Sed ad eam partem, ex qua egreſſi ſumus, revertamur. In hæreticos, impios, & idolatras ultimi ſupplicii pœna juſtiſſimè conſtituta eſt à Divino etiam Legiſla-
Cap. 13. tore. Nàm in Deuteronomio lex ait: *Propheta, qui dixerit, eamus, & ſequamur Deos alienos, interficietur; quia locutus eſt, ut vos averteret à Domino Deo veſtro.* Et rur-
Cap. 18. ſùs: *Propheta, qui arrogantia depravatus, voluerit loqui in nomine meo quæ ego non præcepi illi, ut diceret, interficietur.* Itaq;
4. Reg. 23. Joſias, & Mathatias plurimos idolatras
1. Machab. 2. occiderunt, ut in libris Regum, & Machabæorum continetur. Et Athenienſes, quos impietatis damnabant, lapidibus obruebant, ut eſt apud Aelianum lib. 5. variæ hiſtoriæ. *Deute. 13. & 18. lib. 4. Regum cap. 23. lib. 1. Macabæor. cap. 2.*

43 Quin etiam in libr. Numeror. cap. 25. iratus Dominus contra Judæos, quia Deos filiarum Moab adoraverant, & initiati erant Beelphegor, dixit ad Moyſen: *Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra Solem in patibulis.* Et Phinees virum, & mulierem ob eam cauſam pugione perfodit; De qua re diſſerens Philo in primo libro de Monarchia; inquit; *Qui à pietate deficiunt, plectendi ſunt pœnâ ultima, quòd tenebras præponant luci clariſſimæ, & data opera mentem excæcant, cum potuerint verum cernere; Permiſſum eſt autem cuivis benè nato, educatoq; à talibus ſinè mora pœnas ſua manu exigere, non expectato aſſenſu Senatus, & Judicum, immò ne delato quidem nomine; & ſequi animi amantis Deum, infeſtique vitiis impetum, concitati adversùs impios nulla dignos clementia, ſemel accepta poteſtate Senatus, Judicum, Prætorum, Tribunorum, Accuſatorum; teſtium, Legum, Populi; ut abſque omnibus impedimentis intrepidè pro pietate decertare liceat.* Et Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos cap. 10. hoc argumento utitur: *Irritam quis faciens legem Moyſi ſinè ulla miſeratione, duobus, vel tribus teſtibus moritur: quantò magis putatis, deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit?*

44 Celeberrimi quoq; Philoſophi in eadem ſententia ſunt. Plato quidem lib. 10. de legibus, impios non una morte dignos eſſe cenſuit, ſed pluribus. Iſocrates in Panathenaico dixit: *Exiſtimo, confeſſione omnium, peſſimos viros eſſe, graviſſimaque pœna dignos, qui res ad hominum ſalutem inventas, ad aliorum perniciem convertunt; neque iis contra barbaros; neque contra delinquentes, ſed contra conjunctiſſimos, & cognatos ſuos abutuntur:* Quod hæretici omnes proculdubio faciunt. Et idem Iſocrates in oratione contra Lochitem: *Æquum eſt, eos, qui id violant, quod maximi facitis, graviſſimo ſupplicio affici à vobis.* Prætereo ſciens alios.

45 Quamvis autem pluribus modis ultimum ſupplicium irrogetur; Impii tamen hæretici generali omnium conſuetudine comburi ſolent: quod juſtiſſimum quidem eſt, tametſi quidam diſſentiant. *Hoſtien. Ancha. Joan. Andr. Card. Henri.* & cœteri *in c. ad abolendam. de hæret. Brunus lib. 5. cap. 3. Areti. & Alciat. in l. 1. C. de Summa Trinit. Bertrandus conſ. 212. lib. 2. Alphonſus lib. 2. de juſta hæretico. punitio. cap. 12. Coraſius lib. 3. Miſcellane. cap. 8.*

46 Nec iniqua eſt ea conſuetudo, ſed juri Divino conſonat; inquit enim Salva-
tor noſter: *Si quis in me non manſerit, mittetur foràs ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.* Et *Joan. 15.*
Paulus in Epiſtola, quæ eſt ad Hebræos:
Terra proferens ſpinas, ac tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima, cujus conſummatio in combuſtionem. Hujuſmodi terra *Cap. 6.*
eſt animus hæreticorum, quæ tribulos, & ſpinas profert, ſuffocantes Verbum Dei. Et ignis egreſſus à Domino interfecit im-
pios, qui receſſerunt à Moyſe. *Joan. 15. ad Hebræos 6. Nume. 16.* *Num 16.*

47 Quamobrem antiquiſſima eſt pœna ignis adversùs impios, & hæreticos, ut ex actis Chalcedonen. Concilii ſatis con-

ſtare

Alexandrinus Antiſtes Eutychē pœna ignis cēſuit dignū.

Anatolius hæreti. igne combuſtus.

Magus quidā Baſilius nomine Romæ crematus igne.

Templarij combuſti.

Alius Baſilius combuſtus.

ſtare poteſt. Illic enim Epiſcopus Alexandrinus dixiſſe traditur: *Si Eutyches præter dogmata Eccleſiæ ſapit, non ſolùm pœna dignus eſt, ſed & igne.* Anatolium quoque hæreticum igni vivum combuſſerunt, ut Nicephorus prodidit lib. 18. Eccleſiaſti. hiſt. cap. 4. Gregorius quoque lib. 1. dialogorum refert, Baſilium magum Romæ fuiſſe combuſtum, & rem geſtam laudat. Et propter impiam, atque ſceleſtam diſciplinam Templarii concremati fuerunt, ut Petrus Crinitus, & Paulus Aemilius, & Gaguinus in vita Philippi Pulcri auctores ſunt, & Baſilius hæreticus communi ſuffragio combuſtus fuit, ſicuti Zonaras retulit in imperio Alexii Comneni; alibi quoque hæretici jàm olim vivi cremati ſunt, quemadmodum Paulus Æmilius libro 6. de rebus Francorum retulit. Item conſtitutionibus Siculis cavetur, ut vivi hæretici in conſpectu populi comburantur, flammarum commiſſi judicio. Quod legibus quoque Hiſpanis conſtitutum, & conſuetudine jàm pridē receptum eſt. Accedit etiam quòd eadem pœna Ethnici, & hæretici Catholicos punire ſolebant, ut Euſebius, Ruffinus, Sozomenus, Nicephorus, ac Theodoritus in Eccleſiaſtica hiſtoria locupletiſſimi teſtes ſunt. *actione 1. Synodi Chalcedonen. Grego. lib. 1. dialog. cap. 4. conſtitutio. Siciliæ lib. 1. tit. 1. regia. l. 2. titu. 26. parte 7. & l. 2. tit. 1. lib. 4. fori legum 2. Machabæo. 6. Euſebius lib. 4. hiſtor. Eccleſ. cap. 15. & lib. 5. cap. 3. & lib. 6. cap. 31. & lib. 8. cap. 11. Ruffinus lib. 11. ejuſdem operis. cap. 2. Sozomenus lib. 6. hiſtoriæ tripartitæ cap. 9. & 11. Theodoritus eodem lib. cap. 16. Pet. Crinitus lib. 1. de honeſta diſciplina cap. 13. & lib. 24. cap. 13. Paulus Æmilius lib. 8. Nicephorus lib. 3. cap. 35. & lib. 5. cap. 30. & cap. 31. & lib. 7. cap. 10. & ſæpè alibi.*

48 Igne igitur extirpanda eſt hæretica peſtis, ne nobis Deus iraſcatur, ſi hæreticos dimittimus impunitos. Juxtà quod Imperator Theodoſius inquit: *Undè ver ſolitam gratiam abjuravit? undè æſtas meſſe jejuna laborioſum agricolam in ſpe deſtituit ariſtarum? Undè hyemis intemperata ferocitas ubertatem Terrarum penetrabili frigore ſterilitatis læſione damnavit? niſi quòd ad impietatis vindictam tranſit legeſua natura decretum? Quod ne poſt hac ſuſtinere cogamur, pacifica ultione pianda eſt ſupremi Numinis veneranda Majeſtas.* Hæc ille, qui eandem illam conſtitutionem his verbis exorditur: *Inter cæteras ſolicitudines, quas amor publicus pervigili nobis cogitatione indixit, præcipuam Imperatoriæ majeſtatis curam eſſe perſpicimus veræ religionis indaginem, cujus ſi cultum tenere potuerimus, iter proſperitatis humanis aperimus inceptis.* Et poſt aliqua: *præterea præcipimus, ut quicunq; ſervum, ſeu ingenuum invitum, vel ſuaſione flectendo ex cultu Chriſtianæ religionis in nefandam ſectam, ritumvè traduxerit, cum diſpendio fortunarum capite puniatur.* Et paulò poſt: *Cernat præterea, bona ſua proſcripta, pœna mox ſanguinis deſtinandus, qui fidem alterius expugnavit perverſa doctrina.* Lex profectò Hiſpano Imperatore digna; ut enim Honorius, & Theodoſius ajunt: *Gravius eſt morte, & immitius cæde, ſi quis ex Chriſtiana fide incredulitate Iudaica polluatur.* Addo Leonem Magnum quodam loco dicentem: *Diligenter attendite fratres, & ſcitote, aliud eſſe in Deum peccare, aliud in hominem. Quando enim in nos peccant homines, ſi pœnitentibus veniam non indulgemus, peccatum incurrimus; quando aliquis in Deum peccaverit, ſi ſine grandi diſtrictione indulgere voluerimus, participes nos peccatis eorum efficimur.* Quæ ſententia Cyrilli quoque fuit libro 6. in Evangelium Joannis cap. 9. *C. Theodoſi. titul. de Judæis l. 1. & li. 16. titu. 6. l. 75. Leo ſermone de Martyribus.*

49 Hac autem pœna ignis, hæretici tāntummodò relapſi, pertinaces, & impœnitentes puniuntur; nàm alii omnes hæretici ſalutari pœnitentia injuncta, Eccleſiæ Catholicæ gremio benignè admodum excipiuntur. Nec enim hæretici etiam pertinaces, ſtatim in ignem mittendi ſunt; ſed priùs moneri ſæpè debent, & viris religioſis, & eruditis colloquentibus, de ſtatu cauſæ, & animæ ſalute illis conſulendum eſt; nec protinus audiendi ſunt perire volentes, ſed ſententia differri debet, ut hæreticus furor elangueat, donec ut Lucanus cecinit

Deſerat hic fervor mentes, cadat impetus amens
perdant velle mori.

Nàm ſicut alius ait:

Nulla unquàm de morte hominis cunctatio longa eſt.

Et

Et eo magis, quòd de morte animarum æterna dilatio, & cunctatio eſt. Quòd ſi diurius in errore permanſerit hæreticus pertinax, tunc lata ſententia, qua declaretur hæreticus, judici ſeculari relinquendus eſt, qui confeſtim illum condemnare, & in ignem mittere debet; pertinaces autem vivi cremari, alii verò anteaquam comburantur, ſtrangulari ſolent. Quod *Leyva* quoq; noſter *lib. 2. variar. reſolutio.* retulit. *cap. 10. Lucanus lib. 5. c. ad abolendam de hæreticis. quinta inſtruct. Hiſpal. cap. 9. Alphonſus lib. 2. de juſta hæreti. puni. cap. 1. Hermas lib. 2. de inſtau. religio. cap. 15. Godofredus in l. 4. C. de hæreti.*

50 Adde etiam, quòd adversùs pertinaces, & manifeſtos hæreticos juſtiſſima eſt belli cauſa; quia ſunt Orthodoxorum hominum hoſtes omnium pernicioſiſſimi. Indicto autem eis bello, cuicunq; licebit ſpoliare, comprehendere, atque occidere illos, & civitates eorum ferro, & igne depopulari. Præterea, Innocentius III. conſtituit, ut Catholici; qui Crucis aſſumpto charactere ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque Sancto Privilegio ſint muniti, quæ accendentibus in Terræ Sanctæ ſubſidium conceduntur. *Deuter. 13. c. ſi audieris. c. ſi vos 23. quæſt. 5. c. excommunicamus. §. Catholici de hæreticis. Hoſtien. in ſumma. titu. de hæreti. §. qualitèr. Raymundus quoque. §. ſed nunquid. Joan. Andr. Ancha.* & cœteri *in c. præſidentes de hæreti. lib. 6. Alex. Aleſ. 2. parte quæſt. 181. membro. 11. Gonſalus de hæreti. pravit. qu. 14. Alphonſus lib. 2. de juſta hæreti. punitio. cap. 14. Hermas lib. 2. de inſtaura. religio. cap. 13. Brunus lib. 3. de hæreti. cap. ulti. & lib. 5. cap. 16. Ludo. Carrerius de hæretic. num. 148.*

51 Item prægnans mulier, & ſi hæretica ſit, vel ſuſpecta, nec punienda tamen, nec excrucianda eſt, quoad pariat. Quod antiquiſſima Ægyptiorum lege cautum erat; exiſtimabant enim penitùs iniquum eſſe, eum, qui nihil commiſiſſet, unà cum facinoroſo pœnam pati; aut duos plecti, cum unus deliquiſſet. Inſuper, cum ſola peccaſſet Mater, minimè æquum cenſebant, Filium Patri, Matriq; communem luere maternam pœnam. Cujus legis meminit Diodorus Siculus lib. 2. & Plutarchus libro de ſera Numinis vindicta, dicens, eam quoque Græcis tranſcriptam fuiſſe; à quibus, ni fallor, ad Romanos translata fuit, & ab illis in Hiſpanos derivata. *l. prægnantis de pœnis. l. 2. ff. de mortuo infer. l. 1. §. & generalitèr de ven. in poſſeſſio. mitten. l. regia ulti. titul. 31. par. 7. Chryſoſtom. hom. 5. de pœnitentia. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.*

52 Ad pœnam quoq; pertinet, & hæreticorum odium, quòd fides illis data ſervanda non eſt. Nàm ſi tyrannis, piratis, & cœteris publicis prædonibus, quia corpus occidunt, fides ſervanda non eſt, longè minùs hæreticis pertinacibus, qui occidunt animas; porrò fieri non poteſt incolumibus viris hujuſmodi, quin ſimplices fidelium animæ capiantur. At grave eſt fidem fallere; verumtamen (ut Marius Salomonius ait) *Promiſſa contra Chriſtum fides, ſi præſtetur, utique perfidia eſt;* Jure igitur hæretici quidam graviſſimo Concilii Conſtantienſis judicio legitima flamma concremati ſunt, quamvis promiſſa illis ſecuritas fuiſſet; ſed Jacobus Menochius, non malè probat, Concil. Conſtantienſe nihil feciſſe contra ſalvum conductum, qui ſervandus omninò eſt, cum à Principe, vel à Publica poteſtate fuerit illis conceſſus, ut paulo poſt adjungam. Beatus quoq; Thomas cenſet, hæreticum indocilem prodendum eſſe judicibus, non obſtante fide, & juramento, quibus Catholicum aſtrinxerit. *Concilium Conſtantienſe canone 6. Salomonius in l. 2. §. exactis de orig. jur. Tho. 2. 2. quæſt. 70. arti. 1. & quæſt. 40. arti 3. Cicero lib. 3. offic. cap. pen. Ambroſ. lib. 1. offi. cap. 29. Bar. in quæſt. Lucana Civitatis, & in l. conventionum de pactis*, & illic *Fortunius*, & cœteri. *Menochi. conſ. 180. num. 225.*

53 Accedit eòdem, quòd cum hæreticis nullum commercium, nec pax ulla Catholicis eſſe debet; quamobrem fides illis data, etiam juramento firmata, contra publicum bonum, contra ſalutem animarum, contra jura divina, & humana, nullo modo ſervanda eſt. *In malis promiſſis*, inquit Iſidorus, *reſcinde fidem, & juramentum eſſe non debet vinculum iniquitatis.* Accedit etiam, quòd pax, & communicatio cum hæreticis pertinacibus, injuſta, & impia eſt; nec enim omninò pax eſſe poteſt, quæ hæreticorum ſimùl, & Catholicorum profeſſione permixta, cunctas religio-

gio-

gionis veræ, & ſynceræ ſedes ſemper turbavit; undè Gelaſius Papa ab Anaſtaſio Imperatore inſimulatus, quaſi pacem detrectaret, quam ipſe cum hæreticis, iniquis tamen conditionibus, facere inſtituerat, qualis ea eſſet pax, his verbis demonſtrat: *Ergo*, inquit, *gloriosè Imperator, nolo ego Eccleſiarum pacem, quam, etiam ſi eum mei ſanguinis impendio provenire poſſit, amplecterer? Sed precor te, cujuſmodi debeat eſſe pax ipſa, non utcunque, ſed veracitèr Chriſtiana mente libremus; Quomodo enim poteſt eſſe pax vera, cui charitas intemerata defuerit? Charitas autem qualitèr eſſe debeat, nobis evidentèr Apoſtolus prædicat, qui ait: Charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.* (1. ad Timoth. 1.) *Quomodo, quaſo, de corde erit puro, ſi contagio inficiatur externo? Quomodo de conſcientia bona, ſi pravis fuerit, maliſque commixta? quomodò fide non ficta, ſi maneat ſociata cum perfidis? Quæ cum à nobis ſæpè jàm dicta ſint, neceſſe eſt tamen inceſſabilitèr iterari, & tandiu non tacere, quandiu nomen pacis obtenditur, ut noſtrum non ſit (ut invidiosè jactatur) facere pacem, ſed talem velle doceamus, qualis, & ſola pax eſſe, & præter quam pax nulla eſſe monſtratur. c. in malis. c. inter cætera 22. q. 4. l. generalitèr de verbo. obligatio. c. non eſt obligatorium de regul. juris. Gelaſius tomo de vinculo anathematis: Brunus lib. 3. de hæreti. cap. 14. cum ſequent.*

54 Si tamen fides hæreticis data eſſet à Principe, vel Publica poteſtate; exactè ſervanda eſſet; ſi modo quod addixiſſet, non ſit de illo genere rerum, quas lex, aut inſpirata, aut naturalis vetat præſtare. Non enim videtur eſſe vetitum, eorum, quæ ad naturæ, aut Gentium jus attinent, habere cum hæretico commercium, præſertim quod incolumi religione haberi poſſit; quia poſſibile eſſet, ut per pia monita, etiam pertinaciſſimus ad ſaniorem mentem redeat; quod tamen privatus, invito ſuperiore, ſervare non teneretur; Publica namq; auctoritas nullius partis ſuæ, ſivè magnæ, ſivè parvæ, ſed à Dei voluntate, imperioq; dependet; contra ab Iſtius imperio pendent omnium, & ſingulorum, qui ſub eo comprehenduntur, voluntates. Quamvis autem hæreticus magis vitandus ſit, quàm reliqui religionis hoſtes, qui permitti queunt ex cauſa in Chriſtiana Republica commorari; nàm ritibus noſtris inſpectis, ſuaq; religione cum noſtra diſcuſſa, ſpes eſt piorum hominum monitis ad noſtram ſocietatem poſſe perduci; hæreticus tamen nullo modo in noſtræ religionis Rempublicam erit admittendus; tàm propter infatigabile alios corrumpēdi ſtudium, quàm propter fucatiſſimæ impietatis, ideòq; perniciosiſſimæ, latiùs, & latiùs ſemper ſerpens contagium, ſub pulcherrimę (quod periculoſiſſimū eſt) Chriſtianæ pietatis prætextu, ut difficile ſit nō tentari, penèq; impoſſibile non inquinari. *Hermas lib. 2. de inſtaur. religio. cap. 14. & cap. 6.*

55 Pęna igitur ignis puniri debent heretici; aut ſi id fieri non poſſit, certè amandandi, & expellendi ſunt, bonis etiam publicatis; quod legibus Regum Gothorum jàm olim in Hiſpania cautum fuiſſe legimus; Confiſcabantur enim hæreticorum bona, & honore, ac dignitatibus exuti, perpetuò exulabant; nec enim ulla cōmunio Catholicis eſſe debet cum impiis, & hæreticis, ut ſæpiſſimè diximus; Undè fit, ut omnia commercia ſint hæreticis interdicta, nec eorum contractus, aut voluntates ultimæ, nec alia eorum acta rata ſint, nec ex teſtamento alterius quippiam accipere queant, præſertim cum manifeſtè, aut convicti fuerint. *Regia l. 2. tit. 2. lib. 12. legum Gotthicarum. l. Manichæos. l. Arriani C. de hæreticis. Brunus lib. 5. de hæreti. cap. 14. & lib. 6. cap. 3. cum ſeq. Regia. l. 4. tit. 3. parte 6. & l. 4. tit. 26. parte 7.*

56 Inde etiam fit, ut quidquid hæreticis relinquitur, fiſcus rapiat; ſi modo ſciēter illis relictum fuerit; nàm ſi quis ignorans aliquem hæreticum eſſe, hæredem illum inſtituerit, probabilius eſt, ut pro non ſcripta ſit inſtitutio, & hæreditas proximioribus defuncti conſanguineis deferatur; quemadmodum Baldo, & quibuſdam aliis placere video, quibus aſſentior; Nàm ſi Epiſcopus, aut alii Clerici hæreticos, etiam cōſanguineos heredes inſtituerint, anathemandi ſunt, & illorum nomina delenda; id tamen locum non habet in his, qui ignorātes illos hęreticos eſſe, eoſdem hæredes inſtituerunt. *Regia l. 16. tit. 6. lib. 3. fori legum. Bald. in l. eam quam. C. de fidei commiſ. Ancha. & Imolen. in c. 2. de teſtam. Alex. in l. 1. C. de hæred. inſtitut. c. ſi quis Epiſcopus. c. in eos de hæretic.* & illic *Joan. de Ana. Feli. in c. de hæretic. lib. 6.*

Bal.

Bal. conſ. 334. lib. 2. Brunus lib. 5. de heret. cap. 11. & Ludo. Care. eod. titu. nu. 151.

57 Hinc, & illud eſt; quòd hæretici repelluntur ab accuſatione, ac teſtimonio, & ab omnibus judiciorum actis, & omninò ab omni actione, nec audiendi ſunt in judicio, ſi quid velint exigere; quia excommunicati ſunt, & juribus, atque actionibus ipſo jure privati. Quamobrem exceptio hæreſis omnem actionem excludit, ſinè qua nemo rectè experiri ſolet. *c. pagani. c. alieni. c. non poteſt. 2. quæſtio. 7. l. quoniam. C. de haretic. c. excommunicamus eodem titul. c. intelleximus de judic. l. ſi pupilli. §. videamus de negot. geſtis. c. cum ſecundum de haretic. lib. 6. gloſ. & Prepoſitus in c. quo jure 8. diſtinction. Ripa in l. naturalitèr. §. nihil commune de acqui. poſſeſ. Brunus lib. 5. de haret. cap. 10.*

58 Hæretici Judices eſſe non poſſunt; quia infames ſunt, & excommunicati, & omni dominio, ac juriſdictione privati. *c. ulti. de haretic. lib. 6. l. ulti. C. de judæis. l. 1. tit. 2. lib. legum novellarum Theodoſii.*

Philippus Macedo Iudicem officio privavit, quia ſibi capillos decolorabat, & barbam.

59 Quòd ſi Philippus Magni Alexandri pater, judicem quendam officio rectè privavit, quia capillos inficere ſolitus erat: quantò juſtius à judicandi munere repellendus hæreticus eſt? Memorat Plutarcus in apophthegmatis, quòd cum Philippus quendam ex Antipatri amicis judicum numero aſcripſiſſet; poſteàquam, & barbam, & capillos eum ſibi inficere ſenſit, removit; quòd diceret, eum, qui in capillis infidus eſſet, dignum non eſſe, cui in negotiis fides haberetur. *Qui in pilis*, inquit, *infidus eſt, qualem in negotiis remur futurum?* Cui confine eſt, quod Archidamus Lacedemoniorum Rex in Cæum ſenem dixiſſe ajunt: *Quid hic ſani dicet, cujus non ſolùm animus, verùm etiam caput fucis contaminatum eſt?* Auctor Aelianus lib. 8. variæ hiſtoriæ. Vide *Clementem Alexandrinum lib. 3. pædagogi cap. 3. Ludo. Cælium lib. 18. cap. 11.*

60 Tùm illud addo, quod Majores noſtri in quarto Concil. Toletano dixerunt: *Non poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extiterit infidelis. Nec mirum eſt*; inquit Theodoritus, *ut haretici, qui ſic inſaniunt adverſus Deum, & Sanctam Eccleſiam, licentèr etiam alias tranſgrediantur leges.* Quamobrem jure laudatur Theudericus Affer, qui (ut apud Nicephorum eſt) cum Diaconum haberet Orthodoxum, à ſe admodum dilectum, & in Arrianiſmum converſus eſſet, ut eidem Theuderico faveret, gladio cum interemit, dicens: *Si Deo fidem ſynceram non ſervaſti; quomodo mihi, qui homo ſum, conſcientiam ſanam præſtabis? c. non poteſt 2. quæſt. 7. Theodoritus lib. 2. hiſtoria tripar. cap. 22. Nicephorus lib. 16. Hiſtoria Eccleſiaſtica cap. 35. Zonaras tomo 3. annalium in imperio Anaſtaſii Dicori.*

Egregiũ facinus Theuderici.

61 Ad hæc hæretici, advocati, tabelliones, aut procuratores eſſe non queunt, nec omninò publicum aliquod officium gerere; ſunt enim infames, & excommunicati, & nullum cum eis commercium debet eſſe Catholicis. *c. nulla officia 54. diſtinct. c. infames 6. quæ. 1. c. alieni 2. qu. 7. Brunus lib. 5. de hereti. cap. 9.*

62 Item hæretici nullam habere poſſunt Eccleſiaſticam poteſtatem; quia diviſi ſunt à Capite illo, undè omnis auctoritas, & poteſtas in membra influit ad ædificationem totius corporis Eccleſiaſtici; & quia ſubjectos non habent, in quos juriſdictione uti poſſint, cum ab eis liberati ſint ipſo jure, ut etiam ante dixi. *c. dicimus. c. pudenda 24. q. 1. c. præter. 32. diſtin. c. verbum Dei cum ſequ. de pœnitentia diſtin. 1. Cyprianus epiſt. 6. lib. 1. Torquemada lib. 4. de Eccle. 2. parte cap. 18. & ſeq. Pighius lib. 4. hierar. Eccleſiaſt. cap. 8.*

63 Aliis quoque beneficiis omnibus, & juribus Eccleſiaſticis privati ſunt hæretici, ex quo fit, ut Jus patronatus habere non queant; quia rerum Eccleſiaſticarum capaces non ſunt, & omnibus omninò beneficiis habentur indigni. Quas ob res nec impetrare poſſunt beneficium annalis poſſeſſoris, nec defenduntur Sedis Apoſtolicæ regulis. *Lamberti. lib. 1. de jure patron. parte 1. quæſt. 1. art. 7. Ludovi. Gomes in regula Cancellariæ de annali poſſeſſo. quæſt. 3. & 52. & in regula de triennali q. 52. Brunus lib. 5. de hæreticis cap. 7.*

64 Item illud in odium, & pœnam hæreticorum conſtitutum eſt, ut eodem tempore contra eundem hæreticum plures, ac diverſi judices procedere poſſint; & ut hæreticus teneatur contra ſeipſum edere libros, & probationes ad confirmandam intentionem accuſatoris. *c. per hoc de hæretic. lib. 6. Cleme. 1. & extravag. ex eo ejuſdem titu. Ponzini de Lamiis nu. 74. Ludovic. Gomes in c. diſpendia de reſcript. lib.*

6. nu.

6. num. 18. interpretes. in c. cum parati de appellat. Jacoba. lib. 2. de concilio art. 5. Almainus de ſuprema poteſtate laica. quaſt. 3. cap. 8. de libris edendis. glo. & Philip. Francus in c. ut commiſſi de hæretic. lib. 6. Purpuratus in l. ultim. C. de eden. Nicol. Arelata de hæreticis notab. 21.

65 Adde etiam, quòd hæreticus ad Eccleſiam fugiens, non defendetur præſidio Sanctitatis loci, ideſt immunitate Eccleſiarum; tùm quia contra Eccleſiam delinquit; tùm etiam, quia per inſidias multorum animas inficit, & occidit. Nam, ut Auguſtinus inquit; *Veneno falſæ, pernicioſaq; doctrinæ animas multò infelicius, quàm barbaricus gladius, trucidant.* Quàmobrem Gundemirus Gotthorum Rex, qui hanc immunitatem Hiſpaniarum Eccleſiis antè nongentos annos conceſſit, tria hominum genera excepiſſe dicitur: ſcilicèt, latrones, proditores, & hæreticos, ut in ejus vita Petrus Medina memorat. *c. ultim. de immunit. Eccleſia. c. 1. de homicidio: Auguſtinus, Hieronymo. epiſt. 28. Gonſalus de hæreti. pravi. quæſt. 11. Hippolyt. in l. ex Senatus conſulto de ſicariis. Boherius deciſ. 110. Remigius Gonni. de immunitat. Eccleſiar. fallentia. 18. Covaru. lib. 2. reſolutio. cap. ult. Petrus Medina lib. de memorabilibus Hiſpaniæ cap. 18.* Vide *Alfonſum Toſtadum exod. 22. quæſt. 16. & Joſue 20. quæſt. 3. cum ſeq. Catell. Cottam. in memorabilibus, verbo aſylum. Alciatum lib. 3. præſumptio cap. 33. & lib. 7. parergon. cap. 6. Coraſium lib. 5. miſcellan. cap. 23.*

66 Præterea, hæretici perpetua notantur infamia; quæ pœna viris bonis eſt maxima; *honor enim*, ut Ariſtoteles ait, *maximum bonorum externorum, & proprium virtutis præmium eſt: è contrario autem infamia peccati comes, & propria pœna eſt.* Nec immeritò hęreticis, & infamibus portæ dignitatum omni jure clauduntur. *authenti. Gazaros. C. de hæretic. c. infames 6. quæſt. 1. c. alieni. 2. qu. 7. c. infamibus. de regul. juris cap. 2. §. hæretici de hæret. lib. 6. Ariſt. 4. Ethic. cap. 3. l. iſti quidem quod met. cauſa. Brunus lib. 5. de hæreti. cap. 8.*

67 Et quamvis in omnibus ferè criminibus alia pęna nobiliores, alia plebei puniri soleant; in crimine tamen hæreſis eadem omnibus pœna ſinè delectu perſonarum conſtituta eſt. Solent quidem apud pleraſq; Nationes, alitèr honeſtiores, alitèr ſordidiores puniri. De Memnone Theſſalo Xenophon. loquens lib. 2. de expeditione Cyri Minoris, inquit: *Interemptis verè iis, quos ante dixi, prætoribus, & nomine, quòd Cyrum contra Regē juviſſent, cum ejuſdem criminis eſſet damnatus, non ſtatim tamen, neq; eodem mortis genere ſublatus eſt; non enim ei, ut cæteris, eſt caput à cervicibus abſciſſum (quod ſupplicii genus honeſtiſſimum habetur) ſed quod ejus ſceleris dignum fuit, Regis juſſu, multis corporis cruciatibus laceratus, vix anno exacto exanimatus eſt.* Item Hirtius lib. 6. de bello Hiſpanienſi, his verbis militum, & ſervorum pœnam diſtinguit: *Servi ſunt in crucem ſublati, militi cervices abſciſſæ.* Euſebius quoque lib. 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ: *Rurſum cruces, rurſum pœnæ, rurſum tormenta reparantur, & ſi qui fortè cives Romani reperti ſunt, hos plecti capite decernit, cæteros verò beſtiis tradi.* Sic etiam legibus Hiſpaniæ nobilium cervices amputātur, plebei verò furcis ſuſpenduntur. *Euſebius lib. 5. cap. 3. l. moric. §. ſed enim de pœnis. l. Pedius de incen. Ruina. naufrag. regia. l. ultim. titul. 18. parte 1. & l. 24. tit. 22. par. 2. l. 3.* & inibi *gloſ. de re mili. Bart. in l. capitalium. §. servi cæſi de pœnis. Tiraquel. de nobilita. cap. 20. nu. 104.*

68 Cœterùm nobilis in hæreſim incidens infamis, & vilis erit, & plebejorum pœna puniendus; nec enim ulla differentia eſt in rebus Fidei, & Religionis inter magnos, & parvos, inter nobiles, & ignobiles. Etenim in uno ſpiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus, ſivè Judæi, ſivè Gentiles, ſivè Servi, ſivè Liberi, ut Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Ro- *Cap. 10.*
manos ſcriptum reliquit. Et iterum ad *Cap. 3.*
Galatas ſcribens ait: *Non eſt Judæus, neque Græcus: non eſt Servus, neq; liber: non eſt Maſculus, neque Fœmina; omnes enim vos unum eſtis in Chriſto Ieſu.* Et alibi: *Non* *Ad Coloſſ. 3.*
eſt Gentilis, & Judæus, circumciſio, & præputium, Barbarus, & Scytha, Servus, & Liber; ſed omnia, & in omnibus Chriſtus. Hieronymus quoq; in epiſtola ad Celantiam inquit: *Neſcit religio noſtra perſonas accipere, nec conditiones hominum, ſed animos inſpicit ſingulorum; Servum, & Nobilem de moribus pronunciat. Summa apud Deum eſt Nobilitas clarum eſſe virtutibus.* Et Chryſoſtomus in epiſtolam ad Romanos ſermone 2. *Ubi fidei nobilitas quæritur,*

tur,

tur, ubi nemo Barbarus; nemo Graecus, advena nemo, nemo civis; ſed in eadem ſimul omnes aſcenderunt dignitatis Excellentiam. Et ſermone 14. *Nobilitas noſtra ex fide eſt;* Cum igitur nobilis æqualis plebejo ſit in rebus Fidei, & Religionis, & eadem pœna contra omnes hæreticos conſtituta ſit, relinquitur planè, quòd perindè puniendus eſt hæreticus nobilis, atque plebejus; & eò magis, quò gravior, & perniciosior eſt nobilium hæreſis, Magiſq; Reipublicæ nocet. Nàm, ut elegantèr ille cecinit

Juven.ſat.8. *Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe*
Crimen habet, quantò major qui peccat
habetur.

Et lex Honorii, atque Theodoſii ait: *Pares cæteris ſint, quibus pares ſunt in dogmatis pravitate.* Et alia lex inquit: *Quos par facinus coinquinat, & aquat, utroſq; ſimilis pœna comitetur. l.49. tit.4. lib.16. C.Theod. & l.1. tit.27. lib.9. ejuſdem operis l. ſi quenquam C. de Epiſcopis, & Cleri. l. nec inf..mes C. de decurio lib. 10. ad Roman. cap. 10. ad Galatas 3. ad Coloſ. 3. Origenes lib. 1. in Job. col. 1 S. Cyprianus tractat. contra Demetrianum. Lactantius lib. 5. divina inſtitutio. cap. 15. Nazianzen. oratione 24. l. quadam de pœnis l. 2. ff. de re milita. c. nulli fas 25. qu. 1. c. quia ſanctitas 50. diſtin. c. cum quidam de jure jnran.* & illic *Felinus colum. 3. Archidia. in c. qui contra 24. quaſt. 1. Tiraquel. de nobilitate cap. 20. num. 118. & lib. de pœnis, cauſa 31. nu. 25. & 34. Brunus lib. 5. de ſeditio. cap. 4.*

69 Quòd ſi Clericus in hæreſim incidat, & pertinax ſit, relapſus, vel impœnitens, degradandus eſt, & Judici ſeculari relinquendus; tunc autem realis degradatio, ſivè reſacratio, fieri debet ab Epiſcopo loci ordinario, convocatis Abbatibus, aliiſque Prælatis, & Religioſis, ac Doctis viris. Verùm hæc exauguratio fieri non debet in aliis criminibus ab uno tantùm Epiſcopo; niſi cum reus conſtitutus eſt in Minoribus tantùm ordinibus, in Majoribus enim unus Epiſcopus non ſufficit, prȩter quàm in crimine hæreſis; Sed hodie ab uno Epiſcopo duntaxat degradatio fieri poteſt. *Concil. Tridentin. ſeſſ. 13. cap. 4. c. ad abolendam. c. excommunicamus. §. 1. c. penul. de hæretic.*

70 Per hanc autem degradationem Clericus ordine, dignitate, & omni privilegio exuitur; & fieri exhautoratio debet cum ſolenni detractione inſignium Clericalis Militiæ; qua quidem à militia ſacra miſſus, & exauctoratus, omni privilegio clericali deſtituitur, ademptis ſingulis ornamentis, ad ejus, qui exaugurandus eſt ordinem pertinentibus; quæ omnia ſolemniter fieri debent coràm Judice ſeculari, cui degradatus eſt relinquendus, ſed non tradendus. Quinimò Judices Eccleſiaſtici pro eo efficacitèr intercedere debent, ut ſecularis ſententiam, & pœnam citra mortem moderetur. *c. novimus de verb. ſignifi. c. degradatio. de pœnis lib. 6. l. qui de libertate ff. de libe. cauſa l. proditores. ff. de re milita. l. 2. de his qui not. infam. Cyprianus epiſt. 1. lib. 2. Lucas in l. 1. de privil. Schola. lib. 12. Bertachin. tract. de Epiſc. lib. 5. ad finem. Albertinus in c. 1. de hæretic. lib. 6. Brunus lib. 4. de hæreticis cap. 13.*

71 Prætereа, Clerici hæretici non ſolùm bonis omnibus temporalibus privati ſunt, verùm etiam Dignitatibus, Beneficiis, & Sacerdotiis, aliiſq; ſtipendiis Eccleſiaſticis. Diœceſani tamen requirendi ſunt ad privationem beneficiorum, niſi fortè conſtiterit, eos ſcientèr hæreticis illa contuliſſe. *c. ut commiſſi. §. privandi de hæretic. lib. 6. c. ad abolendam. c. excommunicamus. §. credentes de hæretic. lib. 5.*

72 Sed hinc exoritur quæſtio, an iſti hæretici Beneficiis Eccleſiaſticis privati ſint ipſo jure, vel ſententia judicum ſit neceſſaria. Multi dicunt ſententiam privationis non eſſe neceſſariam; ſed, Alphonſus Caſtrenſis ait, neceſſariam eſſe ſententiam; quia nuſquam invenitur hæc pœna conſtituta verbis ſignificantibus ſententiam ipſo jure latam, cui ego vehementèr aſſentior; tùm quia ſemper ſententia, ſaltem declaratoria, neceſſaria eſt, ut alibi oſtendimus; tùm etiam, quia hæc opinio æquior, & benignior eſt. Adde, quòd fruſtra requirendi eſſent ad beneficiorum privationem Diœceſani, ſi Clerici jure ipſo privati forent, & ſententia judicum neceſſaria non eſſet. *Compoſtel. in c. quod ſicut de electio. Præpoſitus in c. quo jure 8. diſtinctio. & in c. ulti. diſtin. Felinus in c. 2. de reſcrip. Ancbara. & Nicol. de Milis, & Joan. Bernard.* qui eos citat *in practica crimin. cap. 106. Alfonſus* contra, *lib. 2. de juſta hæreti. punitio. cap. 9.*

73 Item abſoluti ſunt à debito fidelitatis, dominii, & omnis obſequii, quicun-

que lapſis manifeſtè in hæreſim, aliquo pacto, quacunque firmitate vallato, tenebantur aſtricti; quemadmodùm Gregor. IX. conſtituit; Undè relinquitur, quòd is, apud quem hæreticus quippiam depoſuerit, non tenebitur, poſt manifeſtam hæreſim, depoſitam rem illi reddere; ſed fiſco petenti. Prætereà cuſtodes arcium, & quicunque Vaſſalli eadem conſtitutione liberati ſunt à vinculo ſacramenti, quo dominis fidelitatem promiſerant; Quin etiam Catholica uxor hæretico viro debitum reddere non tenetur. *c. ulti. de hæret. l. bona fides depoſi. c. illa de divortiis. Alfonſus lib. 2. de juſta hæret. punitio. cap. 7.*

74 Ex ejuſdem Gregorianæ Conſtitutionis verbis conſtat, hæreticum eſſe privatum omni dominio, ſcilicèt naturali, civili, & politico; naturali, quod habet in filios, nàm propter hæreſim patris efficiuntur filii ſui juris; civili, quod habet in ſervos; ab eo enim ſervi liberantur; politico, quod rerum Domini habent in ſubjectos, quo hæretici quoque privantur. *c. ulti. de hæret. cap. 2. §. ult. c. cum ſecundum de hæreti. lib. 6. l. Manichæos. C. eodem tit.*

75 Quæſitum ſcio, an Regnum hæretici Regis, qui ſuperiorem non habet, confiſcari queat. Cauſa dubitationis oritur ex hoc, quòd bona hæreticorum deferuntur fiſco domini ſuperioris; quamobrem Alphonſus Caſtrenſis cenſet, Regnum illud ad Filium Regis Catholicum pertinere, perindè ac, ſi hæreticus defunctus eſſet; Quod ſi filius, & proximiores conſanguinei hæretici quoq; ſint, Regnum ipſum Catholicum poſſet Regem Orthodoxum eligere. Si verò Regnum hæreticum eſſet, electio Regis Catholici ad Summum Pontificem pertineret. Hæc eſt Alphonſi noſtri ſententia, quæ mihi quidem nō diſplicet; addo tamen quòd Regnum illud poteſt à Catholicis occupari. *c. vergentis de hæreti. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm de libel. & poſthu. c. grandi de ſupplen. negligen. prælato. c. alius 15. q. 6. Alvarus Pelagius lib. 1. de planctu Eccleſiæ arti. 56. Alphonſ. lib. 2. de juſta hæreti. punit. cap. 7. Bal. in l. 1. C. de emancipa. libero. Corſetus de poteſtate regia q. 76. Godofre. in authen. ſi verò. C. de hæreti.*

76 Suſpecti autem de crimine hæreſis puniri poterunt pœnis pecuniariis arbitrio Inquiſitorum; quod tùm demum fieri ſolet, cum reus eſt vehemēter ſuſpectus, & propter ætatem, vel valetudinem, vel aliam cauſam, nec torqueri, nec purgari poteſt; nàm tunc trahitur cum aliis reis in publicum, indutus habitu pœnitentiæ, & abjurat ſolemnitèr, & tertia parte bonorum mulctatur, plus, minuſvè, arbitrio Judicum. Sed has pœnas applicare debent expenſis officii Sanctæ Inquiſitionis; nec eas accipere poſſunt, ne in ſolutū quidem ratione ſalarii ſibi, aut miniſtri debiti, ut mandato quodam Generalis Inquiſitoris pleniùs continetur. *c. accuſatus. §. ſeculares de hæreti. lib. 6. c. ſi vos 26. qu. 5.* & inibi *glo.* item *Cardinalis, & Joan. Imolen. in Clem. 1. de uſuris.* idem *Cardin. in Clem. ulti. in fine de hæreti. Fran. Squillacen. de Fide Cathol. cap. 31. Gonſalus de hæretica pravitat. q. 8. Covar. lib. 2. varia. reſolutio. cap. 9. & inſtru. 4. Tolet. cap. 8. Joan. Bern. in pratic. cap. 134. Zanchi. de hæreti. cap. 19. Fran. Burſat. conſ. 90.*

77 Cœterùm hæredes eorum, qui ſuſpecti erant de crimine hęreſis, condemnari non debent ad pœnas iſtas pecuniarias præſtandas, etiam ſi mortui fuerint illi ſuſpecti, accuſatione pendente; quia ſuſpiciones, quantumvis vehementes, morte reorum extinguuntur. *c. accuſatus. §. porrò de hęreti. lib. 6. l. ulti. ad leg. Juliam Majeſta. Domini. & Philipp. Fran. in dicto §. porrò. Anchar. in c. filii de hęreti. lib. 6. notab. 2. Hipppolyt. in l. ulti. de quęſt.*

Suſpiciones etiā vehementes reorum morte extinguuntur.

78 In his autem, aliiſq; pœnis arbitrariis Judex non quidquid libuerit judicare, ſed leges, & æquitatem ſervare debet. Nàm ſicuti Marcellus inquit: *Reſpiciendum eſt judicanti, ne quid aut durius, aut remiſſius conſtituatur, quàm cauſa depoſcit; ſed perpenſo judicio, prout quęque res expoſtulat, ſtatuendum eſt: & juxtà regulam Deuteronomii. Pro menſura peccati erit, & plagarum modus.* Sæpiſſimè quidem neceſſe eſt, ut Judex in pœnis legum arbitrio ſuo utatur, ita tamen, ut leges non offendat; nec enim homo dominari debet; ſed lex, & ratio. Et ut Ariſtoteles, ait; *Qui legem imperare jubet, is Deum, & leges jubet imperare; qui verò hominem, bellvam adjungit; huic enim ſimilis eſt cupiditas; & ira magiſtratus etiam optimos viros pervertit; lex autem eſt mens ſinè appetentia;* rectiùs igitur omnia ex legibus, quàm ex voluntate hominum, quæ periculoſa norma

Cap. 25.

eſt,

eſt, efficiuntur. *Legum Miniſtri*, ut in oratione pro Cluentio inquit Cicero, *Magiſtratus, legum interpretes, judices; legum denique idcirco omnes ſervi ſumus, ut liberi eſſe poſſimus*. Et libro 3. de legibus: *verè dici poteſt, Magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum Magiſtratum. l. reſpiciendum de pœnis Deutero. 25. l. 1. de uſuris Ariſtotel. 5. ethico. cap. 6. & lib. 3. politico. cap. ult. & lib. 2. cap. 8. l. 1. §. 1. ad Turpilianum Brunus lib. 3. de legatio. cap. 5. Tiraquel. lib. de pœnis in præfatione.*

79 Ex cauſa tamen Judex poteſt pœnas etiam legibus præfinitas augere, vel temperare. Cauſæ autem ex circunſtantiis naſci ſolent, quæ ſeptem modis æxiſtimantur, ut Claudianus Jureconſultus ait: Cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate, eventu. *l. quid ergo. §. pœna gravjor. de his qui notan. infa. c. de cauſis de officio delegati. Chryſoſtomus in Matth. hom. 76. col. ulti. de circunſtantiis. l. aut facta de pœnis. Fortunatianus lib. 2. Theotoricorum in principio. Lucas in l. 1. de colo. Illyricia lib. 11. & in l. ſi apparitor. de cohortalibus lib. 12. Tho. 1. ſecunda qu. 7. & quaſt. 18. Duran. Ricar.* & cœteri *in lib. 4. ſententia diſt. 16. Brunus lib. 5. de hæreticis cap. 19. Almainus tract. 1. moralium cap. 6. cum ſeq. Tiraquel. de pœnis in præfatione.*

80 Durius autem puniendi ſunt hæreſiarchæ, magiſtri errorum, & novarum hęreſum auctores, & inventores, & veterum reſuſcitatores; quia longè gravjus, quàm alii hæretici delinquunt; ſunt enim Lupi rapaces non parcentes gregi, loquentes perverſa, ut adducant diſcipulos poſt ſe; non tantùm errantes ipſi, ſed alios etiam in errorem mittentes. Docet hoc Joan-
Cap. 19. nes in Apocalypſi dicens: *Apprehenſa eſt beſtia, & cum ea pſeudopropheta, qui fecit ſigna, quibus ſeduxit eos, qui acceperunt characterem beſtiæ, & qui adoraverunt imaginem ejus, vivi miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis, ſulphure, & cœteri occiſi ſunt in gladio, &c.* quibus planè intelligitur, gravjori pœna puniendos eſſe aliorum ſeductores, quàm ſeductos ab illis. *Apocalyp. 19. Brunus lib. 1. de hæret. cap. 4. & lib. 5. de ſedition. cap. 6.*

81 Et quamvis magna ſit inter Juriſperitos diſſenſio; poſſit ne judex arbitrio ſub pœna mortis damnare quempiam, & plurimi putent id ex magna cauſa licere; benignior tamen, & verior ſententia eſt, neminem, quantumvis ſceleratum ſolo Judicis arbitrio pœna ultimi ſupplicii puniri poſſe; Prohibitum enim eſt præcepto Divino, hominem occidere, cujus præcepti exceptiones, ut Auguſtinus inquit, eadem ipſa Divina fecit auctoritas, ut ſcilicèt occidere liceat ſecundum divinas leges, publica tantùm Reipublicæ, aut Principis, aut Legislatoris auctoritate; non autem cujuſvis Judicis, aut Magiſtratus arbitrio; nàm Judex legis cuſtos, ejuſque Miniſter eſt; nec ullam habet poteſtatem in hominis vitam, niſi expreſſa lege mortis poena pro tali crimine conſtituta ſit; etenim ſolus Deus Dominus eſt vitæ, & mortis; nec vita cujuſpiam ex alterius arbitrio pendere poteſt. Perniciosè igitur errant Judices, qui ultimo ſupplicio puniunt illos, quorum crimina plenè probata non ſunt; vel ſi fortè probentur, non tamen clariſſima lege poena mortis pro eiſdem criminibus ſtatuta ſit; Etenim, ut Plato, Ariſtoteles, cœteriq; conſentiunt, minima tantummodò Judicis arbitrio relinquenda ſunt; mortis verò ſupplicium omnium pœnarum graviſſimum, & maximum eſt. Quòd ſi crimen aliquod atrociſſimum committatur, cui pœna mortis nominatim legibus præfinita non ſit; conſulere Principem Judex debet, non autem aliarum legum pœnas ad exemplum trahere; tametſi par, majorve ratio idipſum poſtulare videatur. *l. 1. de furib. balnea. l. 1. de effracto, & expilato. l. 1. ad Turpilia. Seneca lib. 3. de beneficiis. Jaſon. in l. qui juriſdict. omni. judi. Alfonſus Caſtren. lib. 1. de poteſtate legis pœnalis. cap. 6. in fine. Dominici Soto lib. 5. de juſtitia, & jure quaſt. 1. arti. 3. conſulendus eſt Princeps. l. Divi fratres. l. ad beſtias de pœnis. nec extendendæ ſunt leges pœnales. l. at ſi quis. §. Divus autem Marcus de religio. & ſumpti. funer. §. cum igitur. authent. de non eligend. ſecundo nuben. Jaſ. in l. cum quidam de liber. & poſthu. Aymo. de antiquitate 4. parte. § tranſeo nunc nu. 147. cum ſeq.*

82. Adde etiam quòd hęretici non modò pœnis temporalibus puniuntur, ſed quod graviſſimum, & vehementèr dolendum eſt, pœnis etiam æternis. Etenim *hæretico homini, qui Eccleſię non tenet unitatem*, ut ait Auguſtinus libro de fide ad Petrum, *neque baptiſmus, neque eleemoſyna, ne-*

na, neque mors pro nomine Chriſti ſuſcepta proficere poterit ad ſalutem, quod, & Origenes, Cyprianus, Iſidorus, & cœteri omnes tradunt; cujus rei cauſa in promptu eſt, quia extra Eccleſiam non eſt ſalus, & ſicuti Auguſtinus inquit, *Eccleſia Catholica ſola corpus eſt Chriſti, cujus ille caput eſt, Salvator corporis ſui. Extra corpus neminem vivificat Spiritus Sanctus; quia, ſicut ipſe dicit Apoſtolus, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis; non eſt autem particeps Divinæ Charitatis, qui hoſtis eſt unitatis:* non habent itaque Spiritum Sanctum hæretici, qui ſunt extra Eccleſiam. *c. firmiſſima de hæreti. c. alienus. c. ubi ſana fides cum ſeq. Aug. libro de fide ad Petrum cap. 39. Origen. lib. 1. in Job. col. 9. Cyprianus epiſtola ad Jubajanum de hæreti. baptizan. propè finem. Iſidorus lib. 1. de ſummo bono. cap. 20. c. ſi quis à Catholica 23. q. 4. Augu. ad Bonifacium epiſtola 50. & contra Donatiſtas epiſtola 152. & libro de vera, & falſa pœnitentia cap. 12.*

83 Sed hæreſiarcharum pœna in inferno erit graviſſima, & creſcet ex diſcipulorum damno. Magnus Baſilius libro de Vera Virginitate inquit: *Marcion, & reliqui hæreticorum dogmatum duces, quia per eam perverſitatem doctrinæ, quam Mundo invexere, maximè nocent; cuncti, qui ſalutis ſuæ damna per eos in hac vita perceperũt, auctores proditionis ſuæ, & ſi dudum vita functos atrocioribus illic ſuppliciis tradunt.* Et Theophylactus in epiſtolam ad Timotheum cap. 5. *Docet aliquis parva, pernicioſèque ſapientiæ inſtitutionem, dogmave profert; hujus peccatum ipſum ſequitur, non enim unà cum ipſo extinguitur; ſed poſt eum ſuperſunt corruptionis ejus ſucceſſores. Quod genus ſunt omnes, qui, præter Eccleſiaſticum dogma, commentaria ſcripſerunt. Dabunt autem illi pœnas, non ſolùm, quòd ipſi ſunt ſeducti, & erraverint; verùm etiam, quòd ſequentibus auctores erroris extiterint;* atque his ſimilia Oecumenius ibidem quoque ſcripta reliquit.

84 Cœterum, neq; hæreticus, neque alius quiſpiam facinoroſus ceſſare debet ab operibus bonis; nàm, & ſi bona opera extra Charitatem, & unitatem facta, mortua ſint; proſunt nihilominùs ad impetrãdam culpæ remiſſionem, & gratiam, ad promerenda bona temporalia, ad vitandam tranſgreſſionem præceptorum, ad obſiſtendum inclinationi peccatorum, ad habitum virtutum generandum, ad conſequendam interceſſionem Sanctorum, ad veniam faciliùs impetrandam, denique ad ſupplicium levjus. *c. ſi quando cum ſeq. de pœniten. diſtin. 3. Alexand. Aleſ. 3. parte quæſtio. 74. membr. 5. Altiſſiodorenſis lib. 3. tractatu 2. q. 7. Abulenſis Matth. 5. quæſtio. 171. Duran. in lib. 4. ſent. diſtin. 15. q. 3.* & illic *Gabriel. diſtinct. 16. qu. 2. & Joan. Major diſtin. 15. q. 1. Silveſter in ſumma, verbo charitas. §. 8. Hadrianus quolib. 8. col. 9.*

Opera mortua ad miſericordiam à Deo impetrandam, & ad alia multa proſunt.

85 Judices vicem eorũ dolere debent, quos ultimo ſupplicio legibus condemnare tenentur. *Imple Chriſtiane Judex*, inquit Auguſtinus, *pii patris officium; ſic ſuccenſere iniquitati memineris, ut non in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciſcendi libidinem; ſed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem.* Sane qui ſpontè hominem occidit, etiam quem lex occidere jubet, homicida eſt. *Hi qui Reipublicæ præſunt*, ut apud Ciceronem eſt, *legum ſimiles eſſe debent, quę ad puniendum, non iracundia, ſed æquitate ducuntur.* Vera juſtitia compaſſionem habet, falſa verò dedignationem. Nil cupiditate nocendi fiat, ſed omnia conſulendi charitate: nil fiat immanitèr, nil inhumanitèr; non homines, ſed peccata odio habeãtur; & quod ſeverius caſtigare neceſſe eſt, non ſævjentis plectatur animo, ſed medentis. Non ſine commiſeratione, ac dolore ferenda eſt ſententia ultimi ſupplicii, ut regiis legibus continetur; & ſeveriſſimus Portugalliæ Rex clementèr admodùm id ſervare dicitur. Qua in re jure, ac meritò laudatur Veſpaſianus, qui neque cæde cujuſpiam unquam lætatus, juſtis ſuppliciis illacrymavit etiam, & ingemvit. Bias quoque damnaturus quempiam ad mortem, lacrymatus eſt; & cum dixiſſet quidam: quid eſt hoc quod fleas, cum penes te ſit condemnare hominem? reſpondit: quia neceſſarium eſt, naturæ affectum legi ſuffragium reddere. *Auguſt. ad Marcellinum epiſt. 159. c. circuncilliones. c. cum Miniſter c. prodeſt 23. quæſt. 5. Cicero lib. 1. offic. c. vera juſtitia 45. diſtin. c. odio 86. diſtinct. Chryſoſtomus in Geneſim homil. 17. & in Acta Apoſtolorum homil. 43. & in priorem Pauli epiſtolam ad Corin. hom. 33. Regia. l. ulti.*

Veſpeſianus eos, quos juſtè condẽnabat lacrymis etiam miſerabatur.

Idem Bias fecit.

ulti. titul. 3. parte 7. Sveto. Tranquil. in Veſpaſiano cap. 15.

86 Hęretici pertinaces publicè in conſpectu populi comburendi ſunt; & id fieri ſolet extra portas Civitatis: quemadmodum olim in Deute. cap. 17. idolatra educebatur ad portas Civitatis, & lapidibus obruebatur. Pœna autem publica eſſe debet, quia, & poteſtas, & juriſdictio Judicum publica eſt, & ut civis meus Seneca controverſ. 17. inquit: *Non magis privatum poteſt eſſe ſupplicium, quàm judicium.* Et libro 3. de ira: *Quid tàm inauditum, quàm nocturnum ſupplicium? animadverſiones quò notiores ſunt, plus ad exemplum, emendationemq; proficiunt.* Et Plutarchus lib. de ſera Numinis vindicta: *Sceleſtorum ſupplicia ideò manifeſtè cunctis oſtenduntur, quoniam vindictæ cum ratione inflictæ officium eſt, alios per aliorum animadverſiones compeſcere, ac cohibere.*

Succeſſiuum tractum habet Hæreſis crimen.

87 Qui hæreſim dixit, aut hæreticus fuit antè multos annos, mitiùs puniendus eſt, ſi correctus fuerit; nàm ſi diù permanſerit, puniendus eſt durius; tùm quia crimen hæreſis habet tractum ſucceſſiuum; tum etiam; quia tantò gravjora ſunt peccata, quantò diutiùs animam alligant. *c. ulti. de conſuet. c. non debet de conſangui. & affinit. Tiraquel. lib. de pœnis, cauſa 29.*

88 Domus verò, in quam hæretici cōveniebant ad hæreſes docendas, atque diſcendas, olim quidem fiſco vendicabatur, ut multis conſtitutionibus codicis Theodoſiani continetur, titulo de his, qui ſuper religione contendunt. *l. 20 l. 23. l. 35 l. 49.*

89 Quin etiam domus aliena, in quam hæretici conveniunt, domino domus permittente, aut connivente, ſimilitèr confiſcatur, & dominus ipſe punitur, & colonus, qui id non indicavit, deportatur, actor, vel procurator poſſeſſionis verberibus coercitus, perpetuò metallorum operi deputatur *eodem titul. l. 11. l. 24. l. 26. l. 30. & l. ultim. C. de Sacrificiis paganorum.*

90 Sed plurimis conſtitutionibus, & quidem poſterioribus, domus illa Eccleſiæ Catholicę adjudicatur. *l. 33. l. 42. l. 44. l. 47. l. 56. de his qui ſuper religione contendunt C. Theod. & l. 3. l. Arriani l. quicunq; C. de hæretic. & conſtitutione novella. 132.*

91 Hodiè tamen, ſi domus erat hæretici, cum reliquis ejuſdem bonis publicatur; ſi verò aliena eſt, & in eum convenerunt hæretici, permittente, aut ſciente domino, funditus everti ſolet. Quinimò nonnunquàm diruitur domus, & pretium ejus domino ignoranti datur, cum id expedire videtur ad publicam Civjum vtilitatem, ut habeant, ſcilicèr, quibus commoneantur, ac deterreantur. *Joſue 7. numerorum 16. c. deniq; §. turibula 7. queſt. 1. argumento. l. Lucius. ff. de evictio. l. ſi quis ſepulcrum. ff. de religioſis Zanchi. cap. 39. & 40.*

92 Quid autem de eo fiet, qui ſe finxit officialem Sanctæ Inquiſitionis, ut aliquē opprimeret, ſpoliaret, vel eluderet? Modeſtinus ait: *Qui ſe pro milite geſſit, vel illicitis inſignibus eſt uſus, vel falsò diplomate vias commeavit, pro admiſſi qualitate graviſſimè puniendus eſt.* Et Julius Paulus libro 5. receptarum ſententiarum, *Qui inſignibus*, inquit, *altioris ordinis utuntur, militiamque confingunt, quò quem terreant, vel concutiant, humiliores capite puniuntur, honeſtiores in inſulam deportantur. 1. ff. de abigeis. Jul. Paul. lib. 5. titul. ad legem Cornel. teſtamentariam. l. eos ff. de falſis.*

93 Sed melior eſt Modeſtini ſententia, ut recto judicis arbitrio pro admiſſi qualitate puniatur impoſtor. Solet autem flagellis cædi, & nonnunquàm ad triremes damnari; nàm, & ſi quid gravjus admiſerit, non poſſunt Inquiſitores Apoſtolici eum Curiæ Seculari relinquere; jubebunt tamen, ut ablata reſtituat. *l. 1. ff. de concuſſione. l. pen. ff. ſtellionatus.*

ANNOTATIONES.

1 Divina, & naturali lege &c.

Delicta eſſe ob Publicam Vtilitatem punienda, Omnia Iura clamant. Vide *c. ut fama extra de Sent. Excommun. & tex in l. ita vulneratus in 1. reſpon. in fin. ff. ad l. Aquil. in l. licitatio. §. quod illicitè ff. de publica, & vectig. in l. Stichum. §. tametſi. ff. de ſolut.*; ex quo deducitur nullatenus poſſe illud Hæreſeos, quod præ cæteris atrociſſimum eſt, ſine publicæ Vtilitatis detrimento impunitum dimitti. Vide *DD. omnes in c. excommunicamus.* De Iuſta Hæreticorum punitione lege quæ ſapientiſſimè ſcripſit *Alphonſus à Caſtro.* præcipuè *lib. 2. cap. 12. Decian. tract. criminal. lib. 5. cap. 42. nu. 1. Lel. Zecch. in Summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæreſi cap. 11. nu. 16. Sanchez. in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 9. Rubr. de Excommunic. nu 1. Azor. Inſtit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 13.* & quæ ſcribunt Canoniſtæ Omnes *in c. 2. de hæretic. in 6.*

7 Pro-

7 Propter has omnes &c.

Pœnas, quibus hæretici mulctari ſolent, lege per c[illegible]nſum deſcriptas apud *Locat. in praxi Verbo Pœna §. Pœnas multas, & ſequen.*

10 Sed ajunt hæretici &c.

Hæretici quod ſibi pernicioſum nollent, tollere geſtiunt; ſed contra eorum rationes inſanas vide quid ſcripſerit *D. Thom. 2. 2. quæſt. 11. art. 3. & Io. Maldonat. in Matth.* 13.

45 Quamvis autem pluribus modis &c.

Pœna hæreticis debita, eſt ignis crematio. *Petr. Goffred. in l. 4. C. de Hæretic. & Covar. lib. 2. variar. reſolut. cap.* 10. *num.* 10. quamvis *Conſal. de Villa de hæretic. quæſt.* 15. *nu.* 4. dicat, quòd hæc potiùs eſt de conſuetudine, quàm de Iure. Qualis ſit Ignis pœna, & quibus in caſibus imponatur à jure, vide apud *Farinac. de delict. & pœnis quæſt.* 19. *num.* 21. & 22.

46 Nec iniqua eſt ea conſuetudo &c.

Nota qualiter morem hęreticos cremandi, conſuetudinem vocat hic quoque Simanc. quod doctrinæ. Conſal. de Villa conſonum eſſe videtur. *Text. Ioannis* 15. in hujuſmodi propoſitum adductum in hoc capitulo, vide ad literam explicatum, & hæreticis applicatum apud *Pegnam in addit. ad Eymeric. 2. part. Direct. ſuper c. ad abolendam nu.* 11.

49 Hac autem pœna &c.

Notandum quòd licet Sancta Mater Eccleſia ex benignitate Hæreticis pœnitentibus parcat regulariter pro prima vice, ut patet *ex tex. in l. Manichaos de hæretic. & in c. ad abolendam. §. præſenti §. latus de hæretic.* & ignis pœnam in Carceris perpetui, ſivè triremium, una cum aliis variis ſalutaribus pœnitentiis commutet, ut ex Concil. Toloſani Conſtitutionibus habetur; attamen nonnulli reperiuntur caſus, ubi hujuſmodi etiam pro prima vice, & quamvis ſint pœnitentes, non parcit. Hos vide per extenſum apud *Carenam de Off. S. Inquiſit. part. 2. tit. 2. de Hæret. pœnitentib. §. 2. nu.* 10. & nota ideo cautum eſſe hodie, ut quoties hæretici non pertinaces cremandi ſunt, priùs ſuffocentur, ut ſilicet eorum æternæ damnationis periculo conſulatur. *Locat. in praxi. Verbo ignis Pœna in fine.*

52 Ad pœnam quoque pertinet &c.

Fidem cum Iuramento Hæreticis datam, non eſſe illis ſervandam, tenuit quoque *Lell. Zecch. in Summa part. 1. tit. de fid. Rubr. de Hæreſi. cap. 11. nu.* 16. quod ſemper tamen intelligendum eſt de fide privata, ut *Menochius* ipſe non negat *conſ. 100. nu.* 218. *& ſequen.* de fide etenim Publica, ſeu data ab habente poteſtatem Hæreticos aſſecurandi ſecus eſt dicendum, ut hic quoque, & ſubſequenti numero docet Simanc. Cur Conſtantienſe Concilium contra datam fidem juſtiſſimè damnaverit, & damnatos igni dari juſſit Ioannem Hus, & Hieronymum Pragam, vide quæ refert idem *Menoch.* hic citatus à Simanc. *conſ.* 100. *nupercit. num.* 226. & 227.

54 Si tamen fides hæreticis &c.

Excipe, ſi fides hæretico data continuaret peccatum; tunc enim, & ſi ab habente publicam poteſtatem ſit data, nequaquam ſervanda eſt juxta *Lell. Zecch. loco nupercit.*

55 Pœna igitur &c.

Circa capituli hujus Doctrinam, nota fuiſſe ſententiam *Sanchezii de præceptis Decalogi lib. 2. cap. 24. nu. 1. & ſequen. contra Covarruviam, Pegnam,* & alios, teſtamentum hæretici factum ante declaratoriam ſententiam, ipſo jure nullatenus eſſe nullum; ſed tantùm per ſubſequentem ſententiam revocari. An autem per ſubſecutam pœnitentiam reconvalidetur, negant DD. quos affert *Farinac. de Hæreſi quæſt.* 190. *§.* 6. *nu.* 93.

56 Inde etiam fit &c.

Hæc Simancæ doctrina controvertitur inter Doctores, quos videre potes apud *Farinac. de hæreſi. quæſt. 190. §. 7. nu. 102. & ſequen.* Verùm, ut probabilius concluditur, quòd dempto caſu hæreditatis ſcientèr relictæ hæretico ab eo, qui illum hæreticum eſſe non ignorabat, hæreditas non fiſco, ſed proximioribus ab inteſtato venientibus teſtatori ſemper acquiritur. Vide eundem *Farinac. loco cit. num.* 103. *in fine.*

57 Hinc, & illud eſt &c.

Quod Hęreticus admittatur ad accuſationē alterius Hæretici, habetur in *Inquiſit. Repertorio. Verbo Accuſatio. Verſ. ſed in iſto Crimine*, & docuit quoque *Rojas ſingul.* 9. & quòd admittatur etiam contra fidelem in teſtem, ubi agitur de cauſa fidei, docet *Pegna in addit. Eymerici 3. part. Direct. quæſt. 68. comment.* 117. *Verſ. quantum verò &c.* quamvis aſſerat illius dictum, nec ſemiplenam probationem facere, nec ad capturam ſufficere, benè tamen ad inquirendum, niſi conjecturæ veriſſimiles, & adminicula alia concurrant.

63 Aliis quoq; beneficiis &c.

An hæc privationis Beneficiorum pœna incurratur ab Hæreticis ipſo jure; an per ſententiam Iudicis ſaltem declaratoriam, controvertitur à DD. Vide quæ docet *Delbene de off. S. Inquiſit. & hær. part. 1. dub. 102. num. 1. & ſequen.* & hic infrà *Simanc. num.* 72.

65 Adde etiam &c.

Hæreticum Eccleſiæ immunitate gaudere in aliis criminibus præter hæreſim docuerunt *Suarez tract. 1. de Religione cap. 10. nu. 13. Bonacin. diſp. 3. de primo Decalog. præcept. quæſt. 7. §. 3. & Sylveſter Verbo Immunitas 3. nu. 2. verſ. & idem puto de Hæretico*, quorum ſententiam, ut probabiliorem amplectitur quoque *Caſtropalao tom. 2. diſput. unica de Reveren. debita loc. ſac. punct. 7. nu.* 4.

68 Cœterum nobilis &c.

Hæc Simancæ doctrina videtur locū habere, quoties, Nobiles hæreticorum pœnis mulctandi ſunt, eo quoniam verè Hæretici reperti ſint; Nàm quoties ut ſuſpecti puniuntur; certè plebejorum pœnis non afficiuntur; non enim fuſtigantur, turpi mitra dehoneſtantur, ad triremes damnantur &c. ut fieri ſolet cum plebeis; quinimo in pœnis infligendis, inter cœtera monent DD. habendum eſſe reſpectum ad qualitatem Perſonæ. Quinam autem habendi ſint Nobiles, qui verò Plebei, vide *Alfonſ. à Caſtro de Iuſta hæretic. punit. lib. 1. cap.* 12. *Albertin. de agnoſcend. aſſertion. quæſt. 6. num. 24. & Bannez, 2. 2. quæſt. 13. art.* 1.

69 Quod ſi Clericus in hæreſim incidat &c.

Clericos, nedùm eſſe degradandos, cum ob pertinaciam, aut relapſum in hæreſim, brachio ſeculari traduntur; ſed, & quando perpetuo carceri mancipantur docent Doctores, quos ſequitur *Pegna in addit. ad Eymeric. 3. part. Direct. comment. 46. nu. 202. verſ. & conſequenter*; ſed nota, quòd in hoc ſecundo caſu ſufficit Degradatio verbalis, immò tunc temporis nullam degradationem præmitti ſolere propter diſpenſationem, qua poſſunt cum hujuſmodi Reis uti benignitèr Iudices, docet *Delbene de Off. S. Inquiſit. & hær. part. 1. dub. 155. num.* 10. Quod nàm autem diſcrimen ſit inter degradationem Realem, & Verbalem, vide apud eundem *Delbene loco nupercit. dub. 162. per. 3. nu.* 6. & 7.

6. & 7. & obſerva fuiſſe ſententiam *Locati in ſua praxi verbo Degradatio num.* 5. quòd Clericus in minoribus conſtitutus ſemper degradetur verbaliter, etiam in caſu, quo brachio ſeculari tradendus ſit. Recole ſupra not. *tit. 16. de Cuſtod. Reor. nu.* 15.

70 Per hanc autem degradationem &c.
Intellige de reali degradatione; nàm Clericus verbaliter tantùm degradatus, dummodò incorrigibilis non extet, & habitum, atq; tonſuram deferat, utroq; gaudet privilegio. *Gloſ. in c. Degradatio. Verbo Privilegio Clericali de pœn. in 6. Decian. in l. in omnibus cauſis de reg. jur. num.* 18. *Silveſter. verbo degradatio primo num.* 8. & alii DD.

De efficaci interceſſione facienda à Iudice Seculari pro Reo tradito ſeculari Brachio, ne mortis pœna plectatur juxtà *c. Novimus*; tenent aliqui eſſe ad precavendam Irregularitatem neceſſariam; at hoc poſt conſtitution. Pauli IV. & B. Pii V. gratis dictum videtur; cum ibidem Omnes Iudices Eccleſiaſtici liberentur ab irregularitatis incurſu. Eſt igitur talis interceſſio præmittenda, non ut Irregularitas vitetur; ſed ut juris communis, & Eccleſiaſtici Fori ab omni ſanguinis effuſione abhorrentis conſuetudo ſervetur. Vide *Pegnam in addit. ad Eymeric. 2. part. Direct. comment.* 20. *verſ. Itaquè hodiè.*

71 Prætereà Clerici &c.
Nota quòd, ſi Clerici hæreſim abiiciant, in ſuſceptis quidem Ordinibus miniſtrare permittuntur; at ad majores Ordines aſcendere prohibentur. *c. ſaluberrimum*, & *Convenientibus 1. qu. 7. c. Nos conſuetudinem diſt. 12.* & *c. Illud diſt. 5. Vgolin. de irregularit. cap. 36. num. 1. Silveſt. Verbo Irregularitas. §. 5. Majol. de irregular. lib. 5. cap. 46. nu. 2.* & *alii quamplures DD.* An autem Beneficiis priventur, dubia eſt ſententia. Vide, quæ habet *Delbene de Off. S. Inquiſit. & hær. part. 1. dub. 104. nu. nu. 1. 3.* & 4. & obſerva quòd Beneficia quæcunque ob hæreſis delictum vacantia, nunc Apoſtolicæ Sedi reſervantur ex conſtitutione quadam B. Pii V. quæ incipit: *Cum ex Apoſtolatus officio*, quæ habetur inter literas Apoſtolicas poſt *Eymerici directorium fol. mihi* 134.

72 Sed hinc exoritur quæſtio &c.
Vide quæ ſupra notavi *num.* 63.

81 Et quamvis &c.
Quicquid ſit de hac quæſtione; certum eſt quòd hodie, ubi agitur de Hæretico ſeculari brachio tradendo, cauſæ ad ſupremum S. Inquiſitionis Romanæ referuntur; hocq; in ſpecie de Relapſis inviolabilitèr obſervandum docet *Carena de Off. S. Inquiſit. part. 2. tit. 2. de hæret. pænit. §. 6. de pœna Relapſ. nu. 44. verſ. ultimo animadvertant.*

91 Hodie tamen &c.
Cum hac Simancæ doctrina conciliari poſſunt ſententiæ contrariæ doctorum, quos vide apud *Farinac. de Hæreſi quæſt. 190. §. 2. num.* 30. & 31. ubi *nu.* 32. invenies deſtruendam quoque Domum, in quam, ad Hæreticum perquirendum, à Domino, Curiæ prohibitus fuit ingreſſus.

De Pœnitentibus, & Converſis. Tit. XLVII.

SUMMARIUM.

1 *Pœnitentia poſt crimen admiſſum nihil prodeſt ad veniam, & impunitatem eorum judicibus ſecularibus.*

2 *Judices ordinarii, cum delicti perpetrati veniam quis petit, eam concedere non poſſunt.*

3 *Deprecatio quid ſit, & apud quos locum habeat.*

4 *Deprecatio in Sacro Inquiſitorũ foro locum habet, & in eo juris clementia eſt.*

5 *Pœnitentia, & vera peccati confeſſio magni momenti eſt, ad veniam facilius cõſequendam.*

6 *Pœnitentibus hæreticis non ſolùm Pontificiæ leges, ſed Cæſarea etiam veniam concedere ſolent.*

7 *Hæreticis ad Eccleſiam redeuntibus, quanti olim temporis pœnitentia præſiniebatur, & quanti hodie.*

8 *Pœnitentia hæreticis impoſita publicè agenda eſt.*

9 *Pœnitentes publici quo veſtitu induti eſſe debent.*

10 *Pœnitentiam olim agentes, cilicio, & ſacco induebantur.*

11 *Veſtitum pœnitentiæ qui abiecerit, aut occultaverit, puniendus eſt, ut impœnitens.*

12 *Inquiſitores moderari non poſſunt tempus ab eis præſinitum ad veſtitum pœnitentiæ ferendum.*

13 *Veſtitus pœnitentium, & ſaccus hæreticorum damnatorum ſuſpendendus eſt in Eccleſia, in cujus paræcia habitarunt.*

14 *Pœnitentiæ inſignia qui furantur, quomodo puniri debeant.*

15 *Hæretici, qui ad Eccleſiam redeunt, non ſolùm publicam pœnitentiam agunt, ſed eorum etiam bona conſiſcantur.*

16 *Pœnitentium bona interdum non conſiſcantur, quod non ipſo jure, ſed Principum indulgentia fit.*

17 *Pœnitentibus, qui ad rectam fidem redeunt intra tempus ab Inquiſitoribus præfinitum, quid conceſſerint Reges Catholici.*

18 *Pœnitentes an ſint exempti à juriſdictione Regia.*

19 *Pœnitentes non liberantur à juriſdictione Regia.*

20 *Pœnitentes exemptos eſſe à juriſdictione Regia non ſtatuit Decretum Leonis Magni.*

21 *Pœnitentes liberos eſſe à juriſdictione Regia, quos intellexerit Leo Magnus.*

22 *Pœnitentibus Eccleſiæ reconciliatis, & filiis, ac nepotibus damnatorum, quibus rebus interdicatur.*

23 *Pœnitentibus, & filiis, ac nepotibus damnatorũ probibetur, ne equis vehantur.*

24 *Pœnitentes, & filii, ac nepotes hæreticorum neque equulis uti poſſunt.*

25 *Pœnitentibus, & filiis, ac nepotibus hæreticorum mulabus etiam interdicitur.*

26 *Pœnitentes videntur, neque aſinis, nec vehiculis uti poſſe.*

27 *Pœnitentes hæretici quo tempore, & quomodo admittantur.*

28 *Pœnitens, qui publicè in alio Regno hæreticus, vel Apoſtata fuit, & priuſquàm ab aliquo accuſaretur, veniam petit, quomodo admittendus eſt.*

29 *Pœnitens, qui metu imminentium probationum ad Inquiſitores venit, quomodo excipiendus.*

30 *Pœnitens, qui in carcere veniam petit, quomodo tractandus.*

31 *Pœnitens, qui admonitus confitetur hæreſes, priuſquam ei dicta teſtium edantur, quomodo excipiendus.*

32 *Pœnitens, qui poſt editam accuſationem confitetur, quomodo admittendus.*

33 *Pœnitens, qui poſt quam teſtibus ſe convictum videt, confitetur, quomodo admittendus.*

34 *Hæreticus manifeſtè deprehenſus, niſi continuò poſt deprehenſionem veniam ſpontè petat, ſeculari Judici relinquendus eſt.*

35 *Pœnitens errores confitens, priùſquam teſtibus publicatis, convincatur, damnandus non eſt ad perpetuum carcerem.*

36 *Hæreticum quouſque nonnulli aſſerant admittendum eſſe.*

37 *Hæreticus ut admittatur, quando ſe convertere debeat.*

38 *Judicum arbitrio nonnulli aſſerunt relinquendum eſſe tempus admittendi hæreticum.*

39 *Judicum arbitrio relinquendum eſſe tempus admittendi hæreticum, periculoſa eſt opinio, & exploſa.*

40 *Pœnitentes hæreticos uſque ad definitivam ſententiam admitti poſſe, ſapienter Majores noſtri decreverunt.*

41 *Pœnitentes quomodo admittendos Lucii conſtitutio decernat.*

42 *Hæretici, quos lex Pontificia exigit, ut ſponte ſua convertantur, qui ſint.*

43 *Sponte, non ſemper ſignificat liberam voluntatem ſinè reſpectu cujuſquam.*

44 *Sponte ſua confiteri, quis dicatur.*

45 *Pœnitens, qui non confeſſus eſt, niſi vi, & tormentis adhibitis, an admittendus ſit.*

46 *Pœnitens confeſſionem tormentis extortam ultrò poſt ratam faciens, loco ſpontè fatentis habendus eſt.*

47 *Continuò, & confeſtim ad Eccleſiæ unitatem recurrere, quomodo quis dicatur.*

48 *Hæreticus, qui errores confitetur ante ſententiam definitivam, quomodo admittendus ſit.*

49 *Judices expectare uſque ad ſententiam definitivam, non longum tempus alicui videri debet.*

50 *Pœnitentes benignè ſunt recipiendi.*

51 *Confeſſio reorum qualis ſit juſta, & vera cenſenda.*

52 *Lacrymæ nonnullis nihil profuerunt.*

53 *Pœnitentiæ veræ optimum ſignum humilitas eſt.*

54 *Hæreſes Qui docet, an recipiendus ſit, ſi redire velit.*

55 *Hæreſiarcham non recipit Lucii III. conſtitutio.*

56 *Hæreſiarcham non recipi Lucii III. conſtitutione probatur ampliùs.*

57 *Hæreſiarchas ſeveriſſimè puniendos eſſe, etiamſi veniam petant.*

58 *Hæreſiarchæ, & Doctores errorum non una morte digni ſunt.*

59 *Lex, quæ de aliquo crimine ſimpliciter loquitur, ſcrutanda non eſt, cum alia concurrunt crimina.*

60 *Hæreſiarchæ, & errorum Magiſtri, curiæ ſeculari ſunt relinquendi.*

61 *Hæreſiarchæ cur ignoſcere non oporteat.*

62 *Hæreſiarcha multorum malorum cauſa eſt, & ut talis puniendus.*

63 *Lutheranarum hæreſum Magiſtris cur nullo pacto ſit ignoſcendum.*

64 *Hæreſum auctores, & Magiſtros ſeveriſſimè puniendos eſſe Paulus docet.*

65 *Lutheranarum hæreſum Magiſtri meritò curiæ ſeculari relinquuntur.*

66 Luthe-

66 *Lutherani non modo peſtiferi hæretici ſunt, ſed etiam ſeditioſi, atque everſores Reip.*

67 *Mecenatis conſilium, quod Auguſto dedit de religione ſervanda.*

68 *Hæreticus, qui Regi, aut Principi hæreſes perſuadere tentaverit, Judici ſeculari, ſine ulla miſeratione relinquendus eſt.*

69 *Hæretici, qui Reginam, aut filias, aut Sorores Regis, hæreſum venenis inficere conantur, ſeculari judici relinquendi ſunt.*

70 *Hæretici, qui filios Regis inficiunt, judici etiam ſeculari relinquendi ſunt.*

71 *Lutheranarum hæreſum magiſtri, ſeveriſſimè omnium hæreticorum puniendi ſunt.*

72 *Hæreſes, qui docere voluit, & nulli nocuit, an recipi poſſit.*

73 *Hæreticus ille, utrum Judici ſeculari iterum ſit relinquendus, qui ab eo reſtitutus eſt Inquiſitoribus, eo quòd dixiſſet ſe pœnitere velle, & alios hæreticos indicare, ſi pleniſſimè confeſſus fuerit.*

74 *Clericis cur non ſoleat publica pœnitentia injungi.*

75 *Clericis in gravioribus criminibus publica pœnitentia injungi debet.*

76. *Epiſcopi, Cardinales, & cæteri hujuſmodi publicam pœnitentiam agere debent, ſi hæretici ſint.*

77 *Pœnitentia injunctæ qui planè non ſatiſfecerit, quomodo puniendus ſit.*

78 *Pœnitentia ab Inquiſitoribus diligênti conſideratione præcedente, imponenda eſt.*

79 *Inquiſitores ad miſericordiam, & clementiam, quàm ad crudelitatem, & ſeveritatem proniores eſſe debent.*

80 *Judices, qui ſeveritatis gloriam affectant, & crudeles, & atroces ſunt, perniciosè errant.*

81 *Converſi qui dicantur.*

82 *Converſi, & eorum liberi, an veteribus Chriſtianis in omnibus æquandi.*

83 *Converſorum, atque Chriſtianorum veterum non par habenda ratio in honoribus, & dignitatibus.*

84 *Converſi recenter, & nondum ſatis edocti Catholicam fidem, ſi labantur in hæreſim, quomodo tractandi ſint.*

De Pœnitentibus, & Converſis.

1 POſt crimen admiſſum nihil pœnitentia prodeſt in foro judiciorum ad veniam, & impunitatem impetrandam; quod, & in Republica Hebræorum uſitatum erat, ut Juſtinus philoſophus auctor eſt. *quæſt.* 104. *l. qui ea mente ff. de furtis. l. ſi quis ſervo. C. eod. titul. leg. penult. ff. vi bono. raptorum.*

2 Undè fit, ut coram ordinariis judicibus non ſit locus deprecationi; quippè jurati, & aſtricti religione Judices, gratiam delicti facere non poſſunt. Idque eſt quod Cicero pro Murena inquit: *Fatetur aliquis ſe peccaſſe, & ejus delicti veniam petit; nefarium eſt facinus, ignoſcere.*

Quid deprecatio. 3 Eſt autem deprecatio, cum & peccaſſe, & conſultò feciſſe reus confitetur, & tamen poſtulat, ut ſui miſereantur, & ea locum habet apud Principem, & Magiſtratus maximos, qui religione non ligantur, & ubicunque juris clementia eſt; in qua deprecatione plurimum valere ſolent Benemerita, Nobilitas, Dignitas, propinqui, & amici. *Rhetorica ad Herennium lib.* 1. *Fabius lib.* 7. *cap.* 5.

4 In Sacro Inquiſitorum foro juris clementia eſt, atque adeo deprecatio locum habet; cœterum benemerita, nobilitas, dignitas, propinqui, & amici nihil hìc prodeſſe poſſunt; ſed cordis contritio, & confeſſio juſta, & ſpes in futurum innocenter vivendi. *Eſt quædam in peccatis verecundia, & pœnitentiæ portio, crimen fateri, nec derivare culpam, ſed recognoſcere*, ut Ambroſius inquit. *lib.* 2. *de Cain. & Abel. cap.* 9.

5 Sed quia talium ſententiarum pleni ſunt libri Theologorum veterum, & novorum; non erit alienum ab aliis quędam mutuari. Marcus ille Cicero in Vatinium ait: *Facilius iis ignoſcitur, qui non perſeverare, ſed ab errato ſe revocare moliuntur; eſt enim humanum errare, ſed ferinum in errore perſeverare.* Et alibi: *ſit errati medicina, confeſſio.* Et Seneca epiſt. 54. *Somnium narrare vigilantis eſt, & vitia ſua confiteri, ſanitatis indicium eſt.* Et alter

Act. 2. ſcen. 2. Seneca in Agamemnone: *Quem pœnitet peccaſſe, penè eſt innocens*, & Arrianus lib. 7. de rebus geſtis Alexandri Magni: *Summa medicina peccati eſt, & peccatum confiteri ſuum, & ejuſdem pęnitentiam prę ſeferre.* Et Periander Corinthius: *Cum peccaveris, ſubeat te pęnitentia.* Et Ovidius

Numen confeſſis aliquod patet.

Et idem alibi:

Sæpè levant pęnas, ereptaq; lumina reddunt,

Cum benè peccati pęnituiſſe vident.

Ex quibus omnibus, aliiſque multis perſpicuum eſt non ignoraſſe philoſophos pęnitentiam eſſe virtutem; tametſi neſciſſe videantur, eam eſſe virtutem ſpecialem Juſtitiæ, qualis inter homines ad Deum eſſe poteſt.

6 Verùm ad hæreticos revertamur, quibus pœnitentibus, non ſolùm Pontificiæ leges, ſed etiam Ceſareæ veniam concedere ſolent. Arcadius, Honorius, & Theodoſius, lege contra hæreticos lata, inquiunt: *Delicti veniam pęnitentibus damus.* Et idem alia in lege: *Licèt crimina ſoleat pęna purgare; nos tamen pravas hominum voluntates admonitione pęnitentia volumus emendare; Quicunq; igitur hæreticorum, Catholicam fidem, & ritum, quem per omnes homines cupimus obſervari, ſimplici confeſſione ſuſceperint, licèt adeò inveteratum malum longa, ac diuturna meditatione nutriverint, ut etiam legibus ante latis videantur obnoxii; tamen hos ſtatim, ut fuerint Deum ſimplici religione confeſſi, ab omni noxa abſolvendos eſſe cenſemus; ut ad omnem reatum, etiamſi maximè reos pęna videatur urgere, ſufficiat ad abolitionem errorum proprio damnaviſſe judicio; quia nunquam debet miſeris invocatum religionis deeſſe ſubſidium. l. 4. C. de hæret. l. 31. & l. 55. de his qui ſuper religione contendunt. C. Theodo.*

7 Hæreticis ad Eccleſiam redeuntibus longi temporis pœnitentia olim præfinita erat. In Concilio Elibertino cap. 22. decennium: in Concil. Agathenſi biennium iis pœnitentibus præſtituerunt Patres; ſed hodiè arbitrio Judicum id tempus præſcribendum eſt, præſertim cum convertuntur hæretici, priuſquam ſint in hæreſi deprehenſi. *c. ad abolendam de hæret. c. tempora. c. his qui. c. pęnitentibus. c. pro qualitate. c. hoc ſit 26. q. 7.*

8 Hæc autem pęnitentia publicè agenda eſt, ut cœteris exemplo ſit; & quia enormia crimina confuſione publica puniri debent. *c. ego de conſecratio. diſtin. 2. c. judices de pęnit. diſtin. 1. Alex. Aleſ. 4. parte qu. 64. & prima inſtruct. cap. 5.*

9 Ad hæc, publici Pœnitentes induti eſſe debent veſtitu pęnitentię duplici cruce inſignito, quem vvlgo Sancti Benedicti nomine appellant, eoque uti debent tempore à Judicibus definito. *4. Inſtruct. cap. 9. c. in capite 50. diſtinct.*

10 Sic olim qui pęnitentiam agebant, cilicio, & ſacco induebantur. Propheta Regius Pſal. 34. *Ego autem, cum mihi moleſti eſſent, induebar cilicio; humiliabam in jejunio animam meã.* Quo in loco D. Hieronymus inquit: *Cilicium veſtitus pęnitentia eſt:* Et idem Propheta pſalm. 29. *Convertiſti planctum meum in gaudium mihi, conſcidiſti ſaccum meum.* Ubi Euthymius ait: *Saccus pęnitentia, atque humilitatis ſignum erat.* Et Salvator noſter, apud Matthæum cap. 11. *Si in Tyro, & Sidone facta eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pęnitentiã egeſſent.* Quæ verba enarrans Theophylactus dixit, *Saccum illum cilicii, pęnitentiæ ſymbolum eſſe.* Poſſem talia multa proferre; ſed loca indicaſſe ſufficiat. *lib. 3. Regum cap. 21. & lib. 4. cap. 19. Danielis 9. Joelis 1. Jona. 3. Heſter 4. Eſaja. 58. c. qui ſanctus de pęnitentia, diſtinct. 1. c. Achab. eodem tractatu, diſtinctio. 3. Concilio 1. Toletano cap. 2.*

Sunt autem notatu digna, quæ magnus Baſilius ſcribit in Iſajam cap. 3. explicans verba illa: *Pro tunica protextatę purpurę, circumcingeris ſacco*, quibus adjungit: *Saccus, ſivè cilicium prębet non mediocre compendium ad parandam contritionem, & ſui humiliationem. Equidem qui amiculo circumtexitur purpureo, cunctatur ſe in terram demittere, & procidendo adorare Deum, ſuo parcens ornatui, ne floridus ille veſtis color emareſcat; Ex diverſo, qui ſacco induitur, locum omnem ſibi præſtituit accommodatum ad procidendum.*

11 Hoc veſtitu inſigniti eſſe debent pœnitentes, & eum ſuper alias veſtes portare; qui verò abjecerit eum, aut occultaverit, puniendus eſt, ut impœnitens. *l. in lege ff. de contrahen. emptio. Oldra. conſilio 284. Ana. in rubri. de apoſta. Lupus in rubri. de donati. inter vir. & uxor. §. 70.*

12 Nec Inquiſitores ipſi moderari poſſint præfinitum ab eis tempus ad hunc veſtitum ferendum; tùm quia functi ſunt officio, poſtea quàm de tribunali pronunciarunt; tùm etiam quia id reſervatum eſt Inquiſitori generali, atque Senatui. *l. judex ff. de re judi. 4. inſtru. cap. 9.*

13 Veſtitus ille pœnitentium, & ſaccus hæreticorum damnatorum, ſuſpendendus eſt in ea Eccleſia, in cujus parœcia habitarunt, ut ea inſignia monumentum ſint ad memoriam impietatis eorum ſempiternam; inſcribenda enim ſunt, & renovanda in illis nomina hæreticorum, & quamobrem damnati ſint: cujus exemplar videre licet in libro Numerorum, ubi ignis egreſſus à Domino interfecit ducentos quinquaginta impios, qui obtulerunt incenſum, & locutus eſt Dominus ad
Cap. 16. Moysē dicens: *Pracipe Eleazaro filio Aron Sacerdoti, ut tollat turibula, quæ jacent in incendio, & ignem huc, & illuc diſpergat; quoniam mortificata ſunt in mortibus peccatorum, producatque ea in laminas, & affigat altari, ut cernant ea pro ſigno; & monumento filii Iſrael.* & Eleazar ſacerdos affixit laminas altari, ut haberent poſtea filii Iſrael, quibus commonerentur. *cap. 16. c. & dixit Dominus de conſecrat. diſt. 2. c. denique. §. turibula 7. q. 1.*

14 Quæſitum fuit qua pœna eſſet afficiendus, qui inſignia iſta furatus eſt; & pleriſq; placuit arbitrio judicum puniendum eſſe, non quidem, ut furem, aut Sacrilegum, ſed ut contemptorem religionis, & judicum; ergò fuſtibus, ſivè flagellis caſtigandus, aut ei mulcta irroganda, aut in exilium eiiciendus eſt. *l. ſi familia. l. ſi quis id quod ff. de juriſdictio. & illic noſter Oreſtus.*

15 Non ſolùm publicam pęnitentiam agunt hæretici, qui ad Eccleſiam redeunt, ſed etiam bona eorum publicantur, & Eccleſiaſticis beneficiis privantur; nec ea recuperare poſſunt, & ſi Eccleſiæ gremio excipiantur; qua in re Paulus Pariſius, veteres quoſdam ſecutus, & Petrus Rebuffus inſigniter errare mihi viſi ſunt, donec cōperi, eos, & alios complures Juriſperitos, Italiæ conſuetudinem ſequi, quæ cum ſit vetuſtiſſima, & à Summis Pontificibus approbata, pro lege ab eis ſervanda eſt; in Hiſpania verò jura ipſa Pontificia, & Regias leges ſequimur; nec enim Inquiſitoribus licere putamus, bona ipſo jure confiſcata, relinquere pœnitentibus in damnum fiſci, cui videtur jàm jus eſſe quæſitum. *c. ſuper quibuſdam de verbo ſignifi. c. cum ſecundum. c. ut commiſſi. §. privandi de hæreti. lib. 6. Pariſius conſ. 2. lib. 4. Rebuffus tractatu de pacificis poſſeſſorib. nu. 196.*

16 Quamvis enim bona pœnitentium interdum non confiſcentur; id tamen non ipſo jure, ſed principum indulgentia fit, hoc eſt, cum hæretici convertuntur intra tempus, quod gratiæ vocant; nàm tunc privilegio Principis bona non auferuntur ab eis. *c. vergentis de hæreti. prima inſtruct. cap. 3. & cap. 7. Feli. conſ. 10. Brunus lib. 5. de hæretic. cap. 6.*

17 Hoc amplius conſtituerunt Reges Catholici, ut ii, qui ad rectam fidem redeunt intra tempus ab Inquiſitoribus præfinitum, bona omnia perindè recuperare, ac diſpenſare queant, ac ſi nunquàm in hæreſim incidiſſent; excepto, ſi bona immobilia alienare voluerint; id enim prohibentur facere ſine decreto Principis; ne bonis omnibus venditis ad religionis hoſtes transfugiant *2. inſtruct. cap. 25.*

18 Illud quæſitum eſt, an Pœnitentes iſti exempti ſint à juriſdictione Regia, & ab Inquiſitoribus dūtaxat puniri poſſint; Et multi quidem putabant, à judicibus Regiis hos puniri non poſſe, tametſi hominem vvlneraverint, aut occiderint; quia Leonis Magni decretum extat, quo pœnitentium cauſæ ad Eccleſiaſticum judicem remitti videntur; Et Gratianus addit, generalitèr id eſſe accipiendum, tàm in civilibus cauſis, quàm in criminalibus; nec deſunt Juriſperiti hujus opinionis auctores. *c. aliud 11. q. 1.* & inibi interpretes *Calde. conſ. 7. titu. de judiciis. Hoſtien. in ſumma tit. de foro compet. Guil. in ſpeculo. tit. de competen. judi. aditio. §. 1. verſic. 17. Anto. in c. 2. de foro competen. Alciatus in praxi. tit. de competen. judi. aditi. verſi. 16. Auguſti. Berojus in c. de his de accuſatio.* ubi ait, hanc eſſe communem opinionem.

19 Sed hæc opinio à ratione, & veritate longè eſt averſa; nec enim crimen eximit quenquam à judice ſuo; nec lex aliqua iſtos liberat à juriſdictione Regia; atque ea quidem multorum ſententia eſt, qua utimur. *l. pen. ff. de interd. & relegat. Innoc. in c. ſignificantibus de officio delegat. Abbas, Fran. Areti. Andr. Siculus in c. 2.*

de

de foro competen. Maria in cap. 1. ejuſdem titu. verſicu. decima declaratio. Covar. lib. quæſtionum cap. 34.

20 Neque his obſtat decretum Leonis Magni; illud enim conſilium eſt, non lex; nec de reo loquitur, ſed de actore. Nàm, & in epiſtola, quæ eſt ad Ruſticum cap. 8. inquit: *Si quis pœnitens habeat cauſam, quam negligere fortè non debeat, meliùs expetit Eccleſiaſticum, quàm forenſe judicium;* & ità multi ea verba interpretantur. *c. ult. 14. qu. 1. Hugut. Archid. Torquemada, & Præpoſitus in c. aliud 11. q. 1. Fran. Areti. & And. Siculus in c. 2. de foro compet.*

21 Adde, quòd pœnitentes illi, de quibus Leo locutus eſt, non fuerant hæretici Eccleſiæ reconciliati, ſed religioſi homines, qui ſtatum pœnitentiæ profitebantur; hi autem quodammodo Eccleſiaſtici erant; nam per manus impoſitionem cilicium accipiebant, & veſtitum commutabant, ut in Concilio Agathenſi cap. 11. proditum eſt. De his quoque in Concilio Aurelianenſi cano. 16. cavetur, ut qui pœnitentiæ benedictione ſuſcepta, ad ſecularem habitum, militiamq; reverti præſumpſerit, excommunicatione plectantur. Et in quarto Concilio Toletano can. 53. decreverunt Patres, ut quicunq; ex ſecularibus, accipientes pœnitentiam, totonderint ſe, & rursùs prævaricantes, laici effecti fuerint, ab Epiſcopo ſuo ad pœnitentiam revocentur: quod ſi admoniti ad pęnitentiam redire noluerint, ut veri Apoſtatæ coram Eccleſia anathematis ſententia condemnentur. Prætereo multa in eandem ſententiam. 3. *Concil. Toleta. cap. 12. & Concil. 13. cap. 10.*

22 Pœnitentibus autem reconciliatis Eccleſiæ, & filiis, ac nepotibus damnatorum interdictum eſt, ne argento, & auro, & pretioſis veſtibus, & armis utantur, & ne officiis publicis fungantur, quod pœna ignis ſancitum eſt; ſed hodie arbitrio Inquiſitorum puniuntur ii, qui ſecùs fecerint. Et olim quidem togæ jure carebant, quibus aqua, & igne interdictum erat, ut *lib. 4. epiſtolarum. Plinius* eſt auctor.

23 Capite ſextò primæ inſtructionis præterea prohibetur, ne iſti in equum aſcendant, aut vehantur in equo, idemq; erit in equa; nàm appellatione maſculi, fœmina comprehenditur. *l. ſi ita ſcriptum. ff. de lega. 2. l. legatis. §. jumentis de lega. 3.*

24 Sed neque in equulis ſedere poterunt; quia equus parvus, equus eſt; & quamvis varii ſint equuli, & variis nominibus appellentur, non ideò tamen equi eſſe deſinunt, nec genere differunt, ſed mediocritate. *L. ulti. ff. de feudo inſtru. vel inſtrumen. legato.*

25 Pluſculum dubitationis habet, an iſti mula advehi poſſint; mula enim alteriùs ſpeciei eſt. Verùm eadem omninò ratione, neq; in mulam aſcendere poterunt. Adde quod mulæ Hiſpanæ nonnunquàm ſunt equis pretioſiores. Quin etiam Rex ille David mulam ſuam plurimi feciſſe videtur, cum filium ſuum Solomonem Re- 3. Reg. 1.
gem creare volens, *Imponite*, inquit, *filiū Salomonem ſuper mulam meam*; & Reges olim albas mulas in pretio habebant, ut Chryſoſtomus in Evangelium Joannis eſt auctor. *homil. 11. lib. 3. Regum cap. 1. l. qui duos. ff. de legat. 3.*

26 Ad ſummam, ſi mula, mulus, & equulus, frænis, & ephippiis ornati ſint, nòn magis uti eis poterunt iſti, quàm generoſis equis. Quid? Quòd ſi aliundè argumenta ſumere licèt, nec aſinis, nec vehiculis uti poterunt; ſed pedibus iter facere debent; nàm, & ea pœnitentia quibuſdam facinoroſis imponitur. *c. admonere. c. latorem. 33. qu. 2. canone ultim. Concilii Vormacienſis can. ultim. 13. qu. 2.*

27 Quæſtio quidem vehemens, atque admodum implicita eſt; quo tempore, & quomodo hæretici pœnitentes admittantur. In ſolutione hujus quæſtionis longa diſtinctione opus eſt. Aut enim occultus hæreticus à nemine indicatus, ſe ipſum ad Inquiſitores defert, & errores ſuos plenè fatetur; & is proculdubio recipiendus eſt, nec debet ei publica pœnitentia imponi; ſed ſecretò abſolvendus eſt, quemadmodum ſub titulo de confeſſis pleniùs diximus.

28 Aut alio in Regno publicè Apoſtata, vel hæreticus fuit, & antequam adverſus eum quiſpiam teſtimonium dixerit, ipſe ad ſanam mentem ſponte rediens, veniam, & abſolutionem ab Inquiſitoribus poſtulat, & is quoq; admittendus eſt; ſed errores abjurare publicè debet, & ſalutarem pœnitentiam agere. Cœterum nec pœnam carceris patietur, nec habitum pœnitentium induet. 1. *inſtruct. cap. 8.*

29 Aut metu imminentium probatio-

num

num ad Inquiſitores venit, & conſceleratos indicat, & errores ſuos plenè fatetur; & is quidem, ſi teſtes contra eum ſupervenerint, Eccleſiæ reconciliandus eſt; ſed mitius cum eo agi debet; nec enim ad perpetuum carcerem damnandus eſt, nec habitum pœnitentium diù portabit. *l. quiſquis. §. ulti. C. ad leg. Jul. Majeſt. Hoſtien. & Felin. in c. de hoc de Simoni. Tiraquel. de pœnis. cauſa. 30.*

30 Aut jam comprehenſus, in carcerem conjectus fatetur hæreſes; & quidam putant hunc admittendum non eſſe, quia tunc confeſſio ſpontanea non eſt; ſed horum opinio crudelis, & falſa eſt, & ab omnibus ferè damnata; quia lex Pontificia nil tale ſancivit, nec efficit carcer, ut ea confeſſio non videatur ſponte facta. *c. ad abolendam de hæreti. Grillan. quæſtio 5. Alex. conſ. 9. lib. 7. Sylvanus conſ. 89.*

31 Quinimò, qui admonitus confitetur hæreſes, priùſquam ei dicta teſtium edantur, benignè recipiendus, nec ad perpetuum carcerem damnandus eſt; nàm, & is fateri videtur, antequàm deprehenſus ſit; nondum enim teſtibus, aut confeſſione convictus eſt. *Hoſtien. in ſumma tit. de hæreti. §. qualitèr deprehenſus*, cujus ſententia ab omnibus probata eſt, & prima inſtructione confirmata *cap. 11.* addo. *c. presbyterum 50. diſtinct.*

32 Aut confitetur poſt editam accuſationem, & admittendus quidem, ſed ſeverius puniendus eſt; quia non antè confiteri voluit, quàm ex accuſatione inſtrueretur, & planè intelligeret quarum hæreſum accuſaretur.

33 Aut poſtquam teſtibus convictus eſt, ideſt, publicatis teſtimoniis, confitetur errores; & is etiam admitti poterit, ſed in perpetuum carcerem detrudendus, ut Gregor. IX. conſtituit, qui Lucio III. non adverſatur, ut malè Sylvanus exiſtimavit; ſed in diverſis ſpeciebus loquuntur. *c. pen. §. ulti. c. ad abolendam de hæret.*

34 Lucius quidem ait; *Quicunq; manifeſtè fuerit in hæreſi deprehenſus, niſi continuò poſt deprehenſionem erroris ad Fidei Catholicæ unitatem ſpontè recurrerit, ſecularis Judicis arbitrio relinquatur.* Omiſerat Maximus ille Pontifex, qualem pœnitentiam agere debeant qui, poſtquam fuerint deprehenſi, redire voluerint ad Eccleſiæ gremium; idque eſt, quod Gregorius ſupplet, dicens: *Ad agendam condignam pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur.*

35 Ex quibus id quoque intelligitur, quod is, qui confitetur errores, antequàm deprehendatur, ideſt, priùſquam teſtibus publicatis, aut ſua ipſius aſſeveratione convincatur; is, inquam, damnandus non eſt ad perpetuum carcerem; ſed judicum arbitrio ſalubris pœnitentia imponenda eſt ei. *c. menſuram de pœniten. diſtinctio 1. l. 1. ff. de jure deliberandi.*

36 Sed quouſque admittetur hæreticus? multi ajunt, hæreticum pœnitentem Eccleſiæ gremio excipiendum eſſe, etiam poſt ſententiam deffinitivam, donec tradatur curiæ ſeculari; quia quandiu eſt ſub Inquiſitorum manu, tandiu videtur locus eſſe miſericordiæ. *Joan. And. Abb. & Ana. in c. excommunicamus 1. §. 1. de hæret. Card. in c. ad abolendam. Alvaro. in §. Gazaros de ſtatu, & conſuetudi. lib. feudo. Silveſter. in ſumma, verbo hæreſis 1. qu. 12. Decius conſ. 137. Albertin. in cap. 1. de hæreti. lib. 6. q. 12. Boherius deciſione 343. Ludovi. Carc de hæreti. nu. 159. Julius Clarus lib. 5. recepta ſenten. §. hæreſ. Fran. Burſatus, conſ. 90. nu. 34.*

37 Hæc autem opinio à jure, & ratione longè eſt averſa; Jura enim exigunt, ut ſtatim poſt deprehenſionem convertatur hæreticus. Et (*a*) D. Cyprianus inquit: *Probibendi ſunt à ſpe communionis, & pacis, qui in infirmitate, atq; periculo cœperint deprecari; quia rogare illos, non delicti pœnitentia, ſed mortis urgentis admonitio compellit.* (*b*) Adde quòd Judex, poſtea quàm ſemel dixit ſententiam, judex eſſe deſinit; ſemel enim malè; ſeù benè functus eſt officio. *c. idcirco de pœnitent. diſt. 7. l. judex ff. de re judic. l. ſi quis fortè ff. de pœn.*

38 Aliorum eſt opinio, id tempus in arbitrio Judicum eſſe; ii enim magis ſcire poterunt, quouſq; ſit quilibet admittendus. *Hoſtien. in c. ad abolendam. Matth. in conſtitut. Siciliæ titul. 1. Grillan. de hæreti. quæſt. 5.*

39 Verùm ea periculoſa opinio exploſa quoque, atque ejecta eſt; nec enim vita pœnitentium ex arbitrio judicum pendere debet, quorum arbitratui leviora duntaxat relinquenda ſunt, & ea, quæ impoſſibile fuit Legislatori definire, ut Plato, & Ariſtoteles tradunt. An ficta ſit, nec ne,

cujus-

cujuslibet pœnitentis confeſſio, id quidem legislator prævidere non potuit, cum ſit magis facti, quàm juris; quamobrem arbitrio judicum idipſum reliquit, tempus autem facilè præfinire potuit. *Plato 9. de legibus. Ariſtote. lib. 1. rheto. cap. 1. c. ut officium. §. ſi verò de hæreti. lib. 6. l. mora. ff. de uſuris.*

40 Sapienter igitur decrevêrunt majores noſtri, ut hæretici pœnitentes uſq; ad ſententiã definitivam admitti poſſint, nec deinceps veniæ, aut clementiæ ſit locus; quòd, & Gerſon, & noſtrates tradidêrunt; & eo jure utimur. Verba Gerſonis ſunt; *Difficillimum eſt convincere, aliquem pertinacem, & incorrigibilem fuiſſe antè judicium; nàm etſi millies proteſtatus fuerit antè ſententiam, quòd defendet errorem ſuum, admittitur tamen ad veniam in puncto ſententiæ proferendæ, ſi ſe monſtret pœnitere, & velle ſtare judicio ſuperioris; Quamvis Occam videatur oppoſitum tenuiſſe, contra quem eſt uſus, & lex Eccleſiæ.* Hæc ille. *1. inſtruct. cap. 12. Gerſon. 2. tractatu de ſchiſmate. Gonſal. de hæreti. pravit. q. 20. Alberti in c. 1. de hæreti. lib. 6. quæſt. 12. Alſon. lib. 1. de juſta hæret. punit. cap. 23. Bertran. conſ. 212. lib. 2. Zanchi. cap. 16.*

41 Supraſcriptis tamen vehementèr obſtat celebris illa Lucii conſtitutio, quæ, ut admitti queat hæreticus, exigit, ut ſpõtè, continuò, & cõfeſtim ad unitatem Catholicæ Fidei recurrat. Quomodò ſpontè ad unitatem redit, qui ſqualore fatigatus carceris, & ſæpè monitus, poſt ſexcenta periuria, vix tandem confitetur errores? Quomodo continuò, confeſtimquè ad Eccleſiam recurrit, qui poſt admonitiones, poſt accuſationem, poſt edita teſtimonia, poſt menſes plures, ſupplicium deprecatur? *c. ad abolendam de hæret. Godofre. in l. 4. C. eodem tit.*

42 Ut ea diſſolvantur, obſervandum eſt in primis, quòd lex Pontificia non requirit, ut omnes hæretici ſponte ſua convertantur; ſed ii duntaxat, qui Clerici, aut Monachi, aut cujuslibet religionis obumbratione fucati fuerint; hi maximè ad fidei unitatem ultrò redire debent; quia, ut Cyprianus inquit; *Religio violata, aut fraternitas perdita duplices pœnas eis irrogabit.* Atque hæc quidem eſt Legislatoris diſtinctio Clerici à Laico, hactenùs à nemine animadverſa.

43 Deindè, notandum, animadvertendumq; eſt, verbum *ſponte*, non ſemper ſignificare liberam volũtatem ſinè reſpectu cujuſquàm, ut in loco illo Poetæ: *Saturni Gentem non vinclis, nec legibus æquam; ſed ſponte ſua*: & in multis juris civilis locis; Nonnunquàm enim ſponte fieri dicitur, quod quis voluntate ſua, per ſe, & ſuo judicio facit; quin etiam quod fit, alio inſtante, atque impellente, ſponte fieri dicitur. Cicero ad Atticum: *quod profectò cum ſua ſponte, cum te inſtante faciet.* Et libro de Oratore: *Si ſua ſponte, quò impellimus, inclinant.* Denique ſponte quoq; fit, quod nulla vi adhibita fit; idem Cicero de ſenectute: *Senex autem, ſicut ſua ſponte nulla adhibita vi conſumptus ignis, extinguitur. l. ſed, & ſi alio. l. qui totam. ff. ad Trebelli.*

Quid ſignificet verbũ ſponte.

44 Sic ergò in propoſito, ſponte ſuæ confiteri is quoq; dicetur, qui conjectus in carcerem, ſuo judicio, & voluntate ſuæ fatetur errores, nulla vi adhibita. Quòd eo magis intelligi poteſt ex ſubjecta materia; quia Pontifex Maximus ait, eos ad Fidei Catholicæ unitatem ſponte recurrere, qui poſtquàm fuerint in hæreſi deprehenſi, ad Eccleſiam redeunt; deprehenſio autem eſt, cum quis in facinore manifeſto deprehenditur; aut cum aſſervatione ſuæ in errore perſiſtit, aut cum teſtibus, vel ſcriptis planè convincitur. Cęterùm quocunq; modo deprehenſus confiteatur, non omninò fatetur liberè, & ultrò, & nihilominùs confitetur ſponte; nec enim omnis coactio voluntatem excludit. Cogitur aliquis vi veritatis, cogitur alius conſciẽtia, & alius voluntate ſua, ut ait Comicus in Andria: *Coactus*, inquit, *tua voluntate es.* Et in eodem opere: *Coactus legibus eam uxorem ducet.* Et in Adelphis: *Quod vos jus cogit, id voluntate impetret. c. ad abolendam*, & inibi *glo.* & omnes *l. ſi mulier. §. ulti. ff. quod met. cauſa.*

Act. 4. ſcen. 1.

Act. 3. ſcen. 5.

45 Pluſculum dubitationis ea res habet, cũ reus non antè confiteri vvlt, quàm confeſſio ab eo vi adhibita, ideſt, tormentis extorqueatur; videtur enim non ſua ſponte fateri, cui conſequens eſt, ut admittendus non ſit; Etità Laurentio Sylvano placuit. *conſ. 89.*

46 Sed id ego longè ſecus exiſtimo; nàm, & ſi prior illa confeſſio tormentis extorta ſit; ea tamen efficax non eſt ad

pro-

probationem, & condemnationem, niſi ſponte poſteriore confeſſione rata habeatur; cum autem Reus confeſſionem violentam ultrò ratam facit, non eſt cenſendus invitus; nec illa rati habitio vi adhibita extorquetur, ſed omninò voluntaria eſt. Relinquitur ergò, ut ſi ejus confeſſio juſta fuerit, is quoque admittendus ſit. Et hæc ſententia judicum omnium conſenſu probata, & recepta eſt.

47 Supereſt, ut alterum ſcrupulum eximamus; quomodo continuò, & confeſtim ad unitatem Eccleſiæ recurrat is, qui poſt longum tempus confitetur errores; ſed lex Pontificia id exigit, poſt deprehenſionem, hoc eſt, ut poſtquam fuerit Reus in hæreſi deprehenſus, continuò, ſivè confeſtim ad Eccleſiam redeat: eæ autem dictiones cum aliquo temperamento temporis accipiendæ ſunt, & modo brevius, modo longius tempus prò ſubjecta materia exigunt. Nàm, & Ulpianus modicum tempus eſſe dixit triginta dierum; & in propoſito, non ſolet eſſe tempus longum a deprehenſione uſquè ad ſententiam; neque hoc intervallum alio fine terminari potuit. *l. ratum, & l. quod dicimus. ff. de ſolutionibus. l. promiſſor de conſtitu. pecu. l. 1. §. item ſi ita. ff. ad leg. falcid. l. 1. in princip. ff. de itinere actuque privato. l. quo enim §. 1. ff. rem rat. haberi interpretes omnes in l. 3. §. eum igitur. ff. de vi, & vi armata.*

48 Igitur hæreticus errores confeſſus antè ſententiam deffinitivam, recipi quidem poterit; ſed Judices non ſemper eum admittere debent, niſi confeſſio juſta ſit, & non falſa, & ficta, ſeu ſimulata. Qua *Opinio Sylvani labilis.* in re iterum eodem loco Laurentius Sylvanus labitur, dicens non eſſe in arbitrio judicum, non admittere hæreticum confitentem antè ſententiam; quaſi verò Judicum arbitratu Rei condemnarentur, & nõ potiùs id fiat à lege Pontificia, quæ non potuit hæc facta, & eorum circumſtantias prudentiæ judicum non relinquere. *c. ut officium. §. 1. de haret. lib. 6. l. mora. ff. de uſuris. l. 1. §. 1. ff. ad Turpil.*

49 Quòd ſi cui longum eſſe videatur expectare uſque ad ſententiam; is multa *Vbi agitur de hominis morte cunctatio nulla longa.* conſideret. Primùm quòd nulla unquàm de morte hominis cunctatio longa eſt. Deindè, quòd Sextus Cæcilius anguſtiſſimũ tempus eſſe dicebat ſexaginta dierum alienandis, manumittendiſvè ſervis; non erit igitur longum, plures dies opperiri, ut hæreticus convertatur, & vivat. Ad hæc, difficilimæ ſunt repentinæ mutationes; itaq; tempore hæreticus eget, ut ab impietate diſcedat. Tum illud addo, quòd Reipublicæ quoq; intereſt, ut hæretici ſpe veniæ conſequendæ, participes impietatis Judicibus indicent; quod facere non ſolent ii, qui ſciunt, ſibi non eſſe ignoſcendum. Poſtremò, non eſt uſque adeò facile, ac dulce, fateri ſe fuiſſe hæreticum, ut pudor, ut infamia, ut publicatio bonorum, ut habitus impietatis, denique ut dæmon ipſe non vehementèr obſiſtat. Nihil ergò humanum à nobis alienum eſſe debet. *l. proſpexit. ff. qui, & à quibus. c. ſi ſermo de pœnit. diſt. 2. c. ancillam 32. q. 2.*

50 Vidi ego dicentes: Qui fieri poteſt, ut convertantur ſpontè, ii, qui latitabant, fugiebant, & vix comprehendi poterant, & inviti detinentur in carcere? Eorum confeſſio metu mortis imminentis magis fit, quàm ut revertantur ex animo. Quibus reſpondere ſolebam: ſpiritus ubi vult, ſpirat, & vexatio dat intellectum: Eccleſia de occultis non judicat; leges Pontificiæ in hæreſi deprehenſos admittunt: omnia ſunt in benigniorem partem accipienda; propenſiores debemus eſſe ad abſolvendum, quàm ad condemnandum; & pœnis legum contenti, ſeveriores eſſe non debetis, quàm leges ipſæ: nec præſumptionibus, & ſuſpicionibus quenquam damnare debetis. Nabucodonoſor pœnitenciam *Daniel. 4.* meruit fructuoſam; nonne poſt innumeras impietates flagellatus, pœnituit, & Regnum, quod perdiderat, rursùs accepit? *c. Nabucodonoſor. 23. quaſt. 4. l. ſi ſtipulatio 19. de verb. obligat.*

51 Nos verò integram confeſſionem, juſtam eſſe judicamus, præſertim cum reus flevit, & ingemuit; hæc enim ſunt ſigna veræ confeſſionis, & pœnitentiæ; juxtà quod Propheta Regius inquit: *Lacrymis* *Pſal. 6.* *meis ſtratum meum rigabo.* Et alibi *Laboravi ingemitu meo, & gemitus meus à te non* *Pſal. 36.* *eſt abſconditus*: & Apoſtolorum Princeps flevit amarè. Prætereo multa in hanc ſententiam, quæ ex Hieronymo, Ambroſio, Chryſoſtomo, Auguſtino, aliiſq; multis Gratianus retulit. *Luca 22. c. lacryma. c. porrò. c. convertimini. c. quem pœnitet. de pœnitentia diſtin. 1. c. pœnitentiam. c. ſunt plures de pœnit. diſt. 3.*

Geneſ. 25.

52 Nec me latet, lacrymas nonnunquàm nihil profuiſſe; veluti cum Eſau non invenit pœnitentiæ locum, quàmvis cum lacrymis inquiſiſſet eam; ſed lacrymæ illæ, ut ait Chryſoſtomus, non erant pœnitentiæ, ſed animi violenti, & indignationis internæ; quod ex operibus ejus perſpicuum eſt; vel, ut rectè inquit Anſelmus: *Licèt ubertim fleret, tamen pœnitentia locum non invenit, per quam primogenita, quæ priùs vendiderat, recuperaret; vel benedictionem, quam frater ejus acceperat, ipſe ſumeret; quia ſerò flevit, & ſerò pœnitentiam quæſivit. Impoſſibile enim jàm erat mutari quod factum fuerat.* hæc ille ibidem, *ad Hebræ.* 12. *c. irriſor. c. Judas de pœniten. diſtin.* 3.

Humilitas Optimũ pœnitentiæ ſignum in hæretico converſo.

53 Optimum quoque ſignum eſt veræ pœnitentiæ, humilitas; nec enim ſufficit à præteritis malis recedere, niſi etiam de his, quæ facta ſunt, ſatisfiat Domino per pœnitentiæ dolorem, & per humilitatis gemitum; quia pœnitentia eſt humilium, & bonorum fidelium pœna quotidiana, ut Auguſtinus inquit, & ubi ſuperbia regnat, humilitas locum habere non poteſt; ſinè humilitate verò veniam ſperare non licet. Superbi autem omnes hæretici ſunt, ut ſæpè Hieronymus inquit; itaq; pœnitentes ſuperbi hæretici adhuc eſſe videntur. *c. non ſufficit. c. tres ſunt. c. quis aliquãdo in fine. de pœniten. diſtinct.* 1.

54 Exiſtit autem hoc loco quæſtio ſubdifficilis, an is, qui docet hæreſes, quem dogmatizatorem vocant, recipiendus ſit, redire volens; Et prima quidem fronte videtur, hunc pœnitentem admittendum eſſe; nàm, & Lucius III. in conſtitutione illa celebratiſſima, quæ hæreticos pœnitentes excipit Eccleſiæ gremio, eum quoque accipit, qui de Sacramentis Eccleſiaſticis aliter docet, quàm Sacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſervat. *c. ad abolendam de hæret.*

55 Sed ea Conſtitutio eget interpretatione juſta; non enim recipere videtur dogmatiſtam, ſed credentem; nàm in prima parte utrunque pariter vinculo perpetui anathematis obligat, quia uterque in excommunicationem incurrit; cum autem de admittendis pœnitentibus loquitur; nullam Doctoris mentionem fecit. Nec exiſtimandus eſt Legiſlator æqualitèr diſſimiles accipere voluiſſe, cum ſit longè gravior Magiſtri, quàm Diſcipuli culpa; lapſis enim, & errantibus ſubvenitur, non autem ſeductoribus perditis, quibus lex Divina non parcit. Ait enim lex: *Si tibi voluerit perſuadere frater tuus, aut filius, aut uxor, vel amicus, clam dicens: eamus, & ſervjamus diis alienis; non acquieſcas ei, nec audias, neque pareat ei oculus tuus, ut miſerearis, & occultes eum, ſed ſtatim interficies. Sit primùm manus tua ſuper eum, & poſt te omnis populus mittat manum; lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abſtrahere à Domino Deo tuo. Deutero.* 13. *l. hi qui. C. de apoſtatis.*

56 Huc accedit, quòd conſequens clauſula generalis, non eſt æqualitèr ad antecedentia referenda, cum ratio diſſimilis fuerit, & inæquabilis cauſa. Quis autem ignorat, maximam eſſe diſtantiam inter Doctorem, & Diſcipulum, deceptorem, atque deceptum? *l. cohærendi. §. qui diſcretas*, & inibi. *Areti. de vulga. & pupilla. Angel. in §. hinc nobis authen. de hæredi, & falci. Imol. in l. Cajus ſolut. matri. Paul. in l. ulti. C. de ſenten. Alex. in l. in teſtamento. C. de teſtam. milit. Decius conſ.* 456.

57 Quamvis autem aliis quoque Pontificiis legibus pœnitentes hæretici recipiantur; ea tamen regula generali non comprehenduntur hæreſiarchæ, neq; Doctores errorum. Et ſi enim aliis hæreticis venia concedatur, iſti tamen ſeveriſſimè puniendi ſunt, qui Magiſtri fuerint, & impietatis Duces. Sic olim, quia populus Iſrael fornicatus cum filiabus Moab, adoravit deos earum, iratus Dominus ait ad Moyſem: *Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra Solem in patibulis, ut avertatur furor meus ab Iſrael;* Sic etiam duces ſeditionum durius puniri ſolent, etiam ſi cœteris ignoſcatur. *Numerorum* 25. *& l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Juli. de vi. publica. Tiraquel. lib. de pœnis cauſa.* 74.

58 Ad hæc, Pontificiæ leges, quæ hæreticos pœnitentes recipiunt, non ſunt ad eos trahendæ, qui non una morte digni ſunt, ſed pluribus; ſatis enim, ſuperq; eſt, ut uno crimini morte digniſſimo ignoſcatur; nec juſtum, aut æquum eſt, ut multa crimina ſint impunita. Hæreticus autem propter quamlibet hæreſim in pœnam mortis incurrit; qui verò Doctor hæreſum eſt, hoc ipſo altera dignus eſt morte; nàm, ut lex ait; *Ultimo ſupplicio coercendi ſunt*

qui

qui illicita docere tentaverint ; & qui fidem alterius expugnant perverſa doctrina. l. quicunque. C. de hære. l. pen. de apoſtat. & l. fi. de Judæis. l. 75. tit. 6. lib. 16. C. Theodoſiani. l. 1. §. perſuadere, & §. ſed utrum. ff. de ſervo corrupto.

59 Accedit eòdem, quòd lex, quæ de aliquo crimine ſimpliciter loquitur, ſervanda non eſt, cum alia concurrunt crimina. Ut enim Ulpianus inquit; *Nunquàm plura crimina concurrentia faciunt, ut aliini impunitas detur ; nec delictum ob aliud delictum minuit pœnam ; ſed intereſt publicè nullum impunitum relinqui. l. nunquàm plura de privatis delictis. l. ſi adulterium cum inceſtu. l. vim paſſam. §. præſcript. ff. ad leg. Juli. de adult.*

60 Itaq; relinquendus eſt curiæ ſeculari Hæreſiarcha, & Magiſter errorum, & eò magis, ſi multis nocuit; venia enim indignus eſt; qui hæreſes pluribus perſuaſerit; perindè atque homicida; qui multos occidit homines. Nàm, & hæreticus tot occidit homines, quot induxerit; homicida eſt, & doloſus quotidiè animarum ſanguinem fundens, ut inquit Hieronymus in pſalmum 5. *l. 3. C. de Epiſcopali audientia.*

61 Præterea punire oportet hæreſiarchas, nec eos ullo pacto recipere, ut rudioribus diſcipulis, atque Reipublicæ meliùs eo exemplo conſulatur. Et ut Divus Hieronymus inquit; *Ideò magiſtri hæreticorum percutiantur, ut ſalvi fiant diſcipuli. in Amos cap. 9. Brunus lib. 5. de ſeditio. cap. 6.*

62 Tùm illud addo, quòd qui docet hæreſes, non gladio, ſed veneno peſtiferi dogmatis interficit, non corpus occidit, ſed animam; non brevi morte, ſed ſempiterna; quas ob res graviſſimo ſupplicio dignus eſt. Huc accedit Auguſtinus alicubi dicens: *Pœnam Arrii apud inferos nondum eſſe ad certum acerbitatis modum terminatam ; ſed adhuc eam augari, quòd nec dum finis ſit ſui pravi dogmatis ; quo plurimorum animas non ceſſat occidere. l. 1. C. de maleficiis. l. ſancimus de Sacroſanct. Eccleſia. l. reſpiciendum. ff. de pœnis.*

63 Ex quibus omnibus, aliiſq; multis perſpicuum eſt, Magiſtris Lutheranarum hæreſum nullo pacto ignoſcendum eſſe. Quippè cum multis ſimul vitiis, & flagitiis ſint contaminati; hoſtes Eccleſiæ, inimici Sanctorum, Divini juris violatores, Sacrilegi, bonorum operum, atque adeò bonorum omnium morum corruptores, Rerum publicarum everſores. Nec enim ignoſci poteſt iis, qui nefaria crimina tantorum facinorum, ac tàm atrocium ſuſcipiunt.

64 Magno quidem argumēto eſt Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos cap. 10. dicens: *Irritam quis faciens legem Moyſi, ſinè ulla miſeratione duobus, vel tribus teſtibus moritur; quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus ſpiritui gratia cōtumeliam fecerit?* Lutherani autem filium Dei, & Eccleſiam ſponſam ejus conculcant, & ſanguinem teſtamenti polluunt, Evangelium depravantes, & fide viva abutentes, & Sacramenta omnia tollentes, ac profanantes. Deniq; Spiritui Sancto contumeliam faciunt, traditiones ejus irridentes, ac planè dicentes, nullam veritatem eum docuiſſe per mille quingentos circitèr annos. Relinquitur ergò, ut ſeductores Lutherani, Apoſtolo judice, ſinè ulla miſeratione puniantur. Cum Lutheranos dico, Sacramentarios, Anabaptiſtas, Hugonotos, & cęteras hujus temporis peſtes intelligo; quia eadem ferè cauſa eorum omnium eſt.

65 Præterea, qui docet hæreſes iſtas, flagitium grave committit, non ſolùm damnabile, ſed etiam damnoſum; Falſarius eſt peſſimus, qui non literas Pontificis falſat, ſed Omnipotentis Dei. Cùm autem Eccleſia non habeat pœnam condignam, qua juſtè hunc punire poſſit; reſtat, ut eum curiæ ſeculari relinquat. *c. novimus de verb. ſignifi. c. ad falſariorum de crime falſi. c. tum non ab homine de judi.* & inibi *Anthar. & Alcia. Abb.* & cœteri *in c. at ſi Clerici de judi. Felin. in c. 1. de conſtitutio.*

66 Deindè, qui dogmata perſuadent, ii proculdubio Rempublicam ipſam diſturbant, ac diſſipant; quod cum hæreticorum ferè omnium fit, iſti tamen multò id magis efficiunt, qui hierarchiam Eccleſiaſticam tollunt, & Chriſtianam Rempublicam labefactant, atque perfringunt. Quamobrem ſeveriſſimè puniendi ſunt, non modò, ut peſtiferi hæretici, ſed etiam ut ſeditioſi, atq; everſores Reipub.

 67 Con-

Conſiliū datum Cæſari à Mæcenate.

67 Conſuluit Mæcenas Romanorum Sapientiſſimus, ut non ſolùm more Majorum Auguſtus Cæſar nomē diligentèr coleret, ſed & alios ad eum cultum compelleret; eos verò, qui peregrinum aliquid, aut novum in religione tentarent, puniret, & coerceret; non ſolùm religionis cauſa, ſed etiam ipſius Reipublicæ, ut à Dione proditum eſt lib. 42. Videbat vir prudentiſſimus, religione mutata, mutari quoque Reſpublicas; utrunque autem in benè conſtituta Republica perniciosiſſimum eſt, & maximis ſuppliciis digniſſimum.

68 Ille quoq; hæreticus, qui Regi, aut Principi hæreſes perſuadere tentaverit, mea quidem ſententia, ſinè ulla miſeratione Judici Seculari relinquendus eſt; conjunxit enim hereſim cum criminæ leſę majeſtatis hoſtili animo adverſus Principem, & Rempublicam animatus; Eſt quippè crimen maximi ſceleris animam Principis, atque adeò Univerſæ Reipublicæ occidere velle. Nàm, ut civis meus Seneca lib. 1. de clementia inquit; *Animus Reipublicæ Princeps eſt; Ille vinculum eſt, per quod Reſpublica coharet: Ille ſpiritus vitalis, quē tot millia hominum trahunt; Rege incolumi, mens omnibus una eſt: impiis regnantibus, ruina hominum. Proverb.* 28. *Regia lex* 13. *& l* 24. *tit.* 13. *part.* 2.

69 Similia dici poſſunt de hæreticis illis, qui Reginam, aut filias, vel ſorores Regis venenatis doctrinis inficere conati fuerint; Nàm & Reges ipſi per eas mulieres facilius perverti poſſunt; & in crimen leſæ Maieſtatis incurrunt, qui harum fœminarum pudicitiam polluunt; ac multò quidem magis qui animas earum adulterant. *Regia lex* 1. *cum ſeq. tit.* 14. *part.* 2. *c. ulti. de converſio. conjugato.*

70 Eadem dici poſſunt in eos, qui filios Regis inficiunt; nàm & hi Regiam quoq; Maieſtatem lædunt. Quadus Manichæos ſuæ ditionis omnes occidit, eorumque Epiſcopum, & libros combuſſit, quòd unum ex filiis ſuis, in deteſtandam illam hæreſim pellexiſſent; auctor Joannes Zonaras in imperio Juſtini Thracis.

71 Ad poſtremum, Doctores, ſivè Magiſtri iſtorum dogmatum, non ſunt puniendi, ut cœteri hæretici, ſed pœnis ſeveriſſimis ſinè ulla miſeratione coercendi; tùm quia exacerbāda ſunt ſupplicia, quia multis graſſantibus exemplo eſt opus; tùm etiam quia propter immanitatem facinorum licitum eſt à regulis juris diſcedere; & ut Juriſperiti ajunt: Propterea licet jura tranſgredi. *l. aut facta. §. ult. ff. de pœn. Innoc.* & cœteri *in c.* 1. *de conſtit. Tiraquel. lib. de pęnis, cauſa* 49.

72 Quòd ſi quis docere voluit hæreſes, & nulli nocuit, recipi fortaſsè poterit; ſed majora in eo ſigna pœnitentiæ requirenda ſunt, ut ne ficta ejus converſio eſſe videatur. Neque enim facilè credendus eſt quiſpiam ab extrema impietate diſceſiſſe repentè; Nàm *perverſi*, ut Eccleſiaſtes inquit, *difficile corriguntur*, & *mali homines, & ſeductores proficient in pejus, errantes, & in errorem mittentes*, ut ait Paulus, in poſteriore epiſtola ad Timotheum. *cap.* 3. *Eccleſiaſtes cap.* 1.

73 Ex eo autem, quod ſupradiximus, nata dubitatio eſt, an hæreticus poſt ſententiam deffinitivam converſus, qui ſe dixit pœnitere velle, & alios hæreticos judicibus indicare, ſi ob eam rem à Judice Seculari reſtitutus ſit Inquiſitoribus, & coram illis pleniſſimè confeſſus fuerit, relinquendus ſit iterùm eidem Judici Seculari. Quæ quæſtio cum ſuperioribus annis apud Inquiſitores Conchenſes ex facto agitata eſſet, conſulti ſupremi Judices, multiq; periti, unanimi ſententia reſponderunt, pœnitentem ejuſmodi non eſſe Curiæ Seculari iterùm relinquendum; tum quia veram confeſſionem fecerat coram Inquiſitoribus, & ab illis tradi non debebat; tùm etiam quia Secularis Judex juri ſuo renunciaſſe viſus eſt, qui hæreticum ſibi relictum Inquiſitoribus tradidit. Adde, quòd, nec bonum, nec æquum patitur, ut qui jàm nec impœnitens, nec relapſus eſt, ſeculari poteſtati ullo modo tradatur.

74 Cœterum Sacerdotibus, & aliis Clericis non ſolet publica pœnitentia injungi, tùm propter ordinis dignitatem; tùm etiam, ne Grex fidelium offendatur, & patiatur ſcandalum. *c. illud. c. alienum. c. de his. c. confirmandum* 50. *diſt. c. presbyter* 82. *diſtinct.* & inibi. *Archidia. Prepoſit.* & cœteri. *Alex. Aleſ.* 4. *part. quaſt.* 64. *membro* 3.

75 Sed quàmvis hòc in levjoribus criminibus ſervandum ſit; in gravjoribus tamen Sacerdotes etiam cogendi ſunt ad ſubeundam publicam pœnitentiam; & eò ma-

magis in crimine hæreſis, quo Sacerdotes gravjus, quàm Laici delinquunt. Ut enim Cyprianus inquit; *Cum Laicos deceat, ne occaſionem blaſphemandi opponant; tùm maximè Clericos vehementèr neceſſitas iſta contingit; quibus, aut religio blaſphemata, aut fraternitas perdita, pęnas duplices irrogabit. c. presbyter. 82. diſtin. c. ulti. 30. diſtin. c. ſi quis Epiſcopus. 81. diſtinct. c. ſi quis Sacerdos. 30. quęſtio. 1. Cyprianus tractatu de ſingularitate Clericor. c. accuſatus. §. ulti. de hæreti. lib. 6.*

76 Nec ſoli Clerici, & Presbyteri publicam pęnitentiam agere debent; ſed etiã Epiſcopi, Cardinales; & cœteri quantalibet dignitate præfulgeant; par enim omnium conditio eſt in his, quæ ad fidem pertinent Orthodoxam, ut ſuis locis fuſius diximus. Adde etiam, quòd Clerici hæretici ad Eccleſiam redeuntes, poſt alias pœnitentias, deponendi ſunt, ſaltem degradatione verbali, qua ſuſpenduntur ab exercitio ſuorum ordinum, juxtà id, quod in Concil. Elibertino decreverunt Patres, hoc verborum tenore: *Ex omni hæreſi, qui ad nos ſidelis venerit, minimè eſt ad Clerum promovendus; vel ſi qui ſunt in præteritum ordinati, ſinè dubio deponentur.* hæc ibi. *cap. 51. c. 1. de hæreti. lib. 6.* & illic *Domini. Philipp. Franc. & Alberti. notabi. 6. Abba. Joan. de Ana. & Felinus in c. pen. de hæret. & in tracta. ejuſdem tit. Grillan. quæſtio. 7. Gonſalus quæſt. 19. Brunus lib. 4. cap. 13. Joan. Bernar. in pract. cap. 127.*

77 Qui verò pœnitentiæ injunctæ planè non ſatisfecerit, nunc pœna pecuniaria coercetur, nunc pro relapſo habetur: Nàm ſi pœnitentia injuncta omninò contraria eſt hæreſi, puta, ſi pœnitenti præcipitur, ut abjuret, ut adversùs errores ſuos prædicet, ut hæreticis non cõmunicet, vel quippiam ſimile, tunc ille, qui non paruerit; puniri poterit, tanquàm relapſus; Si verò pœnitentia ad purgationem culpę tendat; ut puta, ſi jejunia, orationes, vel alia opera pia fuerint pœnitenti injuncta; is, qui ea omnia non fecerit, puniri poterit pœna arbitraria. Hæc eſt concors plurimorum opinio, à quibus ego vehementèr diſſentio; nàm qui pœnitentiæ injunctæ non ſatisfacit, pertinax, aut impœnitens eſt, aut quidvis potius, quàm relapſus. Quod ſi eum ſuæ negligentiæ, aut pertinaciæ iterum pœnituerit; arbitrio Judicum pœnitẽtiam denuò pro criminis qualitate agere compellctur. *Matthæ. Zenzeli. & Joan. Imolen. num. 23. in Clement. ulti. de hæret. Calderin. in c. literas de præſumptio. Bedr. Senenſis conſil. 156. Cardi. in Clemen. 1. §. ſane de uſuris. Fran. Squillacen. de Fide Catholica cap. 19. Nicola. Arelata de hæret. notab. 30. Menoch. conſ. 82.*

78 Cum autem pœnitentia in pleriſq; rebus arbitrio Judicum moderanda ſit, neceſſe eſt, ut in ea imponenda Inquiſitores multa conſiderent. Nàm, ut Patres in Sexta Synodo generali decreverunt; *Oportet peccati qualitatem ſpeculari, & peccatoris promptitudinem ad reverſionem, ut reducatur errans, & vulneratus curetur. Eaq; cautione procedendum eſt, ne per præcipitia deſperationis pęnitens detrudatur; neque eì laxentur habenæ ad vitæ diſſolutionem, & contemptum. Utraque igitur ſcire oportet, & quæ ſunt rigoris, & quæ commiſerationis, ut homo ad claritatem illam ſupernam vocatus, prudenter gubernetur.* Extat quoque Canon Concilii Vormacienſis hoc verborum tenore: *De pęnitentibus, ſecundum differẽtiam peccatorum, Sacerdotis arbitrio pęnitentia decernantur. Debet itaque Sacerdos in pęnitentia danda, ſingulorum cauſas ſingulatim conſiderare; originem quoq; modumque culparum, & affectus, gemituſq; delinquentium diligentèr examinare, manifeſtèq; cognoſcere: temporum etiam, & perſonarum, locorum quoque, & ætatum qualitates inſpicere, ut etiam pro conſideratione locorum, ætatum, vel temporum, ſeu pro qualitate delictorum, atque gemituum unjuſcujuſque delinquentis, à Sacris regulis oculos non reflectat;* hæc ibi: quæ quamvìs de foro Sacro pœnitentiæ dicta ſint, ad forum tamen Inquiſitorum omninò pertinere quivis facilè intelliget; quia, & hoc forum mixtum eſt. *6. Synodo generali. cap. ulti. & Concilio Vormacenſi. cano. 7. c. menſuram de pęnit. diſti. 1.*

Concilium Vormacien.

79 In his autem, aliiſque pœnis omnibus, ad miſericordiam, & clementiã, quàm ad crudelitatem, & ſeveritatem proniores eſſe debemus. *Beati miſericordes* (inquit Salvator noſter) *quoniam ipſi miſericordiã conſequentur.* Et Sapiens in Proverbiis: *Miſericordia, & veritas te non deſerant; circunda eos gutturi, & deſcribe in tabulis cordis, & invenies gratiam coram Deo, & hominibus.* Profectò Juſtitia ſinè miſericordia,

Matth. 6.

Prov. 3.

dia,

dia, & lenitate, non juſtitia, ſed crudelitas eſt; Et ſi enim erremus modicam pęnitentiam imponentes, *melius tamen eſt*, ſicut Joannes Chryſoſtomus inquit, *propter miſericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem*. Etenim Deus ipſe; ut apud Oſeam eſt, miſericordiam mavvlt, quàm Sacrificium. Et juxtà Gregorii Nazianzeni ſententiam: *Nulla ex omnibus re Deus perindè, ac miſericordia colitur; quoniam nil aliud tàm peculiare eſt Deo, quàm illa*. Undè Claudianus elegantèr cecinit:

Sis pius in primis; nàm cum vincamur in omni
Munere, ſola Deos æquat clementia nobis.

Et ſicutì Cicero in oratione pro Ligario ſcribit: *Nulla virtus nec gratior, nec admirabilior miſericordia eſt; homines enim ad Deos nulla re propius accedunt, quàm ſalutem hominibus dando. Quærenda ſunt ignoſcendi cauſæ*, ut Amianus Marcellinus ait, *non puniendi occaſiones*; quod Judicis conſiderati eſt proprium. Et ut Soſipater quadam in epiſtola ſcribit; *Gratia, quæ juſtitiam transgrediuntur, ne gratia quidem dici debere videntur; amicas autem juſtitię nemo rejecerit ultro, qui modo non ex quercu, aut petra natus ſit*. Et mox: *Judicia quidem, quę occupantur circa juſtitię emendationem in contractibus, omninò non agnoſcunt gratiarum genus; quę autem circa delicta verſantur, manſuetam, & humanam gratiarum faciem non recuſant*. Denique

Cap. 2. pro Jacobi Apoſtoli ſententia; *ſuper exaltat miſericordia judicium. Matth. 6. Proverb. 3. Chryſoſt. in c. alligant. 26. quęſt. ult. Oſeę 6. Nazianze. oratio 16. Claudianus de quarto conſulatu. Honorii lib. 12. Amianus lib. 19. rerum geſtarum, epiſtola Jacob cap. 2.*

80 Meminerint ſemper Judices Jaco-

Jacob. 2. bi Apoſtoli eodem loco dicentis. *Judicium ſinè miſericordia illi, qui non facit miſericordiam*. Perniciosè quidem Judices errant, qui ſeveritatis gloriam affectant, & crudeles, & atroces ſunt; Nàm ſicut miſericordia ſurſum ad Deum levat, ità deorſum crudelitas in infernũ dejicit; *Eſt enim hominum naturę, quàm ſequi debemus, maximè inimica*, ut Cicero libro 3. officiorum ſcriptum reliquit. Igitur in levjoribus cauſis, ut elegantèr Marcellus inquit; *Proniores ad lenitatem judices eſſe debent: in gravjoribus pœnis ſeveritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi. Jacobi 2. l. reſpiciendum de pęnis. c. licèt. c. diſciplina 45. diſtin. cum ſequentibus.*

81 Hactenus de pœnitẽtibus diximus; ſupereſt ut pauca quædã de converſis breviter perſtringamus. Converſos hoc loco intelligimus, eos omnes, qui ex Judæis, Mahumetanis, aut alia qualibet Secta, ad Fidem Catholicam convertuntur; nàm Vvlgus Hiſpanorum eos tantùm converſos nominare ſolet, qui ex Judæis converſi ſunt, vel ex Judæorũ gente deſcendunt. Hi autem docendi, & fovendi ſunt, adjvvandi quoque, & honorandi, ut Catholicam Fidem libentiùs amplectantur; *Primordia Converſorum*, inquit Iſidorus, *blandis refovenda ſunt modis, ne ſi ab aſperitate incipiant, exterriti; ad priores lapſus recurrant*. Nàm, ut Chryſoſtomus ait: *Contumelia, ac deriſiones non parùm valent ad cõmovendam animam, ni fides profundè ſit radicata. Nihil enim æquè tabefacit mentem, ac dicteria, & convicia; nàm multi viri per convitia ſunt ſæpè ſubverſi*. Quòd ſi quiſpiam eis perſuaſerit, ut deſerant Catholicam Fidem, is ultimo ſupplicio lege Regia puniendus eſt. *pragmatica 11. Eccleſiaſtici 8. Stobæus ſermone 110. Chryſoſtomus in dictum Apoſtoli, Habentes autem eundem ſpiritum ſerm. 3.*

82 Sed hinc aſpera, & vehemens quæſtio exoritur, utrum iſti ad Fidem recentèr converſi, & eorum liberi, veteribus Chriſtianis in omnibus æquandi ſint. Quidam multis argumentis probare conantur inter hos, & illos nullum eſſe diſcrimen conſtituendum; quod facilè illis conceſſerim in his tantùm rebus, quæ ad Fidem, & Religionem, vel ad jus naturale, vel juſtitiam commutativam pertinent; in his enim omnes æquales eſſe debemus, ſicuti illorum argumenta oſtendunt. *c. 1. cum ſequent. 56. diſt. glo. in regia l. 2. tit. 3. l. 4. fori legum. Buridanus in lib. 5. ethico. qu. 11.*

83 In honoribus tamen, ac dignitatibus, in diſtributiva juſtitia, & id genus aliis plurimùm refert, nobilis ſit quis, vel ignobilis, civis, an peregrinus, Judæus, an Græcus, Neophytus, an ex vetuſtiſſimis Chriſtianis; id enim ratione naturali apud omnes Gentes conſtitutum, & apud omnes Populos uſitatum, & jure Gentium receptum eſt. Vide plura de hac re in defenſione Statuti Toletani.

84 Po-

84 Poſtremò ſi Neophyti labantur in hæreſim, aut relabantur, nondum ſatis edocti Catholicam Fidem, mitius cum eis eſt agendum; parcitur enim tyroni, præſertim diſciplinam ignoranti. *l. deſertorem. §. ſi plures. l. qui cum uno. §. ulti. l. qui commeatus. ff. de re militari. Tiraquel. lib. de pœnis cauſa* 10.

ANNOTATIONES.

4 In Sacro Inquiſitionis foro &c.
Hæreticis pœnitentibus Sanctam Matrem Eccleſiam benignitèr parcere apud omnes Doctores eſt in confeſſo, & uſus quotidianus evidentiſſimè probat. Vide *tex. in l. Manichæos de hæretic. & in c. ad Abolendam §. præſenti. §. laicus de hæretic.* Materiam hanc pertractantes lege Auctores, quos longa ſerie refert *Farin. de hæreſi quæſt.* 193. *§.* 1. *nu.* 2. *& Carenam de S.Off. part.*2.*tit.*2. *§.*1. ubi etiam *num.* 2. quis nam dicendus in propoſito S. Officii hæreticus pœnitens declaratur.

9 Ad hæc publicè pœnitentes &c.
De Veſtitu pœnitentiali, quem vulgò Habitellum vocant, ſolito, ut portetur hæretico Pœnitenti in pœnam, à Iudicibus violatæ Religionis imponi, vide *Calderin. de hæretic. redeuntibus, & converſis num.* 8. & noviſſimè *Farinac. de hæreſi. quæſt.* 193. *§.*4. *num.*91.

11 Hoc veſtitu inſigniti eſſe debent Pœnitentes &c.
Vt ſint mitiores impoſterum, & humilientur, ut ait Rojas *ſingul.* 154. *num.* 31. *& ſequen.*

15 Non ſolùm &c.
Hæc eſt Italiæ conſuetudo, ut hæretico verè pœnitenti bona confiſcata condonentur. Vide *Clar. in §. Hæreſis num.* 7.

27 Quæſtio quidem vehemens &c.
Pœnitentibus illis, qui ſponte comparentes dicuntur, regularitèr nullæ aliæ pœnitentiæ ſolent imponi, quàm ſalutares; & ſecretò, ſi crimen ſecretum ſit, ſemper abjurant. Quinam autem hi ſint dicendi, & formam eos recipiendi in S. Inquiſitionis Tribunali, vide apud *Pegnam in Praxi Inquiſitor. lib.*2. *cap.*4. *nu.* 1. *& ſequen.* ubi *Carena num.* 1. *& ſequen.*

36 Sed quouſq; admitteretur hæreticus?
Hæreticum pœnitentem extra caſus à Iure prohibitos; nedùm poſt ſententiam, ſed etiam poſt traditionem factam brachio ſeculari, poſſe pro Inquiſitorum arbitrio, ad miſerationem admitti, præter hos à Simanc. citatos, tenuerunt alii quàm plures, quos vide apud *Farinac. de Hæreſi quæſt.*193. *§.*3. *num.* 62. Quod improbabile non eſt cenſendum; ſi admittatur praxis quam tradit *Eymeric.* 3. *part. Direct.* de forma tradendi Hæreticum pertinacem alias non relapſum curiæ ſeculari. *num.* 204. nempè quòd dum Curia ſecularis ſuum officium exequitur, poſſunt aliqui Viri probi, & fidei Zelatores (quales ſunt Romæ; & in multis aliis Civitatibus Italiæ Confratres nobiliſſimi S. Ioàn. Decolati.) Hæreticum aſſociare, eumdemque inducere ad fidem Catholicam, & exhortari adhuc, ut ab erroribus reſiliat. Quid enim tantùs ille pius labor prodeſſet; ſi omnis ſpes redemptionis hæretico dempta eſſet? Vide quæ idem *Eymeric. proſequitur loc. citat.* & quæ hoc eodem tit. habet Simanc. *num.* 72.

37 (*a*) Divus Cyprianus &c.
Veram eſſe hanc D.Cypriani ſententiam comprobavit caſus, quem refert ex *Eymerico Carena de S. Off. p.* 2. *tit.* 2. *De hæret. pœniten. §.* 1. *num.* 6. de quodam Sacerdote hæretico, qui in Barchinon. Civitate ab igne, ubi jàm cremari cæperat, ereptus, quoniam ſe abjurare velle clamitabat, poſt annos quatuordecim inventus fuit hæreticus, ut priùs, immò, & multos alios ſua hæreſi infeciſſe; propter quod opus fuit illum denuò flammis adurendum remandare.

37 (*b*) Adde quod Iudex &c.
Notãdum hanc regulam fallere in Inquiſitoribus. Hi enim privilegium habent, ut etiam, pronunciata ſententia, duret eorum Iuriſdictio in Reum damnatum; Quod patet, quia paſſim pœnitentias impoſitas, & minuunt, & aggravant prout vident expedire. Vide *Fulcod. in Conſultat. ad Inquiſit q.* 13. quem ſequitur *Archidiac. in c. ut commiſſi de Hæretic. lib.*6.

40 Sapienter igitur &c.
Veriſſima eſt hæc Doctrina, quam S. Officii praxis ratam habet, nempè Hæreticum, qualicunque tempore pœniteat antè ſententiam, ad pœnitentiam eſſe recipiendum, niſi eſſemus in caſu relapſi, & aliis, de quibus paulò ſupra. Vide *Zanchin. de Hæretic. cap.*16. *nu.*7. & eſt communis inter DD.

41 Suprafcriptis tamen &c.
Continuò, & confeſtim ad unitatem Eccleſiæ redit qui in quacunque parte Iudicii antè ſententiam redit; dictiones enim *Confeſtim*, & *Continuò* cum temporis temperamento debent intelligi, itàue in ſubjecta materia quandoq; longum intervallum admittunt. Vide *Caren. de S.Off. part.*2.*tit.*2.*§.*1. *De Hæret. Pœniten. num.* 5. & quæ hoc eodem tit. docet Simanc. *num.* 47.

54 Extitit autem quæſtio.
Controvertitur hæc ſententia; ſed praxis S. Inquiſitionis almæ Vrbis, quæ noviſſimè Michaelem de Molinos Hæreticum Dogmatiſtam pœnitentem ad miſericordiam recepit, oſtendit non eſſe affirmativam reprobandam; præſertim ſi concurrant quæ inferius docet Simanc, & quæ refert *Farinac. de hæreſi quæſt.* 193. *num.*8. *& ſequen.*

77 Qui verò pœnitentiæ &c.
Hæreticos pœnitentes, qui ſibi pœnitentias impoſitas non adimplent, ut relapſos eſſe puniendos multi docuerunt Auctores, quos vide apud *Farinac. de Hæreſi quæſt.*193. *§.* 7 *num.*540. at contraria ſententia, quæ tenet non tanquàm relapſos, ſed tanquàm impœnitentes eſſe mulctandos, & quòd propterea; ſi reſipiſcant, eſſe recipiendos majori pœnitentia ſibi injuncta, mitior eſt, & hanc, ut veriorem tenent *Decian. tract. criminal, lib.*5.*cap.*54. *num.*40. *& cap.*55. *num.* 11. *& cap.*56. *num.* 5. *Pegna in addit. ad Eymeric.* 3, *part. Direct. qu.* 97. *comment.* 546. *Verſ. Sed veniamus. Clar. in pract. §. hæreſis num.* 50. & alii quam plurimi Doctores, quos vide apud eundem *Pegnam loc. cit.*

81 Hactenùs de Pœnitentibus &c.
Nota Converſi Vocabulum non adeò ſtrictè accipiendum, ut quandoque etiam illis, qui ab Hæreſi deficiunt, applicari non poſſit. Hi etenim vocari quoque ſolent Converſi, ut videre eſt apud omnes DD.

De his verò; qui ex Infidelibus Iudæis, Mahumetanis &c. ad Catholicam Religionem convertuntur, obſerva quòd per conſtitutionem Lateran. Concilii ſub Innocentio III. eſt eis præcipiendum, ne ſectarum ſuarum, quas reliquerunt, Ritus obſervent. *c. quidam extra de Apoſtat.*

83 In honoribus &c.

Neophytos ordinari non poſſe Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos à Sacris Canonibus cautum eſt. Vide *Concil. quod Apoſtolor. vocant cap.* 80. *Nicæn.* 1. *cap.* 2. *Laodicen. cap.* 3. *Sardicenſ. cap.* 13. *Arelat.* 2. *cap.* 1. *& c. quoniam diſt.* 48.

De Pertinacibus, & Impœnitentibus.
Titulus XLVIII.

SUMMARIUM.

1 *PErtinacia quid ſit, & quis pertinax dicendus.*

2 *Pertinacia nonnullorum hæreticorum.*

3 *Pertinacium hæreticorum furorem eleganter exprimit Auguſtinus.*

4 *Pertinaces hæreticos quomodo deſcribat Bernardus, & Albertus Campenſis.*

5 *Pertinaces hæretici dæmonibus pejores ſunt.*

6 *Pertinaces quomodo puniendi ſint.*

7 *Pertinacia, quæ conſumatum facit hæreticum, cujuſmodi ſit.*

8 *Pertinacem eſſe, qui credit contrarium ejus, quod ſcit Eccleſiam tenere, probatur ratione.*

9 *Pertinaces ex juris præſumptione qui ſint.*

10 *Pertinax hæreticus eſſe cenſetur, qui aſſerit aliquam hæreſim, cujus contrariam veritatem Catholicam priùs docuerat.*

11 *Pertinax prædictus hæreticus quando non cenſeretur.*

12 *Pertinax hæreticus eſſe præſumitur, qui diu perſiſtit in errore, cujus contrariam veritatem Catholicam explicitè ſcire non tenebatur.*

13 *Præſumptio ſola non ſufficit, ut quiſpiã ut hæreticus puniatur, ſaltem pœna ordinaria.*

14 *Pertinax indicta cauſa judicandus non eſt, qui aſſerit propoſitionem aliquam hæreticam, cujus contrariam veritatem Catholicam explicitè ſcire non tenebatur.*

15 *Pertinax cenſetur, qui licèt ignorantia probabili erret, legitimè tamen admonitus non reſipiſcit.*

16 *Pertinax is præſumitur, etiam ſi minus legitimè admoneatur, ſi ſtatim cauta ſolicitudine veritatem non quærit.*

17 *Admonitio qualis eſſe debeat, ut hæreticum pertinacem faciat.*

18 *Admonitio, quæ cenſenda ſit legitima.*

19 *Admonitionem legitimam eſſe Inquiſitoris aſſertionem dicentis errare aliquem contra Fidem Catholicam, nonnulli cenſent.*

20 *Admonitionem legitimam eſſe Inquiſitoris prædictam aſſertionem, perperam negat Alfonſus Caſtrenſis.*

21 *Pertinax quando cenſendus eſt, qui probabili ignorantia errat.*

22 *Pertinax quomodo cenſendus non eſt, qui probabili ignorantia ductus jurat ſe nunquam ab aliqua hæretica propoſitione diſceſſurum.*

23 *Hæreticus incorrigibilis quis ſit dicendus.*

24 *Pertinacia quare in dubio præſumenda non ſit.*

25 *Impœnitens quis dicatur.*

26 *Impœnitentes hæretici, qui ſuos errores negare, quàm confiteri malunt, jure optimo comburuntur.*

27 *Hæretici, qui errores omnes, de quibus manifeſtè convincuntur, confiteri nolunt, meritò curiæ ſeculari relinquuntur.*

28 *Impœnitentes diminuti qui dicantur.*

29 *Pœnitentia injuncta qui non ſatisfaciunt, quomodo puniendi ſint.*

30 *Inquiſitores cognoſcere poſſunt, an pœnitentes injunctam pœnitentiam agant.*

31 *Inquiſitores contra illos procedere debent, qui ad Eccleſiam redeuntes, de ſe ipſis, aut de aliis, plenam veritatem non dixerunt.*

32 *Inquiſitores non debent ſtatim prædictos homines curiæ ſeculari relinquere.*

De

De Pertinacibus, & Impœnitentibus.

1 CUM ſit pertinacia hæreſis complementum, & quæ conſumatum facit hæreticum, opere pretium erit, quid pertinacia ſit explicare. *Pertinacia*, ut inquit Cicero, *finitima eſt perſeverantia; nàm utraque in rebus captis perſiſtit; ſed perſeverantia occupatur in bono, pertinacia verò in malo.* Significat itaque Pertinacia obſtinationem, & pervicaciam, qua quis in eo perſiſtit, quod tenere non debet; Undè pertinax dicitur, ut apud Iſidor. eſt lib. 10. etymol. quaſi impudentèr tenax, qui perſiſtit in eo, quod debet dimittere. Denique pertinax eſt, qui perſiſtit in errore, quem omnimodo deſerere tenetur. *Arch. in c. hareſis 24. q. 3. Joan. Mona. in Clem. 1. de uſur. Alberti lib. de agnoſcen. aſſert. Cath. qu. 3. & 29. Alfonſ. Caſtren. lib. 1. de juſta haret. punitio. cap. 9.*

Pertinacia quid.

Pertinax quis.

2 Sunt autem quidam hæretici pertinaces uſq; adeò perditi, ut mortem, mortiſq; quoslibet cruciatus antè ſint ſubituri, quàm ab errore diſcedant, ut qui non minùs tenaces ſunt hæreſum, quàm celebratiſſimi olim Chriſti martyres fuerint Religionis divinitus inſpiratæ. De his pertinacibus loquens Cyprianus, tractatu de ſimplicitate prælatorũ: *Cum Deo*, inquit, *manere non poſſunt, qui eſſe in Eccleſia Dei unanimes noluerunt, ardeant licèt flammis, & ignibus traditi: vel objecti beſtiis, animas ſuas ponant; non erit illa fidei corona, ſed pœna perfidia; nec Religioſa virtutis glorioſus exitus, ſed deſperationis interitus.* Et libro de duplici martyrio: *Neque tamen ſtatim martyr eſt, qui occiditur; occiduntur, & ſicarii, & pirata; non ſupplicium facit martyrem; ſed cauſa. Neque hoc eſt teſtimonium prabere Deo, id facere, quod & Deo diſplicet, & Gentium legibus prohibetur. Plurimùm intereſt inter barbaram immanitatem, & martyrum modeſtiſſimam conſtantiam in ſe imbecillem, in Chriſto fortem; ſunt qui certis artibus corpus ſtupefaciunt, ne ſentiant cruciatus; ſunt, & affectus impotentes, qui ſenſum adimunt animo, ita ut vel mortem impavidi perferant; ſed placidum illud, ac manſuetum, illud humilitèr ſublime, & ſublimitèr humile non videmus, niſi in Chriſti martyribus; Non intuentur trucibus oculis carnificem; non minitantur tyranno: magis dolent de illorũ cæcitate, quàm de ſuis afflictionibus.* Hæc ille ex ipſis verbis perſecutus eſt, cœteraque graviſſimè. Addo *Tertullianum lib. de præſcriptionibus hareticorum in principio, eundem Cyprianum epiſtola 1. lib. 1. Hermam Letmatium lib. 2. de inſtauran. religio. cap. 7.*

3 De iiſdem quoque pertinacibus loquens Divvs Auguſtinus inquit: *Haretici non poſſunt habere martyrum mortem, quia Chriſtianorum non habent vitam, cum martyrem non faciat pœna, ſed cauſa.* Et alibi: *martyres veros non facit pœna, ſed cauſa.* Nemo ergò miretur ſi tàm pervicacem hæreticum viderit, & tàm inflexibilis obſtinationis, ut pertinacitèr, & gaudenti ſimilis tormenta patiatur, & mortem; nec enim talium eſt alacritas vera, ſed inſania & furor; nec patientia, ſed immanitas; nec certitudo ſalutis, ſed inſcitia, & cęcitas, & confuſio; nec conſcientia ſana, ſed cauteriata ignito ferro cupiditatis gloriæ, & proprio judicio jàm damnata; nec eſt in iſtis fortitudo, ſed timor; quem ut vincant, in deſperationem deſcendunt. Nonne Calamus Sophiſta idipſum ſponte fecit? Qui cum in morbum incidiſſet, nec pateretur ſe ad ægrotantium regulam curari, pyram conſcendens omnibus admirationi fuit, quòd cum cremaretur, quaſi ignis nihil noceret, toto corpore imobilis ſtetit, ut eſt apud Arrianum libro 7. de rebus geſtis Alexandri Magni. Et Eſſeni in mediis cruciatibus ſubridentes, & eis, qui tormenta admoverant, illudentes, animas cum quadam hilaritate reddebant; auctor Joſephus libro 2. de bello Judaico, cap. 7. Joannes quoq;, & Hieronymus hæreſiarchæ à Conſtantienſi Concil. damnati, pertulerunt ambo conſtanti animo necem; & quaſi ad epulas invitati ad incendium properaverunt, nullam emittentes vocem, quæ miſeri animi poſſet facere indicium; ubi ardere cæperunt, hymnum cecinere, quem vix flamma, & fragor ignis intercipere potuit; Sicuti Æneas Sylvjus prodidit. *Hiſtoria Bohemica cap. 36. Auguſt. Dulcititio. epiſto. 61. & epiſt. 167.*

Exempla eorum qui alacriter mortem opetierunt.

4 Accedit etiam Sacer ille Bernardus, quodam Sermone ſuper Cantica dicens:

Probatum eſt; mori magis volunt quàm converti; Mirabantur aliqui, quòd non modo patientèr, ſed & læti, ut videbatur, ducerentur ad mortem; ſed non inde mirandum, ſi advertatur, quanta ſit poteſtas diaboli, non modo in corpora hominum, ſed etiam in corda, quæ ſemel permiſſus poſſederit. Non ne plus eſt, hominē ſibimet iniicere manus, quàm id libentèr ab alio ſuſtinere? Hoc autem potuiſſe diabolum, frequentèr experti ſumus in multis, qui ſemetipſos, aut ſubmerſerunt in aquas, aut fecerunt ex ſublimi præcipites, aut laqueo ſe ſuſpenderunt. Nil ergo ſimile habet conſtantia martyrum, & pertinacia hæreticorum; quia in illis pietas; in iſtis cordis duritia contemptum mortis operatur. Quam ſentētiam revocat Albertus ille Campenſis dicens: *Quòd ſi quibus fortè tentationi eſt, quòd horum plurimi pro ſua impietatis defenſione, non ſolùm patientèr, ſed etiam alacritèr mortem excipere videantur, quòd ſeſe in Miniſtros Chriſti transfigurent, patrem ſuum vocantes Deum, & pro perſecutoribus ſuis orantes, atque id genus alia quædam, quæ ſimplicibus quibuſdam, ſed incautis, imò, & doctioribus nonnullis, ſed inſtabilibus in fide, ſunt non tentationi ſolùm; verùm etiam ſcandalo; hi non perpendunt antiqui illius, callidique hoſtis artes; & potentiam in eos, quos ſemel totos obſedit. Nec enim, præmonente nos id Apoſtolo, cuiquam mirum videri debet; cum ipſe Satanas ſeſe transfiguret frequentèr in Angelum lucis, ſi Miniſtri ejus transfigurentur, ſicut Miniſtri juſtitiæ.* Hæc ille. *lib. 1. hierarchia Eccleſ. cap. 6. Hoſius in Brentium lib. 1. Bernardus ſuper Canti. ſermo. 66.*

5 Horum omnium pertinacia (ut elegantèr Letmatius inquit) maximè execranda eſt, ac diabolicæ perverſitati ſimillima; ex eadem enim radice, nempè ſuperbiæ, oritur utraque hæc perverſitas; diaboli quidem ex inſita dignitate; pertinaciæ autem ex naturali acumine. In eumdem etiam finem tendunt, nempè in exitiale odium; illa quidem Divinę Majeſtatis, hæc Divinæ Veritatis. Quin hos ipſis dæmonibus magis miſeros declarat Scriptura Divina; quia mentem, quæ dæmonibus recta manet, ipſi depravatam habeant. Illi enim, ut teſtatur Jacobus, credunt, & contremiſcunt; hi contra, quantùm ſcientia, tantùm ſunt & metu Religioſo ſoluti; ſunt igitur pertinaces hæretici dæmonibus in eo deteriores, quòd dęmones credunt, & timent; hæretici verò pertinaces, nec credunt, nec timent. *Hermas Letmatius lib. 2. de inſtauran. religio. cap. 3.*

Cap. 2.

6 Igitur pertinaces ejuſmodi vivi comburendi ſunt, & in ignem trahendi ore obſtructo, & lingua ligata, ne puſillos offendere queant. Talis fuiſſe dicitur Macharius, qui cunctis Orthodoxis Patribus contrarius, in Sexta Synodo generali dixiſſe fertur; *Non confitebor duas operationes, & duas naturales voluntates in Chriſto, etiam ſi membratim incidar, & mittar in mare.* Cui ferè ſimilis fuit Aceſius Epiſcopus, qui, ut apud Socratem eſt, trecentum Patribus Nicenæ Synodi ſubſcribere noluit, nec eis omnibus omninò cedere; quem Conſtantinus Imperator pulchra eluſit facetia dicens: *O' Aceſi, pone ſcalam, & ſi potes, in Cœlum ſolus aſcende. Bal. in l. 1. C. ex delict. defunct. 6. Synodo generali. actio. 8. Socrates lib. 2. hiſtoria triparti. cap. 13. Nicepho. lib. 8. cap. 20. Paulus Diaconus lib. 14. rerum Romanarum. c. ſuper quibuſdam de verbo. ſignificatio.*

Macharii, & Aceſii hæreticorum pertinacia.

7. Hoc autem annotatu dignum eſt, quòd quicunque credit aliquam propoſitionem veram eſſe, cujus contrariam ſcit eſſe Catholicam, hoc ſolo conſumatus hæreticus pertinax eſt. Nec audiendi quidam, quorum eſt Alciatus, qui putant, neminem hæreticum pertinacem eſſe, qui non habet animum obſtinatum, & admonitus non perſiſtit; nàm pertinacia, quæ conſumatum facit hæreticum, non eſt obſtinatio ſola, ſed quilibet etiam verus conſenſus contrarius cognitæ veritati Catholicæ. Nec refert ex qua cauſa ventum ſit ad talem verum conſenſum, ſivè ex paſſione, ſivè ex infirmitate; verè enim pertinax eſt, qui credit contrarium ejus, quod ſcit Eccleſiam tenere. Quia ſicut Fides perficitur aſſenſu intellectus cum conſenſu voluntatis; ſic hæreſis conſumatur diſſenſione intellectus, & conſenſu voluntatis. Et hæc eſt vera, & recepta Theologorum omnium ſententia. *Alciat. in l. 2. C. de ſumma Trinit. Gerſon. Alphabeto. 14. ad finem. Cajeta. & Fran. Victoria ſuper Thomam 2. 2. quæſt. 12. art. 2. Joan. Driedo lib. 1. de liberta. Chriſtiana pag. 238. Alfon. Caſtren. lib. 1. de juſta hæret. punit. cap. 9. Canus lib. 12. de loc. Theolog. c. 9.*

8 Ac-

8 Accedit etiam ratio viva quidem,& ſpirans; quia Sacra Scriptura, & Eccleſiaſtica definitio, quibus Fides Catholica continetur, plus valet, plus operatur,& poteſt,quàm ſexcentæ judicis monitiones, & quàm mille prohibitiones juris humani. Sicut igitur is,qui contradicit legitimis hominum admonitionibus, pertinax eſt, & qui facit contra prohibitionem legis humanæ, ipſo facto incidit in excommunicationem, quæ non niſi præcedentibus admonitionibus ferri ſolet, & legis auctoritas pertinacem haberi facit quemlibet legis tranſgreſſorem; ſic etiam qui contra Scripturam Sacram, aut Eccleſiæ Catholicæ definitionem ſciens errat, hoc ſolo, ſine alia admonitione pertinax hæreticus eſt; nec præterea opus eſt, ut ſit obſtinatus, inflexibilis, aut immutabilis; ſatis enim eſt ad conſumatam pertinaciam, ut hęreticus credat aliquid eſſe verum,cujus contrarium ſcit ſacris literis, aut Eccleſiaſticis definitionibus contineri; quia putat fidei ſubeſſe falſum,& ſcientèr errat, eligendo pertinacitèr non redigere in captivitatē intellectum in obſequium Dei, & Catholicæ Fidei. *c. ſi quis ſuadente 17. q.4. c. Sacro. de ſenten. excommunicatio. c. nemo. 11. qu. 3. Cajeta. in Summa, verbo hæreſis.*

9 Sunt & alii, quorum pertinacia nondum planè manifeſta eſt, ſed tamen juris præſumptione pro conſumatis pertinacibus habentur; Verbi gratia, quicunque rationis capax negat aliquam propoſitionem Catholicæ Fidei apud omnes fideles publicè divvlgatam; hoc ipſo cenſetur pertinax, præſertim ſi peritus fuerit, aut ſagax;quia prę́ſumitur ſcire ea,quę omnes ſciunt, & quæ omnes Chriſtiani explicitè ſcire tenentur. Signum quidem eſt pertinaciæ (ut Gerſon rectè docet) ſi quis aſſerit errorem; cujus oppoſitam veritatem explicita fide credere tenetur; vel ex publica obſervatione, vel ex communi doctrina Eccleſiæ, vel ex officio, aut ſtatu ſuo, vel ex ſufficiente informatione, vel ex naturali judicio rationis. *c. turbatur. 1. q. 4. l. lata culpa de verb. ſignifica. Gerſon. Alphabeto. 14. prope finem.*

10 Ille quoq;, qui aſſerit aliquam hæreſim,cujus contrariam veritatem Catholicam priùs docuerat, eo ipſo hæreticus pertinax eſſe cenſetur; etiam ſi erret in his propoſitionibus, quas explicitè ſcire non tenebatur; quia ſatis evidentèr conſtat, quòd iſte ſcientèr errat. *Gerſon. tractatu de duodecim conſiderationibus, & ſignis, quibus ſolet aliquis de pertinacia convinci, Joan. Torquemada lib. 4. de Eccleſia part. 2. cap. 16. Confert. gloſ. in l. Fulcinius. §. ſed is qui verbo animus quib. ex cau. in poſſ. eatur. Lucas in l. 1. C. ſi propter inimici crea. facta ſit. lib. 10. Paulus in l. etiam. §. licèt. ſolut. matri. Carol. Ruynus conſ. 116. lib. 5.*

11 Hæc tamen propoſitio locum non haberet, quando daretur probabilis oblivio, ſcilicèt ex diuturnitate, vel vitio memoriæ,vel ſtoliditate,quibus caſibus prodeſſe poſſet ignorantia probabilis,niſi fortè res eſſet inſignis, & memorabilis, quales eſſe ſolent omnes, quæ ad Fidem Catholicam pertinent. *Gerſon loco prænotato. l. peregre. de aquirenda poſſeſſio. Ludo. Romanus conſ. 481. Alex. in l. ſi res obligata. de lega. 1. Feli. in c. cum illorum de ſentent. excommunica.*

12 Item ille pertinax hæreticus eſſe præſumitur, qui diu perſiſtit in errore,cujus contrariam veritatem Catholicam explicitè ſcire non tenebatur; quia culpa ſua perſiſtit in errore, quem deſerere tenetur de neceſſitate ſalutis, & negligens eſt in quærenda veritate, in qua ſalus Chriſtiana conſiſtit; quod quidem, ut plurimum, veriſimilius eſt, ex malitia, quàm ex ignorantia provenire; excepto, ſi perſonarum, & errorum qualitas benigniorem interpretationem ſuadeat; tenetur enim quilibet, in his præſertim rebus graviſſimis conſulere peritiores. *l. in bonorum ff. de bon. poſſe. l. 2. in fine. quis ordo. in bon. poſſ. ſerve. l. regula. §. ſed juris. ff. de juris & facti ignorant. Joan. Torquemada lib. 4. de Eccleſia. par. 2. cap. 16. Guido Carmeli. in ſumma de hæreſibus cap. 3. Archiepiſcopus Floren. 2. parte ſumma tit. 12. cap. 5. Silveſter, verbo hæreſis 1. q. 2. Joan. Lupus allegatio de hæreſi. §. 10.*

13 Eàdem omninò ratione prę́ſumitur hæreticus pertinax, qui impedit prædicationem, defenſionem, atque doctrinam Catholicæ Fidei; & qui contemnit cenſuras Eccleſiæ; item qui jurat ſe nunquam ab errore diſceſſurum; ad ſummam, quicunque in Fide Catholica errat, & paratus non eſt ad ſuſcipiendam correptionem, Is hæreticus pertinax eſſe præſumitur, ſicuti

Gerſon, & Joann. Torquemada locis paulò ante commemoratis, & Arnaldus Albertinus prolixè admodùm tradunt. Verùm ſolis præſumptionibus nemo, ut hæreticus puniri debet, ſaltem pœna ordinaria. *c. literas de præſumptio. c. afferte eod. tit.* & illic interpretes. *Alberti. lib. de agnoſcen. aſſertio. quæſt.* 30.

14 Cœterum is, qui aſſerit aliquam propoſitionem hæreticam, cujus contrariam veritatem Catholicam explicitè ſcire non tenebatur, propter probabilem ignorantiam non eſt indicta cauſa pertinax judicandus; ſed ex qualitate perſonæ, & hæreſis, & ex aliis circunſtantiis, magis, aut minùs ſuſpectus erit. 1. *Timot.* 1. & omnes paulò ante memorati.

15 Sed quamvis aliquis ignorantia probabili erret, ſi tamen legitimè admonitus ſtatim non reſipiſcit, exindè pertinax eſſe cenſebitur; quia perindè hæreticus eſt, ac ſi à principio ſciens erraret; Undè Cyprianus epiſt. ad Jubajanum, de hæreticis baptizandis ait; *Ignoſci poſſe ſimplicitèr erranti; ſed poſt veritatis revelationem factam, qui in eo, quod erraverat, perſeverat, prudens, & ſciens, ſine venia ignorantiæ peccat; præſumptione enim, atque obſtinatione ſuperatur.* Quam ſententiam ſubindè tradunt, Auguſtinus, Leo Magnus, & ingens agmen. *c. qui in Eccleſia. c. quid autem 24. q. 3. Gerſon tractatu de proteſtatione, conſideratio.* 10. *Alfon. Caſtren. lib.* 1. *de juſta hæret. punitio. cap.* 9.

16 Addendum eodem eſt, quòd etſi minus legitimè admoneatur is, qui probabili ignorantia errat, nihilominus tenetur ſtatim cauta ſolicitudine quærere veritatem; quod ſi non fecerit, meritò pertinax præſumi poterit; quia per talem admonitionem conſtituitur in mala fide. *Gerſon loco prænotato. conſideratio.* 5. *Alfonſ. prædicto cap.* 9. *confert. c. dixit Apoſtolus 24. qu. 3. & l. quidam Iberus de ſervit. urba. prædio.* & quæ tradunt *Felinus, Decius*, & cœteri de interpellatione extrajudiciali *in c. novit. de judic.*

17 Quæri autem ſolet, an quælibet admonitio ſufficiat, ut hæreticum pertinacem faciat. Cui quæſtioni reſpondetur, legitimam eſſe debere admonitionem, ut hæreticum conſumatum reddat errantem. Nec eadem erit omnium hæreſum ratio; nàm in hæreſibus planè damnatis legitima erit admonitio, ſi oſtendatur erranti Sacra Scriptura, vel Eccleſiæ Catholicæ definitio hæreſibus contraria; Si verò hæreſis nominatim condemnata non ſit, argumenta evidentia vicem iſtius admonitionis obtinebunt. *Alfon. Caſtren. lib.* 1. *de juſta hæret. punit. cap.* 10.

18 In ſumma, pro legitima admonitione habenda eſt, quæcunq; cauſa errantem probabilitèr ab errore ad veritatem revocaverit. Ut puta, ſi ei quoquo modo conſtiterit, propoſitionem errori ſuo contrariam, eſſe Catholicam; vel ſi juſtis argumentis fuerit à quocunq; convictus; tenetur enim confeſtim ab errore diſcedere, & acquieſcere cognitæ veritati; quod ſi non fecerit, pertinax eſſe non immeritò judicabitur; quia impudentèr inſiſtit errori, quem ſub reatu deſerere debet. *Gerſon tracta. de proteſtatione, conſideratio.* 10. *Fran. Victoria ſuper Thom.* 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 2. *Alfonſ. Caſtren. prædicto cap.* 10.

19 Plurimis quoque videtur, legitimam eſſe admonitionem Inquiſitoris aſſertionem, dicentis errare aliquem contra Fidem Catholicam, & illius propoſitionem hæreticam eſſe. *Barthol. in l. 3. §. tutores de ſuſpect. tutori.* quem illic ſequitur *Joan. de Neapoli. Compoſtellanus in Clem. 1. de uſuris glo. 3. in extravag. cum inter. Joan. de Ana. & Felin. in rubri. de hæretic. Joan. Lupus allegatione de hæreſi. §. 3. Nicol. Arelata in tracta. ejuſdem titul. not.* 19.

20 Sed Alfonſus noſter ab hac ſententia diſſentit; quia non ſemper hæreſis eſt talis, ut Inquiſitor ſciat illam hæreſim eſſe; & quia fieri poteſt, ut Inquiſitor erret. Meo tamen judicio à communi ſententia recedendum non eſt; nec enim Alfonſi argumenta magis receptam doctrinam deſtruunt, quàm una, aut altera exceptio generalem regulam tollit. Cum autem Inquiſitores viri docti, & prudentes eſſe ſoleant, & cum peritorum conſilio facere omnia teneantur, præcipuè illa, quæ dubia, atque difficilia fuerint, is, qui errat, credere illis debet in dubiis quæſtionibus ad eorum officium pertinentibus. Adde, quòd Inquiſitores, & Ordinarii Judices Eccleſiaſtici (ut apud Gerſonem eſt) multas propoſitiones dubias declarare poſſunt hæreticas eſſe, niſi fortè propoſitio ſit uſque adeò ambigua, ut egeat Summi Pontificis, aut Generalis Concilii declara-

ratione. *Alfonſus lib. de juſta haret. punitio. cap. 10. Gerſon. tracta. de propoſitio. ab Epiſcopo hareticand. Hadrian. VI. quolib. 2.*

21 Illud autem, quod penè omiſeram, addendum eſt, quod etſi probabilis ignorantia excuſare ſoleat à pertinacia; ſi tamen is, qui per ignorantiam errat, juraret ſe nunquàm à ſua opinione diſceſſurũ, ſtatim hoc ipſo judicãdus eſſet pertinax; quia ponit obicem veritati, & non eſt paratus ad correctionem, & ſua temeritate declarat animi ſui obſtinationem. Idem dicendum eſt, ſi quiſpiam firmitèr proteſtetur, ſe nunquam recedere velle ab aliqua propoſitione hæretica; & itá quibuſdã Theologis placere video. *Gerſoni tract. de proteſtatio. conſideratio. 10. Alfonſo Caſtrenſi. lib. 1. de juſta haretic. punitio. cap. 9.*

22 Veruntamen de hac opinione meo quidem judicio ampliùs deliberandũ eſt; nàm ſi is, qui errat, probabili ductus ignorantia, credit aliquam propoſitionem eſſe Catholicam, eadem probabilitate aſſerere, ac jurare poteſt, ſe nunquam ab eadem propoſitione diſceſſurum. Quinimò qui inſuperabili, aut juſta ignorantia firmitèr crederet, aliquid eſſe Catholicum, non modo proteſtari, & jurare poteſt, ſe id conſtanter defenſurum; verùm etiam ſumma ope, ac tota mente idipſum facere teneretur, perindè ac ſi propoſitio verè Catholica foret; quia niſi id ex animo faceret, inconſtans eſſet in ea Fide, quam credit eſſe Catholicam; & faceret contra conſcientiam, contra quam quiſquis aliquid facit, ædificat ad gehennam. *l. ult. C. de non numera. pecunia. c. ultim. de praſcriptioni.*

23 Prætereà incorrigibilis hæreticus dicitur, qui non habet animum ſe corrigẽdi; ſed vvlt eſſe pertinax, obſtinatus, & induratus. Ille autem cenſebitur hæreticus incorrigibilis, qui ſemel, & iterùm correctus, in errore ſuo perſiſtit. Quod ſatis apertè docet Paulus in epiſto. ad Titum dicens: *Hareticum hominem poſt unã, & ſecundam correctionẽ devita; ſciens quia ſubverſus eſt, qui hujuſmodi eſt; & delinquit, cum ſit judicio proprio condemnatus.* Ubi ſubverſum vocat Apoſtolus incorrigibilem, ſicuti Theophylactus, & alii quidam interpretantur. Parvi tamen refert, an hæreticus pertinax, vel incorrigibilis ſit, eiſdem enim regulis uterque judicandus eſt. *ad Tit. 3. Alfonſ. Caſtren. lib. 2. de juſta hareti. punitio. cap. 1. interpretes in c. cum non ab homine. de judic.*

24 Poſtremò, cum errantis pertinacia graviſſimum crimen ſit, conſequens eſt, ut in dubio minimè ſit præſumenda; tùm quia res dubiæ in partem benigniorem interpretari debent; tùm etiam quia crimina non præſumuntur; demum quia quælibet cauſa excuſare ſolet à malitia, ac dolo, quibus ceſſantibus, nemo hæreticus pertinax erit. *Joan. And. Ancha. & Domini. in c. cum contumacia de haretic. lib. 6. Joan. Lupus allegatione de hareſi. §. 9. Nicola. Arelata de hareti. notab. 20. l. merito. pro ſocio. c. eſtote de regulis juris. l. igitur. §. poteſt de libera cauſa. Thomas 2. 2. quaſt. 60. arti. 4. Abulen. Matth. 7. qu. 4. Alciat. lib. 3. praſumptio. cap. 1.*

25 Hactenus de pertinacibus brevitèr diſſeruimus, ſequitur ut pari brevitate de impœnitentibus hæreticis pauca perſtringamus. Eſt autem Impœnitens quiſquis erroris ſui pœnitentiam agere non vvlt, in quo pertinax quoque ſolet eſſe omnis impœnitens. *(a)* Undè ſi hæreſis alicujus planè probata ſit, & ille puro corde errorem confiteri noluerit, paratus hæreſim abjurare, & injunctam pœnitentiam ſubire, tanquam pertinax, & impœnitens Judici ſeculari relinquendus eſt; quamvis millies proteſtetur, ſe fuiſſe, & eſſe Catholicum, & in Fide Chriſtiana vivere, ac mori velle. *Auditores Rota deciſione antiqua 875. Bernard. de Biſnegato in novis deciſionibus titu. de hareticis, & Hoſtien. in ſumma, eod. tit. colum. 2.* & item *Calderi. conſ. 2. Joan. de Ana. in c. excommunicamus. §. adiicimus de hareti. Alberti. lib. de agnoſcen. aſſertio Catho. q. 8. & quaſtio. 34. nu. 51. Boherius deciſione 343.* qui erravit *deciſione 341.* *Quid Impœnitens.*

26 Comprobatur hæc propoſitio rationibus vivis, & ſpirantibus; nàm ſi hæreſis plenè probata eſt, jàm Eccleſiæ conſtat, iſtum hęreticum eſſe; qui niſi errores ſuos confiteatur, Impœnitens hęreticus eſt, & curiæ ſeculari meritò relinquendus, ut quodam primę inſtructionis capite plenius continetur; addita ratione, quia Eccleſiæ non ſatisfacit; nec enim parcitur hæreticis, niſi pœnitentibus, & rectè converſis; nàm, ut habet regula juris, Veniæ non datur niſi correcto. Accedit eodem

quòd

quòd perindè punitur is, qui legitimè convictus eſt, atque ille, qui objecta crimina confitetur. Parvi enim refert, an homicida teſtibus, an propria confeſſione convictus ſit; nec ideò minus punietur, quia planè probato crimine, illud impudentèr ſe commiſiſſe negat. Præterea, confeſſio neceſſaria eſt ad pœnitentiam, nec veniam conſequi meretur, qui peccatum non agnoſcit; &, ut Ariſtoteles ait: *quem non pœnitet, is inſanabilis eſt*; mirum igitur videri non debet, ſi legitima flamma comburantur Impœnitentes hæretici, qui ſuos errores negare, quàm confiteri malunt. *1. inſtruct. Hiſpalen. cap. 14. c. ad abolendam de hæreti. c. ſuper quibuſdam de verbo. ſignificat. l. 2. C. quorum appellatio. non recipian. c. ſerpens. c. non poteſt cum ſeq. de pœnit. diſt. 1. Ariſto. lib. 7. ethi. cap. 7.*

Inſanabilis quem peccati non pœnitet.

27 Ex quibus omnibus duo conſequuntur. Unum, quòd ſi quis convictus fuerit, dixiſſe, aut ſcripſiſſe aliquam hæreſim, nihil ei proderit, quòd ante, vel poſt, vel omni alio tempore probetur fuiſſe Catholicus, niſi ad Eccleſiam rediens pœnitentiam egerit; nec enim reſipiſcentia ſufficit, ut hæretici ajunt; alterum eſt, quòd immeritò Julius Clarus cenſet hoc eſſe acerbum, cum ſit is pertinaciſſimus, qui non vult hæreſim confiteri, neque ſatisfacere Eccleſiæ, cum ipſo facto incurrerit in excommunicationem, & in alias pœnas, quamvis per unam tantùm horam, vel per brevius tempus hæreticus fuerit, ut in titulo de occultis dixi, & rectè reſpondit Burſatus. *Julius Clarus lib. 5. receptaſent. §. hæreſis. Fran. Burſatus conſil. 38.* Eiſdem omninò rationibus Curiæ ſeculari relinquendi ſunt hæretici illi, quorum errores manifeſtè probantur, & nihilominus eos omnes judicibus confiteri nõ volunt. Nàm, & iſti verè Impœnitentes ſunt, qui omnia crimina non confitentur; falſam enim pœnitentiam eam eſſe conſtat, cum, ſpretis pluribus, de uno ſolo agitur pœnitentia; aut, cum ſic agitur de uno, ut non diſcedatur ab alio. Etenim quædam impietas infidelitatis eſt, ab illo, qui juſtus, & juſtitia eſt, dimidiam ſperare veniam. *c. quem pœnitet. de pœniten. diſtin. 1. c. ultim. de pœniten. diſt. 5. ſunt plures de pœnite. diſt. 3. c. omnis utriuſq; ſexus de pœniten. & remiſ. Alex. Alcſ. 4. par. quæſt. 77. membr. 5. articul. 6.* & cœteri *in lib. 4. ſent. diſt. 16. cum ſeq.*

28 Hi autem Impœnitentes, vulgo diminuti dicuntur, quia non fatentur integrè judicibus hæreſes omnes. Iſti verò defectus pœnitentiæ multifariam contingere ſolent; vel quia hæretici non confitentur omnes ſuos errores; vel non omne tempus errorũ; vel non omnes qualitates, & circumſtantias graviores; vel non produnt omnes, quos hæreticos eſſe ſciunt; vel negant intentionem, & malitiam errorum; vel quippiam ſimile dicunt ad excuſandos, vel minuendos errores. Non tamen facilè quiſquàm damnandus eſt propter defectus, & diminutiones hujuſmodi; tum quia obliviſci poteſt hæreticus talium circumſtantiarum; tum quia is, qui ſe hæreticum fuiſſe fatetur, ſatis concludit, ſe plurimas ceremonias hæreticorum feciſſe, nec ſummo jure agendum eſt cum his, qui ad Fidem, & Eccleſiam Catholicam redeunt.

29 Qui verò pœnitentiæ injunctæ non ſatisfaciunt, puniri debent, ut impœnitentes periuri, & fictè converſi, quemadmodum Joannes Calderinus, & Philippus Decius ajunt; Sunt enim Impœnitentes, quia pœnitentiam non peragunt; perjuri, quia violant juramentum, quo promiſerunt, ſe mandatis Eccleſiæ obtemperaturos; fictè converſi, quia nec veram pœnitentiam agunt, nec permanent in Eccleſiæ debita obedientia. *c. non ſufficit cum ſeq. de pœniten. diſtin. 1. Calderi. conſ. 2. tit. de hæreti. Decius conſ. 137.*

30 Falluntur tamen Decius, & Philippus Probus negantes poſſe Inquiſitores cognoſcere, an ſupraſcripti pœnitentes injunctam pœnitentiam peragant; id enim ad eorum officium pertinet, perindè atq; alia omnia, ſine quibus juriſdictio in hæreticos pleniſſimè exerceri nequit. *Decius eodem conſ. 137. Probus ad Joannem Monachum in c. præſidentes de hæreti. lib. 6. contra quos eſt. c. ut commiſſi. §. nec non. eod. tit. c. literas de præſumptionibus. l. cui juriſdictio de juriſdict. omni judicum.*

31 Procedere quoque debent Inquiſitores, tanquam contra Impœnitentes, & fictè converſos, contra illos, qui eo tempore, quo ad Eccleſiam Catholicam redierunt, de ſe ipſis, vel de alijs, quos hæreticos eſſe ſciebant; plenam judicibus veritatem non dixerint, niſi fortè ſit veriſimile, id per oblivionem factum fuiſſe, &

ita

ita capite quodam primæ Inſtructionis Hiſpalenſis cavetur *cap.* 13.

32 Cæterum Impœnitentes iſti non ſunt protinus Curiæ Seculari relinquendi; ſed jure agendum eſt cum eis, uſque ad ſententiæ definitivæ prolationem, quemadmodum rectè Joannes Calder. tradit. Neque enim ante ab Eccleſia Catholica ſunt evellendi, quàm per viros Doctos, Pios, & Religioſos de ſalute animæ ſemel, atque iterum, & ſæpius admoneantur. Id enim, & juri, & æquitati congruit, & quibuſdam inſtructionum capitulis ſpecialitèr cautum, & à Platone lib. 10. de legibus, jàm olim conſtitutum eſt; Ille namq; de hæreticis divinè admodum loquens, inquit: *Impii ſecretis carceribus, mediterraneis coerceantur, & nullus cum ipſis civium loquatur, præter aliquos viros, qui admonentes ad ſalutem animæ colloquantur. Calder. conſ. 2. titul. de hæretic. 3. inſtructione Valdolitana cap. 5. & inſtruct. 5. Hiſpalen. cap. 9. c. convenientibus 1. quæſt. 7. glo. in c. excommunicamus in §. qui autem de hæretic. Joan. Lupus allegat. de hæretic. §. 4.*

ANNOTATIONES.

1 Cum ſit pertinacia &c.

Appoſitè Pertinaciam complementum hæreſis vocat Simanc; ea enim eſt, quæ conſumatum facit hæreticum. Vide quæ notavi ſupra *tit. 31. Rub. de hæretic. num. 12. & Farin. de hæreſi quæſt. 196. §. 1. num. 1. & ſequen.* ubi de hac materia ſatis abundè.

7 Hoc autem dignum eſt &c.

In explicatione pertinaciæ variant inter ſe Doctores; at communior eſt ſecundum hanc Simancæ Doctrinam, quam, præter Auctores, quos ille hic citat, tenetur quoque *Valentia 2. 2. diſp. 2. quæſt. 11. punct. 1. diffic. 4. ad 2. & Sanchez lib. 2. moral. cap. 7. num. 2. & ſequen.* quare notandum quòd pertinacia, quæ conſumatum facit hæreticum, non ſumitur pro obduratione, vel obſtinata malitia, prout ab infirmitate, ſeu paſſione contra diſtinguitur; ſed pro voluntaria ſententia contra id, quod Catholica tenet Eccleſia, ſivè ex paſſione, ſivè ex infirmitate proficiſcatur. Vide *Cajet. 2. 2. quæſt. 11. art. 2. notabil. 2.* & noviſſimè *Becan. de fid. cap. 24. quæſt. 2. nu. 19. circa finem.*

19 Plurimis quoq; videtur &c.

Hæc ſententia non patitur exceptionem, quoties admonitio eſt circa illa, quæ jàm ſunt ab Eccleſia expreſsè definita, & ab eadem aſſeruntur expreſsè; nàm de cæteris, quæ nondum eſſent ab Eccleſia definita, aut ab ea expreſsè non tenerentur; arbitror Virum doctum non teneri credere, niſi Summo Pontifici, & Generali Concilio, & per conſequens, ſi Ordinarii, & Inquiſitoris admonitione poſtmiſſa, proteſtaretur ſe fore crediturum quicquid ex oraculo Summi Pontificis, ſeu Oecumenici Concilii eſſet definiendum, cenſeo non poſſe de hæreſi pertinaci damnari. Vide quæ hac de re docet *Decian. in tract. Criminal. lib. 5. cap. 55. num. 7.*

24 Poſtremò &c.

Nota quòd in dubio, ſicuti pertinacia non præſumitur; ſic onus eam probandi incumbit ad fiſcum. *Farinac. de hæreſi quæſt. 196. §. 1. nu. 31.*

25 Hactenus de pertinacibus &c.

Pertinaces dici Impœnitentes, & è contra docet *Tabien. Verbo Hæreticus nu. 16. in fin. verſ. & iſti pertinaces. cum Decian. tract. criminal lib. 5. cap. 55. num. 1.* aſt notandum pertinaciam ab eis ſumi pro obduratione, & obſtinata malitia, ea enim eſt, quam ſemper comitatur Impœnitentia.

25 (a) Vndè ſi hæreſis &c.

Hæc ſententia non eſt ſic de facili in praxi ponenda, niſi enim hæc tria concurrant, nempè quòd Crimen hujus delinquentis Accuſati ſit Hæreticale, nec in alium ſenſum accipi poſſit. quòd ſit convictus per teſtes conteſtes, & omni exceptione majores, & denique quòd conſtet ipſum aſſeruiſſe idipſum hæreticale, de quo prætenditur Reus; non eſſe locum, ut brachio Seculari tradatur, ut impœnitens, docuit *Albertin. de agnoſcen. aſſert. Cathol. &c. quæſt. 34. num. 51.* quem ſequitur *Io. à Rojas tract. de hæret. part. 1. num. 84. & ſequen.* alia requiſita ponendo, quæ ibidem videre potes.

30 Falluntur tamen &c.

Hac de re hodiè dubitandum non eſt; cum S. Officii praxis ſententiam hanc affirmativam veriorem confirmet. Vide *Caren. in Annot. ad 15. quæſtion. Fulcod. quæſt. 13. num. 3.*

De Prædicatoribus. Tit. XLIX.

SUMMARIUM.

1 *Prædicare nullus audeat, qui examinatus, & approbatus non ſit.*

2 *Prædicare publicè non debent laici, neque fœmina,*

3 *Prædicator examinatus, & approbatus, ſi aliquid ſcandaloſum, aut ſuſpectum dixerit, quomodo coercendus ſit.*

4 *Prædicator qualis eſſe debet.*

5 *Prædicatori quid ſit fugiendum;*

6 *Prædicator debet ſeipſum accomodare ingenio diſcentium.*

7 *Prædicator irreprenſibilis eſſe debet, & vita,*

vita, & doctrina inſignis.

8 *Prædicatoris vitam verbis ſuis debere conſonare, multi, & ſapientiſſimi Anctores aſſerunt.*

9 *Prædicatores, qui dum concionantur Epiſcopos reprehendunt, perperam faciunt.*

10 *Prædicatoribus in Concilio Lateranenſi præcipitur, ne Epiſcopis publicè detrabant.*

De Prædicatoribus.

1 CUM ab hæreticis Concionatoribus, & Prædicatoribus maximum periculũ Chriſtiano populo immineat, providendum eſt diligentèr, ne quiſpiam prædicare audeat, qui examinatus, & approbatus non ſit. *c. excommunicamus. §. quia vero. de haretic. & in Concil. Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ.* 11. *Brun. lib.* 1. *de legationib. cap.* 5.

2 Neque Laici prædicare publicè debent, neq; fœminæ; id enim Paulus Apoſtolus prohibet, ac Jure Pontificum vetitum eſt; Et ſicuti docet Gerſon, & rebus ipſis frequentiſſimè comprobarũ eſt, mulierum doctrinæ fragiles, & ſuſpectæ ſunt. 1. *Corin.* 14. *c. eum ex iniuncto de hareti c. nova de pœnit. & rem. Gerſon tractat. de exam. doctri. par.* 2. *conſid.* 2. 1. *ad Cor.* 14.

3 Quòd ſi Prædicator examinatus, & approbatus, aliquid ſcandaloſum, aut ſuſpectum dixerit, ab Inquiſitoribus vocandus eſt, & ſtatim cogendus, ut publicè illud retractet, vel pio, & Catholico ſenſu Populo exponat; & præterea corrigendus, & admonendus eſt, ne talia iterùm prædicare audeat. Si verò hæreſim aliquam prædicaverit, puniendus quoque eſt, pro modo criminis, & officio prædicationis privandus; ea enim pœna infligenda eſt illis, qui gravius in officio delinquunt. *l.* 1. *de legatio. l. ſi aliquid. C. de ſuſcept. & arca. lib.* 10. *Albert. lib. de agnoſcen. aſſertio. Catholi. quaſt.* 36. *num.* 8.

4 Prædicator autem eſſe debet apprimè eruditus, doctus, irreprehenſibilis, maturus, & pavidus, ſicuti B. Petrus conſtituit; debet quoque gratiam docendi habere, & in ipſa doctrina diſcretus eſſe, nè aut tacenda proferat, aut dicenda taceat. Ad hæc, eligendus eſt idoneus, morum honeſtate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplo commendatus. *c. oportet* 8. *q.* 1. *cap.* 1. *diſt.* 43. *ſeſſ.* 11. *Concil. Lateranen. ſub Leone X.*

5 Cavere inſuper debet Prædicator, nè prolixa, nimiaque loquacitate odioſus fiat; Brevitatem, ut inquit Origenes, auditores Eccleſiæ diligunt; etenim brevis, & prudens ſermo, & auditur libentius, & attentius, & melius memoriæ commendatur; è contrariò, ſatietas inimica eſt auribus, quemadmodùm cibus ſuperfluus corporibus, ſicut Gregor. Nazianzenus ait. *c. ſit rector.* 43. *diſt. Origen. ſup. lib. Judicum homil.* 6. *Nazianzenus oratione in S. Lavaerum.* *Brevis Prædicatorum oratio.*

6 Debet præterea prudens eſſe, ut pro ingenio diſcentiũ ſemetipſum poſſit aptare, nè ſecreta myſteria, quæ vulgi captum excedunt, coram indignis, & non intelligentibus referet. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum utilitatem, ſed ad ſui oſtentationem, id proculdubio facit. *Perfectorum eſt*, ut inquit Paulus, *ſolidus cibus; nec ſpargenda ſunt margarita ante porcos.* Accedit Mercurius ille Triſmegiſtus in Aſclepio dicens: *Tractatum tota Numinis majeſtate pleniſſimum irreligioſa mentis eſt, multorum conſcientia prædicare. Hebr.* 5. *c. in mandatis c. ulti.* 43. *diſtinct.* 1. *Corinth.* 2. *eumſeq. can. ult. Apoſtolorum. Chryſ. in cap. Matth.* 7. *homil.* 24. *colu.* 4. *Nazianz. orat.* 13. *Petr. Crinit. lib.* 6. *de honeſta diſciplina cap.* 3. *Ad Hebr.* 5.

7 Super omnia verò Prædicatorem irrepræhenſibilem eſſe oportet, cujus vita doctrinæ reſpondeat, ut ædificare poſſit, & fidei doctrina, & morum diſciplina. Ut enim Joan. Chryſoſto. elegantèr ſcripſit; *Nihil eſt Doctore frigidius, qui verbis duntaxat philoſophatur; neque enim hoc Doctoris eſt, ſed hiſtrionis, & hypocrita.* Et alibi inquit: *multùm nocet qui, quod docet, non facit.* Et Ariſt. lib. 10. ethi. *Circa humanas actiones, minus creduntur ſermones, quàm opera, niſi ſint operibus concordes. Verba cum diſcrepant à vita, non ſunt, niſi verba, ideſt gloriola, ac venditationes.* Et Cypria-

pria. lib. de dupl. martyrio: *Efficacius eſt vita, quàm linguæ teſtimonium; habent, & opera ſuam linguam, habent ſuam facundiã, etiam tacente lingua.* Et Luciani Toxaris: *Res ipſa longè magis loquuntur, quàm verba.* Et Lactantius lib. 4. divin. inſtitut. *Malunt homines exempla, quàm verba; quia loqui facile eſt, præſtare difficile.* Et Hieronym. ad Principiam Virginem: *Erubeſcit, quamvis præclara doctrina, quam propria reprehendit conſcientia.* Et Oceano ſcribens ait: *Perdit auctoritatem docendi, cujus ſermo opere deſtituitur. Chryſoſt. in actis Apoſtolor. homil. 1. & homil. 30. Ariſt. 10. ethic. cap. 1. Lactantius lib. 4. cap. 23.*

8 Præterea, in eandem ſententiam plurima ſapientiſſimi Auctores multi frequẽtiſſimè docere ſolent, quorum pauca in præſentia memoraſſe ſufficiet. Theophylactus in Evang. Lucæ inquit: *Quando docens facit, quæ docet, alleviat onera, exemploq; ſuo conſolationem affert diſcipulis: quãdo autem nihil horum facit, quæ docet, tunc quæ docet gravia onera videntur diſcipulis; itàut à doctore nullam rectè faciendi vim accipiant.* Et Grego. *Cujus vita deſpicitur, reſtat, ut ejus prædicatio contemnatur.* Et Leo Magnus ſerm. de Sancto Laurentio: *Validiora ſunt exempla, quàm verba; Et pleniùs eſt opere docere, quàm voce.* Et Iſidorus lib. 3. de ſum. bon. *Tàm doctrina, quàm vita clarere debet Eccleſiaſticus Doctor; nàm doctrina ſine vita arrogantem reddit; vita ſine doctrina inutilem facit. Auctoritate magiſterii caret; qui, quod docet, non facit Doctoris vitio, etiam ipſa vera doctrina vileſcit; quia dum non vivit, ſicut docet, ipſam, quam prædicat veritatem, contemptibilem facit. Qui benè docet, & malè vivit, tanquàm æs, aut cymbalum ſonum facit aliis; ipſe tamen ſibi manet inſenſualis. Qui benè docet, & malè vivit, æquatur cereo, qui bonam quidem aliis lucem præſtat, ſe verò in malis ſuis conſumere videtur, atq; extinguere. Idem ipſe bonum malo conjungit, lucem tenebris miſcet, veritatem mendacio mutat; Theophyla. in Lucam. cap. 11. Grego. in paſtorali par. 2. cap. 4. Iſidor. lib. 3. cap. 36. cum ſeq. Adde Tho. Vvald. tom. 1. lib. 2. cap. 70. cum ſeq. Alfon. Caſtren. lib. 3. de juſta hære. pu. cap. 2. cum ſeq. Brun. lib. 6. de heret. cap. 4.*

9 Tetrici quidam, atque arrogantes Prędicatores, egregiam laudem, magnum, & memorabile nomen referre ſe putant, ſi in concionibus publicis, quo jure, qua injuria Epiſcopis detrahant; quaſi verò id Chriſtianę libertatis magis ſit, quàm procacitatis, & inſolentiæ. Honorandi ſunt Epiſcopi non modò qui benè præſunt, ſed etiam diſcoli; nàm, & hi ſecretò ſunt admonendi correctione fraterna, non publicè traducendi per ora hominum; id enim Prælatis ipſis non prodeſt, ſubjectis verò plurimùm nocere ſolet; atque, ut quidam rectè inquit: *Sunt qui ſolùm inobedientiam, & rebellionem ſubditorũ nutriendo, vitia culpant ſuperiorum, etiam dum abſunt. Nihil plauſibilius audit invida Plebs, quàm Superiorum vitia prodere, augere, culpare. Gabriel ſuper canonem, lect. 77.*

Nefas Prædicatoribus Eccleſiarum Pręlatos publicè redarguere.

10 Tales igitur Concionatores temerarij, & inſolentes, ſeverè puniendi ſunt. Cle. 5. in Conc. Viennenſi inquit: *Religioſis in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub interminatione maledictionis æternæ diſtrictius inhibemus, ne in ſermonibus ſuis Eccleſiarum prælatis detrahant. Clem. 1. §. 1. de privil.* Et Patres Concilii Senonen. ajunt; *Nonnulli Prædicatores benevolentiam vulgi captantes adminiſtratoribus tàm Eccleſiaſticis, quàm Secularibus detrahunt; ſubditos ſuis majoribus rebelles, & inobedientes reddunt.* Et poſt aliqua: *Si Prælatis Eccleſiæ, & Principibus detraxerint, ac Populum ab obedientià Superiorum retraxerint, nos volumus tales, tàm ineptos, & pernicioſos Concionatores, ab officio prædicationis ſuſpendi, pro modo, & cenſura exceſſus acriter puniri.* Hæc illi in decretis morum *cap. 35. & 26.*

11 In Concilio quoq; Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 11. hęc poſt alia decreverunt Patres: *Inhibemus omnibus, & ſingulis Clericis, Secularibus, & Regularibus, cæteriſque cujuſcunque ſtatus, gradus, & ordinis exiſtant, qui onus prædicationis aſſument, ne de cætero in ſermonibus ſuis publicis futura ex Literis Sacris conſtantèr prædicent, ſed ex Divinæ vocis præcepto, Evangelium omni creaturæ, cum vitiorum deteſtatione, & virtutum commendatione declarent; & pacem, ac dilectionem mutuam, à Redemptore noſtro tantoperè commendatam, ubiq; foventes, non ſcindant veſtem inconſutilem Chriſti; ſed ab Epiſcoporum, & Prælatorum, ac aliorum Superiorum, eorumque ſtatus ſcandaloſa detractione, quos coram vulgo, & Laicis, non modo incautè; ſed etiam intemperantèr reprehendunt, & mordent, & ab eis malè geſto-*

rum expreſſis quandoque nominibus, aperta, & manifeſta redargutione abſtineant. Deniq; conſtitutionem felicis recordationis Clementis Papæ V. quam tenore præſentium innovamus, & approbamus, inviolabiliter ab eis obſervari debere decernimus.

ANNOTATIONES.

1 Cum ab hæreticis Concionatoribus.
Quod nullus, nec publicè, nec privatim permittendus ſit prædicare, niſi à Summo Pontifice, ſeù Catholico Epiſcopo approbetur, vide præter loca hic à Simanc. citata, *Statutum quoq; in Concil. Conſtantien. contra 14. artic. Vuiclef. in Rauennaten. 2. ſub Clemen. V. can. 9. & à Leone V. in conſtit. quæ incipit. Superna* De hac Prædicatorum materia pertractant inter cœteros *Caſtrus de Iuſt. hæretic. punit. lib. 3. cap. 2. & 3. Brunus de hæretic. lib. 6. cap. 4. Silveſter verbo Prædicare, & Auguſtin. de Ancona in ſumma de poteſt. Eccleſiaſtic. q. 64.*

2 Neque Laici &c.
Laicis, & Fœminis publicè in Eccleſia prædicare ſub excommunicationis pœna vetitum eſt. Vide *Treuerenſe Concilium cap. 2. c. excommunicamus de Hæret. §. quia verò, & c. ſicut in uno.* Quis nàm autem ſub nomine Laici veniat, *lege Pegnam in addit. ad Eymeric. 2. p. Direct. comment. 11. verſ. per Laicos verò*; & num ſaltem Fœminæ Doctiſſimæ prædicandi facultas ſit concedenda. *lege pariter Concil. Carthaginen. 4. cap. 99. & c. mulier diſtinct. 23.*

3 Quod ſi Prædicator &c.
Nota hoc eſſe Apoſtolicorum Inquiſitorum Ius ſuper Prædicatores Catholicos, ut poſſint illis ſilentium imponere, quoties pro fidei negotio contigerit expedire. *c. ut officium §. compeſcendi de hæretic. lib. 6.* Vide *Auctorem Lucernæ verbo Inquiſitorum. 11.* ubi tamen ait illis à pœna Clem. 1. cavendum.

4 Prædicator autem eſſe debet &c.
Quales eſſe debeant Prædicatores, vide *apud Concil. Senonen. cap. 35. & 36.* nec non *Treveren. in c. miſſi*, ubi quomodo à citandis profanis auctoritatibus, & Poetarum fabulis abſtinere debeant cautum invenies.

11 In Concilio quoq; Lateranenſi &c.
Nota quod invehi in Epiſcopum, & etiam in Magiſtratum publicè, & coram Concione, damnatum fuit quoque à Patribus *Concil. Colonien. 2.* Hoc vide *p. 4. cap. 9.*

De Præſumptionibus, & Suſpicionibus. Titulus L.

SUMMARIUM.

1 *PRæſumptionibus, & conjecturis non eſt locus in rebus evidentibus, & planè probatis.*
2 *Præſumptionibus, & conjecturis in rebus dubiis, & occultis temerè credendum non eſt.*
3 *Præſumptionibus non magis credere judex debet, quàm leges ipſæ credunt.*
4 *Præſumptionis etymologia, & definitio.*
5 *Præſumptiones, quæ veritatem ipſam videntur demonſtrare, cujuſmodi ſint.*
6 *Præſumptio juris, contra quam probatio admittitur, quomodo definiatur.*
7 *Præſumptiones ex diverſis perſonarum, & rerum circunſtantiis ortæ.*
8 *Præſumptiones ex natione, & patria.*
9 *Præſumptio ex natione, & patria parum efficax eſt.*
10 *Præſumptio ex parentibus.*
11 *Præſumptio ex parentibus non ſemper vera eſt.*
12 *Præſumptio ex educatione quam vim habeat.*
13 *Educatio bona, vel prava quantum valeat in filiis.*
14 *Conſuetudinis, & amicitiæ vis.*
15 *Præſumptio ex moribus.*
16 *Vita præſens cur ex anteacta ſpectari ſoleat.*
17 *Inquiſitores cur in prima parte actorum reos tàm diligentèr interrogent, de eorum Natione, Patria, Familia &c.*
18 *Præſumptio ex malefactis, & maledictis.*
19 *Præſumptio ex maledictis, & malefactis cur nocere ſoleat reis.*
20 *Præſumptiones efficaciores ſunt, quæ veriſimiliores.*
21 *Præſumptiones, & conjecturæ non ſatis ſunt, ut aliquis condemnetur, præſertim in crimine hæreſis.*
22 *Suſpicio quomodo differat à præſumptione, & ejus deffinitio.*
23 *Suſpicionum variæ ſpecies, & earum definitiones, & undè augeantur, & quomodo infirmari ſoleant.*
24 *Suſpicio levis undè oriatur.*
25 *Suſpicio vehemens undè ſumatur.*
26 *Violenta ſuſpicio undè deducatur.*

27 *Suſpi-*

27 *Suſpicionem de hęreſi duci poſſe ex ſignis, & indiciis levibus, modò ſint probabilia, aliqui cenſent.*

28 *Suſpicio de hæreſi ſumi non debet ex ſignis, & indiciis levibus.*

29 *Suſpicioni levi adhærendum eſſe in crimine hæreſis, nonnulli falſi exiſtimant.*

30 *Suſpicio de hæreſi naſcitur aliquando ex graviſſimis criminibus perpetratis.*

31 *Opiniones novas aſſerens in materia morali, eaſque pertinacitèr defendens, ſuſpectus in fide meritò cenſetur.*

32 *Præſumptio non levis contra illos eſt, qui ex Mahumetanis deſcendentes vinum non bibunt, & ſuillam carnem non edunt.*

De Præſumptionibus, & Suſpicionibus.

1 CUm pręſumptionibus, conjecturis, & ſuſpicionibus, non nunquam ad eruendam veritatem perveniri queat, in his præſertim criminibus, quæ clanculum perpetrari ſolent, non erit alienum pauca quædam ex his brevitèr commemorare, ut rudiores inſtruere, doctiores admonere poſſimus. Illud in primis conſtat in rebus evidentibus, certis, & planè probatis, locum non eſſe præſumptionibus, aut conjecturis. *l. continuus. §. cum ita de verbo obligati. l. ille, aut ille. §. cum in verbis de leg. 3.*

In euidentibus ſuperuacaneæ præſumptiones.

2 Illud prætereà memoratu dignum eſt, dubia, occulta, & incerta, temerè prò certis judicanda non eſſe; Undè Xiſtus Papa ſcripſit Epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis: *Incerta nemo Pontificum judicare præſumat; & quamvìs vera ſint, non tamen credenda, niſi quæ certis inditiis comprobantur, niſi quæ judiciario ordine publicantur.* Victor quoque Papa Theophylo ita ſcripſit: *Incerta, chariſſime, nullatenus judicemus, quouſque veniat Dominus, qui latentia producet in lucem, & manifeſtabit conſilia cordium.* Et Evariſtus epiſto. 2. *Nullum ante veram, juſtamque probationem judicare, aut damnare debemus, teſte Apoſtolo, qui ait: Tu quis es, qui judicas ſervum alienum? Domino ſuo ſtat, aut eadit. Mala utique audita nullum moveant, aut paſſim dicta abſq; certa probatione quiſquam unquam credat, ſed ante audita diligentèr inquirat, ne præcipitando quicquam aliquis agat. c. ſi quis divinis 30. qu. 5. cum ſeq. c. Deus omnipotens 2. qu. 1.*

Incerta pro certis non iudicanda.

2. ad Rom. 14.

3 Accedit eodem, quod judex pręſumptionibus non magis credere debet, quàm leges ipſæ credunt; etſi enim vehementèr putet, præſumptionem aliquam eſſe verã, ea tamen moveri non poteſt ad aliquem condemnandum; cum ex propria conſcientia, etiam ſibi certa judicare non debeat, ſed ex fide eorum, quæ probata fuerint. Nec ideò leges tranſgrediatur judex, vt ne crimina ſint impunita; occulta enim, & incerta ſolum Deum ultorem habent. Et ut Anacletus inquit; *Si omnia in hoc Mundo punirentur, Divina juſtitia locum non haberet. c. literas de præſumptio. l. illicitas. §. veritas de offic. præſidis. c. ſi omnia 6. q. 1.*

Solũ Deum ultorem habent occulta.

4 Sed ut ad propoſitum revertamur, Præſumptio dicitur, à præ, ideſt, ante, & ſumptio, quia ante legitimas probationes aliquid ſumit pro verò. Quidam ità definiunt: Præſumptio eſt rei dubiæ conjectura veriſimilis, quæ ex naturali cauſa, vel circunſtantiis negotiorum, aut perſonarum proficiſcitur. Hanc Juriſperiti dividere ſolent in præſumptionem Juris, & à Jure; & præſumptionem Juris tantùm; priorem ſic definiunt, ut ſit legis diſpoſitio aliquid præſumentis, & ſuper præſumpto, tanquàm ſibi comperto ſtatuentis. Hæc autem ab apertis, & vjolentis indiciis proficiſcitur, & contra illam non admittitur probatio, quia pro manifeſta veritate habetur. Hujus Præſumptionis exempla plurima extant, ſed in propoſito unum, aut alterum commemoraſſe ſufficiat. Suſpectus, & infamatus, qui tempore mortis petit conſolationem ab hæreticis ſecundum eorum conſuetudinem, ſi conſtat eum eo tempore ſanæ mentis fuiſſe, condemnatur à Jure tanquam conſumatus hæreticus. Quod eadem omninò ratione locum habere cenſeo in converſis ex Judæis, Mahumetanis, vel aliis hæreticis, qui juxtà ritus parentum ſuorum decedere, ac ſepeliri voluerunt. Sic etiam ſine ſpe veniæ hæreticus relapſus præſumitur, qui poſt abjuratam hæreſim acceptat, deducit, viſitat, comitatur hæreticos, vel mu-

Præſũptionis Ethymologia.

Præſũptionis Definitio.

Diuiſio Pręſumptionis.

munera eis mittit, vel favorem impendit. *c. filii. c. accuſatus. §. illo quoque de hæretic. lib. 6. l. antiqua C. ad Velleja. l. à Divo Pio. §. ſi pignora de re judi. c. is qui fidem de Spõſalib.* & illic interpretes *Coraſius lib. 3. de arte juris cap. 7.*

5 Eodem ferè pertinent vjolentæ illæ præſumptiones, quæ veritatem ipſam cunctis demonſtrare videntur: cujuſmodi ſunt indicia indubitata, quæ ad aliud trahi nequeunt, quàm ad id, quod indicant; ea enim pro veris probationibus ſunt habenda, ut quidam juriſperiti ajunt. Tale eſt, hæreticos adorare, ritus Judæorum, aut Mahumetanorum ſervare, jejunia, cæremonias, & orationes eorum facere, & id genus alia, quæ non niſi ad manifeſtam hæreſim trahi poſſe videantur. Eſt autem indicium apertum, tale ſignum facti, quod urgeat animum boni, & conſtantis viri ad rem planè credendam. *Archid. Joan. And. Dom.* & cœteri *in cap. 2. de hæret. lib. 6.*

6 Altera præſumptio Juris eſt, contra quam probatio admittitur; eam ſic definit Alciatus: *Præſumptio juris eſt probabilis conjectura ex certo ſigno proveniens, quæ alio non adducto, pro veritate habetur.* Nihil autem differunt præſumptio juris apud Juriſperitos, & argumentum probabile apud Rethores, apud quos argumẽta probabilia ſunt, quorum oppoſitum verum eſſe poſſibile eſt; illis tamen ſtabitur, donec adverſarius contrarium probet. Sic etiam Juris præſumptio, niſi contrarium probetur, pro plena probatione haberi ſolet. *l. 1. C. de impube. & aliis ſubſtitutio. l. licet imperator. de legat. 1. Alciatus lib. 1. præſumptio. par. 3. Tiraquel. in l. ſi unquam C. de revo. donatio. parte, donatione largitus nu. 127. cum ſequentibus.*

Juris Præſumptionis definitio.

7 Aliæ ſunt Præſumptiones ex diverſis perſonarum, & rerum circunſtantiis ortæ; quæ quidem tàm variæ ſunt, & innumerabiles, ut eas certa regula comprehendere impoſſibile ſit; neceſſariò igitur in æſtimatione Judicis erunt. Alexander Theologus inquit: Præſumptionum alias eſſe leves, alia probabiles, alias temerarias: adde etiam alias eſſe vjolentas. De his tamen à nobis differendum erit in præſentia, quæ probabiles eſſe videntur, & in hoc judicium frequentius incidunt. *Alex. Aleſ. 3. par. q. 45. membro. 7.*

8 Præſumitur aliquis nonnunquam bonus, vel malus ex natione, & Patria: ſunt enim cuiq; nationi vitia quædam peculiaria, propriique mores: nec idem in Barbaro, Germano, & Hiſpano, & æquè probabile eſt. Undè Nathanael apud Joannem inquit: *A Nazareth poteſt aliquid* Cap. 1. *boni eſſe?* Ulpianus quoque loquens de venalibus ſervis ait: *Plerunque natio ſervi, aut provocat, aut deterret emptorem; idcirco intereſt noſtra ſcire nationem. Præſumptum etenim eſt, quoſdam ſervos bonos eſſe, quia nationis ſunt non infamatæ, quoſdam malos videri, quia ea natione ſunt, quæ magis infamis eſt.* Et Plato in fine dialogi 5. de legibus: *Nec illud nos fugiat magnam eſſe locorum ad ferendos meliores, pejoreſque homines, differentiam quippe alii varjetate ventorum, & turbine, difficiles, & protervi ſunt: alii propter aquas, alii propter cibos, qui ex terra non ſolùm corporibus commodi, aut incommodi oriuntur, verùm animis quoque non minus.* Quod Iſocrates etiam in Areopagitico docet *Joan. 1. & l. quod nolit. §. qui mancipia de ædilit. edicto. ſi. c. ſi gens Anglorum cum ſeq. 56. diſt. Tiraquel. de nobilitate cap. 12.*

9 Ea tamen Præſumptio, ut nimis generalis, ſic etiam parùm efficax eſt, niſi fortè aliis argumentis fulciatur. Nulla enim natio, nulla patria eſt, in qua non ſint homines diverſorum inter ſe ingeniorum, & morum; nec natio quempiam bonum, aut malum eſſe cogit. Undè Juvenalis

..... cuius prudentia monſtrat
Summos poſſe viros, & magna exempla daturos,
Vervecum in patria, craſſoque ſub aere naſci.

Et Auſonius de Severo Cæſare

Punica origo illi, ſed qui virtute probaret
Non obſtare locum, cum valet ingenium.

Et Temiſtocles Seriphio in jurgio reſpondit, cum ille dixiſſet, non cum ſua, ſed patriæ gloria ſplendorem aſſecutum: *Vera*, inquit, *hercule, narras; veruntamen nec ſi ego Seriphius, ignobilis; nec ſi tu Athenienſis eſſes, clarus unquam fuiſſes.* Ariſtides quoque de eadem re loquens dixiſſe fertur: *Vobis, & Lacedemonii, & reliqui Græci, qui nunc adeſtis, dicimus, quoniam locus, nec virtutem præſtat, nec adimit.* Auctor Plutarchus in vita Themiſtoclis, & Ariſtidis. De Themiſtocle quoq; ſcribit

Hero-

Herodotus in Urania, quod cum Timodemus, unus ex inimicis ejus, ſubindè diceret, illum Athenarum reſpectu, non ſui à Lacedemoniis honores aſſecutum, inquit ei Themiſtocles; *O' homo, ità res habet, neq; ego ſi Belbinitanus forem, ſic à Spartanis honoratus fuiſſem; neq; tu, & ſi Athenienſis*. Quod, & Plato dialogo 1. de Republica memorat his verbis: *Equidem ſi ipſe Seriphius eſſem, in eadem gloria viverem; tu verò ſi Athenienſis, minimè.* Quod, & Cicero libro de ſenectute retulit. Cœterum, ſi alię probationes adſint, hæc quoque pręſumptio eas probabiliores efficiet; nec enim his periculoſis temporibus tàm facilè præſumendus erit hæreticus homo Hiſpanus, Gallus, aut Italus, quàm Bohemus, Germanus, aut Anglus.

10 Præterea, talis præſumitur eſſe Filius, qualis Pater: Ut enim ex hominibus hominem, & belluis belluam, ſic ex bonis bonum generari conſentaneum eſt. Et quamvis (ut Ariſtoteles inquit) hoc ſæpè natura velit efficere, non tamen poſſit; attamen, ſicut idem Philoſophus alibi ait, ex melioribus meliores procreari, probabile eſt. Accedit eodem vetus illud proverbium ab Ezechiele memoratum: Cap. 16. *Ecce omnis, qui dicit vulgo proverbium, in te aſſumet illud dicens: ſicut mater, ita, & filia ejus*, tum illud: *Mali corvi, malum ovum*. Undè Julius Maximinus, ut Sextus Aurelius Victor in ejus vita eſt auctor, dum perſequitur pecunioſos, inſontes pariter, noxioſque, apud Aquileiam ſeditione militum diſcerptus eſt, unà cum filio, conclamantibus cunctis militari joco, ex peſſimo genere, ne catulum quidem habendum. Accedit etiam Eccleſiaſticus di- Cap. 11. cens: *In filiis ſuis agnoſcitur vir.* Chærondas quoq; apud Stobeum inquit: *In quibus Civitatibus ſenes impudentes fuerint, liberi etiam, nepoteſq; ipſorum impudenti alaborabunt.* Cui atteſtatur Plato dialogo 5. de legibus, dicens: *Ubi ſenes minus pudici ſunt, neceſſe eſt ibi juvenes impudentiſſimos eſſe.* Item Fabius lib. 5. *Similes parentibus, ac majoribus ſuis filii plerunque creduntur, & nonnunquam ad honeſtè, turpiterq; vivendum, indè cauſa fluunt; Nam cum filii parentes ſuos ament, & ab eis omnia ferè diſcere ſoleant, quæcunq; in eis vident, bona, honeſta, & licita eſſe putant*: & ut Mantuanus cecinit:

Qui viret in foliis, venit à radicibus humor,
Et patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

Rectè proindè Plutarchus in Exordio libri de liberis educandis ait: *Pulcher theſaurus eſt, bonis procreatum eſſe parentibus:* Et Nazianzenus in laudem Cæſarii: *Mater jam olim ab ipſis proavis Deo conſecrata, pietatem inſtar neceſſaria cujuſdam hæreditatis, non ad ſe ipſam tantummodo, ſed ad liberos quoque deducens, ex ſanctis primitiis verè ſancta conſperſio. glo. in l. quod ſi nolit. §. qui mancipia de ædilit. edicto. Ariſtote. lib. 1. politi. cap. 4. & lib. 3. cap. 8. & lib. 4. de generatione cap. 3. Ezechiel 16. Eccleſiaſtici cap. 11. Stobæus ſerm. 42. & 86. & 88. Fabius lib. 5. inſtitutio. oratoria cap. 10. Alciat. lib. 1. præſumptio cap. 48. Alfonſ. Caſtren. lib. 2. de juſta. hæreti. punitio. cap. 8. Tiraquel. in l. 7. connubiali. Anſel. in epiſt. ad Tit. cap. 1.*

11 Sed quamvìs hæc præſumptio tàm generalis non ſit, quàm ſuperior, non multò tamen efficacior eſt, quàm illa; quia ſæpiſſimè pravi ſunt filii bonorum, & nonnunquàm boni efficiuntur pravorum filii. Spartianus in Severo plurimis exemplis probat neminem propè magnorum virorum bonum, & utilem filium reliquiſſe. Cujus rei non alia probabilior cauſa mihi viſa eſt, quàm prava filiorum educatio; quæ blanda parentum indulgentia corrumpi ſolet. Undè Socrates apud Platonem libr. 3. de legibus, eam labem indulgentiæ matrum, quæ teneriores ſunt, acceptam refert. *Alex. Aphrodiſæus problemate 25. ſectione 4. Stobæus ſerm. 85. Lactantius lib. de opificio Dei cap. 19. Abulen. de optima politia num. 148. Alciat. lib. 1. præſumptio cap. 24. Tiraquel. lib. de pæn. cauſa 52. nu. 43.*

12 Fortior illa præſumptio eſt, qua talis eſſe quiſq; præſumitur, qualis ejus educatio fuerit: ex bona enim, vel malà educatione, bonus, vel malus homo præſumi poteſt; quia educatio ipſa mores facit. Nàm ut Plato dialogo 4. de Republica inquit: *Quale cujuſque fuerit puerilis educationis initium, talia etiam erunt, quæ ſequuntur.* Et ſicut Horatius ait

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem
Teſta diu.

Et Socrates apud Xenophontem docebat, ingenia illa indigere doctrina, quæ quàm optima ſunt; nàm,& equorum quicunque fortes, animoſi, ac dociles ſunt, ſi ab ineunte ætate domentur, optimos, ac utiles; ſi verò indomiti maneant, effrænatos, ac peſſimos evadere. Caneſq; quæcunque ingenioſæ, ſagaces, laborioſæ, feris importunæ, bene quidē eruditas, optimas, ac perutiles venationibus; è converſo verò, vanas, furioſas, ac inobedientes effici. Similitèr etiam quotquot ingenioſi, animo fortes, rebus agendis idonei ſunt, eruditi quidē, ac rerum illarum docti, quæ agendæ ſunt optimi, atq; utiles fiunt: plura namq; ac maxima bona operantur; rudes autem, atque indocti, peſſimi, noxiique efficiuntur. Cum enim diſcernere nequeant quæ agenda, quævè omittenda ſint, ſæpè pravis operibus vacant; quod ſi etiam elati animi, vehementeſque ſunt, effrænati præterea, pervicaceſq; redduntur; quo circa plurimorum, magnorumq; malorum cauſa ſunt. *Ariſtotel. & Faber. lib. 2. ethico. cap. 1. Plutarc. in Apophtheg. Laconicis Xenophon. lib. 4. de Sanctis, & dictis Socratis.*

13 Idem quoq; Socrates apud Platonem inquit; *Puerorum natura convenientem nacta diſciplinam, ſemper proficiendo ad omnem pervenit virtutem; enutrita autem ſi fuerit perversè, ad contraria facilè dilabitur. Eſt itaq; conſentaneum naturam optimam, ſi ſub adverſa forma nutriatur, deteriorem evadere, quàm ignavam: & animos præſtantiſſimo ingenio præditos, ſi malè fuerint educati, peſſimos fieri. Et putandum eſt infanda ſcelera, & extremam nequitiam ex generoſo ingenio educatione corrupto, potiùs quàm ex ignavo procedere.* Ex educatione igitur fit, ut ſæpè ſoleat filius ſimilis eſſe patri; nàm, ut Cicero lib. 1. officiorum ſcripſit; *plerunque parentum præceptis imbuti filii, ad eorum conſuetudinem, moremque deducuntur.* Et Juvenalis Satyra 14.

Sic natura jubet, velocius, & citius nos
Corrumpunt vitiorum exēpla domeſtica.

Ut non immeritò Divina Sapientia tantoperè filiorum educationem patribus frequentiſſimè commendaverit. Inquit
Cap. 7. enim Eccleſiaſticus: *Filii tibi ſunt, erudi illos, & curva illos à pueritia eorum.* Et rur-
Cap. 30. sùs idem: *Qui docet filium, laudabitur in illo; mortuus eſt pater ejus, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.* Et mox: *Equus indomitus evadet durus, & filius remiſſus evadet præceps*, & cœtera in eandem ſententiam. Item Daniel de Su- Cap. 30.
ſanna loquens ait, eam fuiſſe pulcram, & timentem Deum, addita ratione, quia parentes illius, cum eſſent juſti, erudierunt filiam ſuam ſecundum legem Moyſi. Deniq; Paulus Apoſtolus: *Vos patres*, inquit, Ad Epheſ. ult.
nolite ad iracundiam provocare filios veſtros; ſed educate illos in diſciplina, & correctione Domini. Plato 6. de republica Eccleſiaſtic. 7. & 30. Daniel 13. ad Ephe. ulti. c. ſicut 47. diſtin. Cornel. Tacitus dialogo de oratorib. Juvenalis tota Satyra 14. & plura quæ collegi *lib. 9. de republica. cap. 25. de educatione puerorum.*

14 Hinc, & illud eſt, quod talis eſſe unuſquiſque præſumitur, quales illi ſunt, cum quibus converſatur. Ut enim veteri proverbio fertur, ſimiles cum ſimilibus facillimè congregantur. Salomon quoque inquit: *Qui enim Sapientibus graditur, Sa-* Prov. 13.
piens erit: amicus ſtultorum ſimilis efficietur. Rursùs: *noli eſſe amicus homini iracun-* Cap. 22.
do, neque ambules cum viro furioſo, ne fortè diſcas ſemitas ejus, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. Et Eccleſiaſticus: *Qui tetigerit pi-* Eccleſ. 13.
cem, coinquinabitur ab ea; & qui communicaverit ſuperbo, induet ſuperbiam. Accedit Propheta regius dicens: *Cum Sancto San-* Pſal. 17.
ctus eris; & cum viro innocente innocens eris; & cum electo electus eris; & cum perverſo perverteris. Et juxtà Theognidis ſententiam à Platone in Memnone, & à Xenophonte in Convivio relatam:

Juſta docent juſti, pravis convixeris, ante
Quæ fuerat probitas protinus effugiet.

Vel ſicuti vertunt:

Te bona namque boni, ſi unà verſere, docebunt;
Pravi, ſed periment, quod fuit ingenium.

Undè Hieronymus ad Demetriadem ſcribit: *Semper in comitatu tuo graves fœminas habeas; mores, & ſtudia dominarum plerunque ex ancillarum moribus judicantur; qualis enim quæque ſit, talium conſortio delectatur.* Nec id mirum videri debet, nàm & catellæ (ut habet proverbium) perindè ac heræ ſunt. Et ſicuti Euripides in Phœnice inquit: *Mala improborum conſuetudo cui placet, is, qui fiet vir, non rogo; ſciens ſodalium illum convenire moribus.* Adde quod

nihil

nihil tàm pernicioſum, ac peſtiferum eſt, ut conſuetudo, & converſatio pravorum hominum: quippè cum, ut Chryſoſtomus ait: *Amicitia, atque neceſſitudo, & ad nocendum, & adjuvandum plus nonnunquàm efficit, quàm neceſſitas potuiſſet.* Præterea Senecam lib. 3. de ira, & epiſt. 95. *Prover. 13. & 22. Eccleſiaſt. 13. pſal. 17. Ariſtotel. 9. ethi. c. ulti. Plato. 8. de repub. Chryſoſto. in Matth. homil. 60. & in Joan. hom. 56.*

15 Præterea, facilius præſumendum eſt malum de homine malo, quàm de bono. Undè regula Juris: *ſemel malus ſemper præſupponitur malus.* Quamobrem multi Juriſperiti ajunt, de malo homine, non niſi malum preſumendum eſſe. E' contrario Megabyſus apud Herodotum lib. 3. hiſto. *Ex optimis viris*, inquit, *credibile eſt, optima exiſtere conſilia.* Utrunque autem confirmat Cicero pro Cluentio dicens: *Perindè, ut opinio eſt, de cujuſq; moribus, ità quid ab eo factum, & non factum ſit exiſtimari poteſt.* Et lex ait: *Ex perſonis hominum dicta penſamus.* Chryſoſtomus in dictum Apoſtoli, *Nolo vos ignorare*, inquit; *ſicut mala dogmata impuram inducere conſueverunt vitam; ita & vita perverſa dogmatum perverſitatem ſæpè parit.* Et in illud dictum ejuſdem, *Habentes autem &c. Impoſſibile eſt, impoſſibile profectò, ſi vitam impuram habeas, in fide non vacillare;* & Theophylactus in epiſto. ad Timo. cap. 3. *Quando mentem quiſpiam perturbationibus, praviſque affectibus corruperit, tum reprobus efficitur circa fidem. Dixit enim inſipiens, non eſt Deus: undè? quia corrupti ſunt, & execrabiles facti ſunt in iniquitatibus ſuis, Pſal. 13. l. 1. C. ſi quis impe. mal. dix. Hoſti. in ſum. tit. de Juda. §. quibus. Lucas in l. quemadmodum C. de agrico. & conſi. lib. 11. Alciat. lib. 1. præſump. cap. 7.*

16 Indè etiam fit, ut talis eſſe hodie unuſquiſq; præſumatur, qualis olim fuit. Spectanda quidem ſunt, ut Fabius ait, antè acta, dictaque; ex præteritis enim æſtimari ſolent præſentia. Quis ullam ullius boni ſpem habebit in eo, cujus primum tempus ætatis palam fuerit ad omnes libidines divvlgatum? Nemo repentè fit turpiſſimus: *Omnibus in rebus*, ut apud Ciceronem eſt, *quæ graviores, majoreſq; ſunt, quid quiſque voluerit, cogitarit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus ejus, qui arguitur, eſt ponderandum; Neque enim poteſt quiſquam noſtrum ſubitò fingi, neq: quiſquam repentè vita mutari, aut natura converti.* Cui ſubſcribit Fabius dicens: *Interrogabo quid ante perditè, quid flagitioſè, quid impiè fecerit. Innocentia per gradus certos ab homine diſcedit; & ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. Nemo indè cœpit, quò incredibile eſt perveniſſe.* Chryſoſtomus in varia Matthei loca homilia 87. *Nemo repentè ad dexteram improbitatem inſiliit; habet quippe inſitum quendam anima pudorem, atque innatum, quem ſubitò calcare, atque proiicere non poſſet, ſed ſenſim, atque paulatim ex negligentia perit.* Sic è contrario: *Nemo repentè fit optimus.* Undè Flaujus Vopiſcus in vita Probi elegantèr ait: *Neminem unquam perveniſſe ad virtutum ſummam jam maturum; niſi qui puer ſeminario virtutum generoſiore concretus, aliquid inclytum deſignaſſet. Fabi. lib. 5. cap 10.* & iterùm *declamat. 1. Cicero ad Senatum poſt reditum*, & rursùs *in oratione pro Silla c. ex ſtudiis de præſumpti. c. ſi ſermo. de pœnit. diſt. 2. Bal. in l. ex perſona. C. de probati. Feli. in c. ſcribam de præſumptio. Alciat. lib. 2. cap. 25. eod. tit.*

17 Ex ſupraſcriptis, aliiſque perſonarum, & rerum circunſtantiis planè intelligitur, quamobrem Inquiſitores in prima parte actorum, tàm diligentèr interrogare ſoleant reos, ex qua natione, patria, familia, cognatione ſint; apud quos educati, quos habuerint magiſtros, præceptores, ſocios, amicos &c. Ea enim, & mille talia conſiderari ſolent in rebus dubiis, ut indè argumenta veriſimilia ducantur; quemadmodum fuſius Rhetores docent in cauſa conjecturali; Ajunt enim argumenta ſumenda eſſe ex genere, natione, patria, educatione, diſciplina, bonitate, pravitate, ac tempore præterito, de quibus hactenus ſatis diximus. Addunt etiã ſexum eſſe conſiderandum, ut latrocinium facilius in viro, veneficium, & ſuperſtitionem in fœmina credas; Ætatem, quia aliud aliis annis magis convenit; Fortunam; neque enim tam idem credibile eſt in divite, ac in paupere; Conditionis diſtantiam; nam Clarus, an obſcurus, Magiſtratus, an privatus, pater, an filius, civis, an peregrinus, liber, an ſervvs, laicus, an clericus ſit, plurimùm diſtat; Animi naturam; etenim avaritia, ira, & iracundia, miſericordia, crudelitas, ſeveritas,

alia-

aliaque his ſimilia afferunt frequentèr fidem, aut detrahunt. Studia quoque; nàm ruſticus, forenſis, negotiator, miles, navigator, Monachus, aliud, atque aliud efficiunt. His etiam adiiciunt cauſam, tempus, locum, occaſionem, modum, & cœtera rerum accidentia, quæ longum eſſet mihi dicere, præſertim ad alia properanti. Vide *Cicero. lib. 2. de inventi, & lib. 2. rheto. ad Herenni. Fabium lib. 5. orato. inſtitut. cap. 10. Fortunatianum lib. 2. rhetor. in prin. Trapezuntium item lib. 2. l. aut facta de pæn.*

18 Deindè, malefacta, & maledicta, præſumuntur malè præmeditata; humanæ aures talia verba noſtra judicant, qualia foris ſonant; neque eſt præſumendus quiſquam dicere quod non priùs mente agitaverit. Sanè ut Ariſtotel. inquit, *Sermones ſunt ingeniorum, & morum velut imagines.* Et alibi ait: *Sermones eſſe notas earum, quæ in anima ſunt, paſſionum, ſivè animi affectionum quædam nota.* Et Horatius

Format enim natura priùs nos intus ad omnem
Fortunarum habitum, &c.
Poſt effert animi motus interprete lingua.

l. ſi quis extraneus de acqui. hæredi. l. ſi non convitii. C. de injur. cap. 1. de præſumptio. & illic *Felin. Matth. 12. Job. 34. cap. humanæ 22. quæſtio 5. l. labeo. §. idem Tubero. de ſupell. legat. Ariſto. rhetor. ad Alexandrum c. de ſpecie laudandi Joan. Lup. allegat. de hæreſi. §. 7. cum ſeq.*

19 Ad hæc, non præſumitur ſanæ mentis, qui non habet memoriam ordinatam, uſque adeò quippè vicinæ ſunt, & connexæ omnes animæ virtutes, ut vix una earum lædi poſſit, quin cœteræ quoque lædantur. Quo efficitur, ut ex cujuslibet illarum læſione homo facilè reddatur inſanus. Et ut Plato inquit in Philebo: *Memoria eſt ſenſus conſervatio: quo fit, ut qui memoria caret, non benè ſenſum conſervet. c. filii de hæreti. lib. 6.* & illic *Dominicus, Philippus, Fran.* & cœteri.

20 Illæ autem conjecturæ, ac præſumptiones efficaciores erunt, quæ veriſimiliores fuerint; Omnis enim præſumptio, quæ temeraria non ſit, in veriſimilitudine fundata eſſe debet. Et ut *Bal.* ait: *Illa præſumptio fortior eſt, quæ veriſimilior.* Neque aliud eſt præſumptio (ut apud eundem *Bal.* eſt) quàm ratiocinatio de re veriſimili; id ſanè probabilius, credibilius, & vero proximius eſt, quod veriſimilius fuerit. De ſingulis loquens Ariſto. lib. rhetoric. ad Alexandrum; inter alia inquit: *Signa verò efficiunt, alia quidem opinionem, alia verò ſcientiam: id autem pulcherrimum eſt, quod ſcientiam efficit; ſecundo autem loco, quod opinionem maximè veriſimilem operatur.* Accedit eodem, quod incredibile, ſuſpectumque eſt, ut plerique ajunt, quicquid non eſt veriſimile; habet enim quandam falſitatis imaginem. Denique ſæpiſſimè quod veriſimile eſt, pro veritate habetur; quod verò non eſt veriſimile, omninò falſum eſſe cenſetur. *c. quia veriſimile de præſumpt. l. non eſt veriſimile. quod met. cauſ. l. Mævjus in princip. de legat. 2. Bal. in l. 2. c. de ſicar. & in rub. de probat. & in l. 1. C. de ſerv. fugiti. Felin. in c. auditis de præſcrip. Decius conſ. 596. Hypolit. conſ. 101. fuſius. Andreas Tiraquel. in l. ſi unquam. C. de revoc. dona. in principio à numero 37. deinceps.*

21 Ex conjecturis autem, & præſumptionibus nemo condemnandus eſt, præſertim in crimine hæreſis. Et ut hoc obitèr dicam, conjectura dicta eſt, auctore Fabio, à conjectu, ideſt, directione quadam rationis ad veritatẽ; ex præſumptionibus tamen, indiciis, & conjecturis ad remedia extraordinaria proceditur. Neque enim pęna ordinaria imponenda eſt propter ſuſpiciones, vel probationes, quæ non ſint luce meridiana clariores; quemadmodum rectè docent Innocen. Antoni, & innumerabiles alii. *c. literas de præſump. Fabius lib. 3. cap. 7. Fortunatianus lib. 1. rhetor. c. de ſtatu Innocen. in c. quia veriſimile de præſumpt. Anton. Card.* & cœteri *in c. afferte. eo. tit. Joan. Lup. allegat. de hæreſi. §. 11. Hippol. in rub. de proba. num. 241. Boerius deciſio. 264. Tiraquel. de pœniten. cauſ. 27.*

22 Eadem ferè omnia, quæ de pręſumptionibus diximus, de ſuſpicionibus quoque dici poſſunt; nàm, & ex iiſdem locis ducuntur, & oriuntur; niſi quod ut *Bal.* ait. Suſpicio minor eſt, quàm præſumptio: Faciliùs enim ſuſpicamur aliquid, quàm idipſum præſumamus; ſed ex ſuſpicionibus oriri ſolent præſumptiones, & quod ſuſpicamur, ſæpè verum eſſe præſumimus. Et hęc quidem probabiliora eſſe videntur, quàm ea, quæ Budæus in foren-

ſibus

ſibus tradit: *Suſpiciones*, inquit, *à Cicerone dicuntur, quas Juriſconſulti appellant præſumptiones, & cauſa ſuſpicioſa eſt, in qua multæ ſunt præſumptiones; Eſt autem ſuſpicio: acceptio unius partis cum formidine alterius, vel: eſt opinio mali ex levibus ſignis*, ut inquit Beatus Thomas, vel ſicuti Bal. definit. *Suſpicio eſt paſſio animi aliquid firmiter non eligentis. Bal. in auth. ſi quis. C. de adulter. Thom. 2. 2. q. 60. art. 4. Bal. in rub. de probation. Soto lib. de Juſti. & jure qu. 4. art. 3.*

Suſpicionis definitio.

23 Suſpicionum autem, aliæ ſunt leves, aliæ vehementes, aliæ temerariæ, aliæ probabiles. Levis ſuſpicio eſt, qua leviter aliquid ſuſpicamur: ſic etiam vehemens, qua vehementer; temeraria, quæ temerè; probabilis, qua veriſimiliter, & probabilitate movemur ad ſuſpicandum. Augentur autem, & minuuntur ſuſpiciones ex argumentis, conjecturis, & ſignis, aliiſque circunſtantiis, perſonarum, & rerum. Sic Rhetores augeri ſuſpicionem docent ab argumentis, & ſignis, & cœteris locis; ut cum multa concurrunt argumenta, & ſigna, quæ inter ſe conſentiunt, Orator dicat, rem perſpicuam, non ſuſpicioſam videri oportere ſignis, & argumentis credi, quàm teſtibus; hæc enim eodem modo exponi, quomodo revera ſunt geſta; teſtes corrumpi poſſe vel pretio, vel gratia, vel metu, vel ſimulatè. Melius tamen, & juſtius contra argumenta, & ſigna, & cœteras ſuſpiciones dicere docent hoc modo, ut demonſtremus, nullam rem eſſe, quam non ſuſpicionibus quivis poſſit criminari. Deindè, ut unam quamq; ſuſpicionem extenuemus, ac demus operam, ut oſtendamus nihilo magis in nos eam, quàm in alium quempiam convenire; indignum facinus eſſe dicentes, ſine teſtibus conjecturam, & ſuſpicionem firmamenti ſatis habere; Neq; enim propter ſuſpiciones aliquem condemnare licebit. *lib. 2. rheto. ad Hereni. cap. literas de præſu. l. abſentem de pœnis l. 1. §. ſi ſuſpicio de incen. ruin. & naufra. & in l. admonendi de jure jura. Bart. Jaſ. Ripa. Curtius*, & cœteri.

Qualis ſuſpicio levis. Qualis vehemens, & temeraria. Qualis probabilis.

24 Cœterum in materia hæreſis, Gerſon tractat. de proteſtatione, ſuſpiciones hoc modo differit: *Suſpicio levis provenit ex ſignis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus capitur conjectura, quæ concludi poteſt, non quidem frequentèr, ſed rarò, ſeu caſu, quòd talia dicens, vel faciens hæreticus ſit; idq; deducitur levi conſequentia, ut puta, ſi argumentemur: Petrus dejerat frequentèr, ergò non bene in Deum credit.*

Qualis ſuſpicio levis in hæreſis materia juxta Gerſon.

25 *Suſpicio vehemens ſumitur ex ſignis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus capitur argumentum concludens frequentèr, & ut in pluribus, quòd talia dicens, vel faciens eſt hæreticus; verbi gratia, ſi quis neget explicitè, palam, & publicè, aliquas propoſitiones fidei quas tenetur ex officio ſcire; is vehementèr ſuſpectus eſt; quamvis fieri poſſit, ut talis negatio, ex ignorantia, vel animi levitate ſit orta.*

Unde vehemens ſuſpicio ſumatur.

26 *Violenta ſuſpicio eſt, quæ provenit ex ſignis exterioribus operum, aut verborum; ex quibus concludi ſolet efficacitèr, & ferè ſemper, quòd talia dicens, vel faciens, eſt hæreticus; ut ſi quis propoſitiones hæreticas publicè aſſerat, vel adoret ſepulcrum Mahumetis. Nàm, & ſi poſſibile ſit, quòd iſta ſine intellectus errore, aut ſine pertinacia dicantur, aut fiant: Eccleſia tamen, quæ judicat exteriora, præſumit violenter, ejuſmodi homines hæreticos eſſe, niſi fortè purgaverint ſeipſos, probando ignorantiam, timorem, vel fictionem, & oſtendendo ſe correctioni paratos:* Hæc Gerſon. In ſumma, hi omnes ſuſpecti de hæreſi ſunt, de quibus indicia aliqua extant, quod de fide Catholica malè ſentiunt. *Gerſon. de proteſta. conſiderat. ulti.*

Quid violẽta ſuſpicio.

27 Sunt qui putant ſuſpicionem de hæreſi, duci poſſe ex ſignis, & indiciis levibus, modò probabilia ſint; nàm plenè ea probari oportet. *Innoc. in c. ſicut de Simo. Joan. Andr. in c. ut officium §. 1. Anchara. in c. Accuſatus in princ. de hæret. lib. 6. Feli. in c. literas de præſum. contra Brun. lib. 1. de hæret. cap. 4.*

28 Ea tamen opinio, meo quidem judicio, ſinè delectu recipienda non eſt; Nam levia ſigna movere non debent animum conſtantis viri ad ſuſpicandum tàm grave crimen; ſed potiùs interpretanda ſunt in partem benigniorem. Ut enim Cicero ad Quintum fratrem ſcripſit: *Ut quiſque eſt vir optimus, ita difficilimè eſſe alios improbos ſuſpicatur.* Et Nazianzenus oratione in laudem Athanaſii: *Malus celerrimè adducitur, ut bonum etiam virum condemnet in*

rebus dubiis, & incertis; contra: Vir probus, ne malum quidem facilè condemnaverit. & oratione 1. in Julianum: *Minimè is malitiam, fraudemq; ſuſpicatur, cujus animus à malitia liber eſt, & immunis.* Et epiſtola 21. *Qui à vitio liber eſt, is vitium, in alio minus promptè ſuſpicatur.* Deindè ex levibus ſignis malè ſuſpicari de homine Chriſtiano, haud leve peccatum eſt; quia talis ſuſpicio eſſet actus voluntarius à rectâ ratione diſonans; Neque enim ex levibus ſignis moveri debemus adverſus Catholicos, quibus injuria fit, ſi malam opinionem de illis habuerimus abſque juſta, & probabili cauſa. Poſtremò, judicium temerarium eſt, ut Theolo. docent, cum aliquis judicat de his, quæ dubia ſunt, propter aliquas leves conjecturas. Igitur ex levibus indiciis ſuſpicari nullo modo debemus aliquem hæreticum eſſe. *c. eſtote de reg. jur. Tho. 2. 2. qu. 60. artic. 2. Cajet. in ſum. verb. ſuſpicio. Domin. Soto lib. 3. de juſti. & jur. quæſt. 4. art. 3.*

29 Hoc amplius addunt quidam, in crimine hæreſis levi ſuſpicioni adhærendum eſſe, ſaltem eò uſque, ut Inquiſitor procedere poſſit ad interrogandum, quid ſuſpectus ſentiat de Catholica fide. Quod equidem falſum, & periculoſum eſſe puto; niſi fortè id fiat ex probabili cauſa, & cum homine alioqui abjecto, vili, & infami; Nam honeſtum hominem in judicium trahere propter levem ſuſpicionem, eumque interrogare de fide, ac dubitare, an Catholicus ſit, grave quidē, judicio meo, & injuſtum admodum eſt. *Matth. de Affl. in conſti. Sicili. tit. 1. colu. ante pen. Ludo. Carer. tract. de hær. nu. 116.*

30 Interdum autem ex graviſſimis criminibus, longè ab hæreſi diſtantibus naſcitur ſuſpicio non levis, quòd talis facinoroſus non benè ſentiat de fide Catholica; Nàm qui Catholicus eſt, Deum timere, & ab ejuſmodi criminibus abſtinere ſolet. Unde qui cum fæminis conſanguineis, affinibus, monialibus, commatribus, aliiſque id genus, facilè commiſcetur, non immeritò ſuſpectus cenſeri poteſt. Quamobrem Regia lex hujuſmodi crimina hæreſim ſapere dicit; neq; enim perpetrari ſolent à viris Orthodoxis, & benè Chriſtianis; ſed & Jaſon ſpeciem hæreſis eſſe putat juramenta ſcelerata facere. *Regia l. 5. tit. 15. lib. ordin. 8. ad Rom. cap. 1.* & inibi *Chryſo. ſermo. 4. Auguſt. ad fratres in eremo ſermon. 47. Jaſon. in l. 3. jurari. de jure jurando.*

31 Suſpectus quoq; in fide merito cenſeri poteſt, qui novas, & ſingulares opiniones aſſerit in materia morali, eaſq; pertinacitèr tuetur contra communes, & receptas ſententias; indè enim ad hæreſes facilis admodùm via eſt. Ad ſummam, in omnibus præſumptionibus, & ſuſpicionibus, ut Gerſon inquit, plurimùm ad rem faciunt, accidentia, & circunſtantiæ perſonarum, & rerum. Quædam enim ſufficiunt ad vehementem ſuſpicionem habendam de aliquo homine, quæ alium hominem ſuſpectum non redderent, ne levitèr quidem. *Gerſon. tract. de proteſt. conſiderat. ulti. Fran. Victoria ſuper Thom. 2. 2. quæ. 11. art. 2.*

32 Neque levis præſumptio eſt contra deſcendentes ex Mahumetanis, qui vinum non bibunt, neque carnem ſuillam edunt, neq; aprum animal propter convivia natum, ut ait Satyricus, cum ſint voluptatibus dediti, quæ ſinè his frigere ſolent; & proculdubio prēſumi poſſit in majorum ſuorum ſectas eos adhuc permanere: quod quidem ab Inquiſitoribus, ſua ipſorum confeſſione, frequentiſſimè deprehenditur.

ANNOTATIONES.

4 Sed ut ad propoſitum &c.

Quid, & quotuplex ſit Præſumptio, vide quoque apud *Locatum in ſua praxi Iudiciali Verbo Præſumptio num. 1. & ſequen.* apud Auctorem Lucernæ *Verbo Præſumptio nu. 5.* ſicuti de hac materia tractantes *Menoch.* præcipuè *lib. 5. Eymeric. 2. part. Direct. quæſt. 53. nu. 2. & num. 8. ubi Pegna comment. 80. verſ. Tametsi verò. Farinac. de Hæreſi quæſt. 187. §. 2. num. 23. & ſequen.* & noviſſimè *Carenam de Offic. S. Inquiſit. p. 3. tit. 3. de Probat. & Præſumpt. num. 1. & ſequen.*

9 Ea tamen Præſumptio &c.

Ex hac Simancæ Doctrina collige, quòd Præſumptio ſumpta ex Patria, & Natione ex ſe ſola nullius eſt efficaciæ, niſi ab aliis præſumptionibus hanc recipiat; De præſumptionibus deſumptis à Patria vide *Mendoz. in 1. Regum cap. 1. num. 1. annot. 4. num. 21. & ſequen.*

10 Præterea &c.

Præſumptio, quæ à Parentibus proficiſcitur, in S. Inquiſitionis tribunali eſt alicujus efficaciæ, & tantæ,

tæ,ut ſufficiat ad capiendum aliquem reum ſuſpectum, qui alias, niſi hæc præſumptio concurreret, non caperetur. Vide *Canteram in quæſt. Crimin. cap.2 de probat. per teſtes quæſt. 1. num. 7.* ubi deciſionem ſupremi Tribunalis S. Inquiſitionis Hiſpaniarum ſuper hac materia reperies.

12 Fortior illa &c.

Præſumptionem ex educatione, & conſuetudine, ſi alia concurrant adminicula, facere contra delinquentem ad torturam docuit *Azeved. conſ. 28. nu. 34.* Vide *Farinac. de Indit. & tortur. quæſt. 52. num. 85.*

15 Præterea &c.

Nota, quòd hæc præſumptio locum habet in genere illius delicti, in quo quis ſolitus fuit delinquere; Effatum etenim illud; *ſemel malus ſemper præſumitur malus*, eſt intelligendum in eodem genere mali *l. filius §.1.* ibi *Bartol. ff. de accuſat. & l. Caſſius in fin.* ubi *Bartol. quoque ff. de Senatoribus.*

21 Ex coniecturis autem &c.

Intellige quoties agitur de condemnando, ut hæretico; nam quoties agitur de condemnando hæretico, ut ſolùm ſuſpecto; tunc benè poterit ex conjecturis, & præſumptionibus pro ſuſpicionis modo damnari. Vide *Carenam de Off. S. Inquiſit. part. 3. tit.3. de probat. & præſumpt. §. 3.*

22 Eadem ferè &c.

Notandum ex hac doctrina Præſumptionem, & Suſpicionem eſſe intra eandem ſpeciem, nec inter ſe differre, niſi penes magis, & minùs; minùs etenim ſemper importat ſuſpicari, quàm præſumere, quod actus ſuſpicionis eſt filius. Vide *Farinac. de hæreſi quæſt. 187. §. 2. num. 23.*

24 Cœterum &c.

Quid ſit levis ſuſpicio in hæreſeos materia vide quoque apud *Decian. in tract. criminal. lib. 5. cap. 35. num. 47. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 100. nu. 2.* & apud *Martin. del Rio lib. 3. diſquiſit. magic. sect. 12. verſ. & ſic dividendo*; ubi plura exempla de levi ſuſpicione in maleficis, & lamiis invenies.

27 Sunt qui putant &c.

Ex hac Simancæ Doctrina collige, quòd licèt ſuſpicio, quæ oritur ex levibus inditiis cenſeatur ſufficiens ſaltem ad inquirendum, & examinandum Reum ſuſpectum, ad indicendam illi abjurationem de levi, & etiam ad illum in aliquam pœnitentiam condemnandum, ut voluit *Carer. in tract. de hæretic. num. 118. & Decian. tract. criminal. lib. 5. cap. 38. nu. 7.* attamen hoc ſemper intelligendum eſt quoties præfata indicia ſunt plenè probata; ſi etenim minimè probarentur plenè; quicquid de ſuſpicione levi in ſequentibus numeris docet Simanc; arbitror abſque ulla contradictione veriſſimum. Vide *Io. de Anan. in rubr. extra de Hæretic. ſub nu. 3.* & quæ hac de re ſcripſit *Farinac. de Hæreſi quæſt. 187. §. 2. nu. 34.*

30 Interdum &c.

Quicquid ſit de hac Simancæ Doctrina, certè in Italia nunquam vidi Apoſtolicos Inquiſitores de inceſtu cognoſcere.

De ſceleribus graviſſimis, quæ Delinquentem reddunt ſuſpectum de hæreſi; vide *Farinac. de Hæreſi quæſt. 178. §. 2. nu. 75. & ſequen.* ubi docet Inquiſitores contra graviter delinquentes extra fidei materiam nunquàm procedere, niſi quando delicta à ſe perpetrata, licitè perpetrari poſſe pertinaciter aſtruunt.

De Probationibus. Titulus LI.

SUMMARIUM.

1 *Hæreſis crimen cur ſumma cura, & prudentia examinari oporteat.*

2 *Probationes in crimine hæreſis luce clariores eſſe debent.*

3 *Teſtis unus cum fama publica non ſufficit ad plenam probationem in crimine hæreſis.*

4 *Juramentum deferendum non eſt accuſatori in crimine hæreſis, ad ſupplementum imperfectæ probationis.*

5 *Probationes imperfectæ, aut ſemiplenæ, & ſi multæ concurrant, non ſufficiunt ad plenam faciendam fidem in crimine hæreſis.*

6 *Teſtibus in cauſa hæreſis, quando non ſit adhibenda plena fides.*

7 *Teſtes duos non ſufficere in cauſa hæreſis ad plenam, juſtamque probationem, nonnulli putant.*

8 *Teſtes duos non ſufficere, falſa eſt opinio.*

9 *Teſtes duo quales eſſe debeant, ut plenè judicii fidem faciant.*

10 *Teſtes excommunicati, & ſocii criminis, cur in cauſa hæreſis recipiantur.*

11 *Probationes in crimine hæreſis, levjores quàm in aliis criminibus ſufficere falſa eſt opinio.*

12 *Probatio minùs plena ad quid ſufficiat.*

13 *Probatio indirecta contra violentam juris, & à jure præſumptionem, quomodò recipienda.*

14 *Hæreſis quomodo probari poſſit ſcriptis hæretici.*

15 *Probationum, argumentorum, & indiciorum inter ſe conſenſus plurimùm refert in omnibus reorum cauſis.*

De Probationibus.

1 CAUSA hæreſis gravjor eſt, quàm aliorum ferè omniũ criminum; tùm quia pœnis acerbioribus puniuntur hæretici, tùm etiam quia infamia ex eo crimine orta, domum, Familiam, & Cognationem obſcurare, & maculare ſolet. Quas ob res prudentius, & cautius in hoc judicio, quàm in aliis agendum eſt. *c. vergentis de hæreti. c. ut officium. §. verum eo. tit. lib.6. c. ubi periculum de electi.*

2 Hinc eſt, quòd cum in cœteris criminibus neceſſariæ ſint ad condemnationem probationes luce clariores; multò magis id ipſum neceſſarium ſit in crimine hæreſis; eo accedente, quòd facultas defenſionis manca quodam modo reis iſtis concedi ſolet. *l. ultim. c. de probatio. Oldra. conſi.* 210. *Anchar. in c. accuſatus in principio, de hæreticis lib. 6.*

3 Ab eodem fonte manat, quòd quemadmodum in aliis criminibus ad plenam probationem non ſufficit unus teſtis cum fama publica, neque plures teſtes ſingulares cum eadem fama; Sic etiam ad probãdam hæreſim talis probatio inutilis erit. *glo. & interpretes in c. veniens de teſtib. Alex. conſ.* 143. *lib.* 2. *Decius conſ.* 458. *Joan. de Lignano, & Matth. in Clem.* 1. *&* 2. *de hæretic. Joan. And. & Domin. in c. ut officium eod. tit. lib.6. Gonſal. de hæret. pravit. quæſt.* 13. *Joan. Lupus allegatio. de hære. §.* 12.

4 Et ſicut in aliis criminibus non defertur juramentum accuſatori ad ſupplementum imperfectæ probationis; Sic etiã deferendum non eſt in hæreſis comprobationem. *glo.* communiter approbata *in l.* 3. *de jur. jurando*, & illic *Alex. nu.* 12.

5 Sic & in crimine hæreſis diverſæ ſpecies imperfectæ, aut ſemiplenæ probationes non junguntur, ut plenam fidem judici faciant; quemadmodum nec in cœteris criminibus conjungi poſſunt; tametſi, ut Fabius ait: *Singula levia, & communia nocere ſolent univerſa, etiam ſi non ut fulmine, tamen ut grandine.* Sed id locum habet in cauſis civilibus, & ad majorem duntaxat ſuſpicionem in criminalibus, non autem ad plenam probationem. *Fabius lib.* 5. *cap.* 12. *Bart.* & cœteri *in l. ſi quis ex argentariis §.* 1. *de eden. Alex. conſ.* 143. *lib.* 2. *Decius conſ.* 615. *Ripa in l. admonendi de jure jurand. nu.* 209. *Gratus conſ.* 47. *lib.* 2.

6 Sic etiam in cauſa hæreſis nõ eſt plena fides teſtibus adhibenda, qui teſtimonii ſui probabilem cauſam non reddunt, etiam non interrogati. *Salicet in l. ultim. C. de probat. Alex. conſ.* 15. *lib.* 1. *Decius conſ.* 419.

7 Sunt præterea qui putant, duos teſtes non ſufficere in cauſa hæreſis ad plenã, juſtamque probationem: tum quia Innocen. III. tres, aut plures boni teſtimonii viros exigere videtur; tùm quia, ut ſæpè diximus, in his cauſis non ſolet concedi reis libera defenſionis facultas. *c. excommunicamus. §. adiicimus de hæretic. c. ulti. eod. tit. lib.* 6. *Hoſtien. in ſumma. titul. de hæretic. §. qualiter. verſ. ut autem. Albert. lib. de agnoſ. aſſert. Catho. quæſt.* 34.

8 Sed hæc opinio à plurimis eſt reprobata, nec immeritò quidem; quia caſus iſte non invenitur exceptus ab illa pervagata, & vvlgari regula divini, & humani Juris: *In ore duorum, vel trium ſtabit omne verbum.* Neque Innocen. III. de ſpeciali hæreſis probatione loquitur, ſed de Inquiſitione generali, quam Judex facere debet per tres, aut plures viros, aut per omnes homines totius parœciæ; Neque facultas defenſionis ullo modo reis denegari ſolet, quinimò cautius, ac benignius cum eis ſemper, quàm cum aliis reis agitur. *c. licèt univerſis de teſtibus c. cum eſſes de teſtam. dicto. §. adiicimus. Joan. de Ligna. Joan. And. Anton. Cardi. Joan. Imolen.* quos referunt, & ſequuntur *Domini. & Philipp. Franc. in c. ut officium de hæret. lib.* 6. *Socin. in c. excommunicamus nu.* 27. dicens hanc eſſe communem opinionem. *Gonſal. tract. de hæreti. pravit. quæſt.* 13. *Silveſt. in ſum. verbo. hæreſis* 2. *q.* 4. *Ludovi. Carerius in pract. nu.* 162. plenius *Albert. in c.* 1. *de hæret. lib.* 6. *quæſt.* 16. *Godofredus in l.* 8. *& quicunque. C. de hæret.*

9 Cœterum, ut per duos tantùm teſtes plenè probetur hæreſis, neceſſe eſt, ut illi ſint integri, & irrefutabiles, & ut vulgo dici ſolet, omni exceptione majores; idq; multò magis, quàm in cœteris criminibus, ob eas cauſas, quas ſupra memoravimus.

c. in

c. in primis 2. qu. 1. glo. & interpretes *in a. at ſi Clerici de judi. Bal. in l. nltim. C. de probati. Joan. Lup. allegatiõe de hæreſ. §. 13. Albert. in c. 1. de hæret. lib. 6. quæſt. 16. num. 25. Decius conſ. 429.* & innumerabiles alii.

10 Neque obſtat, quòd in fidei favorē, ſeu inquirendam hæreticam pravitatem, recipiuntur teſtes excommunicati, & ſocii criminis, infames, & alii, qui in cœteris criminibus repelluntur. Id etenim fit ad Inquiſitionem, ad indicium, ad præſumptionem; ad ſummum, ad qualē qualem probationem; non autem, ut propterea legitimi teſtes eſſe credantur, aut ſolis duobus plena fides ſit habenda. Nàm, ut inquit Alex. IV. *Tales teſtes in aliarum probationum defectum admittuntur; ac tunc demum audiendi ſunt, cum ex veriſimilibus conjecturis, ex numero teſtium, ex qualitate perſonarum, & rerum, aliiſq; circunſtantiis, falſa dicere non præſumantur. c. in fidei de hæret. lib. 6. Fran. Aretin. in c. ult. de teſtib. & Joan. Lup. allegatio. de hæreſ. § ult. Contra. Bru. lib. 4. de hæret. cap. 9.*

11 Errant ergò quicunque putant levjores probationes ſufficere in crimine hęreſis, quàm in aliis criminibus probandis; lex enim Theodoſii, qua iſti decepti ſunt, nihil de levi probatione locuta eſt; ſed id tantùm ait, hæreticorū vocabulo eos contineri, qui, vel pro levi argumento à judicio Catholicæ Religionis, vel tramite detecti fuerint devjare. Levis igitur probatio non ſufficit ad condemnationem, ſed ea conſtitutione hæreticus eſſe dicitur, qui levi argumento devjat à Catholica fide, ſeù qui levi indicio errare convincitur, accedente ſcilicèt ejus confeſſione, aut plena hæreſis probatione. Tum illud addo, legem illam corruptã eſſe in vulgaris editionibus. Nàm vera ejus verba ſunt. *Hæreticus eſt, ac latis adverſus hæreticos legibus ſuccumbit, qui, vel paululum ab Orthodoxa declinat fide; vel qui ab Orthodoxa fide vel minimum declinat.* Et ità vertit Photius Patriarcha in Nomocanone, ſive Jure Põtificio Græcorum. Ea verò lectio Photii mihi valdè probatur, quia in conſtitutione illa, & in titulo, ſub quo ſita eſt, nihil minùs tractatur, quàm de probationibus, ſed de ipſis hæreticis agitur, qui, ſi in aliquo devjaverint à Catholica fide, etiam in minimo, verè hæretici ſunt, ut Beatus Ambroſius, Sanctus Iſidorus, Rabanus Maurus, aliique plurimi docent. *Ambroſius epiſtola 84. Iſidorus lib. 2. de Eccle. offic. cap. 23. Rabanus lib. 2. de inſtitu. Clericorum cap. 57. tit. 12. cap. 2. l. 2. C. de hæret.* & inibi *Godofre. Joan. Lupus allega. prænot. §. 12. Albert. in rub. de hæret. lib. 6. qu. 13. num. 28. Conrad. Brun. lib. 4. de hæret. cap. 9.*

12 Sed quamvis ad pœnam ordinariã non ſufficiat minùs plena probatio; nihil omìnus tamen ad Inquiſitionem, purgationem, quæſtionem, pęnam arbitrariam, & pęnitentiã ſalutarē imperfecta probatio ſufficiet; levjor enim ad eas res, quàm ad condemnationem requiritur. *Prima inſtruct. Hiſpalen. cap. 5. glo. in c. literas de præſumpt. Innoc. in c. ſicut de Simo. Cardi. & Joan. Imol. in Clem. 1. de hæreti. Joan. Lup. eod. §. 12.*

13 Tametſi autem contra vjolentam præſumptionem juris, & à jure, qua conſumatus hæreticus aliquis eſſe cenſetur, non recipiatur directa probatio in contrarium; recipienda tamen eſt indirecta probatio, qua reus iſte defendatur, & crimina objecta omninò excludat; ut ſi probare velit falſos eſſe teſtes, aut ea indicia non eſſe vera, ex quibus vjolenta præſumptio ducitur; & ita quidam Juriſperiti docent, quibus aſſentior. *c. accuſatus. §. 1. cum ſeq. de hæret. lib. 6. Joan. And. Domin. & Philipp. Francus in c. filii eod. tit.*

14 Poteſt hæreſis probari ſcriptis hæretici. *c. ult. 24. q. 2. l. ſciant. C. de probat.* ſed debet hæreticus manum ſuam, ſcripta, vel ſigna cognoſcere, *Authentica qui contra propriam. C. de no. num. pecu.*

15 Poſtremò, in omnibus hæreticorū, aliorumque reorum cauſis, ad fidem, certitudinemq; faciendam, plurimùm refert, an probationes, argumenta, & indicia inter ſe concordent, & congruant, vel è contrariò diſſonent, varient, & ſibi invicem adverſentur; Nàm, ut eſt apud Ariſtot. *Vero conſonant omnia; falſo autem citò diſſonat verum.* Et Seneca epiſt. 103. *Veritatis una vis, una facies eſt, nunquam autem falſis conſtantia eſt; variantur, & diſſident,* & ſicuti D. ille Hieronym. inquit: *Non poteſt verum eſſe, quod diſſonat; uniformis enim res veritas, mendatium autem in varia diſtrahitur. Nihil veritate potentius,* ut apud Gryſoſt. eſt. *Nihil mendacio imbecil-lius,*

lius, & ſi innumeris obtegatur operimentis; nam etiam ſic deprehenditur, & effluit facilè. Veritas autem, & ſi innumeris circumveniatur inſidiis, tuta permanet; & qui ad eam confugiunt, tanquam firmiſſimo, & tutiſſimo muro ejus viribus cuſtodiuntur. Et alibi inquit: *Hujuſmodi eſt veritatis natura, undè magis oppugnatur, indè magis confirmatur; & quò magis obtegitur, eò clarior evadit. Sanè quæ à veritate non veniunt, nemine etiam impellente, ſe ipſa ſubvertunt. Ferè ita eſt* (ut Joan. Picus ait) *Mala cauſa quò ſe plùs defendit, plùs prodit; contra veritas ſicut ignis, quò plus excutitur, plùs clareſcit. Ariſtot. 1. ethi. cap. 8. Hierony. in prolo. Oſee. Chryſoſt. in Evang. Joan. homil. 2. 8. & homil. 57.*

ANNOTATIONES.

1 Cauſa hæreſis &c.

Non defuere qui docuerunt hæreſim præſumptionibus, non probationibus probari, quod quidem, an verum ſit, ex gravitate, qua hæreſeos cauſæ pollent, tu videto; niſi fortè præſumptiones eſſent maniſeſtiſſimæ, ut vult *Decian. tract. criminal. lib. 5. cap. 35. num. 20.*

De probationum materia vide *Maſcard.* & præcipuè in hæreſis cauſa *lib. 2. concluſ. 861. nu. 1. & num. 3. Ioannem à Rojas tract. de hæret. part. 2. aſſert. 6. nu. 150. cum ſequen.* & alios quam plures, quos citat *Farinac. de hæreſi. quæſt. 187. §. 1. nu. 1. & ſequen.*

3 Ab eodem fonte &c.

Nota quòd licèt ſingularis teſtis, etiam iniuncta fama, non ſufficiat ad condemnandum; ſufficit tamen ad torturam, ſi omni exceptione ſit major, & de indiciis proximis delicto deponat. Vide *Carer. tractat. de Hæretic. num. 118.*

7 Sunt prætererea qui putant &c.

Verior ſententia eſt, quòd hæc ſufficientia Indicum arbitrio perpendenda, habita conſideratione perſonæ delinquentis, & teſtium, relinquatur. Vide *Pegnam in addit. ad Eymeric. part. 3. direct. qu. 71. comment. 120. verſ. poſtremò.*

11 Errant ergo &c.

In codice Theodoſiano, vide quid pro levi argumento hoc loci gloſa interpretetur; argumentum enim pro articulo exponit.

14 Poteſt hæreſis probari ſcriptis hæretici &c.

Adde, quòd probari quoque poteſt per Inſtrumentum, ubi contineatur talem hunc, vel illum errorẽ prædicaſſe juxtà *Locat. in praxi. Verbo probatio verſ. Item probatur.*

De Procuratoribus. Tit. LII.

SUMMARIUM.

1 *PRocurator fruſtrà intervenit ad gravjora abſentium crimina defendenda.*

2 *Procurator eos defendere poteſt, qui ſunt in vinculis.*

3 *Hæreticus in carcerem conjectus per Procuratorem cauſam ſuam tueri poteſt, ſi neget.*

4 *Abſens ſuſpectus de hæreſi à quocunq; excuſari poteſt coram judicibus.*

5 *Filii, & hæredes defendere poſſunt cauſam defuncti per Procuratorem.*

6 *Procurator generalis S. Inquiſitionis Hiſpaniæ in Romana Curia quis ſit eligendus.*

De Procuratoribus.

1 AD gravjora abſentium crimina defendenda fruſtrà Procurator intervenit; tũ quia in primis neceſſaria eſt reorum confeſſio; tùm etiam, quia ſententia condemnationis non poſſet in abſentes executioni mandari. *l. pen. §. ad crimen. de publi. judi. Felin. in c. meminimus de accuſa. Marian. in c. veniens eod. tit. Hippolyt. in pract. §. ſeq.*

2 Quæ cauſæ cum ceſſent in reo, qui in vincula conjectus eſt, ceſſat etiam Juris prohibitio; quamobrem vinctus poterit à Procuratore defendi, ut rectè Barto. cenſuit. Clericus quoque, atq; alii, qui pro levjoribus criminibus arbitrio judicum puniendi ſunt, à Procuratoribus defendi eadem omninò ratione poſſunt. *Bart. in l.*

non

non tantùm de appellatio. Bart. Angel. Imol. & Rubeus in §. ad crimen. Signorol. conſ. 169. Anchar. conſ. 272. Gratus conſ. 71. lib. 2. Felin. in c. meminimus de accuſat. nume. 15.

3 Hinc eſt, quòd hæreticus carcere clauſus per Procuratorem cauſam ſuam agere, ac tueri poteſt, ut quodam primæ inſtructionis capite continetur. Id tamen tunc fieri debet, cum Reus negat, ſe hæreticum eſſe; nàm ſi vellet hæreſes tueri, non liceret ullo modo cuiquam ejus impiam cauſam defendere. Quin etiam audiendus antea Procurator non eſt, quàm id judices expreſſim conceſſerint, ut alibi diximus. Raròautem Procurator admittitur; ſed advocatus ſolet eſſe Procurator, & officio Inquiſitorum fiunt reorum defenſiones. *Prima inſtruct. Hiſpal. cap. 16. ſi adverſus de hæreticis ſupra de advocatis, num. 1.*

4 Si verò contra ſuſpectum abſentem procederetur, tunc poſſet quilibet ejus excuſationes judicibus allegare; quæ, ſi juſtę fuerint, ſententia differenda eſt; Jure enim conceſſum eſt, ut aliquis reum abſentem defendat, probabiles, & juſtas cauſas abſentiæ allegans, ne fortè innocens inauditus, & indefenſus à calumniatoribus opprimatur. *l. pen. §. ad crimen. de publi. judi. l. 3. C. de accuſa. Barthol. in extrav. ad reprimendum, verbo, legitime quomodo in læſa Majeſtatis crim. procedatur. Ludovicus Carc. de hæreti. nu. 113.*

5 Filii, & hæredes defendere poſſunt cauſam defuncti per Procuratorē, tametſi accuſatus fuerit de crimine hæreſis; quia de eo agitur, quod eorum intereſt. *Alberi. in l. ſervum quoque. §. publicè de procura. Bal. in l. reos. C. de accuſ. Feli. in c. meminimus eod. tit. Rubeus in §. ad crimen. nu. 126.*

6 Demùm vir aliquis peritus, & probus eligendus eſt, qui ſit Procurator generalis Sanctæ Inquiſitionis Hiſpaniæ, ut in Romana Curia negotia hujus Sacroſancti Officii gerat, cui juſtum ſalarium ſolvendum eſt ex bonis publicatis. *2. inſtruct. Hiſpal. cap. 2.*

ANNOTATIONES.

3 Hinc eſt quod Hæreticus &c.
Confirmat hanc Simancæ Doctrinam laudabilis conſuetudo, quæ in omnibus S. Inquiſitionis Tribunalibus viget, deputādi Virum, qui cauſas Reorum defendat: idcirco Reorum Advocati, ſeu Procuratoris titulo noncupatus. De hac materia, vide *Pegnam in addit. ad Eymeric. 3. part. Direct. comment. 28. verſ. Dandus eſt autem &c. Farinac. de Hæreſi. quæſt. 197. §. 3. nu. 73. & ſequen. Locat. in Prax Verbo Advocatus nu. 1. & ſequen. & Carenam de S. Off. p. 1. tit. 10. §. 1. nu. 1. & ſequen.* ubi ait *num. 4.* quod ſi Reus, præter deputatum, alios Advocatos, ſeù Procuratores poſtularet, juſta cauſa interveniente, ſibi eſſet ſatisfaciendum. Recole ſupra notat. *tit. 5. de Advocat.*

4 Si verò contra ſuſpectum abſentē &c.
Notandum quòd hæc Simancæ Doctrina procedit in cauſa dubia, & quando Inquiſitus eſt tantùm ſuſpectus de hæreſi; nam in cauſa certa, & ubi in proceſſu de hæreſi conſtat; nec Procurator, nec Excuſator, ut alii maluerunt; ad Inquiſiti defenſionem admittitur. Vide *Farin. de hæreſi quæſt. 185. §. 7. num. 100.*

5 Filii, & hæredes &c.
Vide, quæ ſupra notavi *tit. 18. de Defunctis nu. 15.*

De Promotore Fiſcali. Titulus LIII.

SUMMARIUM.

1 *Promotor fiſcalis qualis ſit eligendus.*
2 *Fiſcalis eſſe non poteſt quis in ea Provincia, ex qua originem ducit.*
3 *Promotoris fiſcalis munus.*
4 *Promotor fiſcalis comprehenſis, & admonitis reis, eos accuſare debet.*
5 *Promotor fiſcalis reos etiam confeſſos accuſare debet.*
6 *Promotor fiſcalis, quomodo libellum accuſatorium judicibus edere teneatur.*
7 *Promotor fiſcalis quid facturus ſit, ubi à judicibus conceſſa fuerit dilatio ad probandum.*
8 *Promotor fiſcalis, quocunque tempore teſtes aliarum hæreſum ſupervenerint, reos de his accuſare debet.*
9 *Promotor fiſcalis diligenter perſcrutari debet reorum confeſſiones, & eorum dicta, & reſponſa.*
10 *Promotor fiſcalis quando abeſſe debeat, & quando adeſſe.*
11 *Fiſci cauſas quis defendere teneatur.*

De

De Promotore Fiſcali.

1 PRomotorem fiſcalem vulgo appellant Officialem Sanctæ Inquiſitionis, qui officio accuſatoris fungitur; Is eligẽdus eſt vir probus, diligens, induſtrius, & Juriſperitus.

2 Julius Paulus lib. 5. receptarum ſententiarum, titulo de fiſci advocato, inquit: *In ea Provincia, ex qua quis originem ducit, officium fiſcale adminiſtrare prohibetur; ne aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur*.

3 Ad hujus officium pertinet, dicta teſtium exquirere, & reos ad Inquiſitores deferre, ſivè denunciare illos judicibus, ac petere, ut comprehendantur, & in carcerem conjiciantur.

4 Deindè comprehenſis, & admonitis reis, eos accuſare debet, quemadmodum ſub titulo de accuſationibus plenius diximus.

5 Et quamvis Rei, dum admonentur, confeſſi fuerint omnes ſuas hæreſes, nihilominus Promotor fiſcalis de eiſdem eos accuſare debet, ut judicium ex accuſatore, & reo, & judice conſtet.

6 Libellus accuſatorius edendus eſt à Promotore judicibus, addito juramento, quòd ejus capita non ab eo malitioſè proferuntur, ſed ut jus ſuum perſequatur, quia ea probare intendit.

7 Ubi autem fuerit à judicibus conceſſa dilatio ad probandum, producet cõtra Reum teſtes, petetq; ut examinentur, & eorum dicta rata fiant, & teſtimonia publicentur.

8 Quòd ſi teſtes aliarum hęreſum, quocunq; tempore ſupervenerint, adjicietur id accuſationi, ac de his hęreſibus Promotor fiſcalis reum accuſabit.

9 Obſervare præterea debet, ut omnes Reorum confeſſiones, omniaque dicta, & reſponſa eorum diligentèr perſcrutetur, ut indè colligere poſſit, quę ad eorundem, vel aliorum hæreticorum cauſas pertinere videantur.

10 Cum autem dicta teſtium ſcribuntur, & rata habentur, & cum Judices, & Conſultores de ſententia ferenda deliberant, abeſſe debet Promotor fiſcalis; præſens tamen eſſe poterit relationi actorum proceſſus, & ex facto, & jure allegare quidquid expedire putaverit.

11 Olim Promotor fiſcalis cauſas fiſci defendere tenebatur coràm judice bonorum publicatorum; quod in quibuſdam Provinciis etiam nunc eſt in viſu; in pleriſque tamen hodiè ad fiſci advocatum eares pertinet; &, ut id obiter dicam, fiſci advocatum primus Hadrianus Imperator inſtituit, ut in eodem Spartianus eſt author.

ANNOTATIONES.

1 Promotorem fiſcalem &c.

De Promotoris fiſcalis, alias Advocati, ſeu Procuratoris materia vide inter cæteros *Ludovic. à Paramo de orig. S. Inquiſit. lib. 3. quæſt. 9. num. 40. & ſequen. & Carenam de Off. S. Inquiſit. part. 1. tit. 9. Advocat. fiſcal. 5. Offic.* ubi dè qualitate eligendi §. 3. & an poſſit intereſſe Congregationibus, votumque habere §. 4.

2 Iulius Paulus &c.

Quicquid ſit in praxi in Tribunalibus S. Inquiſitionis Hiſpaniarum; ſanè in Italia hanc Iulij Pauli Doctrinam minimè vidi in praxim redactam.

4 Deindè comprehenſos &c.

Accuſationes contra hæreticos porrigere, poſt aſſumptas in ſummario Iudicio contra eos informationes, eſt præcipuum Promotoris fiſcalis munus. *Ludovic. à Paramo qui ſupra lib. 3. quæſt. 4. Rubr. de forma, & ordine nu. 46.*

6 Libellus accuſatorius &c.

Vide ſupra not. *tit. 4. de Accuſat. num. 12.*

16 Cum autem &c.

Hæc regula quamvis videatur de Iure juxtà *tex. expreſſum in l. proximè*, ibi: *Antonius Cæſar cum remotis omnibus deliberaſſet*; attamen in omnibus Tribunalibus S. Inquiſit. non eſt in praxi. Certè hic Ferrariæ contrarium practicari video paſſim.

11 Olim Promotor fiſcalis &c.

Iuriſdictionem S. Inquiſitionis cordi habendam, & toto nervo ſemper à Promotore fiſcali defendendam docet *Caren. loco ſupracit. nu. 26.*

De Propoſitionum qualitate. Titulus LIV.

SUMMARIUM.

1 *Propoſitiones examinare ad quos pertineat.*
2 *Theologorum reſponſa, quibus propoſitionum qualitates continentur, ab eiſdem ſubſcripta, actis Judiciarii proceſſus inſerenda ſunt.*
3 *Propoſitionem hæreticam eam tantùm eſſe, quæ ab hæretico prolata ſit, perperam quidam putant.*
4 *Propoſitio fidei contraria, à quocunq; proferatur, hæretica propriè dici poteſt.*
5 *Propoſitio multis modis hæretica eſſe poteſt.*
6 *Propoſitio quæ dicenda ſit hæreſim ſapere.*
7 *Propoſitiones ſapientes hæreſim quomodo Canus examinandas eſſe exiſtimet.*
8 *Erronea propoſitiones, & varia de illis Theologorum ſententia.*
9 *Erroneas propoſitiones quomodo diſtinguat Canus ab hæreticis.*
10 *Propoſitio malè ſonans quæ ſit.*
11 *Propoſitionum malè ſonantium aſſertores quomodo coercendi.*
12 *Propoſitio temeraria quæ ſit.*
13 *Propoſitio ſcandaloſa quæ ſit.*
14 *Propoſitio ſchiſmatica quæ ſit.*
15 *Propoſitio ſeditioſa quæ ſit.*
16 *Propoſitio blaſphema, vel maledica quæ ſit.*
17 *Propoſitio hæreticis favens quæ ſit.*
19 *Propoſitio eadem varias habere poteſt qualitates.*
20 *Propoſitiones in fide ambiguæ à quibus definiri poſſint.*
21 *Propoſitionum interpretationes diligentèr attendendæ ſunt, cum eas Rei in ſuam gratiam exponunt.*
22 *Propoſitionum interpretationes, quas admitti non deceat.*

De Propoſitionum qualitate.

1 IN cognitione cauſarum hæreſis in Sacro Fidei Tribunali, nonnunquam incidit quæſtio, de qualitate propoſitionũ, quæ ab hæreticis, vel ſuſpectis Reis prolatæ ſint; hoc autem ſuo jure ad Theologorum officium pertinet.

2 Theologorum reſponſa, quibus propoſitionum qualitates continentur, actis judiciarii proceſſus, ab eiſdem ſubſcripta, inſerenda ſunt; perindè ac dicta, teſtimoniaq; aliarum rerum peritorum. Sic non dimittuntur milites, niſi quos conſtat, medicis denuntiantibus, & judice competente diligentèr examinante, vitium contraxiſſe. Sic tres obſtetrices probatæ, & artis, & fidei aſſumendæ ſunt, ut inſpiciant utrum mulier prægnans ſit. Et ſæpè judices artificum, & magiſtrorum judicio fidem habere ſolent. *l. ſemel. C. de re militari lib. 12. l. 1. ff. de inſpic. ventr. c. ultim. de frigi.*

3 Sed jam de propoſitionum qualitatibus diſſeramus. Quidam putant, non eſſe propoſitionem hæreticam, niſi ab hæretico prolata ſit; quòd ſi ab alio dicta fuerit, dicetur propoſitio contraria fidei; ſed hæretica propriè non erit. Hæc fuit opinio. Thom. Cajet. quam, ut mihi quidem videtur, non benè defendit Canus. Ejus enim argumenta omnia eò tendunt, ut comprobent, non omnem propoſitionem hæreticam hæreſim proferentis eſſe, quod nemo unquàm vocavit in dubium. *Cajet. 2. 2. quæſt. 11. art. 1. Canus lib. 12. de locis Theolo. cap. 8.*

4 Melior ergo, & crebrior ſententia eſt, quòd omnis propoſitio contraria fidei hæretica propriè dici poſſit. Neq; enim pendet ex proferente, an hæretica dici debeat, necne. Quia ſicut propoſitio vera ſemper eſt vera, quamvis à mendace dicatur; ſic propoſitio hæretica, ſemper erit hæretica, ſivè ab hoc, ſivè ab alio proferatur. Adde quòd cujuſquã propoſitionis qualitas, ex ipſamet propoſitione materiata conſideranda eſt; & ità Theologi propoſitionum qualitates explicare ſolent. Alia verò dijudicatio eſt, utrum is, qui talem pro- *Propoſitio hæretica ſẽper eſt hæretica licèt à Catholico proferatur.*

propoſitionem dixit, hæreticus ſit; quod quidem recto Judicis arbitrio, ex perſonarum, locorum, & temporum, aliiſque circunſtantiis perpendendum eſt. *Torquem. lib. 4. de Eccle. part. 2. cap. 3. Hadrian. in lib. 4. ſente. quæſt. de confe. Alfon. lib. 1. de jus. hæ. pu. cap. 1.* Addo *Covar. lib. 3. reſolu. cap. 1.*

Multifariã propoſitio eſſe poteſt hæretica.

5 Multis autem modis propoſitio hæretica eſſe poteſt; primò, ſi contraria ſit Scripturæ Sacræ; ſecundò, ſi contradicat Eccleſiæ; tertiò, ſi adverſetur Decretis Concilii Generalis rectè congregati, in his, quæ ad fidem pertinent; quartò, ſi obvjet definitioni Sædis Apoſtolicæ; quintò, ſi oppoſita ſit communi ſententiæ Doctorum Eccleſiæ, ut ſuis quæq; locis plenius diſſerui.

Quænã propoſitio quæ ſapit hæreſim.

6 Illa verò propoſitio ſapit hæreſim, quæ prima verborum ſignificatione, & prima facie ſenſum habet hæreticum, quamvis piè intellecta poſſit habere ſenſum Catholicum; & illa ſapit manifeſtam hæreſim, quæ prima fronte præſefert ſaporem hæreſis manifeſtæ. Aliter; Illa propoſitio ſapit manifeſtam hæreſim, ex qua, & quibuſdam veris, quæ nulla tergiverſatione negari poſſunt, ſequitur hæreſis manifeſta. *Gerſon. in declaratione veritatum credendarum. Echius lib. 4. de prim. Petri cap. 6. Alberti de agnoſ. aſſertio. Catholi. quæſt. 6. Alfonſ. lib. 1. de juſta hæret. puni. cap. 3.*

Propoſitio manifeſtam ſapiens hæreſim quæ.

7 Sed noſter Canus (ut erat vir acris ingenii) quædam ex his jure, ac meritò reprehendit, quædam verò non item; exempla enim primæ regulæ mihi quoq; diſplicent, nam illæ propoſitiones; *Pater eſt major filio: Chriſtus eſt creatura;* in altero ſenſu hæreticæ ſunt; in altero verò Catholicæ; ac proindè in neutro eorum ſapiunt hæreſim, & illa propoſitio. *Tres ſunt Dii*, omnimodo hæretica eſt. Illud verò non jure facit, quòd exceptionem illam (quamvis propoſitio piè intellecta poſſit habere ſenſum Catholicum) interpretatur ſic, ut ſemper propoſitio hæreſim ſapiens poſſit habere ſenſum Catholicum; quod nemo unquam dixit. Præterea nunc quòd ſaporem, & odorem confundit, & propoſitionis hujus qualitates, non ex verbis, & ſenſu ejus, ut jacet, quod Theologi munus eſt, ſed ex qualitate dicentis, aliiſque circunſtantiis interpretatur: quod quidẽ Judicis eſt, non Theologi; ſed exemplum ab eo poſitum mihi non diſplicet: *Ridiculum eſt Euchariſtiæ Sacramentum ſolenni ritu per vias publicas circumferre;* ea enim propoſitio, Lutheranorum, & Sacramentariorum hæreſim ſapit, & quidem manifeſtam. *Canus lib. 12. de locis Theol. cap. 11.*

8 De erronea propoſitione Theologi variant. D. Antoninus ait, erroneam propoſitionem ab hæretica, hoc tantum differre, quòd illa pertinacia caret, hæretica verò ex pertinacia conſtat. Sed hæc opinio, quia neque rationem habet, neq; cauſam probabilem, aut ſatis idoneam, explodenda, atque ejicienda eſt. Joan. Torquemad. inquit: *Erronea propoſitio eſt, aſſerens aliquid falſum;* quaſi verò, & hæretica non aſſerat omnia falſa. Joan. Picus, erroneam vocat eam propoſitionem, quæ falſa quidem eſt, ſed nondum ab Eccleſia contrarium eſt definitum. Alfonſus Caſtren. *Propoſitio erronea*, inquit, *nihil ferè diſtat ab hæretica, niſi fortè diſcrimen conſtituatur inter credibilia, quibus propoſitiones adverſantur; ut illa dicatur hæretica, quæ eſt contra credibilia, quæ ſuperant omnẽ virtutem intellectus; erronea verò ſit contra credibilia, quæ naturali ratione probari poſſunt. Antoni. 2. par. ſum. tit. 12. cap. 15. Torquemad. lib. 4. de Eccleſia par. 2. cap. 11. Picus in apolog. quæſt. 7. Alfonſ. lib. 1. de juſt. hære. pu. cap. 3.*

Qualẽ Propoſitionem erroneam cenſuit D. Antoninus.

Iuxta Torquemad. & Picum.

Iuxta Caſtrum.

Quid Canus docuerit de erronea propoſitione.

9 Melchior Canus loco prænotato in primis ait, propoſitionem erroneam ab hæretica, non cogitatione modò, ſed re etiam ſeparari; neque erroneam propoſitionem accipiendam eſſe in ſignificatione generali, ut omnem comprehendat errorem, ſed ut Concilium Conſtantienſe accepiſſe videtur, pro ſpecie propoſitionis diverſæ ab hæretica; non ut genus ab ſpecie ſecernitur, ſed tanquam una ſpecies erroris ab altera; atq; hactenus ei vehementèr aſſentior; deindè alia ſubjungit, quæ mihi non omninò probantur. Nam propoſitiones contra veritates Catholicas, & univerſales, & quæ Doctrinæ Chriſtianæ veritates ſunt, erroneas eſſe, ſed non hæreticas, id verò eſt, quod mihi diſplicuit; Illud autem probo, erroneam propoſitionem minus quippiam continere, quàm hæreticam manifeſtam, atque adeò erroneum eſſe aſſerere aliquid contra veritatem ab Eccleſia nondùm planè definitam, vel contra veritatem Catholicam, non

omni-

omnibus manifeſtã, aut certè ab eo ignoratam, qui propoſitionem erroneã dixit.

Propoſitio male ſonans qualis.

10 Propoſitio malè ſonans, & pias aures offendens eſt, quæ auditoribus, ſivè lectoribus piis, ſcandalum, & occaſionem ruinæ præbet; ut Joan. Torquemada, Albertinus, & Alfonſ. Caſtren. docent. Addit Canus, duplicitèr de propoſitione malè ſonante nos loqui poſſe; uno modo generalitèr, quo omnis propoſitio contraria fidei pias aures offendit; alio modo ſpecialiter, quo gradum quendam propoſitionum conſtituimus ab illo hæreticarum diſtantem. Qua ratione eas propriè malè ſonantes propoſitiones, & pias aures offendentes eſſe ait, in quibus nullus error contrarius fidei manifeſtè notari poteſt, ſed abſonum neſcio quid, atq; abſurdum, quod pias, atq; religioſas aures offendat.

11 Cum autem aliqui offenſi fuerint talibus propoſitionibus, illarum Aſſertor ab Inquiſitoribus cogendus eſt, ut publicè verum ſenſum earum exponat, ut ab eo datum ſcandalum ceſſet. Quòd ſi is, qui talem propoſitionem dixerit, aliòqui ſuſpectus erat, vocandus eſt à Judicibus, atque interrogandus; qui ſi probabilem ſenſum eorundem verborum attulerit, non eſt cogendus, ut publicè illum explanet, ſi modo nullus ſcandalizatus fuerit; monendus tamen eſt, ne talia deinceps dicere audeat. Hæc prudenter *Alfonſ. Caſtren. lib. 1. de juſt. hæret. pun. cap. 3.*

Qualis propoſitio temeraria.

12 Propoſitio temeraria eſt, quæ nulla gravi auctoritate, aut juſta ratione, inſolenter, vel audacter, contra Eccleſiaſticam modeſtiam aſſeritur. Ut ſi dicatur: Dies ſupremi judicii erit intra proximum menſem. Interdum tamen ejuſmodi propoſitiones non cenſentur eſſe temerariæ: præſertim cum modeſtè dicuntur, & aliquam veriſimilitudinem habent, & ad piam audientium, aut legentium utilitatem; qualia ſunt multa, quæ viri contemplationi dediti, geſta fuiſſe veriſimilitèr imaginantur. *Antoninus Torquemada, Albertin. Alfonſ. & Canus, locis prænotatis, & Gerſon. in fine epiſt. de ſuſceptione humanit. Chriſti.*

Qualis ſcãdaloſa.

13 Propoſitio ſcandaloſa (ut rectè inquit Canus) eſt, in qua ſcandalum notari poteſt, etiam ſi aliòqui hæretica non ſit. Ut enumeratio incõmodorum Sacrę Confeſſionis: Eccleſiæ Romanæ abuſus coram plebe narrare, tum illæ propoſitiones: *Prælatus malus, eſt verè fur, & latro; Univerſitates, & Collegia, vanitate hominum ſunt inducta: leguminibus, & piſcibus venter inflatur, & ad concubitum redditur aptior.* Hæc enim, atque talia, infirmis cauſam ruinæ præſtant, & non leve ſcandalum generant. Vide *Janſenium in concordiam Evangelicam cap. 71.*

14 Propoſitio ſchiſmatica eſt, quæ diviſionem Eccleſiæ inducit.

15 Propoſitio ſeditioſa eſt, quæ in Eccleſia eſt ſeditionis cauſa, vel occaſio.

16 Propoſitio blaſphema, vel maledica eſt, qua Deo, vel Sanctis irrogatur injuria.

17 Propoſitio favens hæreticis eſt, quę perſonis, aut erroribus hæreticorum quoquomodo favet, ut eſt hæc: *Hæretici non ſunt puniendi.*

18 Propoſitio injurioſa eſt, quæ alicui fidelium ſtatui, vel illuſtri perſonæ, vel dignitati detrahit, vel injuriam facit: quales ſunt, quæ contra Cardinales, & Monachos, inſani, & impii effutire ſolent.

19 Nihil autem prohibet, eandem propoſitionem varias ſimùl habere qualitates. Una enim propoſitio eſſe poteſt erronea, & hæretica, ſchiſmatica, & ſeditioſa, temeraria, & injurioſa, & unam, duas, aut plures habere qualitates.

20 Quamvis quæſtiones in fide ambiguæ à Summo Pontifice, vel Gener. Concilio definiendæ ſint, per modum tamen doctrinæ explicari, ac definiri ſolet à viris doctis, atq; prudentibus, quæ propoſitio ſit hujus, vel illius qualitatis, quod munus propriè Theologorum eſt; quicquid enim ad Catholicam Fidem pertinet, ex Theologia diſcitur. Sed nonnunquam Juriſperiti ex Pontificum, Conciliorum, & Sanctorum Patrum decretis hęc facilè dijudicare poterunt. Certè ſi quis diligentèr perlegerit opus Alfonſi noſtri adversùs omnes hæreſes, eo vel ſolo, ad propoſitiones hæreticas pernoſcendas, ſatis, & ſuper erit inſtructus. *Gerſo. tracta. de exami. doctrina. Alberti. de agnoſcend. aſſertio. Cathol. quæſt. 10.*

21 Cæterum, quia multi, cum propoſitiones à ſe dictas negare non queunt, eas ità interpretari conantur, ut crimen excludant; diligentèr obſervandum eſt, an eorum expoſitiones recipiendæ, vel potiùs reji-

rejiciendæ ſint. Nàm juſtæ, ac veriſimiles declarationes admittendæ ſunt, quæ quidem, aut omni modo, aut certè magna ex parte crimina objecta diluere poterunt; quemadmodum ſub titulo de defenſionibus luculentèr executi ſumus.

22 Ea verò expoſitio explodenda eſt, quæ abſurda fuerit, aut non veriſimilis, incredibilis, & quæ non congruit cum antecedentibus, & conſequentibus, neque cum ratione recti ſermonis, neq; cum circumſtantiis perſonarum, temporum, & locorum, & quæ alióqui non juſta interpretatio ſit, ut lib. 2. de primogenitis Hiſpaniæ pleniùs diſſerui; ſed illa potiſſimùm ejicienda eſt, quæ ſub prætextu interpretationis verum ſenſum propoſitionis pervertit, atque corrumpit. *c. cum dilecti. de accuſa. Alber. de agno. aſſer. Catho. quæſt. 7. & 8.*

ANNOTATIONES.

1 In cognitione cauſarum &c.
De Propoſitionum qualitate vide Doctores, quos ſupracitavi *tit. 30. de hæreſi num. 14.* vide paritèr *Conſtantien. Concil. in ſenten. damnationis errorum Vvicleſi, & Ioannis Hus ſeſſ. 8.* ibi enim propoſitionum damnabilium varios gradus enumeratos invenies.

5 Multis autem modis propoſitio hæretica eſſe poteſt.
Notandum quòd licèt nonnulli dubitarint, an Hæretica ſit propoſitio, quæ aſſerit aliquid contrarium eis, quæ in S. Scriptura referuntur, ut eſſet v. g. ſi quis negeret Tobiam Canem habuiſſe; attamen verior eſt ſententia, quòd talis propoſitio hæretica ſit, & quòd contra eam proferentem procedi poſſit, tanquam hæreticum, ſi poſt debitam informationem adhuc in ſua opinione perſiſtat. Vide *Albertin. de agnoſcen. aſſert. qu. 30. nu. 15.*

6 Illa verò Propoſitio &c.
Adde quod dicitur quoq; hæreſim ſapere propoſitio quæcunque, ex qua conjuncta cum alia vera, & notoria infertur hæreſis; exemp. grat. Propoſitio hæc: *Omnes homines, qui ſunt Ferrariæ, ſalvantur*, ſapit hæreſim, quia conjuncta cum hac alia *Hebræi, qui ſunt Ferrariæ homines ſunt*, quæ vera eſt, & notoria; concluſionem hanc hæreticam parit; *Ergo Hebræi ſalvantur.* Vide *Suarez de fide diſput. 19. ſect. 2. nu. 17.*

8 De erronea propoſitione &c.
Ex Doctrina, quam hic, & ſequen. capitulis affert, & excutit Simanca, collige diſcrimen inter propoſitionem hæreticam, & erroneam, quod eſt, juxtà magis, & minùs; Propoſitio enim hæretica, veritati manifeſtæ Catholicæ, & quæ ab Eccleſia expreſsè declarata fuit, adverſatur, & ideò magis dicit quàm erronea; Propoſitio verò erronea, veritatem dumtaxat nondum ab Eccleſia definitam, vel non omnibus manifeſtam, vel à proferente ignoratam inficiatur; quare minùs dicit, quàm Hæretica. *Molfoſ. in ſum. tom. 1. tract. 11. cap. 2. nu. 57.*

11 Propoſitio malè ſonans &c.
Iuxta illa, quæ hic docet Simanc. Propoſitio malè ſonans cum ſcandaloſa confundetur, ut patet.

12 Propoſitio temeraria &c.
Notandum ità de facili Propoſitiones non eſſe temeritatis nota qualificandas; Quædam enim ſunt, quæ prima fronte videntur gravis, & audacter tantùm prolatæ; at ſi rectius perpendantur, probabilibus, & æquis rationibus reperiuntur fulcitæ. quare Carena à temeritatis labe cenſet immunem propoſitionem illam, in qua aſſeruntur plures inter Chriſtianos Fœminæ, quàm Viri ſalvari; non alia ſanè de cauſa, niſi quia pro ſe rationes, & auctoritates quam plurimas habere videtur. Hunc vide *de Offi. S. Inquiſit. part. 2. tit. 16. de variis propoſit. generib. §. 3. nu. 8. verſ. ſed verè fallitur.*

21 Cœterum quia multi &c.
Praxim procedendi contra proferentes Propoſitiones minùs ſanas, vide apud *Carenam loco nupercit. §. 5. nu. 19. & ſequen.*

De Proteſtatione. Tit. LV.

SUMMARIUM.

1 *PRoteſtationes cur faciant docti, & Catholici viri, cum de rebus fidei agunt.*
2 *Proteſtatio auctoris.*
3 *Proteſtationis Definitio.*
4 *Proteſtatio quocunque loco, & tempore fieri poteſt, & quam vim habeat.*
5 *Proteſtatio quando excuſare ſoleat.*
6 *Proteſtatio excuſare non poteſt ſcientèr errantem contra Catholicam fidem.*
7 *Proteſtatio contraria facto, nihil proteſtanti prodeſt.*
8 *Proteſtatio non omninò excuſat eum, qui per ignorantiam errat in his, quæ explicitè ſcire tenetur.*
9 *Proteſtatio plurimùm prodeſt in rebus difficilibus, & ambiguis, etiamſi ad fidem pertineant.*
10 *Proteſtatio aliquando excuſat apud homines, & non apud Deum, & è contra.*
11 *Proteſtatio quomodo excuſet illum apud Deum, & homines, qui ignorantia errat in his, quæ explicitè ſcire non tenetur.*

12 *Pro-*

12 *Proteſtatio plùs, minuſvè prodeſt ex perſonarum; & rerum circunſtantiis.*

13 *Proteſtatio nonnunquàm nocere poteſt, quàmvis aliquando nil proſit.*

De Proteſtatione.

1 QUia periculoſum eſt de rebus Fidei, & Religionis diſſerere, tametsì vera dicantur; idcircò Viri eruditi, ſapientes, & pii hæc eadem tractantes, prudentèr admodum proteſtari ſolent, ſe nolle à Fide Catholica aliquo pacto devjare; ſed in omnibus ſemper Eccleſię univerſalis doctrinam amplecti, & ejus cenſuræ libentèr ſubjacere velle: Deindè, revocationem ſub conditione ſubiiciunt, in hunc ferè ſenſum, quòd ſi fortè aliquid contra Fidem Catholicam, eos dixiſſe, aut ſcripſiſſe contigerit, exindè illud revocant, & ex imperitia, vel imprudentia dictum, aut ſcriptum intelligi volunt; non autem ex malitia, vel pertinacia. De hac igitur proteſtatione pauca in præſentia brevitèr, & ſuccinctè dicemus. *c. hac eſt fides 24. quaſt.* 1.

2 Sed ne ipſe utilitate hujus proteſtationis caream, qui ordine propoſitæ materiæ ductus, nonnunquam coactus ſum profeſſionis meæ cancellos tranſgredi; teſtor, me nihil magis quàm hæreſes odiſſe, & ut impietates cum hæreticis omnibus funditus extirpentur, ſemper in votis habuiſſe; quamobrem laborem hunc qualẽcumque ſuſcepi. Perindè, ſi quid erroneum, aut quovis modo ſuſpectum, in hoc opere fortaſſis ſcripſerim: id inſcitiæ meæ aſcribi, & pro non ſcripto haberi volo. Paratus equidem ſum, non modo Eccleſiæ Catholicæ definitionibus obtemperare; ſed etiam cuicunque meliora docenti, & veriora dicenti libentèr accedere; ac ejus admonitionem, & correctionem, ſummi beneficii loco habere. *Non vincimur, quando offeruntur nobis meliora, ſed inſtruimur; maximè in his, quæ ad Eccleſiæ unitatem pertinent, & ſpei, ac fidei noſtræ veritatem;* ut inquit *Cyprianus in epiſtola ad Quirinum.*

3 Sed jam ad propoſitum revertamur. Hanc proteſtationem ſic definit Gerſon, ut ſit confeſſio quædam, qua declaratur, quid proteſtans in fide ſentiat. Nàm (ſicuti docet Paulus in epiſt. ad Rom.) *Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Vel alitèr: Proteſtatio in materia Catholicæ Fidei eſt religioſa, & modeſta deprecandæ impietatis, pertinacięque cautio, animi noſtri declaratoria, & certificatoria. Teſtatur enim quo animo ſimus locuturi, aut ſcripturi. *ad Rom.* 10. *Gerſon. tractatu de proteſtatione. conſidera.* 1.

Proteſtationis definitio. Cap. 10.

4 Cum autem hæc proteſtatio in nullius detrimentum ſit, ſed ea tantùm contineat, quæ pendent ex mera voluntate, & intentione proteſtantis, fieri quidem poteſt quocunque loco, & tempore; & enervat, declarat, & vincit verba, & facta ſubſequentia. *l. per ſervum. §. 1. de uſu, & habi. l. qui in aliena. §. Celſus de acquihare. l. ſi mihi, & tibi. §. ulti. de leg. 1. l. ſi quis in principio teſtamenti de lega. 3. Bart. in l. non ſolùm. §. morte de nou. op. nuntiatio. nu.* 14. quem illic ſequuntur communitèr interpretes omnes, *& in c. cum M. de conſtit. Feli. nu. 27. Decius nu. 17. Ripa nu. 67. vide c. hac eſt fides 24. quaſt. 1. Seepolam cautela. 56. Coraſium in l. ſi tam anguſti. de ſervit. num. 9.*

5 Hoc tamen in propoſito tunc demùm excuſare poterit, cum verba dubia fuerint, & mens loquentis, aut ſcribentis ambigua; longè ſecùs foret, ſi verba, & mens proteſtantis manifeſtam hæreſim ſaperent. *l. Nenſenius de negot. geſtis. l. at ſi quis. §. plerique de religio. & ſumpti. funerum.*

6 Undè qui ſciens errat contra Catholicam Fidem, quamvis millies proteſtatur, nihilominus tamen conſumatus hæreticus erit; quia non vult in captivitatem redigere intellectum in obſequium Chriſti; neq; eſt paratus corripi ab Eccleſia, quam impiè contemnit, ac errare poſſe temerè putat. *Gerſon. tract. de poteſt. conſidera. 3. cum ſeq. Alfonſ. lib. 1. de juſt. hæret. pu. cap.* 11.

7 Accedit eodem, quòd ſi ſola proteſtatio excuſare poſſet ab hæreſi, liberum eſſet cuilibet, proteſtatione præmiſſa, hæreſes quaſcunq; impunè docere, ſed proteſtatio

ſtatio contraria facto, nihil proteſtanti prodeſt; neq; ideò minùs impius erit, qui fatetur, ſe rectam fidem tenere, factis autem negat. *c. ſolicitudinem de appel. c. ea te. de iur. iura. l. ſi non convitii. C. de iniuriis. l. ſi quis extraneus de acqui. haredi. c. ulti. de homic. lib. 6.* & communitèr omnes iuris interpretes *in l. non ſolum. ſ. morte. de novi. oper. nuntiati. & in c. cum M. de conſtit. Alber. lib. de agn. aſſer. Cat. q.* 12. *nu.* 9.

8 Hinc eſt, quòd qui per ignorantiam errat in his, quæ explicitè ſcire tenetur, quamvis proteſtatus fuerit, non tamen excuſatur omninò; niſi fortè ignorantiam ſuam, aut aliquam erroris cauſam probare potuerit; quia unuſquiſque ſcire præſumitur ea, quæ ſcire tenetur, & ignorantiam alleganti incumbit onus probandi defenſionem ſuam. *l.* 2. *ſ. ſervius de orig. iur. l. profeſſio. C. de mun. patrimo. lib.* 10. *l.* 2. *quod quiſque iur. l.* 1. *de exceptio. l. ab ea parte de proba.*

9 Conſiderandum verò eſt, quæ, qualiaque ſint ea, in quibus quiſpiam erraverit; ſunt enim aliqua ad fidem etiam, & religionem pertinentia uſque adeò difficilia, obſcura, & ambigua, ut viros doctiſſimos nonnunquam latere poſſint; in rebus autem talibus proteſtatio plurimùm proderit; quia ex ignorantia magis, quàm ex malitia error natus eſſe cenſebitur. *Alfonſ. lib.* 1. *de iuſt. haret. pun. cap.* 11. *glo. in princ. iuſt. de obliga. qua ex qua. del. Naſ. Anchar. conſ.* 289. *Felinus in c. cum ex officii de praſc. & in cap.* 1. *de re iudi.*

10 Illud quoq; noviſſe conveniet, quòd interdum proteſtatio excuſat apud homi-
1. Reg. 16. nes, & non apud Deum, & contra; quia homo iudicat ea, quæ apparent, Deus autem intuetur cor; Nàm ſi proteſtatio pio animo fiat, excuſat ab hæreſi apud ipſum Deum, quamvis proteſtans erraverit in his, quæ explicitè ſcire tenebatur; tametſi enim tunc aliquis peccet, tale peccatum erit ignorantiæ, non autem impietatis. Si verò ſciens quiſpiam erraverit, in his etiã, quæ non tenebatur explicitè ſcire, quamvis apud homines proteſtatione excuſetur, nihilominus tamen coram Deo conſumatus hæreticus erit. 1. *Reg.* 16. *Gerſ. de proteſt. conſide.* 8. *Alfon. lib.* 1. *de iuſta. hareti. puni. cap.* 11.

11 Is autem, qui ignorans errat in his, quæ non tenetur explicitè ſcire, hac proteſtatione omnimodo excuſatur ab hęreſi, apud Deum, & homines; tenetur tamen cognitæ veritati ſtatim aſſentiri. Proderit ergò tunc proteſtatio ad excludendam ſuſpicionem, & præſumptionem pertinaciæ, & malitiæ. *Alberi. in rub. C. de hareti. ad fin. Gerſon. loco pranotato, conſideratione* 5. & item *Alfon. eod. cap.* 11. *Alber. lib. de agno. aſſ. Cath. q.* 12. *nu.* 4.

12 Igitur ex perſonarum, & rerum circunſtantiis plùs, minuſvè proderit iſthæc proteſtatio; Nàm, ſicuti Gerſon, inquit, Proteſtatio generalis non efficit, ut proteſtans nequeat haberi ſuſpectus de hæreſi, quandoq; levitèr, interdum vehementèr, nonnunquàm etiam violentèr, iuxtà perſonarum, errorum, locorum, ac temporum circumſtantias. Quòd ſi rem ipſam penitus intueamur, profectò vulgaris illa, & generalis proteſtatio, quæ paſſim ab omnibus fieri ſolet, quam & peſtifer ille Lutherus olim feciſſe dicitur, nec animum errantis exuit, nec pertinaciam excludit, nec magni momenti cenſenda eſt. *Gerſon. conſid.* 12.

13 Sed quamvìs plerunque nihil proſit hæc proteſtatio, nunquam tamen nocere poterit. Nàm ſivè generalis, ſivè ſpecialis fuerit, non reddit ſuſpectum proteſtantem; quippè cum fiat, ut excuſet à pertinacia. Neq; enim actus hominum producere ſolent effectus contrarios intentioni operantis, nec revocatio conditionalis aliquid concedit, aut ponit. *Gerſon. loco ſapè citato conſiderat.* 2. *l. legata inutilitèr de adimen. lega. ſi quis. nec cauſam. l. non omnis ſi cert. pet. l. ſi quis ſub conditione ſi quis. omiſ. cauſ. teſtam. glo. in c. exhibita. de homic. Feli. in c. literas de praſu. nu.* 19. *Proteſtatio nunquam noxia.*

AN-

ANNOTATIONES.

1 Quia periculoſum &c.
De hac Proteſtationis materia, vide inter cœteros *Carer. tract. de Hæretic. nu. 175. Albert. de agnoſcen. aſſert. quæſt. 12. nu. 2. Pegnam in addit. ad Eymeric. part. 1. Direct. Comment. 26. quæſt 12. verſ. proteſtatio autem, & ſequen. Decian. in tract. Criminal. lib. 5. cap. 55. nu. 8. & Farinac. de hæreſi. quæſt. 178. §. 7. nu. 148. & ſequen.*

4 Cum autem hæc Proteſtatio.
Quòd Proteſtatio regulariter proteſtantē ab omni hæreſeos crimine præſervet, etiamſi fortaſſe aliquid non minùs Catholicum dixerit, aut ſcripſerit; eſt textus *in c. Dixit Apoſtolus 24. quæſt. 3.* ex quo fit, quòd licèt damnetur opus, operis tamen Auctor non damnatur. Abbatis Ioachimi exemplum eſt ſatis notum *in c. Damnamus de Summa Trinit. & fid. Catholic.* & nota quòd dixi Regulariter; quia caſus dantur, ubi etiam mille proteſtationes proteſtanti non ſuffragantur, *ut nu. 6. & nu. 7.* docet *Simanc.* Vide *Alfonſ. à Caſtro de juſt. hæretic. pun. lib. 1. cap. 11.*

8 Hinc eſt &c.
Intellige Doctrinam hanc in foro fori; In foro etenim Poli proteſtatio ex pio animo facta poteſt ab Hæreſi excuſare, licèt à peccato propter omiſſionem diſcendi ea, quæ explicitè diſcere tenebatur, patrato, nunquam excuſet. Vide quæ habet Auctor inferius *nu. 10.*

De Purgatione Canonica. Titulus LVI.

SUMMARIUM.

1 Purgatio canonica in Sacro Inquiſitorum foro etiam nunc in uſu eſt.
2 Suſpicio nulla ferenda eſt in hæreſis, & impietatis crimine.
3 Purgatio canonica quid ſit.
4 Purgare ſe debet ſuſpectus de hæreſi, cùm id ſibi à judice legitimè fuerit injunctum.
5 Purgatione multi etiam Pontifices Maximi uſi ſunt.
6 Purgatio canonica quando indicenda ſit.
7 Purgatio illis non eſt indicenda, qui ab inimicis, vel malevolis, vel levibus hominibus infamia afficiuntur.
8 Purgatio recto judicis arbitrio relinquitur, quando reis ſit indicenda.
9 Purgatorum quoq; numerus judicis arbitrio relinquitur.
10 Purgatores qui dicantur.
11 Purgatores quales eligendi ſint.
12 Purgatio cur illis indicenda non ſit, qui ex parentibus Judæis, aut Mahumetanis nati ſunt.
13 Pœna ejus, qui in purgatione defecit.
14 Purgare qui ſe non potuit, & defecit in purgatione, tanquam conſumatus hæreticus puniendus eſt.
15 Deficere in purgatione quis dicatur.
16 Purgare ſe volens ab hæreſi, & in ipſa purgatione ſuccumbens, an ſtatim ſit Curiæ Seculari relinquendus.
17 Reos vehementèr ſuſpectos priùs tormentis, deindè purgatione, mox abjuratione, tandem arbitrariis pœnis opprimendos eſſe, vetus, & iniqua conſuetudo docebat.
18 Pœna duplex pro eodem crimine infligi non debet.
19 Rei pluribus pœnis ſimul puniendi non ſunt.
20 Purgatio, vel quæcunque alia pœna in ſuſpectos de hæreſi ſtatuta, per ſe efficax eſt ad quaslibet ſuſpiciones purgandas.
21 Purgatorum numerus augeri poteſt, ſi purgandus reus ſit, & idem acerbiſſimè torqueri poteſt, ſi torquendus ſit prò magnitudine ſuſpicionis.
22 Judici ſuſpectus reus eſſe non debet, ubi jura omnem ſuſpicionem purgatam eſſe declarant.
23 Conſuetudo antiqua, qua tormentis purgatione, abjuratione, tandem arbitrariis pœnis Rei coercebantur, crudelis, & iniqua erat.
24 Reum poſt tormenta purgandum, aut poſt purgationem puniendum, neque lege, neque ratione probari poteſt.
25 Purgatio Canonica quo ordine, & ritu indici ſoleat.
26 Purgatores tot nominare tenetur Reus, quot in Sententia Inquiſitorum continentur.
27 Purgatoribus convocatis in auditorium Inquiſitorum, & Reo ad tribunal ducto, interrogatur ab Inquiſitoribus Reus, an illos homines agnoſcat.
28 Purgatores quomodo admonere, & interrogare ſoleant Inquiſitores.
29 Purgationis Canonicæ origo.

30 Ju-

30 *Juramentum à ſuſpecto de veritate dicenda præſtari debet; à teſtibus verò de credulitate.*

31 *Probatione Canonica non temerè Judices quenquam examinare debent.*

De Purgatione Canonica.

1 PUrgationis Canonicę ſæpè fit mentio in jure Pontificum; ſed in omnibus ferè aliis criminibus in uſu eſſe deſiit, in crimine tamen hæreſis, etiam nunc uſitata, & in Sacro Inquiſitorum Foro frequentata eſt. Quamobrem Godofredus (ut ex ejus ſcriptis coniicere licet) vir doctus, & pius, laudat Hiſpaniam noſtram his verbis: *Puniantur ſuſpecti hæreſeos in religioſiſſimis Hiſpaniæ Regnis, vel hoc maximè his temporibus triumphantibus, & ſingulari laude dignis, quòd nulla non ſolùm planè hæreſis, verùm ne ſuſpicio quidem hæreſeos ſinè digna, vel momento, maneat nota.* Aliorum ſanè criminum ſuſpicio bonis viris maximè fugienda eſt; nam ut Plato inquit: *Non oportet unquàm parvi facere, utrum probus, aut improbus aliis videaris; quando quidem multi (tametſi improbi ſint) qui tamen probi, & qui improbi judicant; Nàm pravis quoque hominibus Divina vis quadam conjiciendi ineſt, per quam multi, vel peſſimi, rectè tùm opinione, tùm verbis à melioribus deteriores diſtinguant.* Indidit quippè nobis Deus, ſicuti Chryſoſtomus ait, judicium invjolabile, quod nunquàm corrumpi valeat, etiam ſi ad fundum iniquitatis veniamus; idcircò etiam qui maligni ſunt, condemnant ſeipſos, & ſimiles quoq; morum ſuorum; etenim malitiam omnes accuſant, etiam hi, qui eam exercent, & in ea verſantur. Quo circa utiliter Civitatibus præceptum eſt, ut bonam apud multos exiſtimationem non parvi pendant. Et, ut Cicero lib. 1. officiorum ait: *Negligere quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolùm arrogantis eſt, ſed etiam omninò diſſoluti.* Cui accedit illud Tiberii Cæſaris, apud Cornelium Tacitum lib. 4. annalium: *Contemptu fama contemni quoque virtutes.* Quas ob res Alexander ille Magnus prudentèr admodum dixiſſe fertur: *Satius eſt purgatos eſſe, quàm ſuſpectos. c. ſi mala fama 2. q. 5. Plat. lib. 12. de legib. Quint. Curt. lib. 7. Chryſoſt. in epiſto. ad Hebræos homil. 24. c. nolo. 12. quæſt. 1. Godofred. in l. 2. C. de hæreticis.*

2 Sed quamvis in plerisq; aliis criminibus ſiniſtra malevolorum ſuſpicio interdum tolerari, aut negligi poſſit; in hæreſis tamen, & impietatis crimine nulla ſuſpicio ferenda, vel diſſimulanda eſt. Scribit enim Sapientiſſimè Rufinus, lib. 1. invectivarum in Hierony. eſſe quidem glorioſum, Chriſti exemplo patientèr injurias tolerare; at unam notam hæreſeos, qui ferat; vel diſſimulet, non eſſe Chriſtianum. Et ipſemet D. Hieron. quanta maxima poteſt animi contentione clariſſima exclamat voce: *Nolo in ſuſpicione hæreſeos quenquam eſſe patientem; ne apud eos, qui ignorant innocentiam ejus, diſſimulatio conſcientia judicetur, ſi taceat.* Hæc ille, in epiſtola ad Pamachium adversùs errores Joannis Hieroſolymitani, quod & Joannes Picus in proœmio apologiæ retulit.

Nulla ſuſpicio in Hæreſeos crimine toleranda.

3 Jure igitur Catholica Eccleſia Mater noſtra Sanctiſſima, ſuſpicionem hæreſis ullo modo ferre non poteſt; ſed variis antidotis medetur ſuſpectis, eos nonnunquàm abjurare, aut ſe purgare cogens, interdum etiam quæſtionibus veritatem eruens, ac frequentiſſimè pœnis extraordinariis eos coercens (*a*) Purgatio autem Canonica nihil aliud eſt, quàm de objecto crimine innocentiæ oſtenſio; ut Alexand. Theologus, cœterique definiunt: *Alex. Aleſ. 3. p. qu. 45. Membro. 3. & in ſummis ver. purgatio. Ray. Gofr. Silveſt. & alii.*

Purgatio Canonica quid.

4 Suſpectus de hæreſi; qui ſe purgare noluerit, cum id ſibi à judice fuerit legitimè injunctum; eo ipſo hæreticus eſſe cenſetur. Quòd ſi per annum in eadem pertinacia perſtiterit, tunc condemnandus eſt legibus Civilibus, tanquàm conſumatus hæreticus; ſed jure Pontificum ſtatim puniri poteſt, ut hæreticus pertinax; nec opus eſt, ut tàm longo tempore punitio ſuſpecti pertinacis differatur, & hoc jure majores noſtri, & nos ſemper uſi ſumus. *c. excommunicamus. §. adiicimus de hæreti. Auth. Gazaros. c. eod. tit. c. tua nos de cohabi. cleri.*

bi. cleri. & mulierum. Innoc. Abb. & cœteri *in c. cum P. Manconela de purgat. canon.*

5 Neque tantùm privati homines hac purgatione uſi ſunt, ſed multi etiam Pontifices Maximi de gravjoribus criminibus infamati, quamvis à nemine judicari poſſent, nihilominùs ex charitate, ad auferẽdam ſubditorum offenſionem dedignati non ſunt publicè, ſolemniterq; ſe ipſos nonnunquam purgare. Ut enim B. Auguſti. lib. de bono viduitatis ſcriptum reliquit: *Nobis neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra.* Quamobrem Paſchalis I., Damaſus, Symmachus, & quidam alii Pontifices Maximi, coram populo ſolenniter purgati ſunt. Et Leo III. coram Carolo Magno, Gregor. VII. coram Henrico IV. Sixtus III. coram Valentiniano, & Pelagius I. coram Narſete publicè quoq; purgati fuiſſe traduntur. *Auguſt.* loco citato. *cap. 22. c. mandaſtis. c. auditum 2. quæſt. 5. Platina, & cœteri auctores in annalibus Pontificum. Albertus Pighius lib. 6. Hjerar. Eccleſ. cap. 17. Brunus lib. 4. de haret. cap. 11.*

Nonnulli Pontifices Maximi, qui ſe canonica purgatione de obiectis criminibus purgarunt.

6 Cœterum, purgatio canonica indicenda non eſt, niſi cum Reus publica laborat infamia, & crimen plenè probatum non eſt; nàm ſi horum alterum deſit, non purgatione, ſed condemnatione, vel abſolutione cauſa peragenda eſt. *c. nos inter c. ſi quis de gradu. c. cum dilectis de purg. cano. l. qui accuſare. C. de eden.*

7 Ad hæc, opus etiam eſt, ut cauſa, & origo infamiæ, nec ab inimicis, vel malevolis, nec ab infamibus, aut levibus hominibus orta ſit; Non enim temerè quiſpiam debet cẽſeri publicè infamatus propter iſtorũ rumores: præſertim cum apud bonos, & graves viros ejus exiſtimatio læſa non eſt. *c. cum in juventute. c. penul. de purg. canon. c. in cunctis 11. quæſt. 3. c. inquiſitionis. §. ultimo de accuſationi.*

8 Solet præterea Reus ad purgationem cogi, propter grave ſcandalum ab eo malè datum, & propter magnam, & publicam infamiam; deniq; propter vehementem ſuſpicionem ex teſtium dictis exortam. In ſumma, recto judicis arbitrio relinquitur, ut Philip. Decius ait, quando Reis purgatio ſit indicenda. *c. inter ſolicitudines. c. cum in juventute. de purga. canoni. Deci. in c. at ſi Cleri. de judic. nu. 10.*

9 Purgatorum quoque numerus in arbitrio judicis eſt; ita tamen ut plures præfiniantur, cum Reus majore laboret infamia, & gravjoribus ſuſpicionibus urgetur. Quamobrem legum latores modò plures, modò pauciores expurgatores requirunt: eorum ſcilicèt numerum arbitrio Judicũ relinquentes. Quod & Leo Papa, quadam in epiſtola ſcribit, inter alia dicens: *Si Sacerdos ſuſpectus fuerit, ne in crimine, aut ſuſpicione remaneat, cum tribus, aut cum quinque, vel ſeptem bonis, ac vicinis Sacerdotibus, vel eo amplius, ſi ſuo Epiſcopo viſum fuerit, & cum aliis bonis, & juſtis hominibus ſacramento coram populo ſuper quatuor Evangelia dato, ſe purgatum Eccleſiæ reddat. c. omnibus c. presbyter 2. q. 5. c. ex tuarum de purg. can. c ſignificaſti de adult. c. inquiſitionis. §. ultim. de accuſ.*

10 Purgatores autem à Juris Canonici conditoribus dicuntur ii, quos Cicero laudatores vocat, ſi Budæo credimus in forenſibus, & legitimus numerus laudatorum olim erat denarius, ut ex Cicerone conſtat. Sic enim in Verrem ſcribit actione ultima; *Primùm, ut in judiciis qui decem laudatores dare non poteſt, meliùs eſt ei nullum dare, quàm illum legitimum numerum non explere*: Sed fallitur Budæus; nàm laudatores, ii ferè ſunt, quos hodiè teſtes probitatis vocamus. Solebant enim Accuſati Viros graviſſimos laudatores in ſuam commendationem producere; quod ex Aſconio in oratione pro Marco Scauro conſtat; & Blondus retulit lib. 4. Romæ triumphantis; Pompejus verò interdixit, ne qui Reorum laudatores haberentur, ut *Dion. Caſſius lib. 40. Rom. hiſt.* auct. eſt.

11 Purgatores autem eligi debent ii, qui eandem dignitatem, & conditionem habent, quàm Reus ipſe; ſi modo tales inveniri poſſint. Si verò hujuſmodi expurgatores non inveniantur; eligendi ſaltem ſunt aliqui Viri probi, & Catholici, qui vitam, & mores Suſpecti, non tàm præſenti tempore noverint, quàm præterito; quique cives ſint, honeſti, & exiſtimationis bonæ, ut veriſimile ſit, eos, neque amore, odio, timore, pretio, aut prece verum occultaturos, vel falſa dicturos. *c. ſi legitimi 2. q. 4. c. cum P. Mancolena. c. conſtitutis. c. inter ſolicitudines. c. cum dilectus de purgatio. canonica.*

12 Cœterum purgationis remedium, cœcum, fragile, ac periculoſum admodum

eſt, quippè cum ex alienò arbitrio pendeat. Ovjdius ait:

Conſcia mens recti fama mendacia ridet

Mox tamen addit:

Sed nos in vitium credula turba ſumus.

Quamobrẽ cogendi non ſunt ad hanc purgationem hi, qui ex parentibus Judæis, aut Mahumetanis nati ſunt; eos etenim ad purgatione mittere, nihil eſt aliud, quàm recta via in ignem mittere. Quis enim de iſtis non facilè malè opinetur, aut ſaltem de illorum innocentia non dubitet? Rectius igitur fuerit, abjuratione, tormentis, aut pœnis arbitrariis eos coercere. Si verò iſti ad purgationem fortè condemnati ſint, & expurgatores, quales ſupra diximus, non invenerint, admittendi erunt alii, quamvis æque idonei non ſint, ne protsùs defenſionis facultas eis auferatur. *c. cum in juventute in fin. de purga. cano.* & inibi notant *glo.* & interpretes. *Et Hugo. Laurent. & Archidi. in c. ſi legitimi 2. q. 4. Joan. Vincent. Hoſt.* & alii relati *ab Henrico, & Abbate in c. inter ſolicitudines de purga. cano. & glo. ultim.* & illic *Feli. c. cum P. Manconela de accuſa.*

13 Et quamvis acris contentio ſit inter Juriſperitos de pœna ejus, qui defecit in purgatione; ea tamen ſententia verior, & receptior eſt, ut Reus in purgatione deficiens, puniendus ſit pœna ordinaria criminis, ac ſi verè convictus eſſet. Id tamen fieri debet juxtà modum, & qualitatem judicii, quo Reus coactus fuit ſe purgare: hoc eſt, ut ſi anteceſſit accuſatio, pœna ordinaria puniatur; ſi verò per denunciationem, aut Inquiſitionem proceditur, pœna ordinaria judicis arbitrio temperetur. *c. de hoc de ſimo. c. Inquiſitionis in princi. de accuſa. Hoſtien. Henri. Abba.* & cœteri *in c. inter ſolicitudines de purga. cano. Gofred. Hoſtien. Abb. Joan. de Anan. & Felin. in c. accedens de accuſati. Angel. & Silveſt. in ſum. verb. purgatio. Joan. Bernar. in pra. crim. cap.* 141.

14 Cum ergo de crimine hæreſis Promotor fiſcalis ſemper accuſet, conſequens eſt, ut qui defecit in purgatione, non ſecùs atque conſumatus hæreticus pœna ordinaria puniri debeat. Quod Nicolaus Tudiſcus ait, cœterique conſentiunt; & hoc jure utimur. *Abba. in dict. c. inter ſolicitudines col. ult.*

15 Queri autem poteſt, quis dicatur in purgatione deficere. An is, qui ab omnibus expurgatoribus derelinquitur, vel qui à majori parte, an qui à parte minore, vel qui ab uno tantum. Olim ſanè qui deficiebat uno duntaxat expurgatore, ut convictus condemnabatur, quia non purgabatur ab omnibus. Sed cum id periculoſiſſimum eſſet, ac fortè ab omnibus purgatus dici poſſet, qui à majore parte purgaretur; idcirco receptum eſt, ut eo tempore quo numerus expurgatorum definitur, eodem quoque decernatur, ut ſi defecerit in uno, duobus, vel tribus, aut pluribus, pro convicto hæretico habeatur; utrunq; enim eadem omninò ratione in arbitrio judicis eſt. *l. quod major. ad municipa. l. duo ex tribus de re judi. l. 1. de jur. delib. c. ad abolendam de hæretic.*

16 Quæſitum ſcio, an is qui ſe ab hæreſi purgare vult, & in ipſa purgatione ſuccumbit, ſtatim ſit Curiæ Seculari relinquendus, an pœnitentiam agere volens, admittendus ſit. Quod quidem verius eſt, niſi fortè relapſus, vel impœnitens fuerit. Nàm, ſi is admittendus eſt, cujus hæreſis teſtibus, & propria confeſſione probatur, utique multò magis illi Eccleſiæ beneficium impartiendum eſt, qui præſumpta quadam, ſeù ficta probatione convincitur. *l. filio quem pater. de liberi. & poſthu. c. affert. de præſumptionibus.*

17 Fuit olim magna inter peritos diſſenſio, an illa ferenda eſſet conſuetudo, quæ apud multos Inquiſitores invaluit, ut Reus vehementer ſuſpectus, priùs torqueatur; deindè, ſi nihil confeſſus fuerit, ut ſe purgare cogatur; poſt hæc, ſi expurgatus ſit; ut abjurare quoque teneatur; & tandem poſt abjurationem arbitrariis etiã pœnis puniatur. Conſuetudinem hanc defendere quidam conabantur his argumentis. Primò, quia vetuſta eſt, & à multis eruditis judicibus recepta. Ad hoc, quia Juriſperiti quidam id fieri poſſe ſcripſerunt. Præterea, exemplo Innocentii III., qui ſuſpectum quendam ab officio ſuſpendere juſſit, & poſt ſuſpenſionem publicè quoque abjurare. Quidam ajunt in arbitrio judicis eſſe, ut Reum omnibus pœnis ſupraſcriptis coerceat; eo accedente, quòd Innocentius, & multi alii Juris interpretes ajunt, licere judici in crimine hæreſis, aliiſque ſimilibus delictis, poſt

purga-

purgationem, damnare Reum ad abjurationem, aliaſq; pœnas arbitrarias, propter ſuſpicionem adhuc remanentem. Deindè dicebant, plurimùm in ejuſmodi pœnis arbitrium judicis poſſe, neq; Reum illum gravari, qui cum fortè ſummo Jure pœna ordinaria condemnari poſſet, clementia judicum levjoribus pœnis ſubiiceretur. *l. minimè de legi. Cardi. in Clement. 1. de uſur. colu. ult. Franc. Epiſcopus Squilacen. tract. de fide Catholi. cap. 31. c. inter ſolicitudines de purg. cano.* & illic *Innocen. Hoſtien. Joan. Andr. Anton. Anchara. & Cardi.*

18 Verior tamen, & benignior, & æquior eſt contraria ſententia, quam tunc viri quidam doctiſſimi aſſerebant, quibus ego vehementer aſſentior. Nàm illud in confeſſo eſt, neminem poſſe ſimul pluribus legibus pro uno crimine condemnari. *Non* Cap. 1. *conſurget*, inquit Naum Propheta, *duplex tribulatio; neque vindicabit Dominus bis in idipſum.* Neque pro eodem crimine debet quiſpiam duplici pœna conteri: quod legibus quoq; Athenienſium jàm olim conſtitutum fuit, ut apud Demoſthenem eſt, oratione adversùs Leptinem. *l. Senatus de accuſa. c. at ſi Clerici. §. ult. de judic. Naum. cap. 1. c. ſceleratior. c. ſunt plures in fine de pœn. diſt. 3. can. apoſt. 25. c. presbyter. 81. diſt. c. quid ergo 23. quæſt. 5.*

19 Accedit eodem, quòd ſicut pluribus actionibus experiri non licet, ſed una illarum eligi debet, non autem omnes comulari queunt; ſic etiam in criminalibus cauſis, pluribus pęnis ſimul utendum non eſt, ſed una illarum eſt eligenda. Et eò magis, quòd in civilibus cauſis parvi plerunque refert, utrum una, vel pluribus actionibus experiaris; in criminalibus verò non poteſt non referre pluriuùm, una duntaxat, vel pluribus pœnis puniaris. *l. quod in hæredem. §. eligere de tributo. l. cum filius. §. variis de lega. 2. l. 1. C. de fur. Bart.* & cœteri *in l. 3. §. 1. de oper. no. nuntiatio. l. abſentem. §. adversùs de pœnis.*

20 Tum illud addo, quòd unaquæq; harum pœnarum efficax eſt ad quaslibet ſuſpiciones purgandas, ut proculdubio ſupervacaneum, & iniquum ſit, pluribus ſimul ſuſpectum Reum affligere; Nàm qui tormenta vincit, purgat quæcunq; indicia; & qui purgationi canonicæ ſatisfacit, abſolvendus eſt, & boni teſtimonij vir declarandus; neque de his, quæ jàm purgata ſunt, remanere ſiniſtra ſuſpicio debet. Et ut Pomponius inquit; *Pęnis legum contenti eſſe debemus. Bart.* & cœteri *in l. ult. de quæſt. cap. 1. 15. q. 5. c. ex tuarum de purga. can. c. habet. c. Menan. 2. q. 4. l. ſi ſtipulatio. facta. ff. de verb. oblig.*

21 Ad hæc, ſi Reus evidentioribus ſuſpicionibus urgetur, poteſt quæſtionis modus augeri; ſi verò levitèr tortus fuerit, poterit in quæſtionem repeti; quòd ſi purgandus fuerit, numerus compurgatorùm amplior erit; itàut ſuſpiciones quantumlibet vehementes, vel his remediis, vel aliis arbitrariis pęnis legitimè diluantur. *l. quæſtionis modum. l. unius. §. reus de quæſt. c. inter ſolicitudines de pur. can.*

22 Præterea, Judex non debet plus ſuſpicionibus credere, quàm leges ipſæ credunt; nec ei ſuſpectus deinceps Reus eſt habendus, ubi jura omnem ſuſpicionem purgatam eſſe declarant. Deindè, Judex, qui tormentis, aut purgatione canonica veritatem inquirit, totam probationis fidem in his conſtituere, ac inter culpam, & innocentiam æquali animo eſſe debet. Quemadmodum igitur plenam fidem indiciis habet, cum Reus tormentis crimen confitetur; vel in purgatione ſuccumbit; ſic è contrariò, credere tenetur eum, qui tormenta vicit, aut legitimè purgatus eſt, innocentem eſſe. Idq; eò magis, quò proclivjor ad benigniorem partem, & ad abſolvendum, quàm ad condemnandum, pronior eſſe debet. *c. judicet 3. q. 7. l. quæſtionis modum de quæſtio. c. judicantem 30. quæſt. 5. c. eſtote. de reg. jur. l. abſentem de pœn. l. Arrianus de actio. & obliga. Ariſtot. problem. 13. & 15. part. 29. Alciat. lib. 3. præſumpt. cap. 44.*

23. Ex his facilè perſpici poteſt, ſententiam noſtram, æquam, benignam, juſtam, & veram eſſe; illam verò conſuetudinem crudelem, injuſtam, & laqueis plenam, qua nimirum efficitur, ut qui tormenta vicerit, ad purgationem teneatur, & qui legitimè purgatus fuerit, errores, & hæreſes abjurare cogatur; poſtremò, ut poſt tormenta, purgationem, aliis quoq; pœnis arbitrio Judicis coerceatur; quo quid durius, aut iniquius eſſe queat? formido quidem, fovea, & laqueus ſuper illos eſſet, quemadmodum Iſajas inquit: *Ut qui fugerit à facie formidinis, cadat in* Cap. 24. *foveam, & qui ſe explicaverit de fovea, te-*

neatur laqueo. Vel ſicut apud Hieremiam Cap. 48. eſt: *Ut qui fugerit à facie pavoris, cadat in foveam; & qui conſcenderit de fovea, capiatur laqueo.* Iſa. 24. Hjere. 48.

24 Neque obſtant argumenta contrariæ opinionis; quia ſicuti Beatus Cyprianus contra epiſtol. Stephani ſcribit: *Conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt. Et pravum uſum* (ut Iſidorus in Synonimis ait) *lex, & ratio vincere debet*; auctoritas autem Juris interpretum, contra jus, & æquum, parum efficax, & inanis eſt. Neque ſententiæ noſtræ adverſatur epiſtola decretalis Innocentii III. quia purgatio illic indicta fuit Senonenſi Decano, propter vulgatam hæreſis infamiam, grave ſcandalum, & vehementem ſuſpicionem ex teſtium dictis exortam; ſed in pœnam familiaritatis, quam ſcientèr cum hæreticis habuit, quæ legitimè probata erat, ſuſpenſus ille fuit ab officio, donec ſopiretur ſcandalum, & coactus præterea fuit abjurare, non quidem illas hęreſes, de quarum ſuſpicione jam purgatus erat, ſed familiaritatem duntaxat hæreticorum; quod inibi Nicolaus Tudiſcus cordatius cœteris obſervavit. Non igitur lege, aut ratione probari poterit, ut poſt tormenta Reus purgandus ſit, aut poſt purgationem puniendus. Vide tamen id, quod in Enchiridio ſcripſi. *c. conſuetudo 8. diſt. c. uſus cum ſeq. 11. diſt. l. 1. §. ſed neque ex multitudine. C. de vet. jur. enucl. c. inter ſolicitudines de purg. cano.* & illic *Abb. nu. 3.*

25 In cauſa purgationis canonicæ, hoc ordine, & ritu procedi ſolet. Conveniunt in unum Inquiſitores, Epiſcopus, aut ejus Vicarius, & Aſſeſſores, ſeu Conſultores periti, & excuſſis probationibus, Reum condemnant, ut ſe purget, ſeptem, plùs, minùs, teſtibus; hoc addito, ut ſi defecerit in uno, duobus, tribus, aut pluribus exindè convictus plenè de crimine cenſeatur. Hæc autem ſententia Reo dicenda eſt, & ab ea poteſt provocare, & poſt appellationem cauſa referenda eſt ad Senatum, niſi fortè frivola fuerit appellatio; quia tunc ei ab Inquiſitoribus deferendum nõ eſt, ut generalitèr Clemens IV. conſtituit, & ſpecialitèr epiſt. quadam Senatus Sanctæ Inquiſitionis plenius continetur. *l. 2. C. de decurio. lib. 10. l. 1. de appel. c. cum appellationibus frivolis de appel. lib. 6.*

26 Deindè, ſi à ſententia non fuerit appellatum, vèl poſt appellationem ſententia confirmata ſit, vel appellatio frivola rejecta fuit ab Inquiſitoribus, tunc Reus ad ſe purgandum debet nominare tot viros bonos, teſtes, expurgatores, quot in ſententia Inquiſitorum continentur. Illi autem teſtes vocari ſeorſum debent ab Inquiſitoribus, & ab eis tria ſunt inquirenda. Primum, an Reum cognoſcant, & à quo tempore; ſecundum, an Reus, vel ejus conſanguinei, vel affines dederint, aut promiſerint aliquid ipſiſmet teſtibus, ut Reo faverent: Tertium, an teſtes ipſi ſe obtulerint ad Reum purgandum. Quæ omnia quodam inſtructionũ capite pleniùs cauta ſunt.

27 Poſt hæc, teſtes omnes convocantur in auditorium Inquiſitorum, & Reus ad tribunal ducitur, & ab Inquiſitoribus interrogatur, an homines illos cognoſcat, & an illi ſint, quos ipſe in teſtes purgatores nominavit; qui reſpondere ſolet, ſe illos cognoſcere, & eoſdem eſſe, quos nominavit. Fiunt autem hæc omnia coràm Inquiſitoribus ſolis, ac tabellione, ſeù Notario, qui literis mandare ſingula debet; nec alius quiſpiam præſens eſſe huic purgationi permittendus eſt *(a)* ne ipſe quidem Vicarius Epiſcopi ordinarii, ut quadam Epiſtola Senatus Sanctæ Inquiſitionis continetur; a ſententia verò purgationis excludi non poteſt Ordinarius, aut ejus Vicarius, ut dixi titulo de abjuratione. *Confert cap. 1. 15. quaſt. 1.*

28 Deindè, Inquiſitor ad expurgatores converſus, talia dicere ſolet: *Scitote fratres, quòd Achacius reus de hoc, & illo crimine accuſatus, & ſuſpectus eſt; quamobrem ab ea ſuſpicione ſe purgare tenetur, & vos nominati eſtis in teſtes innocentiæ ſuæ. Tu verò, Achaci, per Deum, & Sacroſancta Evangelia reſponde, an ea crimina commiſeris*; & ſtatim Reus coram illis jurat, ſe nihil eorum dixiſſe, aut feciſſe. Deindè Reus abire jubetur, & Inquiſitor interrogat purgatores, an ea omnia probè intellexerint; qui reſpondent ſe intellexiſſe. Mox teſtes omnes ſecedunt; & ſingulis ſeorſum vocatis, & ab eis ſolemni juramento exacto, quærit Inquiſitor, an credant, Achajum juraſſe verùm, vel falſum; & quidquid reſponderint, à Notario fidelitèr ſcribendum eſt. Hactenus de ritu purgationis canonicæ.

29 Ori-

19 Origo autem hujus purgationis in Sacris literis eſt, ut Alex. Theologus ait. Cap. 22. Nàm in Exodo, ſuſpectus de furto jurare tenebatur; quòd non extenderit manum Cap. 21. in rem proximi ſui. Et in Deuteronomio, majores natu Civitatis ſuſpectæ de homicidio, purgabant illam dicentes: *Manus noſtra non effuderunt ſanguinem hunc, nec oculi viderũt; propitius eſto populo tuo Iſrael, quem redemiſti Domine, & ne reputes ſanguinem innocẽtem in medio populi tui Iſrael:* quò peracto auferebatur ab eis reatus ſanguinis. Quòd ſi homicidii, & furti ſuſpicio lege Divina purganda erat; quantò id magis fieri oportet, in hæreſis, & impietatis ſuſpicione? *Exod.* 22. *Deutero.* 21. *Alex. Aleſ. p. 3. q. 45. memb.* 3.

30 Illud quoq; obſervandum eſt, quòd juramentum a ſuſpecto de veritate dicenda præſtari debet; à teſtibus verò de credulitate; Nec enim aliud ab eis quærendum eſt, quàm quod ſupra diximus, ſcilicèt, an credant, Reum juraſſe verum, vel falſum, neque præterea quicquam; ſicuti quodam inſtructionũ capite cavetur. Ubi & illud Inquiſitoribus præcipitur, ut ne legant coram expurgatoribus teſtimonia, quæ contra Reum dicta, & ſcripta ſunt; ne illi ab expurgatione deterreantur: *c. quoties 2. qu. 5. c. quoties de purgat. canoni. quinta inſtruct. Hiſpal. cap.* 8.

31 Ad poſtremùm admonemus iterum, atque iterum Judices, ut ne temerè, aut facile quiſpiam ad purgationem canonicam ab eis condemnetur; Eſt enim purgatio hæc fragilis, & periculoſa, cæca, & fallax; quippè cum res, fama, & vita Reorum, ab opinione, arbitrio, & credulitate teſtium expurgatorũ pendeat. Accedit eodem, quòd ità ſunt jam corrupti omnes ferè hominum mores, ita Chriſtiana charitas refrixit, ut vix inveniri queat, qui alterum purgare velit; & qui non de quibuſvis facilè ſiniſtram ſuſpicionem habeat; & qui res dubias in deteriorem partem non interpretetur. Quid? quòd, ut ſuccumbat Reus, ſat eſt, quòd teſtes reſpõdeant, ſe neſcire, vel dubitare, utrum ille verum, vel falſum juraverit. Quis autem anceps nõ erit, qui ſciat, neminem ad purgationem eſſe damnandum, qui vehementèr ſuſpectus non fuerit? Mea igitur ſententia illi tantùm ſe purgare cogendi ſunt, quorum fama populo Chriſtiano valdè neceſſaria eſt, Epiſcopi ſcilicèt, Sacerdotes, Prædicatores, & id genus alii, *c. Presbyter* 82. *diſt. c. presbyter ſi à plebe. c. ſi mala fama* 2. *q.* 4.

ANNOTATIONES.

1 Purgationis Canonicæ.

De purgatione canonica, vide *c. inter ſollicitudines eod. tit. & DD. ibidem.* Vide *Gondiſalu. de hæret. quæſt.* 15. *num.* 11. *Campeg. ad Zanchin. cap.* 11. *Pegnam in addit. ad Eymeric.* 2. *p. Direct. comment.* 14. *verſ. cum propter. ad c. inter ſolicit. & part.* 3. *comment.* 38. *verſ. & quæ. Locat. & Auctor. Lucernæ Verbo purgatio. Martin. Del Rio lib.* 4. *Diſquiſit. Magic. cap.* 4. *quæſt.* 3. *rub. de purgat. Canonic. Decian. tract. Criminal. lib.* 5. *cap.* 48. *nu.* 17. *Delbene de offic. S. Inquiſit. & hær. part.* 1. *dubit.* 171. *petit.* 8. *num.* 1. *& ſequen.* Sed nota quòd hodie Purgatio Canonica etiam in hæreſeos crimine, ex praxi ſupremi Tribunalis totius Chriſtianæ Reipublicæ Inquiſitionis penè receſſit ab Aula, & rariſſime, immò quaſi nunquam in praxi ponitur, *Carena in Annot. ad quæſt. Fulcod. qu.* 12. *nu.* 6.

3 (*a*) Purgatio autem Canonica &c.

Purgationem Canonicam *Infamiæ, ſeu ſuſpicionis deletionem, & Innocentiæ detectionem per modos à Canonico Iure inductos*, definitam quoque lege apud *Decian. tract. Criminal. lib.* 5. *cap.* 48. *nu.* 1. ubi etiam ejus Ethymologiam reperies.

4 Suſpectus de hæreſi &c.

Hæc Simancæ Doctrina nedum *ex c. excommunicamus* 1. *§. qui autem de hæret.* deducitur; ſed ex Conſtitutionibus Innocentii IV. *Noverit Univerſitas*, Martini V. *Inter cunctas*, & Friderici Imperatoris *Catharos*, quoq; comprobatur. Has omnes vide relatas à *Pegna poſt Direct. fol. mihi* 17. 69. *&* 15., & nota quòd ſi is, qui ſe purgare recuſat, Clericus ſit, ab officio, & beneficio privatur. *c. inter ſolicit. de purgat. Canon. Lopez in alleg. hæreſ. §.* 1.

5 Neq; tantùm privati homines &c.

Nota ex hac Doctrina, quòd nullus ex Romanis Pontificibus, cum de aliquo infamatur crimine, tenetur vi coactiva ſe purgare, benè autem vi directiva, hoc eſt, ut propria innocentia per voluntariam purgationem patefacta, & ſcandali occaſione remota, ſubditis bonum, ut par eſt, exemplum præbeat.

6 Cœterum purgatio Canonica &c.

Collige paritèr ex his, quæ tradit Simanc: quòd ſicuti publica Infamia ſufficit ad indicendam alicui canonicam purgationem; multò magis ſufficiens erit ad inquirendum, & procedendum contra aliquem in hæreſeos crimine. Vide *Param. de orig. S. Inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 4. *nu.* 26. ubi docet quòd Infamia, nedum eſt ſufficiens ad purgationem, ſed etiam ad abjurationem, ſi cum aliis adminiculis conjungatur.

9 Purgatorum quoq; numerus &c.

Quod numerus 14. Purgatorum definitus in *c. inter ſolicitudines*, non ſit univerſaliter intelligendus, itàut neceſſe ſit omni Purgando intereſſe 14. Purgatores, habetur ex hac Simancæ Doctrina, & ex his,

ex his, quæ tradit *Pegna in addit. ad Eymeric. 2. p. Direct. comment. 14. verſ. & ſervantes.*

10 Purgatores autem &c.
Quos Cicero Laudatores vocat, ii teſtes de Vita, & moribus eſſe creduntur, ut hic etiam inſinuare videtur Simanc.

12 Cœterum Purgationis Remediũ &c.
Incertitudo, fallàcia, & periculum hujus remedii potiſſimùm in cauſa fuit, ut paulatim ab aula receederet. Vide *Farinac. de hæreſ. quæſt. 194. §. 3. num. 64.*

14 Cum ergò &c.
Quæ hic docet Simanc., faciunt pro ſententia illorum, qui aſſerunt abſq; ulla diſtinctione deficientem in Purgatione, eſſe pœna ordinaria, ac ſi convictus foret, mulctandum; nàm ſublato Inquiſitionis Iudicio, quod remanet, eſt Accuſationis, ubi etiam DD. qui cum tali diſtinctione procedunt, hanc deficienti pœnam imponunt. Vide *Farinac. loc. ſupercit. num.* 51. ubi tamen *nu.* 54. concludit ſibi placere quòd tantùm ſit, ut convictus, ordinaria pœna plectendus qui defecit in purgatione Canonica, ſeù purgari recuſat ex malitia, non autem qui hoc facit ex quadam negligentia, ſivè deſidia; Hunc enim docet pœnam Hæreticorum evadere, niſi hac de cauſa excommunicatus, in excommunicationem per annum perſtiterit.

24 Neque obſtant &c.
Pulcherrima obſervatio de Senonenſi Decano, quam ſuper *c. inter ſollicitudines* videtur obſervaſſe quoq; *Panormit.* idcirco non omittenda. Quid ſit faciendum in praxi. Vide *Pegnam loco ſupra cit. verſ. cæterum in hac cauſa.*

27 (*a*) **Nec ipſe quidem Vicarius Epiſcopi.**
Purgationis Canonicæ Inditionem poſſe fieri à ſolo Inquiſitore ſinè Ordinario, ſivè ejus Vicario de juris ſtricta ratione verum quoque cenſet *Pegna*; aſt in praxi contrarium ponendum docet. Hunc vide *in addit. ad Eymeric. 3. p. Direct. comment. 38. verſ. & in Hiſpania.*

De Relapſis. Titulus LVII.

SUMMARIUM.

1 *Relapſi qui dicantur.*
2 *Relapſus dupliciter quiſpiam dici poteſt.*
3 *Relapſus ſecundo modo is eſt, qui poſt abjurationem in eaſdem hæreſes incidit.*
4 *Relapſi qui ſint.*
5 *Relapſus an ſit ille, qui poſt abjuratas hæreſes, de quibus vehementèr ſuſpectus erat, cùm hæreticis communicat.*
6 *Relapſus an judicandus ſit ille, qui poſt abjuratam aliquam hæreſim planè probatam communicavit cum iis, qui alias diverſas hæreſes ſequebantur.*
7 *Lex pœnalis non debet extendi ad eum caſum, in quo non eadem ratio prorsùs invenitur.*
8 *Relapſus an ſit, qui poſtquam detruſus eſt in perpetuum carcerem, aufugerit.*
9 *Relapſus cenſendus eſt, qui iterum Demones invocat, poſtquàm ob vehementem de ea re ſuſpicionem abjuraverat.*
10 *Relapſi pœna.*
11 *Relapſis veniam non eſſe concedendam ex Gratiani verbis deducitur.*
12 *Peccata in Deum graviùs punire debemus, quàm quæ in nos committuntur.*
13 *Hæreticis, etiamſi millies in hæreſes labantur, parcendum eſſe, quidam hæretici contendunt.*
14 *Hæreticis relapſis parcendum non eſſe probatur.*
15 *Relapſis pœnitentibus, quæ bona concedat Catholica Eccleſia, & quæ auferat.*
16 *Relapſis pœnitentibus cur unctio extrema denegetur.*
17 *Relapſis verò pœnitentibus concedendam eſſe Eccleſiaſticam ſepulturam, teſtatur Alfonſus Caſtrenſis.*
18 *Relapſis hæreticis interdum veniam concedi poſſe, ſunt qui aſſerant.*
19 *Relapſus nullus judicari poteſt, niſi bis fuerit convictus de hæreſi.*
20 *Convictus propriè dici non poteſt, qui ſponte crimen confeſſus eſt.*
21 *Relapſus hæreticus, etiamſi ſe ipſum accuſet, & veniam priùs petat à judicibus, quàm accuſetur ab aliis, puniendus eſt ut relapſus.*
22 *Relapſis hæreticis cur non parcitur.*
23 *Relapſus audiendus eſt, cum de ejus ſcelere non conſtat.*

De Relapſis.

1 HÆretici Relapſi dicuntur, qui in eandem hæreſim iterum inciderunt. Quidam autem ſunt Relapſi manifeſti, alii præſumpti; manifeſti ſunt ii, de quorum primò, & ſecundo lapſu legitimis probationibus manifeſtè conſtat; præſumpti Relapſi ſunt, quorum duplex lapſus non planè probatur; ſed tamen vjolenta Juris præſumptione Relapſi eſſe cenſentur.

2 Præterea dupliciter quiſpiam Relapſus dici poterit; & plurimum refert, an hoc, vel illo modo Relapſus ſit; Eſt enim aliquis Relapſus, & tamen ad pœnitentiam admittitur, ſunt & alii Relapſi, quibus ignoſci non poteſt. Priori modo Relapſi dicuntur, qui in eundem errorem iterum, atque iterum labuntur, nulla pœnitentia ſolemni interveniente; nàm ſi quis per longum tempus eiſdem hæreſibus inhæreret, aut in eaſdem ſæpiſſimè incideret, antequam ſolemnitèr illas abjuraret, is, & ſi verè relapſus ſit, puniri tamen non debet, tanquàm pertinax, & inſanabilis, ſi modo veram pœnitentiam agere ſit paratus.

3 Altero modo relapſus dicitur is, qui poſt abjuratas hæreſes, iterum in eas incidiſſe convincitur; qui, quamvis brevi tẽpore fuerit hæreticus, poſt abjurationem tamen iterum errans in fide, condemnandus eſt ſine ſpe veniæ. Ille igitur Pontificio Jure relapſus hæreticus eſt, qui poſt ſolemnem abjurationem relapſus fuerit; non autem is; qui ante àbjurationem ſæpiſſimè lapſus eſt. *c. accuſatus. c. ſuper eo. de hæreti. lib. 6. Petr. Anchar. in eod. c. accuſatus. nu. 2. Petr. de Palud. in lib. 4. ſenten. diſtin. 13. qu. 3. concluſ. 5. Guido Carmelit. in ſum. de hæreſ. cap. 10. Alfonſ. Caſtren. lib. 2. de juſt. hæret. pu. cap.* 2.

4 Hæreticus quoque Relapſus dicitur, qui propter vehementem ſuſpicionem hęreſim aliquam abjuravit; & poſtea in eandem incidiſſe convictus fuerit. Et is item relapſus eſt, qui propter aliquam hæreſim coactus fuit ſimplicitèr, aut generalitèr abjurare, & poſt abjurationem in quamlibet aliam hæreſim relapſus eſt. Poſtremò, Relapſus hæreticus cenſetur, qui poſt abjuratas hæreſes, hæreticos alloquitur, viſitat, ſequitur, aut eis munera mittit, & illis favet, atque communicat, itaut excuſari non queat, quin ex approbati erroris conſequentia id feciſſe intelligatur. *c. accuſatus in prin. & §. 1. & §. ille quoque de hæretic. lib. 6.*

5 Ex his quæſtio exoritur, an is, qui propter vehementem ſuſpicionem abjuravit hæreſim, & poſt hoc hæreticis communicat, eo ipſo Relapſus hęreticus ſit. Quod quidem prima fronte Alexandri IV. decreto conſtitutum eſſe videtur; ſed contraria ſententia vera eſt; nàm, ut Alfonſ. Caſtrus rectè obſervavit, in illa conſtitutione Alexandri requiritur, ut ſaltem ſemel de hęreſi Relapſi planè in judicio conſtet; in ſpecie verò propoſita, nunquàm de uno, aut altero lapſu plena fides Judicibus facta eſt. Relinquitur ergo, ut ſolis pręſumptionibus nemo tanquàm relapſus condemnari poſſit. *c. accuſatus. §. ille quoque de hæret. lib. 6.* & illic *Domi. c. literas de præſumpt. Alfonſ. lib. 2. de juſta. hæreti. punit. cap. 2.*

6 Hinc affinis illa quæſtio eſt, an is, qui abjuravit aliquam hæreſim planè in judicio probatam, & poſteà communicavit hæreticis, qui alias diverſas hæreſes ſequebantur, judicari debeat eſſe Relapſus. Alfonſus Caſtrus negat, talem hominem eſſe relapſum; quia in ea ſpecie ceſſat ratio conſtitutionis ſupra memoratæ; non enim cenſetur ille priſtinam hæreſim hoc ipſó approbaſſe; tametſi de aliis hæreſibus novam dederit ſuſpicionem; Igitur legis ratione ceſſante, legis pœna locum habere non debet. *c. accuſatus. §. ille quoque de hæret. lib. 6. c. cum ceſſante. de accuſ. Alfonſ. Caſtr. ſupra. di. cap. 2.*

7 Sed quamvis hæc ſententia ſubtili diſputatione fortaſsè ſubverti poſſit, tùm, quia omnes hęreſes connexę ſunt invicem, & colligatæ; tùm etiã, quia ſemper omnés hæreſés abjurari ſolent. Nihilominùs tamen veriùs hoc, & benignius eſt, ne lex pœnalis extendatur ad eum caſum, in quo non eadem ratio prorsùs invenitur. *l. cum quidam de lib. & poſthu. Bart.* & cœteri *in l. ſi conſtante, & in l. ſi verò. §. de viro ſoluto matrimonio.*

8 Sunt præterea qui putant, eum quoque Relapſum hæreticum eſſe, qui poſt quam abjuravit, ac detruſus eſt in perpetuum carcerem, ex vinculis, & cuſtodia fugerit; quia de priori lapſu cōvictus fuit, ac de altero lapſu dedit vehementem ſuſpicionem. Cœterum, quia non ſufficit ſuſpicio vehemens, ut quiſpiam dicatur eſſe Relapſus, nec fuga Relapſum facit, ſed Impœnitentem, ut alibi oſtendimus; Iſtorum opinio refellenda, & explodenda eſt. *Abb. in c. cum non ab homine. de judi. Alfon. lib. 2. de juſt. hæret. pu. cap. 2.*

9 Ad hæc is, qui dæmones invocabat, & propter hæreſim, aut vehementem ſuſpicionem coactus fuit ſolemnitèr abjurare; ac deindè iterum dæmones invocaſſe convincitur, puniri poterit tanquam Relapſus. *Lapus, Archi. Domi. & Philip. Fran. in c. accuſatus. §. ſane de hæret. lib. 6. confert ratio textus in §. ille quoq; ejuſdem cap.*

10 Pœna autem hæretici Relapſi eſt, ut ſine ſpe venię Judici Seculari relinquatur, animadverſione juſta puniendus; ſemel enim tantùm hæreticis pœnitentibus parcitur; quod Jure Pontificio cavetur; & ante multa ſecula Divin. Plato idipſum prudentèr conſtituit. Is enim lib. 10. de legibus ſanxit, ut impii pro priori lapſu ad carcerem damnarentur; Si verò rursùs impietatis crimine condemnati eſſent, morte ſine venia plecterentur. *c. ad abolendam de hæret. c. ſuper eo. eod. tit. lib. 6. Plato* 10. *de legib. prope finem.*

11 Accedit eodem id, quod Gratianus & imperii ejus ſocii conſtituerunt his verbis: *Remiſſionem veniæ crimina, niſi ſemel commiſſa non habeant; nec in eos liberalitatis Auguſta referatur humanitas, qui impunitatem veteris admiſſi, non emendationi potiùs, quàm conſuetudini deputarunt. Sic etiã durius puniri debent, qui bis, aut ſæpius vim faciunt, quàm qui ſemel, & qui ſervos fugitivos ſæpè celaverint, & qui in eiſdem criminibus perſeverant:* quod multis quoq; legibus frequentiſſimè conſtitutum eſt. *l. 3. C. de Epiſ. audien. l. ſervos. C. ad l. Jul. de vi. publi. l. quicunque de ſervu. fugit. l. 1. C. de ſuperexactio. lib. 10. Lucas de Pen. in ulti. de commeat. lib. 12. Ludovi. Rom. conſ. 236. Felin. in c. cum contingat. de for. comp. & in c. atſi Cleric. §. de adulteriis de judi. Hippoly. in l. Maritus de quæſtio. Alciat. in c. cum non ab homine de judic. Caſa. in conſ. Burgund. rubr. 1. §. quinto.*

12 Quæ omnia cum juſtiſſimè conſtituta ſint in his criminibus puniendis, quæ adversùs homines perpetrantur; quantò rectius exequenda ſunt in eos, qui Majeſtatem Divinam lædunt? Ut enim Leo Magnus in ſermone de martyribus inquit: *aliud eſt in Deum peccare, aliud in hominem; Quando enim in nos peccant homines, ſi pœnitentibus veniam non indulgeamus, peccatum incurrimus; quando autem aliqui in Deum peccaverint, ſi ſine diſtrictione grandi indulgere voluerimus, participes nos in eorum peccatis efficimus.*

13 Hæc cum ita ſint, quidam tamen hæretici, qui vellent errare impunè, futiliſſima ratione ajunt, parcendum hæreticis eſſe, tametſi ſæpe ſæpiùs in hæreſes quaslibet relabantur; quia Eccleſia Catholica nemini ad ſe redeunti gremium claudit. *Matth.* 18. *& Ezechi.* 18. *&* 33. *Cyprianus ſermone de Cœna Domini prope finem.* *Hæreticorũ argumentum.*

14 Verùm huic argumento facilè reſpondetur; quòd longe alia ratio eſt fori pœnitentiæ, quàm fori exterioris; in illo enim ſemper locus eſt pœnitentiæ, ac hæreticis etiam Relapſis abſolutio ſalutaris non denegatur; in hoc verò hæretici Relapſi Curiæ Seculari relinquuntur. *c. ſuper eo. de hæret. lib. 6. c. de his de accuſa.* & illic *Feli.* & cœteri. *Reſponſio.*

15 Nàm bonũ ſpirituale Relapſis pœnitentibus Eccleſia ſemper impartit, bona verò temporalia, ideſt vitam, famam, & cœtera bona jure, ac merito adimit. Ut enim Theologi magno cōſenſu ajunt: *Spirituale bonum quibuslibet etiam perditiſſimis ſemper velle tenemur, temporale autem bonum ex officio charitatis non tenemur velle hominibus, niſi in ordine ad ſalutem æternam eorum, & aliorum.* Quamobrem ſi tale bonum impedit felicitatem æternam alicujus, aut multorum; velle potiùs tenemur, ut quilibet illo careat, quàm ut aliud habens, ſibi & cœteris noceat; quia ſalus æterna præferenda eſt bono temporali, & multorum bonum, bono unius. Jure igitur Catholica Eccleſia hæreticis Relapſis non parcit; quia Rempublicam facilè inficere poſſunt, & quia ſignum evidens dederunt inconſtantiæ ſuæ adverſus fidem Orthodoxam. *Thom. 2. 2. q. 11. art. ult. Ricar. in lib. 4. ſent. diſt. 3. art. 5.* & ibidem *Gabri. quæſt. 2.*

16 Re-

16 Relinquitur ergo Curiæ Seculari Relapſus animadverſione debita puniendus, ſed illi verè ad Eccleſiam, Deumque converſo, non denegantur Sacramenta Pœnitentiæ,& Euchariſtiæ; Unctio tamen extrema non dabitur ei, quia illis tantùm dari debet, qui morbo aliquo fatigati in extremo vitæ diſcrimine poſiti ſunt. Huc accedit, quòd iſtis ad mortem damnatis non poteſt prodeſſe unctio extrema ad ſalutem corporis, qui eſt alter effectus hujus Sacramenti. *Jacob. 5. cap. 1. de Sacra unctio. c. quæſitum 13. quæ. 2. Tho. Petr. de Palu. Almain.* & pleriq; alii *in lib. 4. ſent. diſt. 23. c. ſuper eo. de hæret. lib. 6.* & illic *Joan. And. Domini. & Philip. Fran.*

17 Hoc ampliùs Alfonſ. Caſtren. ait: Hæreticis Relapſis verè pœnitentibus cōcedendam eſſe Eccleſiaſticam ſepulturam, perindè ac cœteris Catholicis omnibus. Quod quidem à Jure, & conſuetudine longè eſt averſum; illorum enim corpora igni comburenda ſunt. Hoc tamen cum eis mitius agitur,quàm cum pertinacibus, & impœnitentibus, quod hi vivi in ignem mittuntur; illi verò antè ignem ſtrangulari ſolent, quod & humanius eſt, & ad pœnitentiam ducit. *Alfonſ. lib. 2. de juſt. hære. punit. cap. 2. c. ſuper eo de hæreticis lib. 6.*

18 Sunt autem, qui putant, Relapſis hæreticis interdum veniam concedi poſſe; nimirum, cum quiſpiam verè Relapſus, nec dum accuſatus, nec teſtibus ullis convictus ſecretò Inquiſitoribus ſe deferens, & ſponte ſuos errores confeſſus, flebilis miſericordiam petit, paratus quamcunque pœnitentiam ſubire; tali Relapſo, ajunt, injuncta gravi pœnitentia, mortis pœnā condonari poſſe; quia Relapſi præſumi ſolent fictè converſi; Tametſi autem horum ſententia nullo jure probari videatur; magna tamen æquitate fortaſsè defendi poteſt. Quid? quod neque is incorrigibilis eſt, qui ſpontè crimen fatetur, & veniam errati ſupplex puro corde precatur; neque pœna ordinaria puniri debet, qui occultum crimen fatetur, ut alibi diximus. *Joan. Lup. Senior apud Montal. in l. regia 1. tit. 36. par. 7. Alber. liber. de agno. aſſertio. Catho. quæſt. 25. num. 25.*

19 Accedit eòdem quod Alfonſ. Caſtren. inquit, Hominem illum non eſſe verè Relapſum, qui poſt abjuratam hæreſim lapſus eſt in eandem; ſi modo ſponte ſua, & ex vera peccati cognitione, ad Inquiſitores accedens, & crimen confitens, veniam petat; Quia nullus judicari poteſt Relapſus,niſi bis fuerit convictus de hæreſi; at ille, qui ſponte ſua crimen fatetur, non eſt dicendus ſecundò convictus; non poteſt ergo dici Relapſus. Quò fit, ùt neceſſariò ſit ad veniam admittendus, quia non eſt incorrigibilis. Hæc ille *lib. 2. de juſt. hæret. puni. cap. 2.*

20 Hæc Alfonſi ſententia conveſtiri poteſt argumentis paulò ante commemoratis, & præterea fulcitur doctrina quadam communitèr à Juriſperitis recepta, qua vulgo ajunt, cōfeſſum à convicto differre, neque propriè convictum dici, qui ſpontè crimen confeſſus eſt. Undè illud etiā frequentiſſimè traditur, mitius agendum eſſe cum ſponte confeſſo, quàm cum convicto. *Interpretes omnes in c. atſi Clerici de judic. & in c. de hoc de Simo.* & alibi ſæpè.

21 Tametſi autem hoc æquius, & benignius ſit; ſi quis tamen ſummo jure quæſtionem hanc excutere velit, profectò multis juribus, magniſque rationibus non deficietur. Principio enim is, de quo agimus, forma, & materia, re ipſa, & jure ipſo, manifeſtè Relapſus eſt; qui ergo fieri poteſt, ut is non ſit cenſendus Relapſus, quem verè conſtat eſſe Relapſum? Deindè probatio alterius lapſus nihil commune habet cum crimine hominis Relapſi: Quamobrem æquè Relapſus habendus eſt is, cujus poſterior error, hoc, vel illo modo judicibus manifeſtus fuerit. Ad hæc, longè majorem vim habet confeſſio ſponte facta, quam cœteræ omnes probationes, ut alibi dixi. Præterea Reus convictus quoque verè appellatur, qui propria confeſſione vincitur. Quòd ſi nonnunquam Relapſus eſſe præſumitur qui de hæreſi vehementèr ſuſpectus eſt; quantò magis Relapſus erit judicandus qui manifeſtam hæreſim judicibus confeſſus fuerit? *l. qui ſententiam C. de pœn. c. accuſatus. §. ille quoque de hære. lib. 6.*

22 Accedit etiam, quòd confeſſus nomine tantùm diſtat à convicto, re enim ipſa idem omninò ſunt; nec enim alia pœna confeſſus, alia convictus puniri debet; ſed eadem uterque coercendus eſt,præſertim cum pœna certa legibus præfinita eſt; *Nomine tenus dumtaxat differūt Confeſſus, & convictus.*

quòd rectè Philipp. Decius obſervavit. Nec illa ſola ratio eſt, qua hæreticis Relapſis non parcitur, quòd cenſeantur incorrigibiles, ſed etiam aliæ; quia graviſſimè peccarunt ſemel, & iterùm contra Deum, & Eccleſiam; & quia nulla ſpes eſt conſtantiæ illorum; poſtremò, quia Reipublicæ intereſt, ne talia crimina ſint impunita; Una ergo ratione ex pluribus ceſſante, non ceſſat lex, quæ omnibus illis innititur. Quas ob res, niſi ſententia illa benigna interpretatione juvetur, opinio hæc ſtricto jure potior erit; non enim Judex hæretico relapſo pœnam condonare valet, qui legum cuſtos, & miniſter eſt, non Dominus. *Facti quidem quæſtio*, ut Marcellus jure conſultus inquit, *in arbitrio judicantis eſt; pœna verò perſecutio non ejus voluntati mandatur, ſed legis auctoritati reſervatur.* Et ut Lactantius Firmi. lib. de ira Dei ſcribit: *Judex peccati veniam dare non poteſt, quia voluntati ſervit alienæ. Decius in c. at ſi Clerici de judi. §. affinitatis inſtitut. de nuptiis. l. 1. ad Turpil. Lactantius de ira Dei cap. 19.*

23 Ad poſtremùm, prætereundum non eſt, quòd, & ſi Relapſo planè convicto denegetur omnis audientia, is tamen, qui nondum conſtat eſſe Relapſum, audiendus omninò eſt; ſuam enim innocentiam fortaſsè probare poterit, ac perſpicuè Judicibus perſuadere, ſe nunquam fuiſſe relapſum; quod quidem juſtum, & in confeſſo eſt. *c. ſuper eo de hæretic. lib. 6. Gonſal. de heret. pravit. quæſtio* 11. *glo. in c. cupientes. §. quòd ſi per viginti de elect. lib. 6.*

ANNOTATIONES.

1 Hæretici Relapſi &c.

Quinam propriè dicendi ſint Hæretici Relapſi, vide apud *Eymeric. 2 part. Direct. quæſt.* 58. *nu.* 1. *ubi Pegna comment.* 83. & nota nullum eſſe Doctorem, qui de Hæreticis ſcribens, de Relapſis quoque non agat. Plures ibidem apud *Pegnam verſ. Non qui* enumeratos invenies.

3 Altero modo &c.

Hi verè ſunt Relapſi, quorum pœnitentia non accipitur; ſed Hæreticorum pœnis puniuntur. *Ancharan. de hæretic. lib.* 6.

5 Ex his quæſtio oritur.

Nota quòd, ſi poſt abjurationem de vehementi, conſtaret planè de hæreſi, de qua antè abjurationem erat ſolùm ſuſpicio vehemens; hæc Doctrina nequaquam procederet; In tali enim caſu Reus hujuſmodi pro vero Relapſo eſſet habendus, & Relapſorum pœnis puniendus. *Eymeric. loc. nuperrit. nu.* 3. *ubi Pegna verſ. Altera eſt illius.* Ratio eſt, quia tunc ſemel in Judicio de Relapſi hæreſi conſtat.

7 Sed quàm vis hæc ſententia.

Arbitror hanc ſententiam Simancæ, eſſe, ut ipſe fatetur, benigniorem; aſt propter rationes validiſſimas, quibus contraria fulcitur, non eſt adeò certa, ut ambigi de ipſa non liceat; ſicuti non modicè dubitandum ſcripſit quoque *Farinac. de hæreſi, quæſt.* 195. *§.* 3. *nu.* 35.

8 Sunt præterea &c.

Vide ſupra *Tit.* 16. *de cuſtodia Reorum num.* 25. & ibi notata, iterumque nota Doctrinam hanc procedere quoque in iis, qui pœnitentias ſibi impoſitas non adimplent, etiamſi cum juramento ſub Relapſorum pœnis ſoſtinendis ſe illas adimpleturos obligaſſent. *Caſtropal. tract. 4. de pœnis temp. hæretic. diſput. 6. punct. 3. num.* 5.

9 Ad hæc is &c.

Intelligenda eſt hæc doctrina, quoties Dæmonum invocatio eſt cum mentis errore, quando ſcilicèt Invocans credit Dæmones propria poteſtate, & virtute poſſe facere id, ad quod invocantur, & quoties ſapit hæreſim manifeſtam. Vide *Squillacen. de fid. Cathol. cap.* 10. *num* 1.

10 Pœna autem hæretici Relapſi &c.

Rationem, cur Eccleſia bis hæreticis pœnitentibus haud parcat, vide expreſſam *in Norbonenſi Concilio cap.* 12. quæ eſt; quia ſuffiat tales per falſam converſionem ſemel Eccleſiam decepiſſe. Caſus verò, in quibus Hæreticis etiam in primo lapſu non parcitur, lege in Conſtit. Pauli IV. incipient. *Cum quorundam Hominum* editam Anno 1555. Hanc habet *Pegna poſt Direct. inter Apoſtolic. liter. fol. mihi* 121.

16 Relinquitur verò &c.

Benè hic dicit Simanc. *Illi verè ad Eccleſiam, Deique converſo*; nàm hæc Sacramenta ei nunquam ſunt danda, niſi magna, & manifeſta converſionis ſigna in illo appareant. *Pegna in addit. ad Eymeric. 2. part. Direct. comment.* 147. *verſ. verumtamen.*

17 Hoc ampliùs &c.

Ratio, cur Relapſi, etiam Pœnitentes, Eccleſiaſtica ſoleant carere ſepultura, forſitan eſt, quia licèt illos pœniteat, & ſacra Exomologeſi expiati, divina quoque Sinaxi reficiantur; attamen Eccleſiæ reincorporati propriè non dicuntur. Vide quid ſuper hoc tradit *Io. Monac., & Geminia. in c. accuſatus. §. ſi verò nu.* 5. *de hæretic. lib.* 6.

18 Sunt autem &c.

Nota quòd admiſſa etiam pro vera horum Doctorum ſententia; nunquam tamen in praxim eſt ponenda, niſi clariſſimè conſtet hujuſmodi Reos ad S. Tribunal comparuiſſe, non probationum timore, ſed criminis iterum commiſſi dolore, qui ſit ad pœnitentiam; & etiam tunc priùs conſulendi ſunt Almæ Vrbis Eccleſiæ Inquiſitores, & ab eorum Oraculo expectanda reſponſio. *P. Maſſin. in praxi S. Off. par.* 9. *num.* 8. *primæ impreſſ. apud Caren. de S. Offi. part.* 2. *tit.* 18. *de ſpont. compar. §.* 2. *num.* 14.

De

De Schiſmaticis Titulus LVIII.

SUMMARIUM.

1 *Schiſma quid ſignificet.*
2 *Schiſma ſoror eſt hæreſis.*
3 *Schiſma quàm grave malum ſit.*
4 *Schiſmaticorum tria ſunt genera.*
5 *Schiſmaticorum ſecundum genus.*
6 *Schiſmatici ſecundi generis parum ab hæreticis diſtant.*
7 *Schiſmatici eiſdem ferè pœnis coercentur, quibus hæretici.*
8 *Schiſmaticorum communicationem fugere debent Catholici.*
9 *Schiſmaticorum tertium genus.*
10 *Theodoſii, & Valentiniani lex de Schiſmaticis, & hæreticis à communione Catholicorum expellendis.*
11 *Chriſtus multis in locis nobis præcipit, ut unum ſimus.*
12 *Hæretici recentes non unum ſunt, ſed variis ſectis, & opinionibus ſe addicunt.*
13 *Hæreticorum diſſidia, & variæ opiniones inter ſe.*
14 *Hæreticos quàm æquum ſit punire.*

De Schiſmaticis.

1 SChiſma Græcum nomen eſt, latinè ſciſſuram ſonat; verũ apud Chriſtianos infame nomẽ eſt, ſignificans illicitam diſceſſionem ab Eccleſiæ unitate. Undè Schiſmatici dicuntur qui ab obedientia Pontificis Maximi ſe ipſos iniquè ſeparant, & ab Eccleſiæ Catholicæ unitate diſcedunt. *c. Schiſma 24. qu. 1. Alex. Alеſ. 2. p. q. 182. Tho. 2. 2. quæſt. 39. Joan. Torquem. lib. 4. de Eccl. part. 1. cap. 1.*

Schiſma hæreſis ſoror. 2 Eſt autem Schiſma ſoror hæreſis, nõ qualiſcunq; ſed utrinque conjuncta. Hæ ſanè ſunt ſorores illæ peccatricis Hieruſalem, *Cap. 16.* quarum Propheta Ezechiel meminit, quemadmodum Origenes elegantèr explicat, inter alia dicens: *Ubi ſchiſmata, ibi hæreſes, ibi diſſenſiones; aut enim incomitatum non venit ſchiſma, aut abſq; pejore ſe comite diu non ſubſiſtit.* Et Beatus Hieronymus in Epiſtolam Pauli ad Titum, inter hæreſim, & ſchiſma hoc intereſſe arbitratur, quòd hæreſis perverſum dogma habeat; ſchiſma verò poſt Epiſcopalem diſceſſionem ab Eccleſia pariter ſeparat. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi poteſt diverſum; cęterum nullum ſchiſma non ſibi aliquam hæreſim confingit, ut rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur. *c. inter hæreſim 24. quæſt. 3. Orige. in Ezech. hom. 9.*

3 Schiſma ſummum malum eſt, ſeverius olim ab ipſo Deo punitum, quàm parricidium, & gravius quàm Idololatria, ſicuti docet Optatus Epiſcopus Milevitanus, lib. 1. adverſus Parmenianum. Dathan enim, & Abiron cum ſuis omnibus *Num. 16.* dehiſcens Terra vivos abſorbuit. Chore quoque cum ducentis quinquaginta viris Cæleſtis flamma vindex devoravit. Tantoperè Iſraeli indignatus eſt Dominus, quia ſe diviſerunt à Domo David, & relictis Hieroſolymis, ubi erat Cathedra illa Moſayca, ſeceſſerunt in Samariam, ut demolitus ſit eos, dederitq. in direptionem, ac planè abjecerit à facie ſua; neque enim talis erat ſchiſmatis culpa, ut veniam mereretur. *Mandata eſt Terra fames*, inquit Optatus, *& ſtatim fauces ſuas in populi diviſores aperuit. Intra momenti ſpatium ad eos tranſglutiendos Terra patuit, rapuit, clauſa eſt. Et ne beneficium de mortis compendio conſequi viderentur, dum non eſſent digni vivere, eis neque mori conceſſum eſt; Tartareo carcere ſubito clauſi, ante ſunt ſepulti, quàm mortui.* Prætereo plurima, faſtidii vitandi cauſa, quæ Irænеus, Cyprianus, aliique multi in eandem ſententiam literis commendarunt. *Num. 16. Irenæus lib. 4. adverſus hæreſes cap. 62. Cyprian. tractat. de ſimplici prælat. Joan. Torquem. lib. 4. de Eccleſ. part. 1. cap. 5. Faber in Malleo contra Luther. tract. 6. tex. 8. Albert. Campen. in fine. lib. ulti. de Hierarch. Eccleſiaſt. Conra. Brunus lib. 5. de hæreti. cap. 18.*

4 Schiſmaticorum autem tria ſunt genera. Primum, eorum qui conſumati hæ- *Triplex Schiſmaticorũ Genus.*

retici ſunt, alterum aliorum, qui hæreticis confines ſunt; tertium Orthodoxorũ, qui longè ab hereticis diſtant. Primi ſunt, qui non ſolùm à Summo Pontifice, & ab Eccleſiæ unitate diſcedunt, ſed id etiam licere credunt, vel putantes non eſſe unitatem in Eccleſia Catholica, vel certè credentes non eſſe obediendum Summo Eccleſiæ Paſtori. De his autem nihil attinet plura in præſentia dicere, quia meri hæretici ſunt, & eò quidem cœteris hæreticis deteriores, quò majorem Fidei Catholicæ diviſionem, & unitati Eccleſiaſticæ addunt ſciſſuram, & offenſionem. *Joan. Torquema. lib. 4. de Eccleſ. part. 1. cap. 4. Brun. lib. 1. de haretic. cap. 16. & lib. 1. de ſedit. cap. 3.*

5 Alii ſunt Schiſmatici hæreticis confines, qui nondum in aliquam aliam hæreſim inciderunt, ſed tantummodò ab unitate Eccleſiæ, ac Summi Pontificis obedientia diſcedunt, de quibus loquens D. Hieronymus inquit: *Separant deceptam multitudinem ab Eccleſia Dei, & rudes animas abrumpunt, & dividunt; tamen hoc non faciunt credulitate, qua haereticis deceptos quoſque trucidant, ſed in eadem regula fidei permanentes, dilatare cupiunt terminos ſuos, & nomen gloria in poſteros mittere.* Beatus quoque Auguſtinus contra Fauſtum de eodem ſchiſmate ſcribens ait: *Schiſma eſt, eadem opinantem, ac eodem ritu colentem, quo cœteri, ſolo congregationis delectari diſſidio*, & libro de Fide, & Simbolo; *Schiſmatici diſſenſionibus ſuis à fraterna charitate diſſoluunt, quamvis ea credant, qua credimus.* Quod, & Cyprianus, & alii conſentiunt. *c. denique 7. qu. 1. Hieronym. in epiſto. Amoſ. cap. 1.*

6 Hi autem Schiſmatici parùm ab hæreticis diſtant; nam, & ſi Chriſtianos ſe eſſe mentiantur, re tamen ipſa palam oſtẽdunt, ſe credere, quòd extra Eccleſiam ſit ſalus; quòd Summo Pontifici non eſt parendum; quòd ſcindi poteſt unitas Eccleſiæ, quòd extrà Eccleſiam ſunt vera Sacramenta; & alia præterea multa erronea, hæretica, & impia; quæ quidem omne Schiſma ſequuntur, ut meritò Clemens V. dixerit, *Inveteratum ſchiſma, hæreſim eſſe. Extravag. ad certitudinem de ſentent. excom. c. pudenda. c. ſchiſma 24. qu. 1. Joan. Lup. de jure Navarra par. 5. §. 7.*

7 Hinc eſt quòd Schiſmatici eiſdem ferè pœnis coercendi ſunt, quibus hæretici puniuntur. (*a*) Nam, & ipſo jure ſunt excommunicati, & Eccleſiaſtica poteſtate, atque omni dignitate privantur, & omnia eorum bona publicantur. *c. 2. de Schiſmat. c. de liguribus 23. diſtin. c. didicimus 24. q. 1. cap. 1. de ſchiſma lib. 6. Joan. Bern. in pract. cap. 105.*

8 Præterea, Catholici Schiſmaticorum communicationem diffugere debent; eoſque propter Schiſma juſtè debellare poſſunt, & Judices Eccleſiaſtici, & Seculares eos punire tenentur, tanquam hæreticos, aut certè tanquàm vehementèr ſuſpectos. (*b*) Cœterum, ſi ad Eccleſiæ unitatem puro corde redierint, benignè admittendi ſunt, Schiſmate priùs abjurato. *c. Clericus 24. q. 3. c. quoties 1. q. 7. Alex. Aleſ. 2. par. qu. 182. Joan. Torquema. lib. 4. de Eccleſ. par. 1. cap. 8. & 15. Joan. Lup. de jure Navarra par. 4.*

9 Alii ſunt Schiſmatici, qui nec hæretici ſunt, neque in pœnam aliquam Juris incurrunt, quia juſtam excuſationem habent, & culpa carent. Hi ſunt, qui probabili, aut inſuperabili ignorantia ducti, putant aliquem eſſe Summum Pontificem, qui rectè electus non eſt; quod tunc evenire ſolet, cum propter ambiguam electionem, duo, aut plures de Pontificatu contendunt, & aliqui bona Fide, quendam illorum pro vero Pontifice habent, qui tamen juſtè electus non eſt; Nam, & ſi credere teneamur, verum Petri ſucceſſorem, Eccleſiæ Catholicæ ſupremum Principem eſſe; non tamen tenemur eadem fide credere, hunc, vel illum eſſe verum Petri ſucceſſorem, quando magna probabilitate dubitatur, an ille ſit rectè electus. Neç enim ad Fidem Catholicam pertinent ea, quæ ex dubio facto pendent; ſed quæ ex certo jure naſcuntur. Vide *Gerſonem, tract. de modo habendi ſe tempore ſchiſmatis, & iterum ſermo. de Angel. p. 2. Joan. Torquemada lib. 4. de Eccleſ. par. 1. cap. 14. Franc. Picum lib. de fide, theoremate 17. Alvarum Pelagium lib. 1. de planctu Eccleſia articu. 65. Alfonſ. lib. 1. adverſus hæreſes cap. 9. Jacobatium lib. 7. de concilio art. 1.*

10 Extat in Codice Theodoſiano ſub titulo de his, qui ſuper religione contendunt, lex Theodoſii, & Valenti his ipſis verbis: *Manichaos, hæreticos, ſchiſmaticos, Mathematicos, omnemque ſectam Catholicis inimi-*

inimicam, ab ipſo aſpectu urbis Romæ exterminari præcipimus, ut ne præſentiæ criminoſorum contagione fœdentur. Circa hos autem maximè exercenda commonitio eſt, qui pravis ſuaſionibus à venerabilis Papæ ſeſe communione ſuſpendunt, quorum Schiſmate plebs etiam reliqua vitiatur. His, conventione præmiſſa viginti dierum, cōdonavimus inducias, intra quos, niſi ad communionis redierint unitatem, expulſi uſq; ad centeſimum lapidem, ſolitudine, quam eligunt, macerentur. l. 53.

11 Chriſtus Deus noſter apud Joannē cap. 17. enixè Patrem pro nobis rogat, ut unum ſimus: *Pater ſancte, ſerva eos*, inquit, *in nomine tuo, ut ſint unum, ſicut, & nos*. Et paulo poſt: *Et ego Claritatem, quam tu dediſti mihi, dedi eis, ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus*. Et Paulus Apoſtolus prioris epiſt. ad Corint. cap. 1. *Obſecro autem vos fratres per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata; ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia*; & ad Epheſi. cap. 4. *Obſecro vos, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis cum omni humilitate, & manſuetudine ſoliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis.*

12 Novelli autem hæretici hiſce temporibus, neque unum ſunt, neque Dei claritatem habent, neque permanent in eodem ſenſu, & eadem ſententia, nec ſervant unitatem ſpiritus in vinculo pacis, nec idipſum dicunt omnes; ſed ſunt inter eos ſchiſmata, itaut vel in una domo varias fides invenias, dum aliud maritus, aliud uxor, aliud liberi, aliud credit familia. Fredericus quidē Staphilus triginta quatuor ſectas diſcipulorum Lutheri enumerat, & plures quoque retulit Oſius lib. 1. adverſus Prologomena Brentii, & Lindanus indubitant. Neque dubitari poteſt, quin propè diem innumerabiles alias inventuri, & excitaturi ſint; tàm varii, diverſi, & multiformes ſunt. Quo vel ſolo patet, eos omnes in magna Religionis confuſione verſari, & ſpiritu caliginis agitari.

Hæreticorū confuſio, & diviſio.

13 Tales ſunt omnes hæretici, ut inquit Irænęus lib. 5. *& qui, ſe plus aliquid præter veritatem, invenire putant, variè, & multiformitèr imbecille facientes iter; de eiſdem non ſemper eaſdem ſententias habentes, veluti Cæci à cæcis circumducuntur*. Et Tertul. lib. de præſcrip. *Unde autem extranei, & inimici Apoſtolis hæretici, niſi ex diverſitate doctrinæ, quam unuſquiſque de ſuo arbitrio adverſus Apoſtolos, aut protulit, aut reſpicit?* Et Athanaſius in decretis Synodi Epheſinæ: *Homines duplici animo, & inſtabiles in omnibus viis ſuis, nec eandem habentes ſententiam; ſed nunc in hanc, nunc in illam ſeſe vertentes, & nunc quidem probantes quod dicunt, mox verò vituperantes quod paulò ante laudaverunt.* Et Hilarius lib. 7. de Trini. ait, *hæreticorum eſſe incerta omnia, & vana, invicem diſſidere, non eadem de eiſdem dicere, ſemetipſos arguere, de eiſdem verbis non conſentientes, differentia dicere, in idem tamen blaſphemiæ concurrere propoſitum.* Et Epiphanius lib. 3. *quando aliquos ex illis interrogaveris, omnes ſanè diverſum reſpondent.* Et Auguſtinus in Epiſtolam Joan. tract. 7. *Tollis te ab unitate Orbis, dividis Eccleſiam per ſchiſmata, corpus Chriſti dilanias*, & cœtera in eandem ſententiam.

14 In hos igitur fanaticos impios, qui divina omnia contaminare conantur, inſurgant leges igne ultore. Pellantur Hiſpania peſtiferi hæretici, qui omnem diſciplinam veterem, quam Spiritus Sanctus docuit, quam tot Majorum ætates, tantus Gentium conſenſus, tot præclari, & omni ſanctitatis, atque doctrinæ laude florentes homines tradiderunt, ex vera illa Chriſtianę Reipublicę gubernandę ratione, in perturbationem rerum omnium, & pluſquam Babylonicam confuſionem coniiciunt.

ANNOTATIONES.

1 Schiſma Græcum nomen eſt.

Nota quòd licèt Schiſma ſciſſuram ſonet, non ob id tamen credendum eſt quòd ipſa Eccleſia ſcindatur; ſcinduntur igitur quotquot ab ejus unitate ſeparantur; at ipſa in ſua unitate immobilis perſeverat. *Decian. tract. criminal. lib. 5. cap. 60. nu. 4.*

De hac Schiſmaticorum materia vide *D. Thom.* 2. 2. *quæſt. 39. D. Bonaventur. 4. ſent. diſt. 13. D. Antonin. part. 2. tit. 3. cap. 11. Turrecrem. in ſumma de Eccleſ. lib. 4. p. 1. cap. 1. uſque ad 15. Azor. Inſtit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 20. Alfonſ. Caſtr. adverſus hæreſ. lib. 1. cap. 9.* & alios quam plures, quos citatos leges apud *Farinac. de hæreſi quæſt. 184. §. 1. num. 1.*

3 Schiſma ſummum malum eſt &c.
Nota quòd hæc doctrina de Schiſmatis gravitate, intelligenda non eſt de Schiſmate ſecundum ſui ſpeciem, quaſi peccatum Schiſmatis intrinſecè majorem includat malitiam, quàm Idololatria, Infidelitas, & hæreſis ipſa. Sed eſt interpretanda juxtà circumſtantias: quàmvis enim major malitia ſit in Infidelitate, & Idololatria, quæ opponuntur Deo, quàm in Schiſmate, quod opponitur Eccleſiæ unitati; attamen ex circumſtantiis peccare gravius aliquando poterit Schiſmaticus, quàm Idololatra, ſeù Infidelis, puta vel propter majorem contemptum, vel propter majus periculum &c. *Mariam. Soccin. Rub. de Schiſmatic. nu. 10. & ſequen.* De Schiſmatis atrocitate vide inter alios *Petr. Gregor. ſintagm. Iuris lib. 33. cap. 11. nu. 1. Lopez. in addit. ad Diaz. pract. Criminal. Canon. verbo Schiſmatici cap. 112. verſ. & nota.*

4 Schiſmaticorum autem tria ſunt genera &c.
Quot modis in Iure capiantur Schiſmatici, vide expreſſum doctiſſimè apud *Farinac. loco qui ſupra num. 3.*

5 Alii ſunt Schiſmatici &c.

Nota quòd Schiſma non ſemper intellectus errorem involuit, ut patet in iis, qui Papæ poteſtatem credunt, ſed aliqua moti paſſione ſe ab ejus obedientia ſubtrahunt. Vide *Tolet. lib. 4. de Inſtruct. Sacerd. cap. 11. num. 2.*

7 (*a*) Nàm, & ipſo jure ſunt excommunicati &c.
Intellige quoties eorum Schiſma conjunctam hæreſim habet; ſi enim Schiſma eſt ſine hæreſi; ſecùs dicendum eſt. *Farinac. loco ſupercit. Rub. de Pœna ſchiſmat. num. 59.*

8 (*b*) Cæterùm ad Eccleſiæ unitatē &c.
Nota quòd Schiſmaticus penitens ad Eccleſiæ unitatem, abjuratione præmiſſa, receptus, remanet poſtmodum irregularis, nec ad Eccleſiaſticas dignitates promoveri poteſt, niſi diſpenſetur à Papa cum eo. *Pegna in addit. ad Eymeric. 2. part. direct. comment. 73. quæſt. 48. verſ. cognitu dignum. Cravettæ* reprobata ſententia.

9 Alii ſunt &c.
Diſputatur inter Theologos, an certitudine Fidei, cui nunquam falſum ſubeſſe poteſt, certum ſit hunc numero Pontificem Maximum eſſe verum Pontificem. Verior ſententia eſt, quæ de Summo Pontifice, poſt quàm ab Eccleſia Vniverſali receptus eſt, loquens, affirmat, quam comprobare hic videtur Simanc, dum aſſerens nos eadem fide, qua credimus verum Petri ſucceſſorem Eccleſię Catholicæ Supremum Principem eſſe, credere non teneri hunc, vel illum eſſe verum Petri ſucceſſorem, ſubiicit: *Quando magna probabilitate dubitatur, an ille ſit rectè electus.* poſtquàm enim Summus Pontifex unanimi Eccleſiæ cōſenſu receptus eſt, omnis dubietas de recta eiuſdem electione tollitur. Vide *Caſtropal. tract. 4. de Fide diſput. 1. punct. 5. §. 2. num. 9.*

De Scripturis Divinis. Titul. LIX.

S U M M A R I U M.

1 *SCripturas Divinas veraces credere debet quicunque Catholicus.*
2 *Scripturas Divinas adulterare ſolent impiiſſimi hæretici.*
3 *Libri, quos impii hæretici reiiciunt, pro Sacris habendi ſunt.*
4 *Scripturam Divinam à ſuo tantùm Luthero fuiſſe intellectam, ſceleratiſſimi Lutherani impiiſſimè aſſerunt.*
5 *Scripturam Divinam quilibet de plebe, & idiota interpretari audet apud Lutheranos.*
6 *Lutherani quomodo interpretātur ſcripturas ſacras.*
7 *Hæretici novi ajunt, nihil eſſe credendum, quod in Sacris Scripturis non ſit expreſſum.*
8 *Scripturas Sacras perperam, & obliquè in confirmationem ſuarum hæreſum adducere ſolent hæretici.*
9 *Scriptura verbis paſſim abutuntur hæretici.*
10 *Hæretici, quorum nullus eſt, qui Sacræ pagina teſtimoniis ſuos errores non tueatur, diabolum patrem ſuum in hoc imitantur.*
11 *Diſputādum quomodo ſit cum hæreticis.*
12 *Scriptura Divina intelligentia undè ſumenda.*
13 *Scripturam Sacram in alium ſenſum, quàm ſolet Eccleſia Catholica, interpretari, prohibet Tridentina Synodus.*
14 *Hæretici, cum Evangelicos ſe eſſe glorīētur, Evangelii verba ad confirmanda nefaria dogmata perperam interpretantur.*
15 *Scripta Sacra viri docti, & pii frequenter legere debent.*
16 *Scriptura Sacra verba ad profanas res non eſſe detorquenda, cavetur in quarta Seſſione Concilii Tridentini.*
17 *Scripturas Sacras qui profanis rebus admiſcent, graviſſimè à Deo puniri ſolent.*
18 *Garcias Sanctius poeta celeberrimus in furorem verſus eſt, quòd Job lectiones profanis amoribus accommodaverit.*

De

De Scripturis Divinis.

1 PRimus gradus veritatum credendarum in Religione Chriſtiana, eſt Canon totius Sacræ Scripturæ, & ſingulorum, quæ in eo ſenſu literario traduntur. Ad fidem enim Catholicam in primis pertinet, credere Scripturas Divinas veraces eſſe, quippè quas Deus ipſe manibus Sanctorum virorum ſcripſit. Qui verò id inficiabitur, apoſtata quidem, & nihil minus, quam Chriſtianus erit. *Orig. lib. 4. de princ. Euſeb. lib. 8. de præpa. Evangel. cap. 1. Gerſ. in declarat. veritatum credend. Auguſt. lib. 11. contra Fauſtum. c. ego ſolis diſt. 9.*

2 Cum autem Sacrarum literarum nō ſolùm ſententias, ſed etiam ipſam formam loquendi, & ordinem, immò literas, ac literarum apices, dignum ſit, tanquam res Numine plenas venerari, & amplecti; hæretici peſſimi ſunt, qui totos interdum libros, interdum partes quaſdam reſecant, quia excogitatis à ſe novis dogmatibus, eas potiſſimùm vident reluctari. Quod olim Marcion, & Baſilides, hodie autem Lutherus, Calvinus, & pleriq; omnes impii faciunt. *Hierony. in proœm. in Epiſtolam Pauli ad Titum. Chryſoſt. in Evang. Joan. homil. 35. & Nicephorus lib. 4. Eccleſ. hiſto. cap. 21. & cap. 28. Hermas lib. 8. de inſtauran. Religione cap. 1.*

3 Sed hi libri, quos hæretici homines impia temeritate reiiciunt, pro Sacris, & afflatu Divino conſcriptis habendi, ac venerandi ſunt. Eos enim Columna veritatis Eccleſia, ut Sacros agnovit, atq; probavit. *Apoſtoli cano. ult. Hieron. in præfati. ad lib. 1. reg. Innocen. 1. Epiſtola ad Exuperium. Auguſt. lib. 2. de doctri. Chriſti cap. 8. Damaſcen. lib. 4. de fid. Ortho. Iſidor. lib. 6. etymo. cap. 2. Concil. Laodicen. cap. 59. Concil. 3. Cartha. cap. 47. Concil. Tridentin. ſeſſ. 4. Nicepho. lib. 2. c. penul. cum ſeq. Driedo lib. 1. de dogmat. Eccleſ. Hermas lib. 8. de inſtau. religio. Covaru. lib. 4. reſoluti. cap. 14. Lindanus lib. 3. Panopliæ Evangelicæ cap. 3. & deinceps Canus lib. 2. de locis theologi. cap. 9. noſter Medina lib. 6. de recta in Deum fide*, qui eſt omninò legendus.

4 Ajunt inſaniſſimi hæretici, Scripturam Divinam eſſe facilem intellectu, & tamen à nemine fuiſſe intellectam uſque ad Lutherum. In quo, ut pleriſque aliis, helleboro, magis quàm confutatione digni ſunt. Inde fit, ut apud iſtos hæreticos, fullones, cerdones, ſutores, & id genus cœteri, ſtupidi homines, atque deliri, idonei ſint concionatores, & impiorum dogmatum Doctores, ut dignum ſit patella operculum: ſimiles quidem Uranio illi, cujus meminit elegantèr Agathius lib. 2. Hiſtoriarum; & tamen eorum deliramenta Eccleſiæ Catholicæ anteponunt, ut & Magiſtri, atq; diſcipuli prorsùs ſint inexcuſabiles. De nulla re audet pronunciare, niſi Doctus, exercitatus, & Prudens; de religione autem quilibet, qui neque ſcientiam habet, neque ſpiritum.

5 Idque eſt, quod olim D. Hieronymus querebatur in Epiſto. ad Paulinum: *Agricolæ*, inquit, *& cœmentarii, Fabri metallorum, lignorumve cæſores, lanarii quoque, & fullones, & cœteri, qui variam ſupellectilem, & vilia opuſcula fabricantur, abſque Doctore non poſſunt eſſe, quod cupiunt; ſola Scripturarum ars eſt, quam ſibi omnes paſſim vendicant; hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc univerſi præſumunt, lacerant, docent, antequam diſcant.* Quod Auguſt. ferè repetit lib. de utilit. creden. cap. 17. Addo Ciceronem lib. 6. epiſt. 120. De obſcuritate Scripturæ Divinæ multa noſter *Medina lib. 7. de recta in Deum fide cap. 2. cum ſeq.*

6 Peſtiferi hujus temporis hæretici dedignantur verum Evangelii ſenſum, ab ipſis Apoſtolorum temporibus huc uſque in Eccleſia obſervatum; ſequi, volentes potiùs errorum eſſe Magiſtri, quàm diſcipuli veritatis; Catholici contrà; non enim ex noſtra præſumptione Scripturarum ſenſum accipimus, ſed ex ipſa Eccleſia, columna, & firmamento veritatis; quemadmodum Sapientiſſimos, atq; Sanctiſſimos Majores noſtros feciſſe, & præcipiſſe memoriæ proditum eſt. *Clemens lib. 2. & lib. 10. recognit. Irenæus lib. 4. cap. 45. Hierony. in prolog. ſuper lib. Paralipo. & in epiſtolam Pauli ad Epheſ. & in Epitaphio Paulæ ad Euſtochium, Auguſti. lib. de moribus Eccl. cap. 1. Leo ad Flavian. epiſt. 10. Vincent. Lirinen. lib. adverſus hæreſes à principio. Ruffi.*

Ruſſi. lib. 11. Eccleſ. hiſtoria cap. 9. Theodoritus lib. 1. tripart. cap. 14. c. relatum 37. diſtinct. c. quid autem 24. q. 3.

7 Illud verò, quod novi hæretici ajunt, nihil eſſe credendum, quod in Scripturis Divinis non ſit expreſſum, non modò impium eſt, ſed etiam prorsùs inſanum; Neque enim Symbolum Apoſtolorum, quod iſti recipiunt, in ſcripturis expreſſum eſt, & paſſim hæretici ipſi ad Eccleſiæ traditiones vel inviti confugiunt, ſed hanc dementiam impiam multi viri docti planiſſimè confutarunt, & noviſſimè *Hoſius lib. de expreſſo Dei verbo. & Lindanus lib. 1. Panoplia Evangelica, & lib. ultimo.*

8 Nec miretur, nec decipiatur aliquis, ſi hæreticum viderit Scripturæ verba reſonantem; is enim fuit ab initio, eritque ſemper mos hæreticorum omnium, quod Sanctiſſimi quique, & antiquiſſimi majores noſtri obſervarunt. Irenæus lib. 5. adverſ. hæres inquit: *Omnes hæretici mendacium abſcondunt per ſcripturas.* Epiphanius: *Hæretici ferè omnes de puriſſimo Scripturarum fonte aſſumentes teſtimonia, ſimplicitatem ſermonis Eccleſiaſtici, id volunt ſignificare, quod ipſi ſentiunt.* Hilarius ad Conſtantium Imperatorem: *Memento neminem hæreticorum eſſe, qui non ſecundum Scripturas prædicare ea, quibus blaſphemat, mentiatur.* Ambr. in epiſtolam Pauli ad Titum: *Hæretici hi ſunt, qui per verba legis, legem impugnant.* Hierony. adverſus Luciferianos; *Nec ſibi blandiantur, ſi de Scripturarum capitulis videntur ſibi affirmare, quod dicunt; cum & diabolus de Scripturis aliqua ſit locutus, & Scripturæ non in legendo conſiſtant, ſed in intelligendo.* Et ne longum fiat, Aug. lib. quæſt. ait: *Non poteſt error oriri palliatus nomine Chriſtiano, niſi de Scripturis malè intellectis; Sic enim à principio naſcentis Eccleſia uſq; ad ſeculum noſtrum factum eſſe comperimus. Nàm & Beatus Petrus teſtatur, Paulinas epiſtolas ab aliquibus perperam intellectas fuiſſe, qui eas in ſuum errorem detorquere conabantur.* hęc ille *lib. 83. queſtionum c. hæreſis 24. q. 3.*

9 Nihil ergo magni faciunt novitii hæretici; cum ad perſuadenda peregrina, & impia dogmata, Scripturæ verbis paſſim abutuntur. Arrius pro ſua hæreſi quadraginta teſtimonia Divinæ Scripturæ proferebat, & Neſtorius pro ſua impietate, ſexaginta; Sed audi Origenem in Ezechielem: *Cum hæretici ex dogmatibus falſis volentes aſſumere defenſionem, dicunt: Scriptum eſt in Propheta: teſtatur Moyſes: loquitur Apoſtolus: quid aliud faciunt, quàm accipientes panes veritatis, proponunt eos ſimulacris, quæ ipſi fingunt?* quod, & alibi renovat Origen. in Ezechiel. *homil. 7. & in Lucàm homil. 31. Epiphani. in 7. Synodo generali tom. 4.*

10 In hoc autem, ut in cœteris ferè omnibus, imitantur hæretici patrem ſuum diabolum, qui Chriſtum Dominum tentans, poſt alia dixit: *Si filius Dei es, mitte te deorſum; Scriptum eſt enim, quia Angelis mandavit de te, &c.* Sic nunc hæretici dicunt Catholico: ſi Filius Dei eſſe vis, & Regnum Cœlorum facilè conſequi, ſola Fide, ſpretis bonis operibus, mitte te deorſum; demitte te ex arce Catholicæ Eccleſiæ, & noſtras adinventiones ſequere. Quod ſi fortè interroges, undè tibi probent id, quod ajunt verùm eſſe; ſtatim illi; ſcriptum eſt enim; & continuò mille teſtimonia proferunt de lege, de Pſalmis, de Prophetis, de Apoſtolis, de Evangeliſtis, quibus malo more interpretatis, ex arce Eccleſiæ in hæreſis barathrum infelix anima præcipitetur. Vide *Vincentium Lirinenſem lib. adverſus hæreſes. Hoſium libro de expreſſo Dei verbo.* *Matth. 4.*

11 Cum autem hæretici verum Scripturæ ſenſum pervertere ſoleant, non eſt ullo pacto ſolis Scripturis cum eis diſputandum. Nàm, ut inquit Tertullianus lib. de præſcript. adverſus hæreticos: *Quãtumvis ſit aliquis in Scripturis exercitatus, cum hæreticis diſputatione congrediens, nihil proficiet, neque ipſis audientibus Orthodoxis. Quoniam, ſivè defenderis tu quid, ſivè negaveris; Scripturas veluti Lesbiæ ædificationis plumbeam quandam regulam, ingenii verſutia in contrarium ſibi accommodabunt. Quod ſi dixeris vim afferi Scripturis, & incongrua eas expoſitione torqueri, idem occlamabunt tibi: à ſe, videlicet, veritatem earundem ſtare, à te verò adulterari eaſdem; æqua enim eſt pars utrinque negandi, & affirmandi. Non eſt ergo in Scripturis adverſus hæreticos conſtituendum certamen, in quibus aut incerta, aut parùm certa eſt victoria.* *Solis Scripturis cum Hæreticis non diſputandum.*

12 Intelligentia verò Scripturæ Divinę ſumenda eſt ab Eccleſia Catholica, quę neque fallere poteſt, neque falli; & quæ, ut ait Irenæus, ubiq; prædicat veritatem.

Et

Et in Concilio Milevitano cap. 2. decreverunt Patres, non aliter intelligenda eſſe verba Sacræ Scripturæ, niſi quemadmodum Eccleſia Catholica ſemper intellexit. Et hæc veritas omnium Chriſtianorum conſenſu ab exordio Religionis noſtræ huc uſque recepta eſt. *Irenaus lib. 3. adverſus hareſes cap. 40. & lib. 4. cap. 43. & 45. Orige. in Matth. homil. 29. Vincent. Lirinen. lib. adverſus hereſ. Leo Magnus epiſtol.* 40. & noſter *Ayla. lib. de traditionibus aſſert.* 5.

13 Tum illud addo, quod in Tridentina Synodo conſtituerunt Patres his verbis: *Ad coercenda petulantia ingenia, decrevit hac Sancta Synodus, ut nemo ſua prudentia innixus in rebus fidei, & morum, ad adificationem doctrina Chriſtiana pertinentium Sacram Scripturam ad ſuos ſenſus contorqueat; aut contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione Sanctarum Scripturarum, aut etiam contra unanimem conſenſum Patrum, ipſam Scripturam Sacram interpretari audeat. Qui contravenerint, per Ordinarios declarentur, & pœnis à jure ſtatutis puniantur. ſeſſ.* 4.

14 Et quamvis hæc ita ſint, hæretici tamen hujus temporis, omni fallacia pleni, Scripturas Divinas pro ſua libidine impiis interpretationibus, ad confirmanda nefaria dogmata, contra clariſſima Evangelii verba, paſſim detorquent; & nihilo ſecius (ſi Divis placet) Evangelici dici volunt, Manichæis quidem omninò ſimiles, quibus D. ille Auguſtinus prudentiſſimè dixit: *Qui in Evangelio, quod vultis, creditis, quod vultis, non creditis, vobis potius, quàm Evangelio creditis. lib. 17. contra Fauſtum cap.* 3.

15 Poſtremò, Viri docti, & Pii ſcripta Sacra frequentèr legere debent; nàm, ut idem Auguſtinus ait: *Quidquid homo extra didicerit, ſi noxium eſt, ibi damnatur; ſi utile eſt, ibi invenitur.* Et Beatus Iſidorus inquit: *Cum oramus, ipſi cum Deo loquimur; cum verò legimus, Deus nobiſcum loquitur.* Et Joan. ille Chryſoſtomus, concione 3. de Lazaro: *Fieri non poteſt, ut quiſpiam ſalutem aſſequatur, ni perpetuò verſetur in lectione ſpirituali.* Et paulo poſt: *Ubicunque fuerint libri ſpirituales, illinc omnis expellitur vis diabolica, multaque inhabitantibus accedit conſolatio; quandoquidem ipſe etiam per ſe librorum aſpectus ſegniores nos reddit ad peccandum. Quòd ſi acceſſerit diligens lectio, non alitèr quàm in Sacris adytis, rebus Divinis vacans anima, ſic repurgatur, meliorq; redditur, Deo cum ipſa per illas Scripturas loquente. Aug. lib. 2. de doct. Chri. c. ult. & ad fratres in Eremo Sermo. 38. & 56. Iſidorus lib. 1. de ſum. bono. cap. 18. & lib. 3. cap. 8. cum ſeq. Baſili. epiſt. 1. Chryſo. in Geneſ. hom. 29. & 35. in Matt. hom. 2. & 4. in acta Apoſtolorum homil. 19. & de pœnitentia homil. 7. Caſſianus collat. 8. cap. 3.* & deinceps. *Damaſcen. lib. 4. Orthodo. fidei cap. 18. Bernardus in Scala Clauſtralium.*

16 Illud autem præterire non poſſum, quod in 4. Seſſ. Concilii Tridentini decreverunt Patres, his verbis: *Poſt hac, temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quaq; convertuntur, & verba torquentur, & ſententia Sacra Scriptura ad ſcurrilia, ſcilicet fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, impias, & diabolicas incantationes, divinationes, ſortes, libellos etiam famoſos; mandat, & pracipit, ad tollendam hujuſmodi irreverentiam, & contemptum, ne de cætero quiſquam quomodolibet verba Sacra Scriptura ad hac, & ſimilia audeat uſurpare; & ut omnes ejus generis corruptores, temeratores, & violatores verbi Dei, juris, & arbitrii pœnis per Epiſcopos coerceantur.*

17 Hoc quoque notatione dignum eſt, quod Joſephus memorat lib. 12. antiquitatum Judaicarum cap. 2. Rex Ptolomæus videns ſeptuaginta Interpretum tranſlationem in publicum ceſſiſſe commodum, multum gaviſus eſt; cœpitq; de ea re conferre cum Demetrio, rogans qui factum ſit, ut tam admirandarum legum, neque hiſtoricus ullus, neque poeta mentionem fecerit. Tum Demetrius reſpondit; neminem auſum eam attingere, quam conſtaret Divinam eſſe, & omni veneratione digniſſimam; & punitos eſſe quoſdam à Cœleſti Numine, qui illam temetè attrectare non ſint veriti; Theopompum enim volentem inde quędam ſuis Scriptis inſerere, mente motum fuiſſe diebus triginta, & præter intervalla inſaniæ, precibus Deum placaſſe, facilè coniicientem, quæ morbi cauſa fuerit, atque etiam in ſomniis admonitum hæc ideò pati, quòd fuiſſet circa res Divinas curioſior, eaſque

Cur nullus Antiquorũ mentionem fecerit de his, qua in Diuinis Scripturis continentur.

Exempla Diuina vltionis in eos qui diuinas Scripturas auſi ſunt temerare.

voluiſſet proferre profanis hominibus: quare cum à cœpto deſtitiſſet, ſanam mentem ei fuiſſe redditam. Theodotæ etiam poetæ, cum in quadam tragædia vellet aliquid è Sacris libris admiſcere, oculos glaucomate ſuffuſos caligaſſe; & cum erratum agnoviſſet, exorato Deo, redditam aciem.

18 Simile quippiam temporibus noſtris contigiſſe ſcimus. Nàm Garcias ille Sancius Pacenſis, idiomate Hiſpano Poeta celeberrimus, dum furori poetico nimium indulgeret, ac Sacras Jobi lectiones profanis amoribus accommodare tentaret, juſtiſſimo Dei judicio, mente lapſus eſt; atque ejus inſaniam ob eam cauſam obveniſſe, univerſa Hiſpania palàm profeſſa eſt.

ANNOTATIONES.

1 Primus gradus Veritatum credendarum &c.

Primum ex locis, quos Theologicos vocant, eſſe Divinam Scripturam, apud omnes, qui Chriſti fidem profitentur, eſt in confeſſo; cum etenim ipſa ſit quædam Doctrina Cœleſtis, quam Scriptores Sacri, Divino in omnibus ſpecialiſſimè afflante extraordinariè, & ſuggerente ſpiritu, literis demandarunt; non poteſt non eſſe omnis credendæ veritatis origo. De primo Idiomate, in quo exarata fuit Sacra Scriptura vide *D. Epiphan. lib. de menſuris, & D. Hieronym. præfat. in Evang.* De multis ejuſdem tranſlationibus vide *Clement. Alexandrin. lib. 1. ſtromat. cap. 14.* Eundem *D. Epiphan. loco citat. ſub initium, D. Hieronym. epiſt. 89. quæ eſt 11. inter alias Auguſtin. tom. 1. Hieron.* & denique *D. Athanaſium in Synopſi de verſionib. Biblior.*

2 Cum autem &c.

Nedum ſermones, ſed & ſyllabas, apices quoque, & puncta eſſe in Sacra Scriptura plena myſteriis teſtatur *D. Hieronym. in cap. 5. Matthæi. & in Epiſtol. ad Epheſ. cap. 3.*

3 Sed hi libri &c.

Vide quæ ſupra notavi *tit. 24 de Eccleſia nu. 39.*

4 (a) Inde fit, ut apud iſtos hæreticos, Fullones, Cerdones, Sutores &c.

His hæreticorum Concionatoribus dictũ S. Baſilii ad Coquum Valentis Imperatoris, ut habetur ex *Theod. Eccleſ. Hiſtor. lib. 4. cap. 17.* perbellè quadrare videtur: *Tuum eſt juſculorum curare condimenta; nam cum aures habeas oppletas ſordibus; Sacroſancta dogmata audire non potes.*

6 Peſtiferi hujus temporis hæretici &c.

Divinarum Scripturarum expoſitionem ad ſolam Eccleſiam ſpectare, fuit etiam unanimis Priſcorum Sanctorum Patrum conſenſus. Unde *D. Auguſtin. contra Creſcon. lib. 1. cap. 33.*: *Sicut Divina Scriptura demonſtrat Eccleſiam; ita Eccleſia Divinam Scripturam interpretatur.* An genuinus Divinæ Scripturæ ſenſus poſſit eſſe apud ſe, audiant Hæretici *D. Dionyſium Areopagit.* qui *part. 1. cap. 2. de Eccleſiaſt. Hierarch.* ſic ait: *Divina non capit, qui Dei mandata non ſervat.*

12 Intelligentia verò Scripturæ Divinæ &c.

Nota quòd ſi quis ſciens, & videns, Divinam Scripturam exponat aliter, quàm ab Eccleſia interpretetur, hæreticus eſt, *tex. in c. hæreſis 24. quæſt. 3.* Vide *Squillacen. de fid. Cathol. cap. 17. num. 1.* ubi quando quis dicatur Divinam Scripturam exponere aliter, quàm Spiritus Sanctus efflagitet, declaratum invenies.

16 Illud autem præterire non poſſum &c.

Iudicio Inquiſitorum ſubduntur qui Sacræ Scripturæ Verba profanis, & obſcænis immiſcent; ubi acriter ſunt puniendi. Caſum alias relatum, vide apud *Locat. poſt quæſt. caſu 1.*

De Sententiis Titulus LX.

SUMMARIUM.

1 *Sententias per alios proferre poſſunt Inquiſitores.*

2 *Sententia condemnatoria quomodo formanda ſit ab Inquiſitoribus.*

3 *Sententia condemnatoria continere debet tempus, ex quo Reus in hæreſim incidit.*

4 *Sententia, qua in hæreſim lapſi Eccleſiæ reconciliantur, non debet continere, illos eſſe, aut fuiſſe hæreticos, ut nonnulli aſſerunt.*

5 *Sententia, qua in hæreſim lapſi Eccleſiæ reconciliantur, debet continere iſtos hæreticos fuiſſe.*

6 *Sententia condemnatoria quid continere debeat.*

7 *Sententiæ forma contra relapſum unde ſumi poſſit.*

8 *Sententia reconciliationis jam lata, quomodo iterum examinari poſſit Reus.*

9 *Sententia reconciliationis ſit ne magis interlocutoria, quàm definitiva.*

10 *Sententia quomodo ferenda ſit, cum Inquiſitores diſſentiunt.*

11 *Sententiæ, cum publicè proferuntur adverſus hæreticos, quis ordo in illis ſervari ſoleat.*

12 *Sententiæ contra hæreticos deſcendentes ex Ju-*

ex Judeis, & ex Mauris, quomodo in Hiſpania proferebantur.

13 *Sententia abſolutoria in favorem hæreticorum occultorum, nunquam tranſeunt in rem judicatam ex conſtitutio. Pii V.*

De Sententiis.

1 OMnes Judices recitare ſententias ex libello, ſeu breviculo tenentur; neq; debent id per alios facere, excepto ſi ſint illuſtres, vel illuſtrem adminiſtrationem gerant; Quamobrem cum Inquiſitores cauſam Fidei pluſquam illuſtrem tractent, ſententias per alios proferre poſſunt; quod quidem fieri debet coram Clero, & Populo ad inſtructionem, & documentum, atque terrorem; & ita Hiſpanorum moribus jam olim receptum eſt. *l. 2. C. de ſentent. ſive de peric. recit. Domini. & Philip. Francus in c. ut commiſſi. de hæretic. lib. 6. Conrad. Brunus lib. 4. de hæret. cap. 10.*

2 Inquiſitione autem criminis, & totius cauſæ diligenti examinatione contra Reum facta, Inquiſitores cum Epiſcopo, vel ejus Vicario, & cum peritorum conſilio de ſententia deliberabunt; ut Reus, vel condemnetur, ſi confeſſus, aut convictus fuerit, vel abſolvatur, ſi de innocentia ejus conſtiterit. Sententia igitur condemnatoria ita formabitur, ut in ea primùm qualitas doctrinæ, & dogmatum ab ipſo Reo aſſertorū declaretur, deindè diligens criminum inveſtigatio, citationes, admonitiones, confeſſiones, legitimæ probationes, & datæ ad pœnitentiam dilationes; ad hæc, in erroribus ſuis obduratus animus, & pertinax perſeverantia, & reliqua omnia, quæ ad juſtum proceſſum contra ipſum inſtitutum, & obſervatum, pertinent, enumerentur. Quibus omnibus ex ordine narratis, poſtremò pro qualitate criminis ſecundum regulas Eccleſiaſticas ſubjungatur ipſa ſententiæ diſpoſitio, quę condemnationem dogmatum, auctorum, librorum, & cœtera continebit. *Brun. eod. cap. 10.*

3 Præterea in ſententia condemnatoria declarari debet tempus, ex quo Reus in hæreſim incidit; ut ea ſola inſpecta, judex bonorum publicatorum ſcire valeat, ex quo die bona ipſo jure confiſcata ſunt. Quod epiſtola quadam generalis Inquiſitoris ideò cautum eſt, ut ne ſit opus totum proceſſum ad eam rem excutere, ubi ſolent alia contineri, quæ occulta eſſe oportet. Item alia Epiſtola Senatus cavetur, ut cum Judices, & Periti de ſententia ferenda deliberant, tunc etiam tempus hæreſis definiant. *Epiſtola impreſſa inter inſtructiones, data Granatæ Anno ſalutis 1499.*

4 Quidam autem putant, quòd ea ſententia, qua in hæreſim lapſi reconciliantur Eccleſiæ, non debeat continere, illos eſſe, aut fuiſſe hæreticos; ſed hac formula ferendam eſſe; *Quia te invenimus per tuam confeſſionem, & legitimam probationem hæreticum fuiſſe; nunc autem ſaniori uſus conſilio, vis, ut aſſeris, ad unitatem Eccleſiæ puro corde, & fide non ficta redire; ideo te in primis, abjurata omni hæretica pravitate juxta formam Eccleſiæ, ab excommunicationis vinculis, quibus tenebaris aſtrictus, abſolvimus, ſi tamen ad eandem unitatem ex corde redieris, & injuncta tibi mandata ſervaveris. Arch. in c. ut commiſſi. de hæretic.* & illic *Domini. in §. nec non. Joan. de Anan. in c. penul. eo. titul. lib. 5. Gonſal. de hæreti. pravit. quæſtio 20. Franciſcus Squila de fide Catholica cap. 27.*

5 Verior tamen ſententia eſt Joannis Andreæ dicentis, Judices pronunciare debere talem Converſum hæreticum fuiſſe; neq; enim eſt quicquam, quod obſtet, cum Eccleſiæ conſtet, illum fuiſſe hæreticum. Et ita quodam inſtructionis capitulo nominatim cavetur, addita formula hujuſmodi, ut qui reincorporantur, vel uniuntur Eccleſiæ, declarentur fuiſſe hæretici, vel Apoſtatæ, & incidiſſe in pœnas jure ſtatutas; ſed quia dicunt, ſe velle puro corde, & fide non ficta ad Eccleſiam redire, judices abſolvunt eos ab excommunicatione, & reconciliant eoſdem Eccleſiæ, ſi ita eſt, ut aſſerunt, quòd abſque ulla ſimulatione verè convertantur. *Joan. And. in eod. c. ut commiſſi. 1. inſtruct. Hiſpalen. cap. 10.*

6 In ſententia verò condemnatoria de-

bet Reus declarari hæreticus pertinax, & ejus bona publicari; ejus quoque dogmata, & ſcripta ſunt condemnanda, & anathematizanda; & præterea privandus eſt beneficiis Eccleſiaſticis, & officiis publicis, & quibuſcunq; honoribus; poſtremò Curiæ Seculari relinquendus eſt, animadverſione juſta puniendus. *Concil. Conſtantien. ſeſſio. 15. Conradus Brunus lib. 4. de hæreti. cap. 10.*

7 Forma ſententiæ contra Relapſum poterit ex ea ſumi, quæ contra Hieronymum de Praga lata fuit in Concilio Conſtantienſi hoc verborum tenore: *Sancta Synodus eundem Hieronymum, palmitem putridum, in vite non manentem, foras mittendum decernit; ipſumque hæreticum, & in hæreſim relapſum, excommunicatum, anathematizatum, pronunciat, declarat, & damnat &c. ſeſſ. 21.*

Sententiæ forma contra Hieronym. Pragã.

8 Cœterum qui poſt ſententiam reconciliationis convictus fuerit hereſes aliquas, vel hæreticos celaſſe, aut ſe jactaſſe, dicendo ſe fuiſſe innocentem, & injuſtè damnatum, iterum excommunicari debet, tanquam impœnitens; neque enim proderit ei ſententia, qua fuit reconciliatus Eccleſiæ, quia eo ipſo apparet, eam fuiſſe latam ex ficta confeſſione, & ſimulata converſione. Præterea ſi quid novæ probationis contra converſum acceſſerit, debet rurſus cauſa tractari, non obſtante ſententia reincorporationis, vel abſolutionis, vel purgationis, vel quæſtionis in eadem cauſa prius lata. Et ita quibuſdam inſtructionum capitulis continetur. *prima Hiſpalenſi cap. 13. & inſtructio 3. Valdolit. cap. 3.*

9 Præterea ſententia reconciliationis, ut quidam putant, interlocutoria magis eſt, quàm definitiva; Quamobrem, ajunt, eam ab eiſdem judicibus ex cauſa revocari poſſe; ſed quamvis hoc ita ſit, meo tamen judicio, ſententia illa, magis difinitiva eſt, quàm interlocutoria; quia finem cauſæ imponit, abſolutione, & condemnatione. Neque ideò minus difinitiva eſt, quia revocari poteſt ex cauſa; cum etiam difinitiva ſententia, qua Reus abſolvitur, vel ad perpetuum carcerem damnatur, ex juſta cauſa retractari queat, ut paulò antea oſtendimus. *Joan. Andrea. Domini. & Anchar. in c. ut commiſſi. de hæreti. lib. 6. l. 1. & l. quod juſſit de re judic. c. cum ceſſante de appella.*

10 Cum autem Inquiſitores diſſentiunt, & cauſa in Senatu Sanctæ Inquiſitionis definitur, ſententiæ ſubſcribere omnes debent, etiam ii, qui contrariam, vel diverſam opinionem tuebantur. Quòd ſi fortè in Provincia quapiam tres Inquiſitores ſint, & unus eorum cum Epiſcopo, vel ejus Vicario ſentiat; alii autem duo Inquiſitores ab eis diſſentiant, remittenda cauſa eſt ad Senatum; Si verò duo Inquiſitores cum ordinario Judice conſentiant, ſententia protinus ferenda eſt, non expectato judicio Senatus. Præterea cum ſupremi Judices ſententiam ferunt, diſſentientibus Inquiſitoribus, nulla mentio diſſenſionis in ſententiæ prolatione fieri debet. Quæ omnia pluribus Senatus epiſtolis pleniùs continentur.

11 Illud quoque uſu receptum eſt, ut cum ſententiæ adverſus hereticos publicè proferuntur, noviſſimè legantur illæ, quibus pertinaces, & impœnitentes damnantur. Et illud item, ut prælectis ſummaria relatione actis proceſſus, priuſquam ſententiæ condemnatoriæ proferantur, ſiſtatur paululum, & coram omni populo admoneantur hæretici, ut convertantur tandem, quia durat adhuc tempus miſericordiæ; qui ſi dixerint, ſe converti velle, reducendi ſunt ad carcerem, & ad pœnitentiam, ſi converſi fuerint, admittendi; ſi verò in ſua pertinacia, & impœnitentia perſtiterint, legenda ſententia eſt, & confeſtim à Judice Seculari rapiendi ſunt, & ad ignem damnandi, & protinus concremandi. Cum Lutheranis autem aliud fieri debet; quia ſunt omnium hæreticorum peſſimi, & pernicioſiſſimi, & perraro rectè convertuntur; quas ob res ſeverius cum eis eſt agendum.

12 Hoc ordine proferebantur ſententiæ in Hiſpania contra hæreticos deſcendentes ex Judæis, & ex Mauris; quia ſibi ipſis duntaxat, aut his, qui ſui generis erant, nocere poterant; nec enim per octingentos annos, nobiles, aut veteres Chriſtiani ab iſtis contaminati ſunt; ſed poſteaquam peſtiferi hujus temporis hæretici, nō ſolùm veteres Chriſtianos, ſed aliquot etiam nobiles impietate ſua inficere ſunt depræhenſi, non admittuntur uſq; ad momentum illud temporis ſententiæ proferendæ; quia tunc metu magis mortis imminentis, quàm ſponte, aut ex animo veniam

niam petunt, & quia ficté converſi pluri-mùm nocere poſſunt. Poſtremò de ſententiis, & earũ formulis multa ſcripſit *Zanchinus lib. de hæreticis capite ultimo.*

13 Sententiæ abſolutoriæ, & cœteræ in favorem hæreticorum occultorum latæ, nunquam tranſeunt in rem judicatam, ut rectiſſimè conſtituit Pius V.

ANNOTATIONES.

1 Omnes Iudices &c.

Praxis S. Officii eſt, ut ſententiæ per Notarium proferantur. De ſententiarum materia vide præ cœteris *Pegnam in addit. ad Eymeric. 3. par. Direct. comment. 40. verſ. ergo poſt quam, & ſequen. Farinac. de Hæreſ. quæſt. 185. § 10. num. 162. & ſequen. una cum Carena de S. Off. part. 3. tit. 11. num. 1. & ſequen.*

2 Inquiſitione autem facta &c.

Nota, quòd hic Simanc. ideò loquitur de ſententia condemnatoria, quia in abſolutoria ſententia errores, de quibus Reus gravatus eſt, enumerari non ſolent. Vide *P. Maſſin. in prax. part. 10. aſſert. 118. primæ impreſſ.* cùm quanam autem cautela hi errores ſint enarrandi, habet Garzia, quem videre potes apud *Carenam loco nupercit. § 7. n. 23.*

3 Verior tamen ſententia eſt &c.

In favorem hujus ſententiæ deciſit *Rota in tit. de hæretic. deciſ. 1. alias 875. in antiq. num. 16. & nu. 17.* Vide *Locatum in praxi verbo ſententia nu. 19.* ubi docet Pœnitentem ad miſerationem admiſſum, dicendum non eſſe, ſed fuiſſe hæreticum, & ità ſervari in S. Romana Inquiſitione teſtatur.

6 In ſententia verò condemnatoria &c.

Formam ſententiæ contra hæreticum pertinacem, & impœnitentem habet Concilium Tarraconen. Hanc vide inter conſtitutiones ejuſdem Concilii apud *Eymeric. 2. part. Direct. §. ſi verò fol. mihi 222.*

13 Sententiæ abſolutoriæ &c.

Hac de cauſa, quia nunquam tranſeunt in Iudicatum, Abſolutus iterum inquiri, & moleſtari poteſt, ſi nova emergant indicia. *Luc. de Penna in l. Cauſas num. 3. de ſenten. adverſus fiſcum latis retract. lib. 10. Conſtitutionem B. Pii V.* vide apud *Pegnam poſt Direct. inter literas Apoſtolic. fol. mihi 132.* & incipit: *Inter ſollicitudines*:

De Servis. Titulus LXI.

SUMMARIUM.

1 *SErvi quales fuerint apud antiquos.*

2 *Servi Chriſtianorum non efficiuntur Chriſtiani bello capti.*

3 *Servos non effici Chriſtianos bello captos ex Vlpiani reſponſo deducitur.*

4 *Servi ex quo genere hodie, & quales ſint.*

5 *Servorum genus cur nequam, & perverſum ſit.*

6 *Servi quo pacto educari debeant.*

7 *Servorum libertas cur neque pia ſit, neque utilis noſtris temporibus.*

8 *Servi eorum, qui labuntur in hæreſim, ſi Chriſtiani ſint, libertate ipſo jure donari ſolent.*

9 *Servis libertas ſemel conceſſa, non adimenda eſt, etiam ſi eorum Domini hæretici ad Fidem Catholicam redeant.*

10 *Servi Chriſtiani poſſideri non debent ab hæreticis, Iudæis, aut Mahumetanis.*

11 *Servi hæretici quomodo puniendi ſint.*

12 *Servus, ſi juſſu Domini ſui imagines Sanctorũ fregerit, mitius puniri debet.*

13 *Servus in quibus cauſis contra Dominũ ſuum teſtis eſſe poſſit.*

De Servis.

1 VEteres Legumlatores, & Jureconſulti, frequentiſſimè ſervorum meminerũt; uſq; adeò, ut bonam Juris Civilis partem ſervi occupent. Quod quidem jure, ac meritò ab illis eo tempore fieri ſolebat, quo plerique ſervorum viri boni, & prudentes erant, Dominis ſuis in eo tantùm inferiores, quòd bello victi efficiebantur eorum ſervi; quamobrem digni erant, quibus Domini rès ſuas crederent, & eorum libertas pia, & favorabilis erat. Servus fuit olim Divinus Plato, Servus Æſopus, Servus Diogenes, aliiq; multi prætereà præſtantiſſimi Viri; non ergo mirum videri debet, ſi plurimùm leges Servis faverent. *Et ſi enim Servus quis ſit, nihilominus homo eſt*, ut ait Philemon: Et ſicuti Sophocles inquit: *& ſi corpus Servum ſit, mens*

tamen

tamen libera eſt. *Nomen ſanè*, Euripide auctore in Menalipp. *non corrumpit bonum ſervum; ſed multi meliores ſunt, quàm ingenui.* Et alibi dixit. *Quàm jucunda res eſt dominis ſervum benevolum in ædibus naſci.* De his ſervis loquens Eccleſiaſticus

Eccl. 7. inquit: *Servus ſenſatus ſit tibi dilectus, quaſi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.* Et iterum:

Cap. 33. *Si eſt tibi ſervus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua, quaſi fratrem, ſic eum tracta.* De his quoque ſervis Plato dialogo ſexto de legibus inquit: *Multi ſervi quibuſdam meliores ad virtutem omnem, quàm fratres, & filii, domos, rem dominorum omnem, & dominos ipſos ſervarunt.* De talibus denique ſervis multa civis meus Seneca, aliiq; tradiderunt. *Eccleſ. 7. & 33. Stobæus ſerm. 62. Senec. epiſt. 47. Gell. lib. 2. cap. 18.*

2 Cœterum antiquiſſima, & optima conſuetudo lege regia comprobata inter omnes Chriſtianos invaluit, ut bello victi Chriſtiani, non efficiantur Chriſtianorum ſervi. *Regia l. 1. tit. 29. par. 2. Bart. in l. hoſtes de captivis. Joan. de Platea in l. 1. C. ut armo. uſus lib. 11. Abb. & Bellame. in c. ſicut 3. de jure juran. Salicet. in l. ab hoſtibus C. de capti. Silveſt. in ſumma verbo, bellum 1. Conrad. de contract. quæſt. 74. Bobe. deciſ. 178. & in conſuetudi. Bituricen. in priu. Covaru. in c. peccatum de reg. ju. lib. 6. par. 2. §. 11.*

3 Convelliri poteſt ea conſuetudo reſponſo quodam Ulpiani dicentis; *In civilibus diſſenſionibus captos cives, non amittere ingenuitatem, etiam ſi venundati ſint: bella autem inter Chriſtianos diſſenſiones ſunt, pluſquam civiles, cum ſimus omnes fratres in Chriſto, & Eccleſia, & inimicos etiam diligere teneamur.* Accedit eodem Plato ille Divinus lib. 5. de Republ. docens: Neminem Græcum à Græcis bello captum ſervum eſſe debere; quia diſſenſiones inter ipſos Græcos, magis ſeditiones eſſe cenſebat, quàm juſtum bellum. Quamobrem legem illis ſanctiſſimam ponebat, ut neque popularentur agros, neque igne ædes conſumerent. Neque putabunt, inquit, in ſingulis civitatibus omnes ſibi adverſos eſſe, ſed paucos admodum inimicos. Addit præterea ſic bellum eſſe gerendum, ut exiſtiment, non ſemper ſe invicem purgaturos, ſed quandoque reconciliandos: quod utinam hodie Chriſtiani facerent. *l. ſi quis ingenuam de captivis.*

4 Cum ergo jàm ſervi non ſint, niſi vel Mahumetani, vel Æthiopes, perfidi hommes, & ſtolidiſſimi, quibus (ut in proverbio eſt) Serpentum ſaccum vix credere poſſis; non eſt opus hodie multa diſputare de ſervis; *Eſt ſanè ſervus*, ut Democritus inquit, *neceſſaria, magis quàm jucunda poſſeſſio. Semper improbi ſunt ſervi, & malum eſt eorũ genus*, auctore Euripide. Et juxta Theognidis ſententiam, *Nunquã rectum eſt ſervile caput; ſed ſemper intortum, & obliquum collum habet ſervorum in dominos* (Sicuti Lucianus in Palinuro ait) *Semper prompta maledicta, furta, impoſitiones, fugæ, arrogantia, negligentia, temulentia, edacitas, ſomnolentia, tarditas, ignavia.* Et Plautus in Aulularia: *Servi furaces, verſipelles, callidi, occluſa ſibi mille clavibus reſerant furtimq; raptant, conſumunt, liguriunt, centena nunquam dicturi furta cruce.* Sunt profectò ſervi ferè omnes protervi, mendaces, fures, helluones, impudici, ac dominorum hoſtes; Unde jàm olim dici ſolebat: Nihil in animo ſervjente integrum eſſe, neque quicquam ſervorum generi eſſe credendum. Quod & Homerus apud Platonem teſtatur, dicens: *Dimidium mentis Jupiter illis aufert, qui ſervitutis ſorti ſubjecti ſunt.* Et Cajus Caſſius de ſupplicio ſervorum in Senatu loquens, inter alia dixit: *Suſpecta majoribus noſtris fuerunt ingenia ſervorum, etiam cum in agris, aut domibus iiſdem naſcerentur, charitatemq; dominorum ſtatim acciperent; poſtquam verò nationes in familiis habemus, quibus diverſi ritus externa Sacra, aut nulla ſunt; colluvjem iſtam non niſi metu coerceneris:* Auctor *Cornelius Tacitus lib. 14. annali. Plato dialogo ſexto de legibus.*

Mahumetani, & Æthiopes perfidi, & ſtolidiſſimi.

Servorum proprietates.

5 Harum rerum cauſas Theophylactus tradit, his verbis: *Eſt, neſcio quo pacto, ſervorum genus, petulans, nequam, & improbum; quia neque rectè ſint, & liberaliter educati; ſed à dominis ſemper neglecti; neq; ſub ratione proborum hominum veniant, & libertate fruentium; neque liberè ſint, vel enutriti, vel inſtructi.* Adit Cælius; *quia ſervitus ingenuos animos frangit; miſera enim eſt, & contemptibilis.* Et juxta Homerum Odiſſeæ 7. *Dimidium virtutis ei perit, quem ſervilis obvallarit neceſſitas.* Unde fieri ſolet, ſeu prementе vi, ſive educatione pra-

va, ſeu utroque potius, ut parte plurima ſervi de prima malitiæ, ac vaſriciæ nota ſint, & habeantur. *Theophyl. in epiſtolam Pauli ad Titum cap. 2. Cælius lib. 7. lectionum antiqua cap. 31. Athenæus lib. 6. cap. 7.*

6 Quo autem modo ſervi ſint educandi, docet Plato loco prænotato, dicens: *Educentur ſervi rectè, non ſolùm ipſorum gratia, ſed dominorum multò magis. Eſt autem recta horum educatio, ut nulla illis contumelia inferatur, injuriaque his multò minus, ſi fieri poſſit, quàm æqualibus inferenda.* Et paulo poſt: *Caſtigandi, eadem denique ſemper jure ſunt ſervi, neque ita monendi, ut liberi, ne molliores fiant. Allocutio omnis ad ſervos quodammodo imperium ſit, neque jocus ullus cum ipſis, ſeu fœminis ſivè maſculis habeatur. Quod multi ſtultè facientes, dum delicatos eos nutriunt, difficiliorem vitam, & ſibi ad imperandum, & illis ad obediendum reddunt.* Eòdem ferè pertinent, quæ de ſervis apud Eccleſiaſticum ſcripta ſunt. *Cibaria, & virga, & onus aſino: panis, & diſciplina, & opus ſervo. Operatur in diſciplina, & quærit requieſcere; laxa manus illi, & quærit libertatem* Eccli. 33. *Jugum, & lorum curvant collum durum, & ſervum inclināt operationes aſſiduæ. Servo malevolo tortura, & compedes; mitte illum in operationem, ne vacet; multam enim malitiam docuit otioſitas. In opera conſtitue eum, ſic enim condecet illum; Quòd ſi non obaudierit, curva illum compedibus, & non amplifices ſuper omnem carnem; verùm ſine judicio nihil facias grave.* Unde ſanctiſſimè legibus prohibetur, ne domini ſervvos ſuos occidant, neque in eos ſeverius animadvertant. *Eccleſiaſtici 33. ad Epheſ. ult. Exod. 21. l. 1. C. de emenda. ſervo. §. 1. cum ſeq. inſti. de his qui ſunt ſui vel alie. jur. Alexan. ab Alexandro lib. 3. Genia. dierum cap. 30. Igneus in l. etſi certus. §. ſi unus ad Sillani.*

7 Cum igitur omnes ferè ſervi hodiè ſtolidi, atque improbi ſint, eorum libertas, mea quidem ſententia, nec pia, nec utilis eſt; niſi fortè ſervi ſint boni, & induſtria ſua facilè alimenta quærere poſſint; Nam qui aliter manumittuntur, otioſi protinus, & fures fiunt, & in carcere, & furcis, vel certè in pauperum domibus mori ſolent: quibus longè melius foret in ſervitute manere, quàm licentioſa libertate in ſui necem abuti. Ut enim Meander ait: *Multò potius eſt, bonum dominum eſſe nactum; quàm vivere liberum humiliter, & malè. Satius quidem eſt bonum conſequi dominum, quàm liberum humiliter, & malè vitam degere.*

8 Sed quamvis hæc ita ſint, nihilominus tamen Jura libertati favent; unde ſi ſervi Chriſtiani ſint, & eorum domini labantur in hæreſim, legum latoribus placuit, libertatem illis ipſo jure concedere. *l. Manichæos c. de hæret. c. ult. eod. tit. lib. 5. regia l. ulti. tit. 21. part. 4.*

9 Neque ideò minus libertatem conſequentur ſervi, quia domini eorum hæretici ad Fidem Catholicam fortè converſi fuerint. Nam etſi ad Eccleſiæ unitatem intra tempus gratiæ redierint, & omnia illis bona fuerint à rege conceſſa, ſervorum tamen dominium recuperare non debent; quia libertas, quocunque modo data, revocanda non eſt: neque beneficium principis cuiquam damnoſum eſſe debet. *Prima inſtructione Hiſpalen. cap. 24. l. 1. cum ſeq. C. ſi adver. libertat. l. 2. §. ſi quis à principe. ne quid in loco publico fiat.*

10 Præterea, ſervi Chriſtiani poſſideri non debent ab Hæreticis, Judæis, Mahumetanis, vel alterius cujuſcunque Sectæ hominibus; neque ab eis emptionis, donationis, ſucceſſionis, aut quolibet alio titulo haberi, vel detineri poſſunt; ſed, vel ad libertatem perducēdi ſunt, vel certè ab eis auferendi; ne Religio Chriſtiana, illis ſubjecta polluatur. Nefas quippe eſt, ut is, quem Chriſtus Dominus Sanguinis ſui effuſione redemit, Chriſtianæ Religionis hoſtibus ſervire permittatur, à quibus facilè corrumpi, & ſubverti queat. Ut enim Euripides inquit: *Servi plerunq; dominorum morbis infici ſolent.* Hinc ſanctiſſimè Imperatorum leges ortæ ſunt, quibus id ipſum ſæpiſſimè prohibetur; ſed illam præterire non poſſum, quam Honorius, & Theodoſius his ipſis verbis promulgarunt: *Chriſtiana mancipia nemo audeat comparare; nefas enim æſtimamus, religioſiſſimos famulos, impiiſſimorum emptorum inquinari dominio &c.* quę conſequūtur, *in Codice Theodoſiano, titulo ne Chriſtian. mancipia Judæus habeat. c. mancipia cum ſeq. 54. diſtin. cap. 1. & 2. de judæis l. 1. C. ne Chriſtia. manci. tertio Concilio Aurelian. cano. 10. & 4. Concilio can. 18. & 1. Matiſconen. cano. 10. & 4. Toletano cano.*

Honorij, & Theodoſij leges in Chriſtianorum libertatem.

64. regla l. 13. tit. 9. part. 6. & l. pen. tit. 24. p. 7. Tiraq. de pœn. cauſ. ſi nu. 95.

11 Poſtremò ſervvs hæreticus pertinax, & impœnitens Curiæ Seculari relinquendus eſt; ſi verò ad Eccleſiam verè pœnitens converſus fuerit, admittendus eſt, ſalutari pœnitentia injuncta. Nonnunquam tamen fieri ſolet, ut ſervvs pro modo culpæ flagellis cæſus Domino reddatur; quia pœna pecuniaria in ſervvm non cadit, neque infamia notari poteſt, cum nullius exiſtimationis ſit. Quamobrem pœna liberi hominis commutatur adverſus ſervos in aliam extraordinariam coertionem: quod jure Civili frequentiſſimè conſtitutum eſt. Et id Plato ille Divinus legibus ſuis cavit; de his enim loquens, qui ficus, aut vvas alienas furto ſubtraxerit. *Si homo liber fuerit, quoniam lex eſt,* inquit, *ut nemo moveat quæ non depoſuit, multetur. Quòd ſi ſervus quiſpiam, non perſuaſo agri domino, eas acceperit, pro ſingulis ficubus, & uvarum acinis, æqualia numero verbera patiatur.* Demoſthenes quoque in oratione adverſus Androtionem dixit: *Si conſiderare vultis inter ſervitutem, & libertatem quid interſit; hoc potiſſimùm reperietis, quòd ſervis omnia ſcelera corpore ſunt luenda; Ingenuis autem, tametſi maxima in ſe facinora admiſerint, corpus tamen tueri licet; his enim pleraque delicta pecuniaria mulcta luenda ſunt. l. in ſervorum, de pœnis l. hos accuſare. §. omnibus de accuſat. l. quod attinet. de reg. jur. Plato. 8. de legib. regia l. 10. tit. 1. par. 7. Chryſoſt. in priorem Pauli epiſt. ad Corinth. homil. 19. & in epiſtola ad Titum homilia 4.*

12 Si ſervvs juſſu, & coactu Domini, imagines Sanctorum fregerit, aut ſimile quippiam commiſerit, mitius puniendus eſt. *l. ſervos. C. ad l. Jul. de vi.* & interpretes *l. 2. C. de ſepul. violato. Tiraquel. de pœnis cauſa 34.*

13 Quamvis autem ſervvs contra dominum teſtis eſſe non queat, neque in caput Domini torqueri poſſit; quia, ut Julius Paulus inquit; *Non oportet in rebus dubiis, ſalutem dominorum ſervorum arbitrio cõmitti*; excipitur tamen crimen læſæ Majeſtatis, atq; adeò hæreſis. *Reiicienda quidem ſunt*, ut lex inquit, *accuſationes, ac delationes ſervorum in Dominos, excepto Majeſtatis crimine, in quo etiam ſervis honeſta proditio eſt*; & alia lex ait; *Vocem ſervorũ funeſtam in Dominos interdici oportet, Majeſtatis crimen excipimus.* Et Julius Paulus: *Damnati ſervi, ſivè poſt ſententiam, ſivè ante ſententiam, dominorum facinora confeſſi ſint, nullo modo audiuntur, niſi fortè reos deferant majeſtatis. l. penul. C. qui accuſat. non poſ. l. 1. C. de quæſtio. l. ultim. de delator. lib. 10. Julius Paul. lib. 5. ſenten. titul. 15. & titul. 18. & l. 2. tit. 6. lib. 9. C. Theodoſ.*

ANNOTATIONES.

9 Neque ideò minus &c.

Nota quòd Doctrina hæc procedit in ſervis Chriſtianis; nam ſi Infideles ſint, cum non fiant per Dominorum hæreſim Iuris ſui; ſed ad Fiſcum trãſeant, recuperatis bonis omnibus per pœnitentiam, & Eccleſiæ reconciliationem, neſcio videre cur Domini pœnitentes hos quoq; ſervos recuperare non debeant. De hac ſervorum materia circa ea, quæ ad propoſitum noſtrum faciunt, vide *Locatum in praxi, Verbo ſervus. Pegnam in addit. ad Eymeric. 3. part. Direct. comment. 168. qu. 119. verſ. ſervi etiam, Farinac. de Hæreſi quæſt. 197. §. 2. nu. 30. & Decian. tract. Criminal. lib. 5. cap. 50. num. 5. & 6.*

10 Præterea ſervi.

Hæreticis voluntariè Servientes pœnas incurrere, & ſuſpicionem, quam incurrunt communicantes cum illis, docet *Farinac. de hæreſi quæſt. 182. §. 10. num. 169.*

13 Quamvis verò &c.

Hanc Doctrinam nedum de mancipio, ſed & de famulo mercenario, & de omnibus ſervis eſſe intelligendam docet *Rojas ſingul. 183.*

De Sortilegis. Titulus LXII.

SUMMARIUM.

1 *Sortilegi qui ſint.*
2 *Sortilegi ab Inquiſitoribus quando puniri poſſint.*
3 *Sortilegia quæ manifeſtam hæreſim ſapiant.*

De Sortilegis.

Sortilegi qui. 1 SOrtilegi ſunt, qui ſub nomine fictæ religionis pet quaſdã ſortes, quas Apoſtolorum, vel Sanctorum vocant, diuinationis ſcientiam profitentur. Item, illi Sortilegi ſunt, qui quarumcunq; Scripturarum fortuita inſpectione futura prædicunt. Iſti autem, qui ſortibus inquirunt futura contingentia, vel præſentia, vel prætetita uſq; adeo occulta, ut naturalitèr ab eiſdem ſciri non poſſint, vani ſunt, & fallaces, & illicitæ, ac ſuperſtitioſæ rei dant operam, ac dæmonum aſtutia falluntur, & fallunt, ſicuti Theologi docent. *26. q. 1. cap. 1. uterque Thom. 2. 2. qu. 95. art.* 8. *Silveſt. in ſum. verbo, ſuperſtitio. quæſtio. 9.*

2 Quamvis autem Sortilegi puniendi non ſint ab Inquiſitoribus, ſed ab ordinariis judicibus; hoc tamen locum non habet, cum Sortilegia ſapiunt manifeſtam hæreſim, aut vehementèr ſuſpecta ſunt. Veluti, ſi ſortibus dæmon conſuleretur, ut futura prædiceret; ſolius namque Dei eſt futura præſcire, qui in ſui contemplatione etiam Angelos illa præſcire interdum facit. In ſumma de his ferè omnibus Sortilegiis cognoſcere poſſunt Inquiſitores; quia noxia, & ſuperſtitioſa ſunt, ex quadam peſtifera ſocietate hominum improborum, ac dæmonum, quaſi pacta infidelis, & doloſæ amicitiæ conſtituta. *c. accuſatus. §. ſane de hæret. lib. 6. 26. quæſt. 5. cap. 1. & 26. quæſt. 2. c. illud.*

3 Illa Sortilegia ſapiunt manifeſtam hæreſim, quæ ſine aliqua hæreſi exerceri nequeunt. Item illa Sortilegia ſapiunt hæreſim, & valdè ſuſpecta ſunt, quæ prima fronte præſeferunt odorem, & ſaporem hæreſis. Verbi gratia, cum in ſortibus, aut Sortilegiis commiſcentur aliqua dicta, vel facta hæretica, vel quæ probabilem ſuſpicionem hæreſis præbent. Proinde qui cadaver hominis baptizat, ut inde ſortitum reſponſum habeat; & qui aliis Sacramentis Eccleſiæ in eandem ſuperſtitionem abutitur, & qui Dæmonem ſortibus invocat. deniq; quicunq; ſimile quippiam committit; ab Inquiſitoribus interrogari, & recto arbitrio pro modo culpæ, damni dati, & ſcandali puniri, debet. Vide *Lucam in l. 2. C. quand. & quib. lib. 10. Alex. Aleſ. 2. part. q. 185. Thom. 2. 2. qu. 95. Paul. Grillan. tract. de Sortil. Albert. Campen. lib. 8. de liber. hom. arbi. cap. 4 Alfon. Caſtren. lib. 1. de juſt. hære. puni. cap. 13. Joan. Bernar. in pra. cap. 100.* *Sortilegia, quæ manifeſtam hæreſim ſapiunt.*

ANNOTATIONES.

1 Sortilegi ſunt &c.
De Sortilegis, & de eorum ſpeciebus, vide inter cæteros *Ghirland. tract. de Sortileg. quæſt.* 1. *&* 2. *nu.* 1. & nota quòd nomine Sortilegorum vocantur communiter ii, qui ad aliquid conſequendum diabolicis inſtrumentis utuntur. *Scacc. de Iud. civil. crim. & hæret. lib. 1. cap. 12. nu. 20.* Quid ſint ſortes, quas Apoſtolorum, ſeu Sanctorum vocant, & quænam ſint licitæ, quænam verò ab Eccleſia damnatæ, quære apud *Martin. Del Rio Diſquiſit. Magic. lib. 4. ſect. 3. Rubr. de ſortib. illicit. nu. 6. verſ. Huic vanitati, & longè alia quædam.*

2 Quamvìs autem ſortilegia &c.
Hæc doctrina procedebat olim de Iure Antiquo, & ante Bullam Sixti V.; nàm poſt hujuſmodi Conſtitutionem, Inquiſitores de omnibus Sortilegiis indifferenter cognoſcunt. Vide quæ ſupra notavi *tit. 21. de Divinat. & Revelat. nu. 10.*

3 Illa Sortilegia ſapiunt &c.
De Sortilegiis qualificatis, & non qualificatis, vide *Carenam loco ſupercit. §. 4. nu. 23. & ſequen.* ubi plurima Sortilegiorum utriuſque ſpeciei exempla, & recole quæ ſupranotavi *tit. 21. de Divinat. & Revelat. num. 11.*

De Superſtitionibus Titul. LXIII.

SUMMARIUM.

1 *SUperſtitio quid ſit.*
2 *Superſtitionum plures ſunt ſpecies.*
3 *Superſtitio in Deuteronomio vehementer improbatur.*
4 *Superſtitionem execratur Origenes.*
5 *Superſtitioſum, & impium eſt ſomniis credere.*
6 *Superſtitioſi ſunt, qui quaſdam dies fortuna-*

tunatos, alios eſſe infelices putant.
7 *Superſtitioſi ſunt, qui ex ſideribus, & cometis futura prædicunt.*
8 *Auguria obſervare, & futurorum eventus ex ſtellarum curſu rimari, quàm impium ſit, docet Divus Hieronymus.*
9 *Veſpaſianus cum æger eſſet, de cometa quodam quid dixerit.*
10 *Superſtitioſum eſt per ſortes de futuris, aut occultis inquirere.*
11 *Pactum cum Dæmone, facere, quàm impium ſit.*
12 *Pactum cum Dæmone non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè ſit.*
13 *Pacta cum Dæmone facta reſcindi non poſſe, niſi Dæmon ipſe conſentiat, vulgus imperitum falsò credit.*
14 *Magicæ artes ex pactis Dæmoniorum conſtant.*
15 *Magos peregrinos Tiberius Cæſar morte affecit.*
16 *Magicas artes quibus verbis deteſtetur Cyprianus.*
17 *Magicas artes quibus deteſtetur Auguſtinus.*
18 *Magicæ artes quàm vanæ, & pernicioſæ ſint, docet Gratianus.*
19 *Superſtitionibus annumerantur ligaturæ, & remedia, quæ Medicorum etiam diſciplina condemnat.*
20 *Superſtitioſa remedia quibus verbis reprehendat Chryſoſtomus.*
21 *Periclis ſuperſtitio, cum langueret ex morbo.*
22 *Figuras, aut ſtigmata fieri, quomodo prohibebatur in Levitico.*
23 *Superſtitionibus qui ſe addicunt, Chriſtianæ Fidei, & baptiſmi prævaricatores ſunt.*
24 *Superſtitiones quomodo irrideant Terentius, Cicero; & M. Varro.*
25 *Superſtitioſos quibus ſcommatibus multi veteres irriſerint.*
26 *Superſtitioſos quomodo irrideat in comœdia Philemon.*
27 *Hector Polydamantem augurem quomodo irrideat apud Homerum.*
28 *Judæi cujuſdam in augurem quendam ſcomma.*
29 *Pactum cum Dæmone habere, qui judicandi ſint.*
30 *Dæmones ab homine cogi non poſſunt, ut inviti in annulo, aut pixide trahantur.*
31 *Dæmones fingunt ſe captos, & vinctos à Magis, ut eos ita capiant.*
32 *Dæmones à nulla re corporea pati poſſũt.*
33 *Superſtitioſum eſſe aliquid, quomodo cognoſci poſſit.*
34 *Inquiſitores Apoſtolici ſortilegos, & ſuperſtitioſos quando punire poſſunt.*
35 *Magos, & excantatores quomodo cenſeat Plato puniendos eſſe.*

De Superſtitionibus.

Quia ſuperſtitio iuxta Varrum.

1 SUperſtitio, ut Varro inquit, *eſt falſa religio, quæ falſum Deum, aut verum quidem, ſed falsò, ac vanè metuit.* Et Cicero: *In ſuperſtitione ineſt timor inanis Deorum; imbecilli animi, atque anilis eſt ſuperſtitio: quâ qui eſt imbutus, quietus eſſe nunquam poteſt.* Gellius: *Superſtitio eſt inepta, & importuna religio.* Et Servjus: *A ſuperſtite ſuperſtitio dicta, quæ anicularum propria eſt, quæ multis per ætatem ſuperſtites ſunt; & quæ rebus inanibus addictæ, dum volunt videri nimis religioſæ, ſuperſtitioſæ fiunt, & ita delirant.* Theologi verò ſuperſtitionem eſſe ajunt, vitium religioni oppoſitum, exhibens cultum Divinum cui non debet, vel eo modo, quo non debet. *Lactant. lib. 4. divinæ institu. cap. 28.*

Vnde dicta ſuperſtitio.

Quid ſuperſtitio iuxta Theologos.

2 Superſtitionum autem plures ſunt ſpecies, & omnes Divino cultui adverſantur ſecundum diverſos fines; ordinatur enim Divinus cultus ad reverentiam Deo exhibendam; & contra illũ eſt idololatria; ordinatur etiam, ut homo inſtruatur à Deo, & huic opponitur ſuperſtitio divinationum, quæ Dæmones conſulit expreſsè, vel tacitè: demum ordinatur ad quãdam directionem humanorum actuum ſecundum præcepta Dei; & contra hoc eſt ſuperſtitio quarundam obſervationum, quibus facta ſuperſtitioſorum perperam diriguntur. De divinationibus, & idololatria ſuis locis diſſeruimus; ſupereſt, ut de obſervationibus ſuperſtitioſis, de pactis Dæmonum, ac de illorum præſtigiis aliqua referamus *Thomas 2. 2. q. 92.*

3 In Deuteronomio legitur cap. 18. *cave, ne*

ut ne imitari velis abominationes illarum Gentium, neque inveniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam, ducens per ignem, aut qui ariolos ſciſcitetur, & obſervet ſomnia, atq; auguria, nec ſit maleficus, nec incantator, nec qui pythones conſulat, neq; divinos, & quærat à mortuis veritatem; omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter iſtiuſmodi ſcelera delebit eos. Divus Chryſoſtomus in cap. 2. Iſajæ: *Pleriquè noſtrum in hoc genus morbi inciderunt, dum ſuam ipſorum vitam labefactantes, abſurdiſſima iſti captandæ divinationis dementiæ ſe dedêre; offenſo, ac repudiato Deo; quare, & hinc decerpimus plurimum doloris, & triſtitiæ. Ad hoc ſtudium omne ſuum adhibuit Diabolus, ut parùm cordatos decipiat, & labores; qui adhibentur parandæ virtuti, & donum liberi arbitrii è medio auferat per vaticinia, & auguria: hoc per ſigna procurat; per obſervationem dierum, per improbatum dogma de fato, de ſortibus, & per alia item multa.*

4 Origenes lib. 1. in Job: *quidam*, inquit, *ſternutamentis obſervant, & invocationibus, atq; revocationibus, & occurſibus, atq; volucrum vocibus, non intelligentes miſeri, & ſpe vacui, quòd à Domino greſſus hominis diriguntur*, & paulo poſt: *Qui autem ad hoc intenderint, horum greſſus conturbabuntur, horum opera impediuntur, ab iſtis Dei viſitatio recedit, iſtos Sancti Angeli derelinquunt, cum iſtis diabolus permanet, infatuans mentes eorum, obtundens corda illorum, abſtrahens à Deo ſenſus eorum.* Hæc, & alia in eandem ſententiam tradit *Origenes ibidem, & lib. 3. colu. 12. & in libro Numerorum homil. 13. & 17.*

5 Somniis credere, ſuperſtitioſum, &

Levit. 21. impium eſt: *Non augurabimini, neq; obſervabitis ſomnia*, inquiunt ſcripta ſacra: *Vana ſpes, & mendacium viro inſenſato; &*

Eccli. 34. *ſomnia extollunt imprudentes: Quaſi qui apprehendit umbram, & perſequitur ventum; ſic & qui attenderit ad viſa mendacia. Secundum hoc viſio ſomniorum; divinatio erroris, & auguria, mendacia, & ſomnia malefacientium, vanitas eſt. Ne dederis in illis cor tuum; multos enim errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis.* Non eſt igitur ſomniis habēda fides (quidquid ſcripſerit Artemidorus) quia vana ſunt, & ex repletione, aut vacuitate, aut ægritudine, aut illuſione dæmonum, aut ex cauſis naturalibus, eorum imagines, & phantaſmata provenire ſolent. *Levit. 21. Eccleſiaſt. 34. Thomas 2. 2. quæſt. 95.*

6 Qui putant dies quoſdam fortunatos; alios infelices eſſe; hi proculdubio vehementer errant. Neq; enim ratio reddi poteſt, cur magis infauſti ſint dies Martis, & Veneris, aut quidam alii, quàm cœteri dies; Deus etenim eodem modo fecit hos, atque illos dies. Scribit Hieronymus in Eccleſiaſtem, cap. 7. *Virtutes bonos dies viventi faciunt, vitia malos.* Et in Amos cap. 6. *Parantes ſibi vitio ſuo dies malos; non quo dies iſtius ſit malus; ſed quo unuſquiſq; parat ſibi malum.* Et paulo poſt: *Stultum eſt enim res ferre ad tempora, cum in noſtra ſit poteſtate, vel bonum diem nobis facere, vel malum.* Et ſicuti Divus Chryſoſtomus oratione Kalendis habita, inquit: *Dies bonus, & malus eſt, non ſua quadam, & propria natura (nihil enim dies à die differt) ſed noſtra, vel negligentia, vel ignavia. Si juſtitiam feceris, bonus tibi dies erit; ſin peccatum deſignaveris, malus, & ſupplicio plenus.* Et B. Auguſtinus in Enchiridio: *Quis exiſtimaret quàm magnum peccatum ſit dies obſervare, & menſes, & annos, & tempora; ſicut obſervant qui certis diebus, ſive menſibus, ſive annis, volunt, & nolunt aliquid inchoare, eo quod ſecundum vanas doctrinas hominum, fauſta, vel infauſta exiſtiment tempora; niſi hujus mali magnitudinem ex timore Apoſtoli penſaremus, qui talibus ait: Timeo ne ſine cauſa laboraverim in vobis. Ad Galat. 4. c. non obſervetis cum ſeq. 26. q. 7. Macrobius lib. 1. Saturnalium.*

Obſervatio dierum ſuperſtitioſa.

7 Eſt & alia ſuperſtitio eorum, qui ex ſideribus, & cometis, & facibus cæleſtibus futura prædicunt; quorum omnium impia temeritas coercenda, & reprimenda eſt; ſed illorum præcipuè, qui omnia pendere ab aſtris, & ab eis largiri putant; hi enim conſumati hæretici ſunt. *Augures*, inquit Iſajas, *qui contemplabantur ſidera, & ſupputabant menſes, ut ex eis annunciarent ventura tibi, ecce facti ſunt quaſi ſtipula: ignis combuſſit eos.* Cap. 47. Et per Hieremiam Dominus: *Juxta vias Gentium nolite diſcedere, & à ſignis Cœli nolite metuere, quæ timent Gentes: nolite timere, ea, quæ neque malè poſſunt facere, neque benè. Iſajæ 47. Hjerem. cap. 10. Auguſt. lib. 2. de Geneſi ad literam cap. 17. Cælius lib. 14. lectio. antiqua. cap. 9.* Cap. 10.

Ex ſideribus futura prædicere ſuperſtitioſum.

8. Divvs Hieronymus inquit: *obſervare auguria, requirere ſtellarum curſus, & eventus ex his futurorum rimari, cæteriſq; hujuſmodi ſuperſtitionibus implicari, opprobrium Ægypti eſt, idololatriæ matris. c. ſed, & illud 26. q. 2. Gelius lib. 14. cap. 1.*

Facetum Veſp ſiani dictum.

9 Veſpaſianus æger iis, qui de comete neſcio quid inter ſe colloquebantur, dixit: *Non mihi, ſed Regi Parthorum mortem portendit; ille enim comatus eſt, ego calvus ſum.* Auctor *Xiphilinus* cum *Dione Nicæo, in eodem Veſpaſiano.*

Sortes ſuperſtitioſæ quandoque.

10 Per ſortes quoq; de occultis, aut futuris inquirere, ſuperſtitioſum eſt. Divvs Auguſtinus epiſto. 119. inquit: *Hi, qui de paginis Evangelicis ſortes legunt, & ſi optandum eſt, ut id potiùs faciant, quàm ad Dæmonia conſulenda concurrant; tamen iſta mihi diſplicet conſuetudo, ad negotia ſecularia, & ad vitæ hujus vanitatem Divina oracula velle convertere.* Et Gratianus: *Et ſi ſortibus nihil inſit mali, prohibentur tamen fidelibus, ne ſub ſpecie divinationis ad antiquos idololatriæ cultus redeant, c. hi qui. c. ſors 26. q. 2. Troilus Malvetius tract. de ſortibus.*

11 De pactis cum Dæmonibus factis, ac de impia illorum ſocietate, pauca nunc commemorabo; quia omnes ferè ſuperſtitiones inde naſcuntur, vel eodem redeunt. Gerſon, pactum cum Dæmone facere, ſpeciem idololatriæ, atque apoſtaſiæ eſſe ait. *Cap. 28.* Et Iſajas ſub illorum perſona: *Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* Et Aug. lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 23. *Superſtitioſum eſt quidquid inſtitutum eſt ab hominibus, ad conſultationes, & pacta quædam ſignificationum cum Dæmonibus placita, atque fœderata. Gerſon. part. 1. tracta. de erroribus circa artem magicam dicto. 2. c. illud 26. qu. 2.*

12 Non tantùm expreſsè fit pactum cum Dæmone; ſed etiam tacitè. Nam qui Dæmonem invocat, vel aliis modis ei cõmunicat, pactum cum eo feciſſe videtur; nam reipſa cum illo ſocietatem habet; includit namque ſocietas pactum, conventionem, & fœdus; ſi non verbis, ſaltem factis. Quò fit, ut nonnunquam tacitè invocetur Dæmon figuris, characteribus, verbis, & ſignis ignotis, & ſuperſtitioſis, idq; ad aliquem effectum, qui noſcitur ex Diabolo provenire, vel etiam cum aliquis talibus rebus ſe implicat, qualibus dignum eſt, ut ſe Dæmon immiſceat; quamvis id eveniat præter hominis intentionem. Sed vix eſt, ut id contingat præter intentionem ejus, qui id facere, aut ſcire ſtudet, quod abſque Dæmonis ope conſequi nequit; nam qui vult conſequens, vult & illud, ex quo id ſequitur. *Cajet. 2. 2. q. 95. art. 3.*

Pacta facta cum Dæmone reſcindi ipſo renuente non poſſe eſt error ignari vulgi.

13 Vulgo imperito perſuaſum eſt, pacta cum Dæmone facta reſcindi non poſſe, niſi Dæmon ipſe conſentiat; & eo magis, ſi Chirographum confectum, fuerit ſanguine Chirographarii perſcriptũ; aut, ſi membrum, aut membri partem Dæmon pro pignore acceperit. Hæc tamen omnia fatua ſunt, & inepta; quia talia pacta ſcelerata ſunt, & nefaria; atq: adeò nulla, cum ſint contra naturæ leges, atq; Divinas: quamvis in contrahentium perniciem nonnunquam valere ſoleant, ut rectè docuit Breſius lib. 2. de Republ. Adde quòd hæc, & omnia alia crimina Sacramento pœnitentiæ deleantur. Nec enim dæmonum arte, ac fraudibus Divina miſericordia, & gratia impediri poteſt. *Ezechiel. 18. l. ſi unus §. pacta quæ turpem. ff. de pactis.*

Pacta cum Dæmone cõtinent artes magicæ.

14 Magicæ artes ex pactis Dæmoniorum conſtant, & ab Ethnicis etiam reprobatæ ſunt. Plinius lib. 30. natural. hiſto. cap. 1. inquit: *Magicas vanitates ſæpius coarguimus.* Et mox: *Magia fraudulentiſſima eſt omnium artium.* Et cap. 2. ait eam artem vanam, & falſam, inteſtabilem, irritam, & inanem eſſe, habentem tamen quaſdam veritatis umbras; ſed in his veneficas artes pollere, non magicas.

15 Tiberius Cæſar Magos peregrinos morte affecit; cives autem Romanos miſit in exilium, ut Xiphilinus in Epitome Dionis retulit in eodem Tiberio. Et Julius Paulus lib. 5. ſententiarum recept. titul. 25. inquit: *Magicæ artis conſcios ſummo ſupplicio affici placuit, ideſt beſtiis obijci, aut cruci ſuffigi: ipſi autem magi vivi exurantur.*

16 Divvs Cyprianus libro de duplici martyrio: *Qui magicis artibus utuntur (à quo malo nos Domini miſericordia liberavit, ſicut à cæteris omnibus, quibus juxtà veterem hominem quõdam ambulantes tenebamur) tacitè Chriſtum abnegant, dum cum Dæmonibus habent fœdus.* Et B. Augu. lib. 18. de Civi. Dei cap. 19. Magicas artes eſſe ait maleficia peſtifera, & ſcelerata, & hu-

ma-

mano generi pernicioſa. Et Hermogenes in compēdio rhetorices tradit, has omnes artes pernicioſas eſſe, & ad perniciem politicam, & civilem repertas. Addo *Auguſtin. lib. 10. de Civit. Dei cap. 11. Toſtadum in lib. Numero. cap. 21. q. 19. & in Levitic. cap. 19. q. 18. & 29.*

17 Idem D. Auguſtinus lib. 2. de doctrina Chriſtiana: Molimina magicarum artium, placita eſſe fœderata cum Dæmonibus tradidit. Et alibi inquit: *Omnis inquiſitio, & omnis curatio, quæ à divinis, & magicis artibus experitur, mors potius dicenda eſt, quàm vita; & qui ea ſectantur, ſi ſe non correxerint, ad æternam perditionem tendunt.* Et mox; *Itaque hæc vanitas magicarum artium ex traditione malorum Angelorum in toto Orbe Terrarum plurimis ſæculis invaluit per quandam ſcientiam futurorum, & infernorum, & per inventiones eorum inventa ſunt auriſpicia, & augurationes, & ipſa, quæ dicuntur oracula, & necromantia. c. illud cum ſeq. 26. qu. 2.*

18 Gratianus in Sanctorum Patrum decretis hoc retulit: *Admoneant fideles Sacerdotes populos ſuos, ut noverint magicas artes, incantationeſque, quibuslibet infirmitatibus hominum nihil remedii poſſe conferre; non animalibus languentibus, claudicantibuſve, vel etiam moribundis quicquam mederi; Sed hæc eſſe laqueos, & inſidias antiqui hoſtis, quibus ille perfidus humanum genus decipere nititur; Et ſi quis hæc exercuerit, clericus degradetur, Laicus anathematizetur. c. admoneant 26. q. 7.*

19 Ad Genus quoque ſuperſtitionum pertinent omnes ligaturæ, atque remedia, quæ medicorum etiam diſciplina condemnat; ſivè in præcantationibus, ſivè in quibuſdam notis, quas characteres vocant, ſivè in quibuſcunque rebus ſuſpendendis, atq; ligandis, ſicut ſunt inaures in ſummo ſingularum aurium, aut de ſtruthionum oſſibus anſulæ in digitis, aut, cum dicitur tibi ſingultienti, ut dextera manu ſiniſtrum pollicem teneas. In his omnibus ars Dæmonum eſt, ex quadam peſtifera ſocietate hominum, & Angelorum malorum exorta. Undè hæc cuncta vitanda ſunt Chriſtiano, & omni penitus execratione repudianda, atq; damnanda, ut Auguſt. & Iſidorus tradunt. *c. illud 26. qu. 2. c. neque mirum 26. qu. 5.*

20 Huc accedit Joannes Chryſoſt. in epiſtolam Pauli ad Coloſſ. dicens: *Superſtitioſa remedia nihil profunt; ſed ſeductio ſunt, & ludibrium, & idololatria. Etenim ſuperſtitioſa illa, quæ ægrotis applicantur, etiam ſi mille modis philoſophentur qui quæſtum ex ipſis faciunt, dicentes: Deum invocamus, & præterea nihil facimus, Chriſtiana eſt hæc anus, & fidelis; idololatriam tamen ſapiunt.* Hæc, & alia in eandem ſententiam ibidem, & alibi docet. *homil. 8. & ad populum Antiochenū hom. 21.* quem omninò perlege.

21 Theophraſtus in libris, quos de morali philoſophia edidit, dubitans, nunquid circa animos vertantur mores, & acti corporis doloribus à virtute deſciſcant, tradidit, Periclem, cum langueret ex morbo, amico cuidam, qui eum viſendi gratia adierat, incantationes quaſdam pendentes collo à mulieribus alligatas oſtendiſſe; ut appareat hominem peſſimè animo affectum fuiſſe, cum hujuſmodi inſanias perferebat. Hæc *Plutarchus in Pericle.* *Periclis vanitas.*

22 In Levitico cap. 19. prohibitum eſt, ne figuræ, aut ſtigmata fiant: quo intelligitur, vetitum eſſe, ne quiſpiam faciat ſigna ſuperſtitioſa, & imagines Aſtrologiæ, & nomina ignota, & characteres, & id genus omnia quæ (ut Origenes lib. 3. in Job ait) diaboli ſunt ſeductiones, Dæmonum ſunt irriſiones, idololatriæ ſunt fæx, animarum infatuatio, & cordium ſcandalum. Miſer quoque ille eſt,

Qui fumantia conſulit exta,
Qui rimatur aquas, & qui conſiderat ignes,
Qui pluvias, ſpecula, & pelves, nitidaſque ſecures
Inſpicit, & temerè deſcripta in pulvere ſigna.

ut Mantuanus cecinit in Apolonia. Vide *Gerſonem tractatu adverſus doctrinam cujuſdam Medici. Crinitum lib. 25. cap. 2.*

23 Divus Auguſt. lib. 2. de doctrina Chriſti. *His adjunguntur*, inquit, *millia inaniſſimarum obſervationum, ſi membrum aliquod ſalierit, ſi junctim ambulantibus amicis canis, aut lapis, aut puer medius intervenerit. Hinc ſunt etiam illa: limen calcare, cum ante domum ſuam tranſit: redire ad lectum, ſi quis, dum ſe calceat, ſternutaverit: redire domum, ſi procidens offenderit, vel ſi veſtis à ſoricibus roditur.* Et alibi:

Qui attendunt ſomnialia ſcripta, & falſo Danielis nomine intitulata, & ſortes, quæ dicuntur Apoſtolorum, & auguria avium, aut aliqua pro domo facienda, aut propter conjugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pytaciola pro quavis infirmitate ſcripta ſuper homines, & animalia ponunt, præter ſymbolum, & orationem dominicam: aut magicis falſitatibus, aut grandinariis tẽpeſtatibus credunt; ſciant ſe fidem Chriſtianam, & baptiſmum prævaricaſſe, & in iram Dei graviter in æternum incurriſſe, niſi Eccleſiaſtica pœnitentia emendati Deo reconcilientur. Addo *Chryſoſto. in epiſtola ad Epheſ. ſermo 12. c. illud 26. q. 2. c. non obſervetis 26. q. 7. Thom. 2. 2. quæſt. 96.*

24 Superſtitioſas obſervationes irridens Geta Terentianus in Phormione, inquit: *Quot res poſt illa monſtra evenerunt mihi: introijt in ædes ater alienus Canis; Anguis per impluvium decidit de tegulis; Gallina cecinit, interdixit ariolus, Aruſpex vetuit ante brumam aliquid novi negotii incipere, quæ cauſa eſt juſtiſſima.* Cicero quoque Nonio dicenti, optimam ſpem habere licere, quòd ſeptem aquilæ in Caſtris Pompeii eſſent captæ: *Rectè moneres*, inquit, *ſi adverſus picas nobis pugnandum foret.* Et Marcus Varro: Deos dixit otioſos, & feriatos fore, ſi ſua conſilia corniculæ crederent, aut corvo, ſuperſtitioſis hominibus indicanda.

25 Illa verò non ſunt prętereunda, quę Clemens Alexandrinus ſcitè; atq; ſapienter de hac re diſſeruit. Is lib. 7. ſtromatum inquit: *Superſtitioſi, cum ſint proclives ad iram, pertimeſcunt, & quæcunque eveniunt, exiſtimant eſſe ſigna, & cauſas malorum. Si mus aram, quæ erat è luto conſtructa, perfoderit, & cum nihil aliud haberet, lecythum corroſerit: ſi Gallus, qui alitur, veſpere cecinerit, hoc alicujus ſignum eſſe ſtatuentes.*

Scita multorum de vanis obſervationibus dicta.

Talem quendam ludificatur Menander in comœdia, quæ inſcribitur, Superſtitioſus. *Quid nàm boni mihi accidat, ò boni Dei; Nàm dexteri alligans calcei corrigiam, rupi; meritò, ò nugator, erat enim putrida; tu autem es parcus, & ſordidus, qui nolis novos emere.* Lepidum eſt illud Antiphontis; nàm, cum quidam malè præſagiret ex eo, quòd ſus porcellos devoraſſet, iſque eam vidiſſet, ob ſordes ejus, qui ipſam alebat, fame valdè attenuatam: *de ſigno*, inquit, *lætare, quòd, cum ſic eſuriet, filios non comederit. Quid mirum*, inquit Bion, *ſi mus calathum arroſerit, cum non inveniret quod comederet? Hoc enim fuiſſet mirum, ſi, ut ludens argutabatur Archeſilaus, murem calathus comediſſet.* Rectè certè Diogenes quoque ad eum, qui admirabatur, quòd inveniſſet piſtillum à Serpente in gyrum circundatum. *Ne mireris*, inquit, *eſſet enim illud mirabilius, ſi vidiſſes rectum Serpentem eſſe à piſtillo circundatum.*

26 Philemon quoque comicus talia ridet in comœdia: *Cum videro*, inquit, *obſervantem quis ſternutaverit, vel quis ſit locutus, aut reſpicientem quis ſit, qui pullo procedat, ſtatim in foro ſternutat unuſquiſq; noſtrum; is ſecum ingreditur, & loquitur, dicens, civibus res non evenire, ut earum fert natura. Multi quoque timent ſcripturas ſuſpenſas. Lepidè admodum Diogenes, cum inveniſſet ſcriptum ſuper domum cujuſquam improbi: inſignis victoria, hercules, hic habitat, nihil mali ingrediatur; & quomodo ingredietur, inquit Dominus ædium? ii autem ipſi omne lignum, & omnem lapidem pinguem, ut dicitur, adorantes, lanas flavas, & fruſta ſalis, & faces, & ſcyllam, & furfur timent, incantati à præſtigiatoribus, per quaſdam immundas expiationes:* Hæc, & alia *Clemens Alexandrinus* memorat. Et *Theodorit. lib. 6. de Dei providentia.*

27 Hector ille fortiſſimus Polydamantem arguens, ut vanum augurẽ, apud Homerum lib. 12. Iliados dixit:

. . . . . tuis cupis me accedere vanis
Auguriis, quæ ſperno equidem, quia ſtulta videntur.
Seu dextera ſpectentur aves, Phaetonis ad ortum,
Sivè ſiniſtra petant, obituri limina ſolis.
Nil rationis habent, cum ſint ratione carentes.
Qui juſſit ſperare, Jovi nos credere oportet,
Quem penes eſt hominum, divumq; æterna poteſtas.
Augurium tantũ eſt, quod prævalet omnibus unum.
Pro patria pugnare armis, defendere cives.

Et Silius Italicus libro 5.

Sat magnus in hoſtem,
Augur adeſt, enſis pulchrumq; & milite dignum

Auſpicium, Latio quod in armis dextera praſtat.

Et paulò poſt

. . . . . deforme ſub armis,
Vana ſuperſtitio, dea ſola in pectore virtus
Bellantum viget.

Augurum dicta contẽpſit Papyrius conſul. Papyrius Conſul adverſus Samnites cum exercitu miſſus, cum à prælianis auguribus conjectantibus congredi prohiberetur, irridens eos tam feliciter, quàm conſtanter arripuit bellum, confecitque. Auctor *Etropius lib. 2. rerum Romanarum.*

28 Hecatæus Abderita, qui hiſtoriam Judæorum ſcripſit, cum uno eorum ſermonẽ hujuſmodi ſe habuiſſe narrat: *Cum ad Mare rubrum proficiſcerer, inter alios equites Iudaus quidam nomine Myſonianus, me ſequebatur; erat autem vir animi maximi, & arcu peritiſſimus: is eum augur quidam omnes nos ſtare juſſiſſet: interrogavit, quara fixi ſtaremus: augureque avem oſtendente, atq; dicente, conducere ita ſtare, quouſque, quò avis tenderet, perpexiſſent; ut ſi ad anteriora volaret, cœptum iter peragerent: ſin autem poſteriora volatu peteret, reverterentur; ſilentiò arcu tracto, avem percuſſit, atque interfecit; tunc augur, & nonnulli alis valdè commoti, ei maledicebant; ipſe verò; Quis eſt, inquit, iſte furor, ò homines? quomodo enim avis iſta, quæ nihil de ſua ſalute praviderat, veri aliquid de itinere noſtro poterat nobis prædicere? quæ, ſi futura praſciſſet, nunquam hic veniſſet, nè à Myſoniano Judæo interficeretur.* Quod ut prudentèr factum, ac ſcitè dictum commemorant *Ioſephus lib. 1. contra Apionem. Euſeb. lib. 9. praparationis Evangelica cap. 2. & Polidor. lib. 3. de prodig.*

Lapidum Myſoniani Iudæi factum.

29 Illi præterea fœdus cum dæmone feciſſe videntur, qui defunctorum animas èvocant; & qui dæmones familiares circumferunt, & qui (ut dicitur) Spiritus paſcunt in vitro, per quos ſe prophetare mentiuntur; & qui deluſiones, & phantaſmata edunt, & miracula quædam circulatoriis artibus ludunt. De his autem Auguſtinus inquit; *Omnia miracula Magorum, doctrinis fiunt, & operibus dæmoniorum. lib. 8. de Civit. Dei, cap. 19.* Addo *Lactantium lib. 2. divin. inſtitutio. cap. 17. Leonem Magnum ſermo. ultim. de paſ. Domini. Thom.* & cœteros *lib. 2. ſentent. diſtinctio. 7.*

30 Nemo autem putet dęmones ab homine cogi poſſe, ut in annulo, aut pyxide inviti trahantur. Nec enim homines id facere valent, nec ſigna, verba, herbæ, aut characteres naturalitèr eam vim habent; nec ſpiritus illi potentiſſimi, ejuſmodi rebus compelli queunt. Sed, ut ait B. Auguſtinus: *Illiciuntur dæmones ad inhabitandum per creaturas, quas non ipſi, ſed Deus condidit, delectabilibus pro ſua diverſitate diverſis; non ut animalia cibis, ſed ut ſpiritus ſignis, quæ cujuſq; delectationi congruũt, per varia genera lapidum, herbarum, ſignorum, animalium, carminum, rituum; Ut autem illiciantur ab hominibus, prius eos ipſi aſtutiſſima calliditate ſeducunt, aut inſpirando eorum cordibus virus occultum, vel etiam fallacibus amicitiis apparendo, eorumque paucos diſcipulos ſuos faciunt, plurimorumq; Doctores. Nec enim potuit, niſi primùm ipſis docentibus, diſci quod quiſque illorum appetat, quod exhorreat, quo invitetur nomine, unde magicæ artes, earumq; artifices extiterunt. Maximè autem poſſident corda mortalium, quæ potiſſimùm poſſeſſione gloriantur. lib. 21. de Civitat. Dei cap. 6.*

31 Ergo dæmones ab homine non cõpelluntur; ſed, ut quidam rectè inquit: *Non dæmonem cogis, aut in vinculis eum, ut putas, tenes; ſed hoc certum habe, quòd ille ſimulat ſe captum, ut te capiat; ſe vinctum, ut te vinciat; ſe tuo imperio ſubditum, ut te ſibi ſubdat; à te incluſum, ut te includat; fingit ſe demum tua arte, vel imagini, vel lapidi ligatum, ut te funibus peccatorum ligatum ad infernum perducat.* Et quidam ex perſona dæmonum non ineleganter cecinit:

Nos verò, quoties animas Magus evocat Oreo,
Illarum aſſumpta mentimur imagine vultus.
Carminibus, foliis, avibus, fumoque ligari
Dicimur; & circumductis in pulvere ſignis.
Sed veluti pleriſque aliis, ita fallitur iſto
Mens hominum.

Henricus ſuper Geneſ. & Barth. Sibyla libro peregrinarum quaſtionum, Decadis tertia, cap. 8. qu. 1.

32 Ad hæc, neque fumo dæmones expelli poſſunt, neque à re aliqua corporea

pati

pati queunt; neque enim Spiritus purus quicquam pati poteſt à corpore, quia longè illo præſtantior eſt. Quò perſpicuè patet, errare eos, qui homines à dæmonibus obſeſſos flagellant,& alapis cædunt, aut fumo fatigant; nàm dæmonia fingunt ſe dolere, aut affligi, ut fatuos decipiant; & ut corpora illa torqueantur. *Bartbolo. Sibyl. loco prænotato quæſtio 2.*

33 De ſupraſcriptis autem omnibus, aliiſq; multis obſervationibus, hæc generalis doctrina traditur: Ea, quæ naturalitèr *Doctrinæ de ſuperſtitione ſynopſis.* illos effectus producere nequeunt, ad quos efficiendos adhibentur, ſuperſtitioſa ſunt, & pertinent ad pacta dæmoniorum, atque etiam hæc: Omnis obſervatio, cujus effectus expectatur aliundè, quàm ex naturali ratione, vel miraculo vero, vel voluntate Divina, reprobari debet; quia vehementèr ſuſpecta eſt de pacto expreſſo, vel occulto cum dæmone facto. Proindè obſervare nomina, ſigna, characteres, & cœtera omnia, quæ natura ſua nullam virtutem habent; ſuperſtitioſum eſt, atq; adeò vehementèr ſuſpectum. *Thom. 2. 2. q. 96. & opuſculo 25. de ſortibus c. ult. Gerſon. tract. adverſus doctrinam cujuſdam Medici Martinus Arles tracta. de ſuperſtitionibus.*

34 Et quamvis lege Pontificia vetitum ſit, ne Inquiſitores Apoſtolici de divinationibus, & ſortilegiis cognoſcant, niſi hæreſim ſapiant manifeſtè; pleræque tamen ſuperſtitiones, divinationes, & ſortilegia manifeſtam hæreſim ſapiunt, propter fœdus cum dęmone factum expreſsè, vel tacitè; Quod quidem ſpecies infidelitatis, & idololatriæ eſt. Quamobrem Inquiſitores punire debent ſuperſtitioſos iſtos præſtigiatores, magos, planetarios, excantatores, augures, & id genus alios, qui juſtè plerunq; flagellis cæſi, ad remos mittendi, aut certè relegandi ſunt.

35 Divinus Plato lib. 11. de legibus inquit: *Quando quis nodis, inductionibus, cantibus, ſimilibuſq; veneficiis ad nocendum paratis, deprehenſus eſt; ſi aruſpex, aut prodigiorum interpres ſit, occidatur: ſin verò non fuerit, judex de ipſo, quid dare, pativè debeat, ſtatuat.*

ANNOTATIONES.

1 Superſtitio &c.

Quicquid ſit de hujus vocis origine, de qua, prætèr hic à Simanc. relatos, vide quoque *Iſidor. lib. 8. etymol. cap. 3.* certum eſt apud Catholicos nil aliud ſuperſtitionis nomine, niſi Cultum indebitum, ſeu vanam quandam religionem intelligi. *D. Tho. 2. 2. quæſt. 92. art. 1.* De ſuperſtitionibus vide pertractantes DD. quos ſupra retuli *in Annot. ad tit. 21. de Divinat. & Revelat. nu. 1.*

5 Somniis credere &c.

Nota quòd licèt ſuperſtitioſum ſit, & impium ſomnius credere, ut hic docet Simanc; ſuperſtitioſum non eſt, neq; illicitum cauſam, à qua ſomnia proficiſcantur, inveſtigare, ſcilicèt an à Deo, an à ſpiritu malo, an ex corporis diſpoſitione &c. quāvis hoc difficilimū ſit; cum etenim ex hac indagatione intendatur cujuſdam veritatis cognitio, quæ ad vitam componendam utilis eſſe poteſt, culpa, qui expiſcatur, penitus vacare videtur. *Suarez. tom. 1. de Relig. lib. 2. de ſuperſtit. cap. 13. num. 6.* ubi hanc eſſe communem opinionem affirmat. Somniorum cauſas quadrifariam dividentem, quarum aliæ ſunt corporales, ſpirituales aliæ, vide *D. Thom.* ab omnibus receptum loco in hoc capite à Simanca *citat., art. 6.* & de conjectatione ex ſomnius lege *Martin. Delrio lib. 4. Diſquiſit. Magic. quæ. 6.* ubi multas concluſiones ad hujuſmodi materiam ſpectantes invenies.

7 Eſt, & alia ſuperſtitio &c.

Nota quòd ex aſtris quæcunque prædicuntur, prætèr naturales effectus; illicitè prædicuntur; Vide motum proprium Sixti V. alias relatum; & quæ ſupra notavi *tit. 21. de Divinat. & Revelat. num. 23.* Vide pariter *Martin. Delrio Diſquiſit. Magic. lib. 4. cap. 3. quæſt. 1. per totum.*

10 Per ſortes quoque &c.

Nota quòd ſortes Divinatoriæ, præter ſuperſtitionis malitiam, multoties alia quoque gravja crimina habent admixta; ut patet, ſi quis v. g. cognitionem alicujus occulti delinquentis per ſortes inquireret; is proculdubio præter ſuperſtitionis peccatum, injuſtitiæ quoq; labem contraheret; tum quia cognitionem hanc fallaci medio inquireret, cum etiam, quia ſe exponeret periculo, ut ſors cadendo Dæmonis arte ſuper Innocentem, ut eſt probabile, Innocentia fiat Rea, quod maximum Injuſtitiæ piaculum eſt. Vide *Sanchez. lib. 2. in Decalog. cap. 38. in fine.* De hac materia lege *Martin. Delrio Diſquiſit. Magic. lib. 4. ſect. 3. remiſſivè.*

12 Non tantùm &c.

Notandum quòd in caſu, quo quis, utens vanis mediis, renunciaret omni pacto facto cum Dæmone; nihilominus à peccato non excuſaretur; nam eſto verbis renunciet, factis tamen non renunciat. Vide *Sanchez.* loco qui ſupra *cap. 40. nu. 25.*

14 Magicæ artes &c.

Intellige de Magia Diabolica; naturalis enim, & artificialis, ex nullo pacto cum Dæmone conſtant; idcircò nec prohibitæ. De his ſingulis vide mirapertractantem eruditione *Martin.* qui ſupra *lib. 1. cap. 2. per totum.*

19 Ad Genus quoq; ſuperſtitionum &c.

Circa Brevja, quæ à pleriſq; fidelium ſolent collo alligari, nota, quòd adhoc ut ſuperſtitio vitetur, hęc quinque cavenda ſunt; primùm, ne ibi ſit aliquid, quod ad Dæmonum invocationem pertineat. Secundùm, ne pariter ibi ſint nomina ignota. Tertium; ne quid falſitatis contineant; tunc enim eorum effectus expectari non poſſet à Deo, qui eſt

pri-

prima Veritas. Quartum ne ſub ſacris Verbis contineantur aliqua vana, ut puta characteres ignoti, & aliæ figuræ, præter ſignum S. Crucis. Quintum denique, ne ſpes Geſtantis ponatur in modo ſcribendi, vel ligandi; v. g. quòd ſcribi debeant in carta virginea, vel ſub ortu ſolis, vel dum legitur Evangelium, vel quòd debeant apponi à Puella Virgine, vel quòd debeant ligari cum tot filis &c. quæ omnes vanitates ſunt illicitæ, & ſuperſtitioſæ; nihilque ad Dei reverentiam pertinentes; ſi enim fortaſsè unum ex iſtis adeſſet. Superſtitione haud vacarent. *c. non liceat 26. q. 5. & c. illud q. 2.* Vide *D. Thom. 2. 2. quæſt. 96. art. 4.*

An autem qui ad bonum finem ſortilegia conficiunt, puniendi ſint. De Iure Pontificio tene, quòd ſic. Horum pœnas vide apud *Vulpem prax. Iudic. fori Eccleſiaſt. cap. 37. num. 18.*

29 Illi prætereà &c.

Nota quòd Dæmonis non eſt Animas Defunctorum ad hunc mundum revocare; ſed his miſeris dementibus illudit, dum fingit ſe, mortuum corpus aſſumendo, ac ſi anima eſſet. Vide *Sayr. in clau. Regia lib. 4. cap. 5. num. 10.*

30 Nemo autem putet Dæmonem ab homine cogi poſſe &c.

Doctrina, quam hic affert Simanc. eſt certiſſima, & à Catholicis unanimi conſenſu recepta; Omnes enim conveniunt in hoc, quòd quando Dæmones dicuntur à Magis teneri incluſi in annulo, aut in phiala; ibi ſponte ſua, & quoniam ita ſe fingunt detineri, detineantur; vel ſi vera ſit eorum retentio, hæc fiat potentioris Dæmonis juſſu per pactum initum cum Mago alligante, ſivè tenente. Vide *Martin. Delrio qui ſupra Magic. Diſquiſit. lib. 2. ſect. 3. Verſ. nonnulli tamen in fine, & Verſ. ſic legimus* ubi, quomodo intelligendum ſit Dæmones quandoque ab Angelis, & Sanctis Viris alligatos fuiſſe, eruditiſſimè docet.

32 Ad hæc neque fumo Dæmones expelli poſſunt &c.

Exorciſtæ, qui in Energumenorum conjurationibus fumigationibus uti ſolent; conſentiunt quidem Dæmones contactu phiſico fumi nequaquam lædi poſſe; cum etenim ſint ſpiritus incorporei, & natura nobiliſſimi, tactum non timent; aſt aſſerunt poſtea lædi à præfatis fumigationibus, vel per repræſentationem, quatenùs ſcilicet repræſentâres illæ cruciatus Tartari, Dæmonibus pœnas adaugent, vel propter myſteria, quæ in ſe continent, vel, quia ſic placet Altiſſimo ad majorem Dæmonum confuſionem, & pœnam; ſicuti legitur in libro Tobiæ de fumo Iecoris Piſcis, à quo omne Dæmoniorum Genus, Raphaele teſte, extricabatur, & fugabatur. Vide quæ docet *P. Zacharias Vicecomes part. 1. complem. Artis Exorciſ. Doctrin. 8. & 11.*

34 Et quamvìs lege Pontificia &c.

Hæc Pontificia lex hodie poſt conſtitutionem Sixti V., ut dixi, locum non habet. De pœnis horum Omnium ſuperſtitioſorum, vide quæ docet *Vulpes* loco qui ſupra *num. 15. 16. & 17.* & quomodo tractandi ſint in Tribunali S. Inquiſit. lege apud *P. Neri. in Praxi. S. Inquiſit. cap. 8. nu. 5.*

De Teſtibus Titulus LXIV.

SUMMARIUM.

1 *TEſtes unde dicantur, & teſtimonium quid ſit.*
2 *Probatio, quæ teſtibus fit, cur inartificialis dicatur apud rhetores.*
3 *Teſtibus omnibus non eadem habenda fides.*
4 *Teſtes cujuſmodi ſint conſiderare oportet, ut docet Cic. in partitionibus.*
5 *Teſtium mores, naturam, fortunam, animum, & ſtatum humanæ leges conſiderare ſolent.*
6 *Teſtes eſſe nequeunt quatuor perſonarum genera.*
7 *Teſtes quid admoneri debeant ab Inquiſitoribus.*
8 *Teſtis quid in primis jurare debeat coram judicibus.*
9 *Teſtes examinãdi ſunt ab Inquiſitoribus.*
10 *Teſtimoniorum fidem diligẽter perſcrutari debent Inquiſitores.*
11 *Teſtium examinatio ab ipſiſmet Inquiſitoribus fieri debet.*
12 *Teſtes quicunque ii ſint, cogi poſſunt ab Inquiſitoribus, ut coram eis ſe ſiſtant.*
13 *Teſtes quomodo cogi debeant ad perhibendum teſtimonium, ſi egregia perſonæ ſint.*
14 *Teſtimonia quando dicenda ſint in cæteris criminibus ab hæreſi.*
15 *Teſtes quando recipiendi ſint in cauſa hæreſis.*
16 *Teſtimonia recepta, inquirente judice, aut informatio ſummatim facta, neminem damnare debent.*
17 *Teſtimoniorum recognitio an fieri debeat poſt litem conteſtatam.*
18 *Teſtimoniorum recognitio quando fieri debeat in crimine hæreſis.*
19 *Teſtimonia in cauſa hæreſis nihil refert hoc, an illo tempore, rata fiant.*
20 *Conteſtatio litis cur neceſſaria non ſit in cauſa hæreſis.*
21 *Teſtes, cur nihil referat in cauſa hæreſis, utrum repetantur ante accuſationem, vel poſt litem conteſtatam.*
22 *Promotor fiſcalis inſtare debet, ut teſtes coram Religioſis viris ſua dicta repetant, & teſtimonia iterent.*

23 *Teſtes quando repeti poſſint ante litem conteſtatam.*

24 *Teſtes iterum ab Inquiſitoribus vocandi, & rursùs interrogandi ſunt, cum objecta crimina negat Reus.*

25 *Teſtes iterum examinare, & interrogare debent judices, quamvìs Reus dicat ſe eos habere velle pro ratificatis.*

26 *Teſtium publicatio quando fieri debeat, & eorum exemplum quomodo Reis exhibendum ſit.*

27 *Teſtium nomina nullo pacto Reis ipſis retegenda ſunt.*

28 *Rei cur citandi non ſint in crimine hæreſis ad teſtium ratificationem.*

29 *Teſtium nomina Reis edenda ſunt in aliis criminibus ab hæreſi.*

30 *Teſtium nomina, qui in Inquiſitionibus, & viſitationibus adverſus Judices, & Miniſtros eorum dicunt, ipſis ſunt aperienda.*

31 *Teſtimonio unius hominis plena fides habenda non eſt.*

32 *Teſtes duo, vel tres neceſſarii ſunt ad plenam cujuſque rei probationem.*

33 *Teſtimonio unius, aliquando habendam eſſe fidem plenam, Juriſperiti probare nituntur.*

34 *Teſtimonio unius, quando cenſeant nonnulli plenam fidem habendam eſſe.*

35 *Teſtimonio unius nunquam plena fides habenda eſt.*

36 *Teſtes duo ſunt neceſſarii ad plenam hæreſis probationem.*

37 *Participi criminis nullam fidem habendam eſſe, ſunt qui aſſerant.*

38 *Socio criminis credendum quomodo ſit.*

39 *Teſtimonia, etiam fide digniſſimorum hominum, nullum habent pondus in his, quæ ab aliis audierint.*

40 *Teſtes oculati magnum pondus habent ad faciendam fidem.*

41 *Teſtificari nequeunt hæretici contra Catholicos.*

42 *Teſtimonium hæretici adversùs hæreticum admittendum eſt.*

43 *Teſtimonium hæreticorum quando aliàs admitti poſſit.*

44 *Teſtimonium hæreticorum recipiendum eſt ad Reorum defenſionem, ut quidam putant.*

45 *Teſtibus hæreticis cur nullo modo credendum ſit.*

46 *Teſtimonium contra ſuos conſanguineos dicere in cauſis criminalibus nemo cogi poteſt.*

47 *Teſtimonium dicere tenetur quilibet adversùs conſanguineos ſuos in cauſa hæreſis.*

48 *Teſtimonium conſanguineorum adversùs conſanguineos, cur validiſſimũ ſit.*

49 *Teſtimonium falſum qui contra conſanguineum dixerit, cur ſeveriùs puniri debeat, quàm qui adversùs extraneum.*

50 *Teſtes, etiam publicatis teſtimoniis, ſemper admittendi ſunt in cauſa hæreſis.*

51 *Teſtes cur ſemper admitti poſſint in cauſa hæreſis.*

52 *Teſtes concordes eſſe debent, ut fides eis haberi queat.*

53 *Teſtimoniis illorum plena fides habenda eſt, qui concordant in rerum ſubſtantia.*

54 *Teſtimonium illorum ſuſpectiſſimum eſt, qui eundem, præmeditatumq; ſermonem afferunt.*

55 *Teſtis legitimus eſt in cauſa hæreſis is, qui hæreticum judicibus indicat.*

56 *Teſti, qui contra hæreticum dixit, & moriens teſtimonium ſuum revocat, quomodo credendum ſit.*

57 *Teſtis, quamvis moriens teſtimonium revocet, quod dixerat, priori ejus teſtimonio ſtandum eſt.*

58 *Teſtis, qui contrarium dicit ejus, quod priùs teſtificatus erat, in cauſa hæreſis interdum audiendus eſt.*

59 *Teſti morienti cur magis credendum ſit.*

60 *Teſtimonio ſuperiori fidem habendam non eſſe, qui putant, audiendi non ſunt.*

61 *Teſtibus ſingularibus, ſeu diſcordibus, tametſi plurimi ſint, hæreſis probari plenè nequit.*

62 *Teſtes ſingulares, qui contrarii ſunt, fidem ſibi ipſis abrogant.*

63 *Teſtes plurimi ſingulares, & prorsùs diverſi, perindè ſunt, ac ſi unus tantùmmodo teſtificaretur.*

64 *Teſtes diverſi, & ſingulares, ſi de rebus cõnexis teſtimonium dixerint, plusquã ſemiplenam probationem faciunt.*

65 *Teſtibus ſingularibus ſufficit probare partes, ad probãdam rem individuam, vel continuum actum.*

66 *Teſtes ſingulares, qui de ſingulis ſpeciebus teſtimonium dicunt, ſufficiunt ad probandum aliquid generale, ut multi cenſent.*

67 *Te-*

67 *Teſtibus, qui de ſingulis ſpeciebus teſtimonium dicunt, non eſſe habendam fidem, verior eſt ſententia.*
68 *Teſtibus ſingularibus probari poſſe aliquem hæreticum eſſe, ſunt qui aſſerant.*
69 *Teſtibus ſingularibus probari poſſe aliquem hæreticum eſſe, periculoſa, & falſa omninò opinio eſt.*
70 *Teſtes ſingulares non ſufficere ad probationem hæreſis, rationibus demonſtratur.*
71 *Teſtibus ſingularibus, ſi hæreſis probari poſſet, multa ſequerentur abſurda.*
72 *Teſtibus pluribus ſingularibus probari poſſe aliquem hæreticum eſſe in genere, ineptiſſimè nonnulli dicunt.*
73 *Teſtes in ſpecie debent ſui teſtimonii rationem reddere.*
74 *Teſtibus ſingularibus, neque in genere, neque in ſpecie, probatur hæreſis.*
75 *Teſtes de eadem ſpecie hæreſis teſtificantes, quamvis ſingulares ſint in loco, & in tempore, concordant in ejuſdem hæreſis probatione.*
76 *Tempus, & locus non ſunt circunſtantia neceſſaria ad probandam hæreſim.*
77 *Teſtibus ſingularibus, cum ad eundem finem tendunt, & plures ſunt, & fide digni, fides plenè haberi poteſt.*
78 *Teſtes quomodo idonei probari poſſint.*
79 *Teſtes quomodo refutare poſſit Reus.*
80 *Exceptiones quæ admitti debeant adverſus teſtes.*
81 *Exceptiones, ſi juſtè adversùs teſtes obiiciantur, admittendus Reus eſt ad earum probationem.*
82 *Conſanguinei Reorum admittendi non ſunt ad probandas exceptiones contra teſtes accuſatoris.*
83 *Teſtis perjurus, qui teſtimonium ſuum, quod juraverat ſe celaturum, patefacit, quomodo puniendus ſit.*
84 *Falſi teſtes quot malorum cauſa ſint.*
85 *Falſi teſtes qua pœna coerceri poſſint in cauſis civilibus.*
86 *Falſus teſtis puniendus eſt pœnâ talionis in cauſis criminalibus.*
87 *Falſus teſtis quomodo coercendus ſit lege duodecim tabularum.*
88 *Falſi teſtes hodie non ſic damnantur, ut ex ſaxo præcipitentur.*
89 *Falſi teſtes, qui virum Catholicum hæreticum eſſe teſtantur, omnium peſſimi ſunt.*
90 *Falſus teſtis in cauſa hæreſis quomodo puniri debeat.*
91 *Falſi teſtes, qui ſuo teſtimonio parùm nocuerunt, qua pœna afficiendi ſint.*
92 *Falſi teſtis, qui combuſtus fuit, utrum filii, & nepotes infames ſint.*
93 *Talionis pœna non uti debent Inquiſitores, niſi ob maximam cauſam.*
94 *Falſus teſtis in cauſa hæreſis an admittendus ſit ad pœnitentiam, ſi priùs veniam petat, quàm Curia Seculari relinquatur.*
95 *Falſus teſtis, qui ſe ipſum detulit, mitiùs puniendus eſt.*
96 *Teſtem qui auro, aut quovis alio modo corrupit, ut falſum diceret teſtimoniũ, quo pacto puniendus ſit.*
97 *Jezabelis facinus.*
98 *Teſtes, ſi teſtibus adverſentur, qui aliis ſint præferendi.*

De Teſtibus.

Teſtes unde dicti. 1 Teſtes à teſtando dicuntur; nàm teſtari eſt ſententiam noſtram exponere; unde teſtes dicti, quòd ea, quæ de rei geſtæ veritate ſentiunt, in judiciũ proferant. Teſtimonium verò eſt, rei cognitæ voluntaria confeſſio. *Quid teſtimonium.* *Auctore Ariſt. lib. rhetor. ad Alexand. cap. de teſtimonio, & teſtibus. Alciat. in l. plebs eſt. §. 1. de ver. ſign.*

2 Probatio, quæ teſtibus fit, inartificialis apud Rhetores dicitur; quia ipſa per ſe caret arte, & extra cauſam ſumitur, & non colligitur aliqua ratione argumentationum; ſed extra dicendi rationem eam accipit Orator; Eſt autem firmiſſima probatio, quæ teſtibus fide dignis conſtat; quia hominum ſcientia nititur; Unde divinis Hebræorum legibus frequentiſſimè cavetur, ut in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum. *Deuteronom. 17.* *Ariſt. lib. 1. rhetori. cap. ulti. Cicero in partitioni. Orat. cap. 1. Fabius lib. 5. inſtitu. orato. cap. 1. Deut. 17. nu. 35. c. in omni. c. licet univerſis de teſti.*

3 Cœterum non eadem fides omnibus teſti-

Non omnes teſtes æqualem faciunt fidem. teſtibus habenda eſt; nàm ex perſonarum qualitate, plus, minuſve fidei his, vel illis tribuendum erit. Quamobrem (ſicuti Jureconſulti docent) multa exploranda ſunt in teſtibus; ſcilicèt, conditio, dignitas, divitiæ, paupertas, amicitia, inimicitia, ſexus, ætas, & id genus alia: Cicero quoque in Topicis inquit: *Non qualiſcunque perſona teſtimonii pondus habet; Ad faciendam enim fidem auctoritas quæritur; ſed auctoritatem, aut natura, aut tempus affert. Naturæ auctoritas in virtute ineſt maximè; In tempore autem multa ſunt, quæ afferant auctoritatem; Ingenium, opes, fortuna, ars, uſus, neceſſitas; Nàm, & ingenioſos, & opulentos, & ætatis ſpatio probatos, dignos, quibus credatur, putant; non rectè fortaſsè; ſed vulgi opinio mutari vix poteſt; ad eamque omnia dirigunt, & qui judicant, & qui exiſtimant. l. 2. cum ſequenti. ff. de teſtibus.*

4 Et in partitionibus oratoriis idem Cicero de ſingulis teſtibus conſiderare docet, ſi fortè natura vani ſunt, ſi leves, ſi cum ignominia, ſi ſpe, ſi metu, ſi iracundia, ſi miſericordia impulſi, ſi præmio, ſi gratia adducti, teſtimonium perhibuerunt. Deniq; ut Adrianus Imperator ſcripſit: Quæ argumenta, ad quem modum probandæ cuique rei ſufficiant, nullo certè modo ſatis definiri poteſt. Aliàs numerus teſtium, aliàs dignitas, & auctoritas, aliàs veluti conſentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Ad ſummam judex, his omnibus exploratis, magis ſcire poterit, quanta fides teſtibus ſit habenda. *l. 3. §. 1. ff. de teſtibus.*

5 Ea tamen hoc loco prçterire non potui, quæ Alexander Theologus his verbis *Quid in Teſtibus leges conſiderent.* ſcripta reliquit: *Humanæ leges conſideraverunt quinque in perſonis teſtium; videlicet mores, naturam, formam, animum, & ſtatum. Circa mores conſideraverunt duo, propter quæ non debet fides teſtibus adhiberi: errorem, & malitiam. Propter errorem, infideles, propter malitiam infames repellendos eſſe à teſtimonio conſtituerunt. Item circa naturam duo conſideraverunt; ætatem, & ſexum. In pueris defectus ætatis obnubilat rationem; In mulieribus ſexus emollit voluntatem, propterea pueros, & mulieres idoneos non eſſe ad teſtimonium cenſuerunt. Item circa fortunam conſideraverunt duo: conditionem ſervitutis, & adverſitatem paupertatis: ſervitus habet annexum dominationis timorem; paupertas verò temporalitatis amorem, quæ ſolent plurimùm ad mendacium inclinare. Item circa animum duo potiſſimùm conſideraverunt, intellectum, & affectum; & in intellectu conſideraverunt alienationem rationis, & in affectu libidinem voluntatis; & hanc diduxerunt in libidinem iræ, quæ eſt in odio, & libidinem concupiſcentiæ, quæ eſt in deſiderio.*

6 Præterea, libidinem concupiſcentiæ cõſideraverunt dupliciter; ſcilicet, quantum ad ſe, & quantum ad alios. Et juxtà hanc diſtinctionem contingentium ex parte animi, quatuor genera perſonarum ad teſtimonium perhibendum indigna eſſe cenſuerunt, videlicet furioſos, propter alienationem rationis; inimicos, propter libidinem voluntatis in iraſcendo: domeſticos, propter concupiſcentiam voluntatis reſpectu familiæ; ac multò magis judicant inidoneum eſſe teſtem in re propria reſpectu ſui: quemadmodum B. quoque Cyprianus eleganter quadam in epiſtola diſſerit. *Quatuor perſonarum genera à teſtimonio dicendo incapacia.* *Conſideraverunt præterea æmulationem, ſtatus Laicorum, & Clericorum, & alios perſonarum defectus; quas ob res multos ad perhibendum teſtimoniũ parùm idoneos eſſe cenſuerunt. Eſt autem legalitas, ſivè idoneitas perſonæ teſtificantis, dignitas quædam hominis, cujus teſtimonio debet fides haberi, abſq; omni ſuſpicione mendacii. Inidoneitas verò eſt defectus dignitatis in perſona, propter quem fides teſti non habetur ob ſuſpicionem mendacii. Alexand. Aleſ. 3. p. q. 42. membr. 3. Cypria. epiſt. 9. lib. 4. Gratian. in patrum decretis 3. q. 4.* & iterum *4. q. 2. cum ſeq.*

7 Sed jam ad hæreticos revertamur; quoties aliqui teſtificari volunt in cauſa hæreſis, moneri diligenter debent ab Inquiſitoribus, ut ne prece, pretio, ira, odio, aut qualibet alia, illicita, vel injuſta cauſa, ullo modo falſum teſtimonium dicant. Ad hæc, admonendi ſunt, ut conſiderent, quàm grave ſit, & horrendum, tanti criminis innocentem aliquem infamare.

8 In primis autem jurare teſtis debet coram judicibus, ſe dicturum omninò veritatem, idque ſub forma ſolemni, quæ ferè hodie eſt eadem ipſa, qua olim accuſatores jurare ſolebant; ut ex Demoſthene intelligitur oratione adversùs Cononem, ubi tale juſiurandum memorat: *juro ego per Deos, Deaſque omnes, me omninò à Conone perpeſſum ea, quæ conqueror; quod,*

ſiſan-

ſi ſanctè juro, multa mihi bona eveniant, neque in poſterum quicquam tale accidat ; ſin pejero, funditus peream, & ipſe, & ſi quid mihi eſt, aut futurum eſt. Sic jurant Catholici per Deum, & Crucem, & Sacroſancta Dei Evangelia, ſe dicturos veritatem: quod ſi fecerint, Deus illos adjuvet : ſin autem contra, Deus omnes condemnet. Teſti autem non jurato fides habenda non eſt, etiamſi vir aliòqui fide digniſſimus ſit. *c. hortamus 3. quæſt. 9. c. nuper de teſtibus. l. jusjurandi. C. eod. titulo.*

9 Deinde teſtes examinandi ſunt ab Inquiſitoribus, & coram duobus religioſis viris, Clericis, aut Monachis rata facere debent ſua teſtimonia, & fidelitèr ſcribenda ſunt à publico tabellione ea omnia, vel à duobus aliis ad eam rem idoneis. Hoc propterea cautum, ut tot inſpecta oculis, tot inſinuata ſenſibus, falſi ſuſpicionem excludant, ſicuti Petrus Anchar. ait. *c. ut officium. §. verum*, & mihi *Domini. c. ulti. de hæret. lib. 6.* & illic *Anchara.*

10 In eadem autem examinatione Inquiſitores diligentèr perſcrutari debent teſtimoniorum fidem, & ſubindè teſtes interrogare multa de ante actis, multa de inſecutis; ac de loco, tempore, perſona, & cœteris, quemadmodum olim ab oratoribus, & patronis cauſarum teſtes interrogari ſolebant. Nàm, cum in hoc judicio rei, & eorum advocati, teſtes interrogare non queant; juſtiſſimum quidem eſt, ut Inquiſitores in hac parte patronorum
Cap. 19. perſonam induant. Quid? quod in Deuterono. cavetur, ut judices diligentiſſimè perſcrutentur, an teſtes mendacium dicāt. Et ad Galliȩ Provincias ſcribens Eleutherius Papa : *Judicantem*, inquit, *oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere.* Poſtremò ad officium Inquiſitorum pertinet, vitam, & mores teſtium ſedulò inveſtigare, quemadmodum quodam primæ inſtructionis capitulo pleniùs continetur. *Fabius lib. 5. inſti. Orato. cap. 1. Deuterono. 19. c. judicantem 30. q. 5. prima inſtructio. Hiſpalen. cap. 14.*

11 Ad hoc teſtium examinatio ab ipſiſmet Inquiſitoribus fieri debet : nec ullo modo eſt cuipiam committenda ; excepto, ſi teſtes juſtè ſint impediti, & judices ad eos ire, neque facile poſſint, nequè omninò debeant ; tunc enim committere poterunt Inquiſitores teſtium examinationem Vicario Epiſcopi, vel alteri Eccleſiaſtico Judici, aut certè alicui perito, & prudenti viro, qui, tabellione, ſivè ſecretario cauſæ teſtimonia ſcribente, teſtes diligentèr examinare, ac modum, & conſtantiam, & alias teſtium, & teſtimoniorum circumſtantias ad Inquiſitores mittere debet. Et ita multis inſtructionum capitulis cavetur, & juri, & rationi ſatis conſonat. *prima inſtru. Hiſpalen. cap. 17. inſtructio. 4. Toleta. cap. 14. Bal. in cap. 1. de controver. inveſti. lib. feudorum. Feli. in c. cum cauſam de teſti. Jaſo. in l. admonendi de jure juran. col. 101. Covar. lib. 2. var. reſo. cap. 13.*

12 Poſſunt autem Inquiſitores cogere quemcumque teſtem, etiam ſi ſit perſona egregia, ut coram eis ſe ſiſtat, & in cauſa Fidei Catholicæ teſtimonium perhibeat; hoc enim, & judicum auctoritati, & fidei favori debetur. *glo. in cap. 1. de teſtib. cogen. Domin. in c. præſentium de teſtib. lib. 6. Ludovi. Roma. notabili 401. Jaſo. in l. ad egregias de jure juran.*

13 Id tamen prudentèr fieri debet, ita ut egregiæ perſonæ, rogari potiùs, quàm compelli videantur ; id enim urbanius, & modeſtius eſt. Præterea illuſtres Viri, & Moniales, & aliæ honeſtiores fœminæ, non ſunt facilè in judicium ab Inquiſitoribus trahendi ; ſed, vel ad has perſonas judices ire, vel certè alios mittere debent; quod quidem ex dignitate, auctoritate, honeſtate, aliiſque teſtium qualitatibus conſtituendum erit. Cœterum, Urgulaniæ (quam ſupra leges amicitia Auguſtæ, Tiberii temporibus extulerat) potentia adeò nimia Romanæ Civitati fuit, ut teſtis in cauſa quadam, quæ apud Senatum tractabatur, venire dedignaretur; miſſus eſt Prætor, qui domi interrogaret; cum Virgines Veſtales in foro, & judicio audiri, quoties teſtimonium dicerent, vetus mos fuerit. *Auctor. Corn. Tacit. lib. 2. annali.*

14 In cœteris criminibus teſtimonia dicenda ſunt intra dilationem partibus conceſſam ad probandum, & procedi non debet ad receptionem teſtium, lite non conteſtata, quemadmodum in cauſis civilibus planiùs id conſtitutum eſt. *c. accedens 2. c. quoniam, ut lite non conteſtata.*

15 Sed in cauſa hæreſis, in qua Inquiſitio judicis officio fieri ſolet, dubium non

eſt,

eſt, quin teſtes recipiendi ſint, lite nondum conteſtata. *c. quoniam frequenter. §. ſunt, & alii, ut lite conteſtata.*

16 Ex teſtimoniis tamen receptis, inquirente judice, aut informatione ſummatim facta, nemo damnari debet, niſi teſtes in ordinario judicio fuerint repetiti, & rata fecerint ſua teſtimonia. Et hæc quidem ſententia ab omnibus probata eſt; quia citandus eſt Reus, ut teſtes cognoſcat, & eos, eorumque dicta refellat. *c. 2. de teſt.*

17 Hic autem illud quæritur, an recognitio teſtimoniorum fieri debeat poſt litem conteſtatam. Et in aliis quidem criminibus nulla dubitatio eſt; ſunt enim teſtes repetendi, Reo citato, ut ante dixi.

18 Quid ergo in crimine hæreſis, in cujus probatione Reus citandus non eſt? ac mea quidem ſententia, cum id commodè fieri nequit, opus non eſt, ut dicta teſtium rata habeantur intra dilationem temporis à Judice aſſignati ad probandum; quia ceſſat cauſa, propterquam id leges exigunt. *c. ultim. de hæret. lib. 6. Felinus, Decius*, & cæteri *in c. 2. de teſtibus.*

19 Accedit huc, quòd ſi verum eſt, ſicuti eſt, quòd in cauſa hæreſis nomina teſtium non ſunt edenda Reo; quid refert, utrum hoc, an illo tempore rata teſtimonia fiant? fruſtra expectatur eventus, cujus nullus eſt futurus effectus. *l. hæc ſtipulatio. §. divus. ff. ut lega. ſeu fid. com. no. cau.*

20 Ad hæc, in cauſa hæreſis proceditur ſimpliciter, de plano, ſine judiciorum ſtrepitu, & figura; quo caſu litis conteſtatio neceſſaria non eſt, ut Clemens V. conſtituit. *c. ult. de hære. lib. 6. Clemen. ſæpe de verborum ſignificatione.*

21 Deinde in examinatione teſtium adhibentur duo Religioſi ac diſcreti homines, qui loco Rei abſentis teſtes cognoſcant, & ſalvum jus eſt Reo refutandi teſtes, & eorum teſtimonia, cum dicta eorum fuerint publicata; nihil ergo intereſt, utrum teſtes repetantur ante accuſationem, vel poſt litem conteſtatam. *c. ut officium. §. verum de hæret. lib. 6. c. quoniam in princ. ut lite non conteſt.*

22 Vigilet ergo promotor fiſcalis, & inſtet, ut teſtes coram religioſis viris ſua dicta repetant, & teſtimonia iterent, ne fortè moriantur, aut abſint, antequàm lis conteſtetur. Judices autem hoc denegare non debent, ne probationes pereant; ſed quæcunque juſta, aut probabilis cauſa eſſe videatur, teſtes iterum producendi, & (ut vulgus loquitur) ratificandi ſunt.

23 Juſta cauſa eſt repetendi teſtes ante litem conteſtatam; ſi teſtes ægri ſunt morbo gravi; ſi diu abfuturi ſint; ſi Reus ipſe eſt abſens, aut præſens quidem, ſed nondum comprehenſus, neque in carcerem conjectus; denique ſi teſtes Curiæ Seculari relinquendi ſunt. *c. quoniam frequenter. ut lit. non con.*

24 Cum autem objecta crimina negat Reus, tunc accuſatione a Promotore fiſcali poſt admonitiones edita, teſtes iterum ab Inquiſitoribus vocandi, & rursùs interrogandi ſunt. Quod fieri ſolet non oſtenſo illis priori teſtimonio, ut rectius intelligi queat, utrum vera, vel falſa dicant: Mendacem enim (ut proverbio dicitur) memorem eſſe oportet; quamvis in aliis cauſis aliud fieri debeat, ne teſtis anceps perjurium ſubire cogatur. *Felin. in c. cum in tua de teſtib. Nicol. Boer. deciſ.* 108.

25 Præterea, cum in hac poſteriori teſtium examinatione, omnis ferè teſtimoniorum pondus conſiſtat; quamvis Reus dicat ſe habere velle teſtes, ut vulgo dicunt, pro ratificatis, nihilominus judices eoſdem iterum examinare, & interrogare debent, ne fortè defenſio Reorum pereat, cui, ne nominatim quidem, renuntiare queunt, ut alibi dixi *l. ſi non defendantur de pæn. gloſ. & interpretes in l. pactum inter de pact.*

26 Poſt hæc, publicatio teſtium fieri debet, & eorum exemplum Reo dandum eſt, illis duntaxat circumſtantiis omiſſis, ex quibus Reus facilè intelligere poſſit, qui ſint illi, qui contra eum perhibuerunt teſtimonium. Inde eſt, quòd Reo dari non ſolet hora, neque dies, quibus teſtes dicunt crimina fuiſſe commiſſa, niſi fortè id Reus petat, ut ſe defendere queat, ſicuti alibi diximus. Item exemplum teſtimoniorum deſcribendum eſt à ſecretariis, & ab Inquiſitoribus excutiendum, & corrigendum, & alterum exemplum inſerendum eſt actis proceſſus. Præterea, ita Reo dari debet teſtimoniorum exemplum, ut planè intelligat, an teſtes de his, quæ ab aliis audierunt, vel de his, quæ ipſi viderunt

runt, teſtificati ſint. Et ita multis inſtructionum Capitulis, & Senatus epiſtolis continetur. *prima inſtruct. Hiſpal. cap.* 16. *Bart. in l. ſolum. C. de teſti. Abb. Dec.* & cœteri *in c. cauſam q.* 1. *eod. tit.*

27 Cœterum in hac teſtimoniorum publicatione nomina teſtium Reis edenda non ſunt; quia ſemper grave periculum ex ea re immineret teſtibus; vel certè cauſis fidei univerſis. Nam pauci admodum invenirentur, qui adversùs hæreticos teſtimonium perhibere vellent, quas ob res conſtitutione quadam extravagante Innocentii VI. prohibetur, ne nomina teſtiū Reis ipſis ullo pacto retegantur. Verba conſtitutionis hæc ſunt: *Volumus, ut nomina, tàm accuſantium pravitatem hæreticam, quàm teſtificantium ſuper ea, nullatenus publicentur, propter ſcandalum, vel periculum, quod ex publicatione hujuſmodi ſequi poſſet; & adhibeatur dictis hujuſmodi teſtium nihilominus plena fides.* Sic olim Socrati accuſato de hæreſi, ne nomina quidem accuſatorum dicta fuerunt; de qua re apud Platonem in apologia Socrates ipſe conquerebatur, dicens. *Accuſatores permulti ſunt, & longo jam tempore me accuſant, & in ea ætate vobis ſuaſerunt, in qua plerique veſtrum pueri, aut certè adoleſcentuli perfacilè credidiſtis, deſerta in cauſa nemine me defendente; atque id, quod à defenſionis ratione omnium alieniſſimum eſt, neque nomina quidem illorum ſcire licet, atque proferre. c. ulti. de hæreti. lib.6. extrava. Innocen. VI. in directorio Inquiſitorum impreſſa. fol.* 52. *contra Paul. Parie. conſ. 2. lib.4.*

Conſtitutio Innocen VI. de Teſtibus Reorum nō detegendis.

28 Hinc eſt, quòd in crimine hæreſis non debet citari Reus ad ratificationem teſtium, ne illos cognoſcat; quàmvis in omnibus aliis criminibus, ad cognoſcendos teſtes Rei citandi ſint. *l. de uno quoque de re judic. l. nam ita divos de adoptio. authen. de teſtib. §. & hic verò multoties. Ludovi. Roma. ſingula.* 366. *Hippoly. conſilio.* 8. *Ludovi. Care. de hæreti. nu.* 121.

29 Sic etiam in cœteris quibuſvis criminibus nomina teſtium Reis ipſis edenda ſunt, ut teſtes refutare poſſint, & innocentiam ſuam oſtendere, quod ſanè fieri ſemper debet, etiam ſi per inquiſitionem procedatur; ne per nominum occultationem infamandi, per defenſionis verò denegationem perhibendi falſum teſtimoniū, improbis audacia præbeatur; etenim defenſionis facultas nulli unquam auferenda eſt. *c. qualiter* 2. *§. pen. de accuſa. l. defenſionis de jure fiſ. lib.* 10.

30 Quæ omnia multò magis locum habere debent in Inquiſitionibus, & viſitationibus, quæ adversùs Judices, & Miniſtros eorum fiunt. Sunt enim poſiti quaſi ſignum ad ſagittam; neque poſſunt omnibus placere, cum ex officio teneantur litigantes plurimos quotidiè increpare, in carcerem, & exilium mittere, mulctare, condemnare, ac nonnunquam pœna mortis punire; unde fit, ut ſæpiſſimè in multorum odium incurrant, & inſidias patiantur. Quod Cicero pro Flacco elegantiſſimè his verbis depingit: *O' conditiones miſeras adminiſtrandarum civitatum, & Provinciarum, in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia vituperationum! ubi ſeveritas periculoſa eſt, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernicioſa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundia occulta, blanditiæ apertæ: venientes prætores expectant, præſentibus inſerviunt, abeuntes deſerunt.* Demoſthenes quoque adoleſcentes monere ſolebat, ne ad Rempublicam ſe conferrent, affirmans; ſi duæ eſſent vjæ ab initio propoſitæ, una, quæ ad Rempublicam, altera, quæ ad interitum apertè ferrent; eſſentq; manifeſta illa, quæ gerentes Reſpublicas ſubire oportet, formidines, invidias, odia, calumnias, ſimultates, contentiones, certamina; illam potiùs electuros eſſe homines, quæ ad interitum ferret. Auctor Plutar. in Demoſthene. Ipſe quin etiam Plutar. in politi. inquit: *Quævis Reipublicæ adminiſtratio inimicitias, & diſſidia quædam affert.* Quas ob res nomina teſtium aperienda ſunt omnibus etiam Magiſtratibus, ſi modo id neceſſarium erit ad eorum defenſionem, quemadmodum lege Regia planè conſtitutum eſt. In viſitationibus verò non eduntur nomina teſtium, quia neque pœna ordinaria imponitur. *c. qualiter 2. de accuſati. Regia. l.* 11. *titul.* 1. *lib.* 8. *ordinati. cap.* 1. *de accuſa. lib.* 6. *Paulus Pariſius conſ.* 2. *lib.*4.

31 Illud palam eſt, unius hominis teſtimonio plenam fidem habendam non eſſe: quod, non tantùm legibus humanis, ſed etiam Divino jure frequentiſſimè conſtitutum eſt; lex enim Deutero. ait; *In ore duorum, aut trium teſtium peribit, qui inter-* *Cap.* 17.

ſi-

Cap. 19. *terficietur; nemo occidatur, uno contra ſe dicente teſtimonium.* Et iterum: *Non ſtabit teſtis unus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit; ſed in ore duorum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum.*
Cap. 35. Et lib. Numero. *Homicida ſub teſtibus punietur, ad unius teſtimonium nullus conde-*
Cap. 18. *mnabitur.* Et in Evangel. Matthæi: *Adhibe tecum unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum:* quod & alibi ſæpè cavetur. *Deutero.* 17. 19. *Nume.* 35. *Matth.* 18. *Joan.* 8. 2. *Corin.* 13.

32 Plurimis quoque Ponrificum, & Cæſarum conſtitutionibus id ipſum renovatum eſt. Et quamvis olim apud Cives Romanos magna eſſet Caronis auctoritas; nihilominus tamen orator quidam, cum unico teſti credendum non eſſe diceret, neque ſi Cato, inquit, is foret. Auctor Plutar. in Catone Uticenſi. Duo itaque, vel tres teſtes neceſſarii ſunt ad plenam cujuſque rei probationem; quia unus facilè corrumpi, & perverti poterit; plures verò quàm duo, vel tres in quacunq; cauſa requirere, grave admodum, atque adeò impoſſibile foret. *l. ubi numerus de teſtib. c. licet univerſis eo. tit. Epiſcopus Abulen. in Deuter. cap.* 19. *quæſt.* 4. *Domin. Soto lib.* 5. *de juſt. & jur. quæſt.* 7. *art.* 2.

Sanctus Thomas in epiſto. ad Hebræos cap. 10. lectio 3. inquit. *Quia in judicio unus affirmat, alter negat, non plus credendum eſt uni, quàm alteri; multitudini autem eſt credendum. Omnis autem multitudo completur numero ternario; & ideò ſufficit quòd ſint duo cum accuſante, ſed tertius teſtis ſuperadditur ex abundantia.* Et idem Divus in Evangelium Joannis cap. 8. lectione 2. *Duorum hominum teſtimonium verum eſt; intelligendum eſt, quòd pro vero in judicio eſt habendum; cujus ratio eſt, quia in actibus humanis vera certitudo haberi non poteſt; & ideò accipitur indè id, quod certius haberi poteſt, quod eſt per multitudinem teſtium; magis enim eſt probabile quòd unus mentiatur, quàm quod multi.*

33 Plures autē ſunt exceptiones, quibus juriſperiti probare conantur, unico teſti nonnunquam habendam eſſe plenam fidem. Sed, urcunque res habeat in cauſis civilibus, in cauſis criminalibus tamen uni teſti credendum non eſt; id enim periculoſiſſimum pariter, & iniquiſſimum eſſet. *Guilel. in ſpeculo tit. de teſtib. §. reſtat. Anto. & Felin. in c. veniens* 1. *eod. titul.*

34 Cœterum ille caſus cenſura dignus eſt, in quo multi putant unius teſtimonio plenam fidem habendam eſſe; tunc ſcilicet, cum quiſpiam de proprio facto teſtificatur. *l. quaro. §. ulti. de adilit. edi. l. cum probatio. de proba. l. ſi quis decurio. C. de falſ. l. ſervare ſponſo de leſtib. l. interrogari. C. de qua. Oldra. conſ.* 95. *Salice. in l. ſi quis decurio. Paul. Caſtren. in l. quicunque. C. de ſerv. fugit. Alexand. conſ.* 197. *lib.* 7. *Firmia. in reperto. parte, teſtes duo. Socin. Senior, conſ.* 28. *lib.* 3. *Ruinus conſ.* 105. *lib.* 4. *Decius conſ.* 342. *&* 650. *Alciat. in l.* 1. *§. ultim. de verbo oblig. Matth. de Afflict. Neapolitana deciſione* 369. *Hippolytus conſ.* 111. *& conſ.* 113.

35 Sed quemadmodum paulò antea oſtendimus, divinis, & humanis legibus frequenriſſimè prohibetur, ne in detrimentum alterius, uni teſti plenè credatur. Parvi autem refert, utrum de facto proprio, an de alieno quiſpiam teſtimonium dicat; cum ſecurius homines in facto ſuo mentiri, quàm in alieno poſſint. Neque eſt, meo quidem judicio, cur in hoc magis, quàm in illo, veraces, aut mendaces eſſe credantur; par enim eſt utrobiq; ejuſdem hominis teſtimonii pondus. Quòd ſi qua ſunt jura, quæ prima fronte obſtare videantur, ea, vel de miniſtro Reipublicæ, cui fides haberi ſolet in re aliqua leviſſima officii ſui, vel de ſervo loquuntur, cui nonnunquam creditur ad damnum leve Domini ſui. Quæ quidem jure ſingulari conſtituta ſunt; neq; ad exemplum trahi debent in grave cujuſpiam detrimētum. Et ità plurimi Juriſperiti tradunt, quibus aſſentior. *Cinus,* & cæteri *in l ſi quis decurio. C. de falſ. Anton. in c. cum à nobis de teſtib. Alex. conſ.* 192. *lib.* 6. *idem Alex. & Jaſo. in l.* 2. *§. ſi abſens ſi ex noxa. cau. aga. & ambo. in l. neque is de acqui. hared. Paul. Caſtren. conſ.* 337. *lib.* 1. *Curtius Senior. tract. de teſtib. concluſ. ulti. Caro. Ruinus conſ.* 19. *& conſ.* 65. *lib.* 5. *Tiraquel. de retract. §.* 1. *glo.* 14. *num.* 50. *Sylvanus conſ.* 17. *lib.* 1.

36 Duo igitur teſtes neceſſarii ſunt ad plenam hæreſis probationem; ſed opus eſt, ut ſint fide digni, & omni, quod ajunt, exceptione majores. Hinc eſt quòd, quamvìs excommunicati, & ſocii criminis non repellantur omninò, ut ne teſtimonium

dice-

diccre queant adverſus hæreticos, defenſores, receptatores, & cœteros omnes ſuſpectos, non tamen plena fides talibus teſtibus habenda eſt, niſi cum ex veriſimilibus conjecturis, ex numero, ex perſonarum qualitate, aliiſque circumſtantiis, vera eps dicere perſpicuum fuerit. *c. in fidei favorem de hæreti. lib. 6.* & illic *Archidiacon. Anchar.* & alii *Hippolyt. Marſil. conſil.* 109. & iterum *ſingulari* 209. & rurſus *in practica §. diligenter nume.* 60. *Gonſal. de hæret. pravi. quæſtio.* 13. *Albert. lib. de agnoſcen. aſſertio. Catholic. quæſtio.* 34. *Coraſ. lib. 5. Miſcellã. cap.* 20.

37 Sunt autem qui putant participi criminis nullam fidem habendam eſſe, niſi tormentis teſtimonium ejus fuerit confirmatum. *c. penult. 5. quæſtio. 5. fulgoſ. conſ.* 171. *Hoppolit. conſ.* 109. *Gratus* 59. *lib.* 2.

38 Verior tamen ſententia eorum eſt, qui ajunt, ſocium criminis teſtimonio ſuo indicium facere, majus, aut minus, pro perſonarum qualitate, & criminum, & aliarum rerum circunſtantiis; idq; etiam ſi ſponte ſine tormentis teſtimonium dixerit. Neque enim ex libero homine pro teſtimonio non vacillante quęſtionem habere oportet. *l. ex liberò de quæſtio. c. penul. 5. quæſt.* 3. & inibi *gloſ.* & interpretes; *regia lex* 21. *titul.* 16. *p.* 3. *& l. ultim. titul.* 7. *lib. 2. fori legum cap.* 1. *de teſtib. lib.* 6. & illic *docto: gloſ.* & alii *in l. ſi filium. C. de liberal. cauſa. Alexan. conſ.* 120. *lib.* 7. *Corne. conſ.* 58. *lib.* 3. *Ruinus conſ.* 158. *lib.* 5. *Jaſon. in l. 4. §. ſit tibi indicium de condi. ob turp. cauſ. Aymon. conſ.* 178. *lib.* 1. *Caſſan. in conſue. Burg. rub.* 1. *§.* 5. *Boberius deciſione* 319.

39 Tametſi autem fide digniſſimi teſtes ſint, nullum tamen erit pondus teſtimoniorum ſuorum; niſi de his, quæ planè ſcierint, non de his, quæ ab aliis audierint, teſtificentur. *Quod ſcimus loquimur*, inquit Veritas; *& quod vidimus teſtamur*; *& teſtimonium noſtrum non accipitis*. Et Sapiens in proverb. *Qui, quod novit, loquitur, judex juſtitiæ eſt.* Demoſthenes quoque in oratione 2. in Stephanum, dixit: *Manifeſtæ impudentiæ eſſe, ea teſtari, quibus teſtis non adfuit*. Et mox addit: *Leges autem non ita loquuntur; ſed quæ norit aliquis, & quibus gerendis interfuerit, ea teſtari jubent, atque tabulis inſcribere, ut neq; adimere liceat quicquam, neque addere his, quæ ſcripta fuerint; rem verò à vivente auditam teſtari non ſinunt*. Et Fabius: *Gentium ſimul univerſarum elevata teſtimonia ab oratoribus ſcimus, & tota genera teſtimoniorum, ut de auditionibus; non enim ipſos eſſe teſtes, ſed injuratorum afferre voces. Joan. 3. Proverb. 12. Quintili. lib. 5. cap. 7. l. teſtium C. de teſtib. c. licet ex quadam eodem titulo*, & utrobique interpretes. *Alex. Aleſ. 3. part. quæſt.* 45.

Ioann. 3.

Prov. 12.

40 Huc accedit Plautus in Truculento dicens: *Pluris eſt oculatus teſtis unus, quàm auriti decem*. Qui audiunt, audita dicunt; qui vident, planè ſciunt. Et incertus ille auctor, qui Ethnæ montis carmina ſcripſit, hæc inter alia inquit.

Non illic, duce me, occultas ſcrutabere cauſas:
Occurrent oculis ipſa, cogentque fateri.
Mille ſub exiguo ponent tibi tempore veras
Res; oculique docent; res ipſe credere cogunt.
Nec locus ingenio eſt, oculi, te judice, vincent.

Et Philo libro de confuſione linguarum: *Viſus certus, potius quàm fallax auditus, teſtis adhibendus eſt. Quapropter in optimè conſtituta Republica, lege cautum eſt, ne quis audita dicat pro teſtimonio: quia judicium auditus naturaliter facilè eſt corruptibile. Apud Moſem quoque inter vetita legitur: Non admittes auditionem vanam. Ubi non tantùm interdicit, ne quis falſum ſermonem, aut ſtultum accipiat auribus; ſed docet, quòd ad manifeſtam veritatis perceptionem, longè minus, quàm viſus idoneus habeatur auditus, cum ſit refertus vanitatibus.* Idem Philo. lib. de judice: *Qui auritos teſtes accipit, vanè non ſanè accipit; nam oculi rebus ipſis interveniunt, & contrectant quodammodo negotia, totaq; percipiunt, adjuvante luce, per quam illuſtrantur, deprehenduntùrque omnia; aures autem minus fidei habent, quàm oculi; ut quibus nos cum rebus ipſis ſit commercium, ſed cum ſermonibus rerum interpretibus, non ſemper veritatem ſectantibus.*

41 Præterea, hæretici, cum ſint excommunicati, & infames, teſtificari nequeunt contra Catholicos. Quod primò Apoſtoli decreverunt, deindè Pontificum, & Cęſarum legibus ſæpe renovatum, & conſtitutum eſt; poſtremò Majores noſtri, canonibus

nibus 4. Concil. Toletani, id ipſum inſeruerunt, addita ratione; quia ſicut in fide Chriſti ſuſpecti ſunt; ità in teſtimonio humano dubii habentur. *Apoſtoli cano. 74. c. non poteſt. c. pagani 2. q. 7. c. beatus 3. q. 4. c. ſuſpectos 3. q. 5. l. quoniam. C. de haret. novella conſtitutio Juſtiniani 45. & Concilio Toletano can. 62.*

42 Hæretici verò teſtimonium adversùs hæreticum admittendum eſt; ut (quod Juſtinianus inquit) dignus ſit teſtis litigatore, ac talis qualis eſt reus. Neque enim hæreticus in alio reprobare poteſt mores, quos in ſe approbat. *l. quoniam C. de haret.* & inibi *Godofred. l. in arenam de inoffi. teſtam. l. eum qui. §. Julianus de furt. c. ſi hareticus 2. q. 7. Lucas in l. veterani. C. de vetera. lib. 12.*

43 Et ſicuti quibuſdam placet, hæreticorum teſtimoniũ admitti poteſt, utraq; parte approbante; vel cum rem à ſe geſtam explicant, adhibitis tormentis; vel cum teſtimonium perhibent in cauſis gravjoribus, ideſt hæreſeos, ſimoniæ, læſæ Majeſtatis, expilatæ annonæ; quibus caſibus eis creditur, ſi veriſimilia dicant, vel ſint plures numero. *Bart. Jaſo. Alciat. in l. 1. C. de ſum. Trinit. Brunus lib. 5. de haretic. cap. 10.*

44 Sunt etiam, qui putant, recipiendũ eſſe teſtimonium hæretici ad reorum defenſionem, ut ne facultas probandi innocentiam reis auferatur. *Felin. in c. de catero. de teſtib. Guillel. Benedi. in c. Rainuntius de teſtam. part. qui cum alia. nu. 250.*

45 Sed, meo quidem judicio, vix unquam opiniones iſtæ recipiendæ ſunt. Primò, quia nullo jure probantur; deinde, quia legibus multis palam adverſantur; poſtremò, quia cum hæreticis omne commercium Catholicis eſt interdictum, omniſque communicatio prohibita. Non igitur hæreticis teſtibus ullo modo credendum eſt; excepto ſi fortè tormentis fatigati, occultum aliquid, & Reipublicæ utile patefecerint. Ad ſummam Judex magis ſcire poterit, quanta fides talibus hominibus ſit habenda. *l. 3. §. 1. de teſtibus.*

46 Illud prætereà noviſſe conveniet, quòd quamvis conſanguinei jure civili cogi non poſſint, ut in cauſis criminalibus contra conſanguineos teſtificentur; ſi tamen ſponte adversùs eos teſtimonium perhibent, plena fides illis, perindè atq; aliis teſtibus extraneis, habenda eſt. *l. lege Julia cum ſeq. de teſtib.* & illic *Bar. l. Reg. 11. tit. 16. par. 6. & l. ult. tit. 13. p. 7.*

47 Sed hoc ampliùs in cauſa hæreſis conſtitutum eſt, ut conſanguinei teneantur contra conſanguineos, & propinquos teſtimonium dicere; ac tantò firmius eſt eorum teſtimonium, quantò à ſuſpicione odii conſanguinei longius abſunt. *Deut. 13. c. ſi audieris 23. qu. 5. c. literas de praſumpt.* & ibi *Abb. gl. in c. ult. de teſti. lib. 6. Aymon. Cravetta conſ. 220.*

48 Accedit eòdem, quòd qua ratione ſua cuiq; confeſſio plurimum nocet, cum è contrario teſtimonium in rem ſuam nullius ponderis ſit; eadem omninò ratione, validiſſimum eſt conſanguineorum adversùs conſanguineos probabile teſtimoniũ, cùm contra in favorem eorum nihil, aut parùm prodeſſet. Nam quemadmodum nemo unquam carnem ſuam odio habuit; ſic etiam nemo conſanguineos ſuos gratis odio habere exiſtimandus eſt; Cum his enim amicitiam (ut inquit Cicero in Lælio) natura ipſa peperit. *l. 1. C. de confeſ. l. omnibus. C. de teſtib. ad Epheſios 5. c. non æſtimemus 13. quaſtio 2.*

49 Hinc eſt, quòd ſeverius puniri debet, qui falſum teſtimonium dixerit contra conſanguineum, quàm qui adversùs extraneum; ſicuti docet elegantèr Demoſthenes priore in Stephanum oratione, dicens: *Propter quod igitur Stephanus exilia in primis dignus eſt, id ex me audite. Iniquum eſt quemcunq; tandem opprimere falſo teſtimonio; ſed multò iniquius, & gravjus vindicandum in cognatos; Non enim ſcriptas tantumodo leges talis homo, ſed ipſius etiam naturæ conjunctionem evertit. l. capitalium. §. omnia admiſſa. ff. de pan. confert. l. 1. cum ſeq. ad l. Pom. de parric.*

50 Et quamvis, publicatis teſtimoniis, non admittantur teſtes ſuper eiſdem articulis, vel prorsùs contrariis; in cauſa tamen hæreſis ſemper admittendi ſunt, ſivè in favorem Rei, ſivè contra illum. Et hæc eſt ſententia recepta communiter, quam variis in locis aſſerunt. *Bal. Angel. Felin. & ingens agmen. c. fraternitatis de teſtib. Clem. ult. eo. tit. Bal. in l. eos. §. ſi quid. C. de appel. Angel. in l. per hanc. C. de tempor. appellat. Domin. in c. ut officium. §. verum de hareti. lib. 6. Felin. in d. c. fraternitatis*

tatis. Alberti. in cap. 1. *de hæreti. lib.*6. *quæ.*
16. *num.* 19. *Ludovi. Garc. tracta. de hæ-
reti. num.* 124.

51 Cujus ſententiæ fundamenta ſunt
hæc. Primum, quia publicatio ſecretò fie-
ri ſolet; quamobrem ſuſpicio corruptio-
nis teſtium in his cauſis ceſſat. Alterum,
quia plurimùm Reipublicæ Chriſtianę in-
tereſt, ut veritas in hoc judicio quocunq;
tempore manifeſta fiat, ne vel hæreſis im-
punita ſit, vel injuria puniatur innocens.
Tertium, quia per Inquiſitionem contra
ſuſpectos proceditur; quo caſu teſtes ſem-
per ſunt recipiendi. *c. conſtitutis* 2. *de te-
ſtib. Bar.* & cœteri *in l.* 2. *§. ſi publico. de
adulter. Authen. atqui ſemel. C. de probati.
Innoc. Hoſtien.* & alii *in c. cum clamor. de
teſti.*

52 Teſtes autē concordes eſſe debent,
ut fides eis haberi queat; nàm teſtes varii,
non modò fide carent; ſed falſi eſſe facilè
deprehenduntur; ſic teſtes illi, qui con-
Dan. 13. tra Suſannam teſtificabantur, convicti fue-
runt à Daniele. Sic peſſimi teſtes, qui con-
tra Chriſtum Dominum, vel falſum teſti-
monium dicebant, notantur ab Evange-
Marci 14. liſta, quia non erant convenientia eorum
teſtimonia. Sic etiam cum Scevjus, &
Natalis diverſi olim interrogati, non con-
gruentia reſponderent, exorta ſuſpicio
fuit, eos cum aliis multis adversùs Nero-
nem conjuraſſe; Unde factum eſt, ut quæ-
ſtione habita, & conjuratione patefacta,
& ipſi, & Seneca, & Lucanus cives mei ce-
leberrimi, & cœteri omnes perirent; ſi-
cuti Cornel. Tacitus lib. 15. annalium me-
morat. *Danie.* 13. *Marci.* 14. *l. eos*, & illic
*Bartol. ad l. Corne. de falſ. Felin. in c. cum
in tua de teſtib.* & alibi ſæpè.

53 Cœterum eorum teſtimonio ple-
na fides habenda eſt, qui concordant in
rerum ſubſtantia, quamvìs in accidenti-
bus, aut levibus circunſtantiis diſcrepent.
Nam, & memoria hominum labilis eſt, &
harum rerum oblivio facilis. *c. nihil obſtat
de verbo. ſignifica. l. quæ extrinſecus de ver-
bo oblig at. l. qui ſententiam. C. de pœnis l.* 2.
*§. ſi quid autem de veter. jure enuclean. l.
peregre. de aquire. poſſeſ. Bart. in l. eos de
falſ. Bal. in l. de quibus de legib. Fulgo. conſ.*
161. *Corneus conſil.* 34. *lib.* 4. *Aretin. conſ.*
60. *Alex. conſ.* 5. *lib.* 1. *Socin. Senior. conſil.*
244. *lib.* 2. *Thom.* 2. 2. *qu.* 70. *art.* 2.

54 Quinimò qui eundem, præmedita-
tumque ſermonem afferunt, ſuſpectiſſimi
ſunt; videri enim poſſunt, ad perhiben-
dum eiſdem verbis teſtimonium, ante
conjuraſſe. Quam ſuſpicionem Theologi
multi, & Juriſperiti plurimi conſideran-
dam eſſe frequentiſſimè docent. *l.* 3. *§.* 1.
*de teſtibus Joan. Chryſoſt. ſuper Mattha.
hom.* 1. & illic *Theophilactus in fine exordii.
Tho.* 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 2. *Domin. Soto. lib.*
5. *de juſt. & jur. q.* 7. *art.* 2. *Bal. conſ.* 121.
lib. 2. *Alexand conſ.* 137. *lib.* 6. *Decius conſ.*
627. *Hippolyt. conſ.* 1. *Gratus conſ.* 75. *lib.*
1. *Paul. Pariſ. conſ.* 55. *lib.* 4.

55 Quamvis autem in eadem cauſa,
nemo eſſe poſſit pariter accuſator, & te-
ſtis; is tamen qui Judicibus hæreticum
indicat, (quem Veteres indicem, vulgus
hodiè denunciatorem appellat) teſtis le-
gitimus eſt. Neq; enim ullo privato com-
modo talis teſtis movetur; ſed Zelo San-
ctiſſimo Religionis ad publicam Eccleſiæ
Catholicæ utilitatem, ut hæreticus corri-
gatur. Quòd ſi i, qui fraterna corectione
utitur, in numero teſtium habendus eſt,
multò id magis fieri debet, cum ad publi-
cam etiam Reipublicæ utilitatem judici-
bus hæreticus indicatur, & ita utimur. *c.
in omni de teſtib. Domini. Soto. de ratio. re-
gend. ſecret. membr.* 2. *q.* 4. & iterùm *lib.* 5.
de juſt. & jur. q. 6. *art.* 2. *concluſ.* 4.

56 Quęſitum ſcio, ſi teſtis contra quē-
piam de crimine hæreſis coram judicibus
teſtificatus ſit, & poſtea moriens teſtimo-
nium illud revocaverit; cui nam teſtimo-
nio major fides habenda ſit. Multi putant,
priori teſtimonio, non autem poſteriori
credendum eſſe. *l. generalitèr. C. de non nu.
pec. l.* 1. *§. ſi quis filium de carbo. edi. c. ſicut
de teſtib. Bart. in l. eos de falſ. Abb. & Phi-
lipp. Decius in c. per tuas de probatio. Ale-
xand. conſ.* 251. *lib.* 6. *Cornel. conſ.* 58. *lib.*
1. *Socin. Senior. conſ.* 253. *lib.* 2. *Feli. in c.
literas de præſumpt. Albert. in c.* 1. *de hæret.
lib.* 6. *quæſt.* 16. *nu.* 72. *Boherius deciſ.* 108.

57 Hujus ſententię rationes magni ro-
boris ſunt; quia prius teſtimonium coram
judice, ſolenni juramento præſtito, dictum
fuit; poſterius verò privatim, & ſinè jure
jurando perhiberi ſolet. Sed, & ſi contra
priùs teſtimonium in poſteriori juraverit,
jàm eo ipſo planiſſimè conſtat eum eſſe
perjurum, cui fides habenda non ſit. Ac-
cedit eòdem, quòd ex priori teſtimonio,
jus alteri quæſitum eſt, quod idem teſtis

ab eo auferre non poteſt. Poſtremò prius teſtimonium ſuſpicione caret, poſterius verò aliorum perſuaſione dictum præſumi poteſt. Quam ſuſpicionem olim Demoſthenes oratione adversùs Phormionem elegantèr objecit Lampidi teſti, dicens: *Lampis, quo iſte nititur, teſtimonium dicit, cum ab initio negarit, ſe recepiſſe aurum; vos verò decernentes eum recepiſſe, non futuri eſtis teſtes negotii? & iis, quæ verè dixit, non utemini pro argumento? quæ verò commentus eſt deinceps, poſtquam corruptus eſt, ea credibiliora eſſe exiſtimabitis? Atqui multo juſtius eſt, Athenienſes, ex his, quæ ab initio dicta ſunt, conjecturam capere potiùs, quàm ex his, quæ poſtea concinnata fuerunt. Nam ea non edoctus, ſed veritatis ſtudio dicebat; hæc poſteriora per Mendacium, & ad ſuam utilitatem.*

58 Tametſi autem ſupraſcripta ſententia plerunque vera, & recipienda ſit; in cauſa tamen hæreſis audiendus eſt interdum teſtis, qui contrariũ dicit ejus, quod prius teſtificatus erat. Scilicet cum apparuerit manifeſtis indiciis, eum non levitate, odio, aut pretio, ſed zelo Catholicę fidei teſtimonium prius velle corrigere. Quod tunc ſanè intelligi poterit, cum probabilem cauſam retractationis oſtenderit, & veriſimilibus argumentis, & conjecturis poſterius teſtimonium verius eſſe exiſtimari poſſit. *c. accuſatus. §. licet de hæret. lib.6. Curti. Senior. conſ.69. Hippoly. conſ. 109. Covaru. lib. 2. variarum reſolutionum cap. 13.*

59 Ac tantò quidem magis morienti credendum eſt, quantò minùs ad peccandum eo tempore audax eſt. Quis enim credat eum, qui moritur, mentiri, ac falſum teſtimonium dicere? Nihil à morientibus fingitur, inquit Fabius; nihil enim vita laborante ſimplicius; moriens quidẽ exiſtimandus non eſt immemor ſalutis æternæ, cum locus ſalubri pœnitentiæ non relinquitur. Spes enim longioris vitę maximè faſcinat homines, eoſque ad peccandum audaces facit; quà deſtituti morientes, præterita peccata plangere, non autem alia noua committere ſolent; *Quandiu hic ſumus*, inquit Chryſoſtomus, *anima voluptatum illecebris delinita, triſtia ægrè admittit animo; cum verò migratura ex corpore eſt, tunc jàm majore continetur metu, quippe quæ ad ipſa judicii pervenit limina; Cum enim pulſare animam metus mortis incipit, ignis inſtar, præſentis vitæ omnia ſuccidens, philoſophari etiam cogit, & futura ſolicita mente verſare. Fabius declama. 17. Signorol. conſ. 78. & 106. Alexa. conſ. 14. lib. 3. Feli. in c. exhibita. de homici. Guilel. Benedi. in c. Rainutius de teſtam. parte, in extremis poſitus, num. 19. Hippolyt. in practica. §. reſtat. Ludov. Rom. & Joan. Igneus in l. ſi quis gravi. §. 1. ad Syllani. Chryſ. epiſt. 2. ad Tim. hom. 5. col. pen.*

Minus ad peccandum audax qui moritur.

60 Neque audiendi ſunt, qui putant non aliter poſteriori teſtimonio fidem habendam eſſe, quàm cum teſtis prius teſtimonium corrigit contra hæreticos in favorem Catholicæ fidei. Nàm etſi prima fronte Alexandri IV. conſtitutio, id planè dicere videatur; mens tamen Legiſlatoris aliud proculdubio vvlt. Æqualitas enim ſervanda eſt in judicio inter Accuſatorem, & Reum; neque favorabilior eſſe debet hæreſis retectio, quàm innocentis à tam gravi crimine liberatio. Quid? quòd favorabiliores Reis eſſe debemus, & ad abſolvendum, quàm ad condemnandum proniores; longèque ſatius eſt nocentem abſolvere, quam innocentes punire. *c. accuſatus. §. licet de hæret. lib.6. l. ſcire, oportet. §. aliud de excuſa. tutorum. l. ex facto. de vulga. & pupil. l. ult. C. de fructi. & lit. expen. l. in ſacris 3.* & ibi *Lucas, & Joan. de Plate. C. de præpoſ. Sacro. Scrin. lib. 12. l. favorabiliores de regul. jur. l. Arrianus de actionib. & obligatio. l. abſentem de pæn.*

61 Item illud ſciendum eſt, quòd teſtibus ſingularibus, ſeu diſcordibus, tametſi plurimi ſint, hæreſis probari plenè nequit; opus enim eſt ad integram probationem, ut ſaltem duo teſtes concordes ſint. *c. licet cauſam de probat. c. licet univerſis de teſtib. Bal. conſ. 394. lib. 2. Anton. in c. cum oporteat de accuſat. Joan. Lup. allegatione de hæreſi. §. 12. Albertinus* referens plures, *in cap. 1. de hæret. lib. 6. quæſt. 16. num. 54. Hippolyt. conſ. 109. Boerius, deciſione 342. Paulus Pariſius conſ. 2. lib. 4.*

62 Qua in re partitio à Baldo tradita conſenſum ferè omnium meruit; Is enim ait, teſtes ſingulares, vel contrarios, vel omninò diverſos eſſe, vel ferè ad eundem finem tendere; qui contrarii ſunt, fidem ſibi ipſis abrogant; ſunt enim eorum teſtimonia ſe ſe refellentia, & inter ſe collidentia; & non modò plenam probationem

non

non faciunt; ſed interdum etiam, ut falſi puniendi ſunt. *Bal. in c. licet cauſam de probatio. Daniel. 13. c. ex tenore c. cum cauſam de teſtib. Aymon. de antiquit. part. 4. §. ſed enim.*

63 Teſtes autem plurimi ſingulares, & prorsùs diverſi; perinde ſunt, ac ſi unus tantummodò teſtificaretur. Si enim primus de hac, ſecundus de illa, tertius de alia re longè diverſa teſtimonium dixerint, & plurimi alii ſimiliter; nihilo magis aliquid geſtum eſſe probabunt, quàm, ſi unus tantùm perhibuiſſet teſtimonium; quia revera ſinguli ſeorſum de ſingulis teſtantur. *c. nihilominus 3. q. 9. Bal. in l. juris jurand. C. de teſtib. Decius conſ. 649. Aymon.* loco prænotato *nu. 4. & 7.*

64 Si vero teſtes diverſi, & ſingulares fuerint, de rebus tamen connexis, vel de his, quæ ad eundem finem tendunt, teſtimonium dixerint; quamvis in cauſis criminalibus plena fides illis non ſit habenda; nihilominus tamen pluſquam ſemiplenam probationem faciunt. *Bal. in c. licet cauſam de probatio. Felin. in c. licet ex quadam de teſtib. Decius conſ.* 650. *Aymon.* loco memorato *nu.* 8. *cum ſeq. & conſ.* 35. & 73. & 78.

65 Cui confine eſt, quòd ad probandam rem individuam, vel continuum actum, ſat eſt ut partes ejus probentur per teſtes ſingulares; verbi gratia, ad probationem plenam Sacrificii Euchariſtiæ, ſufficit, quòd à ſingulis teſtibus, de ſingulis ejuſdem Sacrificii partibus teſtimonium perhibeatur; & ita pleriq; Juriſperiti tradunt; quibus ego vehementèr aſſentior, quia in toto conſentiunt. *l. 3. in principio de acqui. poſſeſſio. gloſ. in c. nihilominus 3. quæſt. 9. Felin.* citans plurimos *in c. licet ex quadam de teſti.*

66 Illud quoq; multis placere video, quòd ad probãdum aliquid generale, ſufficiant ſingulares teſtes, qui de ſingulis ſpeciebus teſtimonium dicant. Veluti ad probandam juriſdictionem generalem, ſatis ſit, quòd ſinguli teſtes de ſingulis ſpeciebus, aut actis juriſdictionis teſtificentur; quia omnes, ut iſti ajunt, in generali juriſdictione concordant. *Gloſ. in l. ob carmen. §. ultim. de teſtib. Innocen. Bal. Anto. Abb. Joan. Imolen.* & alii à *Felino* relati, *in c. licet ex quadam de teſtibus. Anchar. conſ.* 277. *Alexan. conſ. 92. lib. 5. Aretin. conſil.* 60. *Corne. conſ. 34. lib. 2. Hippoly. conſ. 1. Boberius deciſ. 23. Aymon. conſ. 73. lib. & plenius lib. de antiquit. part. 4. §. ſed enim Alberti in cap. 1. de hæret. lib. 6. quæſt. 16. num.* 48.

67 Sed verior ſententia eſt, quòd talibus teſtibus fides non ſit habenda; quia in ſpecie propoſita, omnes ſingulares, atque diverſi ſunt; neque aliquid invenitur duobus teſtibus comprobatum. Undè relinqui nullo modo poteſt, quòd generalis juriſdictio probata eſſe intelligatur; quandoquidem nulla ſpecies ejus duobus teſtibus probata eſt. Et ita multi Juriſperiti tradunt, quibus accedo. *c. licet cauſam de probatio.* & inibi *Bal.* item *Hoſtien. in ſum. titu. de teſtib. §. quæ diverſitas, Innocen. in c. licet ex quadam de teſtib. Ricard. & Bal. in l. ob carnem. §. ultim. de teſtib. Joan. Imol. in c. cum oporteat de accuſa. Alex.* & alii, quos refert *Jaſ. in repe. l. admonendi de jure juran. col.* 114.

68 Sunt etiam qui ajunt, probari poſſe teſtibus ſingularibus, aliquem hæreticum eſſe; ut puta, ſi unus teſtis, de quadam hæreſi, alius de alia, & alii ibidem de aliis hæreſibus ejuſdem hominis teſtimonium dixerint; jam probatum erit in genere (ut iſti aſſerunt) hominem illum hæreticum eſſe. *Jacob. Butri. in l. Arriani. C. de hære. Jacob. de Aret. in l. teſtium. C. de teſtib. Bal. in c. cum omnes de conſti. Joan. Imol. in c. cum oporteat. de accuſa. Joan. Lup. Senior. tract. de hæret. cap. 12. Curtius de teſtib. concl. 37. Albert. in cap. 1. de hæreti. lib. 6. q. 16. nu. 51. Aymon. Cravet. conſ. 78. lib. 1.* & loco prænotato *num.* 11. *Zanchi. cap.* 13.

69 Horum tamen opinio periculoſa eſt, & omninò falſa. Quamobrem à pleriſque Juriſperitis confutata, & ab Inquiſitoribus jam olim jure quàm optimo exploſa, & ejecta eſt. *Anto. in c. cum oporteat de accu. Joan. Andr. in c. ut officium. §. 1. de hæret. lib. 6.* & illic *Domini. in §. verum, Bal. conſ. 394. lib. 2. Cardin. in Clemen. 1. §. verum de hæreti. Salicet. in l. teſtium. C. de teſtib. Alexand. conſ. 72. lib. 1. Jaſo. in rep. l. admonendi de jure jurand. colu. 114. Philip. Decius in c. licet cauſam de probatio. Conrad. Brunus lib. 4. de hære. cap.* 9.

70 Quòd autem opinio illorum falſa ſit, & abſurda, cui vis etiam ſemidocto facilè perſpicuum eſſe poterit. Nàm quemadmo-

admodum teſtibus ſingularibus, atq; diverſis probari non poteſt hęreſis in ſpecie, ut paulo antea oſtendimus; ſic etiam talibus aliquem hæreticum eſſe in genere ullo pacto probari nequit. Niſi enim aliqua ſpecies hæreſis duobus, aut pluribus teſtibus planè probata ſit, non poteſt inde inferri, hæreſim in genere plenè probatam eſſe. Neq; enim inferri poteſt verum eſſe in ſuo genere, ex eo, quòd non poteſt dici verum in tali ſpecie; ut quidam Juriſperiti rectè ante nos tradiderunt. *Salicetus in l. teſtium. C. de teſtibus. Conrad. Brun. lib. 4. de hæret. cap. 9.*

71 Ad hęc, ſi teſtibus ſingularibus probari poſſet aliquem hæreticum eſſe, probari quoq; talibus teſtibus poſſet, quempiam furem, adulterum, ſicarium, aut quidvis aliud eſſe. Par enim ratio, imò eadem prorsùs militat in probatione horum omnium, atque id genus aliorum criminum. Deindè probari nequit, Petrum hæreticum eſſe, niſi aliqua hæreſis ab eo dicta, vel facta, pluribus teſtibus in ſpecie probetur. Poſtremò, de ſingulis hæreſibus accuſari, defendi, & convinci quilibet hæreticus debet, & itidem ad fidem converſus errores ſingulos nominatim confiteri, & abjurare tenetur; non igitur ſufficere poterit, ut probatio generalis adversùs eum teſtibus diverſis, ſeu ſingularibus fiat. Neq; eſt cur in hæreſi probanda recedi poſſit à regulis Juris; præſertim cum in hoc judicio, quia majus periculum vertitur, cautius ſit agendum. *c. ut officium. §. verum de hæretic. lib. 6. Bal. conſ. 98. lib. 1. Aymon. Craveta conſ. 262.*

72 Cœterum ineptiſſimum illud eſt, quòd ipſe audivi quoſdam dicentes, pluribus teſtibus ſingularibus probari poſſe aliquem hæreticum eſſe in genere; ac ſi poſſibile eſſet, hominem aliquem hæreticum eſſe in genere. Quod ſi quiſpiam ſeriò id fieri poſſe contendat; jàm (ut Auguſtin. verba uſurpem) *nemo doctus riſum*
Quid genus. *tenebit, nemo non ſuccenſebit indoctus.* Genus eſt, ut Porphyrius, cœteriq; definiunt, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie; eſt ſanè genus, univerſale, generale, & commune, incertum, confuſum, & informe; quod verè prædicari poteſt de pluribus diverſis ſpeciebus, aut individuis diverſarum ſpecierum; quod generale eſt, nec viſu, neque tactu, neque ullo ſenſu compræhenditur, ut civis meus Seneca inquit; ſed cogitabile eſt. Homo generalis ſub oculos non venit, ſed ſpecialis venit, ut Cicero, & Cato. Animal in genere non videtur, ſed cogitatur; videtur autem ſpecies ejus, equus, & canis. Et ſicuti Mercurius Triſmegiſtus in Aſclepio inquit: *Omnis genera immortalia ſunt, ſpecies verò, ſeu forma in propoſito eſt certa res, quæ juſta certitudine, qualis, & quanta ſit, apparet.* Multùm autem intereſt inter genus, & ſpeciem, ſivè formam; Genus enim neq; videri, nec tangi poteſt; individuum autem, ſivè forma tangitur, & videtur, & nullo modo genus eſſe poteſt. Itaq; probatio in genere nuſquam eſt, ut rectiſſimè dicit Alciatus. Ex quibus omnibus, multiſque aliis, perſpicuum eſt, tàm non poſſe hunc, aut illum hominem hęreticum eſſe in genere, quàm ſpecies genus eſſe non poteſt. *l. ſi peculium de manu. teſtam. Franciſ. Titelma. lib. 1. dialectica conſidera. cap. 7. Seneca epiſto. 59. Alciat. lib. 10. Parergo. cap. 16.*

73 Eiſdem omninò rationibus evidentiſſimum eſt, neminem in genere cinædum eſſe poſſe; neque enim poſſibile eſt, probare in genere aliquem cinædum eſſe; quia teſtes in ſpecie debent ſui teſtimonii rationem reddere. Proindè, quamvis Regia lege pragmatica ſancitum ſit, ut in hujus nefandi criminis cognitione procedatur, ſicuti in crimine hæreſis, & læſæ Majeſtatis; nihilominus tamen teſtibus ſingularibus nemo plenè convinci poteſt, eſſe cinædus. Cum autem quidam anno ſuperiori clamaret dicens; probatum eſſe in genere teſtibus ſingularibus, reũ quendam eſſe cinædum, me reſpondiſſe memini; Si nefandum crimen probatum eſt in genere; pœna ſimilitèr irrogetur in genere; ſaluum ſit individuum, & cinædus in genere, ſi libet, comburatur. Vide *Paul. Pariſ. conſ. 163. lib. 4.*

74 Ergo, ut à digreſſione reflectamus ad id, quod erat inſtitutum; neque in genere, neque in ſpecie probatur hæreſis teſtibus ſingularibus. Neq; enim hæc probatio excipitur à generali regula juris. *c. licet cauſam de probationi. c. bonæ 1. de electio. c. nihilominus 3. quæſt. 9.*

75 Duo tamen caſus ab ea regula ſunt excipiendi. Prior, cum teſtes de eadem ſpecie hæreſis teſtificantur; Sed ſingulares

res

res ſunt in loco, & tempore; hi enim concordant in ejuſdem hæreſis probatione, locus verò, ac tempus extraria ſunt, &, ut Juriſperiti loquuntur, non plurificant hæreſim ſæpiùs dictam, & continuatam. *Salicet. in l. teſtium. C. de teſtibus Brun. lib. 4. de hæret. cap. 9. Albert. lib. de aſſertio. Catho. quæſt. 34.*

76 Horum ſententia veriſſima eſt, ut mihi quidem videtur. Primùm, quia tempus, & locus non ſunt circunſtantiæ neceſſariæ ad probandam hæreſim. Deinde, quia diverſitas teſtium in aliis, quàm in ſubſtantia, non abrogat fidem eorum. Ad hæc, perinde facit hæreticus, qui variis locis, & temporibus, eandem hæreſim repetit; ac fur, qui id, quod rapuit, & furatus eſt, ſingulis teſtibus oſtendit, variis tẽporibus, & locis. Poſtremò abſurdum admodum eſſet, ut ſeductor quiſpiam ſingulos homines totius populi ſeorſum doceret ſuas hæreſes, & tamen univerſorum teſtimoniis convinci non poſſit; quod nemo ſanus probabit. *Thomas 2. 2. q. 70. art. 2. Bart. in l. eos. ff. de falſ.* cujus ſententia communiter eſt recepta. *l. inficiando. §. infans. ff. de furtis*, & inibi *Bart.*

77 Excipitur & poſterior caſus, cum teſtes ſingulares ad eundẽ finem tendunt, & plures ſunt, & fide digni. Nàm ſi eorum teſtimonia veriſimilia ſunt, judex poterit plenam fidem eis adhibere. Quod quidem à plurimis traditum, & uſu forenſi receptum eſt. *l. 3. §. 1. & l. ob carmen. §. ult. ff. de teſtib. Paul. & Cacialup. in l. admonendi. ff. de jurejuran. Brun. lib. de indic. col. 3. Socin. conſ. 262. lib. 2. Scæpola conſ. 3. Decius conſ. 163. Curtius junior conſ. 106. Cravet. conſ. 78. Hippolyt. ſingul. 114. & in l. 1. §. ad quæſtionem. ff. de quæſtio. Tiraquel. de pœnis cauſa. 51. nu. 106. Sylvan. conſ. 36.*

78 Poſt hæc, de refutandis teſtibus quædam ſunt adiicienda; quia ſola eorum rejectione Reorum cauſę nonnunquam defenduntur. Eſt autem locus à teſtibus, & contra teſtes Jureconſultis, Rhetoribuſq; communis. Multa enim pro teſtibus, & contra teſtes ab utriſque dici ſolent; ſed ea, quæ pro teſtibus dicuntur, breviter cõcludi poſſunt; quia quilibet bonus eſſe præſumitur, donec probetur contrarium. A teſtibus itaq; dicitur ſecundum auctoritatem, & vitam teſtium, & conſtantiam, & veriſimilitudinem teſtimoniorum. *l. ſcire. §. ſufficit de excuſat. tutorũ. c. 1. de ſervitio. & lib. 2. rhetor. ad Herenni.*

79. Contra teſtes verò dicere poterit Reus, eos eſſe infames, fures, raptores, & facinoroſos, excõmunicatos, ſervos, pauperes, & perfidæ nationis. Id, quod elegantèr facit Cicero in oratione pro Lucio Flacco, qui teſtes Græcos nimium elevat, dicens nullam gravitatem, nullam conſtantiam, nullum firmum in Græcis hominibus conſilium, nullam deniq; teſtimonii fidem, perditos Græcorum mores uſq; ad danda mutua teſtimonia. Hæc, & id genus alia multa ad refutandos, teſtes obiici poſſunt. *c. teſtimonium de teſtib.* & inibi *gloſ.* & interpretes *Ariſto. rhetoricę ad Alexand. c. de teſtimo. & teſtibus. Cicer. lib. 2. rhetorica ad Herennium. Fabius lib. 5. inſtitut. orato. cap. 7. Trapezuntius lib. ſecundo cap. 1.* *Quid Reus poſſit contra teſtes in ſui Defenſionẽ afferre.*

80 Hæc tamen omnia in cauſa hæreſis fidem teſtimoniorum elevant; ſed teſtes ipſos penitus non refellunt. Quamobrem à judicibus conſideranda ſunt, non autem à Reis probanda. Verum exceptiones illæ adversùs teſtes admitti debent, quibus probatis, perſpicuum eſſe poſſit, eos, non zælo juſtitiæ, ſed malignitatis fomite perhibuiſſe teſtimonium. Ut ſi dicatur, quòd teſtes adversùs Reum conſpirarunt, aut quod inimici ſũt, vel ſubornati, aut quippiam ſimile. *c. in fidei. de hæreti. lib. 6. c. per tuas. 1. de Simon. c. repellantur. c. cum oporteat. c. cum dilectus de accuſat. c. conſpiratores 3. quæſt. 4. Paul. Pariſ. conſ. 2. lib. 4.*

81 Cum autem exceptiones juſtè adversùs teſtes obiiciuntur, admittendus eſt Reus ad earum probationem. Qua in re teſtes cautè ſunt interrogandi; itaut, quoad fieri poſſit, eos lateat, qui fuerint illi teſtes, qui contra Reum perhibuerunt teſtimonium. Id verò fiet, interrogando teſtes à Reo productos, non ſolùm de inimicitia, vel conſpiratione teſtium; ſed etiam aliorum hominum, qui non dixerunt adversùs Reum teſtimonium. Quod prudenter admodum quadam Senatus epiſtola plenius cautum eſt.

82 Ad probandas exceptiones contra teſtes accuſatoris, non ſunt admittendi conſanguinei reorum intra quartum gradum; ſicuti repelluntur in probatione defenſionis obliquæ, ſeu indirectæ; quoniam pœna hæreticorum ad dolorem, & injuriam

riam conſanguineorum porrigitur. Et ità multis Senatus conſultis veteribus, & novis, conſtitutum eſt. *c. filii de hæreti. lib. 6. l. 2. ff. de liberali cauſa.*

83 Supereſt, ut de perjuris, & falſis teſtibus, & eorum corruptoribus curſim aliqua diſſeramus. Ac primùm quæri poteſt, qua pœna coercendus, ſi perjurus teſtis, qui juravit, ſe celaturum teſtimonium ſuum, & poſtea illud ante publicationem retexiſſe convincitur. Reſpondimus olim crimine ſtellionatus extra ordinem, pro modo culpæ, ac damni, plectendum eſſe. Judices igitur juſto arbitrio poterunt cōdemnare iſtum, ut publicam pęnitentiam agat; vel pœnam pecuniariam ſolvat; vel in exilium abeat; vel deridendus publicè trahatur, vel fuſtibus cædatur. Quòd, ſi criminis qualitas id fortè depoſcit, ad triremes etiam condemnari poterit. *l. 3. & l. ultim. de crimi. ſtellio. l. qui falſò*, & ibi *Florian. de teſtib. c. ſi teſtes. §. item qui falsò 4. qu. 3. glo. in l. ſi duo patroni. §. ultim. de jure juran.*

84 Nunc autem de falſis teſtibus dicendum eſt, quorum crimen graviſſimum quidem eſt; ut enim Iſidorus inquit lib. 3.

Quam magnum falſorum teſtium piaculum.

de ſum. bono: *Teſtis falſidicus tribus eſt perſonis obnoxius, primùm Deo, quem pejerando contemnit: deindè judici, quem mentiendo fallit: poſtremò innocenti, quem falſo teſtimonio lædit.* Quamobrem juſtiſſimè multis, variiſque pœnis, falſi teſtes puniri poſſunt. *Deum enim citare teſtem mendacii, ſcelus eſt nefarium*, ut ait Philo. lib. de decalogo. Et poſt aliqua: *Falſi teſtes multis, magniſq; moleſtiis ſe ſe involuunt; primò ſanctam veritatem violant, qua nihil eſt in rebus ſacratius, Solis in morem illuſtrante negotia, ne quid eorum in obſcuro lateat. Deinde, notitiam rerum, quaſi nocte quadam tegunt, & caligine, & injuſtos adjuvant, adverſanturque injuriam patientibus, dum quæ neque viderunt, neque audierunt, neq; cognoverunt, ſe certò ſcire, & probè tenere aſſeverant. Addunt, & tertium peccatum pejus prioribus; quoties enim deſunt argumenta, aut probationes, quæ ex ſcripto fiunt, ad teſtes recidit controverſia, quorum verba pro regula ſunt judicibus pronunciaturis ſententiam; neceſſe eſt enim, ut his ſolis attendatur, cum nemo adſit judex alius. Hinc fit, ut qui litem perdunt, gravati teſtimonio, injuriam patiantur, cùm potuiſſent vincere; & judices Iniquitatis, non Juſtitiæ opinionem lucrifaciant. cap. 1. de crimi. falſ. Iſidor. lib. 3. de ſum. bon. cap. 59. Juriſperiti in l. 2. C. de reb. credit. & indi. cap. 1. de crimi. fal. & in cap. 2. de reſcript. & in c. querelam de jure jurando.* & ſæpè alibi.

85 In cauſis civilibus falſi teſtes coerceri poſſunt pęna legis Corneliæ de falſis; & inſuper condemnandi ſunt, ut parti læſæ damnum ſolvant. Lege autem Regia uſu recepta, damnum datum pendit falſus teſtis in cauſa civili, & præterea quintus quiſque dens ab eo publicè evellitur. *l. 1. ad l. Corn. de falſ. Paul. Joan. Andre.* & cœteri *in cap. 1. de crimi. falſ. regia l. 3. titul. 12. lib. 4. fori legum.*

86 In cauſis verò criminalibus, falſus teſtis puniendus eſt pœna talionis. Hoc eſt eadem pœna; qua Reus erat plecten- *Quid pœna talionis.*
dus, ſi objectum crimen fuiſſet ab eo commiſſum, & plenè coram judice probatum. Quod lege Divina primo ſancitum, deindè multis Civilibus, & Regiis conſtitutionibus renovatum eſt. *Deute. 19. l. 1. §. 1. ad l. Corne. de ſic. c. hæc imago. 33. quæſt. 5. Danie. 13. regia Taurina. l. 83. Alexand. conſ. 55. lib. 7. Feli. in c. ſicut de teſtib. Jaſ. in §. item ſi quis poſtulante de action. col. 14. & in l. ſi legibus. C. ſi cont. jus vel util. publi. Caſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 10. columna ulti. Covarruvias lib. 2. variarum reſolutionum cap. 9.*

87 Lege quin etiam duodecim tabularum falſus teſtis ex Saxo Tarpejo, quod miræ altitudinis erat, præcipitabatur. Verba legis hæc ſunt; *Qui falſum teſtimo-* *Falſi teſtes è Saxo Tarpeio præcipitati.*
nium dixiſſe convictus fuerit, è Saxo Tarpejo deiicitur, quæ pœna cum fortaſsè nimis dura Phavorino philoſopho viſa eſſet; Sextus Cæcilius jureconſultus hæc inter alia dixiſſe fertur; *An putas, Phavorine, ſi non illa etiam ex duodecim tabulis de teſtimoniis falſis pęna aboleviſſet; & ſi nunc quoque, ut antea, qui falſum teſtimonium dixiſſe convictus eſſet, è Saxo Tarpejo deiiceretur, mentituros fuiſſe pro teſtimonio tàm multos, quàm videmus? Acerbitas plærunque ulciſcendi maleficii benè, atque cautè vivendi diſciplina eſt. auctor. Aul. Gel. lib. 20. noċti. Attica. cap. 1.*

88 Hodie verò nemo ſic damnari poteſt, ut è Saxo præcipitetur. Et tamen pœna olim uſitata fuit, non ſolùm apud Romanos, ut ex Plutarcho in Romulo, &

item

item in Camillo, & ex aliis plurimis conſtat; ſed etiam apud noſtrates, ut ex ipſis legibus ſeptipartitis, quivis facilè intelligere poterit. Illud tamen non eſt ſilentio involvendum, quod Cornelius Tacitus lib. 5. annalium retulit; Marium quendam Hiſpaniarum ditiſſimum, Tiberii têporibus delatum, inceſtaſſe filiam, Saxo Tarpejo dejectum juſtè fuiſſe. *l. ſi diutino. de pœnis regia l. 6. tit. 31. par. 7. Seneca controverſ. 3.* & rursùs *declamatione 3. lib. 2. regia l. 9. tit. 18. & l. pe. tit. 21. p. 2.*

Inceſtuoſus Pater è Saxo Tarpeio præcipitatus.

89 Si quis autẽ alius falſus teſtis peſſimè delinquit; is profectò maximè, qui virùm Catholicum hæreticum eſſe teſtatur; tum, quia ſub prætextu pietatis graviſſimo periculo innocentem exponit, quippè cum teſtium falſorum nominibus occultatis, vix ſe defendere queat; tùm etiam, quia impudentius, audacius, & horribilius facinus eſt coram Inquiſitoribus, & religioſis viris in cauſa hæreſis, quàm coram tabellione, aut pedaneo aliquo Judice, falſum teſtimonium in alia cauſa dicere. Accedit hùc Demoſthenes oratione adverſus Phormionem dicens: *Alia res eſt, Athenienſes, in veſtros vultus intuentem, teſtari falſum, quàm apud arbitrum; Apud vos enim, & indignatio vehemens, & pœna propoſita eſt mentientibus; apud arbitrum autem ſecurè, & impudenter teſtantur quidquid collibitum fuerit.*

Eſt quoque falſus teſtis, qui refert quidem verba ipſa Rei; ſed de his teſtificatur alio ſenſu, quàm prolata ſunt; verbi gratia, ſi ea non integra refert, vel ait ea fuiſſe affirmando dicta, cum referendo, aut interrogando, prolata fuerint. Sic D. Hieronymus in Matthæum cap. 26. quærit, quo modo falſi teſtes ſunt, ſi ea dicunt, quæ Dominum dixiſſe legimus; & reſpondet ſtatim; *Sed falſus teſtis eſt, qui non eodem ſenſu dicta intelligit, quo dicuntur.*

90 Falſus igitur teſtis in cauſa hæreſis relinquendus eſt Curiæ Seculari, & pęna talionis puniendus. Qua in re extat Leonis X. diploma, quo Inquiſitores poſſunt falſum teſtem Curiæ Seculari relinquere, irregularitatis ſecuri. Mea tamen ſententia, non quilibet falſus teſtis dimittendus eſt judicibus ſecularibus; ſed ille duntaxat, qui Reo notàbilitèr nocuit. Neque Inquiſitores teſtem, qui falſum teſtimonium dixit, in probatione obiectorum adverſus alios teſtes, punire debent pœna talionis; ſed extraordinaria aliqua coertione; quemadmodum quibuſdam epiſtolis ſenatus Sanctæ Inquiſitionis pleniùs continetur. *4. inſtruct. Toletana. cap. 11.* & ſupra *num. 76. Socinus Senior conſ. 103. cum ſequenti. lib. 1.*

91 Et ſi autem ſummo jure omnes falſi teſtes in cauſa hæreſis comburi poſſent, bonis etiam publicatis; æquiùs tamen, & benigniùs eſt, ut qui falſo teſtimonio parùm nocuerunt, extra ordinem puniantur; quod quidem frequentiſſimè fieri ſolet. Falſi enim teſtes cum hæreticis, & pœnitentibus in publicum ſpectaculum trahũtur, mitella picta, infamanteque, conſpicui; nam hodie quoque invaluit ea conſuetudo, cujus Angelus, & Jaſ., aliique meminerunt, deindè fuſtibus cædi, vel in triremes mitti, vel alia extraordinaria coertione puniri ſolent. *Angel. & Jaſ. in l. ſi duo patroni. §. ultim. de ju. jur. Joannes Bernard. in pract. cap. 87.*

92 Quæſitum fuit, utrum filii, & nepotes falſi teſtis, qui combuſtus fuerat, infames eſſent, & aliis pęnis obligati, quibus liberi hæreticorum afficiuntur; Et Cauſidicus quidam nõ imperitus ajebat, falſorum teſtium, & hæreticorum liberos exæquandos eſſe, ne pœna eorum diſſimilis ſit. Verùm id neque uſquam relatum, neque unquam receptum eſt; neque enim æquè delinquit falſus teſtis, qui uni nocere voluit; atque hæreticus impius Chriſtianæ Reipublicæ hoſtis peſtifer, & exitioſus; ſed & ſi demus par eſſe utriuſq; crimen, nulla tamen lege ſancitum eſt, ut liberi falſi teſtis, hæreticorum liberis exæquentur. Leges autem pœnales non ſunt producendæ, quamvis par cauſa id exigere videatur. Etſi enim nõ deſit ratio, deeſt tamen auctoritas, & voluntas, ſivè arbitrium Legiſlatoris. *c. pœnę de pœnit. diſt. 1. Alfonſ. Caſtrus lib. 1. de poteſtate legis pœnalis cap. 7.*

93 Sed talionis pœna, quia per quàm dura eſt, in deſuetudinem ferè abiit; non igitur ea uti debent Inquiſitores, niſi maxima cauſa. Prætereo ſciens plurima, quę de pœna talionis diffusè traduntur à plurimis. *Matth. 5. c. hac autem vita 23. q. 4. Ariſto.* & ejus interpretes *5. ethi. cap. 5. Gelius lib. 20. noct. atticarum cap. 1. Thom. 2. 2. q. 68. Epiſcopus Abul. exod. 21. q. 26.* &

iterum *Levit.* 24. *quaſt.* 12. & rursùs *Matth.* 5. *q.* 322. *Budaus in l. jus Civile de juſt. & jure. Alciat. lib.* 9. *parerg. juris cap.* 8.

94 Quæſitum ſcio, an teſtis, qui in cauſa hæreſis falſum teſtimonium dixit, veniam petens, antequam Curiæ Seculari relinquantur, admittendus ſit ad pœnitentiam ſubeundam, ſicut hæreticus ad Eccleſiam converſus admittitur. Cui quæſtioni reſpondetur, parcendum non eſſe teſti pœnitenti; quia hæretico tantummodo id conceſſum eſt, ut ad Fidem Catholicam redeat. Accedit huc, quòd cum falſus teſtis innocentem hæreticum eſſe teſtatur, ille pœnitentiam agere non debet, nec errorem aliquem confiteri poteſt; quippe cum Catholicus ſit; unde relinquitur, quòd innocens, tanquam pertinax, & impœnitens condemnandus erat. Jure igitur falſus teſtis id pati debet, quod fratri ſuo facere cogitavit. *l. qui ea mente de furt. Deut.* 19. *Joan. de Platea. in l.* 1. *C. de grege. Domi. lib.* 11. *Bald. in l. ult. C. de accuſationib. regia lex Taurina* 83.

95 Sed quamvis pœnitentia teſti falſo non proſit, ut non coerceatur eadem pœna, qua hæreticus ad Eccleſiam converſus puniendus erat, mitius tamen agẽdum eſt cum eo, qui ſe ipſum detulit; præſertim ſi alios, etiam ejuſdem conjurationis ſocios, Judicibus indicaverit. Id enim & publica utilitas, & ipſa clementia ſuadet, ac multis etiam legibus, & exemplis comprobatur. 1. *C. de his qui ſe defen. lib.* 10. *& l.* 1. *de deſerto., & occulta lib.* 12. *l. quiſquis. §. ult. C. ad l. Juli. Majeſt. Regia. l.* 5. *titu.* 2. *part.* 7. *Joan. Igne. in l.* 3. *§. ſi ex ſtipulato. & Silla. nu.* 26.

96 Eadem quoque pœna talionis puniri debet, qui pretio, aut precibus teſtem corrupit, ut falſum teſtimonium diceret, quia ejuſdem criminis particeps eſt. Quinimò plùs delinquit is, qui teſti mandat, vel perſuadet, ut falſum teſtimonium dicat, quàm teſtis ipſe; quia nocendi animum prior habet, & alium ad idem facinus impellit. Qua ratione eadem omninò pœna coercendus eſt, qui mandavit alicui, ut quempiam teſtem corrumperet. Quandoquidem ipſe primò peccavit, & alios peccare fecit. Et ut Julius Paulus inquit; *Initium rei praſtitit. l. non ideò minus. C. de accuſ. l. non ſolùm. §. ſi mandato meo.* & inibi *Bar. de injuri. l. ſi ego quodvi, aut clam. c. mulieres. §.* 1. & illic *Feli. de ſent. excom. Clem.* 1. *de pœni. l.* 15. *damnum dat, qui jubet dare*, & ibi *Decius*, & cœteri *de reg. jur. Tiraq. de pœnis, cauſ.* 37. *& ſeq.*

97 Hoc facinus ante multa ſecula perpetravit impia illa Jezabel, mandans ut 3. *Reg.* 21.
contra Naboth ſubmitterentur duo falſi teſtes, qui eum blaſphemaſſe dicerent; quos Divina Scriptura filios Diaboli, & filios Belial, & viros diabolicos nominat; illi autem dixerunt contra Naboth falſum teſtimonium, ſcilicèt, *Benedixit Naboth Deum, & Regem*. Quamobrem eduxerunt eum extra Civitatem, & lapidibus interfecerunt. Ubi obitèr adnotandum eſt, verbum, *Benedixit*, pro *maledixit*, per antiphraſim poſitum eſſe: id quod frequentiſſimè in Scripturis Divinis fieri ſolet. Si quidem blaſphemiæ crimen, antiquis illis, & piis hominibus, tàm fuit inviſum, & execrabile, ut proprio vocabulo ipſum nominare refugerent. *Scriptura Divina*, ut Chryſoſt. ait, *benedictis maledicta velavit; ut tu fidelis diſcas, cum alieni mali turpia narraveris, eadem verborum honeſtate velare; neque honeſteris turpibus operam prabens; ſed turpium locutionem fugiens. Propterea inquit Apoſtolus: Omne verbum turpe non exeat de ore veſtro.* Et Philip. presbyt. inquit. *Non fuit auſus ſcriptor hiſtoria, ore ſuo blaſphemia verbum exprimere, ſciens Divinitati etiam contrariis verbis dicendis ſummam deberi reverẽtiam.* 3. *Reg.* 21. *Chryſo. homi.* 4. *de patien. Iob. Ambroſ. lib. de Naboth. cap.* 1. *Franc. Titelm.* poſt alios *in annot. ad primum c. Job.*

98 Poſtremò, ſi teſtes teſtibus adverſentur; præferendi ſunt plures paucioribus, viri fœminis: nobiliores plebeis; affirmantes negantibus; teſtes Reorum teſtibus accuſatorum; deniq; præferendi ſunt, qui probabiliora, & veriſimiliora teſtimonia dixerint. *l. quod major ad municipia. l. ob carmen. § ult. de teſtib. c. in noſtra. eod. titu. c. ulti. de ſent. & re judi. glo. in l. diem proferre. §. ſi plures de arbitr. Regia. l.* 40. *cum ſequen. titul.* 16. *part.* 3. *Philip. Cornel. conſil.* 123. *lib.* 4. *Socinus Senior. conſil.* 244. *lib.* 2. *Felin. in c. in noſtra de teſtib. Decius in c. in præſentia. de probati.*

AN-

ANNOTATIONES.

7 Sed jàm ad Hęreticos revertamur &c.

Hæreſeos crimen, quemadmodum reliqua, probari teſtibus omnes perhibent DD., & quotidianus S. Inquiſitionis uſus teſtatur. *eſt tex. in c. ut officium. §. Verùm in principio, & in c. Accuſatus. §. licèt de Hæretic. in 6.* De materia Teſtium in cauſis Hæreticorum, vide præ cæteris *Ioannem Rojam in ſingularib. fidei ſingul. 187. & ſequen. Eymeric. 3. part. Direct. quæſt. 62. & multis ſequentibus* ubi *Pegna. Auctor. Lucernæ, & Locatum in praxi. Verbo Teſtes num. 1. & ſequen. Farinac. de hæreſi q. 188. per totam,* & eundem *Pegnā in praxi Inquiſit. lib. 2. cap. 5. & ſequen.* ubi *Carena in annotationib. ad eadem Capit. & de Off. S. Inquiſit. 3. par. tit. 5. & ſequen.*

8 In primis autem &c.

Forma ſolemnis hujuſmodi juramenti, eſt, quòd Teſtes jurent tactis Sacroſanctis Evangelijs, ut expreſsè docet *Gloſſ. in c. fraternitatis in verbo Iuram. de teſtib.* & quamvis Clerici in Sacris conſtituti jurare ſoleant tacto pectore; in Sacro tamen Inquiſitionis Tribunali, ubi cauſæ graviſſimæ ſunt, Teſtes comparentes, ſolita demiſſa forma, tactis Sacroſanctis Evangelijs, & ipſi jurare ſolent. Et nota eſſe de tanta neceſſitate hoc Iuramentum ante Teſtium examen præſtandum, ut ſi fortè omitteretur, quàmvis poſtea, examine confecto, præſtaretur; nihil examen per Teſtes factum probaret. Vide *tex. l. Iuſiurandi* ibi *priuſquam perhibeant teſtimonium, ff. de teſtib.* & quæ allegat *Barboſ. in c. fraternitatis in 6. eod. tit.*

Quid eſſet agendum in caſu, quo Teſtes brachiis carerent, lege *conſilium Carenæ 3. part. tract. de S. Off. tit. 7. §. 1. nu. 6.* quod eſt, ut Inquiſitor Iuramentum per procuratores ſpecialitèr ab ipſis Teſtibus ad jurandum conſtitutos, reciperet.

9 Deindè Teſtes &c.

Nota, quòd hæc ſolemnitas examinandi teſtes coram duobus Viris religioſis, non eſt in uſu; examen etenim fieri ſolet coram Inquiſitore, Advocato fiſcali, & Notario. *Caſtropal. part. 1. tract. 4. diſput. 8. punct. 15. §. 3. num. 6.*

10 In eadem autem examinatione &c.

Super quænam ab Inquiſitoribus interrogandi ſint Teſtes. Vide *P. Maſſin. in prax S. Off. par. 2. fol. 57. prim. impreſſ. & Eymeric. 3. part. Direct. in forma examinandi teſtes nu. 72.* ubi *Pegna comment. 17.*

11 Ad hoc Teſtium examinatio &c.

Concordat cum hac Doctrina, quod olim refert *Pegna in Praxi lib. 2. cap. 63. num. 7.* expreſſum fuiſſe ab EE. DD. Cardinalibus S. Romanæ, & Vniverſalis Inquiſit. his verbis: *Gratiſsimum foret Santiſs. & DD. Cardinalibus Inquiſitoribus Generalibus, ut Epiſcopi per ſe ipſos in his cauſis tractandis, & iudicandis aſsiſterent.*

16 Ex teſtimoniis tamen.

Repetitio teſtium poſt litem conteſtatam, adeò eſt neceſſaria, ut, niſi ſine ipſa, nihil Indicii, aut probationis fiat. Vide *Farinac. de hæreſi quæſt. 188. §. 1. num. 21.* qui docet ab hac ſententia recedendum non eſſe, & refert quid ſit in praxi apud ſupremum totius Chriſtianæ Reipublicæ Generalis, & Romanæ Inquiſitionis Tribunal; ſed nota, quòd Teſtes poſſunt à Reo haberi pro repetitis, quo in caſu, & ſi non repetantur, & indicium, & probationem facient; dempto tamen, ſi ageretur de hæretico negativo convincendo, ad effectum tradendi illum Curiæ Seculari; nàm tunc, cum de maximo agatur præjudicio, non obſtante Rei declaratione, qua velit teſtes habere pro repetitis, teſtes contra ipſum examinatos Inquiſitor repetere ſolet. Vide *Farinac. loc. nupercit. num. 27. & de Teſtibus quæſt. 72. num. 149. & ſequen.* An autem juſtis de cauſis Teſtium repetitio fieri poſſit ante litis conteſtationem, aſſerunt Canoniſtæ *in c. quoniam frequenter. ut lit. non conteſt.* has refert *Simanc.* inferius *num. 23.* Vide *Caren. de S. Off. part. 3. tit. 7. de Teſtib. quo ad Exam. §. 5. num. 45.*

25 Præterea &c.

Intellige, quòd hæc Doctrina procedat in caſu, de quo paulo ſupra *num. 16.* nàm in aliis contrarium ſervari in ſupremo S. Romanæ Inquiſitionis Tribunali docet *Farinac. ibid. citat. eodem loc.*

31 Illud palam eſt &c.

Teſti ſingulari plena fides non adhibetur in Tribunali S. Officii, ſi contra Reum deponat; etiam ſi eſſet Cardinalis, vel Rex, aut Papa; at ſi in favorem Rei deponat cum juramento, & in iis, quæ ſuæ peritiæ ſunt, v. g. Infirmum eſſe, torqueri per aliquam indiſpoſitionem non poſſe, & ſimilia, tunc ei creditur plenè. Vide *Caren. de S. Off. par. 3. tit. 5. de Teſtib. quo ad perſ. §. 13. nu. 84.* & quæ ſupra notavi *tit. 51. de probat. nu. 3.*

36 Duo teſtes igitur &c.

Hac Simancæ Doctrina videtur dirimi controverſia, qua inter ſe pugnant DD. quærentes, an duo teſtes in hæreſis crimine ad Reum condemnandum ſufficiant; nàm qui affirmativam tenent ſententiam, ſunt de teſtibus omni exceptione majoribus intelligendi; ſicuti è contra, qui negativam tuentur, de teſtibus, qui omni exceptione majores dici nequeunt, interpretantur. *Calderin. tract. de hæret. rubr. de ſenten. Inquiſit. num. 1.* & nota, quòd ſicuti verum eſt, quòd in cauſis fidei, & caſibus expreſſis à jure, Teſtes etiam inhabiles admittuntur; ſic quoque veriſſimum extat, quòd per talem admiſſionem ab eis eorum non tollitur inhabilitas. *Caren. de S. Off. part. 3. tit. 5. de Teſtib. quo ad perſon. §. 12. num. 73.* Vide quæ ſupra notavi *tit. 51. num. 7.* & quæ ibidem docuit *Simanc. nu. 9.*

38 Verior tamen ſententia eorum eſt.

Indicium facere ſocium criminis, non probationem, hic dicit Simanc; ut ſciamus ejus depoſitionem non ſufficere ad condemnandum; ſed ſolummodo ad inquirendum, vel ad torquendum, vel ad pœnam extraordinariam, ſecundum quod Iudici viſum fuerit, juxta perſonarum qualitatem, & adminiculorum concurſum. Immò quod nec ad torquendum ſatis ſit docet *Locat. in Prax. Verbo Complices nu. 1.* Vide *Farinac. de hæreſi quæſt. 188. §. 4. num. 84.*

39 Tametſi &c.

Nota, quòd Teſtes, quos vocant de auditu alieno, ſeu de auditu auditus, licèt non probent, faciunt tamen aliqualem levem præſumptionem, quæ tamen in Viro maximæ famæ non ſufficit ad capturam, ut docet *Carena de S. Off. part. 3. tit. 6. de teſtib. quo ad dict. §. 2. num. 10.*

45 Sed meo quidem judicio &c.

Quicquid ſit de hac ſententia; certum eſt, quòd in hæreſis crimine affirmativam tenuerunt *Caſtropala. in Opere Moral. diſp. 8. punct. 15. §. 1. nu. 1. & ſequen. & Farinac. de Hæreſi quæſt. 188. §. 7. nu. 115. & 116.* ubi tamen, quòd non integri teſtes ſunt.

47 Sed hoc ampliùs &c.
An conſanguinei in S. Inquiſitionis tribunali poſſint in favorem conſanguineorum Reorum examinari, ſicuti contra eoſdem examinantur; dic quòd non; niſi fortaſsè inter eos reperiretur, qui ſpectatæ eſſet probitatis; nàm in tali caſu poſſe examinari ad deponendum pro conſanguinei innocentia probanda, docet *Farinac. qui ſupra num. 151.* nùm verò cenſendi ſint teſtes integri, negantem vide *Canter. de plen. probat nu. 13. verſ. Dixi ſupra.*

53 Cœterum &c.
Nota, quòd Teſtes dicuntur non convenire in ſubſtantia rerum, quando non ſunt concordes circa locum, & tempus, vel cum in verbis diſcrepant, cùm agitur de verborum formalitate probanda. *Sous. in Affor. lib.2. cap.6. §. 1. nu.15. & Borell. in ſumm. decis. tom.2. tit.12 nu.5.*

55 Quamvis autem &c.
Vide *ſupra not. tit. 19. de denunciat. nu. 17.*

60 Neque audiendi ſunt &c.
Auctores hujus ſententiæ Simancę concordantem vide *Caren. de Off. S. Inquiſit. par.3. tit.6. de teſtib. quo ad dict. §.7. nu.61. Verſ. attamen horum DD.*

63 Teſtes autem plurimi &c.
Quæ hoc numero, & ſequentib. docet Simanc; ea prorsùs refert, & probat *Caren. loco nupercit. §.5. de Teſtib. ſingul. à nu.29. uſq; ad nu.41.* in hoc tantùm à Simanca diſcrepare videtur quòd Simanc. *nu.75.* ait, eſſe teſtes concordes, qui de eadē hæreſeos ſpecie deponunt, quamvis ſingulares ſint in loco, & tempore, *& nu.76.* rationem reddit, quia locus, & tempus, inquit, non ſunt circumſtantiæ neceſſariæ ad probandam hæreſim; Quod negat *Carena*, hac ſuffultus ratione, quòd, cum hæreſis ſit ſemper in individuo probanda, & diverſitas loci, ae temporis actum hæreſis diverſificet; eadem diverſitas loci, ae temporis erit ad hæreſis probationem neceſſaria, & per conſequens Teſtes de loci, & temporis diverſitate deponentes, licèt de eadem ſpecie hæreſi; ſemper erunt ſingulares, & nunquam poterunt dici conteſtes, ſivè concordes. Hunc vide *loco cit. num. 35. in reſponſ. ad Souſa argumenta.*

72 Cœterum ineptiſſimum &c.
Hujus ſententiæ, quam hic Simanc. ineptiſſimam vocat, & apud Doctos ridiculam; fuit *Zanchin. in tract. de hæretic. cap.13. num.5.* ubi *Campeg. in addit. litter. C. verbo ſingulares. Pariſ. conſ. 2. num. 89. lib.4. Hippol. Riminald. conſ.395. nu 17 lib. 4.* & ante iſtos *Butrigar. l. Arriani. C. de Hæretic. Salicet. in l. quicunque poſt nu. 1. eodem C. & Io. de Anan. in cap. 1. num.7. in fine. extra de hæretic.*

73 Eiuſdem omninò &c.
Lepidum Simancæ reſponſum, quod in hoc capitulo ab ipſo refertur, ob ſui egregium lepòrem notandum eſt; ex hoc enim apparet quam inconſultò dictum fuerit; Quempiam Hæreticum eſſe in genere, teſtium ſingularitate probari poſſe.

78 Poſt hæc &c.
Vide quæ ſupra notavi *tit. 17. de defenſionib. Reor. num. 9.*

89 Eſt quoque falſus Teſtis &c.
Adde vocari quoque falſum teſtem, qui interrogatus reticet veritatem. *Farinac. de hæreſ. quæſt. 188. §. 2. num. 42.*

90 Falſus igitur teſtis &c.
Hæc doctrina intelligitur in caſu, quo falsò Accuſatus propter falſam Teſtis depoſitionem, fuiſſet & ipſe Seculari Curiæ relictus. *Zanard. in ſumm. Divinor. Præcep. par.2. Rubr. de teſtib. in cauſ. fid. §. ſed notandum eſt primò.*

91 Et ſi autem &c.
De falſorum Teſtium punitione, vide præ cœteris *Bovadill. in ſua Politica lib.5. cap.2. num.75. & ſequen.* & nota quòd hodie ex ſtylo Supremi Tribunalis S. Romanæ Inquiſit. falſi teſtes regulariter ad triremes ad tempus damnari ſolent; maximè ſi ſubornati, & corrupti falſum deponant. *Diana reſol. moral. par.4. tract. 7. reſol.16.*

92 Quæſitum fuit &c.
Hæc Simancæ ſententia verior eſt, & communis, quam recepit quoq; *Lel. Zech. in ſumma part.1. tit. de fid. Rubr. de hæreſi. cap.11. nu 14. & Sanchez. in præcep. Decalog. lib.2 cap.27. nu.25.*

93 Sed talionis pœna &c.
Talionis pœna neminem condemnandum, niſi ſuprema Inquiſitione priùs conſulta, docuit *Pegna in addit. ad Eymeric. 3. part. Direct. comment. 122. quæſt. 73. verſ. iàm quamvis.*

95 Sed quamvis pænitentia &c.
Adde mitius quoque puniendum eſſe falſum Teſtem, ſi falſitatem depoſitam ſpontè detegat, & fateatur. *Lel. Zecch. in ſumma par.1. tit. de Fid. rubr. de hæreſ. cap.11. num.14.*

98 Poſtremò, ſi teſtes teſtibus adverſentur.
Eſt indubitata apud DD. omnes concluſio; quòd plures Teſtes inter ſe contrarii, & mutuò ſibi adverſantes, nihil probant, & advicem ſe collidunt. Vide *Farinac. de Teſtib. qu.65. nu. 2. & ſequen.*

De Tormentis Titulus LXV.

SUMMARIUM.

1 *QVæſtio quid ſit.*
2 *Quæſtionum, & tormentorum uſum multi ſapientes viri non probant.*
3 *Quæſtionibus reſiſtendum eſſe docet Cic. in partitionibus.*
4 *Quæſtionum, & tormentorum uſum improbat Cic. in libris ad Herennium.*
5 *Tormenta improbant D. Auguſtinus, Ludovicus Vives, & alii.*
6 *Ludovicus Vives reprehenditur, quòd locum Cic. in oratione pro Diotario perperam intellexerit.*
7 *Ludovicus Vives reprehenditur, quòd tormentorum uſum iniquum eſſe dixerit.*
8 *Tormentorum uſum neceſſarium eſſe.*
9 *Tormenta non condemnant Rhetores.*

10 *Tor-*

10 *Tormentorum uſum Viri Sanctiſſimi probant.*

11 *Inquiſitores torquere poſſunt, & debent vehementer ſuſpectos.*

12 *Tormentis neminem debent judices exponere, niſi prius, an id jura permittant, accuratiſſimè expendant.*

13 *Tormentis quando utendum.*

14 *Tormentis ut quiſpiam condemnetur, duo potiſſimùm neceſſaria ſunt.*

15 *Tormentis non debet quiſpiam condemnari, niſi indicia magna ſint, & vehementer urgentia.*

16 *Indicia urgentia, ubi benè probata fuerint, eorum exemplum Reo exhibendum eſt.*

17 *Torquere hominem, inauditum, iniquum eſt.*

18 *Torqueri ut quiſpiam poſſit, exigitur, ut accuſator id poſtulet.*

19 *Torqueri poſſunt hæretici, cum id judicibus expedire videbitur.*

20 *Hæreticis ad tormenta damnatis ſententiæ copia facienda eſt, ut ſi velint, appellare poſſint.*

21 *Judex, qui per imperitiam, vel dolo malo aliquem torſerit, qua pœna afficiendus ſit.*

22 *Indicia arbitrio judicis æſtimanda ſunt.*

23 *Torqueri poteſt Reus, ſi unius hominis fide digni teſtimonio infametur, niſi ipſe bona ſit fama.*

24 *Torqueri poſſe Reum unius hominis fide digni teſtimonio infamatum, probatur.*

25 *Torqueri poteſt Reus, cum ejus hæreſes ſemiplena probatæ ſunt.*

26 *Torquendus nemo eſt ſolo teſtimonio ejus, qui particeps fuit criminis.*

27 *Confeſſio criminis extra judicium facta, ad Reum torquendum ſufficere creditur.*

28 *Torqueri poteſt, qui poſt commiſſum crimen fugit, antequam accuſetur.*

29 *Fugientes, antequam accuſentur de commiſſo crimine, non ſemper vehementer ſuſpecti ſunt.*

30 *Alcibiades, & Demoſthenes accuſati, aufugerunt.*

31 *Torqueri poteſt Reus, qui ſuſpectus cum ſit, vacillat, mentitur, & pejerat.*

32 *Vultus, & coloris mutatio ſignum eſt animi ſibi malè conſcii.*

33 *Torqueri non poſſunt Rei propter ſola ſigna externa vultus, aut ſimilia.*

34 *Torqueri tunc poſſe Reum, cum ab eo crimen fuiſſe commiſſum publica fama eſt, ſunt qui teneant.*

35 *Fama crebra, & conſtantis vis.*

36 *Torqueri propter ſolam famam non debet Reus.*

37 *Torqueri ut quiſpiam poſſit propter famam, quid requiratur.*

38 *Fama, quàm mendax, & vana plerunque ſit.*

39 *Fama quo pacto à Fabio deſcribatur.*

40 *Famæ mala Tertullianus, & Hieronymus enumerant.*

41 *Fama unde ortum habeat.*

42 *Plebis inſipientia, & temeritas.*

43 *Plebis vitia.*

44 *Torqueri poſſunt in crimine hæreſis, omnes, qui torqueri poſſunt in crimine læſæ Majeſtatis.*

45 *Minores viginti quinque annis torqueri poſſunt propter hæreſis ſuſpicionem.*

46 *Torqueri poſſunt ob crimen hæreſis Monachi, & Sanctimoniales, & Religioſi omnes.*

47 *Clericos, & Religioſos torqueri non poſſe, niſi infamati ſint, quidam aſſerunt.*

48 *Clerici ob vehementem ſuſpicionem torqueri poſſunt.*

49 *Clerici, & Monachi rarius, & mitius torquendi ſunt.*

50 *Clerici torqueri non debent à Miniſtro, ſeu tortore Laico.*

51 *Tormentis occulta crimina debet Judex diligentius explorare.*

52 *Torqueri poteſt, qui confitetur ſe dixiſſe, aut feciſſe aliquid hæreticum, negat tamen intentionem hæreticam.*

53 *Sententia, qua Reus ad tormenta damnatur, notificanda eſt Promotori fiſcali.*

54 *Judex præſens eſſe debet, dum quæſtio habetur.*

55 *Torqueri publicè non ſolent Rei apud Hiſpanos.*

56 *Tormentis Reos condemnatos Judices benignè admonere debent, ut veritatem ſimpliciter fateantur.*

57 *Tormentis condemnati Rei, quo pacto à Judice interrogandi ſint.*

58 *Tormentis hæretici damnati, quomodo interrogandi ſint ab Inquiſitoribus.*

59 *Tormentis hæretici damnati, non de ſe tantùm, ſed de aliis etiam interrogari poſſunt.*

60 Tor-

60 *Torqueri poteſt ſuſpectus de hareſi, & plenè etiam convictus, in caput alienum.*
61 *Tormenta quomodo adhibenda ſint.*
62 *Tormenta neque ſemper, neque in omni cauſa, & perſona exercenda ſunt.*
63 *Tormenta pro criminum gravitate infligenda ſunt.*
64 *Confeſſio in tormentis extorta nihil Reo nocere poteſt, ſi Reus ipſe tormentis iniquè fuerit expoſitus.*
65 *Carcer ſpecies tormenti eſt.*
66 *Torquendi ſi multi ſint, à quo incipiendum.*
67 *Tormentis extorta confeſſio non ſatis eſt, ut Reus condemnetur, niſi eam poſtea ratam habeat.*
68 *Metus vis, & potentia.*
69 *Confeſſio quando dicatur extorta metu tormentorum.*
70 *Confeſſio tormentis extorta parùm efficax eſt, niſi poſt tormenta à Reo fuerit confirmata.*
71 *Confeſſio tormentis extorta, quomodo nocere poſſit Reo confitenti.*
72 *Judex quando, & quomodo alloqui debeat illum, quem adit, ut confeſſionem ab ipſo tormentis extortam ratam habeat.*
73 *Ratihabitio etiam neceſſaria eſt, quando Reus, vel teſtis in tormentis contra alios teſtificatur.*
74 *Tormenta qui pernegans vincit, hoc ipſo obiecta crimina diluit.*
75 *Torqueri iterum quando Reus debeat.*
76 *Torqueri quoties poſſit Reus.*
77 *Torqueri Reus ter non debet.*
78 *Tormenta ſæpiùs olim repetita injuſtiſſimè aliquando fuerunt.*
79 *Torqueri an iterum poſſit Reus, qui poſtquam in tormentis confeſſus eſt, ſequenti die confeſſionem factam negat.*
80 *Tormenta an in cauſa hareſis repeti poſſint, cum Reus, quod tortus fuerat confeſſus, poſtea negat.*
81 *Torqueri an tertiò poſſit Reus, qui bis confitetur, & revocat.*
82 *Tormenta quando fortaſſis tertiò repeti poterunt.*
83 *Judices quid in quæſtionibus habendis conſiderare debeant, ut veritatem explorare poſſint.*
84 *Indicia non ita perſpicua, & evidentia eſſe poſſunt, ut fallere ſæpè non queant.*

De Tormentis.

1 TOrmentorum, & quæſtionum uſus in cauſis criminalibus frequentiſſimus eſt, & Inquiſitores Apoſtolici ſæpiſſimè Reos torquere ſolent. Quamobrem non erit alienum, de quæſtionibus in præſentia diſſere-
Quæſtio quid. re. *Quæſtio autem eſt*, ut Ariſt. inquit, *invita conſcii hominis confeſſio.*

2 Tot verò, ac tanta contra quæſtiones dicta, & ſcripta ſunt, ut non deſint, qui putent, iniquum eſſe torquere hominem, quem nondum conſtat eſſe nocentem. Adde quòd quæſtio, ſicut Ulpianus ait, res
Quæſtio ſæpè periculoſa. eſt fragilis, & periculoſa, & quæ ſæpè veritatem fallat. Nàm plerique patientia, ſivè duritia, ità tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis veritas nullo modo poſſit; alii tanta ſunt impatientia, ut in quovis potiùs mentiri, quàm pati tormenta velint. Et ita fit, ut etiam vario modo fateantur, ut non tantùm ſe, verùm etiam alios criminentur. *l. 1. §. quæſtio. de quæſti.*

3 Accedit eodem, quod Cicero in participationibus oratoriis docet, *Sæpè quæſtionibus reſiſtendum eſſe; quòd, & dolorem fugientes multi in tormentis ementiti perſæpe ſint, morique maluerunt falſa fatendo, quàm verè inficiando, dolere; multi etiam ſuam vitam neglexerunt, ut eos, qui his chariores, quàm ipſi ſibi eſſent, liberarent. Alii autem, aut natura corporis, aut conſuetudine dolendi, aut metu ſupplicii, aut mortis, vim tormentorum pertulerunt; alii ementiti ſunt in eos, quos oderunt.*

4 Idem Cicero, ſivè quis alter lib. 2. rhetor. ad Herenni. contra quæſtiones, ait; *dolori credi non oportere; quòd alius alio ſit recentior in dolore, quòd ingenioſior ad comminiſcendum, quòd denique ſæpè ſcire, aut ſuſpicari poſſit quid quæſitor velit audire; quod cum dixerit, intelligat finem ſibi doloris futurum. Eis enim qui torquentur, credi non oportet, quòd extorta veritas laboret, ſitque tùm minus tuta, quòd varia ſint ingenia hominum, varii affectus, varia tolerantia.*

tia. Sunt enim nonnulli conſtantes in tormentis more Stoicorum, qui ſecuri pœnarum, ſecuri cruciatuum, nihilo magis veritatem prodant; aliſ ſunt pœnarum impotentes, qui facilè mentiantur, dum eſſet cruciatus.

5 Divus quoque Auguſtinus inquit: *Judicia hominum de hominibus, quàm ſunt miſera, quàm dolenda! quid, cum in ſua causa quiſq; torquetur, & cum quæritur, utrum ſit nocens, cruciatur; & innocens luit pro incerto crimine certiſſimas pœnas; non quia illud commiſiſſe detegitur; ſed quia non commiſiſſe neſcitur; ac per hoc ignorantia Judicis plerunq; eſt calamitas innocentis; & quod eſt intolerabilius, cum propterea Judex torqueat accuſatum, ne occidat neſciens innocentem: ſit per ignorantia miſeriam, ut & tortum, & innocentem occidat, quem, ne innocentem occideret, torſerat.* Et poſt pauca: *Hi, qui arguuntur, vi doloris plerunque ſuperati, & de ſe falſa confeſſi, etiam puniuntur innocentes; cum jam torti fuerint innocentes: quod & ſi non morte puniantur, in ipſis, vel ex ipſis tormentis plerunq; moriuntur.* Cui addit Ludovicus Vives: *Sic torquemus homines, ne inſontes moriantur, ut magis torum nos miſereat, quàm ſi morerentur; uſque adeò gravjora ſunt ſæpè tormenta, quàm mors. An non frequentes quotidie videmus, qui mortem perpeti malint, quàm tormenta, & fateantur fictum crimen de ſupplicio certi, ne torqueantur? Etiam innocentes cogit mentiri dolor, ut Mimus ait. Et ſicut canit Tibullus: Frangit fortia corda dolor. Et Seneca declamatio 6. inquit: Verba dolor parùm conſiderat. Augu. lib. 19. de Civit. Dei. cap. 6.* & inibi *Ludovi. Vives.*

6 Obiter tamen notandus eſt error Ludovici Vives, viri aliòqui non indocti, qui eodem loco non intellexit, cur Cicero pro Dejotaro dixerit: *More majorum de ſervo in Dominum, ne tormentis quidem quæri licet.* Nàm ſi jus civile ignoravit, quo id frequentiſſimè conſtitutum eſt; certè hiſtorici eum id ipſum docere poterãt, quorùm unum, aut alterum locum breviter in præſentia memorabo, quia prǽpoſitæ materiæ congruunt. Cornelius Tacit. lib. 2. annal. Libonis cauſam referens, poſt alia inquit: *Negante Reo, agnoſcentes ſervos per tormenta interrogare placuit. Et quia vetere Senatus conſulto, quæſtio in caput Domini prohibebatur, callidus, & novi juris repertor Tiberius, mancipari ſingulos actori publico jubet; ſcilicet, ut in Libonem ex ſervis, ſalvo Senatus conſulto, quæreretur.* Flavjus quoque Vopiſcus in Tacito retulit, caviſſe Tacitum Imperatorem, ut ſervi in dominorum capita non interrogarentur, ne in cauſa Majeſtatis quidem. Nec enim oportet, ut Julius Paulus inquit, ſalutem dominorum, ſervorum arbitrio committi. Adde quòd ſicut Ariſtot. dixit: *Magis conſentaneum eſt, ſervos adverſus Dominos, quo ſuum effugiant cruciatum, ementiri, quàm multos dolores, & corporibus, & animis tolerare, quia nihil mali patientur, ubi mentiri voluerint. l. unius. §. ſervo. de quæſtionibus. Ariſtotel. lib. rhetor. ad Alexand. c. de quæſtione l. 1. & 2. C. de quæſt. Carolus Sigonius lib. 1. de antiquo jure Romanorum cap. 6.*

7 Illud verò gravjori cenſura dignum eſt, quòd idem Ludovicus Vives, omnem tormentorum uſum condemnans, ait; tyrannicum id eſſe inventum, charitati, & manſuetudini Chriſtianæ; ſed & omni etiam humanitati contrarium. Addit etiam, hoc utile non eſſe, & ſine damno Rerumpublicarum tolli poſſe. Præterea, multas eſſe Gentes, & quidem barbaras, quæ ferum, & immane arbitrantur torqueri hominem, de cujus facinore dubitatur: *Profectò*, inquit, *carnifices animos habemus, qui ſuſtinere poſſumus gemitus, & lacrymas tantò cum dolore expreſſas hominis, quem neſcimus, ſit ne nocens. Quid? quod acerbam, & per quàm iniquam legem ſinimus in capita noſtra dominari; cum ſuſpiciones tormentis armamus, & inimicis delationibus.* Et tandem fortiſſima eſſe ait, quæcunque Rhetores contra tormenta dicunt; quæ verò pro tormentis futilia, & imbecilla.

8 Sed quidquid id ſit, quod ille contra omnium ferè Gentium leges, & mores licentiosè tentavit; ambigi ſanè nullo modo poteſt, an torquere liceat hominem vehementèr ſuſpectum; id enim vetus, & antiquum eſt; neque tantùm apud Ethnicos uſitatum; ſed etiam apud Catholicos omnes vigent hodie, ſemperque moribus receptæ ſunt in Chriſtiana Republica juſtiſſimæ leges, quæ torquere homines jubent, à viris Sapientiſſimis, & uſu Rerum publicarum prudentiſſimis, non ab inſipientibus, aut barbaris conditæ. Neque quiſpiam eſt negotiorum forenſium uſq; *Tormentorum uſus antiquiſſimus.*

adeò

adeò ignarus, qui non planè intelligat, nullum ferè criminale judicium ſine tormentis rectè tractari, aut peragi poſſe.

9 Neque Rhetores ipſi tormenta condemnant, quinimò pro quæſtionibus æquè atque contra quæſtiones dicere docent. Ac primùm Ariſtot. inquit; *Cum utile fuerit vehementem efficere quæſtionem, dicendum erit, ut privatim quidem homines de valdè neceſſariis, civitates autem de maximis rebus, & quæſtionibus probationes capiunt, quòdque teſtibus certior eſt quæſtio; Nàm teſtibus mentiri conducit ſæpè; quibus autem quæſtiones admota ſunt, veritatem loqui plurimùm utilitatis affert; ſic enim cruciatu celerrimè liberantur*. Et Iſocrates in Trapezitico: *Video autem vos quoque, neq; publicis, neque privatis in rebus quicquam fide majore dignum, aut veriùs exiſtimare tormentis, ac fieri quidem poſſe, ut aliqui ſubornentur, ut teſtes ſint rerum non factarum; per cruciatus autem ex ontà teſtimonia, perſpicuè oſtendere, utri vera dicant.* Cicero quoque Rhetorum, & Oratorum Princeps, in Topicis dixit: *Facit etiam neceſſitas fidem, quæ tùm à corporibus, tùm ab animis naſcitur; Nàm & verberibus torti, & igne fatigati, quæ dicunt, ea videtur veritas ipſa dicere.* Fabius item, quæſtionem vera fatendi neceſſitatem vocat. Et Seneca in Troade:

Act.4.ſcen. 1.

Verberibus, igni, morte, cruciatu eloqui
Quodcunque celas adiget in vitam dolor:
E' pectore imò condita arcana eruet:
Neceſſitas plus poſſe, quàm pietas ſolet.

Quid attinet plura de his? Plenæ ſunt orationes Veterũ, ac Novorũ. *Ariſt. rheto. Ad Alex. c. de quæſt. Fabi. lib. 5. inſti. orat. cap. 4.*

S. Patres tormentorũ uſum probantes.

10 Viri quin etiam Sanctiſſimi hæc eadem ferè dicere ſolent. Beatus Cyprianus tractatu illo elegantiſſimo contra Demetrianum inter alia inquit: *Torqueri debui, ſi negarem, ſicut in cœteris quæſtionibus torquentur rei, qui ſe negant, crimine, quo accuſantur, teneri; ut facinoris veritas, quæ indice voce non promitur, dolore corporis exprimatur*. Et in fine tractatus de idolorum vanitate. *Dolor tormentorum, veritatis teſtis eſt*. Item Ambroſius lib. 2. de Caim, & Abel: *In judiciis ſecularibus impoſiti equuleo torquentur negantes; & quadam tangit judicem miſericordia confitentis*. Et Euſebius Pontifex ad Epiſcopos Galliæ ſcribens ait: *Veritatem diverſis cruciatibus à latebris ſuis religioſus tortor exigere debet; ut dum pœnis corpora ſubiiciuntur, quæ geſta ſunt, fidelitèr, & veraciter exquirantur*. Neq; D. ipſe Auguſtinus quæſtiones iſtas reprobat; quinimò fatetur ingenuè; *leges, quæ reos torquere jubent, civitatibus in quantalibet pace manentibus deeſſe non poſſe; neq; judicem ſapientem ab his abſtinere debere, quippe cum conſtringat eum humana ſocietas, quam deſerere nefas ducit; cui quidem prodeſſe intendit, ne crimina ſint impunita. Nec facit hæc nocendi voluntate; ſed neceſſitate neſciendi; & tamen quia cogit humana ſocietas, neceſſitate etiam judicandi.* Hæc ſunt verba Divi Auguſtini, quæ quidem non ſolùm Gentilibus, & de Gentilibus (ut Ludovicus Vives comminiſcitur.) Sed generalitèr omnibus, ac de omnibus etiam Chriſtianis dicta fuiſſe quivìs facilè intelliget; Ac de his quidem ſatis arbitror dictum. *Heſter. 12. Ambroſ. lib. 2. de Caim, & Abel. cap. 9. c. penul. 5. quæſt. 5. Auguſt. lib. 19. de Civit. Dei cap. 6. c. circumcelliones 23. quæſt. 5. Joan. Major. in lib. 4. ſent. diſtinct. 15. quæſt. 22. Silveſter in ſumma verbo inquiſitio 2. §. nono.*

Tormentorum uſum D. Auguſti. quoque non damnat.

11 Tametſi autem Inquiſitores Clerici, & Sacerdotes eſſe ſoleant, nihilominus torquere poſſunt, & debent vehementèr ſuſpectos, ut errores confeſſi, convertantur, & vivant. Eodem enim fine Paulus tradidit Corinthium Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ejus ſalvus fieret; *Ille hæreticum interficit* (ut apud Hieronymum eſt) *qui hæreticum eum eſſe patitur*. Cœterum noſtra correptio vivificatio eſt, ut hæreſi moriens, vivat Catholicæ fidei. *1. Corinth. 5. Hieronymus lib. 3. adverſus Pelagianos.*

12 Verùm quia plurimi, & periculoſiſſimi ſunt abuſus judicum in quæſtionibus, ut Galindus noſter in apologia, & invectiva commemorat, & nos ipſi ejus rei teſtes ſumus; judices omnes hortamur, ut ante oculos Deum habentes, neminem priùs torqueant, quàm id fieri jura permittant; aliud enim facere Zelus eſſe fortaſsè poterit, ſed iniquus ſanè, ac non ſecundum ſcientiam. Inde enim facile fit, ut innocens malè torqueatur, & extorta falſa confeſſione, multo pejus, injuſtiuſq; damnetur.

Suſpecti de hæreſi non facile torquendi.

13 In primis autem animadvertere oportet, non eſſe à quæſtionibus incipiendum;

dum; ſed ità demum ad eas veniendum eſſe, cum ſuſpectus eſt Reus, & aliis argumentis ita urgetur, ut ſola ejus confeſſio deeſſe videatur. *l. 1. de quæſtionib. l. milites. C. eod. titul. c. cum in contemplatione de regul. juris.*

14 Duo igitur neceſſaria ſunt contra Reum; primum ut ſuſpectus ſit; alterum, ut urgeatur argumentis, & indiciis veriſimilibus. Sed multa præterea requiruntur, ut Reus torqueri poſſit; nimirum ut indicia ſingula duobus, aut pluribus teſtibus plenè probata ſint. *gloſ.* communitèr approbata *in l. ulti. C. famili. berciſcun. Innoc. in c. ſicut de Simon. Bart.* & cœteri *in l. ult. de quæſt. Angel. Pariſ. Brunus*, & innumerabiles alii relati *ab Hippolyto in l. 1. §. idem. Cornel. de quæſtionib. & in pra. §. diligentèr.*

15 Neque ſatis eſt, quòd indicia plenè probentur, niſi magna ſint, & vehementer urgentia; levia enim argumenta eſſicacia non ſunt ad torquendum hominem. *l. milites. C. de quæſtio regia. l. 26. tit. 1. p. 7. gl.* communitèr approbata *in l. eum probatio. de probationibus. Barthọ.* & cœteri *in l. ult. de quæſtio.*

16 Ubi autem indicia urgentia plenè probata fuerint, neceſſe etiam eſt, ut eorum exemplum, ſivè copia Reo detur, & ei concedatur dilatio ad ea diluenda, & ſuam innocentiam probandam; id enim, & natura æquum eſt, & jure probatur, & ab omnibus juriſperitis communitèr traditur. *l. unius §. cognitorum. ff. de quæſt. l. 3. §. ſi ad diem de re milit. Clem. Paſtoralis de re judi. cap. 1. de cau. poſſeſ. & propri. Bart.* & cœteri *in l. unius de quæſtionib. Jaſo. conſ. 175. Boſius titul. de indiciis. Aleiat. lib. 8. parerg. cap. 21.*

17 Crudelis profectò, & iniquus eſt judex, qui contra Divina, & humana jura hominem inauditum torquet; nàm defenſionis facultas, quę jure naturali omnibus conceſſa eſt, nulli unquàm deneganda eſt; nec eum excuſare valet zelus puniendi maleficia; eſt enim (ut paulo antedixi) pravus, & non ſecundum ſcientiam. Quid? quòd non ſunt facienda mala, ut veniant bona; juſtè ſunt exequenda, quæ juſta fuerint. Nàm, ſi rectè offeras, rectè autem non dividas, peccaſti. Quid? quòd ſatius eſt (ut Ulpianus inquit) impunitũ relinquere facinus nocentis, quàm innocentem damnare. Quòd ſi nemo damnandus eſt in cauſis civilibus, juris ordine non ſervato; quantò id minùs fieri debet in homine quantumlibet ſuſpecto torquendo? *De parvula ſumma judicaturo tibi, res ſine teſte non probaretur, teſtis ſine jurejurando non valeret, utrique parti dares actiones, dares tempus, non ſemel audires* (ut ait Seneca lib. 2. de ira) *& hominem torquere audes, antequam illi, vel indicia noſſe liceat, vel teſtes? Geneſ. 4. & 18. l. defenſionis facultas. C. de jure fiſc. lib. 10. Actorum 25. c. ſuper eod. de uſur. l. abſentem de pœn. l. prolatam. C. de ſent. & interlocutio. omnium judicum.* *Melius nocentem abſolvere quã innocentem damnare.*

18 Demum exigitur, ut accuſator poſtulet Reum torqueri. *l. ult. ff. de calumni. l. de minori. §. tormenta. l. patre vel marito. de quæſtio. l. quamvis 1. cum glo. C. de adulter. l. quicunque de ſervis fugitivis.*

19 Sed, & ſi Promotor fiſcalis non poſtulet, ut hæreticus torqueatur, torqueri tamen debet, ſi id judicibus expedire videbitur. Neque enim Accuſatoris negligentia, vel imperitia damnoſa debet eſſe Reipublicæ, cujus plurimùm, intereſt, ne impii ſint impuniti. Adde, quòd in his cauſis, ſolemnia juris non ſunt obſervanda, & officio judicis inquiritur ad publicam utilitatem. *c. ulti. de hæreti. lib. 6. conjuncta Clem. ſæpe de verb. ſigni. l. congruit. ff. de officio præſid. l. 2. §. ſi publico de adult. l. 1. C. ut quæ deſunt advocatis.*

20 Si verò Reus nihil probaverit, quo indicia diluat, & ſuam innocentiam oſtendat, tunc judex eum condemnari poterit ad id genus tormenti, quod in eadem Provincia fuerit uſitatum; cujus ſententiæ copia eidem Reo fieri debet, ut appellare poſſit, qui ſi appellaverit, audiendus eſt, iterum probare volens, quæ non probaverat, & appellationi ejus deferendum eſt, ſi modò non ſit manifeſtè frivola; neque priùs ſententia exequenda eſt, quàm à judice ſuperiori fuerit confirmata, vel appellatio tanquàm frivola rejecta ſit. *l. ante ſententiam de appell. c. cum appellationibus frivolis de appel. lib. 6.*

21 Judex autem, qui per imperitiam hominem torſerit, non ſervatis ad unguẽ omnibus ſupraſcriptis, tenetur pro modo damni, & culpæ Reo ſatisfacere, non modò in foro civili, ſed etiam in foro conſcientiæ. Si verò dolo malo torſerit homi-

minem, hoc juris ordine prætermiſſo, puniri etiam ſeverius arbitrio judicis debet. *l. ult. de var. & extraord. cogni. l. ult. C. de pœn. judi. qui mal. judi. §. 1. inſt. de obliga. quæ ex qua. deli. Naſ. Lucas in l. 2. C. de num. & actua. lib. 12. Felin. in c. tua nos de homicid. Gabr. in lib. 4. ſent. diſt. 15. quæſt. 6. Franc. Brun. de indiciis q. 7. ſecunda partis. Hippolyt. in l. 1. §. Præterea ad l. Corn. de Sica. & in pract. §. ſucceſſivè Boſſius tit. de tortura.*

22 Hactenus de ordine procedendi uſq; ad executionem ſententiæ ſatis ferè diximus; ſequitur ut pauca (quæ primo loco dici oportuit) de indiciis nunc diſſeramus. Ac primùm, cùm argumenta, ſigna, & indicia, quibus ſuſpectus eſt Reus, ex variis circunſtantiis perſonarum, temporum, locorum, & aliarum rerum oriantur; nulla certa regula comprehendi poſſunt; quàobrem arbitrio judicum æſtimanda ſunt. Sed leviter moveri non debent judices ad torquendos homines; opus enim eſt, ut ad eam rem indicia vehementèr urgeant. *Bar. in l. ulti. de quæſtionib. Bal. Angel. Alex. Felin.* & alii ſexcenti, quos citat *Hippolyt. in pract. §. diligenter.*

23 Cœterùm, quædam concluſiones communi juriſperitorum conſenſu in hoc tractatu traduntur, quarum una eſt; quòd unius tantùm hominis fide digni teſtimonio Reus infamatus torqueri poteſt; ſi verò Reus fuerit vir bonæ famæ, neceſſe eſt, ut alia etiam indicia probentur. *glo. in l. 3. C. ad leg. Jul. Maieſt. Bart.* & alii *in l. Martius de quæſtionib. Signorol. conſ. 237. Alex. conſ. 180. lib. 2. Guliel. Benedi. in c. Rainutius de teſtam. parte adiecta impuberi. num. 54. Hippolyt. conſ. 65. Boherius deciſio. 163. Paul. Pariſ. conſ. 151. lib. 4.* & complures alii.

24 Comprobatur etiam hæc eadem ſententia Regiis legibus ſeptipartitis, & nominatim in cauſa hæreſis à multis aſſerta eſt. *Regia l. 10. tit. 11. part. 3. & l. 3. tit. 30. par. 3. Matth. Card. & Joan. Imolen. in Clem. 1. de hæret. Franc. Squilla. tractatu de fide Catho. cap. 31.*

25 Illud præterea memoratu dignum eſt, quod capite quodam primæ inſtructionis Hiſpalenſis generaliter continetur, ſcilicèt, ut Reus torqueri poſſit, cum hæreſes ejus fuerint ſemiplenè probatæ. Quod magno quidem argumento eſt, neminem torqueri poſſe, niſi crimina, quæ commiſiſſe dicitur, ſemiplenè ſaltem probata ſint. Et eodem ferè tendunt omnes omniũ juriſperitorum ſententiæ. Proinde cum teſtis unus fide dignus ſemiplenam probationem faciat, perſpicuum eſt ad Reum ſuſpectum, & infamatum torquendum, teſtimonium ejus ſufficere. *Prima inſtru. Hiſpalen. cap. 15. glo.* communitèr approbata *in l. bona fidei. C. de reb. credit. & in l. admonendi de jure juran.* & inibi *Jaſo. in lectura, colum. 25. & in rept. colum. 87. Curtius junior num. 51. Fran. Ripa num. 175.*

Nemo, niſi hæreſes ſemiplenè probatæ ſint, torquetur.

26 Hinc eſt, quòd ſolo teſtimonio ejus qui fuit particeps criminis, nemo torquẽdus eſt, niſi aliis quoque veriſimilibus indiciis urgeatur. *l. 4. C. de quæſtionibus c. ult. 15. q. 3. regia l. ultim. tit. 7. lib. 2. fori. legum. Bal. conſ. 95. lib. 1. & conſ. 79. lib. 3. Jaſ. in l. 4. §. ſi tibi de condi. ob. turp. cauſ. Hippolyt. in pract. §. diligenter. Boheri. deciſione 319. Blanchus in l. ulti. ff. de quæſtionib. num. 378.*

27 Inde etiam fit, ut confeſſio criminis extra judicium dicta, ad Reum torquendum ſufficere credatur, quia ſemiplenam probationem facit, ſi modo duobus, aut pluribus teſtibus plenè probata ſit. *l. ult. de interroga. actio. glo.* recepta communitèr *in l. cap. 5. de adulter. Bart.* & cœteri *in l. ult. de quæſtionib. Abb.* & alii *in c. at ſi Clerici de judic. Hippoly. in l. de minore de quæſtionib.* vide *Alberti. lib. de agnoſ. aſſertio. Catho. quæſt. 25. nu. 3. cum ſeq.*

28 Ex eodem fonte naſcitur, quòd is, qui poſt commiſſum crimen fugit, antequam accuſetur, poterit ob eam cauſam torqueri; quia, ut plerique putant, fuga illa ſemiplenam probationem facit. Aliud eſſe ajunt, cum Reus accuſatus fugit, tunc enim fuga non probat ſemiplenè. *Glo. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. & in l. admonendi de jure jurando*, ubi *Franc Ripa* teſtatur hanc eſſe communem opinionem. *Oldra. conſ. 65. Bart. in l. 1. de bonis eorum. Jaſ. in eadem l. admonendi*, & illic *Ripa*, & cœteri *Decius conſ. 234. Bober. deciſ. 215.*

29 Sed quamvis hæc plurimis perſuaſa ſint, meo tamen judicio, neque jure aliquo, neq; urgenti ratione probatur. Suſpectus eſt, fateor, qui fugit poſt commiſſum crimen; ſed ea ſuſpicio, cum ex variis per-

perſonarum, & rerum circumſtantiis major, aut minor eſſe queat, certa quadam regula definiri non poteſt; ſed neceſſariò id arbitrio judicis relinquendum eſt. Sed qui fugit, aut latitat ſinè juſta cauſa, vehementèr ſuſpectus eſt; ut enim Sapiens ait: *Fugiet impius nemine perſequente.* Nonnunquam tamen innocentes fugiunt, veriti ſævitiam judicum, aut potentiam inimicorum, aut falſos teſtes, aut quippiam ſimile; qui quidem propterea torquendi non ſunt. *l. Fulcinius. §. quid ſit autem latitare quib. ex cauſ. in poſ. eatur. Prover. 28. c. accedens 1. ut lit. non conſtet. Bal. in l. in bonæ fidei C. de reb. creditis. Blancus in l. ult. de qu. nu. 285.*

Prov. 28.

30 Fugit olim Alcibiades, & roganti cuidam, num patriam ſuſpectam haberet; reſpondiſſe ajunt: *Se patriæ plurimùm credere, vitæ autem diſcrimen, ne matri quidem ſuæ committendum putare; fieri enim ignorantiâ poſſe, ut nigrum pro albo ferat lapillum.* Auctor Plutarchus in Alcibiade. Quod alibi memorans idem Plutarchus inquit: *Cum ad judicium capitale ab Atheniensibus è Sicilia vocaretur ſe ipſum abſcondit, quòd diceret, eum ſtultum eſſe, qui accuſatus, cum liceat fugere, quærat abſolvi, & liberari. Sed cum quidam dixiſſet: non credis patriæ de te ipſo judicium? Ego quidem, ait, ne matri quidem, ne fortè ignorans pro calculo albo nigrum ferat.* Quod Ælianus quoque lib. 13. variæ hiſtoriæ retulit.

Alcibiadis fugitivi ſententia.

Fugit quoq; Demoſthenes, & fugam ſuam excuſans quadam in Epiſto. ſcripſit: *Jam ob diſceſſum meum jure iraſci mihi non poteſtis; neque enim ideò abii, quòd, aut de vobis deſperarem, aut uſpiam aliò reſpicerem; ſed primùm carceris ignominiam animo ferebam graviter; deindè propter ætatem, afflictionem illam corporis perpeti non poteram. Denique, & vos non molle putabam, illam contumeliam me effugere, quæ neque vos quidquam juvabat, & me perdebat.* Quibus rationibus, & exemplis, aliiſque multis, perſpicuum fit, cauſas fugæ interdum probabiles, ſæpe etiam juſtas, & neceſſarias eſſe poſſe. *Demoſthenes epiſtola ſecunda de ſuo reditu.*

Eadem Demoſthenis fugitivi.

31 Præterea, qui ſuſpectus eſt, & vacillat, & mentitur, & pejerat, ob hæc eadem omnia torqueri nunquam poterit; ſunt enim ſigna conſcientiæ, ut inquit Cicero, titubatio, permutatio coloris, oratio inconſtans, tremor, & id genus alia; nempe, ſi conſtiterit Reum, cum ad eum ventum eſt, erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe, inconſtanter locutum eſſe, concidiſſe, pollicitum eſſe aliquid. Quibus atteſtatur Demoſthenes oratione de falſa legatione dicens: *Conſcientia ſcelerum eripit audaciam, linguam reprimit, obturat os, angit, ſilentium imponit. An iſta* (inquit Caſſidio Cicero) *Si vera eſſent, ſic à te dicerentur?* Proprium quidem eſt nocentium trepidare, ut ait Seneca. *Epiſtola 98. Cicero in partitionibus, & lib. 2. rhetori. ad Heren. l. ex libero. de quæſtionibus,* & inibi *Bart. Hippolyt.* & alii *regia l. penul. tit. 30. part. 7. Fabius lib. 11. c. ulti. Bart.* & cœteri *in l. de minore. §. plurimùm, & in l. ulti. de quæſtionib. Hippolyt. in pract. §. diligentèr.*

32 Accedit hùc, quod Eccleſiaſticus inquit: *Cor hominis immutat faciem illius, ſive in bono, ſivè in malo.* Tum illud Sapientis in Proverbiis: *Pavor his, qui operantur malum.* Et in lib. Sapientiæ: *Cum ſit timida nequitia, teſtimonium dat condemnationis; ſemper enim præſumit ſæva, perturbata conſcientia.* Et in lib. Job. *Sonitus terroris ſemper in auribus impii; & cum pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur.* Accedit etiam Cicero lib. 1. de finibus, & alibi ſæpè hæc; & mille talia dicens: *Si impietas impiè molita quippiam eſt, quamvis occultè feceris, nunquam tamen confidet id ſemper fore occultum. Plerunque enim improborum facta primò ſuſpicio inſequitur; deindè ſermo, atque fama; tum accuſator, tum judex, multi etiam ipſi ſe indicant.* Juvenal. quoque Satyra 13. inquit.

Cap. 13.
Cap. 10.
Cap. 17.
Cap. 15.

Hos tu evaſiſſe putes, quos diri conſcientia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit,
Occultum quatiens animo tortore flagellum.

Omitto illud:

Heu quàm difficile eſt, crimen non prodere vultu!

Prętereo etiam in eandem ſententiam plurima, quæ Ariſtot. Plutar. Chryſoſt. aliique tradiderunt. *Eccleſ. 13. Proverb. 10. Sapien. 17. Job. 15. Cicero pro Roſcio Amerino, & lib. 1. de legi. Ariſt. 9. Ethic. cap. 4. Plutarch. de tranquilli. anim. propè finem, & de ſera numinis vindicta, circa dimidium.*

Chryſoſto. in Geneſ. hom. 26. & rurſùs *in actib. Apoſtol. hom. 47. & concione 4. de Lazaro. col. 6. & 7. ad populum Antiochenum; hom. 8. Grego. lib. 12. in Job. cap. 19.*

33 Tametſi autem ſigna ſupraſcripta Reos vehementèr ſuſpectos interdum faciant, nihilominùs ad eos torquendos ea ſola nunquam ſufficiunt, quia extranea ſunt, & ambigua, & plerunque fallacia. Multi namque verecundia, timore, magnitudine periculi, rei novitate, judicum auctoritate, ira, dolore, aliiſvè animi perturbationibus facilè commoveri ſolent, ut palleant, titubent, concidant, & inconſtanter loquantur. Non igitur propter ea tantùm ſigna quiſpiam torqueri debet, niſi, & ſuſpectus ſit, & vacillet, ac pejeret. *Lucas in l. quoties C. de dignitat. lib. 12. Pariſ. de ſindicatu, verbo tortura 1. Th. Gramma. voto. 30. Hippolyt. in pract. §. diligentèr*, & item *Ludovicus Carr. nu.* 120.

34 Sunt etiam qui putant, Reum tùm quoque torqueri poſſe, cum vulgo publica fama eſt, crimé ab eo fuiſſe commiſſum; quia fama in cauſis civilibus, præſertim in rebus antiquis, nonnunquam ſemiplenam, ſæpè etiam plenam probationem facit; in cauſis autem criminalibus vehementem ſuſpicionem frequentèr gignit. *cap. 1. §. ſi judex de pace tenen. & ejus viol. lat. lib. feudorum. Epiſcopus Abulen. 23. qu. 2. Fulg. conſ. 145. Alexand. conſ. 103. lib. 7. Cornel. conſ. 222. lib. 1. Curtius Senior conſ. 82. Decius conſ. 428.*

35 Accedunt eòdem plurima, quæ de viribus famæ frequentiſſimè dicuntur à plurimis. Heſiodus inquit:

Non moritur fama omninò, quam turba virorum
Plurima vulgavit; quoniam eſt ipſa una dearum.

Vel ſicut alius vertit:

Quàm populi ſermo celebrat creber, irrita nunquam.
Fama cadit penitus; quadam dea cum ſit & ipſa,

Et Ariſto. lib. 7. Ethico.

Quam populi celebrant, omninò fama perire.
Nulla poteſt.

Et Martialis lib. 7.

Certus abeſt auctor; ſed vox hoc nunciat omnis:
Credo tibi, verum dicere fama ſolet.

Et Cicero ait: *Non temerè naſci famam, quin ſubſit aliquid.* Et rurſùs in Topicis inquit; *Vulgi famam, quoddam multitudinis eſſe teſtimonium.* Fabius quoque famam, conſenſum civitatis, & velut publicum teſtimonium vocat. Conferunt etiã quædam, quæ Sacris literis continentur, quale eſt illud Heli; *Non eſt bona fama, quam ego audio, ut tranſgredi faciatis populum Domini.* *1. Reg. 2.* Et illud quod in Geneſi Dominus ait: *Deſcendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.* *Geneſ. 18.* Tum illud villici, cui Dominus dixit: *Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ.* *Lucæ 16.* Et illud, denique: *Nunquam dictus fuerat ſermo hujuſcemodi de Suſanna.* *Daniel. 13.* Et quemadmodum Divus Petrus apud Clemen. ait: *Sæpe etiam fama vulgi, prophetiæ ſpeciem tenet. Demoſthenes oratione de falſa legatio. Ariſto. lib. 7. Ethico. cap. 13. Fabius lib. 5. inſti. orator. cap. 3. Trapezun. lib. 2. lib. 1. Reg. cap. 2. Geneſ. 18. Luc. 16. Dan. 13. Clemens lib. 3. recognitionum.*

36 His tamen non obſtantibus, verior, & receptior juriſperitorum ſententia eſt, quòd propter ſolam famam nemo torqueri debet; tum quia fama pondus teſtimonii non habet, ſed vicem indicis, vel accuſatoris obtinet: tùm etiam, quia hi, qui de fama, quantumlibet publica, teſtificantur; hi, inquam, de auditionibus loquuntur; & ut Fabius inquit, *Injuratorum afferunt voces, quibus in judiciis nulla fides haberi poteſt. c. qualiter 2. de accuſa. Fabius lib. 5. cap. 7. l. jurisjurandi. & glo. in l. teſtium. C. de teſtib. Lucas in l. tribuni. de re milit. lib. 12. Anchar. conſ. 253. Jaſ.* & cœteri *in l. admonendi de jure jura.*

Teſtimonij pondus non habet Fama.

37 Igitur, ut propter famam quiſpiam torqueri queat, hæc omnia ſimul requiruntur; quòd Reus vilis, & infamatus ſit, quòd fama ſit orta non à malevolis, aut levibus hominibus; ſed ab honeſtis, & fide dignis; poſtremò quòd per idoneos teſtes rectè probata ſit; nec enim ſat eſt, quòd teſtes dicant, hanc eſſe publicam famam, niſi etiam rationem addant, qua id neceſſariò concludant; quemadmodum Barto. & cœteri omnes Juriſperiti docent. Quòd autem Reus vilis, & infamatus eſſe, & origo famæ à fide dignus oriri debeat; & legibus ſeptipartitis, & jure Pontificum nominatim cautum eſt. *c. qualiter 2. de accuſa.*

Conditiones requiſitæ in eo, qui ob famam torquendus eſt.

cuſt. regia l. 26. tit. 1. & l. 3. tit. 30. par. 7. Bar. & Hippolyt. in l. de minore. §. plurimum de quæſtiomb. Alex. conſ. 35. lib. 7. Felin. in c. cum oporteat. de accuſat. Paul. Pariſ. conſ. 153. lib. 4. Aymon. conſ. 41. lib. 1.

38 His adiice, quòd longè plura, fortioraq; ſunt ea, quæ contra famam, quam quæ pro fama dicuntur. Magnus ille Alexand. apud Curtium lib. 9. inquit: *Nunquàm ad liquidum fama perducitur; ſed falſis, mixta omnia illa tradente, majora ſunt vero.* Et Princeps poetarum canit:

Virgil. 4. Æneid.

Fama malum, quo non aliud velocius ullum
Mobilitate viget, vireſq; acquirit eundo:
Jam ficti, pravique tenax, quam nuncia veri.

Cui concinit Ovidius dicens:

Fama loquax pervenit ad aures.
Dejanira tuas, quas veris addere falſa
Gaudet, & à minimo ſua per veſtigia creſcit.

Et alibi ſcitè admodùm fingens domum Famæ, poſt alia inquit.

Atria turba tenet, veniunt leve vulgus, euntque,
Mixtaque cum veris paſſim commenta vagantur
Millia rumorum, confuſaque verba volutant.
E quibus hi vacuas implent ſermonibus aures:
Hi narrata ferunt alio, menſuraq; ficti
Creſcit, & auditis aliquid novus adiicit auctor.

Et Seneca: *Fama vix vero favet*, & alter Seneca: *In illis nihil invenies veri, nihil certi, quaecunq; famæ placent. Ovidi Metamorpho. lib. 9. & lib. 12. Seneca tragædia 4.* & alter *epiſt. 67.*

Fama quid.

39 Fabius quoque dixit, *Famam eſſe ſermonem ſine ullo certo auctore diſperſum, cui malignitas initium dederit, credulitas incrementum: quod nulli non etiam innocentiſſimo poteſt accidere, fraude inimicorum falſa vulgantium.* Et alibi ait: *Hunc primum calumnia tua obiicio rumorem: quis enim, Judices, neſciat, hanc famæ eſſe naturam, ut ſit primò unius hominis audacia? De nulla re locutus eſt continuò populus, nec quicquam adeo ſubitò, ſtatimque notum eſt, ut in illo pariter omnium ſermo conſentiat. Quam non poſſit movere civitatem, quem non repelere populum, ſi quod omnibus nobis narres, in nullo non cœtu loquaris, & de re, quam tum maximè fingas, jam dicas eſſe rumorem? Et rurſus: Materiam miraris rumores, de qua nemo neque ſibi credit: quam qui narrat, aſſignat alis? Rumor eſt ſine teſte, ſine indice, res ex incertis improbiſſima, maligna, & fallax &c. lib. 5. inſtituti. oratori. cap. 3. & declamat. 11. & 18.*

40 Accedit eòdem Tertullianus in Apologetico dicens: *Fama malum pluriműm mendax, quæ ne tum quidem, cum aliquid veri affert, ſine mendacii vitio eſt, detrahens, adiiciens, demutans de veritate. Quid? quod ea illi conditio eſt, ut non niſi cum mentitur, perſeveret, & tandiu vivit, quandiu non probat; ſi quidem ubi probavit, ceſſat eſſe, & quaſi officio nunciandi functa, rem tradit, & exindè res tenetur, res nominatur: Nec quiſquam dicit, verbi gratia, Fama eſt hoc Romæ factum; aut fama eſt, illum Provinciam ſortitum; ſed ſortitus eſt ille Provinciam; &, ho. factum Romæ. Fama incerti eſt, cui nemo credit, niſi inconſideratus, quia ſapiens non credit incerto. Sæpè mendacium ab uno ſeminatur, aut ingenio æmulationis, aut arbitrio ſuſpicionis, aut ingenita mentiendi voluptate.* Beatus quoq; Hieronymus ad Ruffinum ſcribẽs inquit: *Multum in utranque partem crebrò fama mentitur, & tàm de bonis mala, quàm de malis bona falſo rumore concelebrat. Multi profectò ſunt falſi rumores à malevolis, & nugigerulis confictì; quivis enim poteſt turpem de quolibet rumorem proferre, & confictam fabulam diſſipare; temerè etiam conſtari ſolent ea, quæ ex rumoribus ſparguntur ſinè certo auctore, ſinè radice veritatis. Tertulli. in apologeti. cap. 8. Iſido. lib. 5. etymolog. cap. 27. Lucas de Pen. in l. tribuni. C. de re milit. lib. 12. Alciat. lib. 1. Parergon. juris cap. 6.*

41 Quid attinet plura de his? nonne fama ex rumoribus, & vanis Populi vocibus oritur, favetur, & creſcit? vanæ autem voces populi, neque audiendæ ſunt, neq; eis credi oportet; quoniam plerunq;, aut noxium crimine abſolvi, aut innocentem condemnari deſiderant. Quamobrem ejus electio jure damnatur, qui vocibus populi poſtulatus eſt. *l. decurionum filii. C. de pœn. l. ſi conſtat de appellatio. cap. 2.* & illic *Decius*, & alii electione. *Lucas in l. 1. C. de imponend. Lucrat. deſcripti. lib. 10. Guillel. Benedi. in c. Raynutius de teſtam. patre,*

mor-

mortuo 2. num. 191. Vide *Abulen. Exod. 23. qu. 2.*

42 Sanè, ut eſt apud Herodotum in Thalia: *Populari multitudine nihil eſt, neq; inſipientius, neque inſolentius. Plebis etenim ſuum eſt nihil intelligere; quo enim pacto ſciat, qui neque edoctus eſt, neque honeſtum novit, ne domeſticum quidem; qui ad res agendas ſine conſilio praeceps ruit, torrenti flumini ſimilis.* Et ut Plato in Antiocho dixit: *Populus ingratus eſt, moroſus, crudelis, invidus, immodeſtus: ut qui ſit ex colluvie turba, & ſtultis inſolentibus collectus.* Xenophon. quoque in Athenienſium politia: *In populo*, inquit, *plurima inſcitia, confuſio, & malitia, nullaq; ordinis conſervatio.* Et Phalaris in epiſto. ad Ægiſippum: *Populus omnis temerarius eſt, demens, deſidioſus, perfidus, incertus, velox, prodigus, fraudolentus, ad iram, & laudem facilis.* Demoſthenes item in oratione illa de falſa legatione ait: *Populum eſſe turbã, rem omnium inconſtantiſſimam, & ſtolidiſſimam, ut in mari undam fluctuantem, quæ fortuitò agitetur; alium accedere, alium abire, Rempublicam curæ eſſe nemini; ac quid actum ſit, ne meminiſſe quidem.*

43 Saluſtius quoque in bello Jugurthino inquit: *Vulgus uti plerunque ſolet, ingenio mobili, ſeditioſum, atque diſcordioſum eſt, cupidum novarum rerum, quieti, & otio adverſum.* Horatius Populum belluã multorum nominat capitum. Cicero pro Roſcio Comœdo: *Sic eſt vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat.* Et oratione pro Plancio: *Non eſt conſilium in vulgo, non diſcrimen, non diligentia.* Et oratione pro Murena: *Nullum fretum, nullus Euripus, tot motus, tantas, tot varias habet agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos æſtus habet ratio comitiorum. Dies intermiſſus unus, aut vox interpoſita, ſæpe perturbat omnia, & totam opinionem parva nonnunquam cõmutat aura rumoris. Sæpè etiam ſine ulla aperta cauſa fit aliud, atq; exiſtimamus, ut nonnunquam ita factum eſſe etiã populus admiretur, quaſi verò non ipſe fecerit.* Ad ſummam Plebs eſt errorum princeps, pravarum conſuetudinum magiſtra, ingens malorum cumulus; neque enim rationibus, neque auctoritatibus, neque ſuaſionibus flectitur, cum illas non intelligat, has aſpernetur; ad perſuaſiones verò indocilis ſit, & obſtinata; cujus mores inconſtantiſſimi; ſemper nova cupit, laudat præterita, odit præſentia; penes quam ferè nunquam ſine periculo, aut fruſtra Sapientum conſilia audita ſunt, ſemper multitudinis ſtultitia prævalente. Vide *Crinitum lib. 1. de honeſt. diſcipli. cap. 4. Hieronymum Oſorium lib. 1. & 2. de gloria.*

Plebis encomia.

44 Sed jam ad tormenta revertamur: Diximus hactenus de ordine procedendi, ac de indiciis, quæ neceſſariò ante quæſtionem probari debent; ſequitur, ut de Reis, qui torqueri poſſunt, pauca quædam eadem brevitate diſſeramus. Ac primùm illud ſcire oportet, quòd quamvis in multis criminibus multi torqueri non poſſint, in crimine tamen hæreſis, omnes illi torquendi ſunt, qui in crimine læſæ Majeſtatis torqueri poſſunt. Quia longè gravjus eſt, Divinam, quàm humanam, Æternam, quam temporalem lædere Majeſtatem. Proindè nobiles, milites, decuriones, doctores, & omnes omninò; qui quantalibet prętogativa pręfulgeant, in hoc judicio torqueri poterunt. *l. nullus. C. ad l. Jul. maj. l. decuriones. C. de quæſtio. l. 1. & 2. eo. tit. c. vergentis eo. tit. Hippolyt. in l. edictum de quæſt. & in pract. §. expedita. Ludovi. Carr. de hæret. num. 117. Covaru. lib. 2. variar. reſoluti. cap. 9. Grillan. de quæſtionibus, & tortura quæſt. 6.*

45 Hinc eſt, quòd minores viginti quinque annis propter ſuſpicionem hæreſis torqueri poſſunt; minores quin etiã quatuordicim annis terreri poterunt, & habena, vel ferula cædi. *l. 1. §. impuberi. & l. excipiuntur ad Syllani. l. de minore,* & inibi *Hippo.* & alii *de quæſt. glo. in l. 3. §. idem Divus de teſtib. Grillandus de quæſtionibus quæſt. 4.*

46 Clerici quoq;, & Monachi, & Sanctimoniales, & cœteri omnes Religioſi torqueri poterunt propter crimen hæreſis; tùm quia id facinus omne privilegium extinguit; tum etiam quia gravjus, quàm Laici delinquunt. Ut enim Cyprianus inquit: *Cum hoc Laicos deceat, ne occaſionem blaſphemandi opponant, tùm maximè Clericos neceſſitas iſta conſtringit, quibus, aut religio blaſphemata, aut fraternitas perdita, pœnas duplices irrogabit. c. 1. de depoſitio. c. ad abolendam. §. ult. de hæret. Cyprian. tract. de ſingul. Cleric. c. accuſat. §. ultim. de hæret. lib. 6.* & ſupracitati *nu. 42.*

47 Cœ-

47 Cœterum etſi multa ſint indicia contra Clericum; vel alium Religioſum hominem, nihilominus tamen propterea torqueri non debet, niſi de eodem crimine infamatus etiam ſit. Et hæc eſt ſententia Juriſperitorum approbata communitèr. *Doct. in cap. 1. de depoſit. Felin. in c. veniens 1. de teſtib. Jaſ. in l. Magiſtratibus de juris omni. judi. Joan. Bern. in pract. §. nunc videndum. Boberius deciſ. 163. Ludovi. Carr. in practi. nu. 161. & nu. centeſimo octuageſimo poſt alios multos.*

48 Quamvis autem hęc opinio admodum benigna ſit, arbitror tamen eam facilè ſubverti poſſe. Primò, quia nullo jure, aut evidenti ratione fundatur; deinde, quia pluſquam infamia operantur urgentiſſima indicia, quæ ex perſpicuis conjecturis oriri ſolent. Ad hæc, ſemiplena probatio, & evidentia ſigna rem ipſam judici ferè notoriam faciunt. Poſtremò in hæreſi, & aliis criminibus, quæ clanculum committi ſolent, non requiritur ad quæſtionem publica infamia, ſed ſemiplena probatio ſufficit. Et ita tradit Alciatus, cujus ſententia, meo quidem judicio, verior, & probabilior eſt. *c. ſuper eo de eo. qui cogno. conſan. uxor. ſua c. cum olim. de verb. ſignific. Alciat. in c. 1. de officio ordina. nu. 43.* & quæ ſupra dixi de ſemiplena probatione.

In occultis delictis non requiritur Infamia pro tortura.

49 Utcunq; tamen ſe res habeat, Clerici, & Monachi, præſertim Sacerdotes, rarius, & mitius torquendi ſunt, quàm Laici: tum propter periculum excommunicationis, ſi fortè modus quæſtionis excedatur; tùm etiam propter dignitatem Sacerdotii, cui ſumma ſemper, & ubiq; reverentia debetur. *Hugo, Archidi.* & alii quos Præpoſitus refert, & ſequitur *in c. illi qui 5. quaſt. 5. Silveſt. in ſumma, verbo Inquiſito. 2. §. 9. Joan. Bernard. in pract. c. 117. Dominic. Soto. lib. 5. de juſt. & jure, quaſtio. 6. art. 2. Chryſoſt. libris de Sacerdotio.*

Sacerdotio ſemper, & ubiq; reverentia debetur.

50 Illud quoq; obſervandum eſt, quòd Clerici torqueri non debent à Miniſtro, ſeu tortore Laico, niſi fortè inveniri non poſſent Clerici, qui id facere ſciant, aut velint; quia tunc fruſtra pronunciarent Judices, Clericum, aut Monachum eſſe torquendum, ſi id nemo executurus eſſet; qua ratione uſitatum eſt, ut à Miniſtris, Laicis Clerici torqueantur, quemadmodum plurimi Juriſperiti teſtantur. *c. ut famę. c. univerſitatis de ſent. excom.* & inibi interpretes. *Prepoſit. in c. illi qui propè finem. 5. qu. 5. Joan. Bern. in pra. cap. 117.*

51 Hoc etiam annotatu dignum eſt, quòd in criminibus occultis pronior, quā in aliis, ad tormenta inferenda judex eſſe debet; & eo magis in hæreſi, quò cœteris criminibus ſolet eſſe occultior; quippe cum in corde heretici lateat. Quid? Quod ejus confeſſio, & ipſi hæretico, & univerſæ Reipublicæ plurimùm eſt profutura. *l. Divus Pius de quaſtionib. l. non omnes. §. à barbaris de re milit. Bal. in l. nemo. C. de Epiſcop. audien. Alexand. conſ. 77 lib. 1. Decius conſ. 363. Thom. Gramma. voto 30. Ludovic. Carr. in pract. nu. 183.*

52 Ille quoque torqueri poterit, qui confeſſus fuerit, ſe dixiſſe, aut feciſſe aliquid hæreticum; ſed negat intentionem hæreticam; Nam cum eo ipſo ſit planè convictus, aut certè vehementer ſuſpectus, jure quàm optimo torqueri poteſt, ut intentionem declaret. Et ita utimur. *Card. in Clement. ult. de uſur. Albert. li. de agnoſ. aſſert. Catholicis quaſt. 36. in fine.*

53 Ubi autem, juris, ac judiciorum ordine ſervato, lata fuerit ſententia, qua Reus ad tormenta damnatur, protinus notificanda eſt promotori fiſcali, ut vel appellet ab ea, vel ejus executionem poſtulet, quemadmodum epiſtolis Sanctæ Inquiſitionis continetur.

54 Poſt hæc, judex præſens eſſe debet, dum quæſtio habetur; quia ut Arcadius jureconſultus inquit: *Plurimùm in excutienda veritate etiam vox ipſa, & cognitionis ſubtilis diligentia affert; nàm ex ſermone, & ex eo, qua quis conſtantia, qua trepidatione quid diceret, quadam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt.* Et Caſſiodorus lib. de anima: *Facies ipſa prudentia patefacit indicia, & in effigiem noſtram exeunt occulta cogitationes; & ex hac parte cognoſcitur, qualis intus animus, voluntaſq; verſetur; Vultus ſi quidem noſter, qui à voluntate nominatur, ſpeculum quoddam eſt anima ſua; & quod ſubſtantialitèr non cernitur, per ejus habitum evidentiſſimè declaratur.* Inquiſitores igitur ipſi Reos interrogare debent, dum torquentur, neq; poſſunt id aliis committere, niſi fortè fuerint vehementer occupati; tunc enim viris bonis, & peritis hoc delegare poterunt; ut quo-

quodam capitô primç inſtructionis Hiſpalen. cavetur. Cœterum quæ cauſa juſta eſſe queat, ut ne ſaltem in tempus aliud tormenta differantur, equidem non deſpicio; res enim tanti momenti, nulli unquã committenda eſt. *l. de minore. §. plurimum de quæſtione 1. inſtruct. Hiſpa. cap. 18.*

55 Et quamvis apud alias nationes Rei publicè torqueri ſoleant, apud Hiſpanos tamen regia lege prohibetur, ne quiſpiã ſit præſens, dum Rei torquentur, præter judices, tabelliones, atque tortores. Quod & Bar. fieri debere cenſuit, & longè quidem meliùs eſt, quam ut id palam fiat, ne vel circumſtantium conſpectu, vel advocatorum favore, vel teneriorum gemitu, lacrymis, aut commiſeratione, Reus falſum confiteatur, aut verum celet. Hoc ampliùs curare debent Inquiſitores, ut eligant tortores idoneos, ex veteribus Chriſtianis ortos, quos jurejurãdo aſtringere debent, ne ullo pacto occulta tegegant, neque dicta foras eliminent. *Regia l. 3. tit. 30. part. 7. Bart. in l. cuſtodias de public. judic. Ludovic. Carc. in pract. num. 187.*

56 His omnibus ritè peractis, judices benignè Reos admonere debent, ut veritatem ſimplicitèr fateantur, neque velint, pertinacitèr negando, tàm dura tormenta pati, quàm parata eſſe vident. Ad hæc Judices proteſtari ſolent, ut ſi fortè Reus in tormentis, vel ex tormentis moriatur, aut membrorum lęſionem patiatur, id ſibi non imputetur; ſed ipſi Reo, qui prius quam torqueatur, non vult planiſſimè veritatem dicere.

57 Deindè cautè à Judice Reus eſt interrogandus, ut prudentèr admodum Vulpianus docuit his verbis; *Qui quæſtionem habiturus eſt, non debet ſpecialitèr interrogare, an Lucius, Titius homicidium fecerit: ſed generalitèr, quis id fecerit; alterum enim magis ſuggerentis, quàm requirentis videtur.* Quod idem Regia lege cavetur; Hoc ampliùs addito, ne Reus de ſe ipſo ſpecialitèr interrogetur, quia facilè aperiretur vja mendaciis, & Reus id cõfiteretur, quod quæſitor velit audire. *l. §. qui quæſtionem*, & inibi *Bart. Hippolyt.* & alii *ff. de quæſtionib. regia lex 3. titul. 30. part. 7.*

58 Verùm hæc in aliis criminibus locum habere poterunt; in hæreſis autem, & hujus generis ſceleribus graviſſimis, Rei de ſe interrogari poterunt, hac, vel tali formula: *Dic, Bucere, veritatem, reſponde ſimpliciter, an credideris, vel dixeris aliquid contra legem Evangelicam, & Fidem Catholicam. l. 1. §. Divus Adrianus de quæſt. l. prius ad Sillani.*

59 Neq; tantùm de ſe interrogari poteſt hæreticus; ſed etiam generaliter de ſociis, & particibus criminis, de magiſtris, atque diſcipulis ſuis; eos enim, ut ſæpè diximus, indicare debet, etiam ſi non ſit interrogatus; cum autem interrogatur, eos indicare tenetur multò magis, quàm aliorum criminum graviſſimorum ſocios. Sed non eſt nominatim interrogandus, etiam ſi interrogetur ut teſtis (ne vja perjuriis aperiatur) ſed generaliter, & cautè. *l. priùs ad Sillani l. 2. §. Divus Plus de jure fiſci. gloſ.* & interpretes *in l. ultim. C. de accuſat. Hippolyt. in l. repeti. de quæſt. Domin. Soto. lib. 5. de juſt. & jur. quæſtio. 6. art. 2. Zanchi. cap. 9.* & ibidem *Camillus.*

60 Quin etiam ſuſpectus de hæreſi, & plenè etiam convictus torqueri poteſt in caput alienum; ideſt ut ſocios, aut participes criminis retegat. Non tamen ob eam cauſam facilè quiſpiam torquendus eſt, excepto ſi vacillaverit, vel ſemiplenè ſaltem probatum fuerit, quòd facto intervenerit, vel quòd ſocios, aut participes criminis habet. Ut enim indicet illos, torqueri teſtis, & Reus poterit; quamvis proprium crimen plenè confeſſus ſit. *lex libero l. unius. §. teſtes de quæſtionib. l. qui ult. ff. de pœn. regia l. 8. tit. 30. par. 7. l. etſi certus ad Sillani.* & inibi *Ludo. Roma. & Joan. Igneus. Alberi. & Salicetus in l. ulti. C. de quæſtionib. Gandin. de malef. c. de torm. Aug. ad Angel. de maleſic. parte, fama. Boſius tit. de tortura teſtium.*

61 Tormenta autem habenda ſunt, nõ quanta accuſator poſtulat; ſed ut moderatæ rationis temperamenta deſiderant: id quod recto judicis arbitrio conſtituendum eſt, qui quęſtionis modum ita moderari debet, ut ne Reus in ipſis, vel ex ipſis tormentis moriatur; id enim crudeliſſimum, & iniquiſſimum eſſet. Verùm, quemadmodum Ulpianus ait: *Ita quæſtionem haberi oportet, ut Reus ſalvus ſit, vel innocentia, vel ſupplicio. l. de minore. §. tormenta l. quæſtionis modum. ff. de quæſtionibus*, & inibi *Hippolytus.*

62 Præterea, quæſtiones, nt Auguſtus Cæſar edixit, neque ſemper, neq; in omni cauſa, & perſona deſiderari debent; ſed cum capitalia, & atrociora maleficia non aliter inveſtigari, & explorari poſſunt, quàm per quæſtiones; Conſiderare itaq; judices debent qualitatem perſonarum, criminum, & indiciorum. Aliter enim torquendi ſunt ſervi, quàm liberi, fortes, quàm timidi, jvvenes quàm ſenes, robuſti, quàm debiles, humiles quam honeſti; nobiles, quàm ignobiles; hi enim clementius, illi durius torqueri debent. *l. edictum de quæſtionibus l. Pedius de incen. Ruin. & naufra.*

63 Et in criminibus atrocioribus gravjora tormenta, quàm in levjoribus habenda ſunt. Et ſicuti Bal. inquit. *Indicia majora tormentis majoribus purgari debēt; levja enim indicia cominatione tormentorum elidi ſolent*. Cum autem tormenta pœnam inferant ſatis acerbam, reſpiciendum eſt judicanti, ne quid, aut durius, aut remiſſius in eis conſtituatur, quàm cauſa depoſcit; neque enim, aut ſeveritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt, ut Marcellus ait; ſed perpenſo judicio, prout quęque res poſtulat, ſtatuendum eſt. *l. decuriones C. de quæſtionibus. l. reſpiciendum de pœnis. c. non afferamus 24. quæſt. 1. Baldus in cap. 1. §. ſi vaſſallus de controver. inveſti. lib. feudorum.*

64 Hactenus ea ferè omnia diximus, quæ judices facere debent, priuſquam ab invitis Reis confeſſionem tormentis extorquant; ſi verò indiciis magnis non pręcedentibus, aut non ſemiplenè probatis, aut eorum copia Reo non facta, aut ejus deſenſione rejecta, confeſſionem dolore tormentorum extorſerint, etiam ſi Reus illam ratam habuerit, nihil ei nocebit; ſed reiicienda, & explodenda eſt, tanquam res iniqua, & injuſta. Quidquid enim ex injuria Judicis manat, injuſtum eſt, & injuſtitia cauſæ permanet in effectu; neq; enim ex injuria jus naſci poteſt. Et hæc eſt vera, & recepta juriſperitorum omnium, ac Theologorum ſententia. *gloſ.* & interpretes *in l. pe. de quæſtio. doct. in c. cum in contemplatione de reg. juris. Alexa. conſ. 1. lib. 3. Brun. de indiciis quæſt. 5. Paul. Grillan. quæſt. 3. Angel. de maleſ. part. fama publica Hippol. in pract. §. 2. q. Ludovicus Carc. in pract. num. 181. Soto lib. de ratione tegen. ſecret. memb. 3. q. 1. & lib. 5. de juſt. & jure q. 6. art. 2.*

65 Quod autem locum habere videtur in illo, qui vinctus eſt injuſtè, & in carcere confitetur hæreſim, præſertim ſi confeſſionem poſtea revocaverit; nam carcer ſpecies tormenti eſt; & ea confeſſio metu carceris, & judicum, extorta præſumi poteſt. *l. item apud Labeonem. §. quæſtionis de injur. Anchar. conſ. 24. Rom. conſ. 241. Corn. conſ. 134. Angel. conſ. 178. Cuma. conſ. 157.*

Carcer tormenti ſpecies.

66 Quòd ſi plures ejuſdem criminis ſocii, & participes torquendi ſint, judex à ſuſpectiſſimo incipere debet, & a quo facillimè poſſe ſciri verum veriſimilius fuerit; ideſt ab eo, qui timidior, debilior ſit. *l. 1. §. 1.* & illic *Bal. Hippol* & alii, *de quæſtio l. unius eo. tit. regia l. 5. tit. 30. p. 7.*

67 Cœterum, & ſi ſupraſcripta omnia ad unguem ſervata fuerint, nihilominus tamen Reus condemnari non debet ex cōfeſſione tormentis extorta, niſi poſtea in ea perſeveraverit. Peſſimum eſt enim (ut inquit Alex. Papa) de ſuſpicione, aut extorta confeſſione quenquam judicare, nec ferēda eſt contraria conſuetudo, quæ quidem crudelis, & iniqua eſt, & ab omni ratione, atque humanitate aliena. 15. *quæ. 6. cap. 1. regia l. 7. tit. 29. p. 7. gloſ. Hippolyt.* & cœteri *in l. 1. §. Divus Severus de quæſtionib.*

68 Idem juris eſt, ſi confeſſio extorqueatur timore, aut metu imminentium tormentorum; ea enim paria ſunt, ſicuti juris civilis auctores tradunt. Quin etiam Xenophon. lib. 3. de Prædia, ſeu Diſciplina Cyri eleganter docet, metum majori ſupplicio eſſe hominibus, quàm ſi reipſa malè afficiantur; Metus etenim rerum omniū horribilium maximè animos perterret. Quem ſecutus lib. 6. epiſtolarum famil. Cicero inquit: *Plus in metuendo eſt mali, quàm in eo ipſo, quod timetur*. Et alibi ait: *Major eſt ea vis, quæ, periculo mortis injecto, formidine animum perterritum loco ſæpe, & certo de ſtatu dimovet, quàm quæ ad corpus noſtrum, vitamque pervenit; itaque ſaucii ſæpe homines, cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt, neque eum relinquunt locum, quem ſtatuerunt defendere; atque alii pelluntur integri, ut non dubium ſit, quin major adhibita vis ei ſit, cujus animus ſit perterritus, quàm illi,*

cujus corpus vulneratum ſit. Et ut apud Stobæum eſt, ſermone de timiditate. *Omnia mala plus terrere ſolent eos, qui ipſa futura expectant, quàm ubi jam acciderint moleſtare. Metus enim tam improbus eſt, ut multi rem, quam metuunt, ipſimet anticipent; ut qui in navi tempeſtate periclitantur, non expectata ſubmerſione navis, manum ſibi priùs inferunt. Cicero lib. 6. epiſtola 82. & oratione pro Aulo Cecinna. l. noviſſime, quod falſ. tuto. auctore l. 2. C. quorum appellatio non recipitur.*

69 Tunc autem confeſſio dicitur extorta metu tormentorum, cum Reus trahitur in eum locum, in quo Rei torqueri ſolent, & illic ſpoliatur veſtibus, aut ligatur, aut ita terretur à judice, ut magna probabilitate credat inferenda ſibi tormenta fore. Nec enim ſufficit, ut leviter alibi à judice terreatur, niſi metus ille cadere poſſet in hominem conſtantem. *l. metum quod met. cauſa c. penul. de his, quæ vi, metuſue cau. fi. Anchar. conſ. 88. Decius conſil. 100. Hippolyt conſ. 18. Franc. Ripa in c. cum M. Ferrarien. de conſt. nu. 179.*

70 Neque audiendi ſunt qui putant, non eſſe neceſſariam ratihabitionem, cum ventum eſt ad tormenta, probatis indiciis indubitatis, vel antecedente extrajudiciali confeſſione, præſertim geminata. Nam & ſi hæc, & longè majora indicia probata ſint, nihilominus tamen confeſſio tormentis extorta, coacta, & involuntaria, & parùm efficax eſt, niſi poſt tormenta fuerit ratificata. Ea igitur opinio, quæ quidem nec jure, nec ratione fundatur, crudelis & inhumana, & iniqua omnino eſt. *Antonius Gomez tom. 3. cap. 13. & Blanchus in l. ult. ff. de quæſtio. nu. 208.*

71 Ergo ut confeſſio tormentis extorta nocere queat Reo confitenti, neceſſe eſt, ut poſt aliquod temporis intervallum rata fiat. Plerique autem putant, id eſſe debere ſpatium unius diei, quod & lege Regia expreſſim cavetur. Quin etiam capite quodam primæ inſtructionis Hiſpalen. additur, ut poſt unum, vel duos dies ea ratihabitio fiat, & Inquiſitores in tertium diem illam differre ſolent. Quod quidem benignius eſt, ne adhuc dolor tormentorum, & vehemens animi perturbatio duret. *regia l. 4. titul. 30. part. 7. prima inſtructi. Hiſpal. cap. 15. Bart. Hippolyt.* & alii *in l. 1. §. Divus Severus de quæſtio. Jacob. Butrio. & Bal. in l. 2. C. de his, quæ vi. Angel. & Joan. Imolen. in l. qui aliena. §. ulti. de aquiren. hæredi. Andr. Tiraquel. de retractu conventi. §. 1. gloſ. 5. nu. 21.*

72 Poſt unum itaq; vel alterum diem judex coram tabellione, ac teſtibus talibus verbis Reum alloquetur: *Meminiſti eorum, Bucero, quæ in tormentis dixiſti? nunc autem dic liberè veritatem.* Deinde tabellio ſcribere debet ejus reſponſum. Quod ſi perſeveraverit in confeſſione tormentis extorta, fides pleniſſima contra eum habenda eſt illi. *l. 4. titul. 30. part. 7. prima inſtruct. Hiſpalen. cap. 15. Joan. major. lib. 4. ſentent. diſt. 15. q. 22.*

73 Sunt autem qui putant, hanc perſeverantiam non eſſe neceſſariam, quando Reus, vel teſtis in tormentis, contra alios teſtificatur; Sed meo quidem judicio, neque probabilem cauſam, neque ſatis idoneam hujus opinionis afferunt. Quin imò, cum non ſit confeſſio voluntaria, ſed coactum, ac tormentis extortum teſtimonium, probabilius mihi, veriuſque videtur, ut etiam in hac ſpecie perſeverantia, & ratihabitio maximè ſit neceſſaria. Præſertim cum dicenda teſtimonia ſint coram honeſtis perſonis. *c. ut officium. §. verum de hæret. lib. 6. Bal. in l. ult. C. de quæſtio. Pariſi. tract. de ſindicatu, verbo tortura c. teſtis.*

74 Si verò Reus in quæſtionibus pernegaverit, ac tormenta vicerit, hoc ipſo objecta crimina diluit; & purgat, ut ajunt, omnia præcedentia indicia. Quæ fuit jam olim Caii Plinii ſententia juſtiſſima; is .n. Ariſtoni ſcribens: *Referebatur*, inquit, *de libertis Afranii Dextri conſulis incertum, ſua, an ſuorum manu, ſcelere, an obſequio perempti. Hos alius: quis? ego; ſed nihil refert, poſt quæſtionem ſupplicio liberandos, alius in inſulam relegandos, alius morte puniendos arbitrabatur.* Et quamvis earum ſententiarum tanta diverſitas eſſet, ut non poſſent eſſe, niſi ſingulæ (ut idem Plinius ibidem ait) hæc tamen ſententia, tum lege regia, tum etiam communi juriſperitorum calculo recepta, & comprobata eſt. *Plini. epiſtola ad Ariſtonem lib. 8. reg. l. 4. titul. 30. part. 7. Bart. in l. ulti. & Alber. in l. edictum de quæſtionib. Angel. de maleſic. par. fama publica. nu. 119. Gandin. de quæſtionib. nu. 21. Bonifac. tit. quib. cauſ. quis torque. poſ. num. 13. Hippolyt. in l. repeti. de*

quæ-

quæſtionib. Boberius deciſ. 163. *Aymon Cravetta conſil.* 268. *& Ludo. Care.* poſt alios plures *in pract. nu.* 160. *& nu.* 202.

75 Sed hæc locum non habent in his caſibus, in quibus quæſtionem repetere licet; tunc enim Reus abſolvendus non eſt, donec iterum tormenta vincat. Sunt autem hi caſus: ſi Reus evidentioribus argumentis opprimitur; ſi nova indicia ſuperveniunt: ſi crimen objectum atrociſſimum ſit; & indicia fuerint indubitata; ſi Reus non fuit ſufficienter tortus; In his tantùm ſpeciebus Reus iterum torqueri tunc demum poterit, cum in tormenta corpus, animuſq; duraverit; neque enim dilaniandus Reus, aut excarnificandus eſt. *l. repeti. & l. unius. §. 1. de quæſtionib. regia l. 4. tit. 30. par. 7. Bart.* & cœteri *in dicta l. repeti.* & innumerabiles alii.

76 Sed quamvis nonnunquam Reus in quæſtionem repeti poſſit, non tamen ſæpius torquendus eſt, ſed bis tantùm; aliòqui enim tormenta nunquam finem eſſent habitura; cum autem non ad coercendos homines, ſed ad veritatem inquirendam tormenta habeantur; iniquiſſimum eſt quæſtionem ſæpe repetere; quia, vel ſic fatigati Rei excarnificati morientur, vel certè crimina, quæ non commiſerunt, confiteri cogentur. *Regia l. 4.* ſæpe citata. *Alvarus Pelagius lib. 2. de planctu Eccleſiæ, articu. 41. colu. 3.*

77 Et quamvis multi putent, Reum ter ſaltem torqueri poſſe, eorum tamen opinio neque lege aliqua, neque probabili ratione fulcitur. Adde quòd leges permittentes repetere quæſtionem, de prima repetitione ſunt accipiendæ; aut pari ratione tormenta in infinitum abirent. *l. boves. §. hoc ſermone de verbo ſigni. l. 1. §. ſi cui. ff. ut legato. ſeu fideicommiſſ.*

78 Proinde crudeliſſima, & injuſtiſſima fuiſſe tormenta ſæpiſſimè repetita, quę Valerius Maximus, ac D. Hieronymus retulerunt; quis, niſi Nero, aut Neroni ſimilis negare poterit? Alexander quidã Fannii ſervus, cum in ſuſpicionem Caii Flavii equitis Romani occiſi veniſſet; ſepties tortus pernegavit ei ſe culpæ affinem fuiſſe; ſed perinde confeſſus; & à judicibus damnatus, & à Lucio Calpurnio triũ Viro in crucem actus eſt. Item Fulvio Flacco cauſam dicente, Philippus ſervus ejus, in quo tota quæſtio nitebatur, octies tortus, nullum omninò verbum, quo Dominus perſtringeretur, emiſit, & tamen Reus damnatus eſt, cum certius argumentum innocentiæ unus octies, tortus exhiberet, quàm octo ſemel torti præbuiſſent. Pari crudelitate Vercellis temporibus D. Hieronymi quædam mulier de adulterio ſuſpecta ſpeties tormentis laniata, & tandem damnata fuit, quòd nunquam fuiſſet crimen confeſſa; ſed Omnipotens Deus ad confundendam ſævitiam judicum, præſenti miraculo eam ab injuſta morte liberavit. Profectò talia facere non judicis æqui officium, ſed crudeliſſimi carnificis eſt. *Valeri Maxim. lib. 8. c. de quæſt. Hierony. epiſtola ad Innoc. de muliere ſepties icta.*

79 Quæri autem ſolet, an Reus, qui objecta crimina, vi, metu, ac dolore tormentorum confeſſus eſt, & ſequenti die confeſſionem revocavit, ob eam cauſam iterum in quæſtionem repeti poſſit? Pleriſque Juriſperitorum placuit eo caſu repeti quęſtionem poſſe; quia Reus vacillavit, & propria confeſſione roboravit præcedentem probationem. Denique, quia novum ſignum, ſeu indicium ore ſuo addidit, & ita lege Regia, & quadam Sicula conſtitutione cavetur. *l. 4. titul. 30. par. 7. conſtitutio. ſi damna clandeſtina*, & inibi *Andre. de Iſernia, & Matth. de Afflict. notab. 14. lib 1. conſtit. Siciliæ titul. 27. Bal. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit. Pariſ. de ſindica. verſ. viſo. de repetitione Paul. Caſtren. in l. ulti. C. de probatio. Bobe. deciſio 163. Ludo. Care. in pract. num. 190. Boſius titul. de tortura prope finem.*

80 Atqui capite quodam primæ inſtructionis Hiſpalenſis cautum eſſe videtur, ut in cauſa hæreſis quæſtio non repetatur; ibidem enim hoc decretum extat: *Qui confeſſionem tormentis extortam alio die revocaverit, abjuret ſolemniter errores illos, de quibus infamatus fuerat; & arbitrio Judicum pœnam aliquam pecuniariam ſolvat, propter infamiam, & ſuſpicionem adverſus eum adhuc remanentem.* Sed quãvis id ita ſit, nihilominus tamen ſæpiſſimè apud Inquiſitores vidimus quæſtionem eo caſu repeti, quod quidem juſtius eſt, nec illo decreto prohibetur. *Prima inſtructione Hiſpalenſi cap. 15.*

81 Pluſculum dubitationis habet, cum Reus bis tortus, bis confitetur, & revocat; an tertiò torquendus ſit? Multi putant

turſum de integro quęſtionem haberi poſſe: quorum opinio, mea quidem ſententia, nunquam, aut certè vix unquam recipi debet. Primò, quia lex nulla reperietur, quæ ter hominem torquere permittat. Nam ſi qua ſunt jura, quæ dicant repeti quæſtionem poſſe, de prima quæſtione tantùm accipienda ſunt. Deindè, quia confeſſio altera tormentis extorta, non præbet novum indicium, quippe cum ſit eadem, quæ prius dicta, & revocata fuerat. Poſtremò, quia ſi ob eam cauſam tertiò Reus torqueri poſſet, pari ratione millies quoque illum torquere liceret, neque ullus foret unquam tormentorum finis; quo quid iniquius, aut crudelius dici, cogitarive poſſit ignoro. *l. boves. §. hoc ſermone de verb. ſigni. l. dotis promiſſio de jure doti. c. non poteſt. de prebend. lib. 6. Alexan. conſ. 16. lib. 4. Felin. in c. ulti. de tre. & pac. Jaſon in l. duobus §. ſi ei qui de jure jur. Deci. conſ. 512. Fran. Ripa lib. 2. reſpon. cap. 27. Bober. deciſ. 131.*

82 Verùm opinio illa tunc demum recipi fortaſsè poſſet, cum Reus bis fuerit leviſſimè tortus, & in poſteriore illa confeſſione aliqua nova ſigna priori confeſſioni addiderit; quorum ſi deſit alterum, deſit etiam tormentorum toties repetita ſævitia. Satis enim quæſitum eſt, neque ultra torquendus eſt Reus. *Angel. de maleſi. parte fama public. quaſt. 9. Hyppol. in l. repeti. de quaſtio. Guillan. q. 7. Tho. Gram. conſ. 45. Bober. deciſ. 163. col. ulti. Ludovi. Care. in pract. num. 194.*

83 Ut autẽ judices ſcire queant, quanta fides quæſtionibus ſit habenda, conſiderare prudenter oportet ea, quæ Fabius docet ab Oratoribus conſiderari debere; & eo magis quia hi ſuadent, illi dijudicant: hi jus alterius litigatoris, illi cauſam utriuſque perpendunt; denique hi dicunt, quæ volunt; illi, quæ juſta fuerint proferre, atque exequi debent. Quædam igitur, ut Fabius ait, propria ſunt cujuſq; litis; nam ſivè de habenda quæſtione agatur, plurimum intererit quis, & quem poſtulet, aut offerat, & in quem, & ex qua cauſa; ſive jam erit habita, quis ei præfuerit, quis, & quomodo ſit tortus, an credibilia dixerit, an inter ſe conſtantia, perſeveraverit in eo, quod cœperat; an aliquid dolore mutaverit prima parte quæſtionis, an procedente cruciatur; quæ utrinque tam infinita ſunt, quàm ipſa rerum varietas. *lib. 5. inſti. orator. cap. 4.*

84 Admonendi prętera Judices à nobis ſunt, ut ne ſibi unquam perſuadeant, uſque eo ſigna, & indicia perſpicua nonnunquam; & evidentia eſſe, ut fallere ſæpè non queant. Inde etenim frequentiſſimè factum eſt, ut innocentes crudeliſſimè torti, & falſa crimina confeſſi, damnati etiam fuerint innocentes. Suppetunt affatim ejus Rei exempla plurima, miſeranda quidem, atq; dolenda; ſed unum duntaxat memoraſſe ſufficiet, quod Valerius Max. his ipſis verbis retulit: *Marci Agrii Argentarii ſervus Alexandrum Titi Fanni ſervum occidiſſe inſimulatus eſt; eoque nomine tortus à Domino, admiſiſſe id facinus conſtantiſſimè aſſeveravit; itaq; Fannis deditus ſupplicio affectus eſt; parvulo deinde tempore interiecto, ille, cujus de nece creditum erat, domum rediit. In ancipiti negotio* (ut ſapientiſſimè Ariſtot. inquit) *potius ad eam partem vergere oportet, ubi ſi fortè fuerit erratum, peccetur levius*; at minus eſt malum, abſolvere nocentem, quam innocentem damnare. Unde Hadrian. Imperator Aufidio Severo reſcripſit; *Neminem de ſuſpicionibus damnari debere. Satius enim eſſe, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare. Valeri Maxi. lib. 8. cap. 4. de quaſt. Ariſto. probl. 13. particula, ſivè ſectione 29. l. abſentem de pœnis.*

Quidam vi tormentorũ falſa confeſſus eſt.

Hadriani Imperatoris reſcriptum.

ANNOTATIONES.

8 Sed quicquid ſit &c.

De variis tormentorum generibus, quæ apud diverſas nationes viguerunt vide præ cæteris erudiriſſimè pertractantem *Carpz. in prax. part. 3. qu. 117. nu. 25. & ſequen.*

11 Tametſi autem Inquiſitores &c.

Nota quòd olim antiquo Iure Inquiſitores Reos ſuſpectos de hæreſi non torquebant ob periculum fortaſsè Irregularitatis incurrendæ; ſed quoties contigebat Quæſtionis caſus, hanc ex Nicolai IV. decreto per Iudices ſeculares exercebant; at hodie poſt Vrbani IV. conſtitutionem, qua cautum eſt poſſe præfatos Inquiſitores per ſe ipſos unà cum Ordinariis Reos de hæreſi vehementer ſuſpectos quæſtionare, abſque ullo Irregularitatis incurrendæ timore, hoc jure in omnibus S. Inquiſitionis Tribunalibus utuntur. Vide *Eymeric. 3. part. Direct. quaſt. 61.* ubi *Pegna comment. 110. Verſ & quantum cum ſequen.* vide pariter de materia hac Torturæ in hæreſis cauſa præ cæteris *Io. à Royas tract.*

tract. de hæret. part. 2. nu. 181. & ſequen. Farinac. de Hæreſi. quæſt. 185. §. 8. nu. 121. & ſequen. Martin. Delrio lib. 5. Diſquiſit. magic. ſect. 9. per totam & Caren. in tract. de Strig. §. 11. Rub. de qualitat. tort. & ſequen. & de Off. S. Inquiſit. tit. 10. de indiciis, & Tort. §. 1. & ſequen.

13 In primis &c.

Quomodo ſit intelligenda hæc Simancæ Doctrina, vide tradditum apud *Martin. Delrio lib. 5. Diſquiſit. magic. ſect. 3. verſ. ad aſſumendas &c.*

14 Duo igitur neceſſaria ſunt &c.

Animadvertendum hic, adeo neceſſarium eſſe, quòd Torturam Reorum ſemper præcedant inditia, quæ illos reddant ſuſpectos; ut ſi ſecus fieret, & Reus non inditiatus, & ſuſpectus torqueretur, & mediante Tortura confiteretur; ejus confeſſio, etiam extra torturam ratificata, ut mos eſt; nullius foret momenti, nec etiam ſi poſtea ſubſequerentur Indicia, vim ullam ad Rei condemnationem reciperet. *Clar. in prax. quæſt. 55. verſ. ſi verò confeſſio, & quæſt. 64. verſ. dixi etiam, & DD. ab eodem relati*; & nota, quòd licèt omnes DD. teneant cum Simanca ſingula indicia debere eſſe per duos, aut plures teſtes probata, ad hoc ut ſint ad torturam ſufficientia; attamen ſi forent delicto proxima, & per unicum teſtem omni exceptione majorem probarentur, ſufficerent ad torturam, maximè injuncta fama. Vide quæ ſupranotavi *tit. 51. de probat. num. 3.* & quæ inferius hoc titulo docet *Simanc. nu. 23.*

15 Neque ſatis eſt &c.

An etiam indicia levia in hæreſis cauſa ad torturam ſufficiant, controvertitur inter DD. Communior ſententia eſt quòd de his, an ſufficiant nec ne, judicare Iudicis arbitrio ſit poſitum; ſed nota quòd hæc doctrina non eſt ſic intelligenda abſolutè, quaſi in poteſtate ſit Iudicis Reos indiciatos pro libito torquere, vel non torquere; ſed regulatè; ideſt habere Iudicem hoc arbitrium judicandi ſecundum regulas Iuris, & traditiones Doctorum, an ob talia, indicia poſſit, ac debeat Reum quempiam torquere. *Farin. de indit. & tort. quæſt. 43. nu. 126.* Quænam autē legitima, & ſufficientia dicantur ad torturam indicia, vide apud *Decian. tract. Crimin. lib. 5. cap. 35. nu. 20. poſt medium*, & apud *Caren. de Off. S. Inquiſit. part. 3. tit. 10. de indic. & tort. §. 6. & ſequen.* Vide pariter Auctorem hoc titulo *nu. 23. & ſequen.*

26 Hinc eſt &c.

Depoſitionem ſocij criminis indicium non facere ad torturam, niſi cum adminiculis, omnes ferè DD. fatentur. Quænam autem hæc adminicula ſint vide apud *Caren. loco nupercit. §. 8. num. 48.* qui ex alijs DD. ab ipſo relatis hæc quatuor enumerat, nempe Teſtes de auditu, Publicam famam, Nominati fugam, & cum Nominante neceſſitudinem.

33 Tametſi autem ſigna &c.

Hæc doctrina Simancæ concordare videtur cum iis, quæ de hac materia ſcribens, traddidit *Clarus in prax. quæſt. 21.* ibi enim ait quòd ex variatione ſola Rei, nunquam ad torturam deveniret, ſecùs ſi alia adminicula concurrerent, quæ Iudicis arbitrio ſunt relinquenda. Hunc vide ibidem, unà cum *Caſtropal. in Oper. moral. tom. 1. tract. 4. diſp. 8. punct. 9. num. 11.*

37 Igitur ut propter famam &c.

Quaſnam conſiderationes Iudex habere debeat, cum ob Publicam famam aliquem torquere deliberat, vide apud *Caren. de Off. S. Inquiſit. part. 3. tit. 10. de Indic. & Tortur. §. 10. nu. 64. & ſequen.*

44 Sed jam &c.

Nota fuiſſe ſententiam *Martini Delrio lib. 5. Diſquiſit. magic. in append. 2. quæſt. 23.* quòd Nobiles, & in dignitate conſtituti, levjus, quàm alii torquendi ſint in caſu quæſtionis; At illam apud ſe difficultatem pati dixit *Farinac. de Hæreſi. quæſt. 185. §. 8. num. 125. in fine.*

45 Hinc eſt quod minores &c.

In hæreſis crimine impuberes, pubertati tamen proximos, de medicorum conſilio torqueri poſſe arbitratur *Carena loco nuper cit. §. 19. nu. 140.*

54 Poſt hæc &c.

Quæ, & qualia animadvertenda ſint ab Inquiſitoribus in actuali Reorum tortura, vide apud *Caren. loco nupercit. §. 22. nu. 164. & ſequen.*

61 Tormenta autem &c.

Nota quòd Tortura moderata eſſe debet, & juxta indiciorum qualitatem, nec regulariter ad ſummum unius horæ ſpatium ſolet excedere. *Porrus ad Ambroſin. lib. 4. cap. 3.*

66 Quod ſi plures ejuſdem criminis ſocii &c.

Collige ex hac doctrina, quæ communis eſt, quòd in caſu, quo torqueri debeat Vir, & Fœmina, Pater, & Filius; à Fœmina, non à Viro, à Filio, non à Patre eſt incipienda tortura. Vide *Præſid. Abacc. de Reatib. quæſt. 19. num. 67.* ubi rem mirabilem, quæ in hoc propoſito olim accidit, relatam invenies.

67 Cœterum, & ſi ſupraſcripta omnia.

Confeſſiones Reorum vi tormentorum extortas nihil valere, niſi poſt tormenta per unius diei intervallum coram Iudice in loco, ubi tormentorum inſtrumenta non videantur, ab ipſis ratificentur, docuerunt *Cantera in quæſt. Crimin. cap. 2. de probat. per teſtes quæſt. 1. num. 67. & Præſes Abavo tract. Reatuum quæſt. 19. num. 55.* & alii quam plures DD. qui iddem affirmant cum *Simanc num. ſequen.* de confeſſione emanante ob metum comminationis torturæ, dummodò comminatio, quippè quæ fiat in loco torturæ, in actu ligandi Reum &c. ſit torturæ proxima; nam ſi eſſet tantùm verbalis, & à tormento remota, ſecus eſſet dicendum. *Maldonat. conſ. 9. nu. 13. & 16. & Souſa in Afforiſm. Inquiſit. lib. 2. cap. 39. num. 42.*

70 Neque audiendi ſunt &c.

In favorem hujus ſententiæ, quam hic Simanc. reprobat, deciſum fuiſſe à Senatu Sabaudiæ habet. *Faber in ſuo Cod. lib. 9. tit. 21. de quæſt. 22.* Verùm quicquid ſit de hac deciſione, in praxim contrarium obſervari docuit *Farinac. de Reo confeſſ. & convict. quæſt. 83. nu. 81. & ſequen.*

73 Sunt autem &c.

Confeſſionis ratificationem haud eſſe neceſſariam in depoſitione teſtis facta in tortura, tenet quoque *Carena loco ſupracit. §. 23. num. 179.* ubi contra *Baiard.* docet ita in praxi obſervari.

80 Atqui capite quodam &c.

Novis ſupervenientibus indiciis re, & ſubſtantia à primis differentibus, & quæ per ſe ſint ad quæſtionem ſufficientia, poſſe torturam repeti, omnes DD. teſtantur. Vide *Farinac. de Indit. & tortur. quæſt. 38. nu. 79.* & nota quòd ſi Reus prima quæſtionis vice non fuiſſet tortus ſufficienter, & indicia valdè forent urgentia; poſſet tunc, etiam novis non ſupervenientibus indiciis, torqueri denuò. *Farinac. ibidem.* Per quot autem vices poſſit tortura repeti, vide apud *Martin. Delrio lib. 5. Diſquiſit. magic. in appendic. 2. quæſt. 31. & 32.*

De Uſuris. Titulus LXVI.

SUMMARIUM.

1 *USuras jure optimo omnes ſemper execrati ſunt.*
2 *Uſuræ quas ob cauſas vitandæ ſint.*
3 *Uſurarum cognitio ad quos judices pertineat.*
4 *Uſurarios quando punire poſſint Inquiſitores.*
5 *Is, qui credit ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum, verè hæreticus eſt.*

De Uſuris.

1 SActis utriuſq; Teſtamenti literis, Eccleſiæ definitionibus, Conciliorum univerſalium canonibus, Pontificum Maximorum, & Sanctorum Patrum decretis quàm plurimis prohibitæ, damnatæque ſunt uſuræ. Quin etiam lumine naturali duntaxat illuminati vetuſtiſſimi quique Philoſophi, uſuras frequentiſſimè ſunt execrati; cujus rei cauſas Plutarchus eleganter in hunc ferè modum colligit; Primùm, quòd minimè convenit, mutua, quæ charitatis, beneficii, & amicitiæ cauſa inducta ſunt, in lucri ſordidi certitudinem vertere. Deindè, quòd uſura contra regulam illam naturæ ſit: *Ex nihilo nihil gigni*; quòd paupertati unicum ejus ſolatium, nempe animi ſecuritatem, aufert; quòd nondum natos fructus devoret; quòd qui accipiunt ſub uſuris, verſuram ex verſura facientes, nunquam ſe extricant; quòd ut plurimùm ex luxu æs illud alienum contrahatur. *c. ſuper eo de uſu. Plutar. lib. de uſura vitanda. Alciat. in l. uſura pecuniæ de verbo ſignifi.*

2 Alii quoque alias rationes addunt, quòd Uſurarius vendidit uſum pecuniæ, qui ab ejus conſumptione eſt inſeparabilis; Unde fit, ut bis idem æſtimet; quòd venditur uſus pecuniꝗ, quæ poſt mutuum eſt aliena, quòd cum ſtatim pecunia periculo ſit recipientis, abſurdum ſit, ut fructus ejus ad alium pertineant; quòd ſit uſura contra commune bonum; ei namq; dediti homines, bonas artes omnes deſerunt, & aliorum facultates exhauriunt, quòd præter naturam numus numum parit; Unde auctore Ariſt. jure vituperatur; quia non eſt naturæ conveniens; ſed eò pertinens, ut homines alii ex aliis lucrentur. Quo fit, ut optimo jure ſit fœneratorum ars odioſa, propterea quod lucrum ex ipſo numo captat; neque ſequitur eum finem, cujus gratia numus fuit inductus; Ad faciendas enim permutationes repertus eſt. Denique tantò deterior eſt uſura, quàm alia crimina, quanto plus indigentiæ hominum inſidiatur; ac tantò magis execranda, quantò commercium rei magis neceſſariæ difficilius reddit. *Ariſt. 1. politi. cap. 7. Ambroſi. lib. de Tobia cap. 2. cum ſequenti. Chryſoſt. in c. Matthei. 1. homil. 5. in fine, & homilia 57. c. eiiciens* 88. *diſtinct. Thomas, opuſculo 73. de uſur. cap. 4. Contra. de contract. q. 22.* *Uſurariorũ ars odioſa.*

3 Sed quamvis hæc ita ſint; Inquiſitores tamen de quæſtionibus uſurarum cognoſcere non poſſunt; ſed judicibus ordinariis eas relinquere debent; Nam, cum auri ſacra fames, vi objecti movere ſoleat voluntatem etiam meliora videntem ad ejuſmodi ſordida lucra; ea quidem crimina committi exiſtimandum eſt, non tàm errore intellectus, quàm avaritia, & lucri cupiditate; quo efficitur, ut eorum cognitio Inquiſitorum non ſit. *c. accuſatus §. de quæſtionibus de hæret. lib. 6.* & inibi *Joan. Monachus, Archidia.* & cœteri *Federi. Senen. conſ.* 157.

4 Si verò quiſpiam crederet fœnerari licere, puniri poſſet ab Inquiſitoribus, perindè atque quivis alius hæreticus; & inter alia, pœnitenti quoq; poſſet ab eiſdem injungi, ut agens pœnitentiam reſtitueret malè partas uſuras, id enim veræ pꝗnitentiæ pars magna, & neceſſaria eſt. *Clem. 1. §. ultim. de uſur. c. peccatum de regul. jur. lib. 6. Domin. & Philip. Francus,* & cæteri *in c. accuſatus §. ſane, & §. ultim. de hæreti. lib. 6. Federicus* loco prænotato *Joan.*

Cal-

Calderin. conſ. 2. titul. de haret. Bal. in cap. 1. §. ad hac de pace juramen. firman. Felin. in c. eum ſit de foro compet. Zanchi. cap. 20.

5 Eadem omninò ratione, is qui credit ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum, verè hæreticus eſt; neque ſatis intelligo, quamobrem ſæpè non puniatur, ut hæreticus, præſertim cum ejus hæreſis ignorantia ſit inexcuſabilis. Nemo enim, qui unquam peccata ſua fuerit confeſſus, non audiet à confeſſario fornicationem ſimplicem peccatum eſſe lethale, ac lege Divina prohibitam. *Alfonſus Caſtrus adverſus hareſes, verbo, coitus. Julius Clarus lib. 5. recepta ſententia. §. hareſis.*

ANNOTATIONES.

1 Sacris utriuſq; teſtamenti literis &c.
Nedum humano Iure, ſed & Divino Veteris, & Novi Teſtamenti uſuram illicitam, & peccatum eſſe mortale Omnes Theologi, & Canoniſtæ pleno ore fatentur; adeò quòd contrarium aſſerere hæreticum eſt. Vide *Clem. 1. de uſur. & c. quia eodem tit.*

De hac materia Caſuiſtæ Omnes affatim ſuis locis. Tu tamen vide *Navar. in 2. part. Decret. de 7. Precep. Decalog. cap. 17. nu. 206. & ſequen.*

4 Si verò quiſpiam &c.
Nota quòd ſi quis Vſurarius fateretur uſuram peccatum eſſe; ſed nihilominus ipſam exerceret, & in ejus exercitio à ſe pecuniam mutuantes inhumaniter tractaret, & de hoc eſſet diffamatus; contra hujuſmodi poſſe Inquiſitores procedere eſt multorum DD. ſententia; ratio eſt, quia hic, licèt verbis declaret illicitam eſſe Vſuram; factis tamen approbat, & ſic verbis operibus contradicit; & plus eſt factis, quàm verbis, Vſuram non eſſe peccatum declarare. Vide *Locat. in praxi. Iudic. verbo Hereticus, num. 22. & Verbo uſura nu. 2. Zanchin. in tract. de heretic. cap. 35. nu. 1. & 2. Decian. tract. Criminal. lib. 5. cap. 18.* & alios quàm plures.

De pœnitentia, & coactione reſtitutionis faciendæ, quæ ab Inquiſitoribus hujuſmodi Vſurariis, ſi illos pœniteat, poteſt imponi; vide Conſtitutionem Alexandri IV., quam refert *Pegna poſt Direct. fol. mihi 24.* quæ incipit. *Quod ſuper §. iniungitur etiam.*

5 Eadem omninò ratione.
Hæc ſententia Simancę eſt indubitata apud omnes DD. Vide *Canter. in quaſt. Crimin. Rubr. de Hereſi cap. 1. num. 55.* ubi docet hos Reos in S. Off. Tribunali flagellis, & exilio mulctari; quod tamen eſt intelligendũ, ſi convertantur, & abjurent; nam ſi contumaces in ſua pertinacia perſiſterent; utiq; ſicut formales hæretici eſſent plectendi. Vide *Farinac. de hereſi qu. 178. §. 3. nu. 38.*

Trino, & uni Deo gloria imperium, honor.

JACOBI SIMANCÆ
CIVITATENSIS
Primum Epiſcopi, nunc verò Pacenſis.

PRAXIS HAERESEOS,
SEU ENCHIRIDION JUDICUM
VJOLATÆ RELIGIONIS.

De Punitione impiorum. Titulus I.

SUMMARIUM.

1 *HÆreticos ſeveriſſimis ſuppliciis afficiendos eſſe.*
2 *Dei providentiam negantes, impii ſunt, & nefarii.*
3 *Athenienſium inſtitutum in eos, qui aut religionem vjolabant, aut novam inſtituebant.*
4 *Idololatræ in veteri teſtamento lapidibus obruebantur.*
5 *Hæreſes idola ſunt, & dii alieni.*
6 *Hæreſis cauſa civitates, & Regna pereuntiuntur.*
7 *Hæreticos ultori gladio puniendos, aut igne cremandos eſſe, ex Sacroſancto Evangelio demonſtratur.*
8 *Religioni novæ inſervire nemo cogendus; ſed ut in ea permaneat, qua ſemel fuit obſtrictus, utique poteſt.*
9 *Parabola illa de zizaniis, de qua in ſacro eloquio, declaratur.*
10 *Hæretici puniendi ſunt pluſquam adulteri.*
11 *Hæretici ſeverius plectendi, quàm ſicarii.*
12 *Auguſtini pulchra ſententia in hæreticos.*
13 *Experientia rerum magiſtra.*
14 *Hiſpania commendatur, præſertim in Chriſtianæ fidei cultu, quo nil pretioſius.*

De Punitione impiorum.

1 HÆreticos impios religionis vjolatores ſuppliciis ſeveriſſimis afficiendos eſſe, nemo, qui ſani ſit judicii, dubitare poteſt; nam, ut Quidam rectè inquit, hæreſeos crimen & perniciosum virus ſpargit, & Eccleſiam non minus diſſipat, quàm politiam; quãobrem Ethnici etiã variis pęnis eos coercebant, quos impios eſſe putabant.

2 Sic eos, qui deorum providentiam negabant, impietatis damnabat Antiquitas, ut libro de ſuperſtitione Plutarchus eſt auctor.

3 Sic in cauſa vjolatæ Religionis licebat Athenis abducere in carcerem, accu- *Apud Athenienſes Hæretici pœna mulctati.*

ſare publicè, cauſam apud Eumolpidas agere, proponere apud Regem, ut proditum eſt à Demoſthene oratione adverſus Androtionem; & in Areopagitica Curia publicum, & capitale judicium exercebatur propter novam religionem, & ad eam ductus fuit Paulus Apoſtolus, tanquam Reus doctrinæ novæ. Sic in omni religione impii, non ſolum vita cruciati, atq; dedecore, verùm etiam ſepultura, & juſtis exequiis caruerunt; ſicuti Cicero ſcripſit *lib. 2. de legib.*

4 Sed omiſſis Gentium legibus, & exemplis; in veteri quidem teſtamento idololatræ, & qui ſeducere, ac perſuadere volebant, ut alienos deos ſequerentur, lapidibus obruti, aliiſq; modis interficiebantur; quinetiam, ut ait Philo lib. 1. de Monarchia: *permiſſum erat cuivis bene nato, educatoque, & majorum virtutis æmulo à talibus ſine mora pœnas ſua manu exigere, non ſpectato aſſenſu Senatus, & judicum; immò, ne delato quidem nomine, & ſequi animi amantis Deum, infeſtique vitiis impetum concitati adverſus impios, nulla dignos clementia, ſemel accepta poteſtate Senatus, Judicum, Prætorum, Tribunorum, accuſatorum, teſtium, legum, populi: ut abſque omnibus impedimentis intrepidè pro pietate decertare liceat. Deuter. 13. & cap. 17. nu. 25.*

5 Hæreſes verò idola ſunt, & dii alieni; nam, ut Beatus Hieronymus explicans illud Zachariæ: *Diſperdam nomina idolorum de terra*, inquit: *Sicut idola fiunt manu artificis; ita hæreticorum perverſa doctrina quodcunque ſimulaverit, vertit in dolum, & facit pro Chriſto adorari Antichriſtum.* Divus quoq; Auguſtinus lib. de vera religione: *Eſt alius deterior, & inferior cultus ſimulachrorum, quo phantaſmata ſua colunt; & quicquid animo errante cum ſuperbia, & tumore cogitando imaginati fuerint, religionis nomine obſervant.* Et Vincentius Lirinenſis, aliena ab Eccleſia dogmata vetus Teſtamentum deos alienos appellare ſcribit; hæretici ergo tanquam idololatræ, ac deorum alienorum cultores puniendi ſunt.

6 Nec unum tantùm, aut alterum impium; ſed totam etiam civitatem coercere lex jubet: *Percuties*, inquit, *habitatores urbis illius in ore gladii; & delebis eam, omniaque, quæ in illa ſunt uſque ad pecora.* Et Judas ille Machabæus perambulabat civitates Judæ, & perdidit impios ex eis, & avertit iram ab Iſrael. *Deuter. 13. lib. 1. Machab. cap. 3. c. ſi audieris 23. q. 5.*

7 Venio nunc ad novum Teſtamẽtum. Salvator noſter apud Joannem capit. 15. inquit; *Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eũ, & in ignem mittent, & ardet:* hæretici autem ſunt palmites in vite non manentes, qui mitti ſolent in ignem. Et alibi ait: *Væ homini illi, per quem ſcandalum venit; expedit enim ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria ad collum ejus, & demergatur in profundum maris.* Sed certè mortalium nemo eſt, à quo tàm grave ſcandalum Eccleſiæ veniat, quàm ab hæretico. Deindè omnia Dei Chriſti verba, quibus hæretici nominantur lupi rapaces, planè indicare videntur, eos occidendos eſſe; quis enim lupos ovili Chriſti inſidiantes non interficiat? Et Paulus Apoſtolus pſeudoprophetam cæcitate percuſſit, quia ſubvertebat vias Domini rectas, & Proconſulem à recta fide conabatur avertere. Et alibi punitionem hæreticorum idem Apoſtolus deſiderabat, inquiens: *Utinam abſcindantur qui vos conturbant. Matth. 18. Act. 13. ad Galat 5.* *Matth. 18.*

8 Hæc fortaſſe prolixius retuli, quia hæretici ajunt, hæreticos non eſſe puniendos; in quo quidem perinde facere mihi videntur, ac ſi fures, ſicarii, adulteri, & cœteri facinoroſi dicerent, furta, homicidia, adulteria, & alia id genus crimina impunita eſſe debere; nam hæreſis crimen his gravius, & peſtilentius eſt. Videamus tamen quibus argumẽtis inſanum hoc paradoxum probare conentur. Duo quidem proferre dicuntur. Unum, fidem eſſe rem liberam; Alterum, parabolam zizaniorum: hæc ſunt egregia eorum argumenta, quibus tueri ſe vellent, neminem eſſe cogendum ad novam aliquam Religionem, qua nunquam obſtrictus ſit: verum eſt; ſed compelli quempiam non poſſe, ut in ea Religione perſiſtat, qua ſemel fuerit obſtrictus; id verò abſurdum, & ridiculum eſt, ne dicam temerarium, & inſanum; jure enim Divino, Gentium, & Civili, Deo reddenda ſunt vota, & fides ſervanda, & religionis deſertores puniendi. *c. diſplicet cum ſeq. c. vides 23. q. 6. c. de Judæis 45. diſtinct. l. ſicut ab initio. C. de action. & oblig.* *Hæreticorum Argumenta.*

9 Pa-

9 Parabola verò de zizaniis minimè obſtat; quia ea locum habet, quando eſt periculum, ne ſimul eradicetur triticum, ut ſatis ex ea liquet, ac Divus Auguſtinus, aliique rectè obſervarunt. Ad hæc zizania etiam ſunt omnes filii nequam: nullus igitur facinoroſus puniendus eſſet? Deinde illa non eſt lex, ſed prophetia: & nihilominus in ea reprehenduntur ii, qui dormientes ſinunt creſcere zizania. Poſtremò non loquitur parabola cum judicibus, qui non ſine cauſa gladium portant, quēadmodum tradit *Politus libro, quo jure puniendi ſint hæretici.*

10 Ergo coercendi hæretici ſunt plus quàm adulteri: quia pejus eſt adulterium animæ, quàm corporis; atteſtatur mihi Divus Auguſtinus in Epiſtola ad Bonifacium, dicens: *Cur enim, cum datum ſit divinitus homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniantur, & ſacrilegia permittantur; an fidem non ſervare levjus eſt animam Deo, quàm fœminam viro?* Divus quoque Maximus inquit: *Gravjus eſt Religionis adulterum eſſe, quàm corporis: & plus eſt integritatem divinitatis lædere, quàm integritatem hominis vjolare. homilia 2. de Domino accuſato, Auguſt. epiſt.* 50.

11 Deindè ſeverius quàm ſiccarii puniendi hæretici ſunt, quia ſuas, & aliorum animas veneno peſtiferi dogmatis morte infeliciſſima occidunt; nàm, ut Beatus Hieronymus in cap. Job. 24. inquit: *hæreticus homicida eſt, qui animas hominum noxiis, & lethalibus ſenſibus interficit.* Et Divus Auguſtinus: *Videte qualia faciunt, & qualia patiuntur: occidunt animas, affliguntur in corpore, ſempiternas mortes faciunt, & temporales ſe perpeti conqueruntur. c. quando* 23. *quaſt.*4.

12 Et ut alia multa omittam, quæ in Catholicis meis inſtitutionibus prolixius in hanc ſententiam collegi, hoc præterire non poſſum, quod Beatus Auguſtinus inquit: *phreneticos ligandos, & corripiendos eſſe, ne præcipitentur, & qui ſomno lethargico tenentur, etiam flagellis excitandos; & quòd pro hæreticis ſunt leges pœnales, quæ illis videntur adverſa: quoniam multi per illas correcti ſunt, & quotidie corriguntur. epiſt.* 48. *& epiſt.* 50.

13 Ad extremum experientia quidem rerum magiſtra docet, nihil æquè valere ad extirpandas hæreſes, atq; ſeveram hæreticorum punitionem; cujus Rei teſtis in primis eſt religioſiſſima Hiſpania, cujus plebs inquieta, avidaq; eſt in novas res, ut ait Livjus, & quæ pſeudochriſtianis innumerabilibus Mahumetanorum genere natis abundat; & tamen hoc præſenti remedio in ſumma tranquilitate permanet, atque Catholicam fidem puram, & invjolatam ſervat.

14 Libenter hac in re utar teſtimoniis externorum, ne ipſi noſmetipſos laudare videamur; proferam poſtea locis oportunis Hoſium Polonum, Godofredum Gallum; nunc Vaſæum Flandrum audiamus. Is poſt alia ita ſcribit: *Quod ſanè ad egregiam Hiſpaniæ laudem pertinet, quæ; ſicut opulentia, bellica virtute, imperii amplitudine, reliquas omnes Provincias vel ſuperat, vel certè æquat; ità religionis antiquitate, & vera fidei cultu nulli omninò priores partes concedit; fuit profectò Hiſpania Chriſtianæ religionis ſemper obſervantiſſima, & fidem catholicam, quã ſemel imbuta, ſinceriſſimè uſque coluit, hæreticis infeſtiſſima.*

Quot quot in Hiſpania ſunt de rebus fidei cognitores, ea fide religionem officii ſervant, ea integritate, ac vigilantia, ut nemo quiſquã hiſcere contra Sacroſancta Eccleſiæ ſtatuta quicquam audeat. Alibi forſan impiè facere non licebit; in Hiſpania, ne loqui quidem, niſi piè, conceditur. Alibi errores fortè jam nati extirpantur: in Hiſpania ipſa etiam errorum ſemina, antequam pullulent, opprimuntur. Hæc *Vaſæus priori tomo chronicorum Hiſpaniæ, cap.*9.

ANNOTATIONES.

Vide quæ de Catholicis Inſtitutionibus tit. 46. docuit Auctor, & per me ibidem notata *num.* 1. *& ſequen.*

De Hæreſi. Titulus II.

SUMMARIUM.

1 *HÆreſis græca vox, latinè ſectam ſonat.*
2 *Hæreſis eſt error pertinax contra Catholicam veritatem.*
3 *Hæreſis, ut propriè dicatur, tria concurrere debent.*
4 *Hæreſum cauſa plurima.*

De Hæreſi.

Hæreſis ethymologia. 1 HÆreſis Græca vox eſt, latinè ſectam ſonat, olim ſæpe in bonam partem accepta: hodie verò nomen odioſum eſt, & apud vulgus infame: ſignificat hæreſis de aliquo dogmate firmatam opinionem, in qua homo tenaciter perſiſtit, unde hęretici dicti: quo nomine ſignificantur qui contra Chriſti fidem, aut illius Eccleſiam, vel docent, vel credunt. Dicitur autem hæreſis ab electione, quia ſcilicet eam ſibi quiſque diſciplinam elegit, quam putat eſſe meliorem. *c. hæreſis 24. qu. 3.*

Quid Hæreſis. 2 Eſt verò hæreſis, error pertinax contra catholicam veritatem.

3 Tria enim concurrunt ad conſumatam hæreſim: falſa credulitas, error contra fidem Catholicam, & pertinacia; quorum ſi aliquid deſit, hæreſis conſumata non erit. *c. in quibus 22. quæſt. 2. Th. 2. 2. quæſt. 11.*

4 Hæreſum cauſæ plurimæ ſunt; malum enim multis fit modis; boni, ac veri unica eſt vja; mali, & falſi innumerabiles, videlicet quotquot ab illa unica aberrãt; ſacer Dionyſius libro de Divinis nominibus cap. 4. Ariſt. lib. 2. Ethic cap. 6. Divus Auguſtinus in Joan. tract. 15. inquit: *Hæreſes Orthodoxis ſunt dogmata perverſitatis animas illaqueantis, & in profundum præcipitantia.* Et Epiphanius lib. qui Ancorarus inſcribitur: *Deterior eſt fidei perverſitas infidelitate; incredulitas enim fidem accipiens corrigi poterit; fidei verò perverſitas incorrigibilis eſt, & ægrè ſalvatur, niſi donum, & gratia aliqua ex ſupernis acceſſerit.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ de Catholicis Inſtitutionibus tit. 30. tradidit Auctor, & quæ ibidem notavi *nu. 1. & ſeq.*

De Hæreticis. Titulus III.

SUMMARIUM.

1 *HÆreſes, & ſchiſmata à diabolo inventa.*
2 *Hæreticus quis propriè dicatur.*
3 *Hæretici, qui quandam præ ſe ferunt umbram ſanctitatis, nocentiores ſunt his, qui vitam converſatione maculant.*

De Hæreticis.

1 BEatus Cyprianus tractatu de ſimplicitate prælatorũ, inquit: *Videns inimicus idola derelicta, & per nimium credentium populum ſedes ſuas, ac templa deſerta: excogitavit novam fraudem, ut ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos: hęreſes invenit, & ſchiſmata, quibus ſubverteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet unitatem*; ac Div. Auguſt. lib. 18. de civit. Dei, cap. 51. ead. ferè renovans, inquit: *Videns Diabolus templa dæmonum deſeri, hæreticos movit, qui ſub vocabulo Chriſtiano doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ.*

2 Eſt

2 Eſt verò hæreticus, qui errat in fide pertinaciter; tria itaq; neceſſaria ſunt, ut quiſpiã propriè dicatur hæreticus. Unum, quòd fuerit Chriſtianus; Alterum, quòd erret in fide Catholica; Tertium, quòd ſciens erret, eligens errorem contrarium Catholicæ veritati; & in ea electione includitur pertinacia, ut ſuo loco dicam. *c. dixit Apoſtolus, 24. quæſt. 3. Turrecremata lib. 4. de Eccleſia, parte 2. cap. 23.*

Quot neceſſaria, ut quiſ piã propriè dicatur Hæreticus.

3 Nec movere quenquam debet, ſi viderit fortè hæreticum transfiguratum in Apoſtolum Chriſti; nàm rectè Origenes homil. 7. in Ezechielem inquit: *Juxta mei animi ſenſum multò nocentior eſt hæreticus bona vita, & plus in doctrina ſua habet auctoritatis eo, qui vitam converſatione maculat. Qui enim vita peſſima eſt, non facilè homines ad falſum dogma ſolicitat; nec poteſt per umbram ſanctitatis audientium decipere ſimplicitatem: qui verò ſermone perverſus eſt, & diſciplinis ſalutis contrarius, mores autem compoſitos, & ornatos habet; nihil facit aliud, niſi accipit indumenta varia inſtituti boni, & converſationis quieta, & circundatea idolis ſuis, ut magis decipiat audientes*; quod Beatus Bernardus confirmat ſuper Cantica *ſermone 66.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ de Catholicis Inſtitutionibus tit. 31. habet Auctor, & ibidem per me notata *nu. 1. & ſeq.*

De Apoſtatis. Titulus IV.

SUMMARIUM.

1 *Apoſtaſia Græca vox, latinè defectio dicitur.*

2 *Apoſtata hæretico eſt deterior: intelligas tamen rectè, ut inibi.*

3 *Apoſtata pœnitens recipiendus eſt.*

De Apoſtatis.

1 Apoſtaſia Græca vox, latinè defectio eſt: cœterùm, nõ quælibet defectio apoſtaſia vocari ſolet, ſed ea, qua quis diſcedit ab inſtituto; hic verò de Apoſtata duntaxat loquimur, qui deſertor eſt Catholicæ fidei.

2 Apoſtata, qui diſcedit à tota fide, deterior eſt cunctis hæreticis.

3 Quamobrem quidam putant, apoſtatam pœnitentem recipiendum non eſſe, quorum opinio, & jure Pontificio damnata, & à ſacris tribunalibus exploſa eſt; & eiſdem ferè regulis eorum cauſæ metiendæ ſunt, quibus & hæreticorum. *c. quidam de apoſta. c. contra Chriſtianos de hæretic. lib. 6.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ de Catholicis Inſtitutionibus ſcripſit Auctor tit. 7. & ibidem notata *nu. 1. & ſequen.*

De Schiſmaticis. Titulus V.

SUMMARIUM.

1 *Schiſma nomen Græcum, latinè ſciſſuram denotat.*

2 *Schiſmatici in triplici ſunt differentia.*

3 *Pontifex ſummus Chriſti Vicarius eſt.*

4 *Schiſmatici quaſ acti ſpecie puniendi ſunt, licèt nullam hæreſim teneant.*

5 *Schiſmatici pertinaces ipſo jure excommunicati ſunt.*

6 *Schiſmatici ad Eccleſiæ unitatem ex corde redeuntes, ſunt excipiendi.*

De

1 Schiſma quoq; nomen Græcum, latinè ſciſſuram ſignificat; & non qualemcunq; ſed illicitam diſceſſionem ab Eccleſiæ unitate; vulgò autem ſchiſmatici dicuntur, qui ab obedientia ſummi Pontificis ſe ipſos ſeparant, atque adeò ab unitate Eccleſiæ diſcedunt. *c. ſchiſma. 24. quæſt. 1.*

2 Schiſmatici autem in triplici ſunt differentia: quidam ſunt hæretici conſumati, qui non ſolùm diſcedunt à Summo Pontifice, verùm etiam id licere credunt, & qui alias ſibi hæreſes confingunt.

Alii ſunt hæreticis affines, qui nullam hæreſim tenent: de quibus Divus Auguſtinus contra Grammaticum ſcribit: *Schiſmaticos eſſe eadem opinantes, ac eodem ritu colentes, quo cæteri; ſed ſolo congregationis hi delectantur diſſidio, ſeque ſeparant. c. denique 7. quæſt. 1.*

Sunt & alii, qui juſta ignorantia ducti putant aliquē eſſe Pontificem ſummum, qui rectè non eſt electus: quod tunc evenire ſolet, cùm duo, vel plures de Pontificatu contendunt, & electio ambigua eſt.

3 Nàm, & ſi credere teneamur ſummum Pontificem eſſe Chriſti Vicarium; non tamen tenemur eadem fide credere, hunc, vel illum eſſe Papam, quando magna probabilitate dubitatur quis eorum rectius electus eſt; nec enim ad Fidem Catholicam pertinent ea, quæ ex facto dubio pendent: itaq; hi omni culpa carere poſſunt, neq; verè ſchiſmatici ſunt.

4 Illi autem ſchiſmatici, qui nullam hæreſim tenent, nihilominus tanquam hæretici puniēdi ſunt; quia hoc ſolo, quòd à capite diſcedunt, videntur credere, quòd unitas Eccleſiæ ſcindi poteſt, & quòd Sūmo Pontifici non eſt parendum, & alia id genus hæretica, & impia; ut rectè dixerit Clemens V. inveteratum ſchiſma hæreſim eſſe. *Extravag. ad certitudinem, de ſentent. excommunicatio. c. pudenda. c. ſchiſma 24. quæſtio. 1.*

5 Hinc eſt, quòd ſchiſmatici pertinaces ipſo jure ſunt excommunicati; & omni dignitate, ac poteſtate privandi ſunt, bonis etiam publicatis. *c. 2. de Schiſm. c. de Liguribus 23. quæſt. 5. c. in nomine 23. diſtinct. c. didicimus 24. quæſt. 1. c. 1. de ſchiſma. lib. 6.*

6 Quòd ſi ad Eccleſiæ unitatem puro corde redierint, benignè excipiendi ſunt, ſchiſmate priùs abjurato. *c. clericus 24. qu. 3. c. quoties 1. q. 7.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ de Catholicis Inſtitutionibus tit. 58. docuit Auctor, & quæ ibidem notavi nu. 1. *& ſeq.*

De Epiſcopis. Titulus VI.

SUMMARIUM.

1 *Hæreſis cauſas ab Eccleſiaſticis judicibus tractandas eſſe.*

2 *Epiſcopi Apoſtolorum ſunt ſucceſſores.*

3 *Epiſcopi ordinarii ſunt judices adverſus hæreticos.*

De Epiſcopis.

1 Cauſæ violatæ Religionis à Judicibus Eccleſiaſticis tractandę ſunt, non autem à ſecularibus; quia ſecularis poteſtas non ad ea dirigit, quæ pertinent ad ultimum hominis finem, ideſt ad beatitudinem, quæ conſiſtit in fruitione Divina: idenim regimen, & miniſterium Sacerdotibus eſt commiſſum, & præcipuè Summo Pontifici Chriſti Vicario, ad quem maximè pertinet curare, ut religio invjolata ſervetur; & ut quæ illi contraria ſunt, amoveantur. *Tho. lib. 1. de regimi. Princip. cap. 14.*

2 Et quia Epiſcopi ſunt Apoſtolorum ſucceſſores; & habent partem hujus ſolicitudinis; idcircò ad eos quoq; pertinet cognitio earum cauſarum; & ſunt judices ordinarii contra hæreticos, & cęteros impios.

3 Quam-

5 Quamobrem in Concilio Latteranenſi ſub Innocentio III. ſic decrevetunt Pattes: *Si quis Epiſcopus ſuper expurgando de ſua Diœceſi bareticæ pravitatis fermento, negligens fuerit, vel remiſſus; cum id certis inditiis apparutrit, ab Epiſcopali officio deponatur, & loco ipſius alter ſubſiſtituatur idoneus, qui velit, & poſſit bareticam confundere pravitatem.* Hæc ibi *cap. 3. c. ad abolendam de baretic.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ de Catholicis Inſtitutionibus tit. 25. tradidit Auctor, & ibidem notata *nu. 1. & ſequen.*

De Inquiſitoribus. Titulus VII.

SUMMARIUM.

1 *INquiſitores bareticæ pravitatis adiutores Epiſcopis datos ob ipſam commodius bareſim extirpandam.*

2 *Inquiſitores eligendos eſſe prudentes.*

3 *Epiſcopo in ipſo, qui ordinarius eſt Inquiſitor, cur ætas annorum 30. exigatur, & in Inquiſitoribus Apoſtolicis 40.*

4 *Inquiſitores, & ſi judices ſint delegati, in negotiis tamen commiſſis parum ab Ordinariis differunt.*

5 *Inquiſitoris officium morte ſummi Pontificis, aut Inquiſitoris generalis, non finiri.*

6 *Inquiſitoris eſt munus ardua ad Pontificem Max., vel Inquiſitorem generalem referre.*

7 *Inquiſitores inquirere abſq; Epiſcopo poſſunt, & è contrà.*

8 *Inquiſitores poſſunt familiam babere armatam.*

9 *Inquiſitores poſſe auxilium Principum invocare, ſeu (ut dicunt) brachium ſeculare.*

10 *Inquiſitores advocant teſtes, ſive trabunt ultra duas dietas.*

11 *Inquiſitores compellunt quoſcunque judices, ut acta contra bareticos adſe mittant.*

12 *Inquiſitores poſſe in quacunque parte provinciæ ſibi decretæ jus dicere.*

13 *Inquiſitores puniũt inferẽtes eis iniurias.*

14 *Inquiſitores legitima ex cauſa vices ſuas delegare queunt.*

15 *Inquiſitoribus datur, ut in quoſcunque bareticos procedere poſſint, privilegio aliquo eis minimè ſuffragante.*

De Inquiſitoribus.

1 CUM Epiſcopi plurimis aliis ſui muneris curis occupati, non omninò ſufficiant ad extirpandos hæreticos; dati ſunt illis adjutores à Summo Pontifice, qui contra hæreticos, alioſque impios inquirant; unde & nomen inquiſitorum Apoſtolicorum illis impoſitum eſt. Qui quidẽ Chriſtianæ Reipublicæ ſunt, non utiles modò, ſed, ut experientia compertum eſt, admodum neceſſarii.

2 Hi eligendi ſunt prudentes, docti, Catholicæ fidei zelatores, ac deniq; probi; ſolet enim Deus bonis viris bona ſuggerere conſilia Reipublicæ, ac Religioni ſalutaria; &, ut prudentiores ſint; ætatis eſſe debent non minoris quàm quadraginta annorum; ea enim ætas ſolidæ doctrinæ, atque experientiæ tribuitur. *Clem. 2. de bareti.*

3 Mirum autem videri poteſt, quòd in Epiſcopo, qui ordinarius quoque Inquiſitor eſt, ætas dunraxat annorum triginta exigitur, in his verò Inquiſitoribus Apoſtolicis requirantur anni quadraginta. Verùm Epiſcopi à Papa in collegio Cardinalium promoventur; ſed Inquiſitores creari ſolent, non tam exactè cauſa cognita; ideò maturiores ætate lex eos eſſe voluit, quò intelligant omnes cum ſumma prudentia ea negotia eſſe tractanda: *c. cum in cunctis de elect.* & illic *Abbas.*

4 Quamvis Inquiſitores Judices ſint delegati, in negotiis tamen ſibi commiſſis parùm differunt ab ordinariis. *c. per boc de baret. lib. 6.*

5 Unde fit, ut eorum officium non finiatur

niatur

niatur morte Summi Pontificis, neq; Inquiſitoris generalis eos delegantis. *c. ne aliqui. de hæreti. lib.6.*

6 Si quid arduum, vel difficile contigerit, quod ad officium Inquiſitorum pertineat, id referre debent ad Papam, vel ad Inquiſitorem generalem, ut olim referebatur ad Moyſen. *Exod.* 18.

7 Inquiſitores ſine Epiſcopo inquirere, & in jus vocare, & comprehendere Reos poſſunt; & eadem facere poteſt Epiſcopus ſine Inquiſitore; ſed ſimul convenire debent ad ſententias ferendas. *Clem. 1. §. de hæreticis.*

8 Poſſunt etiam uti familiaribus armatis, ut ſe ipſos tueantur, & parere inobedientes compellant. *Clem. 2. §. ult. de hæret. Ariſt. 7. Polit. cap.* 8.

9 Poſſunt quoque invocare auxilium quorumcunq. Principum, & Magiſtratuũ;

10 Et tranere teſtes ultra duas dietas;

11 Et quoſcunque Judices compellere, ut ad ſe mittant acta contra hæreticos facta. *c. præſidentes. c. ut officium. §. deniq; c. ut commiſſi. de hæret. lib.6. c. cum Bertoldus de re judicata.*

12 Poſſunt & inquirere, & jus dicere in qualibet parte Provinciæ ſibi commiſſæ. *c. ut officium de hæreti. lib.6.*

13 Poſſunt punire quoſcunque ſibi reſiſtentes, vel injuriam inferentes. *c. 1. de pœnis lib.6.*

14 Poſſunt vices ſuas aliis committere, ac delegare, ſi modò ſint valetudinarij, aut alia re juſtè impediti. *Clem. 1. §. porrò Clemen. 2. de hæretic.*

15 Demum procedere poſſunt contra quoſcunque apoſtatas, & hæreticos cujuſcunque ordinis, dignitatis, aut conditionis fuerint, nullo privilegio in hoc negotio illis ſuffragante. *c. ſicut. c. ad abolendam. §. ultimo de hæreticis.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ de Catholicis Inſtitutionibus tit. 34. habet Auctor, & quæ ibidem notavi nu. 1. & ſeq.

De his, quæ facere nequeunt Inquiſitores. Titulus VIII.

SUMMARIUM.

1 *Inquiſitores non valent contra Epiſcopos, Nuncios Apoſtolicæ Sedis, cæteroſq; ſuperiores prælatos inquirere, niſi Papa id ſpecialiter commiſerit.*
2 *Poſſunt tamẽ teſtes contra eos examinare.*
3 *Judices poſſunt adverſus exemptos à ſua juriſdictione delinquentes examinare teſtes, & crimen ſuperiori referre.*
4 *Inquiſitores ſine Epiſcopo Reos torquere nequeunt, neque ſententias proferre.*
5 *Inquiſitores non poſſunt pecuniã extorquere, aliàs in excõmunicationem incidunt.*
6 *Inquiſitores contra uſurarios inquirere non poſſunt; fallit tamen.*
7 *Inquiſitores adverſus ſortilegos perquirere nequeunt.*
8 *Excipe ſi credat ſortilegus aliquid divinum in ſorte latere.*
9 *Inquiſitores non inquirunt contra divinatores, ut vulgus appellat. fallit tamẽ.*
10 *Inquiſitores non cognoſcunt de levibus ſuperſtitionibus.*
11 *Inquiſitores adverſus eos, qui magicas artes exercent, inquirere valent.*
12 *Inquiſitores non cognoſcent de factis etiã horrendis; ſed fallet tamen.*

De his, quæ facere nequeunt Inquiſitores.

1 Contra Epiſcopos, & ſuperiores Prælatos inquirere non poſſunt Inquiſitores, neque adverſus Nuncios Apoſtolicæ ſedis, niſi Papa id ſpecialiter commiſerit, *c. Inquiſitores de hæret. lib. 6. extravag. cum Matthæus eodem titulo.*

2 Poterunt nihilominus teſtes examinare, ut ad Sedem Apoſtolicam illorum crimina referant; nec enim alio modo meliùs ſcire, & invenire poſſunt, eos eſſe hæreti-

reticos, vel ſuſpectos, ut id Papæ ſignificent: quod prædictis conſtitutionibus permiſſum eſt.

3 Adde quòd id ipſum facere licet aliis judicibus contra quoslibet exemptos à ſua juriſdictione. *l.* 1. *C. de exhib. reis l. Divus ff. de cuſto. reo. l.* 3. *de re. milit. l. ne quid. de incen. rui. naufra.*

4 Ad hæc Inquiſitores ſine Epiſcopo ordinario Reos torquere nequeunt, neque ſententias proferre, *Clem.* 1. *§. duro de hær.*

5 Nec poſſunt pecuniam extorquere ratione harum cauſarum; quòd ſi ſecus fecerint, in excommunicationem incurrunt, & officiis privandi ſunt. *Clem.* 1. *§. verum, & Clem.* 2. *de hæreti.*

6 Neque contra uſurarios inquirere poſſunt, niſi fortè illi credant licitas uſuras eſſe *c. accuſatus. §. de quæſtionibus. de hæreti. lib.* 6. *Clem.* 1. *§. ulti. de uſuris.*

7 Neque in ſortilegos perquirere queunt, niſi ſortilegia hæreſim ſaperent manifeſtè; videlicet, cum admiſceretur aliquid impium, & quod hæreſim præſeferat.

8 Vel cum crederet ſortilegus divinũ aliquid in ſorte latere, ſicuti Mahumerani, præcipuè piratæ, credere videntur. *c. accuſatus. §. ſanè, de hæreti. lib.* 6. *cap.* 1. 26. *quæſt.* 5. *c. illud* 26. *quæſt.* 2.

9 Neque de divinationibus Inquiſitores cognoſcere debent, niſi manifeſtè ſaperent hæreſim, id eſt, cùm divinatores ſacris rebus abuterentur, vel dæmonem adorarent, ut eis futura prædiceret: vel pactum cum eo facerent, credenres dæmonem futura præſcire: ea enim, & alia ejuſdem generis, vel hæretica ſunt, vel hæreſim ſapiunt; & qui talia perpetrant, facilè incidunt in infidelitatem. *c. accuſatus. §. ſanè. de hæreti. lib.* 6. *Alex. p.* 2. *qu.* 184.

10 De levibus quoq; ſuperſtitionibus cognoſcere non debent Inquiſitores.

11 Sed inquirere poſſunt in eos, qui magicas artes exercent, aliaque ſuperſtitioſa faciunt, & credunt, quæ manifeſtè ſapiunt hæreſim. Divus Cyprianus libro de duplici martyrio, *qui magicis*, inquit, *artibus utuntur, taciti Chriſtum abnegant, dum cum dæmonibus habent fœdus.*

12 Poſtremò cùm hæreſis error ſit in fidem Catholicam, facta etiam horrenda non ſunt hæreſes: quamobrem de eis cognoſcere nequeunt Inquiſitores, niſi manifeſtè ſapiant hæreſim, hoc eſt, cùm facta ipſa præſeferunt hæreſim: ut baptizare imagines, præſefert quòd ſunt capaces ejus Sacramenti: baptizare ſcienter puerum jàm batizatum, præſefert baptiſma iterùm conferri poſſe; atque id genus alia. *gloſ.* & interpretes *in c. accuſatus. §. ſanè. de hæreti. lib.* 6. *Oldra. conſ.* 210. *Sylveſter in ſumma, verbo Hæreſis* 2.

ANNOTATIONES.

Vide quæ de Cathol. Inſtitut. ſcripſit Auctor tit. 34. 66. 62. 21. 63. Et quæ ad eoſdem titulos adnotavi.

De Blaſphemis. Titulus IX.

SUMMARIUM.

1 *Nquiſitores non ſolent in blaſphemos procedere; fallit tamen.*
2 *Blaſphemia quæ ſit.*
3 *Blaſphemi qua pœna afficiantur.*

De Blaſphemis.

1 IN Blaſphemos non ſolent Inquiſitores procedere, niſi blaſphemiæ ſapiant hæreſim: quales multæ ſunt, quibus Deo negatur poteſtas, aut ſanctitas Sanctis, aut Sacratiſſimæ Virgini magna irrogatur iniuria; tunc enim Inquiſitores Hiſpaniæ blaſphemos ſeveriſſimè punire ſolent: idq; juſtiſſimè.

2 Blaſphemia quidem convicium eſt, & ſacrilegium contra honorem debitum Deo, & Sanctis ejus; itaq; jure puniri poteſt à judicibus violatæ religionis. Pœna verò ejus pro circunſtantiis verborum, perſonarum, & temporũ conſtituenda eſt. *Blaſphemia quid.*

3 Solenrq; impii blaſphemi, ſi viliores ſint, flagellis cædi, & ad remos damnari: nobiliores autem, publica pœnitentia impoſi-

poſita, in monaſteria detrudi, pœnis pecuniariis coerceri. *c. 2. de maledict. c. ſi quis per capillum 22. quaeſt. 2. c. ſi is qui. 23. quaeſt. 4.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ de Catholicis Inſtitutionibus tit. 8. docuit Auctor, & quæ ibidem adnotavi *nu. 1. & ſeq.*

De effractoribus imaginum. Tit. X.

SUMMARIUM.

1 *Crucem, aut imagines Sacras frangens, aut conſpurcans qualiter puniendus.*

De effractoribus imaginum.

1 Adverſus eos, qui Crucem, aut ſacras imagines frangunt, conſpurcant, violant, aut quoquomodo eis manus ſacrilegas afferunt, perquirere poſſunt Inquiſitores; quia vehementer ſuſpecti ſunt de hæreſi jàm olim damnata, & his temporibus ab impiis renovata contra imagines Sanctorũ, & earum venerationem.

2 Puniendi autem ſunt ſacrilegi iſti arbitrio judicum pro criminis qualitate, interdum (ut ait lex) dura, & ultrice ſententia, & propter præſumptionem hæreſis inquirent præterea in eos, ut contra vehementèr ſuſpectos. *c. 2. §. ultimo de offic. ordin. lib. 6.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ de Catholicis Inſtitutionibus tit. 33. ſcripſit Auctor, & ibidem notata *nu. 1. & ſequen.*

De Lamiis. Titulus XI.

SUMMARIUM.

1 *Lamiæ, ſive ſtriges quæ.*
2 *Lamiæ plecti debent.*
3 *Dæmonum illuſiones non ſemper eſſe, quas maleficæ patiuntur.*
4 *Lamiæ cum Dæmonibus paciſcuntur, multaq; mala inferunt.*

De Lamiis.

1 Lamiæ, ſive ſtriges appellari ſolent mulieres quædam maleficæ, quæ multis nocere ſolent.

2 De his dubitari poteſt, an ab Inquiſitoribus puniri queant? & cum dæmones adorent, & fœdus cum eis faciant, quin etiam cum fidem Catholicam abnegare ſoleant, dubitabile non eſt, quin contra illas inquirere poſſint; & bene faciunt Inquiſitores Hiſpaniæ contra eas procedentes; quia vel apoſtatæ ſunt, vel ea perpetrant, quæ manifeſtè ſapiunt hæreſim, ut inquit *Sylveſt. lib. 3. de ſtrig. magarum, & dæmonum admirandis, cap. 1.*

Itaque inquiretur in Lamias, ut contra hæreticos, aut vehementer ſuſpectos procedi ſolet; quòd ſi propriis confeſſionibus, aut juſtis probationibus convictæ fuerint, prout earum culpa expoſtulaverit, ſtatuendum erit. *l. reſpiciend. ff. de pœn.*

3 Dixerit fortaſſe quiſpiam, illuſiones dæmonum eſſe, quas maleficæ iſtæ patiuntur, ac proindè fidem illis non eſſe adhibendam; cui reſpondetur primò non ſemper eſſe inſomnia, & illuſiones, ſed interdum revera ita evenire, ut ab eis narrari ſolet, quemadmodum Turrecremata, Joannes Mair., Caſtrus, Victoria, ac innumerabiles alii tradunt: quod quidem tot experimentis compertum eſt, ut id negare, inſanire ſit, ut inquit *Sylveſter opere prænotato, lib. 1. cap. 14.*

4 De-

4 Deinde pleraque iſtarum facinora perpetrantur a vigilantibus, ut pacta cum dæmone, infanticidia, & alia damna, in quibus eis debet fides adhiberi, ſicuti aliis Reis confitentibus. Quinimo contra ſe ipſas credendum eis eſſe videtur, quamvis de his teſtificentur, quæ ſomno ſepultis evenire ſolent; nàm & antea præmeditantur, & ab eis poſtea ratificantur; & in criminibus ratihabitio quoq; locum habet. *c. cum quis de ſentent. excommunic. lib. 6. c. teſtamentum diſtin. 6.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ de Catholicis Inſtitutionibus tit. 57. docuit Auctor, & ibidem notata nu. 1. *& ſequen.*

De Nefariis nuptiis. Titulus XII.

SUMMARIUM.

1 *Monachus, qui poſt ſolennem profeſſionem contraxit matrimonium, ſuſpectus eſt de hæreſi.*
2 *Qualis ſit hujus pœna.*
3 *Clerici, qui, ordine ſacro ſuſcepto, uxores duxerint, puniendi ſunt, & quomodo.*
4 *Mahumetani converſi ad fidem Catholicam, ſi deinde duas habeant uxores, puniri debent.*
5 *Uxores duas habentes puniuntur, & in eos Inquiſitores in Hiſpania inquirunt.*

De Nefariis nuptiis.

1 Contra Monachum, qui poſt ſolennem profeſſionem contraxit matrimonium, ſemper Inquiſitores procedere poſſunt, rejecta multorum opinione diſtinguentium inter occultum, & publicum matrimonium; ea enim opinio ratione caret, & à nobis iam pridem confutata eſt; nam utroque caſu eſt Monachus vehementer ſuſpectus de hæreſi eorum, qui tales nefarias nuptias verbis, & factis approbarunt.

2 Ejus autem pœna pro qualitate criminis arbitrio judicum conſtituenda eſt; & infelix Monachus à conjunctione fœda ſeparandus, & ad monaſterium trahendus eſt, ut injunctam pœnitentiam peragat. 2. *Conc. Turon. cano. 11. c. impudic. c. ſi quis ſacro. c. Monacho. c. & quia 27. q. 1.*

3 Contra Clericos, qui ordine ſacro ſuſcepto, uxores duxerint, eodem modo ab eiſdem judicibus inquiri poteſt; & omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico privandi, & ab ordine, & miniſterio arcendi, & aliis juſtis pœnis coercendi ſunt. *c. 1. de Cleri. conjug. c. decernimus. c. presbyter. c. presbyterum 28. diſtinct. c. ſi quis à modo cum ſequen. 81. diſtinct. c. diaconus 27. diſtinct. c. eos. 32. diſtinct. Clem. 1. de conſangu. & affi. 9. ſynodo generali cano. 6. Conc. 8. Toleta. cano. 7.*

4 Contra converſos ex Mahumetanis, qui ſimul duas uxores habent, juſtè quoque inquiri poteſt; quia hoc ipſo videntur ad ſuam, vel parentum ſectam redire.

5 Pluſculum dubitationis habet, an in alios quoſcunque crimen hoc perpetrantes; perquirere poſſint Inquiſitores: quia manifeſta eſt cauſa libidinis, propter quam id faciunt. Sed in Hiſpania jam diu receptum eſt, ut in iſtos quoque inquirant, quaſi malè de Sacramento matrimonii ſentiant, eo impiè abutentes; & hæc multorum opinio fuit *in c. ad abolendam de hæreticis, & in c. accuſatus. eodem tit. lib. 6.* & alibi ſępe.

6 Eos verò convictos punire ſolent pro perſonarum, & criminum qualitate: plebejos flagellis cæſos ad remos damnãt: honeſtiores autem aliis juſtis pœnis coercent. *§. item lex julia de adulteriis, inſtit. de publi. judi.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ de Cath. Inſtitut. tit. 40. ſcripſit Auctor, & ibidem notata *nu. 1. & ſequen.*

De Credentibus. Titulus XIII.

SUMMARIUM.

1 HÆretici ſunt, qui hæreticis credunt, eorumque probant errores.
2 Hæretici quando non dicantur, licèt credant aliquam hæreſim. ibid.
3 Hæreticis credentes generaliter, quamvis nullam ſpecialem hæreſim credant, puniri tamen debent.

De Credentibus.

1 QVidam ſunt, qui credunt hæreticis, & eorum errores approbant; & hi planè hæretici ſunt. Alii credunt aliquam hęreſim, cujus contrariam veritatem explicata fide ſcire non tenebantur.

2 Et hi, ſi pertinacia careant, hæretici non ſunt, de his loquens Divus Auguſtinus in Exordio libri de utilitate credendi: *Credens*, inquit, *hæreticis, eſt homo imaginatione quadam veritatis, ac pietatis illuſus c. dixit Apoſtolus*, 24. *quæſt.* 3. *c.* 1. 29. *quæſt.* 1. *Leo Magnus ſermone* 4. *de Epiphania Domini*.

3 Alii credunt hæreticis generalitèr; etiam ſi ſciverint eos hæreticos eſſe; & hi, quamvis nullam ſpecialem hæreſim credant, puniri poſſunt ut vehementer ſuſpecti; & eò ipſo incidunt in excommunicationis ſententiam, & in alias pœnas jure ſtatutas. *c. excommunicamus. §. credentes de hæreti. Paludanus in lib.* 4. *ſent. diſt.* 13. *quæſt.* 3. *Alfon. Caſtr. lib.* 1. *de juſta. hæretic. punitio. cap.* 17.

ANNOTATIONES.

Vide quæ tradit de Cathol. Inſtitut. tit. 15. & ibidem notata *num.* 1. *& ſequen.*

De Defenſoribus. Titulus XIV.

SUMMARIUM.

1 DEfenſores hæreticorum, an & quando puniantur, & nu. 2. 3.
4 Advocatus, qui ſciens defendit hæreticos, eſt infamis, punirique debet.
5 Quemadmodum Notarius, qui illis conficit inſtrumenta.
Principes defendentes hęreticos, excommunicati ſunt, & pertinaces dignitatibus & bonis privandi ſunt.

De Defenſoribus.

1 DEfenſores quoque hæreticorum non ſemper in eadem cauſa ſunt; quidam enim defendunt hæreticos, & eorum errores: & hi quidem non ſolùm hæretici ſunt; ſed ipſis hæreticis deteriores. *c. qui aliorum*, 24. *q.* 3. *c. qui conſentit*, 11. *q.* 3.

2 Alii defendunt hæreticos, ignorãtes eos hæreticos eſſe; atque hi puniri non debent ab Inquiſitoribus, niſi fortè officium eorum ſua defenſione impediant. *c. accuſatus. §. ulti. de hæret. lib.* 6.

3 Alii defendunt hæreticos ipſos, & non eorum errores; ſed nihilominus ſuſpectiſſimi ſunt; nàm hoc ipſo planè oſtendunt, ſibi non omninò diſplicere hoſtes Eccleſiæ; & amicus inimici alicujus ſolet eſſe inimicus illius; jure igitur ab Inquiſitoribus puniendi ſunt. *c. excommunicamus §. credentes de hęreti. Brunus lib.* 5. *de hæreti. cap.* 15.

4 Advocatus, qui ſciens defendit hæreticos, & notarius, qui conficit illis inſtrumenta, infames ſunt, & punitione digni.

5 Et qui hæreticos in ſua juriſdictione defendit, excommunicandus eſt; quòd ſi pertinax fuerit, officiis, dignitatibus, & ſuis etiam bonis privandus, & in exilium eſt mittendus, ut Hiſpanis, & Siculis conſtitutionibus ſancitum eſt. *c. ſi adverſus de hęret. Regia. l. ult. tit. 26. par. 7. conſtit. Siciliæ 2.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ tit. 15. de Catholicis Inſtitutionib. habet Auctor, & ibidem notata nu. 8. *& ſeq.*

De Fautoribus. Titulus XV.

SUMMARIUM.

1 *Fautores hęreticorum puniuntur.*
2 *Fautores qui dicantur.*
3 *Judices, & magiſtratus ex ſola omiſſione ſi hęreticos comprehendere noluerint, cenſentur eorum fautores; non ſic privati homines.*

De Fautoribus.

1 Fautores hæreticorum parũ à defenſoribus diſtant; itaque eodem jure utriq; cenſendi ſunt; de his verò illud accipi poteſt, quod libro 2. Paralipomenon. cap. 19. ſcribitur: *Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum amicitia jungeris; idcircò iram Domini mereris.*

2 Fautores autem ſunt qui quolibet modo favent hæreticis: ideſt verbis, vel factis, conſilio, pecunia, vel alia re. *Cardinalis Hiſpanus 2. p. de Eccl. lib. 4. cap. 21.*

3 Aliter cenſentur fautores ii, qui magiſtratus gerunt, aliter homines privati; nam ex omiſſione ſola Magiſtratus cenſentur fautores, ſi hæreticos comprehendere noluerunt, cùm id facere poſſent; quia non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ qui manifeſto facinori deſinit obvjare; privati verò ex omiſſione non tenentur, niſi vel ipſi officiales quoque ſint, vel judicibus in hoc non paruerint. *c. qui poteſt. 23. q. 3. c. negligere 2. q. 7. Godofredus in l. quicunq; C. de hęreticis.*

ANNOTATIONES.

Recole eundem tit. 15. de Cathol. Inſtit. & ibidem notata *num. 11. 12. & 13.*

De Receptatoribus. Titulus XVI.

SUMMARIUM.

1 *Receptatores, & occultores hæreticorum puniuntur eadem pœna, qua fautores.*
2 *Receptorum omnium non eſt æqualis culpa.*
3 *Receptans hæreticum ignoranter, aut coactè, non eſt puniendus.*
4 *Receptanti hæreticum ignoranter, ſeu ſic dicenti, an incumbat onus probandi ignorantiam.*
5 *Ignorantia in facto alieno præſumitur, & Scientiam allegans, illam probare debet.*
6 *Delictum in dubio non pręſumitur.*
7 *Receptans hęreticum licèt conſanguineũ, non eſt prorsùs innocens, ſed vide num. ſeq.*
8 *Uxor receptans maritum, & filius receptans patrem hęreticum, vel frater fratrem, an teneantur.*

De Receptatoribus.

1 OCcultatores hæreticorum jure Pontificio eadem pęna coercentur, qua fautores; quia recipiunt hæreticós, atq; illis favent; ſed legibus Regiis ſeverius puniuntur, & meritò; nàm qui Reum occultat, particeps criminis eſſe cenſetur; & ſicuti contra receptatores Plato lib. 12. de legib. inquit: *Quem civitas ſibi hoſtem decreverit, eundem ſibi quiſque hoſtem æſtimare debet. l. 1. & 2. ff. de recepta.*

2 Multi Juriſperiti ajunt receptatorem tanquàm hæreticum eſſe puniendum; ſed eorum opinio jure non probatur; nec receptorum omnium æqualis eſt culpa; rectè igitur Inquiſitorum arbitrio ſecundum criminis qualitatem erit & pœnarum modus. *Levit.* 24.

3 Qui verò hæreticum recipit, ignorans eum hæreticum eſſe, aut vi coactus; quia culpa caret, puniendus non eſt. *l. 1. C. de deſerto. & occultato. lib. 12. l. 3. ff de incen. rui. & naufra. Bar. in l. 1. §. ulti. ff. de recepta.*

4 Quidam putant incumbere occultatori onus probandi ignorantiam, quorum opinio tunc vera eſt, cum fuerit contra eum præſumptio, ut erit, ſi notum vulgo erat illum hæreticum eſſe; vel ex amicitia, conſanguinitate, vel ex aliis circunſtantiis prçſumatur occultatoris ſcientia. *l. ſed & ſi pupillus. §. de quo palam. ff. de inſtito. c. cum oporteat. de accu. l. ſi. vicinis. C. de nupt. l. Octavi. ff. unde cognati.*

5 Alioquin præſumitur quiſque aliorum facta ignorare: & qui ſcientiam allegat, illam probare debet; atque eò magis in hæreſi, quæ occulta eſſe ſolet, aut momento proferri, & verba emiſſa citò volant, & ad paucorum aures perveniunt.

6 Et in dubio crimen præſumendum non eſt. *l. verius. ff. de probat. l. merito. ff. pro ſocio.*

7 Non ſunt prorſus innocentes qui conſanguineos hæreticos ſcientes occultant; nulla enim cognatio præferenda eſt religioni. *c. legi 33. qu. 8. c. ſi infidelis 28. q. 1. glo. in dicto. §. credentes.*

8 Veruntamen quia nihil humanum alienum a nobis eſſe debet, & quia lex ipſa inquit, non eſſe par eorum delictum, & illorum, qui nihil ad ſe pertinentes recipiunt; & quia credendi ſunt occultaſſe non tanquam hæreticos, ſed ut conſanguineos: hæc eſt enim cauſa naturalis, & honeſtior; multò quidem humanius cum illis agendum eſt; præſertim ſi filius patrem, uxor maritum, aut frater occultavit fratrem. *l. ultim. ff. de receptato. l. qui cum uno. §. ultimo. de re milita. l. 3. ff. de tutelis.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 15. qui ſupra de Cathol. Inſtit., & ibi notata *num.* 14. *& ſequen.*

De Judæis. Titulus XVII.

SUMMARIUM.

1 *IUdæi non ſunt ab Inquiſitoribus inquirendi.*

2 *Oldradi ſententia exploſa.*

Judæi an poſſint à vindicibus hæreticæ pravitatis inquiri, quando in vetus teſtamentum errant, aut puerum Chriſtianum circumcidunt. ibid.

3 *Judæus Chriſtianam profeſſus religionem, ſi ad Judaiſmum redierit, puniendus ut hæreticus eſt.*

4 *Judæi eam ſolent impendere retributionem, quam mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu.*

5 *Judæi ſolent uſuris, & malis artibus ſpoliare Chriſtianos, & civitates inficere.*

Judæi expulſi ab Hiſpania. ibid.

De Judæis.

1 Adverſus Judæos inquirere nequeunt vindices hæreticæ pravitatis; tum quia nón eſt data illis juriſdictio contra illos, tum etiã, quia de his, qui foris ſunt, nihil ad nos attinet judicare. *1. Cor. 5. c. multi. 2. q. 1. c. gaudeamus, de divort.*

2 Nec audiendi quidam, quorum eſt Oldradus, exiſtimantes Eccleſiæ judices inquirere poſſe contra Judæos, quando illi errant in vetus Teſtamentum, aut Chriſtianum puerum circuncidunt, aut in Judaiſmum inducunt; ſed cùm hæretici non ſint, quid noſtra refert, utrum errent contra leges Moyſis, cum omnimodò foris ſint? aliorum verò criminum punitio ad ſeculares judices pertinet; excepto ſi quid Inquiſitoribus eſt commiſſum conſtitutione quadam Nicolai IV., cujus exemplum extat in directorio Inquiſitorum. *Oldr. conſ. 36. Brunus lib. 4. de haret. cap. 2.*

3 Quòd ſi Judæus Chriſtianam religionem profeſſus, ut canis ad vomitum ad Judaicam ſuperſtitionem redierit, ab Inquiſitoribus, ut alius qui vis apoſtata, vel hæreticus puniendus eſt. *c. contra Chriſtianos, de haret. lib. 6.*

4 Eam retributionem Judęi ſolent impendere, quam mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu ſuis conſueverunt hoſpitibus exhibere, ſicut *Innocent. III.* ſcripſit.

5 Solent enim Judæi uſuris, & malis artibus ſpoliare Chriſtianos, & civitates inficere. Quamobrem à Regibus noſtris verè Catholicis jam olim Judæi ad Hiſpania expulſi ſunt; cujus ejectionis eleganter meminit *Joannes Picus lib. 5. adverſus Aſtrologos cap. 12.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 35. de Cathol. Inſtitutionib. & ibi notata *num. 1. & ſequen.*

De Mahumetanis. Titulus XVIII.

SUMMARIUM.

1 *Mahumetanam ad ſectam illam beſtialem ſi Chriſtianus tranſierit, ut infidelis ſeveriſſimè puniendus eſt.*

2 *Mahumetanorum ex progenie licèt innumerabiles ferè in Hiſpania extent, tamen quotidie legitimis pœnis coercentur.*

3 *Hiſpania Regnum pietate, & religione laudatur.*

De Mahumetanis.

1 Quæ de Judæis dixi, eadem ferè omnia de Mahumetanis, Mauris, atque Turcis, accipienda ſunt; quòd ſi Chriſtianus aliquis ad iſtorum ſectam beſtialem tranſiſſe convictus fuerit, ut apoſtata infidelis ſeveriſſimè puniendus eſt. *c. contra Chriſtianos de hæreti. lib. 6.*

2 Tametſi autem ex Mahumetanorum progenie innumerabiles ferè in Hiſpania extent; ſacroſancto tamen Inquiſitionis officio cum cœteris hæreticis, & apoſtatis quotidie coercentur.

3 Quo nomine ab exteris etiam jure laudamur; & ut alios prætereã, Hoſius ille doctrina, & pietate percelebris, lib. 3. adverſus prologomena Brentii: *Nullum*, inquit, *regnum eſt noſtro hoc infelici ſeculo magis ab hæreſibus intactum, quàm ſit, vel hoc ſolo nomine feliciſſimum Hiſpaniarũ regnum, cui propter hanc in fide Catholica conſtantiam, & ejus tuendæ diligentiam, alias prætereà multas felicitates Deus largitur.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 39. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibi notata nu. 1. *& ſeq.*

De Miniſtris Inquiſitorum. Tit. XIX.

SUMMARIUM.

1 *Inquiſitoribus dati ſunt miniſtri, ut eorum munus peragere poſſint.*

2 *Notarii Inquiſitorum, ſeu ſcribæ, non modò laici, ſed clerici etiam, & monachi eligi poſſunt.*

3 *Executores, ſeu apparitores pro comprehendendis Reis habent Inquiſitores.*

4 *Aſſeſſores Inquiſitorum viri probi, atque periti eſſe debent.*

De Miniſtris Inquiſitorum.

1 Hactenus de Reis, & criminibus, quorum cognitio ad Inquiſitores pertinet, multa curſim, breviterq; perſtringimus; cœterùm, quia ſoli judices nihil peragere poſſunt, ſed multis egent miniſtris; idcircò de illis quoque paucula dixerimus; tum quia ſolis Hiſpaniarum Inquiſitoribus plures miniſtri dati ſunt, tum etiam, quia in Catholicis noſtris inſtitutionibus plenius de his, aliiſq; omnibus diſputavimus.

2 Scribæ, ſivè ſecretarii ſunt in primis neceſſarii ad acta omnia ſcribenda, & ad has cauſas non laici modò, ſed & clerici, & monachi etiam ſacris ordinibus initiati eligi poſſunt. *c. ut officium. §. ad conſcribendas de haret. lib. 6.*

3 Executores quoque ſive apparitores omninò ſunt neceſſarii, ut Reos comprehendant, & alia Inquiſitorum juſſa exequantur, fruſtrà enim exercentur judicia, niſi ad finem perducantur, ut Ariſtotiles inquit *lib. 6. Politi. cap. 8. cap. 1. §. ult. de ſtatu regula lib. 6.*

4 Aſſeſſoribus prætereà opus eſt, qui ſint viri probi, & periti; hi jurare debent, arcana omnia ſe celaturos; & ſi quid eorum revelaverint, in ſententiam excommunicationis incurrunt. *c. ut commiſſi. §. advocandi. cap. ulti. de hareti. lib. 6.*

5 Sunt, & alii miniſtri Inquiſitorum in Hiſpania, videlicet Judex bonorum publicatorum, Cuſtos carceris, Janitores, & Promotor fiſcalis, de quo mox dicturi ſumus; & hi, cœterique omnes jurare debent, ſe fideliter officia geſturos, & alia ſervaturos, quæ jure, & inſtructionibus ſancti Officii ſancita ſunt. *Clem. 1. §. porrò de hareti.*

Si quis miniſtrum Inquiſitorum injuria affecerit, percuſſerit, occiderit; puniri poteſt ab Inquiſitoribus; & ſi qualitas criminis id poſtulare videatur, ſeculari Judici relinqui poteſt ſevera animadverſione coercendus, quemadmodum Leo X. conſtituit, & eo jure utimur. *Albertinus lib. de ſecret. num. 64.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 41. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibi notata nu. 1. *& ſeq.*

De Promotore fiſcali. Titulus XX.

SUMMARIUM.

1 *Promotoris fiſcalis munus, & diligentia.*

2 *Judicium ex tribus conſtare perſonis.*

De Promotore fiſcali.

1 CUm omnes, quę ſua ſunt, quærant, & vix privatim ſibi quiſq; ſufficiat; neceſſe eſt, ut Reipublicæ cura nominatim aliquibus committatur: & eò magis in fidei negotiis id perneceſſarium eſt; quia majus periculum verſatur in eis, & non ſunt quibuslibet permittenda.

2 Itaq;, ut judicium ex tribus conſtet, Judice, Accuſatore, & Reo: Promotore fiſcali opus eſt, viro Catholicæ, fidei zelatore, juriſperito, & qui virtute valeat irrumpere impietates; is Reos ad judices deferre, & eos accuſare debet, & fidei cauſas diligenter peragere. *c. forum, de verb. ſignifi.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 53. de Cathol. Inſtit. & ibi notata *num. 1. & ſequen.*

De Principibus, & rerum Dominis. Tit. XXI.

SUMMARIUM.

1 *PRincipes ſeculares auxilium præſtare Inquiſitoribus tenentur, aliàs excommunicantur, & poſt annum juriſdictione privantur, & nu. 4.*

2 *Principes pati non debere hæreticos in eorum Provinciis eſſe.*

3 *Imperator, & Reges non ſolùm ad Mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium, & veram pacem ſunt dati.*

5 *Principes, aliique Domini temporales officium Sanctæ Inquiſitionis nequaquam impedire debent; aliàs puniuntur.*

6 *Philippus Rex Catholicus juravit ſe non permiſſurum hæreticos in ſuis Regnis vivere.*

De Principibus, & rerum Dominis.

1 QUamvis Inquiſitores juriſdictionem habeant, & miniſtros; in Provinciis tamen Principum laicorum, officium ſuum facere nequeunt, niſi etiam Principes auxilientur eis. Quamobrem admonendi ſunt Principes ſeculares, ut in hoc auxilium præſtent; nam plurimùm ſua intereſt; non ſolùm pro temporalibus, ſed multò magis pro rebus æternis.

2 Hæretici quidem Rempublicam lædere vehementer ſolent, & Principes, qui eos hæreticos eſſe patiuntur, cogitare debent Deo ſe reddituros rationem; nàm ſivè augeatur pax, & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſivè ſolvatur; ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam permiſit Eccleſiam, ut *Iſidorus* inquit *lib. 4. de ſummo bono. cap. 53. c. principes 23. quæſt. 5.*

3 Leo Magnus ad Leonem Auguſtum, ita ſcribit: *Debes incunctanter advertere Regiam poteſtatem tibi, non ſolùm ad Mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam, ut auſus nefarios comprimendo, & quæ benè ſunt ſtatuta defendas, & veram pacem his, quæ ſunt turbata, reſtituas;* hæc ille *epiſtola 75.*

4 Quòd ſi Principes auxiliari noluerint Inquiſitoribus, excõmunicandi ſunt, & honore privandi, & poſt annum pertinaciæ Summus Pontifex debet ſibi ſubjectos ſolvere ab eorum juriſdictione, & illorum Provincias permittere Catholicis occupandas; quæ omnia utinam tàm facilè ad effectum perducerentur, quàm juſtè conſtituta ſunt. *c. ad abolendam. §. penult. c. excommunic. §. moneantur. de hæreti.*

5 Prætereà prohibitum eſt, ne domini temporales impediant officium Sanctę Inquiſitionis, nec de hæretica pravitate cognoſcant; ſi ſecus fecerint, ut in ſententiã excõmunicationis incurrant; quòd ſi per annum in contumacia perſtiterint, ut tanquam hæretici conſumati damnentur. *c.*

ut officium. §. ulti. c. ut Inquiſitiones in princip. & §. probibemus, de hęreti. lib. 6.

6 Atq; hæc quidem omnia non ſolùm confirmata ſunt legibus Regiis; ſed majoribus etiam pœnis ſancita. Quin etiam nono ab hinc anno Valdoliti coram omni Hiſpania Dominus meus Rex Philippus, retecto capite, magnâ cum religione, ac reverentia in manibus Ferdinandi Valdeſii Archiepiſcopi Hiſpalenſis generalis Inquiſitoris Hiſpaniæ juravit; ſe non permiſſurum hæreticos in ſuis regnis vivere, atque favorem ad eorum punitionem Inquiſitoribus præſtaturum, ſecundum formulam jurisjurandi, quam ego paulò ante confeceram:

7 Extat cânon tertius Concilii VI. Toletani, cujus hęc eſt ſententia. *Sanctū Concilium ſimul, & cum conſenſu Chriſtianiſſimi Principis, ſuorumque optimatum, illuſtriumq; virorum, banc Deo placituram ſententiam promulgavit: Si quis ſuccedentium temporum regni ſortitus fuerit apicem, non ante conſcendat regiam ſedem, quàm inter reliqua conditionum ſacramenta pollicitus fuerit nullum non Catbolicum permittere in ſuo regno degere. Si verò poſt quàm ad regni gubernacula acceſſerit, ipſe temerator hujus extiterit promiſſi, ſit anathema Maranatba in conſpectu ſempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni, ſimiliter, & omnes, qui cum eo conſenſerint.*

8 Quod jurisjurandum religioſiſſimi Principes, non ſolùm invjolatum ſervârunt; ſed multa præterea præclara pietatis exempla in dies edere nunquam deſinunt; ut meritò etiam nunc renovare poſſim, quod jam olim Claudianus cecinit:

» *Quid dignum memorare tuis Hiſpania terris*
Vox bumana valet? primò lavat æquore ſolem
India: tu feſſos exacta luce jugales
Proluis; inque tuo reſpirant ſidera fluctu.
Dives equis, frugum facilis, pretioſa metallis;
Principibus fœcunda piis.

9 Sed eò, undè digreſſi ſumus, revertamur; ſi fortè Principes in hæreſim lapſi fuerint (quod malum utinam nunquam eveniſſet) protinus vaſſalli, & ſubjecti ab eorum dominio, & juriſdictione liberantur; & à regno quidem ſunt expellendi; ne illis regnantibus, ruinæ ſubditorum fiant; itaq; meritò Scythæ Regem ſuum Syclem occiderunt propter externos ritus; quia ſacris externis initiatus erat: ſicuti *Herodotus in Melopomene* auctor eſt *c. ulti. de hæreti.*

A N N O T A T I O N E S.

Vide tit. 23. Cathol. Inſtitut. & ibi notata *nu. 1. & ſequen.*

De Inquiſitionis ordine. Titulus XXII.

S U M M A R I U M.

1 *Inquiſitores literas ſua juriſdictionis oſtendere tenentur.*
2 *Inquiſitores interdum generaliter, interdum ſpecialiter inquirunt.*
4 *Inquiſitio generalis per totam Provinciam ſit, nec opus eſt ut præcedat infamia.*
5 *Inquiſitores compellunt quoſcunque ut coram eis teſtimonium dicant.*
6 *Inquiſitio ſpecialis fieri non debet, niſi præcedente infamia. fall. tamen, ut nu. 7.*
8 *Famoſos ob libellos non debent Inquiſitores inquirere.*

De Inquiſitionis ordine.

1 VBi vindices hęreticę pravitatis, & juriſdictionem, & miniſtros, & auxilium, atque favorem habuerint; in primis literas ſuę juriſdictionis oſtendere debēt judicibus Eccleſiaſticis, & Secularibus, ut omnibus conſtet eos judices legitimos eſſe. *c. cum in jure de offi. delega. l. 1. C. de manda. princip.*

2 Deinde voce præconis convocare debent Clerum, & Populum, ut certo die

feſto

feſto conveniant in majorem Eccleſiam, ubi concio habenda eſt, in qua declaratur juriſdictio Inquiſitorum, & quamobrem miſſi fuerint,& utilitas,ac neceſſitas ſacroſancti hujus officii; & concione peracta,jurare debent omnes, præcipuè judices ſeculares, quòd auxilium, & favorem præſtabunt Sanctæ Inquiſitioni; quemadmodum Hiſpaniæ inſtructionibus plenius cõtinetur. *c. ut commiſſi. §. convocandi de hæreti. lib.6. c. excommunicamus. §. moneantur. eodem titulo.*

3 Ad hæc, ut Inquiſitores officium ſuum faciant, inquirere debent in hæreticos, & cœteros impios; quod interdum generaliter, non nunquam ſpecialiter facere debent. Generaliter autem inquirunt propoſitis edictis, quibus moneant, & præcipiant, ut quicunque ſciverit, vel audierit, aliquos hæreticos eſſe, aut quidpiam dictum eſſe,vel factum contra legem Evangelicam, vel fidem Catholicam; id ſecretò Inquiſitoribus indicet,excommunicationis pœna in occultatores impoſita.

4 Hæc autem Inquiſitio generalis per totam Provinciam fieri debet, nec ad eam opus eſt,ut antecedat infamia; quia fit judicis officio ad publicam utilitatem.

5 Et Inquiſitores compellere poſſunt quoſcunque, ut coram eis de his criminibus teſtimonium perhibeant. *c. excommunicamus. §. adiicimus, & §. ulti. de hæreti.*

6 Alia verò ſpecialis inquiſitio contra certas perſonas fieri non debet, niſi præcedente infamia, quæ vicem accuſatoris ſuppleat; alioqui non levis irrogaretur injuria homini non infamato, ſi contra eum ſpecialiter inquireretur. *c. qualiter. de accuſat.*

7 Hoc tamen locum non habet, cùm extant indicia, & præſumptiones urgentes contra quempiam de hæreſi ſuſpectũ, quo caſu nulla ei fit injuria, ſi ſecretò de indiciis illis,& ſuſpicionibus cautè inquiratur. *c. excommunicamus. §. adiicimus de hære.* & ibi omnes interpræte. *c. ut officiũ in prin. eodem tit. lib. 6.* & illic *Domini. & Philip. Fran.*

8 Sed propter famoſos libellos occultè miſſos, vel projectos, non debent judices in quenquam inquirere, ne detur improbis anſa quoſcunq; voluerint infamandi; id quod Innocentius III. rectè prohibuit,& legibus civilibus vetitum eſt; quin etiam Trajanus Plinio reſcripſit, ſine auctore propoſiti libelli nullo crimine locũ habere debent; non & peſſimi exempli, nec noſtri ſeculi eſt. *c. inquiſitionis. §. 3. de accuſa. c. teſtes 3. qu. 9. l. 3. cum ſequen. de famo. libellis. C. Theodo.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 44. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibi notata nu. 1. *& ſeq.*

De Denunciatione. Titulus XXIII.

SUMMARIUM.

1 *Hæreticos etiam occultos tenemur indicare, ſeu magiſtratui ſignificare.*

2 *Platonis ſententia de prodendis impiis magiſtratui.*

6 *Correctio fraterna poteſt omitti cum hæreticis, & eos quam primùm Inquiſitoribus denunciare.*

7 *Denunciator cum aliis annumeratur Teſtibus.*

De Denunciatione.

1 OMnes Catholici tenentur indicare judicibus hæreticos, etiam occultos; quia hæreſis pernicioſa eſt univerſæ Reipublicæ, atque omnium plurimùm intereſt religionem eſſe inviolatam; idq; legibus Divinis jam olim ſancitum fuit. *Deut. 13. & 17.*

2 Unde fortaſſe Plato eam legem accepit, quam lib. 10. de legibus in hæc verba ſcripſit: *Si quis verbis, aut factis impius fuerit, is qui adeſt, deos defendat, & ad magiſtratus referat. Qui verò primi ex magiſtratibus audiverint, ad judiciũ ad hæc judican-*

dicanda deſignatum perducant ſecundum leges. Si verò Magiſtratus, qui audivit, hac nonfacit, ipſe impietatis reus ſit, ſi quis legum injuriam ulciſci volet.

3 Quòd ſi hęreticos accuſare tenemur, ut ſuo loco dixero, multò magis obligati ſumus eos judicibus indicare. Leo ille magnus ſermone 4. de collectis, inquit: *Manichaos ubicunq; latentes veſtris presbyteris publicate; magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum, & ipſum in eis, cui ſerviunt, diabolum debellare.*

4 Et idem Divus ſermone 4. de jejunio decimi menſis: *Illud quoque, dilectiſſimi, obſecrans moneo, ut ſi cui veſtrum innotuerit, ubi habitent haretici, ubi doceant, quos frequentent, & in quorum ſocietate requieſcant, noſtra ſolicitudini fideliter indicetis; quia parum prodeſt unicuique, quòd, protegente Spiritu Sancto, ab iſtis ipſe non capitur, ſi cùm alios capi intelligit, non movetur; contra communes hoſtes pro ſalute communi una cõmunis debet eſſe vigilantia, ne de alicujus membri vulnere, etiam alia poſſint membra corrumpi; & qui tales non prodendos putant, in judicio Chriſti inveniantur rei de ſilentio, etiamſi non contaminentur aſſenſu.*

5 Ergo hæretici occulti prodendi ſunt Inquiſitoribus, nulla quin etiam fraterna correctione antecedente; nec enim tàm directò in nos peccat hæreticus, quam in Deum, & Sanctam Eccleſiam; nec tàm frater Catholicorum, quàm hoſtis perniciosiſſimus eſt; poſtremò lege charitatis præferenda eſt vera religio famæ, ac vitæ impiorum. uterque *Thomas 2.2. quaſt. 33. & quaſt. 70.*

6 Nemo autem putet ſua correctione protinus hæreticos poſſe converti; perverſi etenim difficilè corriguntur, & hæretici ſe eſſe correctos facilè fingunt; & toties deceperunt corripientes, ut meritò Hiſpani doctiſſimi confirment, prætermiſſa correctione fraterna, hæreticos eſſe confeſtim Inquiſitoribus indicandos. *Bernardinus Arevalus lib. de fraterna correctione, concluſione 6. propoſit. 6. Albertinus lib. de ſecret. num. 82. Alfonſus à Caſtro lib. 2. de juſta hareti. punit. cap. 25. Sotus lib. de ratione tegendi ſecretum, membr. 2. quaſt. 4. Canus lib. 12. de locis Theolog. cap. 9.* *Eccl. 1.*

7 Index, quem denunciatorem vocant, aliis teſtibus annumerandus eſt; quia privatim nihil intereſt ejus hæreticum prodere, niſi publicè, ut unius è populo Chriſtiano: quo caſu integrum eſt indicis teſtimonium. *Abbas, & Feli. in c. in omni. de teſti. Alberti. lib. de ſecret. nu. 177.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 4. & 19. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibidem notata *nu. 1. 2. & ſequen.*

De propoſitionum qualitate. Tit. XXIV.

SUMMARIUM.

1 *THeologis committendum eſt, ſi de qualitate propoſitionũ ambigatur.*
2 *Propoſitio haretica dicitur, qua adverſatur Catholica fidei, & traditionibus Eccleſia. & nu. 3.*
4 *Propoſitio aliquando ſapit manifeſtam hęreſim, aliquando prima facie, & nu. 4.*
5 *Propoſitio erronea qua ſit, & quomodo ab haretica differat.*
6 *Propoſitio pias aures offendens qua ſit.*
7 *Propoſitio temeraria qua dicatur, qua ſcandaloſa, ſchiſmatica, & qua ſeditioſa, & nu. 8. 9. 10.*
11 *Propoſitio blaſphema qua dicatur, & quæ favens hareticis, & iniurioſa, & nu. 12. 13.*
14 *Propoſitio varias ſimul poteſt habere qualitates.*

De propoſitionum qualitate.

1 PEr Inquiſitionem, ſivè denunciationem receptis teſtimoniis, ſi de qualitate propoſitionũ ambigatur, Theologis committẽdum eſt, ut ſicut in ea ſcientia periti ſuam ſententiam de his qualitatibus proferant, & eorum juratorũ reſponſa ab eis ſubſcripta inſerenda ſunt actis proceſſus. *l. ſemel. C. de re milit. lib. 12. c. ult. de frigidis, & malef.*

2 Nec

2 Nec alienum erit, ab ipſis Theologis aliqua mutuari, & in hunc locum breviter, atque ſuccinctè transferre. Hæretica propoſitio eſt, quæ adverſatur in aliquo Catholicæ fidei, ideſt ſcripturis divinis rectè intellectis, vel traditionibus, ac diffinitionibus Eccleſiæ, vel Conciliis generalibus rectè congregatis in his, quæ ad fidem pertinent, vel diffinitionibus Sedis Apoſtolicæ, vel communi ſententiæ Sanctorum Doctorum; quemadmodum in Catholicis inſtitutionibus, ſuis in locis luculenter hac de re diſputavimus.

Hæretica propoſitio quæ.

3 Quidam putant, non eſſe propoſitionem hæreticam, niſi ab hæretico dicatur; ſed plerique ajunt, propoſitionem ipſam, quæ fidei contraria eſt, ſemper hæreticam eſſe, quamvis non ſemper ſit hæreticus qui proferat illam. Et hi mihi veriora dicere videntur. *Turrecremata lib. 4. de Eccleſia, par. 2. cap. 3. Adrianus in lib. 4. ſenten. quæſt. de confeſſione. Alfonſus lib. 1. de juſta hæreti. punit. cap. 1.*

4 Illa propoſitio ſapit manifeſtam hæreſim, quæ prima fronte præſefert hæreſim manifeſtam; vel ex qua, & quibuſdam veris, quæ nulla tergiverſatione negari poſſunt, ſequitur hæreſis manifeſta; illa verò ſapit hæreſim, quæ prima verborum ſignificatione, & prima facie ſenſum habet hæreticum, quamvis piè intellecta poſſit habere ſenſum Catholicum. *Gerſon in declaratione veritatum credendarum. Albius lib. 1. de primatu Petri. cap. 6. Albertinus lib. de agnoſcen. aſſertio. quæſt. 6. Alfonſus lib. 1. de juſta hæreti. punit. cap. 3.*

Quæ ſapiat hæreſim manifeſtam.

Quæ hæreſim.

5 Quid erronea propoſitio ſit, & quomodo ab hæretica differat, Theologi certant, & adhuc ſub judice lis eſt; eorum varias opiniones alibi retuli. Erronea quidem propoſitio minus ſignificare videtur quam hæretica; itaq; ea fortè eſt, quæ continet errorem contra veritatem aliquam, nondum planè ab Eccleſia definitam, vel obſcuram, & non omnibus manifeſtam.

Quæ nam propoſitio erronea.

6 Propoſitio malè ſonans, vel pias aures offendens ea eſt, quæ licèt nullum errorem fidei contrarium manifeſtè contineat, habet tamen neſcio quid abſonum, atque hæreſi affine, quod piis auribus malè ſonat.

Malè ſonans quæ.

7 Propoſitio temeraria eſt, quæ nulla gravi auctoritate, aut juſta ratione fulcita, temerè contra modeſtiam Eccleſiaſticam aliquid aſſerit.

Quænam temeraria.

8 Propoſitio ſcandaloſa eſt, quæ occaſionem ruinæ, & ſcandalum generat. *Scandaloſa.*

9 Propoſitio ſchiſmatica eſt, quæ diviſionem ab Eccleſia inducit. *Schiſmatica.*

10 Propoſitio ſeditioſa eſt, quæ cauſam ſeditionis in Eccleſia præbet. *Seditioſa.*

11 Propoſitio blaſphema eſt, quę Deo, vel ſanctis ejus iniuriam irrogat. *Blaſphema.*

12 Propoſitio favens hęreticis eſt, quę perſonis, aut erroribus hæreticorum quo quomodo favere videtur. *Hæreticis favens.*

13 Propoſitio iniurioſa eſt, quę alicui fidelium ſtatui, vel perſonæ, vel dignitati Eccleſiaſticæ iniuriam facit. *Iniurioſa.*

14 Nihil autem prohibet, eandem propoſitionem varias ſimul habere qualitates; quia non ejuſmodi ſunt, ut ſe invicem expellant, & concurrere nequeant.

A N N O T A T I O N E S.

Vide tit. 54. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibi notata *nu. 1. & ſequen.*

De Comprehendendis. Titulus XXV.

S U M M A R I U M.

1 *Carcerari debent hæretici, ubi judicibus viſum fuerit. & nu. 2.*
3 *Carcer ſolus pro crimine hæreſis vehementer infamat.*
4 *Epiſcopus ſine Inquiſitore, & è contrà, poteſt jubere, ut Rei hæreſis in carcerem coniiciantur.*
5 *Clerici non ſunt carceribus mancipandi, niſi adverſus eos duo, vel tres teſtes dixerint teſtimonium.*
6 *Hæreticus manifeſtus an à quocunq; comprehendi poſſit.*
7 *Bona hæretici ſequeſtranda ſunt eodem die, quo comprehenſus fuerit.*

De

1 Ubi ex teſtimoniis, & propoſitionum qualitate viſum fuerit Promotori fiſcali aliquos eſſe Reos hæreſis, petere debet ab Inquiſitoribus, ut jubeant eos comprehendi, ut carcere clauſi puniri queant. Inquiſitores autem cum conſultoribus, excuſſis informationibus, ſivè ſummariis probationibus, deliberare debent.

2 Quòd ſi comperierint, pluſquam dimidiis, ſivè pluſquam ſemiplenis probationibus Reos urgeri, & præmi; tunc decernere debent, & in acta referre, ut requirantur, & mittantur in carcerem.

3 Qua in re opus eſt magna prudentia; quia ſola captura pro crimine hæreſis vehementer infamat. *l.1. §.diligens.ff. de fer. fugi.l.1.de requi.reis. Gonſal.de hæret. q.11.*

4 Epiſcopus ſine Inquiſitore, & Inquiſitor ſine Epiſcopo poteſt jubere, ut Rei comprehendantur, & in carcerem coniiciantur, & ut vinciantur, ut expedire videbitur. *Clem. 1. de hæret.*

5 Presbyteri non ſunt comprehendendi, niſi adverſus eos duo, vel tres teſtes dixerint teſtimonium; quia nec accuſatio contra illos eſt recipienda, niſi ſub duobus, vel tribus teſtibus, ut Paulus Apoſtolus præcipit: & Beatus Thomas jus illud ſingulare eſſe ait in honorem presbyterorum. *1. Timo. 5.* & inibi *Tho. c. accuſatio. 2. quæſt. 7.*

6 Goffredus, Hoſtienſis, & Albericus putant, manifeſtum hæreticum à quocunque Catholico comprehendi poſſe; quia hoſtis communis eſt; ſed ea opinio periculoſa eſt; quia hæreticus ille ſe defendere poteſt; niſi fortè bellum fuerit indictum contra tales hæreticos, vel copia judicis deſit, & hæreticus ſit fugitivus. *l. non eſt ſingulis de regu. juris l.ait prætor. §. ſi debitorem. quæ in frau. credito.*

8 Cùm Reus comprehenditur, eodem die fieri debet ſequeſtratio bonorum illius, ne abſcondantur, vel ſurripiantur; & ut ex eis Reo alimenta præſtentur; & quæ ſervari non poſſunt, vendenda publicè ſunt. Alia multa ad rem pertinentia in Catholicis inſtitutionibus retuli. *l. ſi quis intra. C. de bon. damna. l. Ariſto. l. igitur. l. ait prætor. §. ult. ff. de jure deliberan.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ docet Auctor de Cathol. Inſtit. tit. 43. & tit. 16. nu. 1. 2. 3. 4. & 29. ibidemq; notata.

De cuſtodia Reorum. Titu. XXVI.

SUMMARIUM.

1 *Hæretici qualiter in carceribus cuſtodiendi ſint, forma deſcribitur. Carcer juxta criminum qualitatem datur, & magnis in criminibus ſic Rei cuſtodiuntur, ut nemo eum eis colloqui poſſit. ibid.*

2 *Carceris cuſtodes duo ſunt providendi, & num. 3.*

4 *Inquiſitores viſitare debent carceratos bis ſingulis menſibus.*

5 *Fugiens à carcere an videatur crimen fateri, & qualiter puniatur.*

De Cuſtodia Reorum.

1 Ad continendos Reos carcer neceſſarius eſt, ubi comprehenſi propter hæreſim ita cuſtodiendi ſunt, ut nemo cum eis colloqui poſſit: quod experientia compertum eſt, eſſe commodiſſimum. Et Plato ille divinus ante multa ſecula id expedire præſenſit; nam lib. 10. de legibus, inquit: *Impii ſecretis carceribus mediterraneis coerceantur, & nullus eum ipſis colloquatur, præter aliquos viros, qui admonentes ad ſalutem animæ colloquantur; cibum autem illis à judicibus præfinitum ſervi afferant.*

2 Duo ſunt eligendi cujuſcunque carceris hæreticorum cuſtodes, providi, induſtrii, & fideles; unus ab Epiſcopo, alter ab Inquiſitore, & quilibet eorum poteſt habere alium miniſtrum bonum, & fidum; & in quolibet conclavi duæ ſint claves

ves diverſæ, quarum alter unam, alter habear aliam. *Clem. 2. §. ſanè de hareti.*

3 Hi verò antequam officium ſuum faciant, jurabunt coram Epiſcopo, & Inquiſitore, quòd in cuſtodia reorum omnem diligentiam, & ſolicitudinem, quam poterunt, fideliter adhibebunt, & quòd alicui vincto nihil unus in ſecreto loquetur, quin hoc audiat alter cuſtos, & quòd alimenta ipſis fideliter, & integrè præbebũt; idem juramentum miniſtri cuſtodum præſtabunt. *Clem. 1. §. porrò de hareti.*

4 Inquiſitores viſitare debent vinctos bis ſingulis menſibus, ut in inſtructionibus continetur; lex verò civilis præcipiebat, ut octavo quoq; die productos Reos è cuſtodia judices viderent, & interrogarent, an eis humanitas per corruptos carceris cuſtodes negaretur. *l. 8. titul. 3. lib. 9. Theodoſ.*

5 Quamvìs autem opinio multorum ſit, quòd è carcere fugiens videatur crimẽ fateri, ea tamen jure non probatur; itaque pro perſonarum, & fugæ qualitate conſtituenda pœna eſt. ſolemus viliores pro effractione carceris flagellis cedere; nobiliores verò diligenrius cuſtoditos punire ſeveriùs; quòd ſi comprehendi nequeant, procedendum contra eos eſt, ut adverſus contumaces, & impœnitentes. *l. 1. ff. de effractori. l. in eos de cuſtod. reo. Igneus in l. 3. §. ſubvenitur ad Syllania.*

A N N O T A T I O N E S.

Vide eundem tit. 16. de Cathol. Inſtitut., & ibi notata *nu. 1. & ſeq.*

De interrogationibus. Titulus XXVII.

S U M M A R I U M.

1 C*arcerati poſt biduum, aut triduum interrogandi ſunt, & quomodo; & nu. 2. 3. & 4.*

2 *Interrogationes hareticis qualiter faciendæ, & nu. ſequentib.*

3 *Hæretici qualiter ſunt examinandi, & interrogandi. ibid. per totum.*

De interrogationibus.

1 POſteaquam Rei fuerint in carcerem conjecti, poſt biduum, vel triduum examinandi ſunt ab Inquiſitoribus, qui multa debent ab eis quærere, de parentibus, de educatione, de locis, in quibus commorati ſunt, de officiis, de præceptoribus, deque aliis omnibus, quæ quoquomodo ad rem facere poſſe videantur.

2 Sed multa ſimul interroganda non ſunt, ne Reus cum ſycophanta Plautino rectè dicere poſſit.

Multa ſimul
Rogitas, neſcio quid expediam potiſſimum,
ſinu ùnum, quicquid ſingillatim, & placidè
percunctabere, & meum nomen, & Mea facta, & itinera ego faxoſcias. in Trinummo.

3 Deindè quæretur ab eis, nunquid ſciant, vel ſuſpicentur, quam ob cauſam comprehenſi fuerint; & ſi quid fortè falſum, aut ſibi diſſonans, vel parum veriſimile dixerint, id illis prudenter obiiciendum eſt; omnia autem interrogata, reſpõſa, dictaq; judicum, atque Reorum à notariis præſcribenda ſunt.

4 Neque in inirio duntaxat actorum, ſed in tota etiam cauſa, ubicunque expedire videbitur, multis prudentibus interrogationibus Inquiſitores utentur. &, ut inquit Beatus Auguſtinus, *Diligens Inquiſitor, & ſubtilis inveſtigator, ſapienter, & quaſi aſtutè interroget à peccatore, quod forſitan ignorat, vel verecundia velit occultare: & varietates criminum non dubitet inveſtigare, & locum, & tempus, &c. c. 1. de pœn. d. 16. l. ubicunq; ff. de interro. act. c. ult. 30. quaſt. 5. c. judicet. 3. quaſt. 7.*

A N N O T A T I O N E S.

Vide quæ tradit Auctor de Cathol. Inſtitut. tit. 44. nu. 14. & 15. & ibidem notata.

De Monitionibus. Titulus XXVIII.

SUMMARIUM.

1 *REi admonendi ſunt ab Inquiſitoribus, & quomodo.*

2 *Monitiones faciendæ ſunt Reis, & quomodo, & quando, cum ſeq. nu.*

De Monitionibus.

1 ADmonendi ſunt ab Inquiſitoribus Rei, ut ſi quid ſenſerint, dixerint, commiſerint vè impium contra fidem Catholicam, & legem Evangelicam, id ſimpliciter, planè, ac verè fateantur; caveantq; ne contra ſeipſos, aut contra quempiam falſum pro teſtimonio dicant; quod ſi juſtè, ſicuti tenentur, fecerint, benignè cum eis agetur; alioqui audietur promotor fiſcalis, & fiet juſtitia.

2 Hæc autem admonitio fieri debet blandè, benevolè, & cum charitate, non aſperè, vel cum terrore, ne Rei metu judicum mendacia proferant.

3 Intra decem primos dies à captura Reorum tres monitiones faciendæ ſunt; eodem tenore trinis diebus ſolent & aliæ monitiones fieri ante publicationem teſtimoniorum, & ante ſententiam quæſtionis habendæ, & ubi judicibus expedire videtur; ſed tres illæ in primis neceſſariæ ſunt. *c. convenientibus 1. quæ. 7. actio. 3. Concilii Chalcedonenſis.*

ANNOTATIONES.

Vide à nu. 16. vſque ad num. 21. eundem tit. 44. de Cathol. Inſtit. & ibidem notata.

De Confeſſis. Titulus XXIX.

SUMMARIUM.

1 *COnfeſſus pro judicato habetur.*

2 *Confeſſio non omnis plenè prodeſt, vel nocet.*

3 *Confeſſioni non eſt ſtandum, cui natura repugnat.*

4 *Confeſſiones nõnumquam revocantur, & quando liceat vel ne. & num. ſeq. & num. 11.*

5 *Minor 25. ann. revocat confeſſionem, ſi læſus eſt.*

6 *Confeſſio erronea revocatur.*

7 *Confitens factum, ſed negans pravam intentionem, an audiendus ſit.*

8 *Hæreticus eſt defendens impias hæreticorum propoſitiones.*

9 *Torqueri plerunq; ſolent Rei in rebus dubiis, ut intentionem ſuam proferant.*

11 *Confeſſio non poteſt revocari poſt actam pœnitentiam.*

12 *Interrogari de participibus & ſociis poteſt quis in crimine hæreſis.*

13 *Socios debet de hæreſi inquiſitus indicare, etiam non interrogatus.*

14 *Leonis Papæ memorabile factum.*

De Confeſſis.

1 CUm vel interrogationibus, vel monitionibus Reus planè confitetur, peracta ejus cauſa eſt; nàm, ut Julius Paulus inquit: *Confeſſus pro judicato eſt; quia quodammodo ſua ſententia damnatur.* Unde illud Evangelii confeſſis Reis dici poterit: *Ex ore tuo te judico. Luca 19. l. 1. & l. 3. ff de confeſſ.*

2 Cœterum non omnis confeſſio plenè prodeſt, vel nocet; nam confeſſio generalis, & incerta, efficax non eſt ad integram probationem; urgeri tamen Reus debet, ut certum confiteatur. *l. certum. ff. de confeſſ.*

3 Nec

3 Nec ſtandum eſt confeſſionibus, quibus natura repugnat; nec eis, quæ veriſimiles non ſint. *l. confeſſionibus. l. ſi is. §. ult. ff. de interrogat. act. c. quia veriſimile, de præſumptio.*

4 Et quia nonnunquam Rei confeſſiones revocare ſolent; videndum eſt, an id illis facere liceat? Et quidem regula juris hoc vetat; nimis enim indignum eſt, ut quod ſua quiſque voce faſſus eſt; id revocet, ac ſibi ipſi adverſetur: & eò magis, quòd prima confeſſio ſolet eſſe jurata. *l. generali. C. de non num. pecu. l. 1. C. de confeſſ.*

5 Excipiuntur tamen ſpecies quędam, in quibus confeſſio revocari poteſt; nam minor viginti quinque annis, reſtitutione in integrum petita, ſi læſus fuerit injuſta confeſſione, eam revocare poterit. *l. certum. §. ult. ff. de confeſſ.*

6 Deinde qui per errorem aliquid confeſſus fuerit, errore poſito, id revocare poterit; non enim fatetur qui errat, ut inquit Ulpianus, & qui probabili errore deceptus eſt, poſtea plenius inſtructus retractare poteſt confeſſionem. *l. non fatetur. ff. de confeſſ. l. de ætate. §. ulti. de interroga. act. c. ulti. de confeſſ. l. unde Neratius. §. ult. ff. ad l. Aquil. l. 1. §. ſi quis ultrò. de quæſt.*

7 Quæri ſolet, an is, qui confitetur facta, ſed negat pravam intentionē, audiendus ſit? Et quidem in malis dictis, & factis, præſumitur malus animus; & nemo credendus eſt dixiſſe quod priùs non mente agitaverit; & cùm in verbis non eſt ambiguitas, non admittitur voluntatis quæſtio. *l. ſi non convitii. C. de injuriis. l. Labeo. ff. de ſuppele. lega. l. ille aut. ille. de legat. 3.*

8 Itaq; ſi quiſpiam ad ritus Judęorum, vel Mahumetanorum, vel hæreticorum tranſierit, ſi impias propoſitiones defenderit, aut ſi quid tale admiſerit, puniendus eſt ut hęreticus; quamvis recta intentione ſe id feciſſe juraverit. *c. contra Chriſtianos de hæret. lib. 6. cap. 1. de præſumpt.*

9 Sed quamvis hæc ita ſint, & intentio eius, qui præſumptionibus urgetur, jurejurando probari non queat; nonnunquā tamen probare aliqua veriſimilia Reus poterit, quibus ita confeſſionem criminis moderetur, ut crimen excludat. *c. vidua. de regulari. Bar. in l. inter omnes. §. rectè, de furtis, & in l. Aurelius. §. idem quæſiit. de libera. lega.*

10 Quòd ſi res dubia ſit, ad juris remedia deveniendum eſt, & plerumq; Rei torqueri ſolent, ut intentionem ſuam proferant: id quod nonnulli etiam tradiderunt. *Lanfran. in c. quoniam contrà, de probatio. parte, ſeu titulo Confeſſiones, & Boſſius tract. criminum, tit. de confeſſ.*

11 Qui verò poſt actam pœnitentiam publicam revocare voluerit ſuas confeſſiones, vel dixerit ſe injuſtè damnatum, puniri debet ut impœnitens, vel certè tanquam temerarius. *argu. l. famoſi. ff. ad leg. Juli. majeſta. l. ſi duo patroni. §. ulti. de jurejuran. Calder. conſil. 2. de hæreti.*

12 In crimine hæreſis Rei de ſe confeſſi debent de participibus interrogari; nam, ſi in aliis criminibus non ita Reipublicæ pernicioſis id facere licet; multò magis licebit in hæreſi; quod quidem a pluribus traditum uſu frequenti receptum eſt. *Bal. conſ. 95. lib. 5. Driod. lib. 1. de libertate Chriſtiana. Soto de ratione tegendi ſecretum, membr. 2. q 6.*

13 Quinetiam Rei non interrogati ſocios criminum indicare tenentur; alioqui non bona videri poterit eorum confeſſio. Divus quidem Hieronym. in cap. Job. 15. inquit: *Sapientes illi in Chriſto ſunt, qui ſatisfactione pœnitentiæ peccata ſua, vel errores hæreſeos, convertendo ſe ad Deum fideliter confitentur, & auctores vel criminum ſuorum, vel dogmatum manifeſtant.* Et Beatus Auguſtinus in ea epiſtola, quæ eſt ad Deuter. 74. *hæretico petenti pœnitentiæ locum, tunc credatur, ſi & alios, quos illic novit eſſe, manifeſtaverit nobis.*

14 Huc accedit memorabile illud exēplum, quod Proſper Aquitanicus in Chronico his ipſis verbis retulit: *Maximo II. & Paterno Conſulibus; plurimos Manichæos intra urbem latere diligentia Papæ Leonis innotuit: qui eos de ſecretis ſuis erutos, & oculis totius Eccleſiæ publicatos, omnes dogmatis ſui turpitudines, & damnare fecit, & prodere, incenſis eorum codicibus, quorum magnæ moles fuerant intercepta; quæ cura viro ſancto, divinitus (ut apparet) inſpirata, non ſolùm Romanæ urbi, ſed etiam univerſo orbi plurimùm profuit; ſi quidem confeſſionibus in urbe captorum, qui doctores eorum, qui Epiſcopi, quivè presbyteri, in quibus Provinciis, vel Civitatibus degerent, patefactum eſt; multique orientalium partium ſacerdotes induſtriam Apoſtolici Rectoris imitati ſunt.*

Geſtum Leonis memorabile.

Ppp AN-

ANNOTATIONES.

Vide tit. 13. de Catholicis Inſtitutionib. & ibidem notata *nu.* 1. *& ſeq.*

De Pertinacibus. Titulus XXX.

SUMMARIUM.

1 *Pertinacia, quæ ſit.*
2 *Pertinacia, quæ conſumatum facit hæreticum, non eſt ſola obſtinatio.*
3 *Scripturæ ſacræ auctoritas.*
4 *Pertinacia conſumata quando præſumatur. Et nu. ſeq. uſque ad* 8.
8 *Monitio legitima, quæ ſit. & nu. ſeq.*

De Pertinacibus.

1 QUIA non deſunt hæretici pertinaces, qui nullis monitionibus teſipiſcere volunt: quin etiam, quia pertinacia eſt hæreſis cõplementum; non erit alienum hoc loco, de pertinacia diſſerere. Quæ quidem nihil eſt aliud, quàm obſtinatio, aut pervicacia, qua quis in eo perſiſtit, quod tenere non debet; unde pertinax dicitur, qui in errore perſiſtit, quem dimittere tenetur, ut *Iſidorus* docet *lib.* 10. *ethymolo.*

2 Cœterum pertinacia, quæ conſumatum facit hæreticum, non eſt obſtinatio ſola, ut quidam exiſtimavit; ſed quilibet etiam verus conſenſus contrarius Catholicæ veritati cognitæ pertinacem hæreticum facit; hæreſis enim conſumatur errore intellectus cum conſenſu voluntatis; alioqui nemo hæreticus cenſeri poſſet, qui admonitus diceret ſe ab hæreſi recedere velle, quamvis conſtaret eum longo tempore in hæreſi perſtitiſſe.

3 Vera ergo ſententia magno Theologorum conſenſu recepta, ea eſt, quam ante dixi; cujus ratio teddi poteſt; quia Sacra Scriptura, & Eccleſiaſtica diffinitio (quibus fides Catholica continetur) plus operatur, & poteſt, quàm ſexcentæ judicis monitiones, & quàm omnes prohibitiones juris humani; ſed qui legibus vetantibus, & judicum admonitionibus contradicit, pertinax eſt; ergo multò magis qui impudenter, & impiè tenet contrarium, ejus, quod ſcit ſacris literis, aut Eccleſiæ doctrina contineri. *Gerſon alphab.* 14. *ad finem. Cajeta. & Victoria in* 2. *q.* 12. *Dried. lib.* 1. *de libertate Chriſtiana. Alfonſus Caſt. lib.* 1. *de juſt. hæret. punit. cap.* 9. *Canus lib.* 12. *de locis Theologicis, cap.* 9.

4 Eorum quoque pertinacia conſumata eſſe præſumitur, qui errorem aliquem credunt, cujus oppoſitam veritatem explicata fide credere tenentur, vel ex publica obſervatione, vel ex communi doctrina Eccleſiæ, vel ex officio, aut ſtatu ſuo, vel ſufficiente informatione, vel ex naturali judicio rationis, ut rectè tradit *Gerſon* loco paulò ante citatò, confert. *c. turbatur.* 1. *quæſt.* 4. *& l. lata culpa. ff. de verb. ſignif.*

5 Sed & is, qui tenet errorem, cujus contrariam veritatem priùs docuerat, hoc ipſo pertinax eſt, quamvis in eo erret, quod explicitè ſcire non tenebatur; quia ſatis conſtat eum ſcientem errare. *Gerſon tractatu de duodecim conſiderationibus, & ſignis, quibus ſolet aliquis de pertinacia convinci. Turrecremata lib.* 4. *de Eccleſia, parte* 2. *cap.* 16.

6 Ad hæc præſumitur hæreticus pertinax; qui diu perſiſtit in errore, cujus contrarium explicata fide ſcire non tenebatur; quia culpa ſua perſiſtit in eo, quod dimittere debet; cùm teneatur conſulere peritiores. *Turrecremata eodem cap.* 16. *Ant. in ſumma parte* 2. *tit.* 12. *cap.* 5. *Lupus allegat. de hæreſ. §.* 10. *Sylveſter verbo hæreſis* 1. *quæſt.* 2.

7 Deinde qui errat probabili ignorantia, & legitimè admonitus, adhuc in errore perſiſtit; is deinceps hæreticus pertinax eſt. *c. qui in Eccleſia c. quid autem* 24. *quæſt.* 3.

8 Eſt autem legitima monitio, quæcunq; probabiliter poteſt errantem ab errore revocare; nec enim pertinax eſſe debet, ſed bona fide acquieſcere veritati. *Ger-*

Gerſon tractatu de proteſtatione, conſideratione 10. *Victoria ſuper Tho.* 2. 2. *q.* 11. *art.* 2. *Alfonſus Caſtr. lib.* 1. *de juſta hæreti. punit. cap.* 10.

9 Eſt quoque communis ſententia, legitimam eſſe admonitionem, quæ ab Inquiſitore fiat; niſi fortè propoſitio foret ambigua, & Reus vir doctus, & Inquiſitor non admodùm eruditus; tunc enim non ſtatim pertinax eſſet, qui ſine obſtinatione ſententiam doctiorum expeteret. *Bar. in l.* 3. *§. tutores. ff. de ſuſpe. tuto. Anania, & Feli: in rub. de hæreti. Alfonſus eod. cap. Adrianus quodlibet.* 2.

ANNOTATIONES.

Vide tit. 48. de Cathol. Inſtit. & ibidem notata *num.* 1. *& ſequen.*

De pertinace inſanabili. Titulus XXXI.

SUMMARIUM.

1 *Pertinacibus cum ipſis hæreticis quid agendum ſit, & nu.* 2. 3. *&* 4.

3 *Pertinaces hæretici curiæ ſeculari relinquũtur animadverſione debita puniẽdi.*

4 *Hæretici aliquando læti quòd tendant ad mortem, quæ ſit cauſa.*

De Pertinace inſanabili.

1 De pertinacibus, qui negant ſe fuiſſe hæreticos, ſpes eſt, ut ſaltem poſt publicata teſtimonia confiteantur errores; quamobrem eorum cauſæ via ordinaria diſcutiendæ ſunt. Quid tamen cum illis agas, qui ſubverſi ſunt, qui ſpretis admonitionibus, in affirmandis erroribus ſunt pervicaces? Veritas quidem apud Joannem inquit: *Qui non credit, jam judicatus eſt*, ubi Theophylactus addit: *quoniam ipſa incredulitas condemnatio eſt; eſſe enim extra lucem per ſe maximum ſupplicium eſt, nec eget alio judicio, nec alia nova condemnatione. Joan.* 3.

2 Paulus quoque Apoſtolus in epiſtola ad Titum cap. 3. ſuo ipſius judicio condemnatum dicit hæreticum; quia cùm reliqui facinoroſi per ſententiam judicum nonnunquam ab Eccleſia propellantur; ſoli hæretici in ſemetipſos ferunt ſententiã, ſuo arbitrio de Eccleſia recedentes: quæ receſſio propriæ conſcientiæ damnatio eſſe videtur; quin etiam ab Eccleſia recedere maxima condemnatio eſt, ut illic Divus Hieronymus, & Anſelmus, ſive Hervæus tradunt; & id ipſum Beatus Maximus retulit *homilia* 2. *de Domino accuſato, & damnato.*

3 Supereſt igitur, ſi poſt monitiones, & doctorum hominum diſputationes, adhuc incorrigibiles hæretici, atque adeò inſanabiles ſint, ut curiæ ſeculari relinquantur animadverſione debita puniendi. Nec mirari quiſpiam debet, ſi fortè illorum aliquis lætus trahatur ad mortem; nec enim talium eſt alacritas vera; ſed inſania, & furor, nec patientia; ſed immanitas; plurimùm intereſt inter barbaricam immanitatem, & Martyrum modeſtiſſimam conſtantiam; ſunt qui certis artibus corpus ſtupefaciunt, ne ſentiant cruciatus: ſunt & affectus impotentes, qui ſenſum adimunt animo, ita ut vel mortem impavidi perferant; ſed placidum illud, ac manſuetum, illud humiliter ſublime, & ſublimiter humile, non videmus, niſi in Chriſti Martyribus; non intuentur trucibus oculis carnificem, non minitantur tyranno: magis dolent de illorum cæcitate, quàm de ſuis afflictionibus; hæc *Beat. Cyprianus libro de duplici martyrio*, & alia in eandem ſententiam.

4 Divus quoque Bernardus ſuper cantica ſermone 66. inquit: *Probatum eſt; mori magis volunt, quàm converti; mirabantur aliqui, quòd non modò patienter, ſed ut læti (ut videbatur) ducerentur ad mortem; ſed non inde mirandum, ſi advertatur quanta ſit poteſtas diaboli, non modò in corpora hominum, ſed etiam in corda, quæ ſemel permiſſus poſſederit. Non ne plus eſt hominem ſibimet iniicere manus, quàm id libenter ab alio ſuſtineri? hoc autem potuiſſe diabolum,*

frequenter experti ſumus in multis; qui ſemetipſos, aut ſubmerſerunt in aquas, aut fecerunt ex ſublimi præcipites, aut laqueo ſe ſuſpenderunt; nil ergo ſimile habet conſtantia Martyrum, & pertinacia hæreticorum; quia in illis pietas, in iſtis cordis duritia contemptum mortis operatur.

ANNOTATIONES.

Vide eundem tit. 48. qui ſupra de Catholicis Inſtitutionibus, & quæ ſcripſit Auctor eodem libro tit. 45. *nu.* 49. *&* 69. ibidemq; notata.

De Diſputatione. Titulus XXXII.

SUMMARIUM.

1 *HAereticis cum pertinacibus non eſt publicè diſputandum.*

2 *Hæretici admonendi non ſolùm ſunt à judicibus, ſed à Theologis etiam convincendi.*

De Diſputatione.

1 COntra pertinaces hæreticos non eſt publicè diſputandum: quia, ut Tertullianus libro de præſumptionibus adverſus hæreticos, inquit: *hujuſmodi diſputationibus, non modò non convertuntur hæretici; ſed audaciores etiam redduntur: & in ipſo congreſſu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum ſcrupulo dimittunt.* Et Sacer Bernardus loco prænotato: *nec rationibus convincuntur hæretici, quia non intelligunt; nec auctoritatibus corriguntur, quia non recipiunt: nec flectuntur ſuaſionibus, quia ſubverſi ſunt, cap. 2. §. 1. de hæreti. lib. 6. l. 3. C. eodem tit.*

2 Sed cùm hæretici ſunt carcere conditi, ubi nulli nocere diſputatione poſsūt; non ſolum admonendi ſunt à judicibus, ſed à Theologis convincendi; nam, & ſi pertinaces ſint, nonnunquam tamen vexatio dat intellectum, & piorum, atq; doctorum hominum rationibus, & argumentis ad ſanam mentem redire ſolent: itaq; cum eis tunc diſputare licebit, ſervatis juſtis circumſtantiis. *Brunus lib. 3. de hæreti. cap. 12. cum ſeq. Hermas lib. 2. de inſtaur. religione, à cap. 7. deinceps.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 20. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibidem notata *nu.* 1. *& ſeq.*

De Accuſatione. Tit. XXXIII.

SUMMARIUM.

1 *ACcuſare hæreticum tenentur omnes.*

2 *Accuſator hæreticorum promotor eſt fiſcalis.*

3 *Promotoris fiſcalis officium quale ſit, quando Rei neq; interrogationibus, neque monitionibus errores ſuos confiteri volunt.*

4 *Accuſatio, ſive libellus, præſente Reo, à promotore fiſcali offerri debet, & deinde jurari, ut ibi.*

5 *Accuſationi ſigillatim à Reo reſpondendum eſt, atque ſingulis articulis.*

Libelli copia Reo edenda eſt, poſtquam illi reſponderit.

De Accuſatione.

1 Cives omnes tenentur accuſare hominem Reipublicę perniciosum, ſi crimina illius poſſint idoneis teſtibus cōprobare; nemo autem eſt Reipublicæ perniciosior, quàm hæreticus pertinax, ut multis exemplis dolendis jam pridem compertum, & hac noſtra ætate plurimis infandis, ac miſerabilibus perſpicuum factum eſt; omnes igitur hæreticum prodere, atque accuſare debent. *l. Manichaei. C. de hæreti. c. præſumunt, cum ſequen. 2. quaſt. 7. c. nos ſequentes 6. quæ. 1. Theologi in lib. 4. ſent. diſt. 19.*

2 Sed hodie promotor fiſcalis publicus eſt hæreticorum accuſator, qui cùm officii neceſſitate coactus accuſet, non timebit pœnam talionis, nec calumniatoris quidem. *l. poſt legatum. §. advocatum fiſci. ff. de his quib. ut indignis. l. qui cum major. §. pen. de bonis liberto.*

3 Ubi autem Rei, neque interrogationibus, neque monitionibus errores ſuos plenè confiteri volunt; promotor fiſcalis de iis hæreſibus illos accuſat, quæ ſummaria informatione apud Judices probatæ ſunt, easque articuloſa factorum commemoratione complectere debet, ut ſciant Rei quibus ſint criminibus reſponſuri; ea tamen ſunt occultanda, quæ ad veritatem eruendam prætermittere opus ſit. *argum. l. 1. §. editiones. ff. de eden: Brunus lib. 4. de hæreti. cap. 7.*

4 Libellum accuſatorium, præſente Reo, promotor judicibus offerre, eumque legere debet, ac præterea jurare ſe eam accuſationem non ex malitia edere; ſed quia obiecta crimina probare intendit. *c. ulti. 2. quaſt. 8.*

5 Accuſationi reſpondere Reus debet ſingillatim, de ſingulis articulis à judicibus interrogatus; deinde copia libelli Reo fieri debet, ut cum deliberatione plenius, ſi velit, reſpondeat; quòd ſi pernegaverit, concluditur in hoc, ut proferatur ſententia, qua dilatio concedatur, in qua probare poſſint Reus, & accuſator quidquid cuilibet expedire videbitur.

ANNOTATIONES.

Vide tit. 4. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibidem notata *nu.* 2. *& ſequen.* quemadmodum tit. 53. cum ibi notatis.

De Probationibus. Titul. XXXIV.

SUMMARIUM.

1 *Hæreſis crimen quia graviſſimum, ideo cautius agendum.*
2 *Teſtis unus cum fama publica non ſufficit ad hæreſim probandam; nec teſtes ſingulares.*
3 *Probationum diverſæ ſpecies, & imperfecta non conjunguntur ad plenam probationem in cauſa hæreſis.*
4 *Teſtes duo ſufficiunt ad integram probationem, ſi ſint omni exceptione majores.*
6 *Hæreſis non poteſt levioribus argumentis probari, & num. 7.*

De Probationibus.

1 Crimen hæreſis graviſſimũ eſt, & magnum in eo periculũ vertitur; idcirco cautius agendum eſt in ejus probatione, quàm in cœteris criminibus; præſertim, cùm facultas defenſionis manca quodãmodò Reo concedi ſoleat; quò fit ut probationes luce clariores ad convincendum hęreticum neceſſariæ ſint. *l. ulti. C. de probatio. Oldra. conſ. 210. Anchar. in c. accuſatus in prin. de hæreti. lib. 6.*

2 Hinc eſt, quòd ad probandam hæreſim non ſufficit unus teſtis cum fama publica; nec teſtes ſingulares cum eadem fama. *Joan. de Ligna. & Matthæ. in clem. 1. & 2. de*

& 2. de hæreti. Joan. And. & Domi. in c. ut offici. eod. tit. lib. 6. Gonſal. de hæret. §. 12.

3 Inde quoque fit, ut ad plenam probationem hæreſis non conjungantur diverſæ ſpecies imperfectæ, ſive ſemiplenæ probationis: quæ eſt ſententia communiter approbata *Bartol. in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. de eden.* & ibi omnes. *Ripa in l. admonendi, de jurejuran. nu.* 209.

4 Nec deſunt, qui putent, duos ſolos teſtes non ſufficere ad integram probationem; ſed ea opinio à plurimis rejecta eſt; quia etiam in hac ſpecie locus eſt regulæ pervulgatæ: *In ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum*: & hæc eſt communis opinio teſte *Felino. in c. excommunicamus de hæreti. num. 27. Domi. & Fran. in c. ut officium eodem tit. lib. 6. Sylveſter verbo hæreſis 2. q. 4. Albertinus in c. 1. de hæreti. lib. 6. quæſt. 16.*

5 Sed opus eſt, ut duo illi teſtes ſint irrefutabiles, & omni (quod ajunt) exceptione majores; alioqui non facerent plenam probationem; & ſi enim in favorem fidei teſtes quoq; minus idonei recipiantur; non ideo tamen duobus ſolis plena fides habetur; ſed neceſſe eſt, ut alia multa concurrant, ut ipſamet lege planè decernitur. *c. in fidei. de hæreti. lib. 6. Lupus in allegatione. §. ulti. Brunus lib. 4. de hæreti. cap. 9.*

6 Verùm quidam exiſtimant levioribus argumentis hæreſim probari poſſe, decepti lege quadam civili; quæ adeò depravata in codicibus vulgatis eſt, ut vix eam interpretari potuerint Lupus, Albertinus, Brunus, & Godofredus; ſed verba legis emendatæ ſunt: *Hæreticus eſt, ac latis adverſus hæreticos legibus ſuccumbit, qui, vel paululum ab Orthodoxa declinat fide, vel qui ab Orthodoxa fide vel minimum declinat*: & ita eam retulit *Photius Patriarcha in nono canone, ſive jure Pontificio Græcorum tit. 12 cap. 2.*

7 Quam lectionem ideo magis probo, quia illic non agitur de probatione hæreſis, nec refert hoc, an illo argumento devjet quiſpiam, vel detectus ſit à judicio, vel tramite Eccleſiæ Catholicæ devjare; ſed ponitur hæretici diffinitio, ſive declaratio; nam, cum is ſit hæreticus, qui lineas Catholicæ fidei tranſiliit: is utique hæreticus erit, qui vel paululum, vel minimum eas tranſgreſſus fuerit; neque quantum ad hoc attinet, plurimum intereſt quouſque progrediatur.

ANNOTATIONES.

Vide tit. 51. de Cathol. Inſtitutionib. & ibi notata *num. 1. & ſequen.*

De Teſtibus. Titulus XXXV.

SUMMARIUM.

1 *Probatio firmiſſima dicitur, quæ ex teſtibus fide dignis conſtat.*

2 *Teſtibus in ipſis multa exploranda eſſe, & quæ.*

3 *Teſtes, cum recipiuntur, admonendi ſunt, ne odio, aut pretio &c. teſtimonium dicant.*

4 *Teſtes an mendacia proferant diligentiſſimè animadvertendum, ideoq; de multis interrogandi.*

5 *Teſtes examinandi ſunt coram duobus religioſis viris.*

6 *Teſtium receptio ab ipſiſmet Inquiſitoribus facienda eſt, nec cuiquam, niſi magna ex cauſa committenda.*

7 *Teſtes, licèt egregiæ ſint perſonæ, coguntur ab Inquiſitoribus, ut corā compareant.*

8 *Teſtes recipiuntur etiam lite non conteſta in hæreſis cauſa.*

9 *Teſtium ratihabitio an fieri poſſit ante dilationem ad probandum conceſſam.*

10 *Teſtes quando vocantur ut ratificent, poſſunt examinari etiam prioribus teſtimoniis non oſtenſis.*

11 *Teſtes, licèt dicat Reus pro ratificatis habere, tamen ratificandi ſunt.*

12 *Publicatio teſtimoniorū Reo edenda eſt.*

13 *Teſtium nomina edenda non ſunt in teſtimoniorum publicatione, ubi periculum teſtibus immineret ob Reorum potentiam, ſecus è contra, & nu. ſeq.*

16 *Teſtes non ſunt confrontandi cum Reis aliquando, & quæ nam ſit ratio.*

17 *Excommunicati, & participes criminis teſti-*

teſtimonium dicunt contra hæreticos.

18 *Socio criminis an præſtanda fides contra ſocium abſque tormentis.*

19 *Teſtis de auditu quòd non probet, quomodo intelligatur.*

20 *Auditus poſt viſum cæteris ſenſibus præſtantior eſt.*

21 *Hæretici contra Catholicos teſtificari nequeunt.*

22 *Hæretici teſtimonium recipitur contra pariter hæreticum.*

23 *Exceptiones contra teſtes in cauſa hæreſis non recipiuntur, niſi tales ſint, quæ illos penitus refellant.*

24 *Teſtes conſanguinei intra quartum gradum non admittuntur ad defenſionem hæreticorum, nec ad probandas exceptiones contra teſtes promotoris.*

25 *Conſanguinei in cauſa hæreſis coguntur dicere teſtimonium.*

27 *Falſum dicens, ſi conſanguineus eſt, majori pœna plectendus.*

28 *Publicatione facta in cauſa, non recipiuntur regulariter teſtes ſuper eiſdem articulis, vel prorſùs contrariis, fall. in cauſa hæreſis, & eſt communis opin.*

30 *Teſtes reorum an ſint examinandi ſecundum interrogatoria advocatorum.*

31 *Teſtes ut benè probent, concordes eſſe debent.*

32 *Teſtes concordes eſſe in rei ſubſtantia ſufficit, licèt in quibuſdam accidentibus diſcrepent.*

33 *Teſtes deponentes per eundem præmeditatum ſermonem ſuſpecti ſunt.*

34 *Teſtis, qui juravit ſe celaturum teſtimonium, ſi poſtea retexit, quæ ſit afficiendus pœna.*

De Teſtibus.

1 Firmiſſima quidem probatio eſt, quæ ex teſtibus fide dignis conſtat; quia hominum ſcientia nititur; ſed, ut Cicero inquit in topicis: *Non qualiſcunque perſona teſtimonii pondus habet; ad faciendam enim fidem auctoritas quæritur; ſed auctoritatem aut naturam, aut tempus affert; naturæ auctoritas in virtute ineſt maximè: in tempore autem multa ſunt, quæ afferant auctoritatem: ingenium, opes, fortuna, ars, uſus, neceſſitas.* Et in Partitionibus Oratoriis idem Cicero de ſingulis teſtibus conſiderare docet, ſi fortè natura vani ſint, ſi leves, ſi cum ignominia, ſi ſpe, ſi metu, ſi iracundia, ſi miſericordia impulſi, ſi præmio, ſi gratia adducti teſtimonium perhibuerunt.

2 Et juriſconſulti ajunt multa exploranda eſſe in teſtibus: conditionem, dignitatem, divitias, paupertatem, amicitiam, inimicitiam, ſexum, ætatem, & id genus alia. Et ut Adrianus Imperator ſcripſit: *Quæ argumenta ad quem modum probandæ cuique rei ſufficiant, nullo certo modo ſatis definiri poteſt; aliàs numerus teſtium, aliàs dignitas, & auctoritas aliàs velut conſentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem.* Ad ſummam his omnibus rectè perpenſis, judex magis ſcire poterit, quanta fides teſtibus ſit habenda. *l. 2. cum ſeq. ff. de teſtib.*

3 Cum teſtes ab Inquiſitoribus recipiuntur, admonendi ſunt in primis, ut caveant, ne odio, aut pretio, aut alio injuſto affectu falſum teſtimonium dicant; eſt enim ſcelus horrendum tanti criminis infamare innocentem; deinde jurisjurandum ſolenne præſtabunt; nulli enim teſti creditur injurato. *c. hortamur. 3. q. 9. c. nuper, de teſtib.*

4 Ad hæc Inquiſitores diligentiſſimè perſcrutabuntur, an teſtes mendacia proferant, interrogantes multa de antedictis, multa de inſecutis, multa de loco, tempore, deq; aliis circunſtantiis. *Deut. 19. Fabius lib. 5. cap. 7. c. judicantem 30. q. 5.*

5 Teſtimonia verò rata ſunt habenda coram duobus religioſis viris, clericis, aut monachis; ut tot inſpecta oculis, tot inſinuata ſenſibus falſi ſuſpicionem excludant. *c. ultim.* & ibi *Ancha. c. ut officium §. verùm*, & illic *Domin. de hæret. lib. 6.*

6 Hęc teſtium receptio ab ipſiſmet Inquiſitoribus fieri debet, nec eſt cuiquam committenda, niſi magna ex cauſa; tunc autē Vicario Epiſcopi, aut alii prudenti, ac probo viro id munus injungendum eſt. *Bal. in cap. 1. de controver. inveſti. lib. feudo. Feli. in c. cùm cauſam de teſtib. Covar. lib. 2. reſolut. cap. 13.*

7 Poſ-

7 Poſſunt Inquiſitores cogere quaſcū-que egregias perſonas, ut coram eis ſe ſiſtant, & in cauſa religionis teſtimonium perhibeant; hoc enim & judicum auctoritati, & honori, & fidei favori debetur; id tamen admodum prudenter exequendum eſt. *glo. in cap.* 1. *de teſtib. cogen. Rom. notab.*401. *Jaſ. in l.ad egreg.ff. de jurejur.*

8 Quamvis teſtes recipiendi non ſint lite nondum conteſtata, in cauſa tamen hæreſis, in qua inquiſitio judicis officio fit, dubium non eſt, quin recipi queant ante litis conteſtationem. *c. quoniam frequenter. § ſunt & alii,ut lite non conteſtata.*

9 Sed an ratihabitio teſtimoniorum fieri poſſit, antequam ſit conceſſa dilatio ad probandum? & cum Reus citandus non ſit, ut cognoſcat teſtes, & ſimpliciter ac de plano procedatur, & ſaluum ſit accuſato jus dicendi contra teſtes,& eorum teſtimonia, atque adeò, cum ceſſent omnia, propter quæ in aliis criminibus teſtimonia ſunt ratificanda intra terminum præſtitutum ad probandum, relinquitur planè, ut rata haberi teſtimonia poſſint extra tempus illud; præſertim cum juſta aliqua, vel probabilis cauſa id exigere videatur. *c. ulti. de hæreti. lib.6. Feli.Decius,* & cœteri *in c. de teſtib. dicto c. quoniam frequenter.*

10 Cum teſtes vocantur, ut ratificent ea teſtimonia, quæ jam ante dixerāt, examinari poſſunt etiam prioribus teſtimoniis non oſtenſis: ſaltem ut in ſumma prius repetant quidquid de re illa ſciunt; quia mendaces oportet memores eſſe;atq; eò magis ſi ſuſpicio aliqua ſubſit de teſtimonio falſo. *Feli. in c. cum in tua. de teſtib. Boerius deciſ.* 108.

11 Quamvis Reus dicat ſe habere teſtes pro ratificatis, nihilominus ratificandi ſunt; tum quia ſæpe ſolent confeſſiones ſuas revocare; tum etiam, quia defenſionibus renunciare nequeunt; maximè ſi puniendi ſunt pœna gravi. *l. ſi non defendantur. ff. de pœnis glo. recepta in l. pactum inter hæredem. ff. de pactis.*

12 Publicatio teſtimoniorū Reo edenda eſt, ut contra illa dicere queat, quidquid ad ſuam defenſionem pertinere putaverit. *Bart. in l. ſolam. C. de teſtibus. Abbas, Decius*, & cœteri *in c. cauſam quæſt.* 1. *eod. tit.*

13 Nomina teſtium edenda non ſunt in teſtimoniorum publicatione, ubi periculum teſtibus immineret propter potentiam Reorum; potentia autem (ut inquit Sylveſter) triplex eſt, prima, generis & familiæ: ſecunda pecuniæ; tertia malitiæ, quæ aliis duabus eſt formidabilior; majus enim periculum eſt, nomina edere pauperi Reo habenti ſocios rebelles, & homicidas, qui præter corpus nihil perdere poſſunt, quàm generoſo, vel diviti bonis temporalibus affluenti; hæc ille, *c. ulti. de hæret. lib.6. Sylveſt. lib.3. de ſtrig. magarum & dæmonum admirandis cap.*13.

14 Ergo ubi periculum omne ceſſaret, nomina teſtium edi poſſunt, ac debent; idque lex illa planè ait; & eam eſſe ſervandam Paulus Pariſius reſpondit; ſed quia difficile eſt divinare unde periculum teſtibus evenire poſſit; quia cauſis fidei malè conſultum foret, ſi teſtes periculi metu teſtimonium dicere non auderent; idcirco Innocentius VI. conſtituit, ut nunquam teſtium nomina edantur; & eo jure, felici ſucceſſu in Hiſpania utimur. *Pariſius conſ.* 2. *lib.*4.

15 Verba conſtitutionis Pōtificiæ hæc ſunt: *Volumus ut nomina tam accuſantium pravitatem hæreticam, quàm teſtificantium ſuper ea, nullatenus publicentur, propter ſcandalum, vel periculum, quod ex publicatione hujuſmodi ſequi poſſet; & adhibeatur dictis ejuſmodi teſtium nihilominus plena fides.* ea conſtitutio prolixius relata eſt in directorio Inquiſitorum, *fol.*52.

16 Unde relinquitur planè teſtes cum Reis non eſſe altrinſecus committendos, ſive,ut vulgò dicitur,non eſſe confrontandos; quia, ſi eorum nomina edenda non ſunt; multò minus ipſi met non ſunt Reis oſtendendi. Adde quòd nullo id jure cavetur, ex magna tamen cauſa, omni periculo ceſſante, recto judicum arbitrio, nonnunquam id fieri poterit.

17 Quamvis excommunicati, & participes criminum contra hæreticos, & eorum fautores poſſint perhibere teſtimonium, præſertim in aliorum probationum defectum; non tamen ejs plena fides habetur, niſi ex numero, ex veriſimilibus conjecturis, ex Reorum, ac teſtium qualitate, atque ex aliis circunſtantiis falſa dicere non præſumantur. *c. in fidei de hæreti. lib.* 6. & interpretes. *Gonſalvus de hæreti. quæſt.* 13. *Alberti. de aſſeren. aſſertio. quæſt.*34.

quæſt.34. Coraſius lib.5. miſcella. cap.20.

18 Sunt qui putant, participi criminis nullam eſſe fidem habendam, niſi tormentis fuerit ejus teſtimonium confirmatum; ſed verior ſententia eſt, judicem arbitrari debere, quanta fides illi ſit adjungenda, circunſtantiis, quas jam ante retuli, juſtè perpenſis. *c. pen. 5. quæſt. 5.* & ibi *doct. c. 1. de teſtib. lib. 6.* & illic interpretes. *Aymo. conſ. 178. Boer. deciſ. 319.*

19 Quod autem vulgò ajunt: credendum non eſſe teſtimonio de auditu, ideſt, de re audita, non ſic eſt accipiendum, ut fides non adhibeatur teſti de his, quę ipſemet à Reo audivit; ſed de his, quæ alii ſibi dixerunt; alioqui, cum hæreſis non tàm factis, quàm verbis declaretur, nullis teſtibus probari poſſet. *c. licet ex quadam de teſtibus. l. teſtium. C. eod. tit. Alex. Aleſ. 3. part. quæſt. 45.*

20 Accedit eòdem, quòd verba percipiuntur auribus, & auditu accipiuntur; atq; is ſenſus poſt viſum cœteris præſtantior eſt; teſtes autem de his rectè teſtificantur, quæ noverint, accommodatis cuique rei ſenſibus, atq; ea probè ſciunt. Itaque auditiones, ideſt ſermones ab aliis relati nullam fidem faciunt; quia, ut Fabius rectè ait, qui ea dicunt, quæ ab aliis audierunt, non ipſi teſtes ſunt, ſed injuratorum afferunt voces; qui verò præſentes Reum loquentem viderunt, & ejus verba hauſerunt auribus: ii teſtes idonei ſunt. Unde illud Demoſthenis: *Manifeſtę impudentię eſt, ea teſtari, quibus teſtis non adfuit: leges autem non ita loquuntur, ſed quę norit aliquis, & quibus gerendis interfuit, ea teſtari jubent; rem verò è vivente auditam teſtari non ſinunt;* hæc ille *oratione 2. in Stephanum. Fabius lib. 5. cap. 7.*

21 Hæretici contra Catholicos teſtificari non queunt; quia excommunicati ſunt, & infames, & quia in fide Catholica perfidi ſunt, multò magis in teſtimonio humano ſuſpecti eſſe debent. *Apoſtoli canone 74. c. non poteſt 2. quæſt. 7. l. quoniam C. de hæreti.*

22 Sed hæretici teſtimonium contra hæreticum recipiendum eſt, ut Reo dignus ſit teſtis; nec enim eum rejicere poteſt propter crimen, quod ipſe habet. *c. ſi hæreticus 2. quæſt. 7. dict. l. quoniam l. in arenam C. de inoffi. teſtam.*

23 Contra teſtes in cauſa hæreſis non recipiuntur exceptiones, niſi tales ſint, quæ illos penitus refellant; videlicèt inimicitiæ capitales, conjurationes, ſubornationes, & aliæ generis ejuſdem; nàm cęteræ fidem teſtium elevant, ſed eam prorſus non tollunt. *c. per tuas 1. de ſimo. c. repellantur c. cum oporteat. c. cum dilectus de accuſatio. c. conſpirationes 3. quæſt. 4.*

24 Ad probandas exceptiones contra teſtes Promotoris non ſint admittendi cōſanguinei Reorum intra quartum gradum, nec ad probandas defenſiones obliquas, ſive indirectas; quoniam pęna, & infamia hæreticorum ad dolorem, & injuriam conſanguineorum porrigitur. *c. filii de hæreticis lib. 6. l. 2. ff. de liber. cauſa.*

25 Quamvis in aliis criminibus conſanguinei cogi non queant ut contra propinquos, & conſanguineos teſtificentur; ſecus tamen eſt in cauſa hæreſis: quia præferenda eſt religio propinquitati. *l. lege Julia. ff de teſtib. c. ſi audieris 23. quæſt. 5. gloſ. in c. ultim. de teſtib. lib. 6. Aymo. conſil. 220.*

26 Quin etiam tantò firmius eſt conſanguineorum teſtimonium; quantò à ſuſpicione odii longius abſunt. *c. literas de præſump. c. non æſtimemus 13. q. 2.*

27 Quòd ſi propinquus falſum pro teſtimonio dixerit, multò majori pœna dignus eſt; nam ſicuti Demoſthenes priore in Stephanum oratione inquit: *Iniquum eſt quemcumque tandem opprimere falſo teſtimonio; ſed multò iniquius eſt, & gravius vindicandum opprimere cognatos; non enim ſcriptas tantummodò leges talis homo; ſed ipſius etiam naturę conjunctionem evertit. l. capitalium. §. omnia admiſſa. ff. de pœnis. l. 1. cum ſeq. ad leg. Pompe. de parrici.*

28 Tametſi autem in aliis cauſis, publicatis teſtimoniis, non recipiantur teſtes ſuper eiſdem articulis, vel prorſùs contrariis; in cauſa tamen hæreſis longè aliter fieri debet; & ea eſt ſententia recepta communiter. *Domini. in c. ut officium. §. verùm de hæreti. lib. 6. Feli. in c. fraternitatis de teſtib. Alberti. in c. 1. de hæret. lib. 6. quæ. 16. num. 19.*

29 Cujus ratio eſt, quia publicatio ſecretò fit; itaque ceſſat ſuſpicio ſubornationis, & quia per inquiſitionem proceditur: quo caſu teſtes etiam poſt publica-

Qqq tio-

tionem recipiendi ſunt. *c. conſtitutis 2. de teſt. Bart. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adult. Innoc. Hoſtie.* & cœteri *in c. cùm clam. de teſti.*

30 Quæſitum fuit, an teſtes Reorum ſint examinandi ſecundum interrogatoria advocatorum? Et id quidem in Hiſpania vix fieri ſolet, ac fortaſſe ne vix quidem. Primò, quia interrogatoria illa ut plurimùm generalia ſunt, & incerta, & melius, atque certius officio judicum teſtes interrogantur; deinde, quia cum non dentur articuli, locus non eſt interrogatoriis; poſtremò, quia juris periti negant id fieri debere; & experientia docuit non expedire, ut iſte advocatorum ſtrepitus fiat. *c. præſentium de teſtib. lib. 6. c. ulti. de hæreti. lib. 6. Joan. Andr. Archid. & Franc. in c. cum officium. §. verùm eod. tit.*

31 Teſtes, ut bene probent, concordes eſſe debent; diſcordibus enim credendum non eſt; unde ab Evangeliſta Marc. 14. notantur illi falſi teſtes, qui contra Chriſtũ Dominum falſa dixerunt, quia *non erant convenientia eorum teſtimonia*; ſic etiam, cùm Servinus, & Natalis diverſim interrogati, non congruentia reſponderunt, exorta ſuſpicio fuit, eos cum aliis multis adverſus Neronem conjuraſſe; unde factum eſt, ut quæſtione habita, & conjuratione patefacta, & ipſi, & Seneca, & Lucanus cives mei celeberrimi, & alii multi perirent. *Auctor Corn. Tacitus lib. 15. l. eos. ff. de falſis.*

32 Sed ſi teſtes concordes ſint in rerum ſubſtantia; quamvis in quibuſdam accidentibus, aut levibus circunſtantiis diſcrepent; nihilominus plena fides eis habenda eſt; nam & memoria hominum labilis, & earum rerum oblivio frequens eſt. *c. nihil obſtat, de verb. ſignif. l. quæ extrinſecus de verb. oblig. l. qui ſententiam. C. de pœnit. l. peregrè. ff. de acqui. poſſeſſ. Bar. in d. l. eos de falſis. Alex. conſ. 5. lib. 1.*

33 Teſtes, qui eundem, præmeditatũq; ſermonem afferunt, ſuſpecti admodum ſunt; quia videri poſſunt ad perhibendum eiſdem verbis teſtimonium ante conjuraſſe; quamobrem Theologi, & Juris periti eam ſuſpicionem dignam eſſe notatione docent; *Chryſoſto. homil. 1. in Matthæum,* & illic *Theophilactus in fine exordii l. 3. §. 1. ff. de teſtib. Tho. 2. 2. quæſt. 70. Decius conſ. 627. Pariſius conſ. 55. lib. 4.*

34 Quæri poteſt, qua pœna ſit afficiẽdus teſtis, qui juravit, ſe celaturum teſtimonium, & poſtea retexit illud? reſpondi, olim crimine ſtellionatus extrà ordinem pro culpæ qualitate plectendũ; nunc publica pœnitentia; nunc pecunia, nunc exilio; quòd ſi res ipſa id poſtulare videatur, poterit recto judicum arbitrio fuſtibus cædi, atque ad remos etiam damnari. *l. 3. & l. ult. ff. de crim. ſtellio. l. qui falſo. de teſti.* & ibi *Flor. c. ſi teſtes. §. item qui falſo. 4. q. 3. glo. in l. ſi duo patr. §. ult. de jurejur.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 64. & 51. de Cathol. Inſtit. & ibi notata *num. 1. & ſequen.*

De Retractione Teſtium. Tit. XXXVI.

SUMMARIUM.

1 *Teſti ſe retractanti, cui dicto ſtandũ; primo, an ſecundo, & nu. 2. fall. & num. 3. & 4.*

3 *Teſtis dicto ſecundo ſtatur potius quàm primo nonnumquam in cauſa hæreſis,*

4 *Teſtis, ſi revocat ſuam depoſitionem in articulo mortis, magna pro eo eſt præſumptio.*

De Retractione Teſtium.

1 SI teſtis moriens, aut alia ex cauſa teſtimonium retractaverit; utri teſtimonio fides adiungenda eſt? pleriq; omnes ajunt priori fidem habendam. *l. generaliter. C. de non num. pecu. c. ſicut de teſtib. Bar. in l. eos. ff. de falſis. Abbas, ac Decius in c. per tuas de probat.*

2 Habet ea ſententia probabiles rationes, ac ſatis idoneas. Primò, quia priùs teſtimonium juratum, & coram judice per-

perhiberi ſolet; poſterius non item. Deinde, ſi in poſteriore juraverit; hoc ipſo planè conſtat, eum eſſe perjurum, atque adeò fidem ei adhibendam nō eſſe; ad hoc ex priori teſtimonio jam eſt jus aquiſitum, quod idem teſtis auferre nequit. Poſtremò teſtimonium poſterius non caret ſuſpicione ſubornationis, ſicuti Demoſthenes obiecit Lampidi teſti, *Oratione adverſus Phormionem.*

3 Sed quamvis ut plurimùm hæc ita ſint; in cauſa tamen hęreſis non nunquam poſteriori teſtimonio magis credendum eſt, ſcilicèt cum apparuerit manifeſtis indiciis, teſtem non levitate, aut odio, non prece, aut pretio; ſed juſta ex cauſa correxiſſe teſtimonium prius. *c. accuſatus. §. licèt de haret. lib. 6. Curtius Senior. conſ. 69. Covar. lib. 2. var. reſol. cap. 13.*

4 Nec audiendi ſunt, qui putant eo duntaxat caſu id accipiendum eſſe, cum poſterius teſtimonium eſt contra Reum in favorem fidei; nam & ſi eam ſpeciem lex expreſſerit, mens tamen legislatoris aliud proculdubio vult; æqualitas enim juſtitię ſervanda eſt inter accuſatorem, & Reum; quin etiam Reis favorabiliores eſſe debemus; & ad abſolvendum, quam ad condemnandum proniores. *dicto §. licèt. l. ſcire. §. aliud. ff. de excuſat. tuto. l. ulti. C. de fruct. & lit. expen. l. favorabiliores de regul. juris. l. Arrianus. ff. de act. o. & obligat. l. abſentem de pœnis.*

5 Magna quidem præſumptio pro poſteriori teſtimonio erit, ſi teſtis moriens pro exoneratione ſuæ conſcientiæ illud perhibuerit; quis enim credit, eum tunc pejerare, ac falſum teſtimonium dicere, cum ſalubri pœnitentiæ locus non relinquitur? quandiu hic ſumus, anima voluptatum illecebris delinita triſtitiam ægrè admittit animo; cum verò migratura ex corpore eſt, tunc jam majore continetur metu, quippè quæ ad ipſa judicii pervenit limina; cum enim pulſare animam metus mortis incipit, ignis inſtar præſentis vitæ omnia ſuccidens, philoſophari cauſa cogit, & futura ſolicita mente verſare, ut *Chryſoſt.* inquit *in epiſt. 2. Pauli ad Thimo. homil. 5. Roma. & Igneus in l. ſi quis gravi §. 1. ff. ad Syllan. Hippolyt. in practica. §. reſtat.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ ſcripſit Auctor eod. tit. 64. de Catholicis Inſtitutionib. *à num. 56. uſq; ad num 60.* & ibidem notata.

De Teſtibus Singularibus. Tit. XXXVII.

SUMMARIUM.

1 *TEſtes ſingulares non faciunt plenam probationem.*
2 *Teſtes ſimiles, & contrarii qui dicantur.*
3 *Teſtes ſingulares, & ſi plurimi ſint, pro uno ſolo habentur.*
4 *Teſtes ſingulares tendentes ad eundem rei finem pluſquàm ſemiplenè probant, & nu. 9. 10. & 11.*
5 *Teſtes ſingulares probant rem continuam, puta miſſæ ſacrificium.*
6 *Teſtibus ſingularibus non probari quem hæreticum eſſe, & nu. 7. ſed vide nu. 10 & 11. omninò.*
8 *Teſtibus licèt variis in loco, & tempore, quòd ſi in eadem hæreſi concordent, credendum eſt.*

De Teſtibus Singularibus.

1 TEſtes ſingulares, ideſt varii, atq; diverſi, plenam probationem non faciunt, niſi duo ſaltem eorum concordes ſint. *c. licèt cauſam de probat. c. licèt univerſis de teſtib. Lupus allegat. de hæreſ. 11. Albert. in c. 1. de hæreti lib. 6. quæ. 16. Pariſius conſ. 2. lib. 4.*

2 Qua in re partitio à Baldo tradita, conſenſu ferè omnium recipi meruit; is enim ait; ſingulares teſtes, vel contrarios eſſe, vel omninò diverſos, vel ferè ad eundem finem tendere; qui contrarii ſunt, fidem ſibi ipſis abrogant, ſunt enim eorum

teſtimonia ſe refellentia, & inter ſe collidentia; quamobrem interdum puniuntur ut falſi. *Bal. in c. licèt cauſam de probat. Danielis 13. c. ex tenore. c. cum cauſam de teſtib. Aymo. de antiquitate p. 4. §. ſed enim.*

3 Teſtes autem ſingulares prorſus diverſi, & ſi plurimi ſint, pro uno ſolo habentur; quia unus duntaxat de re qualibet teſtificatur. *c. nibilominus 3. quaſt. 9. Bal. in l. juris jurandi. C. de teſtib. Decius conſ. 649.*

4 Sed ſi teſtes ſingulares de rebus connexis, ſive affinibus, & quæ quodammodò ad eundem finem tendunt, teſtimonium perhibuerint; quamvis integram probationem non faciant, plus tamen quàm dimidiam, ſive quàm ſemiplenam efficient. *Bal. in c. licèt cauſam de probat. Feli. in c. licèt ex quadam de teſtib. Decius conſ. 650. Aymo. conſ. 35. & 78.*

5 Ad probandam rem continvam ſatis eſt, quòd teſtes de ſingulis illius partibus teſtificentur; verbi gratia ad probandum quòd quiſpiam ſacrificium Miſſę obtulit, ſufficiunt teſtimonia de principio, de medio, de fine; quia in toto conveniunt omnes. *glo. in c. nibilominus 3. quaſt. 9. Felinus* citans plurimos *in c. licèt ex quadam, de teſtib.*

6 Sunt qui putant, teſtibus prorſus ſingularibus probari poſſe aliquem hæreticum eſſe; ſed ea opinio eſt evidenter falſa; quia niſi ſpecies hæreſis probata ſit, non erit probatum hæreticum eſſe Reum; nec erit convictus de aliqua illarum; nec propterea condemnari poteſt; jure igitur, ac meritò ea opinio exploſa, ejectaq; eſt. *Bal. conſ. 394. lib. 2. Sali. in l. teſtium. C. de teſtib. Alex. conſ. 72. lib. 1. Decius in c. licèt cauſam de probat.* & innumerabiles alii.

7 Illud verò eſt ineptiſſimum, quod ajunt quidam; teſtibus ſingularibus probari poſſe aliquem hæreticum eſſe in genere; quaſi verò fieri poſſit, ut quiſpiam in genere ſit hæreticus; homo generalis ſub oculos non venit, ſed ſpecialis venit, ut civis meus Seneca inquit, epiſtola 59. *individuum, ſive forma, genus eſſe non poteſt*; & ut rectè Alciat ait, *probatio in genere nuſquam eſt, lib. 10. parergon. cap. 16. confert. l. ſi peculium. ff. de manu. teſtam. Titelmanus lib. 1. de dialectica conſideration. cap. 7.*

8 Cùm teſtes in eadem hæreſi concordes ſunt; ſed eam quiſque audivit vario loco, diverſo tempore; ſi alioqui ſint fide digni, credendum eſt eis, & plenam probationem faciunt; maximè ſi plures ſint, & veriſimilia dixerint; quia tempus, & locus non ſunt circunſtantiæ neceſſariæ, neque plurificant hæreſim ſæpius dictam, & continuatam; hæc eſt ſententia quorundam juriſperitorum, quibus aſſentio. *Sali. in l. teſtium. C. de teſtib. Brun. lib. 4. de hæreti. cap. 9. Alberti. de aſſertioni. Catho. quaſt. 34.*

9 Accedunt illæ quoque cauſæ; quia diverſitas teſtium in alio quàm in ſubſtantia, non derogat eorum fidei, ut ſuprà dixi; & quia perinde facit hæreticus, qui eandem hæreſim diverſis locis ſingulis teſtibus dicit, atque fur aliquis idem furtum variis in locis oſtendens teſtibus ſeparatis; qui nihilominus eorum teſtimonio convinci poteſt; quæ vera, & recepta doctrina Bartoli eſt. Poſtremò abſurdum admodùm eſſet, ut ſeductor quiſpiam ſingulos homines totius Populi ſeorſum doceret aliquam hæreſim, & tamen univerſorum teſtimoniis convinci nequiret. *Bar. in l. infitiando. §. infans. ff. de furt. per illum textum.*

10 Sed & illa ſententia plurimorum eſt, & mihi vera videtur; quòd ſi multi teſtes ſingulares ad eundem finē tendunt, & fide digni ſunt, & veriſimilia dicunt; poteſt judex integram fidem illis adjungere; Illius enim arbitrio relinquitur quātam fidem teſtibus habere debeat. *l. 3. §. 1. & l. ob carmen. §. ult. ff. de teſtib. Paul. & Caccialupus in l. admonendi. ff. de jurejuran. Brunus de indiciis col. 3. Socinus conſil. 272. lib. 2. Cæpolla conſ. 3. Decius conſ. 163. Curtius Junior. conſ. 106. Aymo. conſ. 79. Hippolyt. ſingulari 114. & in l. 1. §. ad quaſtionem. ff. de quaſt. Tiraquel. de pœnis cauſa 51. nu. 106. Sylvanus conſ. 36.*

11 Itaq; ſi talia teſtimonia ſingularia ſint de hæreſibus variis, ſed annexis, & catenatis, & quæ ab eodem fonte manant; verbi gratia de articulis variis Lutheranorum, Sacramentariorum, vel Anabaptiſtarum; plena fides (ut ante dixi) eis haberi poſſet, non ut probarent aliquem hæreticum eſſe in genere; id enim ridiculum eſt; ſed eſſe Lutheranum, Sacramentarium, Anabaptiſtam; atque hoc ſenſu

veram

veram eſſe exiſtimo eorum opinionem, qui ajunt teſtibus ſingularibus probari poſſe quempiam hæreticum eſſe in genere, accipientes genus pro ſecta complectente plures connexas hæreſes; nec enim veriſimile eſt, tot doctos homines tam pueriliter erraſſe. *Butrig. in l. Arriani. C. de hæret. Jacob. de Aretio in l. teſtium. C. de teſtib. Bal. in c. cum omnes de conſtit. Joan. Imola in c. cum oporteat de accuſa. Lup. Senior tractatu de hæreti. cap. 12. Curt. de teſtib. concluſ. 37. Albert. in c. 1. de hæret. lib. 6. qu. 16. nu. 51. Aymo. conſ. 78. & tract. de antiquitate p. 4. §. ſed enim nu. 11.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. eundem 64. de Cathol. Inſtit. à nu. 65. uſq; ad nu. 77. & ibi notata quemadmodum *tit. 51. num. 3.*

De Falſis Teſtibus. Tit. XXXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Teſtes falſi pro qualitate criminis graviter puniendi.*

2 *Teſtis falſus talionis pœna plectendus.*

3 *Teſtis falſus in cauſa hæreſis puniendus, an veluti hæreticus puniri debebat; ſed vide nu. 4.*

5 *Filii, & nepotes teſtis falſi combuſti, an eiſdem pœnis afficiantur, quibus filii, & nepotes hæreticorum.*

6 *Teſtis falſus veniam petens, non eſt recipiendus ſicut hæreticus pœnitens.*

7 *Teſtis falſus, ſi re integra ſe ipſum detulit, mitius cum eo agendum.*

8 *Teſtem corrumpens, ut falſum dicat, talionis pœna plectetur.*

De Falſis Teſtibus.

1 SI quis alius teſtis peſtifer, & exitioſus eſt; is profectò maximè, qui Catholicum hominem hæreticum eſſe teſtatur; quia ſub religionis prætextu innocentem infamat, eumq; graviſſimo diſcrimini exponit; quia cum falſum teſtem cognoſcere nequeat, vix eum refellere poterit; quas ob res majori ſupplicio afficiendus eſt.

2 Itaq; falſus teſtis talionis pœna plectendus eſt, ea videlicèt, qua Reus puniēdus erat, ſi obiectum crimen planè probatum eſſet. *Deut. 19. l. 1. §. 1. ff. de ſicariis. c. hæc imago. 33. qu. 5. Danielis 13.*

3 Falſus igitur teſtis, qui innocentem opprimere, tanquam hęreticum voluit; relinquendus eſt curiæ ſeculari, ut puniatur tanquā hæreticus; qua de re diploma Leonis X. extat, quo permiſſum eſt Inquiſitoribus, ut hujus modi teſtem judici ſeculari relinquere poſſint, irregularitatis ſecuri.

4 Sed quamvis ſummo jure hæc ita ſint, benignius tamen eſt, ut is duntaxat curiæ ſeculari relinquatur, qui notabiliter nocuit, vel nocere voluit falſo teſtimonio in cauſa ipſa hæreſis; nam qui non adcò exitioſus fuit, & qui in obiectorum, vel defenſionum probatione pejeravit; pęna arbitraria pro. criminis qualitate puniendus eſt. *Angel. & Jaſon in l. ſi duo patroni. §. ulti. ff. de jurejuran. Socinus Senior conſ. 103. cum ſeq. lib. 1. Jo. Bernar. in pract. cap. 87.*

5 Quæri ſolet, an filii, & nepotes falſi teſtis combuſti, eiſdem pœnis afficiantur, quibus filii, atque nepotes hæreticorum? ſed cùm id nullo jure ſancitum ſit, & leges pœnales non ſint producendæ; relinquitur planè poſteros illorum ab illis pœnis eſſe immunes. *c. pœna de penit. diſtinct. 1. Alfonſ. Caſt. lib. 1. de poteſtate legis pœnalis cap. 7.*

6 Sed utrum falſus teſtis veniam petens, recipiendus ſit gremio Eccleſiæ ſicut hæreticus pœnitens? Et verius eſt, tali teſti parcendum non eſſe: tum quia ſoli hæretico pœnitenti jus illud ſingulare conceſſum eſt; tum etiam quia is, quem falſo teſtimonio damnabat, veniam petere non poterat ejus criminis, quod non commiſit; itaque ut impœnitens puniendus

dus erat; jure igitur id pati debet falſus teſtis, quod fratri ſuo facere cogitavit. *Deut.* 19. *Joan. Plateà in l.* 1. *C. de grege dominic. lib.* 11. *Bal. in l. ulti. C. de accuſat.*

7 Cœterum ſi falſus teſtis re integra ſe ipſum detulit; mitius cum eo agendum, & eò magis ſi participes ejuſdem criminis judicibus indicaverit; hoc enim & publicè intereſt, & legibus, & exemplis comprobatur. *l.* 1. *C. de his qui ſe deſe. lib.* 10. *l.* 1. *de deſerto. & occulta. lib.* 12. *l. quiſquis §. ult. C. ad leg. Juliam majeſta. Igneus in l.* 3. *§. ſi ex ſtipulatu. ff. ad Syllania.*

8 Talionis quoque pœna plectendus eſt, qui pretio, aut prece falſum teſtem corrupit; & qui alii mandavit, ut id ipſum committeret, quinimò is magis delinquit, quam teſtis; quia initium rei præſtitit, & alium peccare fecit. *l. non ideo. C. de accuſat. l. non ſolum. §. ſi mandato meo.* & ibi *Bar. ff. de injur. c. mulieres. §.* 1. & illic *Feli. de ſenten. excommuni. clem.* 1. *de pœnis. l. is damnum dat. qui jubet dari. ff. de regul. juris*, & inibi *Decius*, & cœteri.

ANNOTATIONES.

Vide quæ docet Auctor de Cathol. Inſtit. eodem tit. 64. à nu. 84. vſque in finem, & ibi notata.

De Libris, & Scriptis. Titu. XXXIX.

SUMMARIUM.

1 *HÆritici convincuntur ne dum confeſſionibus, & teſtibus, ſed etiam libris, & ſcriptis.*

2 *Libri hæretici, ſi penès quem reperiantur, an hoc ipſo probatum ſit, illum hæreticum eſſe, &* 3.

4 *Libros hæreticos domi habens abſque nomine, quòd tenetur oſtendere auctorem, aliàs ipſe pro auctore habetur.*

5 *Libros hæreticorum comburendos eſſe.*

De Libris, & Scriptis.

1 NON ſolùm confeſſionibus, ac teſtibus Promotor Fiſcalis Reum convincere poteſt; verùm etiam libris, & ſcriptis; nam ſi quis hæreſes ſcriptis ſuis aſſerat, eaſque libris defendat, non minus hæreticus pertinax eſt, quàm ſi verbis eas protulerit; quin etiam tantò pertinacior videri poterit, quantò majore cum deliberatione ſcribere, quam loqui ſolemus. Confirmat hanc ſententiam Juſtinus ille martyr, qui in prima quæſtione Gentibus poſita, inquit: *Impium eſt etiam ſola cogitatione indigna de Deo ſentire; ſi verò ad hujuſmodi impietatem, quam ſola opinio, & cogitatio pariat, etiam oratio, & aſſertio addatur: major impietas efficitur; ſi & aſſeratur, & ſcripto enuncietur, neceſſariò omnem malitiam, & vitium talis impietas complectitur.*

2 Et in ea quidem ſpecie defendi poteſt opinio quorundam juris peritorum, ne ſtulta ſit, & abſurda; ajunt enim, ſi libri hæreſum reperiantur apud aliquem, hoc ipſo probari plenè illum hæreticum eſſe; hoc, inquam, locum habere poterit, cùm libri compoſiti ſunt ab eo, apud quẽ inveniuntur. *c. ult.* 24. *quæſt.* 2. *Archidia. Joan. And. & Domini. in c. filii de hæreti. lib.* 6. *Roma. ſingula.* 323. *Ananìa in c. ſi quis Epiſcopus de hæret. Hippolyt. in l qui falſam. ff. de falſis, & in pract. §. diligenter, & conſ.* 52. *Gratus conſ.* 151. *lib.* 2. *Carerius de hæreti. nu.* 125.

3 Neque id ſolum ſufficiet, niſi fateatur inſuper librum à ſe factum, & à ſe ſcriptum, vel ab alio ſe dictante; & nullam juſtam cauſam reddere poſſit, quæ ab hæreſis crimine tueri eum queat; nam ſi quid horum deſit, non erit planè convictus. *authen. contra qui propriam. C. de non nume. pecu. l. lex Cornelia. §. ſi quis librum ff. de injuriis.*

4 Quòd ſi negaverit libellos hæreſum in ſua domo inventos, à ſe compoſitos eſſe; oſtendere debet eorum auctorem, aut ipſe reputabitur auctor. nam qui libros ſine nomine auctorũ habuerint, niſi pro-

dide-

diderint auctores, pro auctoribus habebuntur, ut in Concilio Tridentino, ſeſſione 4. prope finem decretum eſt; adde. *l. 1. C. de famo. libel.*

Si libri hęreticorũ reperti fuerint apud quempiam, ex illius, & librorum qualitate, aliiſque circumſtantiis, vel erit vehementer ſuſpectus, vel leviter, vel ne ſuſpectus quidem; id enim arbitrio judicum relinquendum eſt. *Joan. And. & Domini. in cap. 2. de hareti. lib. 6. Mattha. in conſtitu. Regni Neapol. tit. 1. quaſt. 10. Feli. in c. ſi quis Epiſcopus de hare. Gonſal. quaſt. 13. Albert. de aſſertio. Catho. q. 28. Godofred. in l. damnato. C. de hare.*

5 Libri hęreticorum comburendi ſunt, & eorum poſſeſſores pro menſura criminis damnandi, ut prolixius in Catholicis inſtitutionibus retuli; ad combuſtionem verò librorum, ſummaria cognitio ſufficit; ipſi enim quodammodo ſua voce ſe produnt, ſemperq; loquuntur errores; quin etiam damnato auctore, hoc ipſo ejus libri damnati ſunt. *l. Arriani. C. de hareti. c. fraternitatis, de hareti. Alfon. lib. 2. de juſta hareti. punit. cap. 15.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 38. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibi notata, quemadmodum *tit. 51. nu. 14.*

De Præſumptionibus. Titulus XL.

SUMMARIUM.

1. *PRaſumptiones contra hareticum adjuvant alias probationes.*
2. *Praſumptio qua nam ſit.*
3. *Praſumptionis exempla in cauſa hareſis.*
4. *Praſumptiones violenta pro indubitatis indiciis habentur.*
5. *Cæremonia ſunt ritus externi ad cultum divinum celebrandum.*
6. *Peccatis quibuſdam proni ſumus ab adoleſcentia, & nu. 7.*
8. *Praſumptio juris qua ſit.*
9. *Praſumptionum alia violenta, alia probabiles, alia leves, alia temeraria.*
10. *Filius haretici educatus in ipſius domo praſumitur hareticus.*
11. *Converſatio malorum hominum coinquinat.*
12. *Hareſis facilius praſumitur ex malo homine, quàm bono.*
13. *Libri malè ſcripti, ſeu eorum malè dicta, praſumuntur perperam prameditata.*
14. *Furioſus pręſumitur, qui non habet memoriam ordinatam.*
15. *Pręſumptiones illę fortiores ſunt, quę veriſimiliores.*
16. *Coniectura quę ſit.*
17. *Pœna ordinaria, licèt ex coniecturis, & pręſumptionibus non imponatur; ex eis tamen poteſt ad arbitrarias pœnas deveniri.*

De Præſumptionibus.

1 PRæſumptione quoq; juvari poteſt Promotor fiſcalis; non ut illæ ſolæ ſufficiant, ſed ut alias probationes adjuvent, & probabiliores efficiant; incerta enim pro certis judicanda non ſunt, neq; præſumptionibus quiſpiam damnari poteſt. *c. literas de praſumpt. c. ſi quis divinis cum ſeq. 30. quaſt. 5. c. Deus omnipotens 2. qu. 1.*

Praſumptio quid. 2 Eſt autem præſumptio, *Rei dubię conjectura veriſimilis, quę ex naturali cauſa, vel circumſtantiis negotiorum, aut perſonarum proficiſcitur.* Hanc juris periti dividunt in præſumptionem juris, & de jure, & pręſumptionem juris tantùm; priorem ita definiunt, ut ſit *legis diſpoſitio aliquid pręſumentis, & ſuper pręſumpto tanquam ſibi comperto, ſtatuentis.* *Præſumptio iuris quid.* Hæc verò ab apertis, & violentis indiciis proficiſcitur, & contra illam non recipitur probatio; quia pro manifeſta veritate habetur.

3 Hujus præſumptionis exempla in propoſito ſunt; ſuſpectus, & infamatus, qui tempore mortis petit conſolationem

ab hæ-

ab hæreticis ſecundum eorum conſuetudinem, condemnatur à jure tanquam conſumatus hæreticus; quod idem locum habet in quibuſvis aliis, qui ſecundũ ritus hæreticorum, Iudęorum, aut Mahumetanorum mori, ac ſepelliri voluerint. Ille quoque à jure præſumitur eſſe relapſus, qui poſt abjuratam hæreſim, acceptat, deducit, viſitat, & comitatur hæreticos, vel munera eis mittit, vel ejus quoquomodo favet. *c. contra Chriſtianos de hæreti. lib.6.*

4 Eòdem ferè pertinent vjolentæ præſumptiones ex indubitatis indiciis provenientes, quæ ad aliud trahi nequeunt, quàm ad id, quod indicant; illæ enim (ut quibuſdam juris peritis placet) pro juſtis probationibus ſunt habendæ, quales ſunt, hæreticos adorare ritus, jejunia, & orationes, aliaſq; cœremonias impiorum facere; quæ non niſi ad manifeſtam hæreſim, vel apoſtaſiam trahi poſſunt; eſt autem indicium apertum, tale ſignum facti, quod urgeat animum boni, & conſtantis viri ad rem planè credendam. *Arcbid. Ioan. And. Domini. & cœteri in c. 2. de hæreti. lib.6.*

Indiciũ manifeſtũ quale.

Quid cœremoniæ.

5 Cùm enim cęremonię ſint ritus quidam externi ad cultum divinum celebrandum: relinquitur inde, quòd talem quiſque religionem tenere creditur, qualibus cœremoniis utitur. Unde ſi quis Mahumętem, aut ejus cineres, vel aliquem hæreſiarchã adoraverit, vel cœremonias hæreticorum ſervaverit; hoc ipſo illius ſectæ apoſtata, vel hæreticus eſſe convincitur. *c. filii. c. contra Chriſtianos de hæreti. lib.6. omnes doct. in c. 2. ejuſdem tit. Anania in c. excommunicamus. §. credentes eodem tit. lib. 5. Lapus, Butri. Ioan. Imol. in clem. 1. §. ulti. de uſuris. Sylveſter verbo hæreſis 1. qu. 7. Squillacen. de fide Cathò. cap. 15. Arelatanus de hæreti. notabi. 5.*

6 Qua in re, aliiſque multis, notatione digna eſt partitio Alfonſi noſtri dicentis: in quædam peccata proni ſumus ab adoleſcentia: ut puta, in avaritiam, gulam, aleam, venerem, & id genus alia; & in hæc interdum ruimus, etiam repugnante conſcientia, capti voluptate malorum omniũ eſca; ſed interim nihil minus credimus, quàm ea licere. Alia ſunt peccata, quæ natura nõ appetit; quia nihil habent, quo illam allicere queant; quamobrem cùm ad peccata ejuſmodi voluntas indifferens, ac dubia ſit, conſulit intellectum, qui eſt voluntati à conſiliis, & in talibus nihil agere ſolet, repugnante conſcientia, neq; ſpreto intellectus judicio; quò fit, ut in his criminibus error intellectus, atq; adeò hæreſis facilè præſumatur: in illis verò non item. *Alfonſ. lib. 1. adverſus hæreſes cap. 1. & lib. 1. de juſta hæreti. puni. cap. 1.*

7 Cùm igitur homines natura proni non ſint ad cœremonias impiorum, quinimò contra naturalem inclinationem, & contra voluptatem; & appetentiam ſit, orationes diſcere, jejunare, carnem ſuillam non edere, neque vinum bibere; hi, qui ſuſpecti alioqui fuerint, ſi eas cœremonias, eos vè ritus ſervaverint, pro convictis habendi ſunt. *c. ult. 30. diſtin. Concilii Bracarenſis canon. 32.*

8 Præſumptio juris: *eſt probabilis conjectura ex certo ſigno proveniens, quæ, alio non adducto, pro veritate habetur*; niſi enim contrarium probetur, pro plena probatione haberi ſolet. *l. licèt imperator. de leg. 1. Alciat. lib. 1. de præſumpt. par. 3.*

Præſumptio iuris quid.

9 Præſumptionum verò, aliæ vjolentæ ſunt, aliæ probabiles, aliæ leves, aliæ temerariæ; ſed nos de his duntaxat breviter diſſeremus, quæ in his cauſis non nunquã incidunt; ac primùm ex natione, & patria, ubi pullulant hæreſes, poterit præſumi contra ſuſpectum. *argum. l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædili. edicto. c. ſi gens Anglorum cum ſeq. diſtin. 56.*

Præſũptionum ſpecies variæ.

10 Erit quoque præſumptio contra filium hæretici, qui in domo patris fuit educatus; ut enim Fabius inquit: *ſimiles parentibus ſuis filii plerunque creduntur, & nonnunquam ad honeſtè, turpiterque vivendum inde cauſa fluunt.* Et Cicero lib. 1. offic. *plerunque parentum prӕceptis imbuti filii, ad eorum conſuetudinem, moremq; deducuntur. glo in dicto §. qui mancipia, Fabius lib. 5. cap. 10. Alfon. lib. 2. de juſta hæreti. punit. cap. 8.*

11 Fortiorque pręſumptio ſumitur ex educatione, quæ mores procul dubio facit; ſi enim quiſpiam cum hæreticis fuerit educatus, mirum erit, ſi ab eis non fuerit coinquinatus; nihil ita pernicioſum, ac peſtiferum eſt, ut conſuetudo, & converſatio pravorum hominum. *Eccleſiaſt. 13. Chryſoſt. in Matthę. homil. 60.*

12 Ex malo homine facilius præſumetur hæreſis, quàm ex bono; lex ait. *Ex perſonis hominum dicta penſamus*; & Cicero

ceto pro Cluentio: *Perinde ut opinio eſt de cujuſque moribus, ita quid ab eo factum, & non factum ſit, exiſtimari poteſt. l. 1. C. ſi quis impera. maledi. Hoſtien. in ſumma tit. de Judæis. §. quibus. Lucas in l. quemadmodum. C. de agrico. & cenſi. lib. 11.*

13 Malè ſcripta, & malè dicta, præſumuntur malè præmeditata; humanæ aures talia verba noſtra judicant, qualia foris ſonant, & ut quidam Juriſconſultus ait: *Nemo credendus eſt dixiſſe quod non prius mente agitaverit*; & Ariſtoteles: *Sermones ſunt earum, quæ in anima ſunt, paſſionum notæ. l. ſi quis extraneus. ff. de acqui. hære. l. ſi non convitii. C. de injur. cap. 1. de præſum. c. humanæ aures 22. quæſt. 4. l. Labeo. ff. de ſuppele. lega. Lupus allegat. de hæreſi. §. 7. cum ſeq.*

14 Non præſumitur ſanæ mentis, qui non habet memoriam ordinatam; quia, ut Plato inquit in Phileb. *Memoria eſt ſenſus conſervatio, quo efficitur; ut qui memoria caret, non bene ſenſum conſervet. c. filii de hæreti. lib. 6.* & inibi *Domini. & Franc.*

15 Illæ autem præſumptiones fortiores ſunt, quæ veriſimiliores fuerint, ut rectè Baldus ait; *nec enim aliud eſt præſumptio, quàm ratiocinatio de re veriſimili; & quod veriſimile non eſt, habet quandam falſitatis imaginem*, ut idem Baldus eſt auctor *c. quis veriſimile de præſumpt. l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſa. Bal. in l. 2. C. de ſica. & in l. 1. de ſervis fugiti. Tiraquel. in l. ſi unquam. C. de revo. donat. in princi. num. 37. cum ſeq.*

16 Ex coniecturis ad præſumptiones devenimus. Coniectura verò, ut inquit Fabius lib. 3. cap. 7. dicta eſt à coniectu, id eſt directione quadã rationis ad veritatẽ.

17 Et quamvis propter coniecturas, & præſumptiones non imponatur pœna ordinaria; propter eas tamen proceditur ad remedia extra ordinaria, aliaſque pœnas arbitrarias. *Anto. Cardi. Felinus*, & cœteri *in c. afferte de præſumptio. Lupus allegat. de hæreſi. §. 11. Tiraquel. de pœnis cauſa 27.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 50. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibidem notata.

De Suſpicionibus. Titulus XLI.

SUMMARIUM.

1 *Suſpicio minor eſt quàm præſumptio.*
2 *Suſpiciones leves, vehementes, & violentæ reperiuntur.*
3 *Suſpicio vehemens ex quibus ſumatur.*
4 *Suſpicio violenta quæ.*
5 *Hæreſis ſuſpicio an ex ſignis, & levibus indiciis elici poſſit.*
6 *Judicis animum levia ſigna movere non debent.*
7 *Suſpectus de hæreſi an poſſit ex ſola ſuſpicione interrogari.*
8 *Præſumptionibus in ipſis plurimùm tribuendum eſt perſonarum, rerumque circumſtantiis.*

De Suſpicionibus.

1 QUÆ de præſumptionibus diximus, eadẽ ferè omnia de ſuſpicionibus dici poſſunt; quia ex eiſdem locis oriuntur; niſi quòd (ut rectè Baldus inquit) ſuſpicio minor eſt, quã præſumptio, & ex ſuſpicione perveniri ſolet ad præſumptiones; ſed ſæpe ſuſpicari licet, præſumere non licet. Eſt verò ſuſpicio *opinio mali ex levibus ſignis. Tho. 2. 2. quæſt. 60. artic. 4. Bald. in authen. ſi quis. C. de adulte.* *Suſpicio quid.*

2 Sunt, & ſuſpiciones leves, vehementes, & violentæ; de quibus cum Gerſone aliqua in propoſito diſſeremus. Is enim tractatu de proteſtatione, inquit: *Suſpicio levis provenit ex ſignis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus capitur conjectura; qua concludi poteſt, non quidem frequenter, ſed rarò, ſeu caſu, quòd talia dicens, vel faciens, hæreticus ſit; idq; deducitur levi conſequentia: ut ſi argumentemur, ille pejerat frequẽter, ergo non bene credit in Deum.*

3 Suſpicio vehemens ſumitur ex ſignis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus ſumitur argumentum concludens frequenter, & ut plurimùm, quòd talia dicens, vel faciens eſt hæreticus; verbi gratia: ſi quis neget explicirè aliquas propoſitiones fidei, quas tenetur ex officio ſcire: is vehementer ſuſpectus eſt: quamvis fieri poſſit, ut talis negatio ex ignorantia, vel animi levitate ſit orta.

Suſpicio vehemens quæ. 4 Vjolenta ſuſpicio eſt, quæ provenit ex ſignis exterioribus; ex quibus concludi ſolet efficaciter, & ferè ſemper, quòd talia dicens, vel faciens, eſt hæreticus; ut ſi quis propoſitiones hæreticas publicè aſſerat, vel cœremonias impiorum faciat; nam, & ſi poſſibile ſit, quòd iſthæc ſine intellectus errore, aut ſine pertinacia fiāt; Eccleſia tamē, quæ judicat exteriora, præſumit vjolenter hujuſmodi homines hęreticos eſſe. Ad ſummam hi omnes de hæreſi poſſunt eſſe ſuſpecti, de quibus indicia aliqua extant, quòd malè ſentiunt de fide Catholica. *Gerſon de proteſtatione, conſideratione ultima.*

5 Quidam juris periti putant, ſuſpicionem hæreſis elici poſſe ex ſignis, & indiciis levibus, ſi modò plenè probentur; quod & ſi detur, ſuſpicio tamen erit levis, & indigna probationibus. *Innocen. c. ſicut de ſimo. Joan. And. in c. ut officium. §. 1. Ancha. in c. accuſatus in princip. de hęreti. lib. 6. Felin. in c. literas de prǫſumptio. Brunus libro 1. de hęrets. cap. 4.*

6 Adde quòd levja ſigna movere non debent animum viri prudentis ad ſuſpicādum tam grave crimen; nam, ut Cicero ad Quintum fratrem ſcripſit; *Ut quiſque eſt vir optimus, ità difficillimè eſſe alios improbos ſuſpicatur.* Enimverò injuria fit homini Catholico, ſi ſuſpicemur ex levibus ſignis eum hæreticum eſſe. *c. eſtote. de regul. juris. Tho. 2. 2. quęſt. 60. art. 2. Cajeta. in ſumma, verbo ſuſpicio. Soto lib. 3. de juſti. & jure quęſt. 4. art. 3.*

7 Nec deſunt qui ſcripſerint propter leves ſuſpiciones poſſe Inquiſitorem eò uſque procedere, ut interroget quid leviter ſuſpectus de fide ſentiat; ab eis tamen vehementer diſſentio: tum quia eorum opinio nullo jure probatur; tum etiam, quia non levi injuria afficeretur Catholicus, qui pro ſuſpicione levi à judice interrogaretur, quid de fide ſentiat, quaſi juſtè ambigatur, an fidem Catholicam teneat; quòd quàm ſit acerbum, nemo eſt, qui non planè intelligat; errant ergo *Matthęus in conſtit. Regni Neapol. tit. 1. col. anteſen. Carerius de hęreti. nu. 116.*

8 In omnibus verò ſuſpicionibus, & præſumptionibus plurimùm tribuendum eſt circumſtantiis perſonarum, & rerum; quædam enim ſufficiunt ad vehementem ſuſpicionem de aliquo habendam, quæ alium virum probum ſuſpectum non redderent, ne leviter quidem. *Gerſon de proteſtatione, conſideratione ultima. Victoria ſuper Tho. 2. 2. quęſt. 11. arti. 2.*

ANNOTATIONES.

Vide eundem tit. 50. de Cathol. Inſtitutionib. *à nu. 22. uſq; ad nu. 31.* & ibi notatā.

De Advocatis. Titulus XLII.

SUMMARIUM.

1 *Advocatus dandus eſt hęretico, ſi defenſione eum indigere animadverterent judices; aliàs minimè.*

2 *Advocatum eligendum eſſe virum probū.*

3 *Advocati cum allegant, Reo prǫſente, perindè habetur, ac ſi Reus ipſe allegaret.*

De Advocatis.

Hactenus de his diſſeruimus; quibus promotor fiſcalis accuſationem cōprobare poſſit; ſequitur ut Reorum defenſiones jàm nunc eodem ordine ſubiiciamus; & quia Reus carcere clauſus nonnunquam defenſoribus eget; idcirco de Advocatis, & Procuratoribus paucula ſunt dicenda.

1 Quamvis in his cauſis procedatur ſim-

ſimpliciter, & abſque Advocatorum ſtrepitu; ſi tamen judices viderint Reum defenſione indigere, debent ei etiam non petenti advocatum dare; ſed nemo Reum defendere debet, antequam id ab Inquiſitoribus permittatur. *c. ult. de haret. lib. 6. l. ſi non defendantur. ff. de pœnis. Laudu. in clem. 1. de exceſſib. pralato. Mattha. in conſtit. Regni Neapol. tit. 1. Ponzini. de Lamiis nu. 78. Carerius de hareti. nu. 114. Godofre. in l. curiales. C. de hareti.*

2 Advocatus autem eligendus eſt vir probus, & juris peritus; & jus jurandum præſtabit, ſe juſtis duntaxat defenſionibus uſurum, & arcana celaturum. *c. ult. 5. quaſt. 3.*

3 Quæ advocati allegant, Reo præſente, perinde habenda ſunt, ac ſi ab eodem Reo proferantur; excepto, ſi fortè advocatus in facto erravit, & Reus poſteà contradixerit, & errorem revocaverit. *l. 1. & l. ult. C. de errore advocat.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 5. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibi notata *nu. 1. & ſequen.*

De Procuratoribus. Titul. XLIII.

SUMMARIUM.

1 *Procurator non admittitur in gravioribus criminibus, niſi Reus ſit in carcere, & quando non admittatur pro carcerato in crimine hareſis.*

2 *Abſentium cauſas quilibet allegare poteſt.*

3 *Procurator interuenit in cauſa hareſis mota contra memoriam defuncti.*

De Procuratoribus.

1 Ad graviora crimina defendenda nō admittitur procurator, niſi Reus ſit in carcerem conjectus; itaq; is, qui comprehenſus eſt propter hæreſim, cauſam ſuam agere poteſt per Procuratorem, ubi opus eo fuerit ad juſtam defenſionem; quod raròquidē evenire ſolet; ac tunc advocatus vicem quoque Procuratoris commodius gerit. *l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. jud.* & ibi *Bar. Angel. Imo. & Rubeus. c. ſi adverſus de haretic.*

2 Si contra ſuſpectum abſentem procedatur, poſſet quilibet allegare cauſas juſtas abſentiæ, audienduſque eſſet. *l. 3. C. de accu. Bar. in extravagan. ad reprimendū. verbo legitimè. Quomodo in laſa maje. crimin. proceda.*

3 Filii autem, & hæredes poſſunt cauſam defuncti per Procuratorem defendere; quia de eo tunc agitur, quod eorum intereſt. *Alberi. in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procura. Bal. in l. reos. C. de accu. Fel. in c. meminimus eo. tit. Rubeus in dicto. §. ad crimen. nu. 126.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 52. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibi notata *nu. 1. & ſeq.*

De Minoribus. Tit. XLIV.

SUMMARIUM.

1 *Curator dandus eſt minoribus in judicio.*

2 *Minores rectè pœnitentes benignius recipiendi ſunt.*

3 *Minores ſi ſunt docti, & capaces, & in hareſi pertinaces, cum eis nulla utendum eſt miſericordia. ibid.*

4 *Minores dum eſſent, cum hareſim crediderint, ſi majores effecti eandem tenent, non ideo pœnam evitant.*

1 Minoribus vigintiquinque annis curator omni modo dandus eſt, cujus auctoritate ſe defendere queant; ne ex imperitia ſua, vel juvenili calore aliquid vel dicant, vel taceant, quod ſi fuiſſet prolatum, vel non expreſſum, prodeſſe eis poſſet; & à deteriore calculo eos eripere; & quidquid ſine curatoris auctoritate cum his minoribus actum fuerit, nullius prorsùs momenti eſt. *l. clarum. C. de aucto. praeſtan. Corneus conſ.* 198. *lib.* 4. *Berran. conſ.* 326. *lib.* 3. *Matth. de Affl. deciſ.* 208.

2 Minores rectè pœnitentes benignius recipiendi ſunt; quia facilius decipi potuerunt, maximè à parentibus ſuis; & ut Triphonius inquit: *ætatis miſeratio ad mediocrem pœnam judicem perducere debet. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minori. cap.* 1. *&* 2. *de delict. puero. c. dixit Apoſt.* 24. *qu.* 3.

3 Sed ſi minores doli capaces, pertinaces, & impœnitentes ſint, nulla miſericordia cum eis utendum eſt. *dicto §. in delictis*, & ibi *gloſſ.* & interpretes. *l. ferè in omnibus. ff. de regu. juris.*

4 Neque remiſſius puniendi ſunt majores, qui hæreſim crediderunt cum eſſent minores, ſi nunquam ab ea receſſerunt; quia tantò gravjora ſunt peccata, quantò diutius infelicem animam detinent alligatam; ſecus eſſet ſi cùm ad pleniorem ætatem pervenerint, reſipuerint. *l.* 1. *ff. de pœnis. l. ſi dominum*, & i lic *Bart.* *&* *in l. inficiando. §. infans. ff. de furtis. c. ultim. de conſuetudi.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 29. de Cathol. Inſtitut. & ibi notata *num.* 1. *&* *ſequen.*

De Abſentibus. Titul. XLV.

SUMMARIUM.

1 *Abſens in criminalibus damnari non debet.*

2 *Contumax damnandus eſt.*

3 *Abſens ſi ſit hæreticus, quomodo in eum procedi debeat, & nu.* 4. 6. 8.

5 *Abſentes plures damnati.*

7 *Contumax ut quis verè dicatur, ipſemet Reus citandus eſt.*

9 *Hæreticus in qua Provincia degit, in eadem puniendus, ſed vide nu.* 11.

10 *Delictum ubi fuerit commiſſum, ibi de crimine agi debet.*

11 *Hæreticus poteſt puniri etiam in loco, ubi nullam protulit hæreſim.*

12 *Demoſthenis notanda ſententia.*

13 *Hæreticus animal eſt peſtilentiſſimum, & ut cancer ſerpit.*

14 *Hæreticus, ſi eſt abſens, poteſt contra eum procedi, & ejus ſtatua comburitur, bonaq; publicantur. & nu.* 15. *& ſeq.*

16 *Abſens, ſi fuerit damnatus ut hæreticus, & ſtatua ejus combuſta, quòd nihilominus in ſuis juribus audiendus eſt, ſi fuerit captus, vel ſponte ſui copiam fecerit.*

17 *Contumax infra annum auditur, ne bona publicentur in cauſa hæreſis, & quid poſt annum.*

De Abſentibus.

1 Abſens in criminalibus damnari nō debet; quia cùm non audiatur per Procuratorem, & ſe defendere nequeat, contra inauditam partem nihil poſſumus definire. Et ut Seneca inquit in Medea:

Act. 2. ſcen. 2. *Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,*
Æquū licèt ſtatuerit, haud æquus fuit.

Et alius dixit:

Cur Reus infelix abſens agor? & mea cum ſit Ovid. Heroid. Ep. 18.
Optima, non ullo cauſa tuente perit.

c. 1. *de cauſa poſſ. cap.* 1. *cum ſeq.* 3. *qu.* 9.

2 Sed qui fugit, & latitat, & neq; denunciationibus, neq; edictis judicum evocatus, copiam ſui facit, damnandus eſt ut contumax; efficit enim contumacia, ut

abſens

abſens pro præſente habeatur, præſertim cùm crimina objecta fateri videatur, qui ſæpè monitus purgandi ſe occaſione non utitur. *l. abſentem. ff. de pœnis. l. 1. & ſeq. de requi. reis. c. abſens. c. decernimus 3. q. 9.*

3 Itaq; ſi hæreticus abſens eſt, & comprehendi nequit, vocandus eſt edictis, quibus denuncietur ei, ut intra triginta dies compareat, innocentiam ſuam oſtenſurus, & ea dilatio peremptoria eſſe debet, ideſt una pro tribus, in qua citãdus eſt Reus ad omnia acta judicii, monendusq; eſt, ut niſi ad diem conditum affuerit, judices de cauſa cognoſcent, eamque diffinitiua ſententia terminabunt. *l. ad peremptorium. cum ſeq. ff. de judi. c. de illicita 24. q. 3.*

4 Quòd ſi Reus tribus edictis adeſſe juſſus, coram judicibus non comparuerit; accuſanda eſt ejus contumacia in ſingulis edictis terminis, ac deinde promotor fiſcalis edet libellum accuſatoriũ, & omnia judicii acta ordine fient; quibus peractis, ſi de hæreſi abſentis planè conſtiterit, ſententia in eum proferenda eſt, & ſtatua ejus comburitur, & bona publicantur. *Joan. Bernar. in pract. cap. 142.*

Abſentium damnatorũ exempla. 5 Sic olim Alcibiadem, & eos, qui cum eo erant, tanquam impios de deſerto judicio Athenienſes capite condemnarunt; auctor Thucidides lib. 6. & Romæ Poſthumius Conſul plurimos Reos abſentes damnavit, qui ad certam diem citati non reſponderunt, ut eſt apud *Livjum lib. 39.* confert *l. ne diu. C. de pœnis.*

6 Sed cùm abſens plenè convictus non eſt, juſtis tamen judiciis, & præſumptionibus prẹmitur; vocandus eſt in judicium, ut intra certum tempus præſentiam ſui faciat; quòd ſi evocatus non venerit, pronunciandum eſt eum excommunicatum eſſe; ſi verò per annum in excommunicatione permanſerit, damnari debet tanquã hæreticus. *c. cum contumacia de hæreti. lib. 6. Brunus lib. 4. de hæreti. cap. 11.*

7 Cẹterùm citandus eſt ipſemet Reus, ut verè contumax ſit; nec enim propter contumaciam præſumptam damnari debet; nec ſatis eſt, ut alitèr citetur in re uſque adeò gravi. *clem. 1. de judi. l. 4. §. prætor. ait. ff. de dam. infe.*

8 Cùm autem Reus latitat, & edictis in jus vocatur, edicta ipſa præconis voce divulganda ſunt, & nomen abſentis eſt inclamandum in ea civitate, in qua domicilium Reus habet; atque affigenda ſunt ad januas Eccleſiæ majoris, ut in ejus notitiam pervenire queant. *l. hac autem. ff. quibus ex cau. in poſſ. eatur. l. 4. §. toties. de dam. infe. & in inſtruct. Hiſpaniæ.*

9 In qua Provincia hẹreticus deliquit, in ea comprehendi debet; quòd ſi abſens fuerit, debent Inquiſitores mittere literas requiſitorias ad alios judices, ut alibi eum comprehenſum ad ſe remittant. *c. ut commiſſi. §. & contra illos de hæreti. lib. 6. l. 1. ff. de requi. reis. Rebuffus tract. de litteris requiſitoriis.*

10 Eſt ſanè rationi conſentaneum, ut cauſa peragatur in loco commiſſi criminis, ad eumque Reus mittatur, ut illic de crimine commodius cognoſcatur; & ibi Reus puniatur, ubi deliquit, ut conſpectu cœteri deterreantur. *authen. ut nulli judi. §. ſi quis comprehenſorum nu. 35.* & ibidem *Abulen. q. 14. Covar. lib. quaſt. cap. 11.*

11 Si conſtiterit aliquem alibi fuiſſe hæreticum; quamvis abſens ſit ab eo loco, in quo deliquit, comprehendi tamen & puniri poteſt ubi nullam hæreſim protulit; & ita omnium conſenſu receptum eſt. *Jacob. & Cynus in l. 1. C. de ſumma Trin. Jo. And. & Francus in c. ut commiſſi. de hæret. lib. 6. Alber. de aſſertio. Catho. qu. 25. Hermas lib. 2. de inſtaura. religio. cap. 9.* & innumerabiles alii.

12 Etenim, ut Demoſthenes adverſus Ariſtocratem inquit: *Aliis facinoroſis ſat eſt, ut eorum quos læſerint, patria cedant; in aliorum ditionem, quibus nullam fecerunt injuriam, tutò commigrantes;* at verò hæretici hoſtes ſunt Orthodoxæ Reipublicẹ, & Catholicam Eccleſiam lædunt, atque adeò Chriſtianis omnibus injuriam inferunt; & omnium intereſt religionis integritatem ubique ſervari. *l. Manichæos. C. de hæreti.*

13 Accedat illa quoque cauſa, quòd hæreticus animal peſtilentiſſimum eſt, & ubicunq; poteſt, virus evomit, & ut cancer ſerpit; & ſicuti elegantèr Demoſthenes contra Ariſtogitonem dixit: *Malum Reipublicẹ pernicioſum, antequam cuiquam noceat, maturè præcavendum eſt; & ſicut ſerpentem, & araneum, priuſquàm mordeant, occidimus; ſic hominem natura ſerpentina præditum, antè etiam quàm noceat, punire debemus.* Quod renovans Philo libro de ſpecialibus legibus, inquit; *Sicut viperas,*

ras, ſcorpios, aliaſque venenatas beſtiolas, priuſquam mordeant, aut ſaucient, aut omninò ſe cõmoveant, ſine mora ad primum aſpectum occidimus, pracavendo genuinam eorum malitiam, prius quàm noceant; eodem modo etiam homines plectendi ſunt, qui cum ſint animalia rationalia, nihilominùs à nativa manſuetudine in ferinos mores degenerant, & pro delectamento habeant lædendi quot quot poſſunt licentiam; hi verò maximè hæretici ſunt, qui lupi rapaces, pardi, vulpes, & ſeductores nominantur; & nedum his digni ſunt nominibus; ſed aliis etiam mille ſimilibus, & quidem pejoribus. *Brun. lib. 1. de haret. cap. 13. deinceps.*

14 In hæreticum abſentem inquiri poteſt à judicibus Provinciæ, in qua domicilium habet; & ſi comprehendi non poſſit, ſtatua ejus comburatur, & bona publicentur. *c. poſtulaſti. c. cum contingat. c. ulti. de foro compet.*

15 Si verò nuſquam domicilium habeat, nihilominus inquiretur in eum in Provincia originis, & ubi bona poſſidet, vel beneficium Eccleſiaſticum habet. *l. 1. l. filios. C. de munic. & orig. lib. 10. l. 2. C. ubi de Crim. agi oport. c. vergentis de haret. c. cum ſecundum. c. ut commiſſi. §. privandi. eodem tit. lib. 6.*

16 Qui abſens condemnatur, etiam ſi ſtatua ejus combuſta ſit, audiendus tamẽ eſt, ſivè ſponte copiam ſui fecerit, ſivè invitus comprehenſus fuerit: nulla enim temporis præſcriptione à cauſæ defenſione ſubmoveri debet qui abſens damnatus eſt; & eo jure utimur. *l. pen. ff. de requi. reis l. 2. C. eodem titulo.*

17 Quòd ſi intrà annum à die condemnationis præſentiam ſui fecerit, audiri quoque debet, ne bona ſua publicentur; poſt annum verò, & ſi audiri debeat, ut ne ipſe damnetur, bona tamen ejus nihilominus confiſcantur; excepto, ſi de innocentia planè conſtiterit, aut juſto aliquo impedimento intra annum comparere nequiverit. *l. 1. & l. n. t. ff. de req. reis. l. 2. C. eodem tit. l. 2. ff. ſi quis cautionibus. l. qui commeatus de re milita.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 2. de Cathol. Inſtitut., & ibi notata *nu. 6. & ſeq.*

De Contumacibus. Titulus XLVI.

SUMMARIUM.

1 *Contumax ob cauſam hæreſis, elapſo anno, damnandus eſt ut hæreticus.*
2 *Contumax ſi mortuus fuerit intra annũ, non eſt ut hæreticus damnandus.*
3 *Contumax non ſatis eſt ut evocetur, ſed ſemel ſaltem ipſemet citandus eſt.*
4 *Contumax ſi tribus edictis vocatus non compareat, juſtè damnari poteſt, ſi plenè conſtet.*
5 *Torqueri poteſt ſuſpectus de hæreſi, ſi interrogatus reſpondere non vult, aut apertè non reſpondet.*
6 *Contumax interrogatus, ſi taceat, damnari poteſt.*

De Contumacibus.

1 Suſpectus de hæreſi, qui vocatus, ut coram Inquiſitore de fide reſpondeat, contumax eſt, & propterea excõmunicatus; ſi in ſua contumacia per annum perſiſtit, ex tunc damnandus eſt ut hæreticus. *c. cum contumacia de hæreti. lib. 6.*

2 Unde patet, quòd ſi illi mortui fuerint intra annum, damnandi non ſunt, ut hæretici; quia dictiones *ex tunc*, temporis extremum deſiderant. *l. 4. §. 1. ff. de condi. & demon. l. pen. de teſtam. tute. omnes interpret. in dicto c. cum contumacia.*

3 Nec ſatis eſt, ut edictis evocetur cõtumax, ſed ſemel ſaltem ipſemet citandus eſt; quia res magni momenti eſt, atq; ideo cautius agendum in ea. *Abbas*, & cęteri *in c. ulti. de eo qui mit. in poſſ. c. de illici. 24. q. 3. Bart.* & alii *in l. 4. §. præt. ait. ff. de dãn. infect.*

4 Quòd ſi plena probatione conſtaret abſentem contumacem hæreticum eſſe;

tunc

tunc tribus edictis vocatus, juſtè damnari poteſt, ut paulò ante dixi; & bis olim factum fuiſſe *Nicephorus in Eccleſiaſtica hiſtoria* retulit. *lib.* 15. *cap.* 14. *& lib.* 17. *cap.* 9.

5 Si verò ſuſpectus comprehenſus, & à judicibus interrogatus, reſpondere nolit, aut obſcurè reſpondeat, vel non ad interrogata reſpondeat; torqueri poteſt, ut apertè reſpondeat. *Bal. in l. accuſationem. C. qui accuſa. non poſſ. Jaſ. in l. qui aliena. §. Celſ. ff. de acqu. har. Capicius deciſ.* 145.

6 Contumax autem, qui tacet interrogatus, damnari poteſt ut pertinax, & convictus; ſic in octava Synodo generali actione. 5. Photio interrogato, ſi ſuſciperet ſtatuta Sanctorum Patrum, & non reſpondenti verbum; Præſidentes Synodo dixerunt: *per ſilentium non effugies manifeſtiorem damnationem.* Aliud quoq; exemplum memorat *Bonifacius de Vitalinis in clem.* 1. *de uſuris nu.* 96. confert. *l. de ætate. §. qui tacuit. §. quod autem. §. nihil intereſt. ff. de interrog. act.* *Photius tacens dānatur.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 14. de Cathol. Inſtit., & ibi notata *num.* 1. *& ſequen.*

De Defenſionibus. Titul. XLVII.

SUMMARIUM.

1 *HÆreticum, qui negat ſe eſſe, & juſtis defenſionibus uti velit, utique audiendus eſt.*
2 *Innocens conſtantiſſimè negare debet.*
3 *Innocentia nequaquam tuta ob improborum teſtimonia.*
4 *Probatio nulla magis directa eſt, quàm negare factum per rerum naturam.*
5 *Probatio, ut concludat indirectè defenſionem, fieri poteſt, & quomodo.*
6 *Defenſiones rei, quæ. & nu. ſeq.*
7 *Teſtes approbatores, ſeu laudatores produci ſolent.*
8 *Teſtes reprobantur ex juſtis cauſis.*
9 *Furioſus ſi quidpiam hæreticum dixerit, non ideo impius cenſetur.*
10 *Furioſus ſi evadat hæreticus, quid agendum.*
11 *Infantes innocẽtia cõſilii à delicto tuẽtur.*
12 *Senex, decrepitæ tamen ætatis, ſi quid impium dixerit, excuſatur, veluti puer.*
13 *Dormiens excuſatur à delicto.*
14 *Ebrius immunis eſt à delicto; intelligas tamen, ut eo loci.*
15 *Relator hæreſim aliorum puniendus non eſt, niſi dolo fecerit.*
16 *Hæreticus non dicitur, qui lapſu linguæ aliquod dixerit impium.*
17 *Ruſticus excuſatur ab hæreſi; fallit tamen ſi ſit ſagax.*
18 *Hæreſim dicens per facetiam, non eſt ut hæreticus puniendus. fall. tamen.*
19 *Mulieres facilius ab hæreſi excuſantur, quàm viri.*
20 *Mortis metu deficientes, ſi quid impium dixerint, an de hæreſi puniantur, diſtinguitur.*
21 *Fingens ſe hæreticum ob metum, ſi corde à fide non diſceſſit, non eſt pœnis hæreticorum afficiendus.*
22 *Iracundiæ calore dicens aliquod hæreticum, non ob id hæreticus cenſendus. fallit tamen, ut ibi. & nu.* 24.
23 *Dolor magnus excuſat ab hæreſi.*
25 *Judex ſuſpectus recuſatur, ſivè Inquiſitor ipſe.*
26 *Suſpicionis cauſas quis cognoſcat, cum Inquiſitor ſuſpectus allegatur.*
27 *Hæretici defendendi ſunt ab advocatis, non aliis. fallit tamen.*

De Defenſionibus.

1 SED jam ad Reos carcere clauſos revertamur: Qui negat ſe hæreticum eſſe, ac juſtis defenſionibus uti velit, utiq; audiendus eſt; prima verò defenſio eſt negare crimina falsò ei obiecta; nam, ut Fabius lib. 3. c. 8. inquit: *Longè fortiſſima tuendi ſe ratio eſt, ſi quod obiicitur, negari poteſt; quia, accuſatore non probante, Reus & ſi nihil præſtiterit,*

rit; abſolvendus eſt. l. qui accuſare. C. de edendo. l. actor, de probatio.

2 Innocens autem conſtantiſſimè negare debet, ne ſe ipſum iniuſtè infamet, ac falſo teſtimonio damnet; quia ſi contra alium pro teſtimonio falſum dicere unuſquiſque prohibetur; multò magis ne contra ſe falsò teſtificetur, vetitum eſt; quia regulam diligendi proximum à ſemetipſo accepit. *c. ſi non licet 23. q. 5. Divus Auguſt. lib. 1. de Civit: Dei cap. 7.*

3 Sed quia ſola negatione non eſt ſemper ab improbis teſtibus innocentia tuta: aliis quoque defenſionibus utendum eſt. Fabius quidem loco prænotato, inquit: *Longè fortiſſima tuendi ſe ratio eſt, ſi quod obiicitur, negari poteſt; proxima ſi nō id, quod obiicitur, factum eſſe dicitur*. Et Ariſtoteles lib. Rhetoric. ad Alexandrum: *Defendendi ſpecies tribus præceptis conſtat: aut enim defenſori oſtendendum eſt, ſe nil eorum, quorum accuſatur, patraviſſe, aut ſi cogatur, fateri.*

4 Cęterùm negantis factum per rerum naturam nulla eſt directa probatio; quia quod non eſt nō habet cauſas cognitionis, & probationis, ideſt non poteſt aliquo ſenſu cognoſci; nec teſtis poteſt ejus reddere cauſam per aliquem ſenſum corporeum, qua bene concludat, ſe id noſſe. *c. bona 1. de electio. c. quoniam contra de probat.*

5 Fieri tamen poteſt probatio, qua indirectè, ſive obliquè concludatur defenſio negantis, coarctato loco, ac tempore, quo dicitur hæreſim protuliſſe; ea enim cauſas habent cognitas, & quæ facilè probari poſſunt; quia ſenſibus percipiuntur. *c. ex tenore de teſtib. l. optimam. C. de contrahen. ſtipul. Toſtadus in 2. p. defenſ. cap. 77.*

6 Itaque juſtè ſe Reus defendet, ſi pluribus, & melioribus teſtibus probare potuerit, ſe id eo loco, quod obiicitur, & eo tempore non dixiſſe, vel non eo modo, aut eis verbis, aut ejuſmodi circunſtantiis; ſed aliis, quibus crimen ex toto diluatur, aut certè magna ex parte minuatur. *Feli. in c. tertio loco de probat. Ruin. conſ. 145. lib. 5. Decius conſ. 94. & in l. 1. C. de bon. poſſeſ. ſecun. tab. Ripa in l. in illa. ff. de verb. obligat.*

7 Solent quoque teſtes produci, qui Reum approbent, quos approbatorios appellant; olim (ni fallor) laudatores dicebantur; hi nonnunquam plurimùm proſunt; & eò magis, ſi teſtimonium perhibeant de actis, dictiſq; contrariis objectis criminibus. Verbi gratia, ſi probent, Reum quotidie rem divinam audire, aut pro animis defunctorum orare, aliaque generis ejuſdem; nec enim poteſt quiſquam ſubitò fingi; nec cujuſquam repentè vita mutari, aut natura converti, ut inquit Cicero pro Sylla. *Nemo repente fit turpiſſimus. c. ſi ſermo, de pœnit. diſtin. 2. c. pen. de præſump. Bertran. conſ. 37. lib. 2. Alciat. lib. 2. de præſump. cap. 25.*

8 Refutantur interdum teſtes, probatis inimicitiis capitalibus, aut conjuratione, vel ſubornatione; & teſtes, quibus ea probantur, reprobatorios vocant; & conſanguinei, atq; domeſtici Reorum admittendi non ſunt ad hujus modi probationes *c. per tuas de ſimo. c. filii de hæreti. lib. 6.*

9 Multæ prętereà defenſiones eſſe poſſunt, quæ vel Reos omnimodo tueantur, vel magna ex parte excuſare queant; nam, cum hæreſis errorem intellectus, & pertinaciam includat: ubi ea deſint, hæreſis eſſe deſierit; furioſus igitur, mente motus, & furiis, ſive dæmonibus agitatus, & ſi quiſpiam hæreticum dixerint, impii tamen non erunt. *l. divus ff. de offic. præſid. l. ulti. de admi. tutō. et alii quos cum ſeq. 15. quæſt. 1.*

10 Quid ſi hæreticus incidat in furorem? cauſa quidem bonorum peragi poterit, citatis hæredibus, aut curatore bonis dato: ipſe verò cuſtodiendus eſt, donec ad ſanam mentem redeat; nec damnari debet, antequam in furore moriatur; quia fortaſſis reſipiſcet, atque ad ſinum Eccleſiæ reverteretur, ſi verò furioſus moriatur, perinde cauſa erit finienda, ac ſi mortuus eſſet ante furorem. *argu. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. juris. Bal. Alex.* & cœteri *in l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſunt.*

11 Infantes quoque innocentia conſilii tuetur, quia ea, quæ dicunt, non intelligunt. *l. 1. C. de falſa mone. l. infans. ff. de ſicar.*

12 Idem juris eſt, ſi ſenex decrepitæ ætatis aliquid impium dixerit; *ſenes enim deſipiunt, eum debilitate nimia confecti ſunt,* ut Caſſiodorus inquit, *libro de anima. c. tanta nequitia 86. diſtinct. l. ſi quis ingraveſcente. §. ignoſcitur. ff. ad Syllania. Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum.*

13 Eadem de dormiente dicimus; ſunt enim

enim qui dormientes ſæpe loquantur. *clemen.1.de homici.l. 1.§. adipiſcimur.de acquir.poſſeſſ.l.1.ff. de auto.tuto.*

14 In eadem cauſa ſunt ebrii, qui ad Imperium vini loquuntur, quæ non intelligunt; ſecus erit, ſi non erant prorſus ebrii. *c.ſanè.c.inebriaverunt 15.quæſt.1.l.omnes.§.per vinum. ff. de re mili.l.reſpiciendum.§.delinquunt.de pœnis.*.

15 Qui refert aliorum hæreſes, niſi dolo malo id fecerit, puniendus non eſt; dolus verò in dubio non præſumitur; ſed circunſtantiæ nonnunquam efficiunt, ut mala mens hæretici appareat. *l. qui iniuria ff. de fur. l.obligat.ſubſtant. de actio. & obliga.*

16 Qui labitur lingua ſua, ſed non ex animo, hæreticus non eſt; præſertim, cum ſe incontinenti correxerit, nec enim lubricum linguæ ad pœnam trahendum eſt; & ut Divus Auguſt. ait: *Ream linguam non facit, niſi rea mens. Eccle.19.c.homines 22.q.2.l.famoſi.ff.ad leg. Jul.maje. l.Stichus, immò Pamphilus de manu.teſtamen.*

17 Nimia quoque ruſticitas excuſare poteſt ab hæreſi, ſecus ſi ruſtici ſegaces ſint. *gl. recepta in l. athleta. §.de ruſticis.ff. de excuſat.tuto.*

18 Qui per facetiam dixerit hæreſim, ut hæreticus puniēdus non eſt; niſi ex circunſtantiis aliud conſtiterit; puniri tamen debet ut irreligioſus, ac temerarius; quia peſſimi exempli eſt cum rebus fidei jocari; neq; id caret ſuſpicione hæreſis, ut rectè dixit Gerſon, addito verſiculo memorabili:

Non patitur ludum, fama, fides, oculus. par.2.tractatu ult.

19 Mulieres fermè ut pueri, levis ſententiæ ſunt; facilius igitur excuſari poſſunt, quàm viri; niſi pertinaces ſint. *c.indignantur. 32.q.6.l.ſi quis.§.ad filias.C. ad leg.Jul.majeſt. l.2.in fine.ff.de jure fiſci.*

20 De his, qui metu mortis deficiunt, & impium aliquid faciunt, vel dicunt, diſtinguendum eſt; mitius enim agi debet cū iis, qui majoribus ſuppliciis victi ſunt; & cum eis, qui ſunt imperfectiores, & qui ex officio ad hæroicas virtutes non ſunt obligati, quàm cum cæteris. *c.merito. 25.quaſt.1.c. Lotharius 31.quaſt.2.c.eos quos de conſecrat. diſtin.4.c.hoc ipſum 33.quaſt. 2.ne quis 22.q.2.*

21 Si verò quiſpiam metu finxerit ſe eſſe hæreticum, quamvis pro modo culpæ puniri poſſit; ſi tamen corde non diſceſſit à fide, nec hæreticus fuit, nec pœnis hæreticorum afficiendus eſt. *c.poteſt fieri de pœnit. diſtin.1. Cyprianus libro de duplici martyrio. Ambroſi. lib.1.de pœnitentia cap. 3. Alber. in rubr. de hæreti. lib.6.quaſt.13. Brunus lib.1.de hæreti.cap.4.*

22 Qui magna aliqua perturbatione animi motus aliquid impium dixerit; is hæreticus quidem non eſt; niſi fortè concurrāt illa, quibus perficitur hæreſis; quia commotiones animi, conſilio, & ratione rem videre non ſinunt; tale eſt, quod evenire poteſt amore perditis, qui puniendi ſunt ut amentes, & ebrii, non ut hæretici. *§.ulti.* & ibi interpretes *inſtit. de ſucceſſio. ſubla. Plato in Phædro. Ariſto. lib. 2.magn. mora.cap.6.Tiraquel. de pœnis in cauſa 4.*

23 Magnus quoque dolor excuſare ab hæreſi poterit, cum ſit graviſſima perturbatio animi, ut ait Plutarchus oratione conſolatoria. *l.ſi adulterium. §. Imperatores.ff. de adulter. l.ſi ex plagis. §.1.ad leg. Aquil.Tiraquel. de pœnis cauſa.1.*

24 Idem prorſus dicendum eſt de verbis impiis calore iracundiæ prolatis; quia quæ proficiſcuntur ab ira, non dijudicantur ex electione fieri. *Ethi.5.cap.8.c.hæreſis 24.quaſt.3.l. quid quid calore.ff. de regul. juris.*

25 Et quia tutum non eſt ſub judice ſuſpecto cauſam dicere; poterit juſtis ex cauſis reiici Inquiſitor. *c.ult. 3. quaſt. 5. Cardi. in clem.1.de hæreti. Angel.in ſumma, verbo Inquiſit. §.5.Pariſ.conſ. 2.lib.4.Rebuffus tractatu de recuſationibus.*

26 Cœterùm in cauſa hæreſis non debent eligi arbitri, qui de recuſatione cognoſcant; ne fidei negotia protrahantur; ſed ſi juſta viſa fuerit cauſa recuſationis, conſulendus eſt ſuperior, ut alio judici eā committat; ſi verò frivola fuerit, ea remota, procedi poterit; ſicut proceditur appellatione remota; appellatio enim, & recuſatio æquiparantur in hoc. *c.ſuper eo.c cum ſpeciali. de appellat.* & ibidem interpretes.

27 Rei defendendi ſunt ab advocatis, non autem ab aliis; ſed ſi conſanguinei, vel amici aliquid afferant, quod Reis prodeſſe queat; uſque eo duntaxat audiendi ſunt, ut officio judicum inquiratur, utrū id verum ſit, nec ne; quemadmodum Senatuſconſulto Hiſpaniȩ rectiſſimè decretū eſt.

ANNOTATIONES.

Vide tit. 17. de Cathol, Inſtit. & ibi notata *num.* 1. *& ſequen.*

De Errore. Titulus XLVIII.

SUMMARIUM.

1 *ERrans excuſari poteſt ab hæreſi.*
2 *Error duplex, ex malitia, & ignorantia.*
3 *Malitia errat in fide, qui ſciens veritatē, contrarium aſſerit.*
4 *Errat is quoque malitia, qui pertinax in errore non ſuſcipit correctionem, cognita veritate.*

De Errore.

1 QUia interdum is, qui errat, excuſari poteſt ab hæreſi; non erit alienum de errore hac in parte tractare; nam qui credit aliquam hæreſim; cujus veritatem contrariam explicitè ſcire nō tenebatur, putans id, quod credit, eſſe Catholicam veritatem; is proculdubio hæreticus non eſt, ut poſtea probabo; ac de hujuſmodi errore loquitur Juriſconſultus, qui ait: *Nihil tam contrarium eſt voluntati, quàm error. l. ſi per errorem, ff. de juriſdi. omn. judi.*

Error quotuplex. *Errare quid.*

2 Error autem dupliciter eſſe poteſt; vel procedens ex malitia, vel ex ignorantia; prior eſt, qui facit hæreticum: poſterior verò non item. Eſt autem errare, habere falſum pro vero, aut verum pro falſo: vel certum pro incerto, aut incertum pro certo, ut *Divus Auguſtinus in enchirid.* tradit. *cap.* 17.

3 Malitia errat in fide is, qui ſciens veritatem Catholicam, & credens eam eſſe veram, nihilominus aſſerit contrarium errorem. id, quod Lutherus fecit, ac tunc faſſus eſt, cum negavit Purgatorium. huic affinis eſt, qui ſciens quid Eccleſia Catholica doceat, ipſe contrarium credit eſſe verum; & hic eſt frequentior hæreticorum error.

4 Illi quoque malitia errant, qui veritatem aliquam Catholicæ fidei pudendo errore ignorantes, cum eam explicitè ſcire tenerentur, contrarium errorem pertinaciter credunt, non parati ad correctionem ſuſcipiendam, cognita veritate; quin etiam eadem malitia errant, qui credentes hæreſim, cujus contrariam veritatem ſcire non tenebantur, non volunt ſuſcipere ſanam doctrinam, veritate cognita; & hi omnes ſunt errores pertinaces, qui conſumatum hæreticum faciunt.

ANNOTATIONES.

Vide tit. 26. de Cathol. Inſtitut. & ibi notata *num.* 1. *& ſequen.*

De Ignorantia. Titul. XLIX.

SUMMARIUM.

1 *ERrans ignorantia, excuſari poteſt ab hæreſi.*
2 *Ignorans quæ cunctis divulgata ſunt, etiā ſi craſſa ignorantia ſit, vix ab hæreſi, poteſt excuſari.*
3 *Ignorantia probabilis excuſat ab hæreſi, cum caret malitia, & pertinacia.*
4 *Errans ignorantia, quam vitavit quoad potuit, culpa caret.*
5 *Errans ignorantia in iis, quæ ſcire tenetur, quatenus erret.*
6 *Errans ignorantia, non puniendus hæreticorum pœnis.*

De Ignorantia.

1 QUI verò ignorantia errat: is plerunque ab hæreſi excuſari poteſt. Sunt autem ſpecies ignorātię quatuor; Vna affectata, altera craſſa, tertia probabilis, quarta inſuperabilis. Qui errat ignorantia affectata: is malitia non caret, atque adeò pertinax eſſe præſumitur; præſertim cum errat in eo, quod explicitè ſcire tenetur. De hac ignorantia loquitur Propheta Regius dicens: *Noluit intelligere, ut bene ageret. pſal. 36. c. excellentiſſimus* 11. *qu.* 3. *Juſtinus marty. quaſt.* 140.

Ignorantiæ ſpecies.

2 Is, qui craſſa ignorantia errat, ignorans ea, quæ cunctis divulgata ſunt, vix ab hæreſi poterit excuſari, ac fortaſſe ne vix quidem; excepto, ſi ſtupidus, vel ſtolidus eſſet. *l. lata culpa ff. de verbor. ſignificatio. l. nec ſupina de juris, & facti ignoran. l. ſi Titius. ff. de fide juſſo. l.* 4. *quod vi, aut clam. Canus lib.* 12. *de locis Theolog cap.* 10.

3 Probabilis autem ignorantia excuſat ab hæreſi, cum caret malitia, & pertinacia; nam, ut Beatus Cyprianus contra Demetrianum ſcripſit: *Qui ad malum motus eſt, mendacio fallente; multò magis ad bonum movebitur, veritate cogente.* Et Divus Hieronymus in prologo epiſto. ad Romanos: *Qui cognitum illico ſequimur, olim utique ſequeremur, ſi ante cognoviſſemus.* Et Sanctus Auguſtinus: *Qui ſententiam ſuam, quamvis falſam, atque perverſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt; quarunt autem cauta ſollicitudine veritatem, corrigi parati, cum eam invenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi.* Ad ſummam, qui probabili ignorantia, non pertinaciter errat: is non habet electionem contradicentem doctrinis Eccleſiæ; relinquitur ergo ut hæreticus non ſit. *c. dixit Apoſtolus* 24. *q.* 3. *cap.* 1. 29. *quaſt.* 1. *uterq; Tho.* 2. 2. *qu.* 11. *art.* 2. tradunt omnes *in c.* 1. *de ſumma Trini. & in rub. C. eodem titu. Lupus allegat. de hæreſi.* §. 5. *Alberti. de aſſertio. Catho. q.* 36.

4 Qui errat ignorantia inſuperabili, quam ſuperare non potuit, faciens quidquid in ſe fuit: is omni culpa caret, nedum hæreticus non eſt; ſicut & ille, qui quærens veritatem in quæſtionibus difficillimis, imbecillitate ingenii, bona fide abertaverat; de quo errore accipienda ſunt verba illa Divi Auguſtini, lib. 1. de Trinitate: *Errare poſſum, ſed hæreticus non ero.* Addo *Vincen. Lirinen. adverſus hæreſes poſt prin. Joan. Major. in lib.* 2. *ſent. diſt.* 22. *q.* 2.

5 Qui verò errat ignorantia, in his etiā, quæ explicata fide ſcire tenebatur, peccat ille quidem peccato negligentiæ, tamen hæreticus non eſt, ſi modò pertinacia careat. *c.* 1. 29. *qu.* 1. *Gerſon de vita ſpiritu. li. lect.* 5. *Alfonſ. lib.* 1. *adverſus hæreſes cap.* 9.

6 Unde fit, ut qui errat ignorantia, non ſit puniendus hęreticorum pœnis; ſed errores revocare debet arbitrio judicum, ſimpliciter, & ſine conditione. *extravag. Vas electionis in fine de hæretic. Gerſon de proteſtatione, conſiderat.* 11. *Lupus allegat. de hæreſi.* §. 4.

ANNOTATIONES.

Vide eundem tit. 26. & ibi notata *num.* 3. *& ſequen.*

De Proteſtatione. Titulus L.

SUMMARIUM.

1 *Proteſtatio prodeſſe poteſt Reis.*
2 *Proteſtationis definitio dupliciter à Gerſone tradita.*
3 *Proteſtatio, cum in nullius detrimentum ſit, & pendeat à voluntate, ſemper fieri poteſt.*
4 *Verba ambigua, & mens dubia proferentis neceſſaria eſt ut proteſtatio proſit.*
5 *Scienter errans in fide, quamvis millies proteſtetur, nihilominus hæreticus pertinax eſt.*
6 *Errans in iis, quæ ſcire tenetur, ad excuſationem requirit ignorantiam, præter proteſtationem.*

7 *Ambiguis in rebus prodeſt proteſtatio.*
8 *Proteſtatio quando excuſet apud Deum, & quando apud homines.*
9 *Ignorãtia probabili errans, excuſatur proteſtatione apud Deum, & homines.*
10 *Proteſtatio ex perſonarum, & errorum qualitate plus, minuſue prodeſt.*

De Proteſtatione.

1 CUM proteſtatio prodeſſe poſſit Reis; de ea quoque diſſerendũ eſt. Solent quidem viri pii proteſtatione uti, in hunc ferè ſenſum: *quod ſi fortè aliquid contra Fidẽ Catholicam eos dixiſſe, aut ſcripſiſſe contigerit, ex inde illud revocant, & ex imperitia dictum, vel ſcriptum intelligi volunt, non autem ex malitia, vel pertinacia. c. hac eſt fides. 24. q. 1.*

Proteſtatio quid. 2 Hanc proteſtationẽ definit Gerſon, ut *ſit confeſſio quadam, qua declaratur, quid proteſtans in ſide ſentiat*; aliter: Eſt hæc proteſtatio: *religioſa, & modeſta deprecandæ impietatis, pertinaciaq; cautio, animi noſtri declaratoria, & certificatoria*; teſtatur enim quo animo ſimus loquuturi, vel ſcripturi. *Gerſon tractatu de proteſtatione, conſiderat. 1.*

3 Quæ proteſtatio, cùm in nullius detrimentum ſit, & ex voluntate proteſtantis pendeat, fieri poteſt quocunque loco, & tempore, atque interpretarur verba, & ſcripta conſequentia. *l. per ſeruum. §. 1. ff. de uſu, & habita. l. qui in aliena. §. Celſus de acq. her. l. ſi quis in prin. de lega. 3. Bar. in l. non ſolum. § morte. de nou. ope. nuncia. omnes in c. cum M. Ferrarienſis. de conſtitut.*

4 Sed ut proteſtatio proſit, neceſſe eſt, ut verba ſint ambigua, & mens proferentis dubia; nàm ſi verba, & mens proteſtantis manifeſtam hæreſim ſaperent, nihil prodeſſet ea proteſtatio. *l. Neſennius. ff. de neg. geſt. l. at ſi quis. §. plerique de religio. & ſump. fune.*

5 Quo efficitur, ut qui ſciens errat contra Catholicã fidem, quamvis millies proteſtetur; nihilominus pertinax hæreticus ſit; alioqui liberum eſſet hæreticis hęreſes quaſcunq; docere ſub prætextu proteſtationis; ſed proteſtatio cõtraria facto protſùs inutilis eſt. *c. ſollicitudinem de appel. c. ea te. de jure jur. c. ulti. de homic. lib. 6. l. ſi quis extraneus. ff. de acqui. hær. l. ſi non convitii. C. de iniuriis. Gerſon de proteſta. conſ. 3. cum ſeq.*

6 Hinc eſt, quòd qui errat in iis, quæ explicitè ſcire tenetur, non excuſatur ſola proteſtatione; ſed pręterea ignorantiam probare debet. *l. 2. §. Seruus. ff. de orig. juris l. profeſſio. C. de mune. patrimo. lib. 10. l. ab ea parte. ff. de proba.*

7 In rebus autem ambiguis, ac difficillimis, plurimũ proderit proteſtatio; quia etiam viri docti ea ignorare poſſunt. *gl. in prin. inſt. de oblig. qua ex quaſi deli. naſcun. Feli. in c. 1. de re ju. Alfon. lib. 1. de juſta. hæ rc. puni. cap. 11.*

8 Proteſtatio interdum excuſat apud Deum, & non apud homines, & contra; *quia homo judicat, qua apparent, Deus autem intuetur cor. 1. Reg. 16. Gerſon conſiderat. 8. Alfon. d. cap. 11.*

9 Qui errat probabili ignorantia, excuſatur proteſtatione apud Deum, & homines. *Alber. in rub. C. de hæreti. Gerſon conſid. 5. Alfonſ. cap. 11. Alber. de aſſertio. Catho. q. 12.*

10 Ad ſummam ex perſonarum, & errorum qualitate, plus, minuſue proderit proteſtatio; ſed nunquam nocere poteſt; quia nihil ponit improbum, vel ſuſpectũ. *Gerſon conſid. 2. & 12. l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſ. cau. teſtam. Feli. in c. literas de præſump. nu. 19.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 55. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibi notata *nu. 1. & ſequen.*

De

De Abſolutione. Titulus LI.

SUMMARIUM.

1 *Criminibus obiectis, & defenſionibus factis, convenire debent judices, & conſultores, ac de cauſarum fine deliberare.*

2 *Falſa opinio illorum, qui exiſtimant Epiſcopum ſolum, vel Inquiſitorem ſolum poſſe abſolvere Reum accuſatum de hæreſi.*

3 *Abſolutus à Pontifice in foro exteriori, nō poteſt ab Inquiſitore de eiſdem criminibus puniri.*

4 *Electi à pœnitentibus, ut confeſſiones audiant, quamvis ex diplomatibus, & bullis à multis criminibus abſolvere poſſint, hæreticos abſolvere nequeunt.*

5 *Epiſcopis, & Inquiſitoribus ſingulari jure tribuitur, ut in foro pœnitentia occultos hæreticos abſolvere poſſint.*

6 *Hæretici morientes abſolvi poſſunt à quolibet Sacerdote, ſi Epiſcopus, & Inquiſitores deſunt.*

De Abſolutione.

1 Ubi promotor fiſcalis omnia crimina in Reos obiecerit, & illi, eorumq; advocati defenſionibus ſuis fuerint uſi, & utrinque probationes peregerint; convenire debent Judices, & Conſultores, ac de cauſarum fine deliberare; quòd ſi Reus diluerit obiecta crimina; vel accuſator ea non probaverit, abſolvendus quidem eſt; nonnunquam ab accuſatione, interdum ab inſtantia iudicii; ſæpè etiā fidejuſſoribus relinquendus eſt: quemadmodum judicibus juſtius, & commodius eſſe viſum fuerit.

2 Multi putant Epiſcopum ſolum, & ſolum Inquiſitorē abſolvere poſſe Reum accuſatum de hæreſi; quamvis neuter eorum ſolus damnare poſſit; ſed illor im opinio à multis damnata, è foro expulſa, meritò ejectaq; eſt; quia ſimul deliberare debent, an Reus ſit abſolvendus, vel condemnandus; & eadem omninò ratione utrunque faciendum eſt; *Clem. ex eo. de hæreti. l. qui condemnare. ff de re judi.* & ibi *Cuma. Areti. Socin.* & quidam alii, *Stepha. Joan. And. Imola. in clem. 1. de hæreti. Sylveſter. & Cajeta. in ſummis, verbo excommunicat.*

3 Abſolutus à Summo Pontifice in foro exteriori, non poteſt ab Inquiſitore de eiſdem criminibus puniri; niſi fortè falſa confeſſione abſolutio extorta ſit; quo caſu conſulendus eſt ipſe Pontifex Maximus. *c. cum inferior. de majo. & obedi. Decius conſ. 137. Pariſ. conſ. 1. lib. 4.*

4 Hi, qui eliguntur à pœnitentibus, ut ſacras eorum confeſſiones audiant; quamvis ex clauſula generali diplomatum, ſive bullarum à multis criminibus abſolvere poſſint; hæreticos tamen abſolvere nequeunt; quia id ſpecialiter Inquiſitoribus reſervatur. Nec eſt veriſimile generaliter eſſe conceſſum, quod ſpecialiter denegaretur. Nec enim probabile eſt Pontificem Summum tot legibus ſanctiſſimis in fidei favorem latis tam facilè derrogare voluiſſe. *c. in generali. de reg. jur. lib. 6. l. ſi quando. C. de inoff. teſtamen. Covar. in c. alma mater. p. 1. §. 11. quamvis Soto in lib. 4. ſent. diſt. 22. quæſt. 2. art. 3* diſſentire quodammodo videatur.

5 Sed prior ſententia vera eſt, ut mihi quidem videtur; nàm ſi Epiſcopis Inquiſitoribus ordinariis jure ſingulari tribuitur, ut abſolvere poſſint in foro pœnitentiæ occultos hæreticos; idque committere nequeant Vicariis ſuis; incredibile eſt, ut ſub clauſulis generalibus id ipſum intelligatur eſſe conceſſum cuicunq; ſimplici Sacerdoti, qui facilè poteſt pœnitentem ad Epiſcopos, vel Inquiſitores mittere. *Concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap. 6.*

6 Hæretici morientes abſolui poſſunt à quolibet Sacerdote, ſi Epiſcopi, & Inquiſitores deſunt; quod cap. 2. Concilii Africani his verbis decretum eſt: *hæreticos in mortis diſcrimine poſitos, ſi Catholici eſſe deſiderent, ſi deſit Epiſcopus, à presbyteris cum chriſmate, & benedictione conſignari placuit. c. his qui tempore cum ſeq. 26. qu. 6. Concil. Triden. ſeſſio. 14. cap. 7.*

AN-

ANNOTATIONES.

Vide tit. 3. de Cathol. Inſtit., & ibidem notata *num. 1. & ſequen.*

De Tormentis. Titulus LII.

SUMMARIUM.

1 *REo negante obiecta crimina, & iis non plenè probatis, ad quaſtionem veniendum.*
2 *Quaſtionis definitio juxta Ulpianum, & ſecundum Ariſtotelem, nu. 1.*
3 *Tormenta ſæpiſſime neceſſaria.*
4 *Inquiſitores poſſunt, ac debent Reos torquere.*
5 *Quaſtiones prima non debent eſſe; ſed ad eas veniendum, cum ſuſpicione, & aliis argumentis Reus urgetur.*
6 *Indicia ſingula plenè probanda, antequã veniatur ad quaſtionem.*
7 *Indicia magna, & vehementer urgentia requiruntur, non autem levia.*
8 *Copia indiciorum Reo danda cum dilatione ad ea diluenda.*
9 *Defenſionis facultas nulli deneganda.*
10 *Ad quaſtionem opus eſt, ut accuſator poſtulet, Reum torqueri.*
11 *Reo nihil probante, quo diluantur indicia, Inquiſitores eum poſſunt damnare.*
12 *Argumenta, ſigna, & indicia ſuſpicionis Rei arbitrio judicium relinquenda.*
13 *Probatio ſaltem dimidiata, vel ſemiplena requiritur ad torquendum hominem.*
14 *Teſtimonium participis criminis non ſufficit ad quaſtionem.*
15 *Confeſſio criminis extra judicium ſufficit ad quaſtionem.*
16 *Fuga Rei non eſt ſufficiens ad quaſtionẽ; cum quis aliis ex cauſis fugere poſſit.*
17 *Torquendus non eſt qui fugit ob aliquã probabilem cauſam.*
18 *Reus ſuſpectus, vacillans, & pejerans, magis ſuſpectus efficitur; ideo torqueri poteſt.*
19 *Jura quantumlibet publica, plerumque falſa, & ideò non ſufficiunt ad torquendum hominem.*
20 *Gravius eſt, divinam, quàm humanam lædere majeſtatem.*
21 *Minores 25. annis in cauſa hæreſis poſſunt torqueri.*
22 *Religioſi in crimine hæreſis torquendi. fallit, nu. 23. & fallentia fallit, nu. 24. rarius, & mitius torquendi, nu. 25.*
26 *Judex pronior eſſe debet ad quaſtionem in criminibus occultis.*
27 *Confitens, dixiſſe, aut ſcripſiſſe hæreſim, quatenus ſubiiciendus quaſtioni.*
28 *Præſentia Inquiſitoris neceſſaria in quæſtionibus.*
29 *Interrogari cautè debet Reus, & ideò generaliter.*
30 *Interrogandus Reus non ſolùm de ſcipſo, ſed etiam de ſociis, magiſtris, diſcipulis.*
31 *Reus convictus an torqueri poſſit in caput alienum.*
32 *Tormenta arbitrio judicum moderãda.*
33 *Indicia majora tormentis majoribus purganda.*
34 *Confeſſio tormentis extorta, ſine antecedentibus indiciis, vel non probatis, vel eorum copia Reo non data, nihil ei nocere debet.*
35 *Reus condemnari non debet propter confeſſionem tormentis extortam, niſi perſeveret in ea.*
36 *Confeſſio extorta metu imminentium tormentorum non debet nocere Reo.*
37 *Ratihabitio neceſſaria.*
38 *Ratificatio neceſſaria, ut confeſſio Reo nocere queat.*
39 *Ratihabitio an requiratur, cum aliquis tortus de alio teſtificatur.*
40 *Reus negans in quaſtionibus, & tormenta vincens, ſupplicio liberandus.*
41 *Tormenta quando repeti poſſint.*
42 *Tormenta in infinitum nõ debent abire.*
43 *Confitens vi tormentorum, & confeſſionem altero die revocans, an ob id iterum torqueri poſſit, & bis tortus, bis confitens, & revocans, an tertio torquendus, nu. 43. & 44.*
44 *Judices, & conſultores ea conſiderare debent, quæ Fabius ab Oratoribus ait eſſe conſideranda.*

De

De Tormentis.

1 CUM Reus negat obiecta crimina, & plenè probata non ſunt; plerunq; ad quęſtionem pervenire oportet; eſt autem quæſtio, *invita conſcii hominis confeſſio*, ut *Ariſtoteles* tradit.

2 Quæſtio authore Ulpiano, *res eſt fragilis, & periculoſa, & quæ ſæpe veritatem fallat.* Divus quoque Auguſtinus *dolenda eſſe*, ait, *judicia hominum de hominibus, cum quiſpiam torquetur; & cum quæritur, utrum ſit innocens, cruciatur; & innocens luit pro incerto ſcelere certiſſimas pœnas;* demum Rhetores multa dicunt contra tormenta. *l. 1. §. quæſtioni. ff. de quæſtionibus. Auguſt. lib. 19. de civit. Dei cap. 6. Cicero in partitionibus, & lib. 2. rhetoric. ad Herennium Ariſto. Rhetorico. ad Alexand. c. de quæſtione.*

3 Cęterùm ſæpiſſimè tormenta neceſſaria ſunt, ut iidem ipſi Rhetores docent; & Beat. Cyprianus contra Demetrianum, inquit: *Torquentur Rei, qui ſe negant crimine, quo accuſantur, teneri, ut facinoris veritas, quæ indice voce non promitur, dolore corporis exprimatur.* Et Euſebius ad Epiſcopos Galliæ: *Veritatem diverſis cruciatibus à latebris ſuis religioſus tortor exigere debet; ut dum pœnis corpora ſubiiciuntur, quæ geſta ſunt, fideliter, & veraciter exquirantur. Fabius lib. 5. cap. 4. Iſocrates in trapezitico. Eſther. 12. c. pen. 5. q. 5. circumcelliones 23. q. 5. Jo. Major. in 4. ſent. diſt. 15. q. 22. Sylveſt verbo Inquiſitio. 2. §. 9.*

4 Itaq; Inquiſitores poſſunt, ac debent Reos torquere, ut errores confeſſi, convertantur, & vivant, & ut eorum animæ ſalvæ fiant. *Ille hæreticum interficit, qui hæreticum eum eſſe patitur; cæterùm noſtra correptio, vivificatio eſt, ut hæreſi moriens, vivat Catholicæ fidei:* ut Divus Hieronymus inquit *lib. 3. adverſus Pelagianos.*

A quæſtione non incipiendum.

5 Sed quia nonnunquam in quęſtionibus habendis perniciosè erratur, multa priùs conſideranda ſunt; & illud in primis non eſſe à quæſtionibus incipiendum; ſed ita demum ad eas veniendum eſſe, cum ſuſpectus eſt Reus, & aliis argumentis ita urgetur, ut ſola ejus confeſſio deeſſe videatur. *l. 1. ff. de quæſtionib. l. milites. C. eodem tit. c. cum in contemplat. de reg. juris.*

6 Nec ſatis eſt, ut Reus ſuſpectus ſit, & argumētis veriſimilibus urgeatur; ſed alia præterea multa neceſſaria ſunt; ſcilicèt, ut indicia ſingula plenè probentur *glo.* communiter approbata *in l. ult. C. famil. erciſ. Bar.* & cœteri *in l. ulti. ff. de quæſtio. Hippoly. & in pract. §. diligenter.*

7 Item illud neceſſarium eſt, ut magna ſint indicia, & vehementer urgentia; levja enim non ſufficiunt; *l. milites. C. de quæſtionib. glo. recepta ab omnibus in l. cum probatio. ff. de probat. Bar.* & alii *in dict. l. ultim.*

8 Neceſſe etiam eſt, ut copia indiciorum Reo detur cum dilatione ad diluenda; id enim naturæ æquum eſt, & multis legibus comprobatur. *l. unius. §. cognitorum. ff. de quæſtion. l. 3. §. ſi ad diem de re milita. Bar.* & reliqui *in d. l. unius. Boſſius tit. de indiciis.*

9 Iniquum quippè eſt, hominem inauditum torquere, cùm defenſionis facultas nulli unquam deneganda ſit; quòd ſi nemo damnādus eſt in cauſis civilibus inaudita cauſa: quantò minus in criminalibus? *de parvula ſumma judicaturo tibi res ſine teſte non probaretur: utriq; parti dares actiones, dares tempus: non ſemel audires*, ut ait Seneca lib. 2. de ira: *& hominem torquere audes, antequam illi, vel indicia noſſe liceat, vel tempus ad indicia diluenda accipiat? clemen. paſtoralis, de re jud. cap. 1. de cauſa poſſeſſio. l. defenſionis facultas. C. de jure fiſci lib. 10.*

10 Opus quoque eſt, ut accuſator poſtulet Reum torqueri; & ideo procurator fiſcalis id generalitèr petere ſolet in libello accuſatorio, *l. de minore. §. tormenta. l. patre vel marito. ff. de quæſt. l. quicunq; C. de ſervis fugitivis.*

11 Quòd ſi Reus nihil probaverit, quo indicia diluantur; tunc Inquiſitores eum damnare poſſunt ad id genus tormenti, quod fuerit in ea Provincia uſitatius; & ejus ſententiæ copia Reo fieri debet, ut appellare poſſit; ejuſq; appellationi deferendum eſt, niſi frivola ſit. *l. ante ſententiam. ff. de appella. recipien. l. per hanc. C. de tempo. appellatio. c. cum appellationibus frivolis de appel. lib. 6.*

12 Hactenus de ordine procedēdi uſq;

ad executionem quæſtionis, ſatis ferè diximus; ſequitur, ut pauca, quæ priùs dici oportuit, de indiciis jam delleramus. At primùm quidem, cùm argumenta, ſigna, & indicia, quibus ſuſpectus eſt Reus, ex variis perſonarum, & rerum circumſtantiis oriantur, nulla certa regula benè definiri poſſunt, ita quòd arbitrio judicum neceſſariò relinquenda ſunt. *Bar.* & omnes *in l. ult. ff. de quaſt.* plurimi citati *ab Hippolyto in practi. §. diligenter.*

13 Sed neceſſaria eſt ſaltem dimidiata, ſivè ſemiplena probatio ad torquendum hominem; Reus ergo infamatus torqueri poterit unius hominis fide digni teſtimonio de crimine ipſo teſtificante; quòd ſi Reus ſit bonæ famæ, alia præterea indicia neceſſaria ſunt. *glo.* recepta *in l. 3. C. ad leg. Jul. majeſt. Bar.* & cœteri *in l. maritus. ff. de quaſtio. Cardi. & Imo. in cle. 1. de haret. Squillacen. de fide Catho. cap. 31. glo.* communiter approbata *in l. in bonæ fidei. C. de rebus credit. & in l. admonendi. ff. de jure jurando.*

14 Ergo non ſufficit ad queſtionem teſtimonium ſocii, ſivè participis ejuſdem criminis, niſi alia etiam indicia concurrant. *l. 4. C. de quaſtio. c. ult. 15. quaſt. 3. Hippoly. in d. §. diligenter. Blancus in l. ulti. ff. de quaſtio. nu. 378.*

15 Confeſſio criminis extra judicium facta, & plenè probata, quia ſemiplenam probationem facit, ſufficit quoque ad habendam quæſtionem. *l. ult. ff. de interroga. actio. glo.* recepta *in l. cap. 5. ff. de adulte. omnes in l. ulti. ff. de quaſt. & in c. at ſi clerici. de judi.*

16 Quamvìs multi putent, fugam Rei eſſe ſufficientem ad quæſtionem; ea tamen opinio vera non eſt, cum variis ex cauſis quiſpiam fugere poſſit, quæ vel ex toto, vel certè magna ex parte illum excuſare queant; fugit olim Alcibiades, proverbium illud adiiciens: *Vita diſcrimen ne matri quidem cõmittendum: fieri enim ignorantia poſſe, ut nigrum pro albo ferat lapillum:* ut Plutarchus in Alcibiade; & Ælianus lib. 13. variæ hiſt. authores ſunt.

17 Fugit quoq; Demoſthenes, & epiſtola 2. de ſuo reditu, inquit: *Jam ob diſceſſum meum jure iraſci mihi non poteſtis; nec enim ideo abii, quòd aut de vobis deſperarem, aut uſpiam aliò reſpicerem; ſed primùm carceris ignominiam animo ferebam graviter; deinde propter ætatem, afflictionem illam corporis perpeti non poteram: & cætera.* ergo qui veritus ſævitiam judicum, aut potentiam adverſariorum, aut ob aliam probabilem cauſam fugit, non ideo torquendus eſt. *c. accedens 2. ut lit. non conteſta. Bal. in l. bona fidei. C. de reb. cred. Blancus in l. ult. ff. de quaſt. nu. 285.*

18 Reus ſuſpectus, qui vacillat, & pejerat, magis ſuſpectus efficitur, atq; adeò torqueri poteſt, ut plurimis placet; quamvis titubare, & inconſtanter loqui nõnunquam Rei ſoleant magna aliqua perturbatione animi: quod judices conſiderare attentius debent. *l. ex libero. ff. de quaſtionibus,* & inibi *Bart.* & cœteri, *& in l. ulti. eodem tit. Hippoly. in prati §. diligenter.*

19 Propter ſolam famam, quantumlibet publicam, nemo torqueri debet, quia certiſſima eſt, & plerunque falſa, & pondus teſtimonii non habet. *c. qualiter. 2. de accuſa. Bar. & Hippol. in d. §. plurimum. Pariſ. conſ. 153. lib. 4.*

20 Atq; hęc quidem de indiciis; ſequitur ut de Reis ipſis paucula ſubiiciamus. In pleriſq; criminibus multi torqueri non poſſunt; ſed in cauſa hæreſis illi torquendi ſunt, qui in crimine læſæ majeſtatis torqueri poſſunt; quia longè gravjus eſt divinam, quam humanam lædere majeſtatem; proinde nobiles, decuriones, & cęteri queſtionibus ſubiici poſſunt. *l. nullus. C. ad l. Jul. majeſt. l. decuriones. C. de quaſtio. autho. gazaros de hæreti. c. vergentes eodem tit. Hippoly. in practi. §. expedita. Grill. de quaſtio. q 6. Covar. lib. 2. reſolut. cap. 9.*

21 Minores quoque vigintiquinq; annis torqueri poſſunt; quia etiam impuberes terreri queunt in crimine hęreſis, & habenis, vel ferula cedi. *l. 1. §. impuberi. & l. excipiuntur. ff. ad Syllania. l. de minore,* & ibi *Hippol. de quaſtionibus.*

22 Clerici, & Monachi, & cœteri Religioſi torqueri poſſunt pro crimine hæreſis; quia gravjus quã Laici delinquunt. *cap. 1. de depoſito c. ad abolendam. §. ulti. de hæreti. c. accuſatus. §. ult. eod. tit. lib. 6.*

23 Sed, & ſi multis indiciis urgeantur, torqueri tamen non debent, niſi infamati ſint; & hæc eſt communis opinio juris peritorum in *c. 1 de depoſito. Feli. in c. veniens 1. de teſtib. Jaſ. in l. magiſtratibus. ff. de juriſd. omn. judi. Bernar. in pract. cap. 117. Boer. deciſ. 163.*

24 Ve-

24 Verùm ea opinio nullo jure probatur; & pluſquam infamia nocent urgentia indicia, quę ex perſpicuis conjecturis oriũtur. Poſtremò in hæreſi, & aliis criminibus, quæ clanculum perpetrantur, non exigitur ad quæſtionem infamia publica, ſed ſufficit ſemiplena probatio, & ita placet Alciato, cujus ſententia (meo quidem judicio) probabilior eſt. *c. ſuper eo. de eo qui cogno. c. cum olim de verbo. ſigni. Alciat. in c. 1. de offi. ordina. nu.* 43.

25 Quamvis autem hoc ita ſit, clerici tamen, & monachi, aliiq; religioſi homines rarius, & mitius torquendi ſunt; tum propter periculum excommunicationis, ſi fortè modus excedatur; tùm etiam propter reverentiam religioni debitam, præcipuè Sacerdotibus; quemadmodũ à multis rectiſſimè traditur. *Hugo. Archid. Præpoſ.* & alii *in c. illi qui* 5. *quæſt.* 5. *Sylveſter in ſumma, verbo Inquiſitio.* 2. *§.* 9. *Joan. Bernar. in pract. cap.* 117. *Soto lib.* 5. *de juſti. & jure, quæſt.* 6. *art.* 2.

26 In criminibus occultis, quæ clanculum committuntur, pronior judex eſſe poterit ad quæſtionem, quàm in aliis, & eo magis in hæreſi, quæ occultior eſſe ſolet, & cujus confeſſio non modò Reipublicæ, ſed ipſimet hæretico plurimum eſt profutura. *l. Divus Pius. ff. de quæſtio. l. non omnes §. à barbaris de re milita. Bald. in l. nemo. C. de Epiſcopali audien. Alex. conſ.* 77. *lib.* 1. *Decius conſ.* 363.

27 Qui confitetur ſe dixiſſe, aut ſcripſiſſe hæreſim, ſed negat intentionem impiam, niſi probabilem excuſationem afferat, quæſtioni ſubiici poteſt; niſi fortè ſit planè convictus; & ita utimur. *Cardi. in clem. de uſuris. Alberti. de aſſertio. Catho. quæſt.* 36. *in fine.*

28 Inquiſitor ipſe adeſſe debet quæſtioni, quia plurimùm in excutienda veritate, etiam vox ipſa, & cognitionis ſubtilis diligentia affert. Nàm ex ſermone, & ex eo, qua quis conſtantia, qua trepidatione quid diceret, quędam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt; nemo autem præſens debet eſſe quæſtioni, præter judices, tabelliones, atque tortores. *l. de minore. §. plurimùm. ff. de quæſtio. Bar. in l. cuſtodias. ff. de publi. judi.*

29 Judex autem cautè Reum interrogare debet, itaut via mentiendi non aperiatur illi, atque id confiteatur, quod putet judicem audire velle; itaq; generaliter eſt interrogandus, an dixerit aliquid impium; alterum enim magis ſuggerentis, quàm requirentis videtur. *l.* 1. *§. qui quæſtionem. ff. de quæſtionib.* ibi *Bar. & Hippolyt. l.* 1. *Divus Adrianus eodem tit.*

30 Nec tantùm de ſe ipſo interrogandus eſt Reus, ſed etiam de ſociis, de magiſtris, atque diſcipulis, quos quidem indicare tenetur, etiam non interrogatus, ut alibi dixi. Nam ſi in aliis criminibus non ita gravibus interrogari poteſt de cõſciis: multò, inquam, magis in crimine hæreſis. *l. prius. ff. ad Syllania. l.* 2. *§. Divus Pius de jure fiſci glo.* & interpretes *in l. ulti. C. de accuſa. Soto lib.* 5. *de juſti. & jure q.* 6. *art.* 2.

31 Quin etiam Reus plenè etiam convictus torqueri poteſt in caput alienum, ideſt contra capita aliena; ſcilicèt, ut ſocios, alioſq; hęreticos manifeſtet, nõ tamen ob eam cauſam torqueri debet, niſi ſemiplenè probatum ſit, quòd ſocios criminis habeat, aut quòd ſciat alios hæreticos eſſe. *l. ex libero. l. unius. §: teſtes. ff. de quæſtionib. l. qui ultimo. ff. de pœnis. l. ſi certus ad Syllan.* & ibi *Rom. & Ignens, & in l. ulti. C. de quæſtio. Albert. & Salic. Boſſius tit. de tortura teſtium.*

32 Tormenta verò arbitrio judicum moderanda ſunt, itaut ne Reus in ipſis, vel ex ipſis moriatur, & ut ſaluus ſit, vel innocentiæ, vel ſupplicio. *l. quæſtionis modum. l. de minore. § tormenta. ff. de quæſtionibus.*

33 Indicia majora tormentis majoribus purganda ſunt, ut rectè inquit Baldus. Nam levia indicia comminatione tormentorum duntaxat purgari ſolent. *Bald. in cap.* 1. *§. ſi vaſſallus de controver. inveſt. lib. feudo.*

34 Quòd ſi non antecedentibus indiciis, vel non bene probatis, vel eorum copia Reo non data, confeſſio tormentis extorta ſit; etiam ſi Reus eam ratam habuerit, nihil ei nocebit; quidquid enim ex injuria judicis manat, injuſtum eſt, & injuſtitia cauſæ permanet in ejus effectu; nec enim ex injuria jus naſci poteſt; atque hæc quidem ſententia omnium conſenſu recepta eſt. *glo.* & cœteri *in l. pen. ff. de quæſtionibus, & in c. cum in contemplatione de reg. jur. Hippo. in practi. §. ſecunda quæſtio. Soto de ratione tegendi ſecretum, membr.* 3. *q.* 1. *& lib.* 5. *de juſti. & jure q.* 6. *art.* 2.

35 Sed & ſi omnia ſupraſcripra ad unguẽ ſervata ſint, Reus tamen condemnari non debet propter confeſſionem tormentis extortam, niſi perſeveret in ea. Peſſimum enim eſt ex confeſſione extorta quẽquam judicare; nec ferenda eſt conrraria conſuetudo, cum ſit injuſta, & ab omni humanitate aliena. 15. *qu. 6. c. 1. gl. Hippo.* & alii *in l. 1. §. Divus Severus. ff. de quæſtioni.*

36 Idem eſt ſi confeſſio extorqueatur metu imminentium tormentorũ; ea enim paria ſunt; quin etiam Xenophon. libro 3. de Cyropedia inquit; *metum majori ſupplicio eſſe hominibus, quàm ſi re ipſa malè afficiantur; metus enim rerum omnium horribilium maximè animos perterret, ut dubium non ſit; quin major adhibita vis ei ſit, cujus animus ſit perterritus, quàm cujus corpus vulneratum ſit*, ut ait Cicero in oratione pro Cæcinna. *l. noviſſimè. ff. quod fal. tuto. auto. l. 2. C. quorum appellat. non recipi.*

37 Nec audiendi ſunt, qui putant, non eſſe neceſſariam ratihabitionem, cum ventum eſt ad tormenta, probatis indiciis maximis, vel antecedente extrajudiciali confeſſione præſertim geminata. Hæc enim gratis dicuntur, nec jure, aut ratione probantur; & nihilominus talis confeſſio extorta eſt dolore, aut metu tormentorum. *Anto. Gomeſ. tomo 3. cap. 13. Blancus in l. ult. ff. de quæſt. nu.* 208.

38 Ergo ut confeſſio iſta Reo nocere queat, neceſſe eſt, ut poſt aliquod intervallum temporis ratificetur, itaut ne dolor tormentorum, & vehemens animi perturbatio duret. Multi ajunt id eſſe debere ſpatium unius diei, quod & regia lege cavetur. *Bar. Hippoly.* & cœteri *in l. 1. §. Divus Severus. ff. de quæſt. Bal.* & alii, *in l. 2. C. de his, quæ vi. Tiraquel. de retractu conventionali. §. 1. gl. 5. nu. 21. Majo. in lib. 4. ſent. diſt. 15. q. 22.*

39 Sunt etiam qui dicunt, non eſſe neceſſariam ratihabitionẽ, cum aliquis tortus de alio teſtificatur; ſed, meo judicio, errant; quia tale teſtimonium involuntarium quodammodo eſt, ac tormentis extortum: & eò magis in cauſa hæreſis, in qua ratihabitio fieri debet coram religioſis perſonis. *c. ut officium. §. verum, de hæreti. lib. 6. Bal. in l. ult. C. de quæſt. Paris de ſyndicatu verbo Tortura. §. Teſtis.*

40 Si verò Reus in quæſtionibus pernegaverit, ac tormenta vicerit, hoc ipſo diluit, & purgat antecedentia indicia, eſtque ſupplicio liberandus, ut olim Plinius cenſuit lib. 8. epiſtola ad Ariſtonem; & ea ſententia tum Regia lege, tum omnium conſenſu recepta eſt. *Bar. in l. ultima. Albert. in l. edictum. Hippoly. in l. repeti. ff. de quæſt. Boer. deciſ. 163. Aymo. conſ. 168.*

41 Sed nonnunquam tormenta repeti poſſunt, cum Reus evidentioribus argumentis opprimitur, cum indicia nova ſuperveniunt, cum Reus non fuit ſufficienter tortus; his enim caſibus Reus iterum torqueri tunc demum poterit, cum in tormenta corpus, animuſque duraverit, nec enim dilaniandus Reus, aut excarnificandus eſt. *l. repeti. l. unius. §. 1. ff. de quæſtio. Bart.* & alii in eadem. *l. repeti.*

42 Quamvis autem Reus interdum in quæſtionem repeti poſſit, bis tantùm torqueri debet; alioqui tormenra in infinitum abirent. *l. boves. § hoc ſermone. ff. de verb. ſignif. Pelagi. de planctu Eccleſiæ lib. 2. art.* 41.

43 Quæri ſolet An Reus, qui objecta crimina vi tormentorum confeſſus eſt, & ſequenti die confeſſionem revocat, ob id iterum torqueri poſſit? Et pleriq; ajunt repeti quæſtionem poſſe; quia Reus vacillavit, & quia ſua confeſſione roboravit antecedẽtem probationem: demum quia novum indicium ore ſuo addidit, & ita lege Regia, & Sicula conſtitutione cavetur. *Boer. deciſ. 163. Carerius in practi. nu.* 190. *Boſſius tit. de tortura prope finem.*

44 Pluſculum dubitationis habet, cum Reus bis tortus, bis confitetur & revocat, an tertiò rorquendus ſit? quod quidem multi fieri poſſe putant; Sed eorum opinio nullo jure probatur. Nam, ut antedixi, repetitio quæſtionis de prima vice accipienda eſt, & ſecunda confeſſio non præbet novum indicium, cum ſit eadem cum prima. Poſtremò quia nullus unquam foret finis tormentorum, quemadmodum olim crudeliſſimè factum eſt in tyrannicis illis exemplis a Valerio Maximo lib. 8. cap. 4. & a Divo Hieronymo relatis, *epiſtola ad Innocentium, de muliere ſepties icta.*

45 Cęterùm opinio illa tunc fortè recipi poſſet, cùm Reus bis fuerit remiſsè tortus, & cum in poſteriore confeſſione aliqua nova indicia prodiderit; alioqui,

cum

cum ſatis quæſitum ſit, non vltra torquẽdus eſt Reus. *Angel. de maleſi. in verbo fama publica quaſt. 9. Hippolyt. in l. repeti. ff. de quaſt. Grillan. quaſtio. 7. Tho. Gramma. conſ. 45. Boer. deciſ. 163. col. ulti. Carerius in practi. nu. 194.*

46 Judices autem, & Conſultores ea conſiderare debent, quæ Fabius ait ab oratoribus eſſe conſideranda, idque multò maximè, quia hi ſuadent, illi diiudicant; hi jus alterius litigatoris, illi cauſam utriuſq; perpendunt: ad extremum, quia hi dicunt, quæ volunt, illi verò ea duntaxat quę juſta ſint, proferre, atq; exequi debent; *quadam igitur* (inquit Fabius) *propria ſunt cujuſq; litis; Nam ſivè de habenda quaſtione agatur, plurimùm intererit, quis & in quem poſtulet, aut offerat, & in quem, & ex qua cauſa, ſive jam erit habita, quis ei præfuerit, quis, & quo modo ſit tortus: an credibilia dixerit, an inter ſe conſtantia perſeveraverit in eo, quod cœperat, an aliquid dolore mutaverit prima parte quaſtionis, an pracedente cruciatu, qua utrinque tam infinita ſunt, quàm ipſa rerum varietas*, hæc ille *lib.* 5.

ANNOTATIONES.

Vide tit. 65. de Cathol. Inſtit., & ibi notata *num.* 1. *& ſequen.*

De Abjuratione. Titulus LIII.

SUMMARIUM.

1 *SUſpicio hæreſis punienda more hæreſis.*
2 *Abjuratio, & ejus nominis vis.*
3 *Abjuratio tribus ex cauſis fit.*
4 *Suſpecti quoque etſi innoxii, abjurare debent.*
5 *Relapſus quis ſit.*
6 *Hęretici ad ſinum Eccleſię, redeuntes, abjurare debent hęreſes, & palinodiam, quod accuſ. carere. nu. 7. & jurare ſe nunquam eſſe relapſuros, idq; non voce tantùm, ſed & ſcripto in nu. 8.*
9 *Incidens in hęreſim, & unam tantum, abjurare debet hęreſes omnes.*
10 *Abjuratio debet eſſe clara, & particularis.*
11 *Schiſmatici abjurare debeat ſchiſma, eodem modo, quo hęretici errores.*
11 *Abjurationis antiquitas, & uſus.*
12 *Abjuratio ubi olim fiebat, & ubi nunc fiat; & quomodo facienda.*
13 *Abjurare nolens ad arbitrium Epiſcopi, & Inquiſitorum, tanquam contumax, & impœnitens curię ſeculari relinquitur.*
14 *Abjurare plures ſimul poſſunt, juxta Hiſpaniarum conſuetudinem.*
15 *Abjurandi formula.*

De Abjuratione.

1 CAtholica Chriſti Eccleſia non modò hæreticos punit, ſed etiam ſuſpicionem hæreſis, quantũlibet levem, tolerare nõ vult. Eſt enim anima noſtra Deo Chriſto deſponſata, cui virginitatẽ fidei omni modo ſervare tenetur; dicente Apoſtolo,
2.Corin.11. *Deſpondi vos uni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto*; hæretici autem Virgines dici non poſſunt, quia ſenſu adulterino corrupti ſunt, & virginitatem veritatis Chriſti adulterino ſenſu corrumpunt. Et ſicut olim ad eluendam ſuſpicionem adulterii, duriſſima lege vir uti poterat, ut in libro Numeri legitur, capite 5.; ſic hodie Catholica Eccleſia divinè admodùm cõſtituit, ut ſuſpicio hæreſis tormentis, abjuratione, vel purgatione diluatur; *an fidem non ſervare, levſus eſt animam Deo, quàm fœminam viro?* inquit *Auguſti. epiſtola* 50. *Apoſtolus* 2. *Corin.* 11.

2 De tormentis ſatis multa diximus, nunc verò de abjuratione diſſeramus, ac primùm hoc nomine Pontificii frequenter utuntur, ſed ex aliis authoribus apud Eutropium tantùm id me legiſſe memini; is enim libro 1. Rerum Romanarum inquit; *Quanta mala Romani continua illa regnum dominatione pertulerint, non ſolùm*

unius regis expulſio, verùm etiam abjuratio regii nominis, & poteſtatis oſtendit. Et quāvis abjurare varias habeat ſignificationes, ut in Catholicis inſtitutionibus retuli; in propoſito tamen abjurare eſt execrari, ſive anathemare.

Abiurare quid.

3 Tribus ex cauſis fit abjuratio; vel propter vehementem ſuſpicionē, vel propter levem, aut abjurantur errores ab hæretico pœnitente. Itaque duobus modis fit abjuratio; uno modo à ſuſpectis, altero ab hæreticis ad Eccleſiam converſis. Primi abjurant errores, de quibus vehementer, aut leviter ſuſpecti ſunt. Secundi abjurant hæreſes, quibus infecti fuere.

4 De ſuſpectis abjurantibus ſunt exēpla in magna Synodo Chalcedonenſi, ubi actione octaua Theoderetus propter ſuſpicionem abjuravit. Et actione nona Iba Epiſcopus de quibuſdam erroribus accuſatus, quamvis fuerit inventus innoxius, propter ſuſpicionem tamen coactus eſt dicere etiam in ſcripto: *anathemavi Neſtorium, ejuſque dogmata, & nunc anathemo eum decies millies, & omnem illum, qui non ſapit, ſicut hæc Sancta Synodus, anathemo.*

Qui olim abiurarunt.

5 Plurimùm refert, an propter vehemētem ſuſpicionem quiſpiam abjuret errores, an propter levem; prior enim ſi repertus fuerit poſt abjurationem in hæreſim incidiſſe, habetur pro conſumato relapſo: poſterior verò non item. Errant ergo qui putant, relapſum quoque eſſe, qui propter levem ſuſpicionē abjuraverat hæreſes. *c. accuſatus de hæreti. lib. 6.* ubi videtur errare *Ancha. & Matthæ. in conſtit. Regni Neapol. tit. 1. col. 8.*

6 Hæretici verò, qui ad ſinum Eccleſiæ redeunt, abjurare, ſive execrari hæreſes debent, & errores ſuos damnare, atque authores errorum; quemadmodum ſæpe conſtitutum, & ad effectum perductum eſt. *Concil. 2. Arelaten. Concil. Laodicano cap. 7. Sexta Synodo gener. cano. 94. Divus Auguſt. epiſt. 95. c. ſaluberrim. 1. q. 7.*

7 Neque ſolùm hæreſes abjurare, ſed palinodiam canere debent, ideſt recantare ſuos errores, & meliore ſententia corrigere, & contraria erroribus aſſerere *Synodus Epheſina ſub Cæleſtino I. c. donatum 1. quæſt. 7.*

8 Jurare quoque debent, ſe nunquam ad abjuratos errores eſſe reverſuros; quæ omnia non voce modò, ſed ſcripto etiam confirmare debent, ſubſcribentes libellis abjurationis, quod ab ipſis Apoſtolorum temporibus dicitur eſſe uſitatum. *Prima Synodo Nicæna cap. 8. & alia Synodo ſub Martino I. Leo Magnus epiſto. 2. Synodo 7. generali, actione 1. & Synodo 8. actione 2.* & ſæpè alibi. *c. ſi quis Epiſcopus. c. convenientibus 1. q. 7. c. ego de conſecrat. diſtin. 2. Auguſt. epiſtola 96. Nicephorus lib. 16. hiſto. Eccleſ. cap. 26.*

9 Qui incidit in hæreſim, etiam unam tantū, abjurare debet omnes hæreſes, quod quidem antiqua conſuetudine, & omnibus abjurandi formulis receptum eſt. Jam ergo inutilis quæſtio illa eſt, quæ Pontificios torqueri ſolebat, utrum, is, qui unam hæreſim abjurat, & poſtea in aliam incidit, ſit judicandus relapſus; itaque prætereo eam, ut non neceſſariam.

10 Clarè autem, & nominatim abjurandi ſunt errores, quos abjurans credidit, vel de quibus ſuſpectus fuit, nec ſufficit obſcura, & generalis abjuratio *magna Synodo Chalcedon. actione 8. Magnus Leo epiſto. 84. deciſ. Rotæ antiqua 875. & nova ſub tit. de hæreti. Decius conſ. 137. Boer. deciſ. 343.*

11 Schiſmatici quoq; abjurare debent ſchiſma eodem ferè ordine, quo hæretici abjurant hæreſes, cujus abjurationis antiquitatē, & uſum ex Cypriano, & aliis, hic breviter relatis, intelliges. *Cypri. lib. 3. epiſt. 11. Leo epiſtol. 3. & epiſt. 85. cap. 3. c. omnis cujuslibet 1. q. 1. c. quoties. c. maximum 1. quæſt. 7.*

12 Olim abjurabantur errores in Conciliis Generalibus, & Provincialibus; hodie verò coram Clero, & Populo publicè fit abjuratio; nec privatim fieri debet, niſi magna ex cauſa; *c. ſi quis Epiſcopus 1. q. 7. c. ad abolendam de hæreti. c. inter ſollicitudines de purg. can. Leo epi. 75.*

13 Qui autem abjurare non vult, ad arbitrium Epiſcopi, & Inquiſitorum, tanquam contumax, & impœnitens poterit curiæ ſeculari relinqui. *Leo epiſto. 10. & epiſt. 84.* dicto *c. ad abolendam.*

14 Plures verò ſimul abjurare poſſunt, prælegente ſecretario, ut Hiſpaniarū conſuetudine receptum eſt; & conſequenti die ſubſcribunt libellis abjurationis, & ſe obligat ad pœnas in illis ſcriptas; idque breviter, & commodiſſimè fit, nec video quid obſtare illi conſuetudini queat.

15 Po-

15 Poſtremò formulas abjurandi, quia prolixiores ſunt, hoc loco indicaſſe ſuſſiciet. Unam invenies *in Concilio Conſtantienſe ſeſſ.* 19. Alteram *in c. Ego Berengarius de conſecrat. diſtin.* 2. Tertiam apud *Card. Turrecrem. lib. 4. de Eccleſia part. 2. cap.* 22. Quartam apud *Alfonſ. Caſtr. lib. 1. de juſta hæreti. punit. cap. ulti.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 1. de Cathol. Inſtitutionib. & ibidem notata *nu. 1. & ſequen.*

De Purgatione. Titulus LIV.

SUMMARIUM.

1 *PUrgatione ſuſpiciones dilui poſſunt, & Hiſpaniæ laus ſumma in Religione Catholica.*
2 *Purgationis definitio.*
3 *Ad Purgationem quando veniendum.*
4 *Infamia non debet oriri ab inimicis, vel malevolis, nec ab inſanibus, aut levibus hominibus.*
5 *Reus poteſt ad purgationem damnari propter grave ſcandalum, & propter publicam infamiam, & propter levem ſuſpicionem.*
6 *Purgatorum numerus in arbitrio judicis eſt.*
7 *Purgatores qui eligi debeant.*
8 *Viles, & plebei non ſunt damnandi ad purgationem, cum expurgatores non poſſint invenire.*
9 *Purgatio convenit iis, qui fulgent honoribus.*
10 *Purgare ſe volens ad arbitrium judicis tanquam convictus puniri debet.*
11 *Deficiens in purgatione pro convicto habetur. & puniendus nu.* 12.
13 *Deficiant qui in purgatione.*
14 *Deficiens in purgationes, & pœnitere volens, an recipiendus.*
15 *Reus jurare debet coram expurgatoribus, ſe crimina, de quibus ſuſpectus eſt, non commiſiſſe.*
16 *Tormenta, abjuratio, purgatio, & aliæ pœna arbitrariæ utrum ſimul cumulari queant.*
17 *Purgatus, præter expenſas, ad aliam pœnam non damnandus.*
18 *Abjurare cum quis cogitur propter vehementes ſuſpiciones, an aliis pœnis afficiendus.*
19 *Abſolutus à crimine non abſolvitur ab expenſis, & cur.*

De Purgatione.

1 POſt abjurationem ſequitur, ut de purgatione differamus; quia, ut antedixi, ſuſpiciones purgatione quoque dilui poſſunt; & hoc quoq; remedio Inquiſitores Hiſpaniæ, raro quidem, ſed nonnunquã utuntur. Nam, ut Godofredus vir doctus, & pius, inquit: *puniuntur ſuſpecti hæreſeos in religioſiſſimis Hiſpaniæ Regnis, vel hoc maximè, hac tempeſtate triumphantibus, & ſingulari laude dignis, quòd nulla non ſolùm planè hæreſis, verùm ne ſuſpicio quidem hæreſeos ſine digna, vel momento, maneat nota*; hæc ille *in l.* 2. *C. de hæreti.*

Purgatio quid.

2 Eſt autem purgatio, *de objecto crimine innocentiæ oſtenſio*, ut plerique omnes ajunt, ſed non quæcunq; innocentiæ oſtenſio purgatio canonica eſt. Nam omnis plena defenſio innocentiam Reorum oſtẽdit; ſed ea duntaxat purgatio canonica dici ſolet, quæ ſecundum leges Pontificias, & ſacros canones ſit. *Rayne. Gofred. Sylveſter.* & cœteri *in ſummis verbo Purgatio.*

3 Ad hanc purgationem perveniẽdum non eſt, niſi cum Reus publica laborat infamia, & crimen plenè probatum non eſt. Nam, ſi alterum deſit, purgatione opus non eſt, ſed vel abſolutione, vel condemnatione. *c. nos inter. c. ſi quis de gradu. c. cum dilectus de purgat. cano. l. qui accuſare. C. de eden.*

4 Præterea neceſſe eſt, ut cauſa, & origo infamiæ nec ab inimicis, vel malevolis, nec ab infamibus, aut levibus hominibus orta ſit; præſertim, cùm apud bonos, & gra-

graves viros Reorum exiſtimatio læſa non eſt. *c. cum in juventute. c. pe. de purgat. cano. c. Inquiſitionis. §. ult. de accuſatio.*

5 Poteſt etiam Reus ad purgationem damnari propter grave ſcandalum ab eo malè datum, & propter magnam, & publicam infamiam, & propter vehementem ſuſpicionem à teſtium dictis exortam; & ut rectè Decius inquit, recto judicis arbitrio id neceſſariò relinquendum eſt; quia perſonarum, & rerum circunſtantiæ legibus definiri non poſſunt. *c. inter ſolicitudines. c. cum in juventute de purga. cano. Dec. in c. at ſi clerici de judiciis nu.* 10.

6 Qua ratione purgatorum quoque numerus in arbitrio judicis eſt, ita tamen, ut plures præfiniantur, cùm Reus majore laborat infamia, & gravioribus ſuſpicionibus præmitur; quamobrem jura ipſa modò plures, modò pauciores expurgatores requirunt, ſcilicet arbitrio judicum id relinquentia. *c. omnibus. c. presbyter. 2. qu. 5. c. ex tuarum de purgat. canoni c. ſignificaſti de adulter. c. Inquiſit. §. ulti. de accuſat.*

7 Purgatores eligi debent ii, qui eandem dignitatem, & conditionem habent, quam Reus ipſe. Si verò tales non inveniantur, ſaltem eligendi ſunt viri probi, & exiſtimationis bonæ, qui vitam, & mores ſuſpecti, non tam præſenti tempore noverint, quàm præterito. *c. ſi legitimi. 2. q. 4. c. cum P. c. conſtitutis. c. inter ſolicitudines. c. cum dilectus de pur. can.*

8 Viles, & plebei homines, & malo genere nati, non ſunt damnandi, ut ſe purgent; quia expurgatores non invenient, & quia hujuſmodi homines melius torqueri poſſunt, quàm nobiles; quòd ſi fortè ad hanc purgationem damnentur, & bonos expurgatores non invenerint, recipiendi erunt alii mediocres, ne defenſionis facultas eis denegetur. *c. cùm in juventute*, & ibi *glo.* & omnes, *Archid.* & cœteri *in c. ſi legitimi 2. q. 4. Abbas*, & alii *in c. inter ſolicitudines de purga. cano.*

9 Ergo purgatio hæc ad eos, qui ſunt in honoribus conſtituti, magis pertinet, quorum fama aliis neceſſaria eſt. Sic multi Summi Pontifices publicè ſeipſos purgarunt. Paſchalis I., Damaſus, Symachus, Leo III., Gregorius VII., Sixtus III., & Pelagius I.; ſicuti Platina, aliiq; in vitis Pontificum prodiderunt. *c. mandaſtis. c. auditum 2. qu. 5. Pighius lib. 6. hier. Eccl. cap.* 17. *Brunus lib. 4. de har. cap.* 11.

Pontifices Summi canonicè purgati.

10 Qui verò ad arbitrium judicum ſe purgare noluerit, tanquam convictus puniri debet; nec opus eſt, per annum integrum expectare, quamvis ea dilatio ei cōceſſa eſſe videatur. *c. excommunicamus. §. adiicimus de hæreti. c. tua nos de cohabi. cleri. & mulie. Innocen. Abbas*, & cœteri *in c. cum P. Mancorella. de purga. cano.*

11 Qui deficit in purgatione, pro convicto habetur, & puniendus eſt pœna criminis ſecundum modum, quo cauſa ejus acta eſt; ſi fuit accuſatus, coercendus eſt pęna ordinaria: ſi verò inquiſitus, vel denunciatus, arbitrio judicum pœna moderanda eſt. *c. de hoc de ſimo. c. Inquiſitionis de accuſat. omnes in c. inter ſolicitudines de purgati. cano. & in c. accedens de accuſat. Joan. Bernar. in practi. cap.* 141.

12 Cùm igitur de crimine hęreſis promotor fiſcalis ſemper accuſet, relinquitur planè, ut Reus in purgatione deficiens, tāquàm conſumatus hæreticus puniendus ſit; & ita *Abbas*, & cœteri tradunt *in d. c. inter ſolicitudines.*

13 Ne autem ambigi poſſit, quis dicatur in purgatione deficere, judices id ante definire debent: ſcilicet, ut ſi defecerit in duobus, vel tribus, pro convicto habeatur. Nam cùm hoc expreſsè cautum non ſit, intelligi debet arbitrio judicum eſſe relictum. *c. ad abolendam de hæreti. l. 1. ff. de jur. deliber.*

14 Sed utrum is, qui in purgatione deficit, recipiendus ſit pœnitere volens? Et ſi quidem errores ſuos plenè confiteatur, non video cur Eccleſiæ gremio non ſit excipiendus; ne ficta, ſive præſumpta probatio plus noceat, quàm certa, & vera, quæ teſtibus fit. Nam ſi hic pœnitere poteſt convictus teſtibus, utique & ille qui pro convicto habetur. *l. filio quem pater. ff. de liber. & poſthum. c. afferte de præſumptio.*

15 Reus jurare debet coram expurgatoribus, ſe crimina, de quibus ſuſpectus eſt, non commiſiſſe. Illi verò ſeorſum dicere debent, an credant, eum verè, vel falſò juraſſe; itaque Reus de veritate, purgantes de credulitate jurant. *c. quoties 2. q. 5. c. quoties de purgat. canoni.*

16 Perdifficilis quæſtio eſt, utrum hæc omnia ſimul cumulari queant, tormenta, abjuratio, & aliæ pœnæ arbitrariæ? Plerique

que putant cumulari poſſe, cùm id indiciorum qualitas exigere videatur; & quãvis eam ſententiam in Catholicis inſtitutionibus pleniſſimè confutaverim, ne tamen ipſe ſolus tot viris doctis, ac receptę conſuetudini omnimodò contradicam, diſtinctione hac in præſenti quæſt. utar: Aut Reus ſufficientèr eſt tortus, & tunc abſoluendus eſt (ut ſuo loco dixi) præterquàm ab expenſis culpa ſua factis. Aut remiſſius fuit tortus, & eo caſu, ſicuti tormenta repeti poſſunt; ſic ad aliud remedium judices peruenire poſſunt; præſertim cùm in tormenta corpus, animuſvè non durat.

17 Aut quiſpiam rectè purgatus eſt, & tunc præter expenſas ſua culpa, vel occaſione factas, quas juſtum non eſt ut ſolvat promotor fiſcalis, qui juſtiſſimam habuit cauſam illum accuſandi; exiſtimarim ad aliam pœnam damnandum non eſſe; id enim leges nominatim prohibere videntur. *c. ex tuarum de purgat. canon. c. habet. c. Menam. 2. q. 4. cap. 1. 15. quaſt. 5.*

18 Aut aliquis abjurare cogitur propter vehementes ſuſpiciones; & hoc tantùm caſu arbitror, ad aliam pecuniariam pœnam, ac detruſionem in monaſterium, vel quidpiam ſimile eum poſſe damnari; quia qui negat ſe fuiſſe hæreticum, quid magnificat, ſi errores abjuret? quia quod abjuratio non tam pœna, quàm cautio in futurum eſſe videtur. *c. inter ſolicitudines, de purgat. canon.* & ibi *Innocen. Hoſtien. Joan. And. Anto. Anch ra. & Cardi.*

19 Nam quòd multa illa remedia cumulentur, quorum ſingula ſufficere queant, crudele admodum eſt: nec id voluiſſe Cardinalem, aut quenquam alium puto. Nec mirum videri debet, ſi is, qui à crimine abſolvitur, in expenſis damnetur; quia, ſi indicia efficiunt, ut quiſpiam torqueatur, & purgetur, & nihilominùs à crimine abſoluitur; quantò magis ſufficient, ut Reus abſolutus damnari poſſit in expẽſis à promotore fiſcali propter publicam utilitatem rectiſſimè factis? vide *Cardina. in clem. 1. de uſuris col. ult. Fran. Squillacen. de fide Catho. cap. 31.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 56. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibidem notata *nu. 1. & ſequen.*

De Excommunicatione. Titulus LV.

SUMMARIUM.

1 *Excommunicatio, & ejus vis.*
2 *Excommunicati per annum quavis de cauſa puniri poſſunt.*
3 *Hæreticus poteſt poſt mortem excommunicatus declarari.*

De Excommunicatione.

1 Venio nunc ad hæreticorum pęnas, quarum prima eſt, excommunicatio; nam in eam incidunt ipſo jure, atq; à communione fidelium diris proſcriptionibus eiiciuntur. Eſt verò pœna horribilis, & pertimeſcenda; quia, ut ait Hieronymus epiſtola ad Heliodorum: *Ejectus de Eccleſia rabido dæmonum ore diſcerpitur.* Et Divus Chryſoſtomus, ac Theophylactus addunt: *Quicunque ex Eccleſia fuerit ejectus, & Spiritu Sancto privatus, erit hic miſer perfacilis in capturam. Iſtiuſmodi namq; mox Deus, & peccatis obnoxios, caſtigandi gratia, & morbis affligit, & malis urgebit. c. ſicut, c. excommunicamus de hæret. c. abſit. 11. q. 3. Theophyla. 1. Timo. 1.* & ibi *Chryſoſt. hom. 5.*

2 Nec tantùm in fide ſuſpecti, ſed alii etiam, qui per annum in excommunicatione animo pertinaci perſtiterint, exindè tanquam hæretici priores, & poſteriores tanquàm in fide ſuſpecti, puniri poſſunt. *c. excommunicamus. §. qui autem de hæreti.* & illic *Felinus* poſt alios *Conci. Triden. ſeſſ. 25. decreti reformationis cap. 3. in fine.*

3 Hæreticus etiam poſt mortem ſolet excommunicatus declarari, ne quiſpiam

oret

oret pro eo, anathemari quoque poteſt, id eſt extrema deteſtatione maledici. Nam, cùm Eccleſiaſtici judices dira, & ultima exempla animadverſionis ſuæ ſtatuunt in Reos; ad capita devovenda deſcendunt, & anathemate plectunt, & animas eorum inferis ſacrant: quod & in mortuos hæreticos jure, ac meritò faciunt. *c. Engeltradam 3. q. 4. c. debent* 11. *q.* 3.

ANNOTATIONES.

Vide tit. 27. de Cathol. Inſtit., & ibi notata *num.* 1. *& ſequen.*

De Bonis Hæreticorum. Titulus LVI.

SUMMARIUM.

1 *PVblicatio bonorum altera pœna hæreticis.*
2 *Bona hæreticorum publicantur, etiamſi filios habeant Catholicos.*
3 *Bona omnia, quæcunq; ſint, etiam actiones, & jura hæreticorum publicantur.*
4 *Confiſcantur bona hæreticorũ, & quando.*
5 *Bonorum publicatio non porrigitur ad futura, nec ad aliena, & nu.* 6.
7 *Bonis publicatis, fiſcus tenetur creditoribus ſatisfacere, & quo modo.*
8 *Bona hæreticorum poſt ſententiam Inquiſitorum confiſcari poſſunt à dominis temporalibus.*

De Bonis Hæreticorum.

1 ALtera pœna hæreticorum eſt publicatio bonorum; hæreticus enim, ut exemplo aliis ſit, etiam egeſtate laborare debet, atq; ut rectiſſimè Ariſtoteles inquit: *ne languori corpus incumbat, volens convaleſcere, aquam priùs, & inediam exhibet: ità qui nequàm habuerit animam, ne quippiam mali exerceat, ei opulentia, & imperium, & dominatus, & omninò alia id genus ſunt auferenda: idque eò magis, quo mobilior, mutabiliorque eſt corpore anima*; hæc ille *lib.* 2. *magn. mora. cap.* 4. *l. bona fides. ff. depoſiti.*

2 Ergo bona omnia hæreticorum ipſo jure publicantur, etiam ſi filios habeant Catholicos. Nàm & in aliis criminibus cum bona Reorum confiſcantur, nulla filiorum ratio habetur. *c. urgentis de hæreti. auth. Gazaros C. de hæreti l. ultim. C. de bon. proſcripto. c. cum ſecundum de hæreti. lib.* 6. & ibidem *glo.* & omnes *Brunus lib.* 5. *de hæreti. cap.* 6.

3 Publicantur, inquam, omnia hæreticorum bona mobilia, immobilia, & moventia, jura quoque, & actiones, & quidquid ad eos quocunque modo pertinet. *d. c. cum ſecundum l. bonorum l. moventium. ff. de verbo ſignific.*

4 Confiſcantur autem à die commiſſi criminis per omne tempus, quo hæreticus permanſit in hæreſi. *dict. c. cùm ſecundùm*, & ibi omnes *l. ultim. C. ad leg. Jul. majeſt.*

5 Sed bonorum publicatio non porrigitur ad bona futura, ideſt ad ea, quę poſt condemnationem hæreticus olim jàm pęnitens acquiſierit. *l. ſi mandavero tibi.* §. *is cujus bona. ff. manda. l. ejus qui* §. *is cujus bona. ff. manda. l. ejus qui.* §. 1. *de teſtam. c. felicis*, §. *verùm de pœnis lib.* 6.

6 Nec bona aliena occupanda ſunt cũ bonis hæretici, ſed illicò dominis ſunt reſtituenda. *l. in fraudem.* §. *ex his ff. de jure. fiſci. l. ſi ventri. ff. de reb. auto. judi. poſſiden. c. ſæpè de reſti. ſpoliato.*

7 Fiſcus ex bonis publicatis ſolvere tenetur creditoribus omne id, quod antequam in errores incideret, eis debebat hęreticus. *l.* 1. *C. pęnis fiſcalibus creditores prę-ferri. l. non poſſunt. l. in ſumma l. quod placuit ff. de jure fiſci.*

8 Bona hæreticorum poſt ſententiam declaratoriam ab Inquiſitoribus latam confiſcari poſſunt à dominis temporalibus eius Provinciæ, in qua bona *ipſa* reperta fuerint *c. vergentis de hæreti.* omnes *in c. cum ſecundum leges, eodem titulo lib.* 6. *Aymo. conſ.* 128. *Boſſius tit. de bonorum publicatione nu.* 62. Plurimas alias quæſtiones copiosè retuli, & luculentius diſputavi in

vi in

vi in meis Catholicis inſtitutionibus ſub eodem titulo de bonis hæreticorum ; illinc aſſumi poterunt, quæ ad hunc locum pertinebunt, nec enim omnia Enchiridio concludi queunt.

ANNOTATIONES.

Vide tit. 9. de Cathol. Inſtitut. & ibi notata *num. 1. & ſequen.*

De Pœnitentibus. Titul. LVII.

SUMMARIUM.

1 *Carceri perpetuo nemo damnandus ex Jure Civili, ſecùs, ex Jure Canonico, num. 2.*

3 *Carceri perpetui pœna poſt triennium remitti ſolet.*

4 *Fugiens à carcere perpetuo, condemnari poteſt, ut relapſus, fallit. nu. 5.*

6 *Teſtamentum an facere poſſit carceri perpetuo damnatus.*

De Pœnitentibus.

1 Carcer jure Civili ad continendos, & cuſtodiendos homines, non ad puniendos habetur. Ideoque eodem jure cautum eſt, ne quis liber homo ad vincula perpetua damnetur. *l. aut damnum. §. ſolent. l. mandatis. ff. de pœnis.*

2 Jure autem Pontificio carcer habetur non ad cuſtodiam ſolùm, ſed etiam ad pœnam ; nam, cum ſacri canones mortis pœnam irrogare non queant ; ne gravja crimina ſint impunita, carceris perpetui pœnam imponunt ; ſic olim Cicero oratione 4. in Catilinam dixit : *Vincula ſempiterna ad ſingularem pœnam nefarii ſceleris eſſe inventa* ; qua pœna non nunquam hæretici pœnitentes coercentur. *c. pœn. de haret.*

3 Sed hæc pœna perpetui carceris poſt lapſum trienii remitti ſolet ; quòd, & Plato ferè tradit, qui lib. 10. de legibus inquit : *Impius, qui poſt quinquennium in carcere tranſactum, modeſtior factus fuerit ; ille in poſterum unà cum modeſtis habitet. c. ut commiſſi. §. nec non de hareti. lib. 6. Authen. de monachis. §. ſi verò. c. legem 53. diſtin. c. de viro. 12. quaſt. 2.*

4 Damnatus ad perpetuum carcerem, qui ab eo fugit, hoc ipſo videtur fictè relapſus ; & in errorem priſtinum recidiſſe : quamobrem condemnari poteſt, ut relapſus; hęc eſt multorũ opinio (mea quidem ſententia) & crudelis, & falſa. Omnes *in d. §. nec non, & in c. pe. eo. tit. lib. 5.*

5 Ego verò ab iſtis vehementer diſſentio, quia, qui è carcere fugit, impęnitens eſt, non relapſus, nec enim hæreſim aliquam fuga ipſa committit : nec judices poſſunt fingere illum eſſe relapſum, quem lex nulla fingit. Ergo ſi pœnitere velit, audiendus eſt, ac de fuga duntaxat puniẽdus *l. & ſi fortè. ff. de caſtren. pecu. l. aut damnum. §. quiſquis. ff. de pœnis.*

6 Quidam putant, eum, qui damnatus eſt ad perpetuum carcerem, teſtamentum facere non poſſe ; quorum opinio mihi non probatur, quia non eſt ille ſervus pœnæ, ſed pœnitentiam agit, nec jure ullo inteſtabilis eſt. *Abb. in c. tua de pœnis. Bal. in l. 1. C. de Sacro San. Eccleſ. Bertran. conſ. 194. lib. 1.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 57. de Cathol. Inſtitutionib. & ibi notata *nu. 1. & ſequen.*

De Carcere perpetuo. Tit. LVIII.

SUMMARIUM.

1 Pœnitentia hæreticis ſolis prodeſt.
2 Pœnitentia debet eſſe publica hæreticorum, & induti debent eſſe ſacco.
3 Hæreticorum bona ipſo jure confiſcantur, nec tamen, quamvis pœnitentes, ea recuperant, & ſi recuperantur clementia Principum fit, non jure communi. n. 4.
5 Hæretici pœnitentes quomodo, & quando recipiendi.
6 Mancipati in carcere confitentes errores, recipiendi.
7 Confitens hæreſes, antequam ei teſtimonia edantur, ad perpetuum carcerem damnandus non eſt.
8 Deprahenſus in hæreſi quis dicatur.
9 Deprahenſus in hæreſi, niſi continuò recurrit ad fidei Catholicæ unitatem, ſecularis judicii arbitrio relinquendus. quid in eo, qui manifeſtus hæreticus, etiamſi continuò redit, nu. 10.
11 Pœnitentes uſque quo recipiendi.
12 Sponte ſua fieri quid dicatur. nu. 13.
14 Confeſſio tormentis extorta, & ratificata an nocere debeat Reo in pœnitentia.
15 Pœnitens non recipiendus, niſi qui ſtatim ad Eccleſiæ ſinum recurrit.
16 Hæretici quare participes indicant.
17 Hæreticus ante ſententiam errores ſuos verè confeſſus, recipi poterit.
18 Pœnitens recipi debet, cum integrè confitetur, & de contrario planè non conſtet.

De Carcere perpetuo.

1 IN ceteris quidem criminibus nihil pœnitentia prodeſt, ut nocens a legum pœnis liberetur; ſolis hæreticis pœnitentibus venia conceditur, & in Sacro Inquiſitorum foro juris clementia eſt. *c. ad abolendā de hæret. l. 4. C. eod. tit. l. qui ea mente ff. de furtis.*

2 Non tamen omninò illis ignoſcitur, ſed errores abjurare, ac publicam pœnitentiam agere debent, induti ſacco; qui veſtitus pœnitentiæ eſt. Nam enormia crimina confeſſione publica coercenda ſunt. *c. ego de conſecrat. diſtin. 2. c. judicet de pœnit. diſtin. 1. c in capite 50. diſtin. c. Achab. de pœnit. diſt. 3.*

3 Præterea bona hæreticorum ipſo jure confiſcantur, & hæretici beneficiis Eccleſiaſticis privati ſunt, nec ea recuperant, quamvis ad ſinum Eccleſiæ redeant; qua in re Pariſius, & Rebuffus contrarium putantes, decepti ſunt, ille *conſ. 2. lib. 4.*; hic verò *tractatu de pacificis poſſeſſorib. n. 196.*

4 Nam, & ſi nonnunquàm bona pœnitentium non publicantur, id Principum clementia interdum conceditur, non autem jure communi *c. vergentis de hæreti. c. cùm ſecundum eodem tit. lib. 6. Felinus conſ. 10. Brunus lib. 5. de hæreti. cap. 6.*

5 Quæſtio implicata eſt, quomodo, & quando hæretici pœnitentes recipiendi ſint; quia non omnium pœnitentium par cauſa eſt; qui ſponte, priuſquam comprehendantur, veniam petunt, benignè recipiendi ſunt *l. quiſquis. §. ulti. C. ad leg. Jul. majeſt. Hoſti. & Fel. in c. de hoc, de ſimo.*

6 Qui verò in carcere mancipati confitentur errores, recipiendi quoq; ſunt, ſed pœnis ſupraſcriptis coerceri debent; quāvis non deſint, qui putent, hujuſmodi cōfeſſiones non eſſe ſponte factas, ac proindè recipiendos non eſſe tales pœnitentes; ſed hæc opinio ab aliis omnibus exploſa, ejectaq; eſt *c. ad abolendam de hæret. Grillan. q. 5. Alex. conſ. 9. lib. 7. Syluan. conſ. 89.*

7 Quinimò qui confitetur hæreſes, antequam ei teſtimonia edantur, ad perpetuum carcerem damnandus non eſt, quia nondum deprehenſus, nec teſtibus convictus eſt; & ità communitèr ab omnibus traditur poſt *Hoſtienſem in ſumma titu. de hæreti. §. qualiter deprehenſus.*

8 Depræhenſus in hæreſi, & qui aſſeverat voce ſua hæreſes, vel qui teſtibus, aut legitimis probationibus convincitur; qui verò ante has depræhenſiones confitetur errores, & veniam petit; is arbitrio judicum damnandus eſt ad carcerem temporalem, bonis publicatis, ut ante dixi; quia, cum lex nulla ſit, quæ talem pœniten-

tentem condemnet ad perpetuum carcerem; id arbitrio judicum relinquendum eſt. *l. 1. ff. de jure delib. c. menſuram de pœnit. diſtin. 1.*

9 Qui verò manifeſtè fuerit in hæreſi deprehenſus; niſi continuò poſt deprehenſionem ad fidei Catholicæ unitatem ſpontè recurrerit; ſecularis judicis arbitrio relinquendus eſt, quemadmodum Lucius III. conſtituit. *c. ad abolendam de haret.*

10 Sed fuit caſus omiſſus in ea conſtitutione, ſcilicèt cum hæreticus manifeſtè deprehenſus, continuò redit ad ſinum Eccleſiæ: quid cum eo fieri debet. Et hoc ſupplet Gregorius IX. dicens: *Qui poſt quã fuerint deprehenſi, redire voluerint ad agendam condignam pœnitentiam; in perpetuo carcere detrudantur*; itaque non ſunt contraria illa jura, ut Laurentius Sylvanus malè putavit; ſed diverſa ſunt, & quæſtiones diverſas terminant. *c. pen. §. ſi qui autem de hæreti.*

11 Verùm quæſtionis eſt: uſquequò recipiendi ſint pœnitentes? Et prætermiſſis opinionibus alibi à me relatis, & cõfutatis, vera ſententia eſſe videtur ea, quæ uſu recepta, & inſtructione Hiſpaniæ confirmata eſt; ut uſq; ad ſententiam diffinitivam Eccleſiæ gremio excipi queant; quod & Gerſon, & aliqui tradunt: verba Gerſonis ſunt: *Difficillimum eſt convincere aliquem pertinacem, & incorrigibilem fuiſſe ante judicium; Nam & ſi millies proteſtatus fuerit ante ſententiam, quòd defendet errorem ſuum; admittitur tamen ad veniam in puncto ſententiæ proferendæ, ſi ſe monſtret pœnitere, & velle ſtare judicio ſuperioris: quamvìs Occam videatur oppoſitum tenuiſſe: contra quem eſt uſus, & lex Eccleſiæ*, hæc ille *tractatu de ſchiſmate. Gonſal. de hæretica pravitate qu. 20. Alberti. in c. 1. de hæret. lib. 6. q. 12. Alfonſ. lib. 1. de juſta hæret. punit. cap. 22. Bertran. conſ. 212. lib. 2.*

12 His tamen vehementèr obſtare videtur conſtitutio Lucii III. quæ exigit, ut ſponte, continuò, confeſtim hæreticus veniam petat; ſed ea verba cum temperamẽto accipienda ſunt; ſponte enim fieri quoque dicitur, quod fit alio impellente. Cicero ad Atticum: *Quod profectò cum ſua ſponte, cum te inſtante faciet*; & libro de Oratore: *Si ſua ſponte quo impellimus, inclinant; quin etiam ſponte fit.* Idem Cicero de ſenectute: *Senes autem, ſicut ſua ſponte, nulla adhibita vi conſumptus ignis extinguitur. d. c. ad abolendam.*

13 Itaq; ſponte confitetur hæreticus, qui voluntate ſua, nulla vi adhibita in carcere confitetur, quod ex materia ſubiecta planè perſpicitur; quia ſponte confiteri dicitur in eadem conſtitutione, qui conjectus in carcerem, & manifeſtè deprehenſus in hæreſi, aſſeveratione ſua pertinaci, vel teſtibus, aut ſcriptis convictus, confitetur errores. Adde quòd non omnis coactio voluntatem excludit; cogitur aliquis vi veritatis, cogitur alius conſcientia, & item alius voluntate ſua, ut Comicus inquit in Andria;

Coactus tua voluntate es, Act. 4. Scen. 1.

& in eodem opere;

Coactus legibus eam uxorem ducet, Act. 4. Scen. 5.

& in Adelphis:

Quod vos jus cogit, id voluntate impetret; Act. 3. Scen. 3.

Sic hęreticus jure divino, metu damnationis æternæ, conſcientia ſua cogi poteſt, ut ſponte confiteatur, & quod voluntariè fit, etiam ſi neceſſitate fiat: liberè tamen fit. *d. c. ad abolendam*, & ibi *gl.* & omnes. *l. ſi mulier. §. ult. ff. quod metus cauſa.*

14 Pluſculum dubitationis habet, cum confeſſio vi adhibita, id eſt tormentis extorquetur; ſed cùm Reus eam ratam habet, ſponte quidem id facit, atq; adeò recipiendus eſt; quemadmodum omnium conſenſu receptum, & rectiſſimè uſitatum eſt: contra Laurentium Sylvanum, qui iterum errat *conſ. 89.*

15 Supereſt, ut alterum ſcrupulum eximamus; videtur enim quòd non ſit pœnitens recipiendus, qui continuò, ſivè cõfeſtim ad ſinum Eccleſiæ non recurrit; ſed lex id exigit; *poſtquam fuerit in hæreſi deprehenſus*, ut ante dixi; & illæ dictiones cum temperamento temporis accipiendæ ſunt, & non nunquam pro ſubiecta materia longum intervallum admittunt, quod quidem in propoſito non ſolet eſſe magnũ à deprehenſione uſq; ad ſententiam. *l. ratum. l. quod dicimus. ff. de ſolutio. l. promiſſor. de conſt. pecu.* traditur ab omnibus *in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi, & vi armata.*

16 Quòd ſi cui longum eſſe videatur expectare uſq; ad ſententiam diffinitivam; is primùm conſideret, quòd nulla unquã de morte hominis cunctatio longa eſt; deindè, repentinas mutationes eſſe difficillimas,

limas, nec eſſe adeò facile, ac ſuave fateri ſe fuiſſe hæreticum, ut pudor, ut infamia, ut publicatio bonorum, deniq; ut ipſe dæmon non vehementer obſiſtat. Poſtremò quòd Reipublicæ intereſt, ut hæretici ſpe veniæ participes indicent, quod facere non ſolent ii, qui ſciunt ſibi non eſſe ignoſcendum. *c. ſi ſermo de pœni. diſt. 2. c. ancillam 32. q. 2.*

17 Hæreticus ergo ante ſententiam errores ſuos plenè confeſſus, recipi quidem poterit; ſed judices eum excipere non tenentur, niſi confeſſio ſit vera, & juſta, & non ficta, ſive ſimulata; cujus circunſtantiæ, quia in facto conſiſtunt, & innumerabiles ſunt, neceſſariò relinquuntur arbitrio judicum recto. *c. ut officium. §. 1. de hæreti. lib. 6. l. mora. ff. de uſur. l. 1. §. 1. ff. ad turpilia.*

18 Cùm autem integra confeſſio fuerit, & aliundè judicibus non planè conſtiterit, eam ſimulatam eſſe, pœnitentem omnimodò recipere debent, rejectis ſuſpicionibus, & præſumptionibus, quibus moveri non poſſunt, ut quempiam in ignem mittant; Nonne Nabuchdonoſor poſt in- *Daniel. 4.*
numeras impietates flagellatus pænituit, & regnum, quod perdiderat, rurſus accepit, & pęnitentiam meruit fructuoſam? Spiritus quidem ubi vult ſpirat; & ple- *Ioan. 3.*
rumq; vexatio dat intellectum *c. litera de præſump. c. Nabuchdonoſor. 23. q. 4.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 16. de Cathol. Inſtit. & ibi notata *num. 1. & ſequen.*

De Dogmatiſtis. Titulus LIX.

SUMMARIUM.

1 *Dogmatiſta an recipi debeat, ex nu. 2. & 3.*
4 *Fidem alterius expugnantes perverſa doctrina, ultimo ſupplicio coercendi.*
5 *Delictum ob aliud delictum non minuit pœnam.*
6 *Hæreticus dogmatiſta eſt homicida animarum; & ideò gravjus puniendus, quàm homicida. nu. 8.*
9 *Hęreticus, qui Principē corrumpere tentaverit, Curiæ ſeculari relinquendus.*
10 *Dogmatiſta, qui neminem infecit, an recipiendus.*

De Dogmatiſtis.

1 EXiſtit hoc loco quęſtio ſubdifficilis. Utrū Seductor, qui docet hæreſes, quem vulgò dogmatizatorem vocant: recipiēdus ſit, pœnitere volens, vt cœteri hæretici? Et prima quidem fronte videtur, eum pœnitentem recipiendum eſſe; quia conſtitutio illa Lucii III. exæquare videtur eos, qui docent, & illos qui credunt hęreſes. Verùm ea clauſula de excommunicatione duntaxat loquitur: *inquam æquè incidunt diſcipuli, & doctores. c. ad abolendam de hæreti.*

2 Sed ubi leges de recipiendis pœnitentibus tractant, nullam doctorum mentionem faciunt: nec eadem regula metiēdi ſunt ii, quorum longè diſſimilis culpa eſt; gravjor quidem eſt magiſtri, quàm diſcipuli culpa; deceptis enim, & perſuaſis parcendum eſt; non autem ſeductoribus, atque doctoribus, quibus neque lex Divina olim ignoſcebat *l. hi qui. C. de apoſt. Deut. 13.*

3 Ad hæc, & ſi nonnunquam delinquentibus venia concedatur, ducibus tamen eorum non ſolet ignoſci; quia hi longè magis delinquunt. *l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Juli. de vi publi. & Numeri 25.*

4 Accedit eodem, quòd Pontificiæ leges, quæ hæreticos pœnitentes recipiunt, non ſunt ad eos trahendæ, qui non una morte ſunt digni, ſed pluribus. Satis enim, ſuperq; eſt, ut uni crimini morte digniſſimo ignoſcatur: nec eſt juſtum, ut multa graviſſima crimina ſint impunita; quilibet autem hæreticus in pœnam mortis incurrit;

currit ; qui verò Doctor eſt hæreſum , hoc ipſo altera dignus eſt morte. Nam, ut lex ait ; *ultimo ſupplicio coercendi ſunt , qui ſidem alterius expugnant perverſa doctrina. l. quicunque. C. de hæreti. l. pen. de apoſta. l. ulti. de Judæis l. 1. §. perſuadere, & §. ſed utrum. ff. de ſervo corrupto.*

5 Accedit etiam quòd lex, quæ de crimine ſimpliciter loquitur, non eſt ſervanda, cum alia concurrunt crimina; quia, ut Ulpianus inquit: *Nunquam plura crimina concurrentia faciunt, ut ullius impunitas detur; nec enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam, ſed intereſt publicè, nullum impunitum relinqui. l nunquam plura. ff. de priva. delict. l. ſi adulterium cum inceſtu. l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff. de adulteriis.*

6 Et quemadmodum qui plures occidit homines, nulla dignus eſt venia; ita & hæreticus ille, qui multis nocuit, excipiendus non eſt Eccleſiæ gremio. Nam & hæreticus tot occidit homines, quot induxit: *homicida eſt, & doloſus, quotidie animarum ſanguinem fundens*, ut Divus Hieronymus inquit, *in pſalmum quintum. l. 3. C. de epiſcopa. audien.*

7 Adde quòd magiſter errorum veneno peſtiferi dogmatis, non corpus occidit, ſed animam; non brevi morte, ſed ſempiterna; quamobrem pœna majore dignus eſt, quàm homicida. Et ſicuti ait Beat. Hieronymus in Amos cap. 9. *ideo magiſtri hæreticorum percutiuntur, ut ſalvi ſiant diſcipuli. Brunus lib. 5. de ſeditioſis cap. 6.*

8 Qui ſimplex hæreticus eſt, ſibi ipſi duntaxat nocet; qui verò doctor eſt hæreſum, non modò aliis pernicioſus eſt; ſed etiam univerſæ Reipublicè: ergo puniendus eſt, non ſolùm ut hæreticus, ſed ut hoſtis quoque Reipublicæ; ſic olim Auguſto Cæſari conſuluit Mæcenas, ut eos, qui peregrinum aliquid, aut novum in Religione tentarent, puniret, atque ſupprimeret, non ſolùm Religionis cauſa, ſed ipſius etiã Reipublicæ, ut à *Dione* proditũ eſt *lib. 42.* *Mæcenatis conſilium datum Cæſari Auguſto.*

9 Hæreticus quoque, qui Regem, aut ejus conjugem, aut filios, corrumpere tentaverit perverſa doctrina, curiæ ſeculari relinquendus eſt; quia, cum hęreſi crimen læſæ majeſtatis conjunxit, hoſtili animo adverſus Chriſtianam Rempublicam animatus. Jure igitur Quadus Manichæos ſuæ ditionis omnes occidit, eorumq; Epiſcopum, & libros combuſſit, quòd unum ex filiis ſuis in execrandam illam hæreſim pellexiſſent: auctor *Joannes Zonaras in Imperio Juſtini Thracis.*

10 Ex quibus omnibus perſpici poteſt, non eſſe gremio Eccleſię excipiendum dogmatiſtam, qui multis nocuit. Si verò neminem infecit, fortaſsè recipiendus eſt; majora tamen in eo pœnitentiæ ſigna neceſſaria ſunt, ne converſio ejus ficta eſſe videatur; nec enim facilè credendus eſt ab extrema impietate repentè diſceſſiſſe; cum perverſi difficilè corrigantur, & mali homines, & ſeductores proficiant in pejus, errantes, & in errorem mittentes. *2. Timo. 3. Eccleſiaſtes cap. 1.*

ANNOTATIONES.

Vide quæ ſcripta ſunt de Catholicis Inſtitutionib. *tit. 47. num. 54. 60. 61. 68. 72. & tit. 46. num. 80.* cum ibidem notatis.

De Relapſis. Titulus LX.

SUMMARIUM.

1 *Relapſus quis dicatur, & nu. 2.*

3 *Relapſus an dicatur qui propter vehementem ſuſpicionem abiuravit, & poſtea communicationem cum hæreticis habet, & nu. 4.*

5 *Relapſus ſine ſpe veniæ relinquitur judici ſeculari.*

6 *Relapſus ſpontè confitens ſe fuiſſe relapſum, an puniri debeat.*

De

1 PRopria ſignificatione vocabuli relapſus eſt, qui iterum labitur; ſed Pontificii juris interpretatione is duntaxat cenſetur eſſe relapſus, qui poſt pœnitentiam publicam prioris lapſus, iterum in eaſdem hæreſes lapſus eſt. *c. accuſatus. c. ſuper eo. de hæreti. lib. 6. Aneba. in di. c. accuſatus nu. 2. Petr. Palud. in lib. 4. ſenten. diſtin. 13. q. 3. concluſ. 5. Guido in ſumma de hæreſibus, cap.* 10. *Alfonſ. lib. 2. de juſta hæret. punit. cap.* 2.

2 Is quoque dicitur eſſe relapſus, qui propter vehementem ſuſpicionem abjuravit errores, & poſtea in eoſdem incidit. Item qui ſimpliciter, aut generaliter abjuravit, & poſt in aliam hæreſim recidit. Et is quoq; relapſus eſſe cenſetur, qui, hæreſibus abjuratis, hæreticos alloquitur, viſitat, ſequitur, aut eis munera mittit, aut favet, aut communicat, ita vt excuſari non queat, quin ex approbati erroris conſequentia ea feciſſe intelligatur. *c. accuſatus in prin. & §. 1. & §. ille quoq; de hære. lib. 6.*

3 Quid ſi propter vehementem ſuſpicionem abjuravit, & poſtea communicationem cum hæreticis habet? Reſpondeo, illum non eſſe relapſum; quia de nullo ejus lapſu planè conſtat, & ſolis ſuſpicionibus non debet judicari relapſus. *dict. §. ille quoque*, & ibi *Domini. c. literas de præſumptio. Alfon. lib. 2. de juſta hæret. pun. cap. 2.*

4 Secus eſt, ſi abjuraſſet propter vehementem ſuſpicionem, quia dæmones invocabat, aut quippiam ſimile perpetrabat; nam, ſi poſteà in idem flagitium inciderit, puniri poteſt, ut verè relapſus. *Lapus, Archi. Domini. & Franciſcus in c. accuſatus. §. ſanè de hæret. lib. 6.*

5 Relapſus autem ſine ſpe veniæ relinquitur Judici ſeculari; quia ſemel duntaxat ignoſcitur pœnitenti, non autem ei, qui ſignum evidens dedit inconſtantiæ ſuæ; fides verò magnam conſtantiam requirit; ſed & Plato lib. 10. de legibus conſtituit, ut impii pro priori lapſu ad carcerem damnentur; ſi verò rurſus impietatis crimine condemnati ſint, ut morte ſine venia plectantur. *c. ad abolendam de hæret. c. ſuper eo. eodem titulo lib. 6. l. 3. C. de Epiſcop. audien. Tho. 2. 2. quæſt. 11. art. ult.*

6 Sunt qui putant non eſſe puniẽdum tanquam Relapſum eum, qui non accuſatus, ſponte fatetur ſe fuiſſe relapſum, quorum opinio æquiſſima eſt; ſed non planè diſpicio, quo jure Inquiſitores pœnam legum ei condonare queant, niſi fortè Summum Pontificem conſulant. *Alberti. de aſſertio. Catho. quæſt. 25. num. 25. Alfonſ. libr. 2. de juſta hæreti. punit. cap. 2. l. 1. ff. ad Turpil. Lactantius lib. de Ira Dei, cap. 19.*

A N N O T A T I O N E S.

Vide tit. 57. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibi notata. *nu. 1. & ſequen.*

De Impœnitentibus. Titulus LXI.

S U M M A R I U M.

1 *IMpœnitens, quis dicatur.*
2 *Impœnitentes judicibus ſecularibus relinquuntur, & nu. 3. & 4.*
5 *Impœnitentes non confitentes omne tempus errorum, nec participes prodentes, an damnandi.*
6 *Pœnitentiam non agentes puniri debent.*
7 *Inquiſitores poſſint cognoſcere, an pœnitentes pœnitentiam peragant.*
8 *Pœnitens ille, qui non facit illi præcepta, vel illi probibita, an relapſus dicatur.*
9 *Pœnitens non faciens præcepta, vel faciens probibita, puniri poteſt pœnis arbitrariis.*
10 *Relinquendus curiæ ſeculari, ut vivat, tamen admonendus de ſalute animæ.*

De Impœnitentibus.

1 IMpœnitens ille eſt, qui pœnitentiam agere non vult; & in propoſito impœnitentes vocare ſolemus hæreticos, qui errores ſuos confiteri non volunt, ſed negant, ſe eos commiſiſſe; unde pertinaces negativos eos vulgus appellat.

2 Hiuſmodi autem impœnitentes judicibus ſecularibus relinquuntur, quam-

vis milies proteſtentur, ſe fuiſſe, & eſſe Catholicos, & in fide Orthodoxa ſe vivere, ac mori velle. *Rota in antiquis deciſ.* 875. *& in novis titul. de hæreti. & Hoſtien. in Summa eo. tit. col.* 2. & idem *Calder. conſ.* 2. *Anania in c. excommunicamus. §. adiicimus de hæreti. Alber. de aſſertio. Catho. quæſt.* 8. *Boer. deciſ.* 343.

3 Solent aliqui accipere ſcandalum, cum vident aliquem talem in ignem mitti; ſed mirari deſinent, ſi ſciant, veniam non dari, niſi confitenti, pœnitenti, & qui Eccleſiæ ſatisfacit; cui quidem planè conſtat, iſtum hæreticum eſſe; non ſecus atq; multi facinoroſi puniuntur, quamvis negent ſe crimina objecta admiſiſſe; qui ergo pœnitentiam agere, atque hæreſes confiteri non vult, jure ac meritò curiæ ſeculari relinquitur. *c. ad abolendam de hæret.*

4 Eadem dicimus de hæreticis illis, quorum errores probati ſunt, & eos omnes confiteri non volunt, quia falſa pœnitentia eſt, cùm ſpretis pluribus, de uno, aut altero crimine agitur pœnitentia; nec enim licet dimidiam ſperare veniam. *c. quem pœnitet. diſtin.* 1. *c. ult. diſt.* 5. *c. ſunt plures de pœnit. diſt.* 3. *c. omnis utriuſq; de pœnit. & remiſ.*

5 Sunt & alii, qui non confitentur omne tempus errorum, nec participes hæreſum prodere volunt; quos omnes diminutos impœnitentes appellant, ſed non facilè damnandi ſunt propter tales defectus, niſi liquidò conſtet ſcienter ab eis occultari; quia qui ſe hæreticum fuiſſe fatetur, jam quod præcipuè facere debebat, fecit: nec eſt veriſimile, ut ea tegat, quæ tanti momenti non ſunt. Addè quòd tormentis adigi poteſt, ut alios hæreticos manifeſtet, nec propter ſuſpiciones condemnari debet; præſertim, cùm obliviſci talium rerum ſæpiſſimè poſſit.

6 Qui verò pœnitentiæ impoſitæ non ſatisfaciunt, puniri poſſunt ut impœnitentes, quia non agunt pœnitentiam; ut perjuri, quia jurant ſe obtemperaturos mandatis Eccleſiæ; ut ficte converſi, quia non permanent in Eccleſiæ obedientia, & vera pœnitentia. *c. non ſufficit cum ſeq. de pœnit. diſtin.* 1. *Calderi. conſil.* 2. *de hæreti. Decius conſ.* 137.

7 Falluntur tamen Decius, & Probus negantes, poſſe Inquiſitores cognoſcere, an pœnitentes impoſitam ſibi pœnitentiam peragant; id enim ad eorum officium omninò pertinet. *c. ut commiſſi. §. necnon de hæreti. lib.* 6. *c. literas de præſumpt. Decius conſ.* 147. *Probus ad Joannem Monachum in c. præſidentes de hæreti. lib.* 6.

8 Errant quoque multi, dicentes pœnitentem illum eſſe relapſum, qui non facit ea, quæ illi præcepta ſunt, vel facit illi prohibita, quando pœnitentiæ actus contrarius eſt ſuæ culpæ. Verbi gratia, ſi præceptum fuit, ut abjuret, vel adverſus errores ſuos prædicet, aut quippiam ſimile. Nam in prioribus exemplis impœnitens eſt, non relapſus; in poſteriore, tunc demum relapſus erit, cùm errores priùs abjuraverat: quemadmodũ jam ſupra retuli.

9 Illud autem verum eſt, quod iidem ajunt, pœnitentem illum, qui non peragit pœnitentiam impoſitam, quæ ad purgationem culpæ tendit, ut puta, non jejunat, non orat, non facit pia, quæ ei præcepta fuere, puniri poſſe pœnis arbitrariis. *Joan. Imola*, & alii *in clem. ulti. de hæret. Federi. conſ.* 156. *Squillacen. de fide Catholica. cap.* 19. *Arelata de hæreti. notabi.* 30.

10 Cùm verò quiſpiam in eo ſtatu eſt, ut relinqui debeat curiæ ſeculari, ut convertatur, & vivat, vel certè ne morte pereat ſempiterna, per viros doctos, & pios de ſalute animę ſemel, & iterum admonendus eſt; id enim charitas ſuadet, atq; in Sacro Inquiſitorum foro uſitatum eſt. *c. convenientibus* 1. *quæſt.* 7. *Calderi. conſ.* 2. *de hæreti. Lupus allegat. de hæreſ.* §. 4.

ANNOTATIONES.

Vide tit. 48. de Cathol. Inſtit., & ibi notata *num.* 1. *& ſequen.*

De Mortuis. Titulus LXII.

SUMMARIUM.

1 *Reo mortuo, crimen cum pœna extinguitur, ſecus in hæreticis, n.* 2. *&* 3.

4 *Hæreticorum corpora cum cadaveribus Catholicorum non ſunt ſepelienda.*

5 *Me-*

5 *Memoria, & fama hæreticorum damnanda.*

6 *Suſpecto de hæreſi moriente, judices peragere cauſam debet, non tamen condemnare hæredes pœna pecuniaria.*

7 *Inquiri poteſt in hæreticum etiam poſt 40. annos; non tamen bona auferenda hæredibus.*

8 *Filii, & ſucceſſores hæretici mortui vocari debent ad mortui memoriam defendendam.*

9 *Defenſore nemine comparente, judices ipſi defenſorem idoneum eligere debent.*

10 *Occidentes ſeipſos in carcere, damnandi ut impœnitentes.*

11 *Inquirendi ordo contra hæreticos.*

De Mortuis.

1 IN omnibus ferè criminibus Reis vita functis, crimen cum pœna extinguitur; quia præventi ſunt a ſummo Judice Deo, & vocati ad majus tribunal; & quamvis in reatu quiſpiam decedat, integri ſtatus decidit; *extinguitur* enim *crimen mortalitate*, ut ait Ulpianus, *& morte Reus crimen liberatur. l. 1. cum ſeq. C. ſi Reus, vel accuſator. l. is qui in reatu. ff. ad legem Juliam majeſt. c. ex epiſtola. c. quorundam 23. diſtin.*

2 Sed neque cadavera in aliis criminibus puniri ſolent; in crimine autem hæreſis propter ejus atrocitatem, & Reipublicæ documentum, non ſolùm ad viventem hominem, ſed etiam ad cadaver, ad ſepulcrum, ad oſſa, cineres, ad memoriam, & famam, pœna pervenit. Nam, ſi jure quam optimo ab ultimo parricidio exigitur pœna adverſus hominem: quantò rectius ab hæretico pœna gravjor exigenda eſt, qui ſuam primùm animam, deinde familiæ ſuæ, poſtremò totius populi, morte ſempiterna ſtudet occidere?

3 Inquiritur ergo in hæreticos etiam poſt mortem: quòd ſi de illorum hæreſi planè conſtiterit, condemnantur ac ſi vivi forent, & eorum bona publicantur, & excommunicantur, ne preces pro eis, aut oblationes fiant. *c. accuſatus. §. in eo. de hæreti. lib. 6. c. à nobis 2. de ſenten. excom. c. ſanè 24. q. 2.*

4 Neque corpora eorum cum cadaveribus Catholicorum ſunt ſepelienda; quin imò ſi quis ſciens contrafecerit, in ſententiam excommunicationis incurrit, & ab ea non ante abſolvendus eſt, quam impia illa cadavera propriis manibus publicè effodiat, & extrahat, & oſſa eruat, atq; projiciat, ſi modò à fidelium corporibus ſeparari queant. *c. ſicut de hæreti. c. 2. eodem tit. lib. 6. c. ſacris de ſepult. 4. Regu. 23.*

5 Damnantur quoque memoria, & fama talium hæreticorum; ſed plenior probatio neceſſaria eſt contra mortuum, qui ſe defendere nequit. *c. accuſatus. §. in eo. de hæreti. lib. 6. Concil. Conſtantien. ſeſſione 8. Bal. in c. 1. §. ſi quis, ſi de inveſtitura inter domi. & vaſſal. lib. feudo.*

6 Quòd ſi ſuſpectus de hęreſi mortuus fuerit, lite pendente, judices cauſam peragere debent, ut eum vel condemnent, aut abſolvant; non tamen imponere poſſunt hæredibus pœnam pecuniariam propter ſolas ſuſpiciones. *l. 1. C. ex delict. defun.* & ibi *Bal. c. accuſatus §. porrò de hæret. lib. 6. Aegid. Bellamera dec. 677. & 680. Anania in c. ſi quis Epiſcopus de hæreti.*

7 Non tantùm poſt quinquennium; ſed etiam poſt quadraginta annos inquiri poteſt in hæreticum mortuum; quamvis lex civilis aliud in cauſa apoſtatæ conſtituerit; ſed bona non auferuntur ab hæredibus, qui bona fide per quadraginta annos ea poſſederunt *c. ulti. de præſcriptio. lib. 6. l. 2. C. de apoſta. Felinus in c. cùm nobis de præſcript. Brunus lib. 5. de hęret. cap. 17.*

8 Filii, & ſucceſſores, & alii omnes, quorum interſit, vocari debent ad mortui memoriam defendendam; quin etiam audiendus eſt quicunq; defendere mortuum velit; dummodò probabilem aliquā cauſam afferat. *c. filii de hæreti. lib. 6. l. nam ita divus. ff. de adopt. Aegidius deciſ. 678. cum ſeq. Alberi. in rubr. C. de hæreti.*

9 Præſentes autem, & qui certi ſint, citari debent ad mortui defenſionem: abſentes verò, & incerti, quorum intereſſe poterit, vocandi ſunt generaliter edictis, & præconis voce; quòd ſi nemo compareat, judices ipſi defenſorem idoneum eligere debent. *c. ult. de elect. lib. 6. l. ſi non defendant. ff. de pœn. Aegid. deciſ. 679.*

10 Qui

Matth. 7. 24.

10 Qui propter hæreſim in carcere detruſi mortem ſibi conſciverint, damandi ſunt, ut impœnitentes, & plenè convicti; quamvis ante confeſſi fuerint, & ſe pœnitere velle affirmaverint. Nam Judæ neq; confeſſio, neq; pœnitentia profuit, quia laqueo ſe ſuſpendit. *c. Judas. c. nihil de pœnit. diſt. 3. Bar.* & alii *in l. ult. C. de jure fiſci lib. 10. & in l. ult. ff. de bon. eorum. Gonſal. de haret. q. 22. Covar. lib. 2. reſ cap. 1.*

11 Ordinem verò inquirendi contra hæreticum defunctum invenies *in Concilio Conſtantienſi ſeſſ.* 8. vbi damnatus fuit Joannes Vvicleffus, & ejus memoria; & prolixè relatum eſt, quomodò id factum fuerit.

ANNOTATIONES.

Vide tit. 18. de Cathol. Inſtit. & ibi notata *num. 5. & ſequen.*

De filiis Hæreticorum. Titul. LXIII.

SUMMARIUM.

1 *Pœna aliqua pertranſit ad filios hæreticorum, & cur, nu. 2.*

3 *Hæreticorum filii quicunque uſque ad ſecundam generationem ex linea paterna ab Eccleſiaſticis beneficiis repelluntur, & 4. & 5. & 7. fallit in filiis relapſorum, qui, antequam curiæ ſeculari relicti eſſent, Sacramenta pœnitentiæ, ac Euchariſtiæ receperunt, nu. 6.*

8 *Electionis jure non privātur nepotes hæreticorum.*

9 *Hæreticorum filii, & nepotes privandi ſunt de beneficiis Eccleſiaſticis, quæ tantùm conſecuti fuerunt poſt parentum hæreſim.*

10 *An filii nati priuſquam parētes hæretici eſſent, pœnis ſint afficiendi, & n. 11.*

12 *Filii, & hæredes audiendi, volentes probare innocentiam mortui; qui tamen non pertinax mortuus ſit, vel fuerit plenè confeſſus.*

De filiis Hæreticorum.

1 AD filios etiam hæreticorũ aliqua pœna pertranſit, quia eædem eſſe perſonæ penè intelligũtur, & quia nulla magis acerba pœna eſt, & quæ magis homines à facinoribus deterreat, quam ſcire filios ſuos ob ſua ipſius malè acta affligendos, & paupertate afficiendos, atque notandos infamia. Scripſit quidem elegantèr Cicero ad Brutum: *Nec verò me fugit, quàm ſit acerbũ, parentum ſcelera filiorũ pœnis lui; ſed hoc præclarè legibus comparatum eſt, ut charitas liberorũ amiciores parentes Reipublicæ redderet.* Omitto ſciens in eandẽ ſententiã plurima, quę alibi fuſius retuli. *l. ult. C. de impu.* & aliis *ſubſ. l. iſti quidẽ. ff. quod met. cauſ.*

2 Jure igitur, ac meritò hæreticorum filii parentum bonis privantur, & infamia notantur. Nam quemadmodum filii hominum benè meritorum parentum meritis nobilitantur, quamvis nihil ipſi fecerint, propter quod nobiles eſſent, ut civis meus Seneca lib. 4. de beneficiis elegantèr diſſerit: ſic è contrario malè meritorum filii parentum ſcelere obſcurantur, & infamia juſtè notantur; bona ſi quidem corporis, & fortunæ à parentibus in liberos naturaliter tranſeunt, & ſimiliter mala, ut *Plutarchus* tradit *lib. de ſera numinis vindicta. c. vergentis de hæreti.*

3 Ad hæc filii hæreticorum uſq; ad ſecundam generationẽ ab Eccleſiaſticis beneficiis, & publicis officiis repelluntur; quòd ſi ſecùs fecerint, legibus Regiis publicatione bonorum puniuntur. *c. 2. §. hæretici de hæreti. lib. 6.*

4 Cœterùm benigna interpretatione placuit, ut illi duntaxat hęreticorum filii à beneficiis, & officiis arceantur, quorum parentes Eccleſiæ unitati non fuerint reſtituti, & ut ſecundus ille gradus ſeparationis lineam tantùm paternam comprehendat; per maternam verò lineam, ut ad primùm gradum, nec ultra pęna porrigatur. *c. ſtatutum 2. de hær. lib. 6.*

5 Filios autem hoc loco accipimus, non tantum ex juſtis nuptiis procreatos; ſed etiam, qui ex inceſto, adulterino, nefario, aut quocunque alio illicito complexu nati ſunt; nec enim conditio eorum melior eſſe debet, qui majori odio digni ſunt. *l. parentes. ff. de in jus vocan. glo.* & omnes *in dicto c. ſtatutum. Covar. lib. 2. reſolu. cap.* 8. *Gigas lib.* 3. *de crimine laſæ majeſtat. qu.* 7.

6 Sunt qui putant, filios, & nepotes relapſorum, qui antequam curiæ ſeculari relicti eſſent, Sacramenta pœnitentiæ, ac Euchariſtiæ receperunt, ſupraſcriptis pœnis non eſſe obnoxios; quia non videntur parentes eorum hæretici deceſſiſſe; ſed pœnitentes, & Eccleſiæ reconciliati; nam Sacramenta non conceduntur iis, qui extra Eccleſiam exiſtunt; & hanc opinionem, utpote clementiorem, jam olim ſecutus ſum. *c. ſuper eo. c. ſtatutum* 2. *de hæreti. lib.* 6. & ibi *Domini. Lupus Senior tractatu de hæreſi. cap.* 18.

7 Sed nunc attentius conſideranti cõtraria ſententia verior mihi eſſe videtur. Nam quod relapſis concedantur Sacramenta pœnitentiæ, atque Euchariſtiæ, id non efficit, ut reincorporati ſint Eccleſiæ unitati, nec ut conſtet, eos fuiſſe emendatos, & ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe: quę omnia exigit conſtitutio Bonifacii VIII. Quòd autem ea Sacramenta illis permittantur, propterea fit, ne in foro conſcientiæ claudatur Eccleſiæ gremium cuiquam redeunti; at quia forum exterius non recipit illos, ſed curiæ ſeculari relinquit ut hæreticos relapſos puniendos; igitur eorum filii non eximuntur à pœnis ante relatis. Et ut inquit Cicero Philippica 12.: *Poſteriores cogitationes ſolent eſſe ſapientiores. c. ſuper eo. c. ſtatutum* 2. ubi hoc ajunt *Io. And. & Philippus Francus. c. de his de accuſa.* & quæ ibi traduntur.

8 Nepotes hæreticorum retinent jus eligendi, quia nõ ſunt nominatim electionis jure privati; & Pater hęreticus non obeſt filio Catholico in ſucceſſione avi paterni. *l. eum pater. § hereditatem. ff. de legat.* 2. *Cardi. Abbas, & Joan. Imola in c. excommunicamus. § credentes de hæretic Domini. & Fran. in c.* 2. *§. hæretici eodem tit. lib.* 6. omnes *in l Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſth. Segura in l. coheredi. §. cum filia. ff. de vulga. & pupilla. num.* 73.

9 Filii, & nepotes hæreticorum privandi ſunt beneficiis Eccleſiaſticis, quæ conſecuti fuerunt poſt parentum hęreſim; ſed non ſunt eis jure ipſo privati; quia id nuſquam ſancitum eſt; nec illis beneficiis privandi ſunt, quæ poſſidebant, antequam parentes eorũ in hæreſim laberentur; quia nec id jure cavetur *c. ſatis perverſum.* & ibi *gl.* & cœteri 56. *diſt. Anto. Abbas, Imola, Anania, & Feli. in c. urgentis de hæret. Roma. ſingul.* 686. *Gonſal. de hęret. pravi. qu.* 23. *Covã. lib.* 2. *reſolut. cap.* 8.

10 Subdifficilis quæſtio eſt, an pœnis ante relatis afficiantur filii nati priuſquã parentes hæretici eſſent? Hanc ego in Catholicis inſtitutionibus diffusè explicavi. Nunc verò ſummatim eam attingam. Plurimi quidem ajunt, multique negant; & horum ſententia probabilior eſſe videtur, quia multis juribus filii nati ante crimen Patris eximuntur à pœnis; & graviſſimi authores plurimùm referre ajunt, utrum filius natus ſit ante crimen Patris, vel poſtea; quæ acervatim proferam brevitatis cauſa. *l.* 2. *C. de libert. & eo. libe. c. non imputatur. c. jam itaque* 1. *q.* 4. *Auguſtin. epiſtola* 75. & *ſuper Deut. qu.* 42. *Concil.* 13. *Toleta. cap.* 1.

11 Nec obſtat Bonifacii conſtitutio, quæ quidem tota eſt in favorem filiorum, & in eorum odium retorqueri non debet; & quod ait: *hoc ſanè de filiis, & nepotibus hęreticorum, qui tales eſſe, vel tales deceſſiſſe probantur; intelligendum eſſe*; non ideò vult, ſatis eſſe ad pœnas filiorum, quòd parentes decedant hæretici, nec enim de hoc ulla quæſtio erat; ſed ea verba ſcripta ſunt ad conſtituendam differentiam inter illos, & alios, qui emendati ſunt, & Eccleſiæ incorporati; & verba illa indefinita reſtringenda ſunt; & interpretãda per alia jura ſupra relata. *c. ſtatut. de hęret. lib.* 6.

12 Filii, & hæredes audiendi ſunt, probare volentes innocentiam mortui, tunc demùm, cum pertinax non deceſſit, vel plenè confeſſus. Nam utroque caſu probationes ſupervacaneæ forent; quia pertinacem defendere non licet;

Nec eſt confeſſi cauſa tuendi rei,

ut rectè quidam cecinit *c. filii de hęret. lib.* 6. *l. ulti. §. fin. ff. de bo. eorum l. ad probationem dominii. C. de proba.*

13 Pa-

13 Pater filium hæreticum exhæredare poteſt, & contra filius Patrem; ea enim eſt juſtiſſima cauſa exhæredationis, præſertim cum hæreticis bona non ſint relinquenda; ſed ea, quæ poſſident ab eis auferenda ſint; atque de hoc extat conſtitutio novella ab Harmenopulo relata in promptuario juris *lib. 5. tit. 9. c. ſi quis Epiſcopus cum ſeq. de hæreti.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 29. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibi notata *nu. 7. & ſequen.*

De Sententiis. Titulus LXIV.

SUMMARIUM.

1 *SEntentia ut feratur, Inquiſitores agere debent cum Epiſcopo, vel ejus Vicario, cum præceſſerint requiſita.*
2 *Sententia condemnatoria quomodo formetur.*
3 *In ſententia Reconciliationis quid ſit dicendum.*
4 *Formula ſententię contra relapſum quę.*
5 *Sententię publicè legendę.*

De Sententiis.

1 INquiſitione criminum, ac totius cauſę diligenti examinatione peracta, Inquiſitores cum Epiſcopo, vel ejus Vicario, & cum peritorum conſilio de ſententia deliberabunt, ut Reus vel damnetur, vel abſolvatur. *c. ulti. de hęreti. lib. 6. Clem. 1. §. 1. eod. tit.*

2 Sententia condemnatoria ita formabitur, ut in ea primùm dogmata ab ipſo Reo aſſerta declarentur; deinde ſummariè acta proceſſus referentur; ad hæc induratus ejus animus, & pertinacia, vel imperfecta, & falſa pœnitentia prodetur. Poſtremò ſententia ipſa adiungetur; quæ Reum declaret hæreticum, & ejus bona publicata; & eum demum judicio ſeculari relinquat. *Concil. Conſtantien. ſeſſio.* 15. *Brunus lib. 4. de hęreti. cap.* 10.

3 Multi putant in ſententia reconciliationis non eſſe dicendum pœnitentes illos fuiſſe hęreticos; ſed hac formula ferendam eſſe: *Quia te invenimus per tuam confeſſionem, & legitimam probationem hęreticum fuiſſe; nunc autem ſaniori uſus conſilio, vis (ut aſſeris) ad unitatem Eccleſię puro corde, & fide non ficta redire; ideò te in primis abjurata omni hęretica pravitate, juxta formam Eccleſię ab excommunicationis vinculis, quibus tenebaris aſtrictus, abſolvimus: ſi tamen ad eandem veritatem ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata ſervaveris. Archid. in c. ut commiſſi de hęreti. lib. 6.* & ibi *Domini. in §. nec non Gonſal. de hęret. pravi. quęſt.* 20. & alii alibi. Sed cum Eccleſiæ conſtet, illum fuiſſe hæreticum, nihil prohibet, quin talis fuiſſe declaretur; ſed quia dicit ſe velle puro corde, & fide non ficta ad Eccleſiæ ſinum redire, judices abſolvunt eum ab excommunicatione, atque ad unitatem Eccleſiæ reſtituunt; ſi ita eſt, ut aſſerit, quòd abſque ulla ſimulatione convertitur; & ita inſtructione quadam continetur; *& Joan. And.* idipsũ ſcripſerat *in d. c. ut commiſſi.*

4 Formula ſententiæ contra relapſum poterit ex illa ſumi, quæ contra Hieronymum de Praga lata fuit in Concilio Conſtantienſi, hoc verborum tenore: *Sancta Synodus eundem Hieronymum, palmitem putridum, in vite non manentem, foras mittendum decernit; ipſumque hęreticum, & in hęreſim relapſum, excommunicatum, anathematum pronunciat, declarat, damnat,* & cœtera quæ continentur *ſeſſione* 21.

5 Sententiæ autem legendæ ſunt publicè coram Clero, & Populo, & coram Judice ſeculari; & ſolet haberi prius ſermo de fide Catholica ab aliquo egregio cõcionatore; & aliquot ante diebus actus ille à præcone divulgatur. *Domi. & Fran. in c. ut commiſſi de hęret. lib. 6. Brunus lib. 4. de hęreti. cap.* 10.

ANNOTATIONES.

Vide tit. 60. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibi notata. *nu.* 1. *& ſequen.*

De Appellationibus. Titulus LXV.

SUMMARIUM.

1 *Appellare non poſſunt hæretici convicti, & quando poſſint, nu* 2.
3 *Appellari debet ad Judicem ſuperiorem.*
4 *Appellationes frivolæ, vanæ, & injuſtæ explodendæ, etiam fruſtatoriæ, & quæ morandi cauſa interponuntur, nu.* 5.
6 *An hæredibus hæreticorũ mortuorum cauſas defendentibus appellare liceat. n.* 7.

De Appellationibus.

1 Hæretici planè convicti appellare non poſſunt, quia tunc à pœna legis provocarent, nec de facto judicum, ſed de legis iniquitate conquererentur. *c. ut inquiſitionis de hæret. lib.* 6. *l.* 1. *C. quorum appella. non recipi. l. ſi qua pœna. ff. de verbo ſignifi.*

2 Cœterùm ab interfationibus, ſivè interlocutoriis ſententiis appellare licet, cum nondum conſtat, Reos hæreticos eſſe; ut puta ſi ad ſubeunda tormenta, vel ad aliam pœnam arbitrio judicum damnentur; provocare quidem poterunt; quia tunc non de lege; ſed de arbitrio judicum conqueruntur. Omnes *in d. c. ut inquiſitionis. Henri. in c. ſi adverſus. Anania in c. vergentis. Feli. in c. ad abolendam de hæreti.*

3 Appellandus autem eſt Judex ſuperior, in Hiſpania verò tribunal Sanctæ Inquiſitionis, cui generalis Inquiſitor præeſt, Judex eſt appellationum, & cauſas hujuſmodi recognoſcit, atque reformat. *c. ut commiſſi. §. Inquiſitores. c. per hoc de hæreti. lib.* 6. *c. ſi delegatus. §. ad eundem de offi. delega. lib.* 6.

4 Sed appellationibus frivolis, vanis, & injuſtis, non eſt indulgendum. Nam, ut Beatus Bernardus ait; *Qui non gravatus appellat, liquet, quòd aut gravare intendit, aut tempus redimere; non eſt autem ſuffugiũ appellatio, ſed refugium.* hæc ille *lib.* 3. *de conſideratione ad Eugenium. c. cùm appellationibus frivolis de appellat. lib.* 6.

5 Non tantùm appellationes frivolæ, id eſt quæ cauſam afferunt nec juſtam, nec idoneam, recipiendæ non ſunt; ſed illæ quoque ſunt rejiciendæ, quæ fruſtratoriæ ſunt, & morandi cauſa interponuntur. Itaque rectè Conſtantinus edixit, moratorias, & fruſtratorias provocationes, quæ non tàm appellationes ſunt, quàm ludificationes, non eſſe admittendas. *l. tutor. ff. de uſuris l.* 1. *& l.* 4. *quorum appell. non recipiam lib.* 11. *C. Theodoſ. c. quicunq;* 2. *q.* 6. *Appellationes fruſtratorias vetuit Conſtantinus.*

6 Sed utrum hæredibus hæreticorum mortuorum cauſas defendentibus appellare liceat? & cùm hæretici ipſi confeſſi, aut planè convicti fuerint, ſine ulla dubitatione reſpondeo, hæredum appellationem recipi non debere; quia nec provocatio ipſorum hæreticorum audienda eſſet. Nemo autem plùs juris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet; & qui in jus ſuccedit alterius, eodem jure uti debet, quemadmodum regulis juris traditur, *c. ſi. ſti de hæreti. lib.* 6.

7 Cœterùm ſi Reus abſens damnatus fuit, aut hæredes probabilem cauſam provocandi habuerint; æquum eſt, ut eorum appellationes in dubio etiam recipiantur. *l. ejus qui delatorem. ff. de jure fiſci.* omnes *in lege ſecunda. C. qui teſtam. facere poſſunt, & in c. ut debitus de appellat. Socinus Senior conſ.* 300. *lib.* 2.

ANNOTATIONES.

Vide tit. 6. de Catholicis Inſtitutionib. & ibi notata *num.* 1. *& ſequen.*

De Judicibus Secularibus. Titul. LXVI.

SUMMARIUM.

1 *HÆreſis cognitio ad ſolum Judicem Eccleſiaſticum pertinet.*
2 *Judices ſeculares condemnare debent hæreticos deprehenſos, & declaratos ab Inquiſitoribus; eorum enim officium non in cognoſcendo, ſed in exequendo conſiſtit, & 3.*
4 *An Judex ſecularis exequi debeat ſententiam Inquiſitoris, quæ ſibi videatur injuſta, & num. 5.*

De Judicibus Secularibus.

1 HÆreſis cognitio ad Eccleſiaſticum Judicem uſque adeò pertinet, ut in quacunque parte judicii ſecularis ea quæſtio inciderit, protinus ad Eccleſiaſticum remittenda ſit; quod & jure cautum, & omnium conſenſu receptum eſt. *c. ut inquiſitionis. §. prohibemus de hæreti. lib. 6. omnes in c. cum ſit generale de foro competen. Maſuerus in practica forenſi, titu. de remiſſionibus, prope finem. Hermas lib. 7. de inſtau. religio. cap. 16. Hoſius lib. 2. contra Prologomena Brentii.*

2 Sed quamvis Judices ſeculares de cauſa hæreſis cognoſcere nequeant, condemnare tamen, & punire tenentur eos, quos Inquiſitores declaraverint hæreticos pertinaces, relapſos, aut impœnitentes eſſe; eorum enim officium in hujuſmodi cauſis, non in cognoſcendo, ſed in exequendo conſiſtit. *c. ut inquiſitionis de hæretic. lib. 6. c. principes 23. quæſt. 5. Brunus lib. 4. de hæret. cap. 14.*

3 Tametſi autem non deſint, qui putent Judicem ſecularem non priùs teneri ad exequendam ſententiam, quam ei de juſtitia proceſſus, cauſa cognita, fides facta ſit; eorum tamen opinio contra legem Pontificiam eſt, & communi conſenſu peritorum exploſa, & uſu etiam ejecta eſt; quia (ut ante dixi) Judex ſecularis merus executor eſt. *c. ut Inquiſitionis. §. prohibemus de hæreti. lib. 6. Jaſon, Decius, Purpur. & Oroſcius in l. magiſtratibus. ff. de juriſd. omnium judicum. Brunus lib. 4. de hæreti. cap 15. Alberti. de aſſertio Catho. quæſt. 25. num. 44.*

4 Sunt qui dicunt, Judicem ſecularem exequi non debere ſententiam Inquiſitoris, cùm liquidò ei conſtaret eſſe injuſtam, & iniquam. Sed, cùm acta Inquiſitoris occulta nec videre debeat, nec verò poſſit: quo pacto ei liquidò conſtabit, ſententiam eſſe injuſtam? niſi fortè cõſultor fuerit, quo ſolo caſu conſulere poſſet ſuperiorem. *Gonſal. de hæreti. pravita. quæſt. 19. Alcia. in c. 1. de offi. ordina. num. 14. & 110. Brunus lib. 4. de hæreti. cap. 15.*

5 Ac multò quidem minus cognoſcere poterit ſecularis Judex, an ſententia Inquiſitoris ſit nulla; quia nullam hujus Rei cognitionem habet, neq; defectus juriſdictionis invenire facilè poterit in ſententia lata cum Epiſcopo, aut ejus Vicario, & cum conſilio juris peritorum, *c. ut Inquiſitionis. §. prohibemus de hæret. lib. 6.*

ANNOTATIONES.

Vide tit. 36. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibi notata *nu. 1. & ſequen.*

De Pœnis. Titulus LXVII.

SUMMARIUM.

1 *POena hæreticorum quæ.*
2 *Comburendi hæreticos antiquus mos.*
3 *Hæreticorum contractus, & teſtamenta nullius valoris.*
4 *Hæretici ab omnibus judiciorum actis, & ab omni Chriſtianorum communicatione repellendi.*
5 *Hæretici perpetua infamia notantur.*

6 *No-*

6 *Nobiles in hæreſim incidentes, pari ſunt afficiendi cum infamibus.*

7 *Sacerdotes hæretici deſecrandi ab Epiſcopo, & privandi beneficiis Eccleſiaſticis, & quomodo, nu.8.*

9 *Hæretici juriſdictionem habentes privātur omni dominio; quod & Reges comprehendit.*

10 *Suſpecti vehementer, condemnari poſſunt arbitrio judicum pœnis pecuniariis.*

11 *Hæreſiarchæ, atq; ſeductores durius puniendi.*

12 *Comburendi publicè in conſpectu populi, qui relinquuntur Judici ſeculari.*

13 *Domus, in qua conventicula hæreticorū fiebant, olim confiſcabatur, nunc Eccleſiæ adjudicatur.*

14 *Sed & ſi domus Catholici hominis ſit, funditus evertitur, columna erecta, pretio tamen à fiſco reſtituto domino domus.*

15 *Fingens ſe miniſtrum S. Officii, qua pœna ſit coercendus, & nu. 16.*

17 *Hæretici non ſolum pœnis temporalibus coercentur, verùm etiam æternis.*

De Pœnis.

1 VBI hæretici relicti fuerint Judici ſeculari, protinus ab eo damnandi ſunt ad ignem; ea enim pęna, non ſolum Hiſpaniarum, atq; Siciliæ, verùm etiam aliorum Regnorum legibus, & moribus jam olim ſancita, & uſitrara eſt, ut multi juris periti prodiderunt in dict. *c. ad abolendam. Areti. & Alciat. in l. 1. C. de ſum. Trini. Bertran. conſ. 212. lib. 2 Brunus lib. 5. de hæret. cap. 3. Coraſius lib. 3 Miſcella. cap. 8.*

2 Eſt verò antiquiſſimum, ut hæretici comburantur. Baſilius quidam combuſtus Romæ fuit, ut Beatus Gregorius memorat lib. 1. dialogo. cap. 4. Anatolium hæreticum vivum igni combuſſerunt, auctor Nicephorus in Eccleſiaſtica hiſtoria lib. 18. cap. 4. & alius Baſilius hæreticus crematus fuit, auctore Zonara in imperio Alexii Comneni, & propter impiam, atq; ſceleſtam diſciplinam Templarii concremati fuere, ut Petrus Crinitus, aliique retulerunt.

Hæretici combuſti.

3 Ad pęnas quoque hæreticorum pertinet, ut nec eorum contractus, nec teſtamenta robur habeant, nec ex teſtamento quippiam accipere queant *l. Manichæos. l. Arriani. C. de hære. c. ſi quis Epiſcopus c. in eos eo. tit.*

4 Item hæretici ab omnibus judiciorū actis, quin etiam ab omni communicatione Chriſtianorum repelluntur. *c. alieni. c. non poteſt. 2. q. 7. l. quoniam. C. de hæreti. c. ulti. eodem tit. lib. 6.*

5 Præterea hęretici perpetua notantur infamia, utpotè Deo infideles. *c. infames 6. qu. 1. Authen. Gazaros. C. de hæreti.*

6 Hinc eſt quòd ſi nobiles in hęreſim incidant, ut viles, & infames pœna plebejorum ſint afficiendi, vt pares cœteris ſint, quibus pares ſunt in dogmatis pravitate: & quos par facinus coinquinat, & ęquat, utroſque ſimilis pœna comitetur. *l. ſi quenquam. C. de Epiſ. & Cler. l. 49. tit. 4. lib. 16. C. Theodoſ. l. 1. tit. 27. lib. 9. eiuſdē.*

7 Sacerdotes hæretici deſecrandi ſunt ab Epiſcopo coram omni Clero, & Populo, detractis inſignibus militiæ ſacræ, convocatis Abbatibus, & aliis Religioſis viris. *c. 1. de hæreti. lib. 6. c. degradatio de pœnis eodem lib. Conc. Triden. ſeſſ. 13. cap. 4.*

8 Deſecrati autem, privandi quoq, ſunt beneficiis Eccleſiaſticis, & honore, ac dignitatibus; ſed requirendi ſunt ad hanc privationem, ſive declarationem Epiſcopi diœceſani. *c. ut commiſſi. §. privandi de hære. lib. 6. Jo. Bern. in pract. cap. 106.*

9 Item hæretici privati ſunt omni dominio, & juriſdictione, & eorum ſubjecti ab eis liberati ſunt; quod & Reges, & alios Rerum dominos compræhendit. *c. ult. de hæreti. Alfon. lib. 2. de juſta hæreti. punit. cap. 7.*

10 Vehementer ſuſpecti condemnari poſſunt arbitrio judicum pœnis pecuniariis. Nam ſi damnari queunt ad remos, ad carcerem, ad tormenta, ad purgationem, aut abjurationem; eodem arbitrio multò magis condemnari poſſunt ad pœnas pecuniarias, quod & uſu quotidiano receptum eſt. *c. accuſatus. §. Sacerdotes de hæreti. lib. 6. c. ſi vos,* & ibi *glo. 26. q. 5. Car. & Imola in clem. ult. in fine de hæret. Gonſal.*

de hæ-

de hæret. qu. 8. Covar. lib. 2. reſolut. cap. 9. Joan. Bernar. in pract. cap. 134.

11 Hæreſiarchæ, atque ſeductores durius puniendi ſunt; quia plus quam alii delinquunt; quod in Apoc. cap. 19. perſpici poteſt: ubi ſeductores vivi miſſi ſunt in ſtagnum ignis ardentis ſulphure; cœteri verò occiſi ſunt gladio. *l. quoniam multa. C. ad leg. Jul. de vi. Brunus lib. 1. de hæretic. cap. 4.*

12 Relicti ſeculari judici, publicè in conſpectu populi comburendi ſunt; quia, ut civis meus Seneca lib. 3. de irâ inquit: *Animadverſiones, quò notiores ſunt, plùs ad exemplum, emendationemq; proficiunt. Scelestorum quidem ſupplicia ideò manifeſtè cunctis oſtenduntur, quoniam vindicta cum ratione inflicta officium eſt, alios per aliorum animadverſiones compeſcere, atque cohibere,* ut eſt apud *Plutarchum libro de ſera numinis vindicta.*

13 Domus autem, in qua conventicula hæreticorum fiebant, olim quidem fiſco vindicabatur, ut multis conſtitutionibus Codicis Theodoſiani continetur ſub titulo *De his, qui ſuper religione contendunt*; ſed plurimis legibus poſterioribus domus illa Eccleſiæ Catholicæ adjudicatur. *l. 3. l. Ariani. l. quicunque C. de hæreti. Conſtit. novella* 132. *& l. 33. l. 42. l. 44. l. 47. l. 56. C. Theodoſ. de his, qui ſuper relig. conten.*

14 Hodie verò ſi domus illa hæretici erat, cum aliis ejus bonis publicatur; ſed & ſi hominis Catholici ſit, nonnunquam tamen evertitur funditus, columna ibi erecta, in qua ſcripta ſit cauſa, propter quam diruta fuerit, ut qui eam viderint, commoneantur, ac deterreantur; ſed pretium domino domus reſtituendum eſt à fiſco. *Joſue. 7. Numeri. 16. c. denique. §. turbula. 7. q. 1.* confert *l. Lucius ff. de evictioni. l. ſi quis ſepulchrum de relig. & ſump. fune.*

15 Quæſitum fuit, quâ pœna coercendus eſſet is, qui miniſtrum Sancti Officii ſe eſſe finxit, ut aliquem opprimeret, ſpoliaret, vel eluderet? Julius Paulus lib. 5. receptarum ſententiarum, titulo ad legem Corneliam teſtamentariam; *Qui inſignibus*, inquit, *altioris ordinis utuntur, militiamque confingunt, quo quem terreant, vel concutiant; humiliores capite puniuntur, honeſtiores in inſulam deportantur.*

16 Modeſtinus ait: *Qui ſe pro milite geſſit, vel illicitis inſignibus eſt uſus, vel falſo diplomate vias commeavit; pro admiſſi qualitate graviſſimè puniendus eſt.* Itaque ſolent impoſtores iſti flagellis cædi, aut condemnari ad remos, aut alia juſta coertione puniri; jubebuntque judices, ut ablata reſtituant. *l. eos. ff. de falſis. l. 1 de abigeis. l. 1. de concuſſio. l. pen. de crim ſtellionatus.*

17 Demùm hæretici, non ſolùm pœnis temporalibus coercentur, verùm etiam æternis. Nam hæretico, qui Eccleſiæ non tenet unitatem, neq; baptiſmus, neq; eleemoſyna, neque mors pro nomine Chriſti ſuſcepta proficere poterit ad ſalutē; quia extra Eccleſiam non eſt ſalus, nec eſt particeps divinæ charitatis, qui hoſtis eſt unitatis, quemadmodum Origenes, Cyprianus, Auguſtinus, Iſidorus, & ceteri omnes tradunt. *c. firmiſſimè de hæreti. c. alienus. c. ubi ſana fides cum ſeq* 24. *qu.* 1. *Origenes lib. 1. in Job. col. 9. Cyprianus epiſt. ad Jubajanum prope finem. c. ſi quis à Catholica* 23. *q.* 4. *Iſidorus lib. 1. de ſummo bono. cap.* 20. *Aug. lib. de fide ad Petrum cap. 39. & epiſtola* 50. *&* 152. *& libr. de vera, & falſa pœnitentia cap.* 12.

ANNOTATIONES.

Vide tit. 46. de Catholicis Inſtitutionibus, & ibi notata *nu.* 1. *& ſeq.*

FINIS.

LAUS DEO OPT. MAX.

JACO-

JACOBI SIMANCÆ
EPISCOPI PACENSIS
POSTMODUM ZAMORENSIS,
ADNOTATIONES IN ZANCHINUM
Cum animadverſionibus in Campegium.

DIEBUS ſuperiotibus prodiit in publicum liber ZANCHINI, DE HÆRETICIS, CUM ADDITAMENTIS CAMILLI CAMPEGII : OPUS QUIDEM UTILE AD PUNIENDOS HÆRETICOS, & in quo, non ut Martialis de alio libro ſcripſit.

Lib. 1. Epig. 61. *Sunt bona, ſunt quædam medioeria ſunt mala plura.*
Sed ſi fortè ſunt mala quædam; & mediocria multa, ſunt bona plura.

In eo tamen libro quædam mihi viſa ſunt animadverſione digna, quæ adnotare conſtitui, ne quempiam decipere queant.

CAP. I.

ZAnchinus capite octavo rectè docet, *Inquiſitorem ſine Epiſeopo, & contra Epiſeopum ſine Inquiſitore non poſſe diſſinitivam ſententiam in cauſa bæreſis proferre.* Sed Camillus addit: *accipiendum id eſſe, ut condemnare alter ſolus non poſſit; ſed tamẽ abſolvere ſolus poſſit*: adiicitq. *multos juris peritos reſpondiſſe, abjurationem fieri poſſe coram ſolo Inquiſitore, & ipſum ſolum ſine Epiſcopo abſolvere poſſe abjurãtem, & ei pænitentiam imponere.* Sed quamvis ea opinio multorum fuerit, & argumentis probabilibus fulciri queat: mihi tamen contraria ſententia, quę multis quoq; placuit, verior sẽper viſa fuit. Nam legislatoris mens verbis ejus non repugnans, manifeſtè vult, hujuſmodi cauſas Epiſcopi, & Inquiſitoris ſententia ſimul terminari, ut ejuſdem labis indago ſolemnius, diligentius, & cautius peragatur; quia magis integrum erit amborum judicium, quàm unius; quòd ſi ſolus alter duto, ſive arcto carceti Reum tradere, & tormentis exponere ſine altero nequit; quantò minùs alter ſolùs abſolvere poterit? cui, quod minùs eſt, denegatur, majora cõceſſa eſſe putabimus? per tormẽta pervenitur ad condemnationem, vel abſolutionem; & qui torquere non valet, is abſolvendi poteſtatem habebit? adde quòd ideò ſimul convenire debent Epiſcopi, & Inquiſitores, ut collatis ſententiis, ea, quæ melior ſit, eligatur; quid autem ſi deterior ſit abſolventis ſententia? quid ſi damnare velit Epiſcopus eum, quẽ Inquiſitor abſolvit? quid ſi Epiſcopus ſolus abſolvere velit nocentem? nunquid hæreſis erit impunita? melius ergo, atq; tutius erit, ut ambo ſimul innocentem abſolvant. Prætereo, quòd ſententia, qua pœnitens, aut vehementer ſuſpectus abjurare cogitur, & ea, qua damnatur ad pœnitentiam agendam, condemnatoria eſt, non abſolutoria; ea igitut ab altero ſolo proferri nequit. *elem. 1. §. 1. de bæreti.*

NOTÆ.

Hæc negativa ſententia cum Simanca hodie tutior cenſetur, & quicquid ſervari dicat in Hiſpania *Ludovic. à Paramo de origin. S. Inquiſit. lib. 3. quæſt. 4. Rubr. de expedit. proceſſ. nu. 1. in fin.* certè in Italia uſus quotidianus docet quòd etiam in abſolutoria ſententia ſemper Inquiſitor, & Ordinarius

rius conveniunt; & quòd, præter ſpontè comparentes, nullus ſine illis ad abjuratiᵒnem admittitur. Vide *Caren. de Off. S. Inquiſit. part. 1. tit. 4. de Epiſcop. §. 2. nu. 10, 13, & 14.*

CAP. II.

CAmillus Campegius, vir doctus, Theologus, & Inquiſitor Apoſtolicus, quod quidem in Italia fieri aliter nequit; nam in Hiſpania juriſperiti eo munere rectè funguntur, ut alibi oſtendimus. Camillus (inquam) ſecutus quorundam juris peritorum opiniones, nonnunquàm cum eis errat, non tàm ſua, quam illorum culpa, qui juribus, aut rationibus niti debuerunt, non autem opinationibus falſis; Ille quidem in caput Zanchini nonum ait: *ſocio criminis fidem non eſſe habendam, niſi tortus fuerit*; quæ opinio neque jure, neq; ratione probatur, itaque ſatis erit ad eam confutandam, ſi dicatur, ejus aſſertores ſine lege, ac ſine ratione loqui; adde quòd plus credendum eſt ſpontaneo teſti, quàm coacto; ſæpè enim cogit mentiri dolor, præſertim cum teſtis de certa perſona interrogatur, quod magis ſuggerentis, quàm interrogantis eſt, & qui torquetur, ea dicere cupit, quæ ſcit torquentem audire velle, & quibus dictis ceſſet cruciatus, ut luculentius in meis Catholicis inſtitutionibus dixi, ſub titulo de tormentis; denique torquendus nō eſt particeps criminis, cùm vera dicit ſine tormentis.

NOTÆ.

Non eſt mirum Camillum Campegium aſſeruiſſe ſocio Criminis fidem habendam non eſſe, niſi fuerit tortus; cum ſit Criminaliſtis Omnibus vulgatiſſima Regula Depoſitionem Socii Criminis nullum afficere, niſi ſit cum juramento, & tortura confirmata. Quicquid autem ſit de hac Camilli opinione, quam erroneam hic vocat Simanc; certum eſt quòd pro ſe non parvos habet Auctores, & olim in ſupremo S. Romanæ Inquiſitionis Tribunali inter Eminentiſs. illos Generales Inquiſitores fuit controverſa, teſte *Hieronymo de Federicis reſol. Crimin. 62. per tot.* Hodie illam nec laudant, nec vituperant DD. ſed uniuſcujuſque Tribunalis conſuetudinem eſſe ſequendam docent. Vide *Caren. qui ſupra de Off. S. Inquiſit. part. 2. de ſortileg. tit. 12. §. 28. nu. 234.*

CAP. III.

NON ſatis quidem perſpicio, quamobrem factum ſit, ut criminum tractatus (in quibus, de vita, de fama, deque omnibus Reorum bonis agitur) non à jure conſultis celeberrimis, ſed à juris peritis quibuſdam editi ſint, qui non via, & ratione, ſed iniquis conſuetudinibus ducti, alii alios ſecuti, errare perniciosè ſolent; hi autem (ut jam ante dixi) poſt ſe Camillum traxerunt, qui eodem in loco, paulo poſt, inquit: *non eſſe faciendam ante torturam indiciorum copiam Reo, ſi ille fuerit male vita, & fama*; quod quidem contra jura Divina, & humana indigniſſimè aſſeritur; cur enim defenſionis facultas deneganda eſt homini infamato, cum neq; diabolo eſſe negandam, quidam juris peritiſſimus non imperitè dixerit? præſumetur (fateor) contra talem hominem potiùs, quàm adverſus alium, qui bonæ exiſtimationis, & vitæ ſit; ſed interim nulli eſt inferenda injuria. *l. defenſionis C. de jure fiſci lib. 10.*

NOTÆ.

Ratio, quam hic contra Campegii ſententiam, affert Simanc. validiſſima certè videtur, & quæ reſponſionem haud admittat; Præſumptio enim, quamvis validiſſima ſit, & maximè urgeat, Defenſionum facultatem adimere nequit. Vide *Gundiſalvv. in tract. de hæretic. quæſt*... *nu. 8.* qui Simancæ favens, juxtà illius ſententiam ex communi conſuetudine ſervari teſtatur.

CAP. IV.

EST & alius error ibidem relatus ab eodem Camillo, dicentium: *non eſſe dandam indiciorum copiam Reo nō petenti*; leges verò non ita loquuntur; ſed in primis vetant, ne quid contra inauditum hominem, ne quid in dicta cauſa diſiniatur; ne quis damnetur, antequàm locum defendendi accipiat ad abluenda crimina; damnari autem ad ſubeunda tormenta, quæ ſolent eſſe amariora morte, res eſt momen-

menti maximi; ad hæc Reus ipſe defenſionibus renunciare nequit, & ſi non defendatur, curare tamen Judex debet, ne indefenſus damnetur. *c. 1. de cauſa poſſes factorum 25. gl. in l. pactum inter haredem. ff. de pactis, l. ſi non d fendantur. ff. de pœn.*

NOTÆ.

Vſus his, quę hic docet Simanc. conformis, quę receptum eſſe in ſupremo totius Chriſtianæ Reipublicæ S. Inquiſitionis Tribunali Romano tradit *Farinac. de hæreſi quaſt 185. ſ. 14. num. 211*, adeò hanc ejus doctrinam corroborare videtur, ut nullus ambigendi locus impoſterum eſſe poſſit.

CAP. V.

SED & ſi vera eſſet opinio illa, quæ, ut mihi quidem videtur, crudelis eſt, & talis; qualem eam eſſe putabimus, quam idem Camillus ſtatim memorat, ait enim: *non eſſe Reo dandam indiciorum copiam, cum eam ſimpliciter petit, nec dicit, qualem defenſionem facere intendit; ſed tantùm probare velle illa indicia eſſe falſa*; quomodo Reus offerre poteſt ſpecialem defenſionem ad diluenda indicia, quorum copia ei denegatur? nunquid cogendus eſt divinare? & quid amplius dicere poteſt, quàm ſe eſſe paratum ad probandam indiciorum falſitatem? profectò ejuſmodi opiniones, quibus perniciosè auferuntur defenſiones Reorum, è tribunalibus omnibus explodendæ, atque eiiciendæ ſunt.

NOTÆ.

Notatu digna ſunt & quæ hic pro confutatione opinionis à Campegio adductæ, tradit Simanc; adeo enim valida ſunt, ut omnem reſponſionem excludant. Vide *Farinac. loco ſupercit. nu. 220.*

CAP. VI.

AC ne in ſingulis confutandis morer, acervatim alia referam; ſcribit poſt alios Camillus alias exceptiones antecedentibus ſimiles ſcilicet: *non eſſe Reo exhibendam indiciorum copiam, cùm ex forma ſtatuti per Inquiſitionem proceditur; & cùm denunciat crimen Syndicus, vel Officialis, & cùm timetur de ſubornatione teſtium, vel de periculo eorum; & cùm proceditur ex mero officio; & cùm recepti ſunt teſtes ad curia informationem; poſtremò, cùm Reus contumax præſentiam ſui facit*; quæ omnia tâm evidentèr ſunt iniqua, & falſa, ut ea retuliſſe, confutaſſe ſit; quid enim cauſæ, in quoquam illorum afferri poteſt, cur auferatur defenſionis facultas contra Divina, & humana jura? quòd ſi periculum immineat, nomina teſtium occultari poterunt; ſi verò crimen ſit notorium (nàm & hunc caſũ omiſeram) non ad tormenta, ſed ad condemnationem perveniendum eſt,

NOTÆ.

Nota quòd Defenſionum facultas eſt adeo rationabilis, & æqua, ut nullus caſus penè poſſit occurrere, ubi abſque injuſtitia, & crudelitate ſit deneganda; & quamvis in notorio crimine, ut hic etiam notat Simanc; doceant DD. denegari poſſe, obſerva hoc univerſaliter verum non eſſe; ſed tantumodo procedere in crimine adeo notorio, ut nullatenus defenſibile ſit; ſi etenim aliquo modo defendi poſſet, notorietate non obſtante, defenſiones, & Indiciorum copiæ denegari non poſſent, ut benè adnotavit *Carer. in tract. de Haret. nu. 131.*

CAP. VII.

MIror autem Camillum virum doctum in ea opinione fuiſſe, ut putet, *ex probationibus in Inquiſitione generali receptis, abſq; nova repetitione poſſe quempiam damnari de hæreſi*. Nam & ſi contra aliquem infamatum inquiſitio ſpecialis fiat, damnari tamen non poteſt, niſi teſtes repetantur, & copia teſtimoniorum Reo detur, & locum accipiat ad crimina diluenda, ut plenius in Catholicis meis inſtitutionibus diſputavi; nec illud verum eſt; quod ibidem ſcribit; *ad unius teſtis dictum torqueri Reum poſſe*; niſi & alia concurrant, quæ in Enchiridio quoq; retuli.

NO-

N O T Æ.

Argumentum hoc Simancæ contra Campegium de majori ad minus evidenter concludit, ut patet.

CAP. VIII.

ZAnchinus cap. 10. inquit: *captus pro hæreſi, fugiens, vel attentans frangere carcerem, pro convicto habetur, ut tanquam hæreticus damnetur*; & inibi Camillus ejus opinionem approbat; ſed in primis conſidera, opinionem hanc nec Pontificia lege, neq; Civili probari; quòd ſi vera eſſet in aliis criminibus, quæ quidem valde dubia eſt; in crimine tamen hæreſis locum habere non poteſt; tum quia de ſalute animarum præcipuè in ejus punitione tractatur; tum etiam, quia hæretico reſipiſcenti ignoſcitur, quòd in cœteris criminibus non fit; ad hæc, ſi fractor carceris non eſt hæreticus, veniam petere nec debet, nec poteſt, & tamen damnaretur propter præſumptionem quandam, ex qua nihil minus conſequitur, quàm hæreſis: quid enim commune habet cum hæreſi effractio carceris? quis hoc argumentum admittat; fugit carcere fracto, ergo hæreticus eſt? cum potius ſit interpretandum, fugiſſe illum carceris tædio, vel metu falſorum teſtium, vel propter naturalem libertatis appetentiam, cujus avidum hominem ipſa natura finxit; jure igitur, ac merito ea opinio damnata, & è Sacris Tribunalibus ejecta; punitur autem effractor carceris pœnis arbitrariis pro criminis qualitate, cauſa hæreſis in ſuo ſtatu manente.

N O T Æ.

Ad infirmandam Zanchini, & Campegii ſententiam validiſſima quidem eſt hæc ratio, quòd ſcilicet propter præſumptionem quandam, ex qua duntaxat conſequitur hæreſis, iſte ſic fugiens damnaretur; quod nullatenus eſt concedendum. Vide *Tit. de Cathol. Inſtit. 16. nu. 23. & ibi notata.*

CAP. IX.

ADdit mox Zanchinus: *de eo, qui erat detruſus in carcerem, ſeu Monaſterium ad pœnam, ſeu pœnitentiam peragendam & aufugit, ſeu tentavit fugam, ita quòd non ſtetit per eum: nulla eſt dubitatio, quòd pro hæretico poſſit damnari*: hactenus ille; quàm opinionem alibi planiſſimè confutavi. Omnes enim, qui eam ſequuntur, neceſſe eſt, ut fateantur, talem fugitivum non incidere in hæreſim ſola fuga; ſed ut plurimùm eſſe impœnitentem, quòd ſi voluerit pœnitentiam peragere, & alias pœnas arbitrarias, pro culpa fugæ impoſitas, ſubire, atq; eum rectè pœniteat: damnari quidem tanquam hæreticus impœnitens nequit.

N O T Æ.

Hæc eſt genuina ratio, qua ſententia contraria falſitatis convincitur, quia ſcilicet ex tali fuga cum in hæreſim fugiens non incidat, non Relapſus, ſed ad ſummum Impœnitens eſt dicendus. Vide notata *ad num. 25. Tit. 16. de Cathol. Inſtit.*

CAP. X.

CAmillus in cap. 11. Zanchini multa congerit ſuper quæſtione, *an propter ſolam famam poſſit quiſpiam torqueri*; quam nos in catholicis inſtitutionibus planè reſolvimus; addit tamen, *nihil referre, an quis de hæreſi diffamatus fuerit apud graves, & bonos teſtes, an apud infames, & viles, quantum attinet ad purgationem indicendam*; quod ratione, ac jure probare nititur; ratione, quia ſi tales teſtes admittuntur ad probandam hæreſim, à fortiori ſufficient ad probandã infamiam; lege quoque Pontificia probari videtur: Nam Innocentius III. conſtituit, purgationem eſſe indicendam, quamvis infamia fuerit ab æmulis orta. *c. inſideicom. de hæreti. lib. 6. c. accedens de purgat. cano.*

Sed hęc opinio dura eſt, ut rectè Camillus ipſe dicit, & ut mihi quidem videtur, injuſta eſt, & falſa. Nam ad probandam hæreſim admittuntur excommunicati, & ſocii criminis in defectum aliarum proba-

tionum; ad probandam verò publicam infamiam deeſſe non poterunt teſtes meliores; alioqui non admodum nocebit viliſ, & infamium opinio, atque teſtimonium; præſertim cum infamare voluerint hominem probum, & qui ſit exiſtimationis bonæ; leges autem ſemper plus bonis teſtibus, quam improbis tribuunt,& originem famæ conſiderant, ut non à malevolis, & maledicis, ſed a providis, & honeſtis orta ſit. *c. qualiter* 2. *de accuſ. l.* 3. *§.* 1. *ff. de teſti.*

Nec obſtat lex Innocentii, quia non de fama criminis, ſed de infamia defectus loquitur; nec ait, æmulis eſſe credendum, ſed quod Reus dicebat, famam ab æmulis ortam eſſe; & ſummus ipſe Pontifex nihil æmulorum teſtimonia curat;ſed publicam notam, quæ proculdubio probanda erat, non aliis teſtibus, quàm fide dignis. *c. accedens de purgat. cano.*

NOTÆ.

Argumentum Zanchini: *Teſtes infames,& viles ad hæreſim probandam admittuntur; ergo à fortiori ad probandam infamiam debent admitti*, non valet; quia, ut dicit Simanc. ad probandam Infamiam non deſunt teſtes meliores, ſicuti deſunt, cum ad probandam hæreſim admittuntur teſtes Infames, Sit paritas in utroque; & tunc argumentum valebit. Vide *nu.* 7. *tit.* 56. *de Cathol. Inſtit.*

CAP, XI,

ZAnchinus cap. 13. in ea opinione cum multis eſt, *ut eum generaliter inquiritur, ſi plures teſtes ſingulares teſtimonium contra aliquem dixerint, quòd Reus ille damnari poſſit talibus teſtimoniis*. Sed hæc opinio falſa proculdubio eſt: quid enim refert, an ſit generalis Inquiſitio, vel ſpecialis? cùm utroq; caſu teſtes ſingulares ſint; & ne repetam ea, quæ prolixius in hoc errore confutando in inſtitutionibus Catholicis, & in Enchiridio ſcripſi, ad eos libros lectorem mitto.

NOTÆ.

Ridiculum aſſerere quempiam eſſe poſſe hæreticum in Genere tantùm, ſupra dixit de *Cathol. Inſtit. tit.* 64. *nu.* 72.

CAP, XII.

IDem Zanchinus cap. 16. inquit; *Clericum hæreticum pœnitentem, ab officio, vel beneficio deponendum non eſſe, ſed ad tèpus poſſe ſuſpendi*; hæc opinio eſt evidenter falſa,& multis legibus contraria; Nàm & clerici gravius, quàm laici delinquunt, & ſeverius puniendi ſunt, bonis omnibus ipſo jure privati. *c. accuſatus. §. ulti. c. ut commiſſi. §. privandi de hæreti. lib.* 6. *c. ad abolendam c. excommunicamus. §. credentes. verſ. ſi verò Clericus eod. tit. lib.* 6.

NOTÆ.

Eſt Clericus hæreticus, etiam ſi pœniteat, ab Officio, & Beneficio deponendus de Iure; ſed ex miſericordia poſſunt Iudices, qui recipiunt, ad honores quoque, & dignitates reſtituere, Vide *Farinac. de hæreſi. quæſt.* 193. *§.* 3. *nu.* 66.

CAP, XIII.

CAmillus in cap. 22. gloſam quandam ſecutus inquit: *hæreticum eum eſſe, qui contra fidem Catholicam prædicat, licèt quod dicit, verùm eſſe non credat; quamvis autem ex propria definitione ille non ſit hæreticus, cùm errorem intellectus non habeat, attamen Eccleſia eum pro hæretico habere, quinimo tanquam dogmatiſtam ſeveriſſimè punire debet, quippè cùm magis peccare videatur is, qui ſciens alios decipit, quàm qui, & ipſe deceptus erat.* Vidi ego cauſam cujuſdam, qui mulieri perſuadebat tactum libidinis non eſſe peccatum, idque illam docebat, & jure jurando confirmabat, qui poſtea comprehenſus dicebat, ſe id non credidiſſe, ſed manifeſtam eſſe cauſam, propter quam errorem illum affirmabat, mihi autem videbatur, eum puniendum tanquam dogmatiſtam, quia doctus erat, & ignorantes decipiebat: & quia Pontifi-

cia lex ait: *hæreticos eſſe eos, qui aliter ſentiunt, aut docent, quàm Sacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſervat, c. ad abolendam*; ergo ſatis eſt alteram partem alternativæ, ſive disiunctæ orationis veram eſſe; præterea hæretici multi vel propter vanam gloriam, vel odio aliquorum, vel propter voluptatem, vel propter nefarium lucrum, opiniones hæreticas gignunt, ſcientes eas eſſe falſas, quod evidentius eſt; quàm ut probatione indigeat; idq; vetus, & antiquum eſt, non ſolum inter Chriſtianos, ſed inter Ethnicos etiã, unde illud Martialis lib. 4.

Nullos eſſe Deos, inane Cœlum Epig. 17.
Affirmat Selius, probatq; quod ſe
Factum, dum negat hoc, videt beatum.

Et non ideò minus hæretici verè ſunt, & ut hæretici puniendi.

NOTÆ.

Ideò verè hæreticus eſt, qui contra Fidem Catholicam prædicat, quamvis quod dicit eſſe verum non credat; quia ſibi ex ſuo arbitrio doctrinam eligit falſam. Vide *num. 2. & 4. tit. 31. de Cathol. Inſtit. & ibi notata.*

CAP. XIV.

SCribit Zanchinus cap. 25. *quòd hodie de neceſſitate habet Epiſcopus, & Inquiſitor redeuntibus ad ſinum Eccleſiæ facere gratiam, & dimittere bona; quia ex quo recipiuntur, bona non ſunt eis auferenda*; Equidem vix adduci poſſum, ut credam, hæc fuiſſe verba Zanchini; quomodo enim vir doctus, qui paulò ante veram doctrinam ſcripſit, mox ſibi ipſi; & juribus vulgatis contrarius, errorem hunc tradere potuit? Bona hæreticorũ ipſo jure ſunt confiſcata; quo igitur pacto Epiſcopus, & Inquiſitor bona publicata condonare queunt? Summus Pontifex, plenitudine poteſtatis utens, conſtituit (ut audio) ut in Italia non auferantur bona hæreticis pœnitentibus. Sed Judices inferiores extra Italiam jura communia ſervare tenentur; addo quod magis timetur bonorum publicatio, quàm cœteræ punitiones, præſertim ab hæreticis, qui carnales ſunt omnes, & rebus temporalibus affixi; æquiſſimum quidem eſt, ut eis, qui ſe deferunt, & ſponte priuſquam delati ſint, ad Eccleſiam redeunt, bona donentur omnia; Sed qui comprehenſus, & in carcerem conjectus, poſt multa perjuria (ut fieri ſolet) coactus, & convictus, ne bonis privetur, ſe velle pœnitere ait; profectò indignus eſſe videtur tanta clementia, & impunitum ferè manet hæreſis crimen.

Hæc breviter, & curſim in eo libro notavi: non quòd velim in opere alieno ingenioſus videri; ſed quòd ea ferè omnia, libris editis, aliter ipſe tradideram; atque ea quidem ipſius Camilli cenſuræ in primis ſubiicio; quem doctum, & candidum virum eſſe non dubito; & ut Religioſum, & Inquiſitorem Apoſtolicum diligo, & in pretio habeo.

NOTÆ.

Mos in Italia condonandi hæretico pœnitenti bona confiſcata, ex quadam generali conſuetudine tantùm ortum duxiſſe docet *Carena de S. Off. p. 3. tit. 2. §. 1. nu. 9.* Quare Zanchin. fortaſsè juxtà hanc Italiæ conſuetudinem, & juxta S. Inquiſitionis benignitatem locutus, hoc protulit, quod ſtupens hic carpit Simanc.

FINIS.

JACO-

JACOBI SIMANCÆ
EPISCOPI PACENSIS
POSTMODUM ZAMORENSIS,
DE PATRE HÆRETICO.

QUæſtio vehemens eſt, utrum filius Patrem occultum hæreticum accuſare, vel judicibus prodere teneatur; hinc movet Religionis zelus; inde retrahit *pietas* in parentes. Prodendi heretici ſunt; Sed parentes nimium venerandi, & ſi enim qui ſpiam Catholicus ſit, ſed filius eſt, & ſi amans Deum, ſed carnem portat, & ſi promptus fide, attamen pius in parentes, & ſi zelo Divinæ Religionis fervet, ſed & paternæ affectionis vinculo tenetur; & ut Portius Latro ajebat: *natura jura ſacra ſunt*. Quas ob cauſas aſpera, & inexplicabilis hæc pugna videri poteſt; in qua quidem, ut alicubi Fabius inquit, *ratio, velut inter bonos deprehenſa ſcopulo haret in dubio.*

1 Plerique putant, filium Patris indicem eſſe debere, maximè cùm Pater familiam, ut aſſolet, ſubvertit prava doctrina; hoc aſſerit *Alexander Ales in 3. parte ſumma, pracepto 4. quaſt. 33. & Henricus in idipſum praceptum ſerm.* 5. quibus ſubſcribit *Joannes Lupus in c. per veſtras* §. 75. *& Alfonſ. Caſtrenſis* docet idem *lib. 2. de juſta hareticorũ punitione cap. ultimo:* quod etiam *Thomas Cajetanus* ait, in *Deuteronomium cap.* 13. & noviſſimè *Martinus Navarrus in c. inter verba laudantium* 11. *quaſt.* 3.

2 Comprobari poteſt hæc opinio plurimis argumẽtis prima fronte fortiſſimis: quæ jam commemorare nec alienum fuerit, nec prorsùs inutile: ac primùm in confeſſo eſt, hæreticum hominem judicibus eſſe protinus indicandum, ſaltem fraterna correctione præmiſſa, & ut quidam putant, adhibitis prius vno, vel duobus teſtibus, juxta ordinem illum à Salvatore noſtro præſcriptum, apud *Matthaum cap.* 18.

3 Ad hoc fulciri poteſt hæc opinio lege illa Deuteronomii cap. 13. qua planè præcipitur, ut impius ocultus accuſetur, & indicetur, etiamſi frater, filius, uxor, vel amicus ſit; itaq; ut inde colligit Cajetanus, ſi filius eſt accuſandus; ergo & Pater; quandoquidem plus filius à Patre, quã Pater à filio diligi ſolet; unde id quoque relinquitur, omnem conſanguinitatem, affinitatem, & amicitiam propter Deum contemnendam eſſe.

4 Confirmat hanc ſententiam Philo ille doctiſſimus, in libro de victimas offerentibus, dicens: *ſi quis ſumpto propheta habitu, ac nomine, correptum ſe Divino ſpiritu ſimulet, atque ita ad externorum deorum cultum invitet; cavendum eſt, ne quis decipiatur à perſonato propheta. Magus enim, non vates eſt, qui quoniam mendacia commentus eſt, & falſa oracula, etiamſi frater, aut filius, uxor, aut filia, familiaris, aut amicus ſit, ſi per ſpeciem benevolentia ſe ducere te ad impietatem ſuam ſtudeat, necandus eſt tanquam hoſtis publicus, ſine reſpectu privata neceſſitudinis, & hortatio illius proferenda eſt ad omnes pietatis amatores, qui abſque mora in ſceleſtum irruent, rati ſanctitatis officium, talem hominem occidere; debet enim eſſe nobis unica familiaritatis, & amicitia teſſera, Deo placendi ſtudium, & dicendi, faciendiq; pro pietate omnia. Caterùm Cognationes, ſive, ut quidam vocant,*

con-

conſanguinitates deſcendentes à communibus majoribus, tùm affinitates quæſitæ per conubia, reiiciendæ ſunt; ſi non ad eundem finem properant, honorem Dei videlicet, quod eſt omnis conjunctivæ benevolentiæ vinculum insolubile; nam talibus non deerit Cognatio ſanctior, & honeſtior; atteſtatur nobis lex ipſa, quæ naturæ placita, & virtutem ſervantes, filios Dei nominat, dicens: filii eſtis Domino Deo veſtro; mirum ni, quia ſicut pater dignatur eos ſua cura, & providentia, quæ cura tantùm ab humana differt, quantò Creator ipſe major eſt hominibus.

5 Huc etiã pertinet illud Moyſis contra idololatras (quod in Exodo traditur cap. 32.) *occidat unuſquiſq; fratrem, & amicum proximum ſuum*, de quo loquens Ambroſius inquit: *quod occidi fecit à proximis proximos Moyſes, filios à parentibus, à fratribus fratres, præceptum evidens, quia præferenda eſt religio neceſſitudini, pietas propinquitati; ea eſt enim vera pietas, quæ præponit Divina humanis, perpetua tẽporalibus.*

6 Prætereà evidentiſſimum eſt, longè magis diligendum eſſe Deum, quàm patrem; & relinquendum, & odio habendum eſſe patrem terrenum, propter Deum patrem noſtrum; qui in cœlis eſt; unde in Deuteronomio cap. 33. legitur: *qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ neſcio vos: hi cuſtodierunt eloquium tuum domine, & pactum tuum ſervaverunt*, & apud Matth. cap. 10. Salvator noſter inquit: *non veni pacem mittere, ſed gladium; veni enim ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam*: & paulo poſt ait: *qui amat patrem, aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus*; & apud Lucam cap. 14. *ſi quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

7 Deindè Divus ille Hieronymus frequentiſſimè opinionem hanc ſecutus eſſe videtur. Nam ad Heliodorum ſcribens, illi ſuadens, ut in monaſterium iret: *per calcatum*, inquit, *perge patrem: ſolidum pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem*, & in epiſtola ad Marcellam de ægrotatione Bleſillæ, ita poſt alia ſcribit: *ſepultura non datur patri, & pietatis genus eſt impium eſſe pro Domino*, & in opere adverſus errores Joannis Hieroſolymitani: *Ego ſi patrem, ſi matrem, ſi germanum adverſus Chriſtum meum audiviſſem iſta dicentes, quaſi rabidi canis blaſphemantia ora laceraſſem, & fuiſſet in primis manus mea ſuper eos: qui diligit patrem, aut matrem ſuper Chriſtum, non eſt eo dignus.* Poſtremò, in caput Matthæi decimum inquit: *ama poſt Deum patrem, ama matrem, ama filios; ſi autem neceſſitas venerit, ut amor parentum, ac filiorum Dei amori comparetur, & non poſſit utrunq; ſervari, odium in ſuos pietas in Deum eſt.*

8 Hilarius quoque in illa Davidis verba: *Iniquos odio habui*, & Theophylactus in caput Matthæi 4., uno ore ajunt, odio *Pſalm. 18.* habendos eſſe parentes, qui ab amore Chriſti filios abducere conantur, & Chryſoſtomus in Evangelium Joannis homilia 84. inquit: *cum ſpiritualia impediunt parentes, ne cognoſcendi quidem ſunt*, & idem ipſe Theophylactus in caput Matthæi 10. ſcribit patrem relinquendum eſſe, quando obſtat virtuti, & pietati, & iterum in caput Lucæ 12.: *nullus amet malos; quamvis & pater, & mater adverſetur legi Chriſti, repugnandum eſt eis perinde, ac hoſtibus veritatis.* Poſtremò in caput ejuſdem Lucæ 14. inquit: *Chriſtus præcepit odio habere parentes, quando in cultu Dei periculum eſt, tunc enim non parentes cenſentur, ſi in hoc nobis obſiſtant.*

9 Ad hoc filius tenetur indicare Magiſtratibus patrem proditorem patriæ, ut eleganter docet, Cicero lib. 3. officiorum, quin etiam ſi filius patrẽ oppugnatorem patriæ occiderit, omnes conſtituerunt (autore Marcello) etiam prœmio afficiendum filium eſſe. *l. minime. ff. de religio. & ſumptiſ fune.*

10 Cui confine eſt id, quod inter omnes conſtare video: filium teneri ad indicandum patrem, qui Principem vellet occidere, puniendumq; eſſe, niſi ſcelus hoc revelaverit, *arg. l. ſi quis forte. ff. de pœnis, & l. quiſquis. §. pen. C. ad leg. Jul. majeſta.* & eorum quæ traduntur *in cap. 2. de offic. delegati.*

11 Accedit eodem, quòd ſi filius ſit cuſtos arcis, & pater illam oppugnet, filius lege regia tenetur patrem occidere, ut arcem defendat. *l. 12. tit. 18. part. 2. legum ſeptipartitarum.*

12 Accedit etiam, quòd filius feudi poſſeſſor tenetur juvare dominum contra patrem, & poteſt patrem occidere, feudi dominum defendendo, quemadmodum

conſuetudine feudorum conſtitutum eſt. *cap.1.§.ult. hic finitur lex lib. feudorum.*

13 Quòd ſi propter Patriã, & Principem indicandus eſt Magiſtratibus pater; ſi pro arce tuenda, & feudi domino defendendo, patrem occidere tenetur filius; quantò id magis fieri debet propter Deũ, & Catholicam fidem? hæc, & id genus alia pro hac opinione dici poſſunt, quæ quidem etſi prima facie fortiſſima eſſe videãtur; ſi tamen ſubtilius excutiantur, non dubito quin facilè diſſolvi queant.

14 Contrariam ſententiam luculenter aſſerit Alfonſus Toſtadus Theologus copioſiſſimus, quæ, paucis ſpeciebus exceptis, ut eſt humanior, probabilior etiam mihi eſſe videtur; nulla enim lex extat, quæ nominatim præcipiat, ut filius ſponte ſua patrem occultum hæreticum accuſare, vel judicibus indicare teneatur; non lex ulla naturalis, Divina, vel Gentium: non Pontificia, non juris Civilis; unde ergo tâm grave onus Chriſtianorum humeris imponemus? *erubeſcimus*, inquit Juſtinianus, *cum ſine lege loquimur*.

15 Nam lex iila Deuteronomii, de patre, aut matre non loquitur; quinimo inidem ſuam ſententiam colligit Alfonſus Toſtadus; verba legls hæc ſunt: *ſi tibi voluerit perſuadere frater tuus, filius matris tuæ; aut filius tuus, vel filia, ſive uxor, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus, quem diligis ut animam tuam, clam dicens: eamus, & ſervjamus diis alienis; non acquieſcas ei, nec audias, nec pareat ei oculus tuus, ut miſerearis, & occultes eum; ſed ſtatim interficies; ſit primùm manus tua ſuper eum, & poſt te omnis Populus mittat manum; lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abſtrahere à domino Deo tuo: ut omnis Iſraël audiens timeat, & nequaquam ultra faciat quippiam hujus rei ſimile. Deuteron.* 13. & ibi idem *Alfonſus quaſt.* 3.

16 Ecce tibi, lex ait, ut frater, filius, filia, uxor, amicus indicetur, & puniatur, non autem pater; nimirum, quja longè major eſt ratio, ne indicetur, aut puniatur à filio; quamobrem conſultiſſimè patris mentio in ea lege facta non eſt, ut non malè inde colligat Alfonſus Toſtadus, patrem à filio indicandum non eſſe, idq; tacitè legislatorem voluiſſe; qui cùm legem benè longam feciſſet, & conjunctiſſimos numeraſſet, patrem omiſit, qui nominandus in primis erat; rectè itaq; cum Cicerone in oratione pro Cluentio dicere potuit Alfonſus, ſi legislator idem de patre voluiſſet, adjunxiſſet, nec enim deerant illi verba, nec oblivıſci potuit, ut unus noſtrum: nec lex iſta Divina imperfecta cẽlenda eſt; Dei etenim perfecta ſunt opera omnia, nec legibus illis veteris teſtamenti addere jota unum, aut apicem licet; quantò minus licebit legem trahere ad ſpeciem longè diſſimilem?

17 Hæc eadem dici poſſunt de verbis illis Moyſis: *occidat unuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum:* Tum etiam de illis: *conſecraſtis manus veſtras hodie domino, unuſquiſq; in filio, & in fratre, ut detur nobis benedictio:* ubi ecce, ſemel, & iterum de patre aliud ſilentium; ſi voluiſſet ſacer Moyſes, ut pater idololatra interficeretur à filio, cur non ante omnia dixit, occidat unuſquiſque patrem ſuum, nec aliquem parricidã laudavit? mirum ni, quia *portentum, atq; monſtrum eſt certiſſimum* (ut inquit Cicero pro Roſcio Amerino) *eſſe aliquem humana ſpecie, & figura, qui tantùm immanitate beſtias vicerit, ut propter quos hanc ſuaviſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſimè luce privaverit: cùm etiam feras inter ſeſe partus, atque educatio, & natura ipſa conciliet.*

18 Huc accedit naturalis illa pietas in parentes, uſque adeò cunctis mortalibus inſita, ut horreat animus audiens, filium patris accuſatorem, aut indicem eſſe; *impium ſanè eſt*, ut Plato in Euthyphrone inquit, *filium patri diem dicere*, quod atroci exemplo confirmat Cornelius Tacitus libro 4. annalium, dicens: *iiſdem conſulibus miſeriarum, ac ſævitiæ exemplum atrox, reus pater, accuſator filius: nomẽ viri. Quintus Vibius Serenus, in Senatum inducti ſunt, ab exilio retractus, illuvjeq; ac ſqualore obſitus, & tum cathena vinctus, perorante filio, qui alacri vultu, ſtructas principi inſidias, index idem, & teſtis dicebat; at contra Reus nihil infracto animo obverſus in filium, quatere vincula, vocare ultores deos, ut ſibi quidem redderent exilium, ubi procul tali more ageret; filium autem quandoque ſupplicia ſequerentur; in patrem ex ſervis quaſitum, & quaſtio adverſa accuſatori fuit, qui ſcelere vecors, ſimul vulgi rumore territus, robur, & ſaxum, aut parricidarum pœnas minitantium, ceſſit urbe.*

19 Eo-

19 Eodem etiam pertinet juſta illa, & memorabilis maledictio in Chanaam, propterea quod Pater ejus Cham non operuit verenda Patris ſui, ſed fratribus ſuis foras nunciavit; argumẽtum evidens, texenda eſſe à filiis occulta Patrum crimina, non indicanda, *Geneſis 9.*

20 Docet Eccleſiaſticus cap. 3. non eſſe Patrem à filio contriſtandum, & ſi defecerit ſenſu, & paulo poſt addit: *maledictus eſt à Deo, qui exaſperat matrem*. Sapiens quoque in Proverbiis ait: cap. 19 *qui affligit Patrem, ignominioſus erit, & infelix*, quòd ſi ultrò cauſam præſtiterit filius, ut Pater occultus hæreticus in ignem mittatur, aut certè bonis omnibus publicatis, perpetua infamia notetur: quæ contriſtatio, quæſo, poterit eſſe major? quæ exaſperatio durior? quę denique afflictio immanior?

21 Addendum eòdem eſt, quòd Patrem quanrumlibet hæreticum filius alete, non occidere debet; unde fit, ut ſi extrema neceſſitas urgeat, filius teneatur potius Patri hæretico ſubvenire, quàm cuicunque homini Catholico, *Regia l. 8. tit. 24. par. 1. Alexander Ales. 4. parte quaſt. 113. gl.* & interpretes *in c. 1. diſtin. 30. & in c. non ſatis* 88. *diſt. Corradus de contract. lib. q. 20. Felin. in c. cum ſit de Judæis.*

22 Hinc etiam efficitur, ut Pater proſcriptus, hoſtiſque Reipub. qui impunè à quocunque occidi poteſt, à filio tamen interfici nequeat; nam in Patris vita vjolanda (ut inquit in paradoxis Cic.) multa peccantur; vjolatur, is qui procreavit, is qui aluit, is qui erudivit, is qui in ſede, ac domo, atq; in Rep. collocavit. *Dynus, & Angelus in l. ſi adulterium. §. liberto, ad legem Jul. de adult. Ruynus conſ. 4. lib. 5. Decius in c. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. Ripa in l. ult. C. de revocan. donat. qu. 23.*

23 Id quoq; maximum argumentum eſt, quòd nemo tenetur ſeipſum judicibus prodere, ut alibi luculenter diſſerui: & Joannes Chriſoſtomus idipſum bis docet inquiens: *non tibi dico, ut te prodas in publicum, neq; ut te apud alios accuſes; ſed obedire te volo propheta dicenti: revela Domino vjam tuam*; hæc ille in *epiſtolam Pauli ad Hebreos homilia 31. & ad Populum Antiochenum homilia 4. c. quis aliquando de pœnit. diſtin. 1.*

24 Et quemadmodum filius non tenetur ſeipſum judicibus puniendum tradere; ſic etiam nec Patrem; primò, quia Pater & filius eadem perſona penè intelligũtur, & filius pars corporis Patris eſſe cenſetur, ut legumlatores ajunt, quibus atteſtatur *Ariſtote. lib. 5. Ethicorum cap. 6.* & iterum *lib. 1. magnorum moralium cap. 24. l. ult. C. de impub. & aliis ſubſtit. l. cum ſcimus de agrico. & cenſit. lib. 11. Ludov. Calius lib. 11. lect. antiqua cap. 17.*

25 Deindè, quia magna pars pœnæ, qua punitur Pater hæreticus ad filium ipſum indicem tranſit. Nam filius privatur hæreditate Paterna, bonis hæretici Patris ipſo jure publicatis; & ab omnibus officiis publicis; & Eccleſiaſticis beneficiis excluditur. *c. 2. §. hæretici c. cum ſecundum de hæret. lib. 6.*

26 Poſtremò, quia ignominioſus eſt filius, hęreſi Patri detecta; notatur enim perpetua infamia filius hæretici manifeſti, & ſicut *gloria filiorum parentes eorum, & gloria parentum natis* (ut Plato inquit in Menexeno) *preclarus eſt, magnificuſque theſaurus; ſic dedecus filii* (ut Eccleſiaſticus ait) *eſt ſine honore Pater*; filius, itaq; Patrem, ſed etiam ſeipſum prodit. *l. quiſquis §. 1. C. ad legem Juliam majeſt. proverb. 16. Eccleſiaſtici 3.*

27 Supereſt jam, ut argumenta contrariæ opinionis excutiamus. Principio, correctio illa, cujus Matthæus memſnit capite 18. quàm denunciationem Evangelicam vocant; illa, inquam, correctio locum non habet, niſi cùm peccatum commiſſum eſt contra eum, qui corripere debet: quod quidem evidentiſſimè conſtat ex verbis Salvatoris noſtri, *ſi peccaverit in te frater tuus*, ideſt, contra te; non enim aliter congruè interpretari poſſunt verba illa, ſalva ratione recti ſermonis.

28 Accedit eò, quòd ita locum illum accipiunt, & interpretantur Gloſſa ordinaria, & interlinearis, Hieronymus, Chryſoſtomus, Hilarius, Baſilius, Ambroſius, Theophylactus, Beda, Rabanus, Auguſtinus, Gregorius, Thomas, Faber, Armachavus, Patres Concilii Conſtantienſis, Cajetanus, Sylveſter, Innocentius III. & Bernardinus Arevalus, vir juxtà doctus, & pius, qui diffusè aſſerit hanc ſententiam *lib. de correctione fraterna concluſ. 2.*

29 Sed & ſi concederetur, ordinem iſtius correctionis in cœteris criminibus

eſſe ſervandum; in hæreſi tamen, conſenſu omnium, aliter procedendum eſt. Hæreticus enim, nulla correctione antecedente, protinus judicibus indicari debet, niſi fortè veriſimile fuerit, quòd ſola correctione fraterna reſipiſcet; tutius tamen eſt, ut ſtatim ad judices deferatur, ut alibi oſtendimus plenius. *Thomas 2.2. quæſt.33. Soto lib.5. de juſtitia, & jure q.5. art.1. Bernardinus Arevalus de correctione fraterna propoſitione 6.*

30 Filius itaq; non tenetur Patrem occultum hæreticum corripere, excepto ſi Pater imperitus, & ſanabilis fuerit, filius autem peritus, & ſperet ſe profuturum. Nam ſi probabile ſit, quòd filius nihil correctione proficiet, ac multò magis, ſi eredat, Patrem pejorem evaſurum, omittere debet correctionem; Actus enim charitatis non debet eſſe otioſus, & fruſtra niti, nec aliud ſe fatigando, niſi odium quærere, extremæ dementiæ eſt. *Theologi in lib.4. ſent. diſtin. 19.*

31 Non igitur tenetur filius Divina, aliqua, vel humana lege Patrem occultum hæreticum ultro judicibus indicare, nec lex illa Deuteronomii, aut locus Exodi prænotatus adverſantur Alfonſo Toſtado, quinimò plus illi favent, quàm opinioni contrariæ, ut ante dictum eſt. Argumentum autem Thomæ Cajetani fragile admodum eſt; nec enim dilectio major, aut minor in cauſa eſt, ut filius Patrem occultum hæreticum judicibus indicare non teneatur; ſed maximè illa pietas, qua filius Patri uſq; adeò obligatus eſt, ut plus illi debeat, quàm cunctis creatis rebus, &, ut Alfonſus Toſtadus ait, pluſquam Apoſtolis, & Angelis, & pluſquam Beatiſſimæ Virgini.

32 Adde quòd majorem dilectionem filius Patri debet, quàm Pater filio; Atteſtatur mihi divinus Plato lib. 11. de legibus, inquiens: *filius parentes magis quàm filios ſuos, & nepotes, & magis etiam quàm ſemetipſum diligere debet.* Ariſtoteles quoque libro nono Ethicorum cap. 2. ait; *filium Patrem captivum, potiuſquàm ſe ipſum redimere, & alimenta illi potiùs, quàm ſibimetipſi præſtare debere.*

33 Denique perinde colligit Cajetanus, ac ſi ita argumentaris; Pater filium, quem plurimùm amat, caſtigare tenetur: ergo & filius Patrem, quem minus diligit, caſtigare debet; nec enim aliud eſt, Patrem occultum hæreticum judicibus indicare, quàm ejus punitioni operam dare. Omni jure Pater filium corrigere poteſt, ſed lex erubeſcit, autore Juſtiniano, caſtigatores filios genitoribus conſtituere. Brutus olim in ambos filios animadvertit, ut maleficos ſecuri percuſſos, quòd viderentur agere de reducendis Regibus; & poſtea Manlius Gallico bello Imperator, filium, poſt egregiam in pugna operam editam, coronatum priùs, virtutis ergo, mox, quia contra Imperium ad eam pugnam exceſſerat præſidio, ut deſertorem necavit; alii quoque patres, quidam minore de cauſa, nec pepercerunt filiis, nec eos miſerati ſunt, nec deſunt qui nimiam illorum ſeveritatem miris efferant laudibus; Sed filium, qui Patrem occiderit, à nemine laudatum legi. Vide *Livjum lib. 2. & lib.8. Dionyſium* item *lib.8. & Juſtinianum in autb. de nuptiis. §. ſed quod ſancitum.*

34 Deindè, pro eadem illa opinione dicebam, longè magis diligendum eſſe Deum, quàm Patrem: & relinquendum, & odio habendum eſſe Patrem propter Deum: Hæc, & id genus alia dogmata veriſſima ſunt; quis negat? ſed non relinquitur inde, ut filius Patrem occultum hæreticum ad judices deferre teneatur; non enim ſunt ea omnia contraria, vel uſque adeò oppoſita, ut ſimul eſſe non queant; facile quidem poteſt filius Deum vehementer diligere, & Patrem hæreticum relinquere, & odio etiam eum habere; ſed illum judicibus non indicare.

35 Hæc eadem reſpondemus Sanctis illis Doctoribus, qui pietatis genus eſſe dicunt, impium eſſe pro Domino, & repugnãdum eſſe Patri, qui ab amore Chriſti filium abducere conatur, & in eandem ſententiam plurima; nec enim his conſequens eſt, ut Pater à filio ſit neceſſariò judicibus indicandus: nec iſthuc ait quiſpiam eorum, ne Divus quidem ille Hieronymus, qui hac in re ardentior cœteris fuiſſe videtur.

36 Nec movere quempiã debet, quòd filius Patrem proditorẽ Patriæ magiſtratibus indicare teneatur. Hæc enim longè diſſimilia ſunt; quia hæreſis Patris occulta parùm Reip. nocet, ſi autem plures infecerit, nemine etiam indicante, manifeſta fiet, ab aliiſq; multis indicari poterit, & fa-

& facilè judices talem hęreticum comprehendent, punient, ac denique efficient, ut Reſpublica ſalva ſit; contra verò Patriæ proditor, niſi confeſtim judicibus indicetur, illam ſimul totam hoſtibus tradet, & momento temporis univerſa peribit Reſpublica; hæreſis autem, ut Paulus Apoſtolus inquit, paulatim, ſicut cancer ſerpit; & neminem occidit invitum.

37 Quòd ſi fortè filius aliqua lege tenetur indicare Magiſtratibus Patrem, qui Principem vellet occidere, id profectò non aliam ob cauſam fit, quàm, quia facinus iſtud horæ momento perpetrari poteſt, & quia talis mors perniciē afferre ſolet univerſæ Reipublicæ, quæ quidē gravitèr periclitatur, interfecto Principe, qui totius Regni cor, & caput, tutor eſt; ut enim Seneca libro 1. de clementia inquit: *animus Reipublicæ Princeps eſt; vinculum eſt, per quod Reipublica cohæret ille ſpiritus vitalis, quem tot milia hominum trahunt: nihil ipſa per ſe futura; niſi onus, & præda, ſi Mens illa imperii ſubtrahatur; Regi incolumi, mens omnibus una eſt, amiſſo, rupere fidem; ideo Principes, Regeſq; & quocunque alio nomine, ſunt tutores ſtatus publici, non eſt mirum amari ultra privatas etiam neceſſitudines. Nam ſi ſanis hominibus publica privatis potiora ſunt; ſequitur ut is quoque charior ſit, in quem ſe Reſpublica convertit*; hactenus *Seneca*.

38 Illud quoque diſſimile eſt, quòd filius arcis cuſtos Patrem interficere queat, ut arcem tueatur; quid enim relinquitur inde, quo Alfonſi Toſtadi ſententia ſubvertatur? adde quòd in ea ſpecie filius jure naturalis defenſionis Patrem fortaſſe occidere poterit, ut arcem pariter, & ſeipſum defendat, niſi divino Platoni aſſentiamur, qui ne id quidem unquam permittere videtur. Nam libro 9. de legibus inquit: *ſi quis inſano iracundiæ furore parentem interemerit, multis legibus Reus ſit; nam ultimis ſuppliciis, cædis, impietatis, ſacrilegii ſubiectus erit: quia ſacrilegio genitoris animam abſtulit; quare ſi poſſibile eſſet, ſæpius aliquem mori, juſtiſſimum eſſet, ſæpius parricidam interfici. Nam cui ne pro defenſione quidem ſua, ſi parentibus interficiatur, lege ulla conceditur, ut parentes, à quibus in lucem editus eſt, interimat, ſed omnia potius ſuſtinere præcipitur, quàm quicquam hujuſmodi facere: quomodo aliter juſtè punire hunc oportebit?*

39 Nec tandem obſtat conſuetudo illa feudorum, qua filius cogitur contra Patrem pugnare; iniqua enim eſt ea conſuetudo, & juri Divino, & naturali contraria; quod etiam quidam rectè tradit inquiens: *ego audacter dico filio contra Patrem non eſſe pugnandum, cum enim contra Divina præcepta ſit Patrem offendere, ea præcepta ſine dubio pluris ſunt facienda, quàm privata iſta conſuetudines; cùm hoc loco maximè ſint abominaliter iniqua: quæ nō ſolùm apud Chriſtianos, ſed etiam apud Ethnicos contra pietatem parentibus ex natura debitam ſceleratiſſimè pugnant*.

40 Ad ſummam, ut rem hanc in pauca conferam, generaliter veram eſſe cenſeo ſententiam Alfonſi Toſtadi; ſed poterit filius ſeparari adverſus Patrem occultum hæreticum, & ab eo recedere, ne prava illius doctrina inficiatur; quamobrem Alexander IV. rectè conſtituit, ut filius familias ipſo facto exinde ſui juris efficiatur, ex quo Pater ejus hæreticus pertinax fuerit, ſcilicet ut Patrem filius liberè relinquere poſſit, *c. 2. §. ult. de hæret. lib. 6.* *Sui iuris efficitur filius heretici pertinacis.*

41 Prętęrea ſi viderit filius Patrem inſanabilem eſſe, poterit etiam illum judicibus indicare; nec enim Alfonſus Toſtadus, nec alius quiſpiam hoc negat; ſed illud tātùm in controverſia eſt, an filius id facere teneatur, quinimo laudādus eſt filius, mea quidem ſententia, qui Divinæ religionis ardore naturalem iſtum affectum vicerit, ſi modo prudenter id agat: hoc eſt, ſi prius omnia tentaverit, ac tandem Patrem ad judices deferat, non tam ut mittatur in ignem, quàm ut convertatur, & vivat. Nam ut alicubi Divus Hieronym. inquit: *ille hæreticum occidit, qui hæreticum eum eſſe patitur: Cæterum noſtra correctio vivificatio eſt, ut moriens hæreſi, vivat Catholica Fidei*.

42 Filius autem, qui Patrem occultum hæreticum ultrò judicibus indicat, non tantùm omni pœna eximendus, ſed præmio etiam afficiendus eſſet, quam ob cauſam beneficio Principis reſtituendam illi cenſeo Paternam hæreditatem, & ab infamia, & aliis pœnis eum eſſe liberandum: ne ob eam rem laudetur pariter, & puniatur, quod ferè conſtitutione quadam Federici ſancitum eſſe, *Zanchinus lib. de hæreticis* eſt auctor *cap. 25*.

43 Sed quamvis Alfonſi Toſtadi ſententia generaliter vera ſit; mihi tamen duę ſpecies ab ea excipiendæ videntur; prior, cùm Judex juſtè filium interrogat; poſterior, cum hæreſis Patris in perniciem Reipublicæ foret. Nam quoties Judex legitimè interrogat, toties Reus, vel teſtis interrogatus tenetur illi dicere veritatem; quia potiſſima pars juſtitię legalis eſt obedientia, qua parere oportet Judici juſta præcipienti; & quo jure Judex juſtè interrogat, eodem teſtis, & Reus tenentur illi vera fateri; accedit, eò quòd veritatem celare, & mentiri in judicio, crimen lethale eſt ex genere ſuo, tametſi abſque juramento id fiet, & multò magis cùm additur mendacio perjurium *Tho. 2. 2. quæſt. 69, & quæſt. 76.*

44 Itaq; legitimis indiciis præcedentibus adverſus Patrem, interrogatus filius ab Inquiſitore pravitatis hæreticæ, tenetur illi dicere veritatem, & Patrem occultum hæreticum indicare; quia Judex tunc juſtè interrogat, & ſubditus ei obedire tenetur; quod ſi non fecerit, aut veritatem celaverit, præcipuè juramento (ut fieri ſolet) aſtrictus, inobediens, mendax injuſtus, & perjurus erit.

45 Et idipſum à filio multò maximè fieri debet, cùm Reus eſt, & Pater occultus hæreticus (ut plerunque aſſolet) ſuas hæreſes eum docuit, quia non aliter ad fidem Catholicam rectè converti poteſt, quā ſi judicibus manifeſtaverit eos, quos hæreticos eſſe noverit; atteſtatur mihi Divus ille Hieronymus, qui in commentariis in caput Job 15. inquit; *Sapientes illi in Chriſto ſunt, qui ſatisfactione pœnitentiæ peccata ſua, vel errores hæreſeos convertendo ſe ad Deum fideliter confitentur, & auctores vel criminum ſuorum, vel dogmatum manifeſtant*; cui ſubſcribit Auguſtinus in epiſtola 74. ad Deuterium miſſa, dicens: *hæretico petenti pœnitentiæ locum, tunc credatur, ſi & alios, quos illic novit eſſe, manifeſtaverit nobis.*

46 Præterea filius tenetur Inquiſitoribus indicare Patrem occultum hæreticū, ſi ejus hæreſes fuerint univerſæ Reipublicæ pernicioſiſſimæ, ac probabile ſit, quòd velociter totam inficiet Rempublicam; hoc tamen vix evenire poſſe crediderim, ac fortaſſe ne vix quidem. Cœterùm admonere priùs debet Patrem filius, obſecrari, atque obteſtari, & minari etiam; ad ultimum, ſi nihil profecerit, ſalutem patriæ præponet ſaluti Patris, quæ omnia docuit Cicero loquens de Patre ſacrilego, & Patriæ proditore, nec a propoſita ſpecie ſunt penitus aliena. Verba Ciceronis lib. 3. officiorum hæc ſunt: *quid ſi pater fana expilet, cuniculos agat in ærarium: indicet ne id magiſtratibus filius? nefas id quidem eſt, quin etiam defendat Patrem, ſi arguatur, ipſi Patriæ conducit, pios habere cives in parentes; quid ſi tyrannidem occupare, ſi Patriam prodere conabitur Pater? ſilebit ne filius? immo verò obſecrabit Patrem, ne id faciat; ſi nihil proficiet, accuſabit, minabitur etiam; ad extremum, ſi ad perniciem Patriæ res ſpectabit, Patriæ ſalutem anteponet ſaluti Patris.*

47 Quòd ſi fortè quærat aliquis, cur Patria præferenda ſit Patri: in promptu cauſa eſt, quia ſalus unius membri poſtponenda eſt ſaluti totius corporis: & quia in Patria ipſa, & Pater, & filii, & fratres, & cęteri conſanguinei continentur, & ut ait Cicero Invectiua prima in Catilinam, *Patria eſt communis omnium noſtrum parens*; & lib. 1. de Oratore; *non poteſt*, inquit, *Cognatio ulla proprior eſſe, quàm Patria*, & alibi: *Patria nihil dulcius, nihil charius in vita eſſe debet*, & iterum in Vatinium: *nemo eſt tàm ingratus, tàm impius, tamq; nullius humanitatis, qui, ſi Patriæ merita reſumere velit, non eam magis, quàm ſeipſum diligat.* denique lib. 1. officiorum ait: *ſocietatum nulla gratior, nulla charior, quàm ea, quæ cum Rep. eſt unicuique noſtrum; chari ſunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares; ſed omnes omnium charitates Patria una complexa eſt; pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus?* quod, & fortiſſimus Hector apud Homerum libro 15. Iliados dixiſſe fertur in hanc ſententiam;

Cur Patriæ ſalus Patri eſt præferenda.

Res eſt pulcherrima mortem
Pro Patria oppetere, & ſalvos præſtare Parentes,
Conjugia, Infantes, Patriam, dulceſq; penates
Morte ſua; quæ nos etiam ſeu lumine caſſi,
Seu vivi præſtare, tenebimur eſſe parati.

48 Confirmat hæc eadem Hierocles in ſermone, quales in Patriam eſſe debeamus, inter alia. *Eſt*, dicens, *quidem Patria per Jovem,*

Jovem, velut alter quidam Deus, & primus, maximuſq; parens; quare qui nomen ei impoſuit, à re ipſa non temerè Patriam nominavit, vocabulo quidem à patre deducto, pronunciato tamen fæminina terminatione, ut ex utroque parente mixtum eſſet: præferenda igitur omninò eſt patria utrivis parētum ſeorſim, & ambobus ſimul: quin etiam uxori, & liberis, & amicis, & abſoluto ſermone, rebus aliis omnibus poſt deos; & rurſum ibidem ait: *quemadmodum ſtultus quidem fuerit, qui digitum unus pluris facit, quàm ſimul quinq;: prudens verò qui majoris quinque, quàm unum affirmat: ille enim cum toto partem quoque ejus negligit; hic verò ſimul cum aliis quinq; unum quoq; conſervat; ſimiliter qui ſe ipſum præ Patria ſervare vult, tum injuſtè facit, tum ſtolidus eſt, inſuper impoſſibilia deſiderans; atqui Patriam ſibi ipſi præponit, is & diis charus eſt, & mente prudentior*, & cœtera quæ conſequuntur.

Martii Coriolani Pietas laudata.

49 Quamobrē jure quàm optimo Plutarchus elevat inſignem illam Martii Coriolani pietatem in matrem, dicens: *Martium præſentem damnarunt Romani: præſentem quoq; Volſci injuria necaverunt, quāquam ipſe cauſam ſuccenſendi æquā illis præbuiſſe videtur, cum id bellum, quod publicè ſuſceperat, à mulieribus perſuaſus privatim depoſuit; illud præterea non rectè à Martio factum eſſe videtur, quod potius pietate matris, quàm civitatis, cujus illa quoque pars erat, miſericordia motus Patriæ ſuæ ignoſcendum putavit; Nam oratorum precibus, Sacerdotum ſupplicationibus ſpretis, qui ſuis inſignibus velati, ſupplices in caſtra acceſſerant, totius denique Populi Romani luctu, gemituque neglecto, unius mulieris lacrimis ceſſit, ac ſi Patria illius cauſa, non per ſe ipſam ſervari mereretur.*

50 Quantò rectius id conſideraſſe videtur Scipio ille Africanus (ut apud Juſtinum eſt libro 31.) cui cùm Antiochus ipſius filium mitteret, quem parvo navigio traiicientem ceperat, & ob eam rem pacem ab eo peteret: Africanus privata beneficia à rebus publicis ſegregata dixit, aliaque eſſe Patris officia, alia Patriæ jura, quæ non liberis tantùm, verùm etiam vitæ ipſi præponantur, proindè gratum ſe munus accipere, privatoque impendio munificentiæ Regis reſponſurum, quod ad bellum, pacemque pertineat, nihilque

Inſigne Africani dictum.

gratiæ dari, neque de jure Patriæ decidi poſſe, reſpondit.

51 Sed majore laude hac in re dignus eſt Pharnaces, qui præteritis filiis, fratri potiſſimum Mitridati inſignis virtutis viro reliquit imperium, plus Regno quàm Patrio deberi nomini ratus, potiùs Patriæ, quàm liberis ſuis conſulendum; ut idem *Juſtinus hiſtoricus libro* 41. *auctor eſt*.

52 Suppetunt affatim exempla prudentiſſimorum hominum, qui Patriam filiis, & parentibus frequentiſſimè prætulerunt; unum tamen adijciam, quòd Plutarchus in Fabio maximo retulit, inquiēs: *Romani cùm aliis honoribus Fabium affecerunt, tum ejus filium conſulem deſignarant, cumq; is magiſtratum iniiſſet, & quadam ad bellum diſponeret, Pater, ſive ætatis vitio, ſivè alia quadā vi morbi, ſive quòd filium tentare vellet, invectus equo per mediam circumdantium turbam incedebat; quem cùm vidiſſet juvenis, non tulit, miſſoq; ad eum lictore, Patrem deſcendere ex equo juſſit, ac pedibus accedere, ſi quid à Magiſtratu petiturus eſſet; quod Imperium cæteri indignè tulerunt, & in Fabium omnes oculos, animumque converterant: quem putabant priori gloria indigna pati; ipſe autem repente ex equo deſiliens, equo citus ad filium properat, eumque complexus, & gratulans, rectè, inquit, fili, & ſentis, & agis, nec latuit te quibus imperes, & quantam Imperii molem ſuſceperis: ſic & nos, & majores noſtri Romanam Civitatem dileximus, Patriæ gloriam ſemper parentibus, ac liberis præferentes.*

Fabii geſtū inſigne.

53 Illud autem prætetire non poſſum, quod Socrates apud Platonem in Critone dixiſſe traditur: *An ſic es ſapiens, ut te latuerit, & Patri, & Matri, & progenitoribus omnibus Patriam eſſe anteponendam?* & paulò poſt: *ut uti nefas eſt, vel contra Matrem, vel contra Patrem, maximè verò omniū contra Patriam*; & ne plura referā: hoc uno contentus ero, quod Cice. lib. 4. ad Heren. his verbis ſcripſit: *etenim vehementer eſt iniquum, vitam, quam à natura acceptam propter Patriam conſervaveris, natura cùm cogat reddere, Patriæ, cum roget, non dare: & cùm poſſis cum ſumma virtute, & honore pro Patria interire, malle per dedecus, & ignaviā vivere, & cùm pro amicis, & parentibus, & cæteris neceſſariis adire periculum velis, pro Republica, in qua & hoc illud Sanctiſſimum nomen*

nomen Patriæ continetur, nolle in diſcrimen venire, itaq; uti contemnendus eſt, qui in navigando ſe, quàm navim mavult incolumen; ita vituperandus qui in Republica diſcrimine, ſuæ plus, quàm communi ſaluti conſulit; nave enim fracta, multi incolumes evaſerunt: ex naufragio Patriæ ſalvus nemo poteſt enatare; & cœtera quæ ſequuntur, ſed & de his ſatis.

54 Ut autem ſciant filii, quo amore parentes amandi ſint, non erit alienum pauca quædam cõmemorare, quibus perſpicuum ſit, quid filii parentibus debeant, ac primùm Eccleſiaſticus cap. 7. inquit: *honora Patrem tuum, & gemitus Matris tuę ne obliviſcaris; memento quoniam niſi per illos natus non fuiſſes*, & Socrates apud Xenophontem: *quos, aut à quibus putas majoribus beneficiis affici, quàm liberos à parentibus, quibus primò ut ſint, & vivant, deinde ut tot bona videant, illorumq; participes fiant, quæcunq; Dii hominibus præbent, parentes in cauſa fuerunt?* cui Ariſtotel. adſtipulatur lib. 8. Ethico. dicens; *amicitiam Paternam beneficiorũ magnitudine cæteras omnes ſuperare; eſt enim auctor ejus, quod maximum eſſe videtur, ut videlicet ſint filii.* Eſt etiam cauſa enutritionis, & eruditionis; & in fine ejuſdem libri addit, filium ſemper eſſe Patri debitorem, & quidquid egerit, nihil unquam iis dignum fecere poſſe, quæ à Patre ſuſcepit; nemo enim promeritis unquam parentibus rependet; unde rectè apud Fabium Pater quidam dicebat: *ſim licèt crudelis, ac ſævus, filium tamen diutius amavi. Clauſerim Pater vos penates, de teſtamento, de ſpe ſucceſſionis expulerim, oneraverim vinculis, manus fœdaverim, membra verberibus, perſolvi gratiam non poteſt nec malo Patri: arrogans, impotens ſum, nolo quotidie mereri quicquid nihil deberi cæpit primò die*; hactenus *Fabius declamatione* 5.

55 Hierocles quoque in libro, quomodo erga parentes agendũ ſit, inquit: *ſi quis parentes ſecundos ad terreſtres quoſdã Deos dixerit, non errabit, cùm nobis propter vicinitatem, ſi dicere fas eſt, vel ipſis Diis honorabiliores ſint*; & poſt pauca: *ut igitur in promptu habeamus, quibus officiis erga parentes obſtringamur, ſummariam hanc ſententiam ſemper animo verſare oportet; quòd parentes deorum nobis imagines ſint, & per Jovem dii lares, ſeu domeſtici beneficiorum auctores, cognati, creditores, domini, & amici conſtantiſſimi; ſunt enim deorum imagines certiſſimæ, & ſimilitudinem eorum nobis referunt, melius quàm ullius artis facultas exprimere poſſit: eum tanquam dii domus patroni, & nobis familiares ſint; beneficiorum item maximorum nobis auctores ſint, & maxima quæque præſtant: non quidem ea ſolùm, quæ habemus, ſed quicquid nobis exibere, & optare voluerint; ad hæc proximè cognati, & auctores cognationis ad alios; præterea creditores rerum pretioſiſſimarum, ex quibus ea ſolum repetunt, quorum ipſa reditio iterum nobis beneficium eſt; quod enim eſſet tantùm filio lucrum, quantùm pietas, & gratitudo in parentes? domini verò jure optimo ſunt. Nam cujus poſſeſſioni potius cederemus, quàm illorum, per quos ſumus? denique & amici, & auxiliarii perpetuò, ſpontaneique ſunt, quovis tempore, & caſu ferentes opem.*

56 Et ſtatim idem Hierocles addit: *ſed quoniam inter omnia hactenus enumerata præſtantiſſimum eſt parentis nomen, cujus gratia ipſos appellamus deos: adijciemus quòd ad hanc ſententiam ſequitur, nempè filios exiſtimare debere, ſe in domo Patria veluti fano quodam, adituos, & Sacerdotes ab ipſa natura creatos, & conſecratos eſſe, ut parentum cultui operam darent, quando quidem verò duplex cultus eſt, alter corporis, alter animi, quicquid ad utrunque pertinet, alacriter exequentur, ſi modò quod jus, & ratio jubet, facere voluerint.* Divus quoq; Hieronymus in epiſtola de venerandis parentibus multa in eandem ſententiam ſapienter, & eleganter ſcripſit, poſt alia dicens: *parentibus neminem poſſe reddere quod debeatur: parentum nomen ab ipſo Deo eatenus diligi, ut ſeipſum Patrem juſſerit dici*: & cap. 1. *& Theophylactus in Evangelium Lucæ, parentes* inquit, *Dii domeſtici ſunt.*

57 Et Plato Divinus in 4. de legibus: *colendi ſunt omninò parentes, quibus fas eſt, prima, & maxima debita omnium antiquiſſima debitorum perſolvere; putare enim quiſque debet, omnia, quæ poſſidet, eorum eſſe, qui genuerunt, & educarunt, itaut illis hæc omnia pro viribus miniſtrare debeat, primùm quidem externa bona, deindè etiam corporis, poſtremò quæ ad animũ pertinent: hæc omnia videlicet mutuo data perſolvens, & pro curis, doloribuſq; priſcis parentum in ſenecta recentes reddens, quando maximè indigent.*

58 Et

58 Et rurſus idem lib. 11. de legibus: *parentes negligere, nec Deus, nec homo mentis compos alicus unquam conſulet*; & paulò poſt: *cujus Pater, aut Mater, vel horum Parentes ſenio confecti, quaſi theſaurus quidam domi jacent; is putet, nunquam aliud tale ſimulacrum, magiſq; efficax domui ſuæ affuturum, ſi rectè, ut decet, ab eo colitur; quocirca qui erga Parentes, & Avos, cæteroſq; hujuſmodi rectè ſe gerit; is ad Deos ſibi conciliandos ſimulacrorum omnium optima poſſidet; omnes igitur non inſani verentur, coluntq; Parentum orationes, non ignorantes, multis ſæpè profuiſſe, obfuiſſeque. Cùm hæc igitur ita natura conſtituta ſint: probis quidem viris ſeniores Parentes pro magno quæſtu habentur, ſi ad ſenium uſq; pervenerint. Sin verò juniores deceſſerint, valdè deſiderantur: improbis autem contra, valde terribiles ſunt.*

59 Accedit huc Demoſthenes in Oratione contra Ariſtogitonem dicens: *una lex, & hominibus feris ex æquo eſt ſancita, ut parentes diligant; & mox & diis inviſum, non modò hominibus eum eſſe puto, à quo parentes negligantur*; & Menander canit; *parentes magnum ſunt numen prudentibus*; adde illud Theognidis. *Nihil inter homines Patre, & Matre præſtantius habetur illis, ò Cyrene, qui ſanctam curant juſtitiam*; & illud Euripidis.

Quiſquis in vita ſua parentes colit:
Hic & vivus, & defunctus diis charus eſt.

Tum illud Timoclis:

Quicunq; Patrem timet, ac reveretur:
Hic in bonum civem evadet proculdubio.

Orphæus quoque cecinit:

Jupiter inſpicit illos, qui colunt intra Parentum,
Et qui negligunt præ animi imprudentia.
Ac illis quidem benignus, & mitis bona largitur.
His verò infenſus indignatur per furias.
Sunt enim vehementes in terra Parentum furiæ.

60 Et Periction in lib. de mulieris harmonia, inter alia inquit: *mali quidam parentibus, nec dicto, nec facto exhibere oportet; ſed eis obedire cujuſcunque conditionis fuerint; item in quacunque corporis, animi, rerum ve externarum fortuna, in pace, bello, ſanitate, morbo, divitiis, paupertate, gloria, infamia: ſivè privatis, ſivè in Magiſtratu conſtitutis parentibus, adeſſe ipſis oportet, nec unquam deſerendi ſunt, obediendumq; tantùm non inſanis; hæc enim ſapienter, & rectè fieri ab iis hominibus exiſtimantur; contemptus autem parentum peccati genus ejuſmodi eſt, quod in vivis ſimul, atque defunctis divinitus damnatur, ab hominibus odio habetur, & ſub terra in loco impiorum unà cum reliquis impiis perpetuò punitur à juſtitia, & infernalibus diis, qui his rebus inſpiciendis deſtinati ſunt; honeſtiſſima enim eſt, immò divina parentum facies: & aſpectus, cultuſq; eorum tanti fieri debet, quanti nec Solis ſit, neque omnium ſiderum, quæ gratiſſimas cæli choreas conſtituunt, aut ſi quæ alia res iſtis major à quoquam æſtimatur.*

61 Et mox idem Periction ait: *Deos equidem arbitror, ſi contemni parentes viderint, haud quaquam id eſſe toleraturos, quamobrem & vivos, & mortuos colere par eſt, nec unquam eis contradicere; verùm ſi quid ignorent, morbi, aut animi deceptionis vitio, conſolari, atq; docere oportet: odiſſe nequaquam; majus enim inter homines peccatum admitti nequit, quàm erga parentes impietas.*

62 Hinc juſtiſſima illa lex à Moyſe in
Exodo promulgata legitur, his ipſis verbis: *Qui percuſſerit Patrem ſuum, aut Ma-* Cap. 21.
trē, morte moriatur, quin etiam paulò poſt
lex ait: *Qui maledixerit Patri ſuo, vel Matri, morte moriatur*, & in Levitico eadem
lex renovata eſt, hoc verborum tenore:
Qui maledixerit Patri ſuo, aut matri, morte Cap. 20.
moriatur, Patri, matrique qui maledixerit ſanguis ejus ſit ſuper eum; denique Salvator noſter apud Matthæum inquit: *Deus* Cap. 15.
dixit, honora Patrem, & Matrem, & qui maledixerit Patri, vel Matri, morte moriatur.

63 In qua lege illud quoque obſervandum eſt, non minorē pietatem deberi Matri, quam Patri, quod & Phalaris docet in epiſtola quadam ad Paurolam filium miſſa, inter alia dicens: *Si in altero parente ab officio deſiſtendum ſit, Patrem potius, quàm matrem negligas oportet; non enim paria tibi ſunt & Patris, & Matris in educatione filiorum officia, ſed hæc quidem tulit, peperit, educavit, innumeros quoq; alios pro his ſubiit labores*; & Beatus Hieronymus in Epiſtola de honorandis parentibus idipſum prolixè confirmat, Divuſq; Ambroſius libro 2. commentariorum in Lucam inquit: *diſce quid parentibus tuis debeas: tu Matri*

debet

debes pudoris injuriam, virginitatis diſpendium, partus periculum, matri longa diſcrimina: cui miſera in ipſis votorum fructibus majus periculum eſt; & cum ediderit quod optavit, partu abſolvitur, non timore.

64 Xenophon item libro 2. de factis, & dictis Socratis, ita ſcribit: *mulier concipiens tolerat hoc onus cum gravamine, & periculis vitæ, alimento ſuo nutriens puerum, magno, multoq; cum labore uſque ad partum perveniens. Poſtea etiam nutrit; atque pro eo procurat, à quo tamen nunquam antea beneficii quippiam acceperat, quiq; non modò ignorat, qui ei bene facit, ſed neque declarare poteſt, quibus indigeat: mater verò per conjecturã, quæ conducant, quæq; grata ſint eis, conatur adimplere: multoq; tempore nutrit die, noctuque laboribus affecta ignorans, quam iſtorum omnium mercedem habitura ſit; rectè itaq; Euripides percipit: amate matrem, ò liberi, non enim eſt amor ullus hujuſmodi, & qui ſuavius ametur; plus quidem venerandus Pater eſt, ſed plus diligenda Mater;* deniq; ſicut Ulpianus ait: *pietas parentibus, & ſi inæqualis eſt eorum poteſtas, æqualis debetur. ſ. furioſa. ff. de curatore furioſi.*

65 Illud autem præterire non potui, quod Dionyſius Halicarnaſſenſis libro 2. antiquitatum Romanarum prodidit, hujuſcemodi verbis: *Qui formas vivendi Græcis condiderunt civitatibus, certum quoddam tempus admodum breve præſcripſerunt, quo liberi Patribus eſſent ſubditi: quidam ad annum pubertatis tertium, quidam tantiſper dum illi cælibes manſerint, nonnulli donec publicè inter vivos aſcripti fuerint, quemadmodum è Solonis, Pittaei, Charondæq; legibus acceperant, quorum magna celebratur ſapientia: pœnas etiam in contumaces filios ſtatuerunt, non graves, permittentes Patribus eos exhæredare, domove pellere, præterea nihil: quæ non ſufficiunt ad compeſcendam juventutis veſaniam, moreſq; præfractos, neque contemptores honeſtatis levi brachio poſſunt ad modeſtiam redigi; quapropter apud Græcos ſæpe indecora multa in parentes committunt liberi.*

66 Et mox addit: *Romanorum autem legislator omnem, ut ita dicam, poteſtatem Patri dedit in filium, idq; toto vitæ tempore, ſive in carcerem eum mittere, ſive flagris cædere, ſive vinctum ablegare ad ruſtica opera, ſive necare libeat, etiam ſi filius tractet Rempublicam, etiam ſi Magiſtratus gerat maximos, etiam ſi liberalitatis laudem publicè ſit promeritus; certè juxta hanc legem viri illuſtres pro roſtris, favente plebe, concionantes in ſenatus invidiam, frequenteſq; auris popularibus detracti è ſuggeſto, per parentes abducti ſunt, pœnas daturi ex ipſorum ſententia: quos, dum per forum ducerentur, nemo adſtãtium eripere poterat, non Conſul, non Tribunus, non ipſa turba.* Hactenus Dionyſius.

67 Unde planè perſpicitur, priſcos Romanos poteſtatem vitæ, neciſq; habuiſſe in filios, quam etiam Patres aſcititii habebant in adoptivos, ut ex Ciceronis Oratione pro domo ſua ſatis intelligitur. Meminit quoque hujus poteſtatis Fabius declamatione undevigeſima, & item alicubi Julius Paulus; ſed lex iſta poſtea ſublata fuit, & ut ait Ulpianus: *inauditum filium Pater occidere non poteſt, ſed accuſare eum apud præfectum, præſidemve Provinciæ debet; l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. l. inauditum ad legem Corne. de ſiccariis*, & inibi *Budæus.*

68 Fuit & olim hæc lex apud Hebręos: *ſi genuerit homo filium contumacem, & protervum, qui non audierit Patris, ac Matris imperium, & coercitus obedire contempſerit: apprehendent eum, & ducent ad ſeniores civitatis illius, & ad portam judicis, dicentq; ad eos: filius noſter iſte protervus, & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat, & luxuriæ, atque conviviis: lapidibus eum obruet Populus civitatis, & morietur: ut auferatis malum de medio veſtri, & univerſus Iſrael audiens pertimeſcat. Deuter. cap. 20.*

69 Sed quamvis leges iſtæ propter nimiam duritiem in deſuetudinem abierint: filii tamen, qui Parentes læſerint, eorum arbitrio puniendi ſunt, & Judices contra filios eas ſententias dicere debent, quas Patres dici juſtè voluerint. *l. 3. & l. congruentius, & l. ult. C. de Patria poteſtate. l. nec quicquam. ſ. de plano. ff. de officio proconſulis.*

70 Poſſunt præterea parentes propter multas cauſas filios exhæredare, & filiam in adulterio deprehenſam occidere ſimul cum adultero. Plurimaque alia conceſſa ſunt parentibus, quæ longum eſſet percenſere, *auth. ut cum de appellatione cognoſcitur ſ. cauſas. l. patri. ff. ad legem Juliam de adulteriis.* *Intellige de Iure Civili.*

71 Cœterum lis nulla eſſe poteſt inter

Patrem,

Patrem, & filium; quòd ſi fortè filius ex juſta cauſa Patrem, aut Matrem in jus vocare voluerit: non eſt priùs audiendus, quã veniam à Judice petierit, & impetraverit, quæ mea quidem ſententia non facilè concedenda filiis eſt. *l. lis nulla. ff. de judi. l. 4. & l. ſed ſi hac. §. prætor: ff. de in jus vocando. l. qui in poteſtate. C. eod. tit.*

72 Quæ enim juſta cauſa eſſe poteſt, ut Patrem (cui poſt Deum omnia debet) filius temerè in jus vocet? ingratiſſimus profectò filius eſt, qui Patrem, aut Matrem indignè litibus vexat; cuicunque autem filio parentes in jus vocare volenti, rectè illud obiici poterit, quòd Pittacus dixiſſe fertur: is enim filium admonens, ne cum Patre in judicio litigaret, his verbis uſus eſt. *Si Patri iniquiora dixeris, damnaberis: ſin autem æquiora; vel ob id iſtud damnari dignus es.*

ANNOTATIONES.

Rationes, & argumenta toto hoc libro à Simanca pereruditè, & ſubtiliſſimè adducta, nulli dubium eſt, eſſe validiſſima, & demptis caſibus, quos ipſe recenſet *num* 43. 44. 45. & 46. concludenter probant, ut patet, filium poſſe quidem, ſi velit, ſed non teneri hæreticum Patrem Iudicibus denũciare; At quicquid ſit de hac ſententia, quæ adeo inter DD. controvertitur; Contraria tanquam Catholicæ Fidei favorabilior pro ſe plures habet Auctores, & multis placet, hac Simancæ repudiata, in praxi ut tutiorem eſſe ſequendam. Vide quæ docet *Pegna in addit. ad Eymeric. 2. par. Direct. commen. 15. ſuper c. literas. §. dubitat Panormitanus. & §. Hoc addiderim; & Farinac. de Hæreſi. quæſt. 197. §. 2. à nu. 40 uſq; ad nu. 44.*

42 Filius autem qui Patre &c. Federici Conſtitutio, de qua hic mentionem facit Simanca, legitur poſt Directoriũ inter literas Apoſtolicas *Pegnæ fol.* mihi 27. & incipit *Commiſſi nobis Cælitus*, ubi poſt latas in hæreticos pœnas, & in eorum complices, & filios, ſubdit Imperator: *Nec quidem à miſericordiæ finibus duximus excludendum, ut ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces, latentem Patrum perfidiam revelaverint; quacunq; reatus illorum animadverſione plectantur, prædictæ punitioni non ſubiaceant innocentiæ filiorum.*

F I N I S.

DECRETA,
ET CONSTITUTIONES
RECENTIORUM PONTIFICUM
Ad Tribunal S. Inquiſitionis ſpectantes.

LECTORI BENEUOLO.

APpoſuit Pegna in fine Directorii Inquiſitorum Antiquiores Conſtitutiones ad S. Inquiſitionem ſpectantes, quem imitatus Thomas Delbene in ſuis Operis calce recentiores adiecit. Appono hic Ego, quæ uſque ad id tempus poſt exaratas ab hoc ſecundo Auctore à Summis Pontificibus circa S. Inquiſitionis materiam emanarunt; ut in hoc Opere nihil deſit, quod in tui majus commodum non conducat. Vale.

Sanctiſs. D. N. D. Alexandri Div. Prov. Papæ VII.

Conſtitutio, qua exhibet Formulam ſubſcribendam ab omnibus Eccleſiaſticis in Regnis Galliæ pro confutatione quinque Propoſitionum Cornelii Janſenii &c.

Edita A. D. 1665. ALEXANDER EPISCOPUS *Servus Servor. Dei. Ad perpet. rei memor.*

Exordium. REgiminis Apoſtolici Divina Providentia Nobis, quamvis immeritis, commiſſi ratio poſtulat, ut ad ea potiſſimùm, quæ Catholicę Religionis integritati, & propagationi, animarũque ſaluti, & fidelium tranquillitati conſulere apta, & idonea eſſe judicantur, animum, & curam omnem, quantum licet in Domino, applicemus.

§. 1. Quamobrem Cornelii Janſenii hęreſim in Galliis præſertim ſerpẽtem, ab Innocentio X. fel. rec. Prędeceſſore noſtro ferè oppreſsã ad inſtar Colubri tortuoſi, cujus caput attritum eſt, in varios gyros, & cavillationum deflexus euntem ſingulari Conſtitutione ad hunc finem edita altero aſſumptionis noſtræ anno extinguere conati fuimus, ſed ut multiplices hoſtis hominum Generis artes adhibet, nõdum plenę conſequi potuimus, ut omnes errantes in vjam ſalutis redirent, qui tamen unicus erat votorum, & curarum noſtrarum ſcopus, quibus operam, & induſtriam ſuam egregio ſanè ſtudio Venerabiles fratres noſtri Archiepiſcopi, & Epiſcopi Regni Galliæ earumdem Conſtitutionum Apoſtolicarum executioni præcipuè intenti contulerunt, & Chariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Chriſtianiſſimus ſingulari pietate auxiliarem dexteram ſtrenuo, ac conſtantiſſimo animo porrexit.

§. 2. Cum autem præfatus Rex Chriſtianiſſimus eodem Religionis zelo ductus per ſuum in Urbe Oratorem Nobis ſignificari, exponique curaverit, nullum aliud opportunius remediũ peſtiferæ hujus contagionis reliquiis extirpãdis adhiberi poſſe, quam ſi omnes certam formulam ſubſcriberent noſtra auctoritate firmatam, in qua quinq; propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro, cui titulus, Auguſtinus, excerptas, ſincerè damnarent, ac proindè illam à Nobis quantocyus expediri ad quælibet

effu-

effugia præcludenda, omneſque removendos obtentus, flagitaverit: Nos tam piis dicti Regis Chriſtianiſſimi votis benignè annuendum eſſe ducentes, formulam infraſcriptā ab omnibus Eccleſiaſticis, etiā Venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, necnon aliis quibuſcumq;Eccleſiaſtici Ordinis tàm Regularibus,quàm Secularibus,etiam Monialibus, Doctoribus, & Licentiatis, aliiſque Collegiorum Rectoribus, atq; Magiſtris ſubſcribi diſtrictè mandamus; idq; intra tres menſes à die publicationis, ſeu notificationis præſentium,alias contra eos,qui intrà terminum prędictum non paruerint,irremiſſibiliter procedi volumus juxta Canonic. Conſtitutiones, & Concil.Decreta.

Formula à ſupradictis ſubſcribenda.

EGo N. Conſtitutioni Apoſtol. Innoc. X. datæ die 31. Maij 1653. & Conſtitutioni Alexandri VII. datæ die 16. Octobris 1656. Summorum Pontificum me ſubiicio, & quinq; propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro, cui nomen Auguſtinus, excerptas, & in ſenſu ab eodem auctore intento, prout illas per dictas Conſtitutiones Sedes Apoſtolica damnavit, ſincero animo reiicio, ac damno,& ita juro. Sic me Deus adjuvet,& hęc ſancta Dei Evangelia.

Decernentes inſuper præſentes literas ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſq; plenos, & integros effectus ſortiri, & obtinere. Sicque per quoſcumq; Judices Ordinarios,& Delegatos ubiq; judicari,& definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi,& interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritū,& inane eſſe, ſi ſecus ſuper his à quocunq; quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſq; locorum Ordinariis committimus,& mandamus,ut ſinguli in ſuis Diœceſibus, ac locis ſuæ juriſdictioni ſubjectis pręſentes literas, & in eis contenta quæcunque exequantur, & executioni mandari,ac obſervari ab omnibus curent, & inobedientes quoſcunque per ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaq; juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio, omninò compellant.

Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem fides prorſus adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc noſtram Conſtitutionem, & ordinationem infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotētis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnation. Dominicæ 1664. quintodecimo Kalend. Martii. Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

Anno à Nativitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1665. Indictione tertia. die verò 17. menſis Februarii, Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. Anno ejus Decimo, ſupradictæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Cancellariæ Apoſtolicæ in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Stephanum Vivaldum Apoſt. Curſ.

Pro Mag. Curſ. Laurentius Signus Curſ.

Sanctiſs. D.N.D. Alexandri Div. Prov. Papæ VII.

Conſtitutio, qua probibet duos libros nempe cenſura Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis, & Amadæi Guimenii Lomarenſis.

Edita A.D. 1665. *ALEXANDER EPISCOPUS*

Servus Servor. Dei. Ad perpet. rei memor.

CUM ad aures noſtras pervenerit duos prodiiſſe libros, quorum alteri titulus eſt.

§. 1. Cenſura, Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis in librum, cui titulus eſt: La Deffenſe de l'authoritè de N. S. P. le Pape, de Nos Seigneurs les Cardinaux, les Archeveſques, & Eveſques, & de l'employ des Religieus mendians, contre les erreurs de ce temps. Par Jacques de Vernant, à Mets 1658. Alteri verò titulus eſt: Cenſura

ſura Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis in librum, cui titulus eſt: Amadæi Guimenii Lomarenſis, olim primarii Sacræ Theologiæ profeſſoris opuſculum, ſingularia univerſæ ferè Theologiæ moralis cõplectens: adversùs quorundam expoſtulationes contra nonnullas Jeſuitarum opiniones morales ad Tractatus de peccatis; De opinione probabili &c. Editio noviſſima &c. Lugduni ſumptibus Phil. Borde, Laurentii Arnaud, Petri Borde, & Guillielmi Barbier 1664. cum approbatione, & Superiorum permiſſu. Pariſiis 1665. in quibus libris cenſura præſumptuoſa notantur aliquæ propoſitiones eæque præſertim, quæ ad Romani Pontificis, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ auctoritatem, Epiſcoporum juriſdictionẽ, Parochorum munus, Privilegia à Sancta Sede conceſſa, Diſpenſationes Apoſtolicas, actionumq; moralium regulam pertinent, & aliæ, quæ & graviſſimorum Scriptorum auctoritate, & perpetuo Catholicorum uſu nituntur, Et cum fieri non poſſit ſinè publico Catholicæ Religionis detrimento, ut prædictæ cenſuræ in commemoratis libris ſinè debita Eccleſiæ animadverſione, & damnatione remaneant.

Prohibitio ſ wout in Ru lic. §. 2. Nos pro Apoſtolico munere, quo licèt immeriti fungimur, ut graviſſimo ſcandalo, quod indè Catholicis accidere poſſet, occurramus; Habitis prius doctiſſimorum, ac inſignium in Sacra Theologia Magiſtrorum, ac Profeſſorum, ac Sacrarum Sedis Apoſtolicæ Congregationum Qualificatorum, quos ad hæc ſpecialiter deputavimus, conſultationibus, ut rei gravitas videbatur poſtulare; Necnon auditis ſuffragiis Venerab. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium in tota Republica Chriſtiana generalium Inquiſitorum, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine præfatas cenſuras, uti præſumptuoſas, temerarias, atque ſcandaloſas, auctoritate Apoſtolica damnamus, & pro damnatis haberi volumus, eaſque nullius valoris, & roboris fuiſſe, ſed caſſas, & irritas eſſe declaramus: Mandamus inſuper, ne quiſquã ex Chriſti fidelibus cujuſcumq; gradus, ac dignitatis exiſtat, etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, aut alia majori dignitate, etiam ſpeciali, ac ſpecialiſſima nota digna ſuffultis, prædictas cenſuras approbet, ſequatur, atq; defendat, Nevè in publicis, aut privatis lectionibus, diſputationibus, ſeſſionibus, aut aliis actibus publicis illas ſequatur, tueatur, aut doceat; Neq; in libris, aut etiam ſcripturis publicis, vel privatis, aut alio quocũq; modo illas alleget, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ, cujus abſolutionem Nobis, ac Sedi Apoſtolicæ reſervamus.

Prohibitio Typographis §. 3. Præterea Typographis; ac Bibliopolis expreſsè prohibemus, nè præfatos libros, & cenſuras imprimere, ac Typis mandare, minuſq; impreſſos vendere audeant, ac præſumant ſub eadem pœna excommunicationis latę ſententię ipſo facto incurrendæ, Inſuper libros, ſcripturas, & alia opera, in quibus præfatę cenſuræ quomodolibet continentur, laudantur, & defenduntur, Apoſtolica auctoritate prohibemus, ac pro vetitis haberi volumus; Mandamuſque nè aliquis illos, ac illa legere, aut penès ſe retinere præſumat, ſed locorum Ordinariis, aut hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus in locis, in quibus Sanctiſſimæ Inquiſitionis Officium exercetur, conſignet, ſub pœna excommunicationis, ut ſupra ipſo facto incurrendæ. Dictiſquè Ordinariis, ut etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegati, necnon præfatis hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus diſtrictè præcipimus, ut contra tranſgreſſores, inobedientes, ac rebelles diligenter inquirant, & procedant, & ad declarationem dictæ excommunicationis, & ad alias pœnas pro gravitate ipſorum inobedientiæ, ac tranſgreſſionis pro eorum arbitrio procedant.

§. 4. Cęterum ulterius de præfatis cenſuris judicium, deque opinionibus in prædictis libris Jacobi Vernant, & Amadæi Guimenii contentis, necnon de aliis in eiſdem cenſuris expreſſis, ſivè in eis præmemoratæ opiniones notentur, ſivè non, Nobis, ac Sanctæ Sedi Apoſtolicæ reſervamus.

Decretum irritans. §. 5. Decernentes inſuper præſentes literas ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos ubiq; judicari, & definiri debere, & ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate,

tate, & auctoritate, ac irritum, & inane eſſe quidquid ſecus ſuper his à quocunq; quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Trãſumptorum fidei. Volumus autem ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides prorsùs adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pænalis. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtram Conſtitutionem, & ordinationem infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præſumpſerit, indignationẽ Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorẽ anno Incarnat. Dominicæ 1665. 7. Kalendas Julii Pont. noſtri Anno 11. *Dat. R. An. 1665. die 25. Iulii.*

Anno à Nativitate D. N. Ieſu Chriſti 1665. Indictione tertia. die verò 26. menſis Iulii Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII anno eius 11. ſupradictæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Carolum Melanum eiuſdem Sanctiſſ. D. N. Papæ, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

Feria v. die 18. Martii 1666.

In Congregatione Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſſimo D. N. D. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana adversùs hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter Deputatis.

SAnctiſſimus D. N. poſt latum Decretum die xxiv. Septembris proximè elapſi, quo viginti octo Propoſitiones damnatæ fuerunt; examinatis ſedulò, & accuratè uſque ad hanc diem infraſcriptis aliis quadrageſimum quintum numerum implẽtibus, per plures in Sacra Theologia Magiſtros, ac per Eminentiſſimos, & Reverendiſſimos DD. Cardinales adverſus hæreticam pravitatem Generales Inquiſitores, eorum ſuffragia ſigillatim ſuper unaquaq; ipſarum audivit.

Propoſitio 29. In die Jejunii, qui ſępiùs modicum quid comedit, etſi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit Jejunium.

30 Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, ſunt excuſati ab obligatione jejunii, nec debent ſe certificare, an labor ſit compatibilis cum jejunio.

31 Excuſantur abſolutè à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamſi iter neceſſarium non ſit, & etiamſi iter unius diei conficiant.

32 Non eſt evidens, quòd conſuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadrageſima obliget.

33 Reſtitutio fructuũ ob omiſſionem horarum ſuppleri poteſt per quaſcunque Eleemoſynas, quas anteà Beneficiarius de fructibus ſui beneficii fecerit.

34 In die Palmarum recitans officium Paſchale, ſatisfacit præcepto.

35 Unico officio poteſt quis ſatisfacere duplici præcepto pro die præſenti, & craſtino.

36 Regulares poſſunt in foro conſcientiæ uti privilegiis ſuis, quæ ſunt expreſſè revocata per Concilium Tridentinum.

37 Indulgentiæ conceſſæ Regularibus, & revocatæ a Paulo V. hodie ſunt revalidatæ.

38 Mandatum Tridentini factum Sacerdoti ſacrificanti ex neceſſitate cum peccato mortali confitendi quamprimùm, eſt conſilium, non præceptum.

39 Illa particula *quamprimùm* intelligitur, cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur.

40 Eſt probabilis opinio, quæ dicit, eſſe tantum veniale oſculũ habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus ulterioris, & pollutionis.

41 Non eſt obligandus concubinarius ad eiiciendam concubinam, ſi hæc nimis utilis eſſet ad oblectamentum concubinarii, vulgo *regalo*, dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio

ma-

magno concubinarium afficerent, & aliâ famula nimis difficilè inveniretur.

42 Licitum eſt mutuanti aliquid ultra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem uſq; ad certum tempus.

43 Annuum legatum pro Anima relictum non durat plus quàm per decem annos.

44 Quoad forum conſcientiæ, Reo correcto, ejuſque contumacia ceſſante, ceſſant cenſuræ.

45 Libri prohibiti donec expurgentur, poſſunt retineri, uſque dum, adhibita diligentia, corrigantur.

Quibus maturè penſatis, idem Sanctiſſimus ſtatuit, ac decrevit, prædictas Propoſitiones, & unamquamque ipſarum, ut minimùm, tanquam ſcandaloſas eſſe damnandas, & prohibẽdas, ſicut eas damnat, ac prohibet: Itaut quicunq; illas, aut conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputativè, publicè, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem, à qua non poſſit (præter quam in articulo mortis) ab alio quacunq; etiam dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuſcumque conditionis, dignitatis, ac ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Ioan. Lupus S. Romanæ, & univerſ. Inquiſit. Not.

Loco † ſigilli.

Anno à Nativitate D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexto, Indictione quarta, die verò 23. menſis Martii, Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris, D. N. D. Alexandri, Divina Providentia Papæ VII. anno undecimo, ſupradictum Decretũ affixum, & publicatũ fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Carolum Melanum ejuſdẽ Sanctiſs. D. N. Papæ, & Sanctiſs. Inquiſitionem Curſorem.

Feria v. die 15. *Julii* 1666.

In Congregatione Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſſimo D. N. D. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana adverſus hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter Deputatis.

PRODIIT menſibus elapſis libellus quidam idiomate Gallico impreſſus abſq; nomine Auctoris, & ſine loco impreſſionis, cui titulus. Recit de ce, qui s'eſt paſsé, au Parlament, au ſujet de la Bulle de noſtre Sainor Pere le Pape Alexandre VII. contres les Cenſures de Sorbonne. Cumq; Sanctiſs. D. N. Alexandro prædicto, ac Eminentiſs. & Reverendiſſimis DD. Cardinalibus Supremis, & Generalibus Inquiſitorib. in tota Rep. Chriſtiana innotuerit libellum prędictum falſitatibus, & erroribus undequaq; eſſe refertum, Auctoremq; omnia ſuo capite componere, continereque propoſitiones erroneas, & ſcandaloſas, Sanctiſs. D. N. & Sanctæ Sedis Auctoritati injurioſas. Sanctitas ſua huic malo occurrere volens, quod in perniciem Reip. Chriſtianæ verti poſſet, auditis votis Eminentiſs. ſuprad. mandavit, atque decrevit libellum prædictum omnibus prohiberi, prout præſenti Decreto damnat, & prohibet, ac ſub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis decernit, ne quis libellum prædictum apud ſe retinere, legere, vel quocunq; idiomate imprimere, vel imprimi facere audeat. ſed eundem libellum, vel locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus ſtatim tradere, & conſignare teneatur.

Ioan. Lupus S. Romanæ, & univerſ. Inquiſit. Not.

Loco † ſigilli.

Feria

Feria v. die 5. Maii 1667.

In Congregatione Sanctæ Romanæ, & univerſali Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſſimo D. N. D. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana adverſus hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter Deputatis.

SAnctiſs. D. N. Alexander Papa VII. cum acceperit non ſine gravi animi mœrore Scolaſticos quoſdam acriùs, nec abſq; fidelium ſcandalo inter ſe cōtendere, an illa atritio, quæ concipitur ex metu Gehennæ excludens voluntatem peccandi cum ſpe veniæ ad impetrandam gratiam in Sacramento Pœnitentiæ, requirat inſuper aliquem actum dilectionis Dei, aſſerentibus quibuſdam, negantibus aliis, & ad invicem adverſam ſententiam cenſurātibus; Sanctitas ſua enixè cupiens pacis vinculum inter fideles ſervari, omnemque ſciſſuræ fomitem extingui, auditis votis Eminentiſs. & Reverendiſs. DD. Cardinalium adverſùs hæreticam pravitatem Generalium Inquiſitorum, nec non DD. Conſultorum, & Qualificatorum Sacræ Congregationis ejuſdem Generalis Inquiſitionis, hoc præſenti Decreto In Virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ huic S. Sedi reſervatæ, aliiſq; pœnis ejuſdem S. Sedis Arbitrio taxandis præcepit cunctis, & ſingulis fidelibus quocunq; gradu, ac dignitate, etiā Epiſcopali, & majori, immò & Cardinalitia fulgentibus, ut ſi deinceps de materia atritionis præfatæ ſcribent, vel libros, aut ſcripturas edent, vel docebunt, vel prædicabunt, vel alios quovis modo pœnitentes, aut Scolares, cœteroſve erudient, non audeant alicujus Theologicæ Cenſuræ, alteriuſve injuriæ, aut contumeliæ nota taxare alterutram ſententiam, ſive negantem neceſſitatem aliqualis dilectionis Dei in præfata atritione ex metu Gehennæ cōcepta, quæ hodiè inter Scolaſticos cōmunitèr videtur, ſive aſſerentem dictæ dilectionis neceſſitatem, donec ab hac Sancta Sede fuerit aliquid hac in re definitum. Statuitq; præterea Decretum hoc, ſeu illius exemplum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixum omnes ubique exiſtentes arctare, & afficere, ac ſi unicuiq; perſonaliter fuiſſet intimatum.

Fran. Ricardus S. Rom. & univerſ. Inquiſit. Not.

Loco † ſigilli.

Conſtitutio Clementis Papæ IX.

Qua prohibetur liber titulo Rituel Romain du Pape Paul V. à l' uſage du dioceſe d' Alet avec les inſtructions, & les rubriques en Francois.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

CReditæ Nobis Divinitùs omnium Eccleſiarū ſollicitudinis ratio exigit, ut Eccleſiaſticæ diſciplinæ, cujus Cuſtodes à Domino conſtituti ſumus, ubique conſervandæ jugiter incumbentes, omni cura, atq; vigilantia præcavere ſtudeamus, ne quid in eam irrepat, quo quomodolibet turbari, aut à præſcriptis ritibus aberrare, & via erroribus aperiri poſſit. Cum itaq; (ſicut nobis innotuit) anno proximè elapſo typis impreſſus, ac in lucem Pariſiis editus fuerit Gallico Idiomate liber, cui titulus eſt: Rituel Romain du Pape Paul V. a l' uſage du Dioceſe d' Alet avec les inſtructions, & les rubriques en Francois; in quo non ſolùm continentur nonnulla ab ipſo Rituali Romano juſſu fel. rec. Pauli Papæ V. Prædeceſſoris noſtri edito, aliena, ſed etiam doctrinæ quædam, & propoſitiones falſæ, ſingulares, in praxi periculoſæ, erroneæ, & conſuetudini in Eccleſia communiter receptæ, atque Eccleſiaſticis Conſtitutionibus oppoſitæ, & repugnantes, quarum uſu, & lectione Chriſti fideles in jam damnatos errores ſenſim induci, ac pravis opinionibus infici poſſent. Nos opportunum huic malo remediū

adhi-

adhibere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, librum ſub titulo Ritualis Gallico idiomate editum præfatum, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium omninò damnamus, reprobamus, & interdicimus, ac pro damnato, reprobato, & interdicto haberi volumus, ejuſq; impreſſionem, lectionem, retentionem, & uſum univerſis, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, præſertim Civitatis, & Diœceſis Aleten., cujuſcunq; gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtant, licèt de illis ſpecialis, & individua mentio habenda foret, ſub pœna excõmunicationis latæ ſententię ipſo facto incurrendę perpetuo prohibemus. Mandantes, ut ſtatim quicunq; illum habuerint, vel in futurum quandocunque habebunt, locorum Ordinariis, vel Inquiſitoribus, qui verò Venerabili Fratri Epiſcopo Aleten. ſubſunt, Metropolitano, aut uni ex vicinoribus Epiſcopis realiter, & cum effectu exhibeant, tradant, & conſignent; qui nulla interpoſita mora exemplaria ſibi tradita, & alia quæcunq; habuerint, igne comburant, & comburi faciant; In contrarium faciẽtibus non obſtan. quibuſcunque. Ut autem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, Volumus, & auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curſoribus noſtris publicari, ac illarum exempla ibidem affixa relinqui, illaque ſic publicatas omnes, & ſingulos quos concernunt, perindè afficere, & arctare, ac ſi illorum unicuiq; perſonaliter notificatæ, & intimatæ fuiſſent; Ipſarum verò præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eandem fidem in judicio, & extra illud haberi, quæ eiſdem præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 9. Aprilis 1668. Pontificatus noſtri Anno primo.

I. G. Sluſius.

Anno à Nativitate D. N. Ieſu Chriſti 1668. Indictione ſexta, die verò 17. menſis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Divina Provident. Papæ IX anno eius primo, ſupradictum Breue affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorũ, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Carolum Melanum Sanctiſs. D. N. Papæ, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

Conſtitutio Clementis Papæ IX.

Qua prohibetur liber titulo le nouveau Teſtament de noſtre Seigneur Jeſus Chriſt traduit en Francois ſelon l' edition vulgate avec les differences du Grec.

DEbitum Paſtoralis officii, quo Eccleſiæ Catholicæ per univerſum Orbem diffuſæ regimini, Divina diſpoſitione præſidemus, exigit, ut Sacras Scripturas in ea puritate, in qua per tot ſecula ingenti Divinæ Bonitatis beneficio conſervatæ fuerunt, illibatas cuſtodire omni ſtudio, atque vigilantia ſatagamus. Cùm itaque, ſicut ad aures noſtras pervenit, liber quidam verſionis Gallicæ novi Teſtamenti, cui titulus eſt: Le nouveau Teſtament de noſtre Seigneur Jeſus Chriſt traduit en Francois ſelon l' edition vulgate avec les differences du Grec: Montibus Hannoniæ, & Lugduni (ut inſcribitur) typis impreſſus, ac in lucem editus fuerit: Nos librum hujuſmodi nonnullis Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, aliiſq; viris pietate, doctrina, atq; ſapientia præſtantibus, maturè, quantum rei gravitas poſtulat, diſcutiendum, atque examinandum commiſimus; quorum ſententiis auditis, atque conſideratis, eundem librum verſionis Gallicæ novi Teſtamenti, ut ſupra, & ubicunque impreſſum, ſive in poſterum imprimendum, tanquam temerarium, damnoſum, à vulgata editione prædicta difformem, & offendicula ſimplicium continentem, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium damnamus, & prohibemus; itaut nemo deinceps, cujuſcunque gradus, & conditionis exiſtat, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignus, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ, illum legere, retinere, vendere, aut imprimere, vel imprimi facere audeat, vel præſumat; ſed ſub eadem pœna quicunq; illum habent, loco-

rum

rum Ordinariis, ſeu Inquiſitoribus ſtatim atq; præſentis prohibitionis notitiam habuerint, exhibere teneantur. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Ut autem præſentes literæ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, volumus, & auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curſoribus noſtris pualicari, ac illatum exempla ibidem affixa relinqui, illaſque ſic publicatas omnes, & ſingulos quos concernunt, in Italia quidem poſt menſem, extrà Italiam verò poſt quatuor menſes, à die publicationis hic in Urbe faciendæ, numerandos, perinde afficere, & arctare, ac ſi illorum unicuiq; perſonalitet notificatæ, & intimatæ fuiſſent; Ipſarum verò literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eamdem fidem in judicio, & extra illud haberi, quæ eiſdem præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 20. Apri. 1668. Pontificatus Noſtri Anno primo.

I. G. Sluſius.

Anno à Nativitate D. N. Ieſu Chriſti 1668. Indictione ſexta, die verò 23. menſis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ IX. Anno ejus primo, ſupradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicę Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Carolum Melanum Sanctiſs. D. N. Papæ, & Sanctiſs. Inquiſitionis Curſor.

Feria v. die 21. *Auguſti* 1670.

Decretum emanatum in Congregat. Generali Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſs. D. N. D. Clemente Div. Providen. Papa X. ac Eminentiſs., & Reverendiſs. DD. S.R.E. Cardinal. in tota Repub. Chriſtiana contra hæreticam pravitatem General. Inquiſit. à S. Sede Apoſtol. ſpecialiter Deputatis. Super inſtructione Teſtium examinandorum pro Matrimoniis contrahendis.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. CUM aliàs per Sacram Congregationem S. Officii iteratis Inſtructionibus ab eadem emanatis de Anno 1658. & 1665. locorumq; Ordinariis tranſmiſſis, proviſum fuerit, ut præſcriptis Interrogatoriis faciendis Teſtibus, qui ad probandum ſtatum liberum contrahentiũ matrimonium inducuntur, omnis prorsùs ſecluderetur aditus iis, qui adhùc vivente altero Conjuge, aut alias impediti ad ſecũda illicita vota tranſire ſatagebant: Videns nihilominùs Sanctiſs. D.N. quamplures locorum Ordinarios, vel eorum Vicatios, & Deputatos ad excipiendas teſtium depoſitiones, necnon Parochos, & Notarios in caſibus expreſſis, aut omittere, aut non obſervare earumdem Inſtructionum tenotem; Et licèt aliquandò plenè obſervent, non tamen interrogare teſtes ſuper aliis impedimentis dirimentibus.

Decret. Poſt. adiungit. §. 1. Ideò volens Sanctitas Sua prædictis malis occurrere, re maturè conſiderata cum Eminentiſs., & Reverendiſs. Dom. Cardinalibus Generalibus Inquiſitoribus, pręſenti Decreto perpetuis futuris temporibus duraturo, iterùm injungit omnibus Vicariis, ſeu Deputatis pro examinandis Teſtibus ad probandum ſtatum liberum contrahentium matrimonium; necnon Parochis, Notariis, & quibuſcunq; aliis reſpectivè, ſub pœnis etiam gravibus corporalibus arbitrio Sac. Cong. Ut Inſtructionem infraſcriptam ad unguem obſervent.

§. 2. Ut autem pręſens Decretum, & Inſtructio ad omnium notitiam faciliùs deveniant, decrevit illa ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolor., & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ac Palatio S. Officii ejuſdem Urbis per aliquem ex Curſoribus Sanctitatis Suæ publicari, ac eorum exempla ibidem affixa relinqui; illaq; ſic publicata omnes, & ſingulos, quos concernunt, poſt duos menſes à die publicationis in Urbe faciendæ numerandos, perindè afficere, ac arctare, ac ſi illorum unicuique perſonalitèr notificata, & intimata fuiſſent. *Iubet publicari.*

INSTRUCTIO.

Pro examine illorum Teſtium, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, tàm in Curia Emin. & Reverendiſs. D. Card. Urbis Vic. quàm in aliis Curiis cæterorum Ordinar.

IN primis Teſtis moneatur de gravitate juramēti in hoc præſertim negotio pertimeſcendi, in quo Divina ſimùl, & humana Majeſtas læditur, ob rei, de qua tractatur importanriam, & gravitatem, & quòd imminet pœna Triremium, & fuſtigationis deponenti falſum.

2 Interrogetur de nomine, cognomine, patria, ætate, exercitio, & habitatione.

3 An ſit Civis, vel Exterus, & quatenùs ſit exterus, à quanto tempore eſt in loco, in quo Teſtis ipſe deponit.

4 An ad examen acceſſerit ſponte, vel requiſitus: Si dixerit acceſſiſſe ſponte à nemine requiſitum, dimittatur, quia præſumitur mendax, Si verò dixerit acceſſiſſe requiſitum. Interrogetur a quo, vel à quibus, ubi, quando, quomodo, coram quibus, & quoties fuerit requiſitus, & an ſciat adeſſe aliquod impedimentum inter contrahere volentes.

5 Interrogetur an ſibi pro hoc teſtimonio ferendo fuerit aliquid datum, promiſſum, remiſſum, vel oblatum à contrahere volentibus, vel ab alio ipſorum nomine.

6 Interrogetur an cognoſcat ipſos contrahere volentes, & à quanto tempore; in quo loco, qua occaſione, & cujus qualitatis, vel conditionis exiſtant.

Si reſponderit negativè, Teſtis dimittatur: ſi verò affirmativè.

7 Interrogetur, an contrahere volentes ſint Cives, vel exteri: ſi reſponderit eſſe exteros; ſuperſedeatur in licentia contrahendi, donec per literas Ordinarii ipſorum contrahere volentium, doceatur de eorum libero ſtatu, de eo tempore, quo permanſerunt in ſua Civitate, vel Diœceſi. Ad probādum verò eorundem contrahere volentium ſtatum liberum pro reliquo temporis ſpatio, ſcilicèt, uſq; ad tempus, quo volunt contrahere, admittantur Teſtes idonei, qui legitimè, & concludentèr deponant ſtatum liberum contrahere volentiū, & reddant ſufficientem rationem cauſæ eorum ſcientiæ, abſq; eo quod teneantur deferre atteſtationes Ordinariorum locorū, in quibus contrahere volentes moram traxerunt.

Si verò reſponderit contrahere volentes eſſe Cives.

9 Interrogetur ſub qua Parochia hactenus cōtrahere volentes habitarunt, vel habitent de præſenti.

Item an ipſe Teſtis ſciat, aliquē ex prædictis contrahere volentibus quandoque habuiſſe Uxorem, vel Maritum, aut profeſſum fuiſſe in aliqua Religione approbata; vel ſuſcepiſſe aliquem ex Ordinibus Sacris, Subdiaconatum ſcilicèt, Diaconatū, vel Presbyteratum; vel habere aliud impedimentum, ex quo non poſſit contrahi Matrimonium.

Si verò Teſtis reſponderit non habuiſſe uxorem, vel maritum, neq; aliud impedimentum ut ſupra.

10 Interrogetur de cauſa ſcientiæ, & an ſit poſſibile, quod aliquis ex illis habuerit uxorem, vel maritum, aut aliud impedimentum &c. & quod ipſe Teſtis neſciat.

Si reſponderit affirmativè, ſuperſedeatur, niſi ex aliis Teſtibus probetur concludentèr non habuiſſe uxorem, vel maritum, neq; ullum aliud impedimentum &c.

Si verò reſponderit negativè.

11 Interrogetur de cauſa ſcientiæ, ex qua deindè Judex colligere petatur, an Teſti ſit danda fides.

Si reſponderit contrahere volentes habuiſſe uxorem, vel maritum, ſed eſſe mortuos.

12 Interrogetur de loco, & tempore, quo ſunt mortui, & quomodo ipſe Teſtis ſciat fuiſſe Conjuges, & nunc eſſe mortuos. Et ſi reſpondeat mortuos fuiſſe in aliquo Hoſpitali, vel vidiſſe ſepeliri in certa Eccleſia, vel occaſione militiæ ſepultos fuiſſe à militibus, non detur licentia contrahendi, niſi prius recepto teſtimonio authentico à Rectore Hoſpitalis, in quo prædicti prædeceſſerunt, vel à Rectore Eccleſiæ, in qua humata fuerunt eorum cadavera, vel ſi fieri poteſt, à Duce illius Cohortis, in qua deſcriptus erat miles. Si tamen hujuſmodi teſtimonia haberi nō poſſunt; Sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, quæ de jure communi poſſunt admitti, dummodò ſint legitimæ, & ſufficientes.

13 Interrogetur, an poſt mortem dicti Con-

Conjugis defuncti, aliquis ex prædictis contrahere volentibus tranſierit ad ſecunda vota.

Si reſponderit negativè.

14 Interrogetur, an eſſe poſſit, quòd aliquis ex illis tranſierit ad ſecunda vota, abſque eo quod ipſe Teſtis ſciat.

Si reſponderit affirmativè, ſuperſedeatur in licentia, donèc producantur Teſtes, per quos negativa coarctetur cõcludẽter.

Si verò negativè.

15 Interrogetur de cauſa ſcientiæ, qua perpenſa, Judex poterit judicare, an ſit concedenda licentia, vel nè.

Si contrahentes ſunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, niſi doceant per fides Ordinariorum ſuorum eſſe liberos, & in aliis ſervata forma Concilii Tridentini in cap. Multi, ſeſſ. 24.

Fides, aliaque documenta, quæ producuntur de partibus, non admittantur, niſi ſint munita ſigillo, & legalitate Epiſcopi Ordinarii, & recognita ſaltem per Teſtes, qui habeant notam manum, & ſigillum, & attentè conſideretur quòd fides, ſeù teſtimonia benè, & concludentèr identificent perſonas, de quibus agitur.

Pro teſtibus in hac materia recipiantur magis conſanguinei, quàm extranei; quia præſumuntur meliùs informati, & Cives magis, quàm Exteri; nec admittantur homines vagi, & milites, niſi data cauſa, & maturo conſilio; Et Notarius exactè deſcribat perſonam Teſtis, quem ſi cognoſcit, utatur clauſula, *mihi benè cognitus*: ſin minus, examen non recipiat, niſi una cum perſona Teſtis aliqua alia compareat cognita Notario, & quæ atteſtetur de nomine, & cognomine ipſius teſtis, necnon de idoneitate ejuſdem ad teſtimonium ferendum. Et hujuſmodi examinibus debet intereſſe in Urbe ultrà Notarium, Officialis ſpecialitèr deputan. ab Eminentiſs. Vicario; & extrà Urbem, vel Vicar. Epiſcopi, vel aliqua alia perſona inſignis, & idonea ab Epiſcopo ſpecialitèr deputanda; aliàs puniatur Notar. arbitrio Sacræ Congregationis, & Ordinarius non permittat fieri publicationes.

Ordinarii præcipiant omnibus, & ſingulis Parochis in eorum Diœceſibus exiſtentibus, ut pro matrimoniis cum exteris contrahendis non faciant publicationes in eorum Eccleſiis, niſi certiorato Ordinario, à quo, vel ejus Generali Vicario priùs teneantur authenticam reportare, quòd pro tali matrimonio fuerunt examinati Teſtes in eorum Tribunali, qui probant ſtatum liberum contrahere volentium &c.

Contravenientes antẽ ſeverè puniẽtur.

Anno à Nativitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1670. Indictione tersia, die verò 17. menſis Auguſti, Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ X. Anno Primo, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ de Vrbe, ac Palatii S. Officii ejuſdem Vrbis per me Petrum Paulum Deſiderium, ejuſdem Sanctiſs. D. N. Papæ, & Sanctiſs. Inquiſit. Curſ.

Feria iv. die 5. Julii 1673.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis habita in Conventu S. Mariæ ſuper Minerva coram Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana, contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter Deputatis.

CUM nonnulli Regulares, & Seculares variis in locis inſtituerint Confraternitates Mãcipiorum Matris Dei, dictas italicè, delli *Schiavi della Madre di Dio*, & catenulas diſtribuant Confratribus, & Consororibus brachiis, & collo circumponendas, atque geſtandas, ut eo ſigno Beatiſs. Virgini ſe mancipatos eſſe profiteantur, imagines quoque, & numiſmata catenatos Sodales exprimentia divulgent, & libellos, in quibus eiſdem Confraternitatibus Regulas præſcribunt, uſum hujuſmodi mancipatus, & meritum commendantes; Sacra Congregatio hunc abuſum aliàs diverſis in locis ſpecialibus Edictis à ſe prohibitum conſiderans nonnullorum ſtudio, & opera creſcere magis in dies, univerſali Edicto abolendum eſſe decrevit; quare omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus Utriuſq; ſexus, tàm Regulari-

bus, quàm Secularibus ſupradictarum catenularum uſum diſtrictè interdicit, Regularibus quidem ſub pœna privationis activæ, & paſſivæ vocis ipſo facto incurrenda: cœteris verò ſub pœnis gravibus ſuorum Ordinariorum arbitrio infligendis; Societates quocunq; nomine appellentur, quarum inſtitutum in eo mancipatu præcipuè verſatur, damnat, & extinguit; illis verò Societatibus, quæ ritum aliquẽ, aut quodcunque aliud ad mancipatum ejuſmodi pertinens adhibuerint, præcipit, ut ſub iiſdem pœnis id ſtatim rejiciant. Libellos demùm, imagines, & numiſmata, quæ ante dicta ſunt, damnat, vetatq; ſub pœnis in Indice Librorum prohibitorum latis in eos, qui libros vetitos retinent, aut divulgant, ut novus hic B. Virginis mancipatus omninò aboleatur. Contrariis quibuſcumq; non obſtantibus.

Fran. Riccardus S. Rom. & univerſ. Inquiſit. Not.

Anno à Nativitate D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio, die verò 15. menſis Iulii Indict. quarta, Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Div. Providentia Papæ X. anno ejus quarto, ſupradict. Edictum, ſeu Decretũ affixum, & publicatũ fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancell. Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ de Vrbe, ac Palatii S. Officii ejuſdem, Vrbis per me Ioan. Antonium Bertarelli ejuſdem Sanctiſſ. D. N. Papæ, ac Sanctiſſ. Inquiſitionis Curſorem.

Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam.

Suppreſſio Confraternitatum ſub titulo Gregis Boni Paſtoris.

Paſtoralis Officii, quod, authore Deo, gerimus, cura animum noſtrum aſſiduè ſollicitat, ut quæcunque piè licèt primitus inſtituta, irrepentibus ſubinde abuſibus non ſolùm à pietate receſſiſſe, ſed etiam gravibus ſcandalis cauſam præbere noſcuntur, è medio tollere, atq; abolere ſtudeamus, ſicut omnibus maturæ cõſiderationis trutina perpẽſis, ad Omnipotentis Dei gloriam, ac fidelium ędificationem cõſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Cum itaq; (ſicut accepimus) nonnullæ Congregationes, ſeù Confraternitates ſub invocatione Sanctiſſimi Sacramenti, B. Mariæ Virginis Immaculatæ, & S. Ioſephi, ſub titulo Gregis Boni Paſtoris, variis in locis ordinaria, ſeù etiam Apoſtolica auctoritate erectæ, & inſtitutæ exiſtãt; in quarum Conſtitutionibus, & regulis uſus quarundam catenularum, aliave quępiam à doctrina, & praxi Eccleſiæ diſſentanea reperiuntur, & de quarum Inſtituto libelli, folia, & imagines in vulgus edita ſunt, ex quibus ſcandala, & offenſiones in dies oriri poſſunt. Nos ejuſmodi mala, atque incommoda, ne latius ſerpant, Apoſtolicæ noſtræ ſollicitudinis ſarculo recidere cupientes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Chriſtiana adversùs hęreticam pravitatem generalium Inquiſitorum ab hac Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatorum conſilio, Congregationes, ſeù Confraternitates quaſcunque ſub invocatione Sanctiſſimi Sacramenti, Beatæ Mariæ Virginis Immaculatę, & S. Joſephi ſub titulo Gregis Boni Paſtoris ubicunq; terrarum, ſicut præmittitur, erectas, & inſtitutas, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò ſupprimimus, extinguimus, & abolemus, perpetuòq; ſuppreſſas, extinctas, & abolitas eſſe, & fore decernimus, & declaramus. Præterea libellos omnes, folia, Conſtitutiones, Regulas, Imagines, & uſum Catenularum hujuſmodi, aliave quæcunq; ad Inſtitutum earumdem Confraternitatum, ſeù Congregationum ſpectantia, eorumque reſpectivè lectionem, retentionem, & uſum quibuſcunque Chriſti fidelibus auctoritate, & tenore prędictis itidem perpetuò prohibemus, & interdicimus. Decernentes eaſdem pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari; Sicq; & nõ aliter, in præmiſſis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Apoſtolicę Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacunq; præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus

eus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictarum Confraternitatum, necnon quarumcunq; Eccleſiarum, tàm Secularium, quàm Regularium, in quibus Confraternitates ipſę erectæ ſunt, aliiſvè quibuſvis etiam juramẽto confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & cõſuetudinibus, privilegiis quoq;, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorũ effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cœteriſq; contrariis quibuſcunque. Ut autem eædem præſentes literæ ad omnium notitiã faciliùs deveniant, Volumus illas, ſeù earum exempla ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari, ſicq; publicatas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt perinde afficere, ac ſi unicuique illorum perſonaliter intimatæ fuiſſent; Utque ipſarum præſentium literarum tranſumptis, ſeù exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillò perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubiq; locorum in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 15. Decẽbris 1673. Pontificatus noſtri Anno IV.

I. G. Sluſius.

Feria v. die 22. Auguſti 1675.

In Congregatione Generali S. Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palat. Apoſtolica apud Sanctam Mariam Majorem coram Sanctiſſimo D. N. D. Clemente Divina Providentia Papa X. ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in Univerſa Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Inquiſitoribus Generalibus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter Deputatis.

SAnctiſſimus D. N. CLEMENS Papa X. præſenti Decreto omninò prohibet, & damnat Librum infraſcriptum, eumq; prò damnato haberi voluit ſub pœnis, & cenſuris in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum prohibitorum contentis, aliiſque arbitrio Sanctitatis Suæ infligendis. Eſt autem Liber, cui titulus. ***Naturalium doctrina Andreæ Piſſini Lucenſis, qua, funditus everſis materiei prima, formaquè ſubſtantialis, & accidentalis, cunctiſque fermè ſectariorum ſententiis, cujuslibet auctoritate poſthabita, rationibus firmis inopinata ſubſistuuntur, aut penitus obſoleta revocantur.***

Loco † ſigilli.

Fran. Riccardus S. Rom & univerſ. Inquiſit. Not.

Die decima tertia menſis Septemb. 1675. ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Franciſcum Perinum S. D. N. Papæ, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

Sanctiſs. D. N. D. Innocentii Div. Prov. Papæ XI.

Conſtitutio contra ſurripientes Hoſtiam conſecratam, ſeù unam, vel plures Particulas conſecratas cum Pyxide, vel ſine ea, ſivè illam, vel illas apud ſe retinentes.

INNOCENTIUS EPISCOPUS Servus Servor. Dei. Ad perpet. rei memor.

AD noſtri Apoſtolatus auditum deteſtanda quorundam iniquitatis filiorum pervenit audacia, qui omnis impietatis terminos ſupergreſſi, manus ſacrilegas nè à Sancto quidem Sanctorum, auguſtiſſimo ſcilicèt Euchariſtiæ Sacramento, quod tranſiturus de hoc mundo ad Patrem Salvator, & Dominus Noſter Jeſus Chriſtus in memoriam cruenti illius Sacrificii, quo ſe ipſum pro Generis humani redemptione in ara Crucis Deo Patri immolavit, ineffabili divini amoris ſui largitate Corpus ſuum in cibum, & ſanguinem in potum Nobis tribuendo inſtituit, continere, tanti, tamque tremendi formidine myſterii compelluntur. Quocircà ad reprimendam horrendam ejuſmodi impietatem, quæ animum noſtrum ipſa ſui immanitate confudit, in nomine ejuſdem Dom. Noſtri Jeſu Chriſti exurgentes Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera ſcientia, & deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Chriſtiana adverſus hæreticam pravitatem Generalium Inquiſitorum à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialitèr deputatorum conſilio hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, & decernimus, ut deinceps omnes, & ſinguli utriuſque ſexus, qui de furto Hoſtiæ conſecratæ, ſivè unius, vel plurium particularum conſecratarum cum ſacra Pyxide, vel ſine illa per legitima indicia judicialitèr juxtà Sancti Officii Inquiſitionis contra hæreticam pravitatem auctoritate Apoſtolica inſtituti regulas, & praxim confeſſi, aut convicti fuerint, quivè propria malitia, vel de alterius ordine, ſeù mandato Hoſtiam, ſivè unam, vel plures particulas conſecratas prædictas apud ſe retinuerint, vel aliò transferre, ſeù aſportare præſumpſerint, condignis pœnis, & animadverſionibus pro facinoris atrocitate puniantur, & niſi conſtiterit non fuiſſe ad malum finem, etiam pro prima vice Curiæ Seculari tradantur, non obſtante minori ætate, dūmodò vigeſimum attingant annum, quibus pœnis etiam mandantes ſubjaceant; porrò omnimodam cognitionem cauſarū furti Hoſtiæ conſecratæ, ſivè unius, vel plurium particularum conſecratarum hujuſmodi cum Pyxide, vel ſine illa, tanquā delicti hæreſim, vel vehementem hæreſis ſuſpicionem continentis ad Judices Eccleſiaſticos, & ad Sanctæ Inquiſitionis Officium prædictum privativè ſpectare, eadē auctoritate harum ſerie, & motu ſimili declaramus, decernentes præſentes noſtras literas, & in eis contenta quæcunq;, etiam ex eo quòd quilibet in præmiſſis, ſeù eorū aliquo, jus, vel intereſſe habentes, ſeù habere quomodolibet prætendentes cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis exiſtant, ſivè alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi, neque cauſæ, propter quas eædem præſentes emanaverint, adductæ, verificatæ, vel ſufficientèr, aut ullo modo juſtificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeù intentionis noſtræ, aut intereſſe habentiū conſenſus, aliovè quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeù adversùs illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudvè quodcunq; juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut etiam motu pari, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſimili conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extrà illud uti, ſeù ſe juvare ullo modo poſſe, ſed ipſas præſentes ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit invjolabili-

bilitèr, & inconcuſsè obſervari; Sicq;, & non alitèr in præmiſſis cenſeri, atq; ita per quoſcunq; Judices Ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtol. Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Card., etiam de latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis prædictæ Nuncios, aliosvè quoslibet quacunque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet alitèr judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Non obſtantibus, quatenùs opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoq;, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis perſonis, Collegiis, & locis, etiam ſpecifica, & individua mentione dignis, etiam ſub quibuſcunq; verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam irritantibus in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeù conſiſtorialitèr, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, & individua mentio, ſeù quævis alia expreſſio ad id ſervanda foret, illorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis inſertis, & exactiſſimè ſervatis, & ſpecificatis reſpectivè habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxàt ad præmiſſorum effectum pleniſſimè, & ampliſſimè motu pari derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Volumus inſuper, & eadem auctoritate prædicta mandamus, ut eædem præſentes, & in eis contenta, quæcunq; ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quiſpiam de eis ignorantiam prætendere valeat, ipſas præſentes, ſeu earum tranſumpta ad Valvas Eccleſiæ S. Joannis in Laterano, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Floræ per aliquem ex Curſoribus noſtris, ut moris eſt, publicari, & affigi; Sicq; publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos concernunt, ſeù concernent in futurum, perindè afficere, & arctare, ac ſi unicuique illorum perſonalitèr intimatæ, & notificatæ fuiſſent, utq; earundem præſentium tranſumptis, ſeù exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs, tam in judicio, quàm extrà illud ubique locorum fides habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti, decreti, declarationis, derogationis voluntatis, ac mandati infringere vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſexto quarto Idus Martii Pontificatus noſtri Anno Primo.

S. Datarius. *I. G. Sluſius.*

Viſa de Curia S. de Pilaſtris. *D. Ciampinus.*

Anno à Nativitate D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo Indict. 15. die verò vigeſima octava menſis Auguſti Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Innocentii Div. Providen. Papa XI. anno primo ſupradicta Conſtitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancell. Apoſtolica, & in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Franciſcum Perinum ejuſdem Sanctiſs. D. N. Papa, & Sanctiſs. Inquiſit. Curſ.

Feria v. die 2. Martii 1679.

In Generali Congregatione S. Romana, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palat. Apoſtolico Vaticano coram Sanctiſſimo D. N. Innocentio Divina Providentia Papa XI. ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem General. Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter Deputatis.

SAnctiſſimus D. N. Innocentius Papa XI. prædictus ovjum ſibi à Deo creditarum ſaluti ſedulò incumbens, & ſalubre opus in ſegregandis noxiis doctrinarum paſcuis ab innoxiis à fel. recor. Alexandro VII. Prædeceſſore ſuo incboatum proſequi volens, plurimas propoſitiones, partim ex diverſis, vel libris, vel theſibus, ſeù ſcriptis excerptas, & partim noviter adinventas Theologorum plurium examini, & deindè Eminentiſs. & Reverendiſs. Dominis Cardinalibus contra hæreticam pravitatem generalib. Inquiſitoribus ſubjecit, quibus propoſitionibus ſedulò, & accuratè ſæpiùs diſcuſſis, eorundem Eminentiſſimorum Cardinalium, & Theologorum votis per Sanctitatem Suam auditis: Idem Sanctiſſimus D.N., re poſteà maturè conſiderata, ſtatuit, & decrevit pro nunc ſequentes propoſitiones, & unamquamque ipſarum, ſicut jacent, ut minimùm, tanquam ſcandaloſas, & in praxi pernicioſas, eſſe damnandas, & prohibendas, ſicuti eas damnat, & prohibet. Non intendens tamen Sanctitas Sua per hoc Decretum alias propoſitiones in ipſo non expreſſas, & Sanctitati Suæ quomodolibet, & ex quacunque parte exhibitas, vel exhibendas ullatenùs approbare.

1 *Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, niſi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc ſententia probabili tantùm utendum non eſt in collatione Baptiſmi, Ordinis Sacerdotalis, aut Epiſcopalis.*

2 *Probabiliter exiſtimo, Judicem poſſe judicare juxtà opinionem, etiam minus probabilem.*

3 *Generatim dum probabilitate, ſivè intrinſeca, ſivè extrinſeca quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, cõfiſi aliquid agimus, ſemper prudenter agimus.*

4 *Ab infidelitate excuſabitur Infidelis nõ credens ductus opinione minùs probabili.*

5 *An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei ſemel tãtùm in vita eliceret. Condemnare non audemus.*

6 *Probabile eſt, nè ſingulis quidem rigorosè quinquenniis per ſe obligare præceptum charitatis erga Deum.*

7 *Tunc ſolùm obligat, quando tenemur juſtificari, & non habemus aliam vjam, qua juſticari poſſumus.*

8 *Comedere, & bibere uſque ad ſatietatem ad ſolam voluptatem, non eſt peccatum, modò non obſit valetudini, quia licitè poteſt appetitus naturalis ſuis actibus frui.*

9 *Opus conjugii ob ſolam voluptatẽ exercitum omni penitus caret culpa, ac defectu veniali.*

10 *Non tenemur proximũ diligere actu interno, & formali.*

11 *Præcepto proximum diligendi ſatisfacere poſſumus per ſolos actus externos.*

12 *Vix in Secularibus invenies, etiam in Regibus ſuperfluum ſtatui. Et ità vix aliquis tenetur ad eleemoſynam, quando tenetur tantùm ex ſuperfluo ſtatui.*

13 *Si cum debita moderatione facias, potes abſq; peccato mortali de vita alicujus triſtari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & deſiderare; non quidem ex diſplicentia perſonæ, ſed ob aliquod temporale emolumentum.*

14 *Licitum eſt abſoluto deſiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, ſed ut bonum cupientis; quia nimirum ei obventura eſt pinguis hæreditas.*

15 *Licitum eſt filio gaudere de parricidio Parentis à ſe in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias indè ex hæreditate conſecutas.*

16 *Fides non cenſetur cadere ſub præceptum ſpeciale, & ſecundùm ſe.*

17 *Satis eſt actum fideì ſemel in vita elicere.*

18 *Si à poteſtate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei glorioſum conſulo, tacere ut peccaminoſum per ſe non damno.*

19 *Voluntas non poteſt efficere, ut aſſen-*

ſus

ſus fidei in ſeipſo ſit magis firmus, quàm mereatur pondus rationum ad aſſenſum impellentium.

20 *Hinc poteſt quis prudenter repudiare aſſenſum quem habebat ſupernaturalem.*

21 *Aſſenſum fidei ſupernaturalis, & utilis ad ſalutem ſtat cum notitia ſolùm probabili revelationis; immò cùm formidine, qua quis formidet, ne non ſit locutus Deus.*

22 *Non niſi fides unius Dei neceſſaria videtur neceſſitate medii, non autem explicita Remuneratoris.*

23 *Fides latè dicta ex Teſtimonio creaturarum, ſimilivè motivo ad juſtificationem ſufficit.*

24 *Vocare Deum in Teſtem mendacii levis, non eſt tanta irreverentia, propter quam velit, aut poſſit damnare hominem.*

25 *Cum cauſa licitum eſt jurare ſine animo jurandi, ſivè res ſit levis, ſivè gravis.*

26 *Si quis, vel ſolus, vel coram aliis, ſivè interrogatus, ſivè propria ſponte, ſivè recreationis cauſa, ſivè quocunq; alio fine juret ſe non feciſſe aliquid, quod re vera fecit, intelligendo intra ſe aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam vjam ab ea, in qua fecit, vel quod vis aliud additum verum, revera non mentitur, nec eſt perjurus.*

27 *Cauſa juſta utendi his amphibologiis eſt, quoties id neceſſarium, aut utile eſt ad ſalutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet aliũ virtutis actũ, ita ut veritatis occultatio cenſeatur tunc expediens, & ſtudioſa.*

28 *Qui mediante commendatione, vel munere ad Magiſtratum, vel Officium publicum promotus eſt, poterit cum reſtrictione mentali præſtare juramentum, quod de mandato Regis à ſimilibus ſolet exigi, non habito reſpectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.*

29 *Urgens metus gravis eſt cauſa juſta Sacramentorũ adminiſtrationem ſimulandi.*

30 *Fas eſt viro honorato occidere invaſorem, qui nititur calumniam inferre, ſi aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, ſi quis impingat alapam, vel fuſe percutiat, & poſt impactam alapam, vel ictum fuſtis fugiat.*

31 *Regulariter occidere poſſum furem pro conſervatione unius aurei.*

32 *Non ſolùm licitum eſt defendere defenſione occiſiva, quæ actu poſſidemus, ſed etiam ad quę jus inchoatum habemus, & quę nos poſſeſſuros ſperamus.*

33 *Licitum eſt tàm hæredi, quàm legatario contra injuſtè impedientem, nè vel hæreditas adeatur, vel legata ſolvantur, ſe taliter defendere, ſicut, & jus habenti in Cathedrã, vel Præbendam contra eorum poſſeſſionem injuſtè impedientem.*

34 *Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne Puella deprehenſa gravida occidatur, aut infametur.*

35 *Videtur probabile omnem fœtum, quãdiù in utero eſt, carere anima rationali, & tunc primum incipere eamdem habere, cum paritur, ac conſequenter dicendum erit in nullo abortu homicidium committi.*

36 *Permiſſum eſt furari, non ſolùm in extrema neceſſitate, ſed etiam in gravi.*

37 *Famuli, & famulæ domeſticæ poſſunt occultè heris ſuis ſurripere ad compẽſandam operam ſuam, quàm majorem judicant ſalario, quod recipiunt.*

38 *Non tenetur quis ſub pœna peccati mortalis reſtituere quod ablatum eſt per pauca furta, quantuncunque ſit magna ſumma totalis.*

39 *Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad reſtitutionem iſtius damni illati.*

40 *Contractus Mohatra licitus eſt etiam reſpectu ejuſdem perſonæ, & cum contractu retrovenditionis prævjè inito cùm intentione lucri.*

41 *Cùm numerata pecunia pretioſior ſit numeranda & nullus ſit, qui non majoris faciat pecuniam præſentem, quàm futuram; poteſt creditor aliquid ultrà ſortem à mutuatario exigere, & eo titulo ab uſura excuſari.*

42 *Uſura non eſt, dum ultrà ſortem aliquid exigitur, tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, ſed ſolùm ſi exigatur tanquam ex juſtitia debitum.*

43 *Quidni non niſi veniale ſit detrahentis auctoritatem magnam ſibi noxiam falſo crimine elidere?*

44 *Probabile eſt non peccare mortaliter, qui imponit falſum crimen alicui, ut ſuam juſtitiam, & honorem defendat. Et ſi hoc non ſit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.*

45 *Dare temporale pro ſpirituali non eſt ſimonia, quando temporale non datur tanquam pretium, ſed duntaxat tanquam motivum conferendi, vel efficiendi ſpirituale, vel etiam quando temporale ſit ſolùm gratuita compenſatio pro ſpirituali, aut è contra.*

46 *Et id quoq; locum habet, etiamſi Temporale ſit principale motivum dandi Spirituale; immò etiamſi ſit finis ipſius rei ſpiritualis, ſic ut illud pluris aſtimetur, quàm res ſpiritualis.*

47 *Cùm dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint ad Eccleſias promovent, Concilium, vel primò videtur per hoc digniores non aliud ſignificare velle, niſi dignitatem eligendorum, ſumpto comparativo pro poſitivo: vel ſecundò, locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignos, non verò dignos: vel tandem loquitur tertiò, quando ſit concurſus.*

48 *Tam clarum videtur, fornicationem ſecundum ſe nullam involvere malitiam, & ſolùm eſſe malam, quia interdicta, ut contrarium omninò rationi diſſonum videatur.*

49 *Mollities jure naturæ prohibita non eſt; Unde ſi Deus eam non interdixiſſet, ſæpè eſſet bona, & aliquando obligatoria ſub mortali.*

50 *Copula cùm conjugata, conſentiente marito, non eſt adulterium; adeoque ſufficit in confeſſione dicere, ſe eſſe fornicatum.*

51 *Famulus, qui ſubmiſſis humeris ſcienter adjuvat herum ſuum aſcendere per feneſtras ad ſtuprandum virginem, & multoties eidem ſubſervit deferendo ſcalam, aperiendo januam, aut quid ſimile cooperando, non peccat mortaliter, ſi id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne à Domino malè tractetur, ne torvis oculis aſpiciatur, ne domo expellatur.*

52 *Præceptum ſervandi feſta non obligat ſub mortali, ſepoſito ſcandalo, ſi abſit contemptus.*

53 *Satisfacit præcepto Eccleſiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, immò quatuor ſimul à diverſis Celebrantibus audit.*

54 *Qui non poteſt recitare Matutinum, & Laudes, poteſt autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad ſe minorem.*

55 *Præcepto Communionis annuæ ſatiſfit per ſacrilegam Domini manducationem.*

56 *Frequens Confeſſio, & Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, eſt nota prædeſtinationis.*

57 *Probabile eſt, ſufficere attritionem naturalem, modò honeſtam.*

58 *Non tenemur Confeſſario interroganti fateri peccati alicujus conſuetudinem.*

59 *Licet ſacramentaliter abſolvere dimidiatè tantùm confeſſos ratione magni concurſus Pœnitentium, qualis v.g. poteſt contingere in die magnæ alicujus feſtivitatis, aut Indulgentiæ.*

60 *Pęnitenti habenti conſuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Eccleſiæ, etſi emendationis ſpes nulla appareat, nec eſt neganda, nec differenda abſolutio; dummodò ore proferat, ſe dolere, & proponere emendationem.*

61 *Poteſt aliquando abſolvi, qui in proxima occaſione peccandi verſatur, quam poteſt, & non vult omittere, quinimmò directè, & ex propoſito quærit, aut ei ſe ingerit.*

62 *Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda, quando cauſa aliqua utilis, aut honeſta non fugiendi occurrit.*

63 *Licitum eſt quærere directè occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali, vel temporali noſtro, vel proximi.*

64 *Abſolutionis capax eſt homo, quantùmvis laboret ignorantia Myſteriorum Fidei, & etiamſi per negligentiam, etiam culpabilem neſciat Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, et Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

65 *Sufficit illa Myſteria ſemel credidiſſe.*

Quicunq; autem cujuſvis conditionis, ſtatus, & dignitatis illas, vel illarum aliquam conjunctim, vel diviſim defenderit, vel ediderit, vel de eis diſputativè, publicè, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem latæ ſententiæ, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunq; etiam dignitate fulgente, niſi pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus, cujuſcunq; conditionis, dignitatis, & ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, nè prędictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Tandem, ut ab injurioſis contentionibus Doctores, ſeu Scolaſtici, aut alii quicunq; impoſterum ſe abſtineant, & ut paci, & charitati conſulatur; idem Sanctiſſimus in virtute Sanctæ obedientiæ eis præcipit, ut tam in libris imprimendis, ac manuſcriptis quàm in Theſibus, Diſputationibus, ac Prædicationibus caveant ab o-

omni

omni cenſura, & nota, necnon à quibuſcunque conviciis contra eas propoſitiones, quę adhùc inter Catholicos hinc indè controvertuntur, donec à S. Sede recognitæ ſuper iiſdem propoſitionibus judicium proferatur.

Fran. Riccardus S. Rom. & univerſ. Inquiſit. Not.

Loco † ſigilli.

Anno à Nativitate D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono, Indict. ſecunda, die verò 4. menſis Martii Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Innocentii Div. Providentia Papæ XI. anno tertio, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Franciſcum Perinum ejuſdem Sanctiſs. D. N. Papæ, & Sanctiſs. Inquiſit. Curſ.

Feria v. die 23. Novembris 1679.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſs. D. N. D. Innocentio Papa XI. ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in univerſa Republica Chriſtiana, adversùs hæreticam pravitatem Inquiſitoribus Generalibus à S. Sede Apoſtol. ſpecialiter Deputatis.

CUM ſupradictis Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. delatæ fuerint hæ duæ propoſitiones: *Deus donat nobis Omnipotentiam ſuam, ut ea utamur, ſicut aliquis donat alteri villam, vel librum; & Deus ſubjicit nobis ſuam Omnipotentiam;* eorundem juſſu per Theologos ad id ſpecialitèr deputatos diligētèr examinatæ fuerunt, quorum votis auditis, & re Sanctiſſimo Domino Noſtro relata, & coram Sua Sanctitate propoſita unà cum votis ipſorum Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Dominorum Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Sanctit. Sua decrevit, & mandavit, ut ambæ propoſitiones omninò prohiberentur, ſicut eas præſenti decreto damnat, & prohibet, uti temerarias ad minimùm, & novas; mandatque, nè quiſquam deinceps cujuſcunque ſit gradus, ordinis, aut conditionis, illas, vel illarum alterutram audeat imprimere, vel imprimi facere, ſivè ſcriptis, aut etiam oretenùs docere, vel afferere, ſub pœnis, & cenſuris in Indice librorum prohibitorum contentis, aliiſque Sanctitati Suæ benè viſis.

Loco † ſigilli.

Fran. Riccardus S. Rom., & univerſ Inquiſ. Not.

Die 2. Decembris 1679. ſupradictum Decretum affixum, & publicatū fuit ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Palatii S. Officii, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Franciſcum Perinum Sanctiſs. D. N. Papæ, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

Conſtitutio SS. D. N. Innocentii Div. Prov. Pp. XI.

Quâ Liber Amadei Guimenii prohibetur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Servus Servor. Dei. Ad perpet. rei memor.

CUM (ſicut accepimus) Liber quidam, cui titulus. *Adversùs quorundam expoſtulationes contra nonnullas Jeſuitarum opiniones morales, Authore Amadeo Guimenio &c. Bambergæ, & Panormi anno M.DC.LVII.*, impreſſus, & ſubindè *Valentiæ, Lugduni, & Madriti anno M.DC.LVIV.* additis nonnullis aliis opinionibus non ſanis, ſub alio titulo, videlicèt: *Amadei Guimenii Lomarienſis olim Primarii Sacræ Theologiæ Profeſſoris, Opuſculum ſingularia Univerſæ ferè Theologiæ moralis complectens, adversùs quorundam expoſtulationes, contra nonnullas Jeſuitarū opiniones morales* typis recuſus, non ſolùm die 5. April. M.DC.LXVI. à Congregatione tunc exiſtentium S. Rom. Eccl. Cardinalium Indici Librorum prohibitorum, & expurgandorum præpoſita, ſed etiam die 12. Septemb. 1667. à Congregatione ejuſdem S. R. E. Cardinalium in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Generalium Inquiſitorum à S. Sede Apoſtolica ſpecialitèr deputatorum iteratò prohibitus; fuerit & nihi-

lominùs nonnulli propriæ ſalutis immemores Librum eundem legere, & retinere damnabili lectione, uſu, & praxi præſumãt: Nos, quibus gregis ſui curam commiſit Altiſſimus, periculis animarum, quæ ex uſu, & praxi pernicioſæ doctrinæ dicto Libro traditæ infici, & in æternæ ſalutis detrimentum adduci poſſent, Paſtorali charitate occurrere cupientes, motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Librum prædictum ſub utroq; ſupra expreſſo, aliovè quocunque titulo, nomine, & idiomate, ſivè in prædictis, ſivè in aliis quibuſvis locis hactenùs typis impreſſum, ac etiam manu deſcriptum, & quandocunq; (quod abſit) imprimendum, & deſcribendũ tenore præſentium damnamus, reprobamus, & denuò prohibemus, ac pro damnato, reprobato, & prohibito haberi volumus, illiuſq; impreſſionem, deſcriptionem, lectionem, retentionem, & uſum omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus, etiam ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione dignis, ſub pœna excommunicationis per contrafacientes ipſo facto abſque alia declaratione incurrenda, à qua nemo à quoquam, præterquàm à Nobis, ſeù Romano Pontifice pro tempore exiſtente, niſi in mortis articulo conſtitutus, abſolutionis beneficium valeat obtinere, omninò interdicimus: Porrò quicunq; Librum hujuſmodi penès ſe habuerint, illum ſtatim, atque præſentium literarum notitia ad eos pervenerit, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus tradere, atq; conſignare teneantur; hi verò exemplaria ſibi ſic tradita illicò flammis aboleri curent: In contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Ut autem eædem præſentes literæ ad omnium notitiam faciliùs perducantur, nec quiſquam illarum ignorantiam allegare poſſit. Volumus, & auctoritate Apoſtolica decernimus, ut illæ ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curſoribus noſtris, ut moris eſt, publicentur, illarumq; exempla ibidem affixa relinquantur; ſic autem publicatæ omnes, & ſingulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac ſi unicuique illorum perſonalitèr notificatę, & intimatæ fuiſſent; Utque ipſarum præſentium literarum tranſumptis, ſeù exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides, tàm in judicio, quàm extrà illud ubiq; locorum habeatur, quæ eiſdem præſentibus haberetur, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 16. Septembris 1680. Pontificatus Noſtri Anno quarto.

I. G. Sluſius.

Die 25. Septembris 1680. ſupradictæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Palatii S. Officii, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Franciſcum Perinum Sanctiſs. D. N. Papæ, & Sanctiſs. Inquiſit. Curſorem.

Conſtitutio SS. D. N. Innocentii Div. Prov. Pp. XI.

Qua prohibentur quædam opera Natalis Alexandri, & Patris Maimburg.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Servus Servor. Dei. Ad perpet. rei memor.

CUm (ſicut Nobis innotuit) in lucem prodierint nonnulli Libri ſub titulis infraſcriptis videlicet: *Selecta Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Capita, & in loca ejuſdẽ inſigna diſſertationes Hiſtoricæ, Chronologicæ, Criticæ, Dogmaticæ Auctore R.P. Fratre Natali Alexandro Ordin. Fratrum Prædicatorum in Sacra facultate Pariſienſis Doctore Theologo, & in majori Conventu, & Collegio Pariſienſi ejuſdem Ordinis Theologiæ Profeſſore, & Studii Regente, Sæculi XV, & XVI. Pariſiis apud Antonium Dezallier in Vico San Jacobeo ad Coronam Aureã 1686. cum Privilegio Regis Chriſtianiſſimi.* Et *Hiſtoria du Pontificatu de S. Gregoire le grand par Mõſieur Maimburg. A Paris chez Claude Barbin au Palais Souz le ſecond Perron de la Sainte Chappelle 1686. Avec privilege, & approbation.* Et Venerabiles Fratres noſtri S. R. E. Cardinales in tota Republica Chriſtiana contra Hæreticam pravitatem generales Inquiſitores à S. Sede Apoſtolica ſpecialitèr deputati, audita Cenſura Qualificatorum Sancti Officii, cenſuerint eoſdem Libros eſſe damnandos, & prohiben-

bendos: Hinc eſt quod Nos pro commiſſa Nobis Divinitus gregis Dominici cura, animarum periculis, atque detrimentis, quæ ex eorũdem Librorum lectione, & uſu provenire poſſent, paſtorali ſollicitudine quantum cum Domino poſſumus, occurrere volentes, de memoratorum Cardinalium conſilio, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Libros ſupradictos, & eorum quemlibet, tenore præſentium damnamus, & reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus, ipſorumque Librorum, & eorum cujuslibet impreſſionem, deſcriptionem, retentionem, lectionem, & uſum omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus, etiam ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione dignis, ſub pœna excommunicationis per contrafacientes ipſo facto abſque alia declaratione incurrẽda, à qua nemo per quẽquam, niſi per Nos, ſeu Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem præterquã in mortis articulo conſtitutus abſolvi poſſit, omninò interdicimus. Volentes, & Apoſtolica auctoritate præcipientes, ut quicunque Libros prædictos, vel aliquem eorum penès ſe habuerint, illos, ſivè illum, ſtatim atq; præſentes literæ ad eorum notitiam pervenerint. teneantur tradere, atque conſignare locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, qui exemplaria ſibi tradita illicò flammis aboleri curent: In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Cæterùm, ut ipſæ præſentes literæ omnibus faciliùs innoteſcant, nec quiſquam illarum ignorantiam valeat allegare, volumus pariter, & auctoritate prædicta decernimus, ut illæ ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquẽ ex Curſoribus Noſtris, ut moris eſt, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquantur; Sic verò publicatæ omnes, & ſingulos, quos concernunt, perinde afficiant, & arctent, ac ſi unicuiq; illorum perſonaliter intimatæ, & notificatæ fuiſſent, utque earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeù exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides ubique locorum, tàm in Judicio, quàm extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 26. Februarii 1687. Pontific. Noſtri anno undecimo.

I. G. Card. Sluſius.

Loco † Annuli.

Die, Menſe, & anno, quibus ſupra ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Curiæ, & in acie Campi Floræ Urbis per me Gregorium Staggium Sanctiſs. D. N. Papæ Curſ.

Pro D. Mag. Curſ. Ægidius Felicius Curſ.

Conſtitutio SS. D. N. Innocentii Div. Prov. Pp. XI.

Qua damnantur Dogmata Michaelis de Molinos.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus Servor. Dei. Ad perpet. rei memor.

Cœleſtis Paſtor Chriſtus Dominus, ut jacentem in tenebris Mundum, variiſq; Gentium erroribus involutum à poteſtate Diaboli, ſub qua miserè poſt lapſum primi noſtri Parentis tenebatur, ſua ineffabili miſeratione liberaret, Carnem ſumere, & in ligno Crucis Chyrographo Redemptionis noſtræ affixo, in teſtimonium ſuæ in nos charitatis ſe ſe Hoſtiam viventem Deo pro nobis offerre dignatus eſt, mox rediturus in Cœlum, Eccleſiam Catholicam ſponſam ſuam tanquam novam Civitatem Sanctam Hieruſalem deſcendentem de Cœlo non habentem rugam, neque maculam, unam Sanctamq; in Terris relinquens, armis potentiæ ſuæ contra Portas Inferi circumvallatam, Petro Apoſtolorum Principi, & Succeſſoribus ejus regendam tradidit, ut Doctrinam ad ipſius ore hauſtam, ſartam, tectamque cuſtodirent, nè oves pretioſo ſuo Sanguine redemptę pravarum opinionum pabulo in antiquos errores reciderent; quod præcipuè B. Petro mandaſſe nos ſacræ literæ docent: cui enim Apoſtolorum niſi Petro dixit. Paſce oves meas: & rursùs, Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos? Quare nobis, qui non noſtris

ſtris meritis, ſed inſcrutabili Dei Omnipotentis conſilio in ejuſdē Petri Cathedra pari poteſtate ſedemus, ſemper fixum in animo fuit, ut Populus Chriſtianus eam ſectaretur Fidem, quæ à Chriſto Domino per Apoſtolos ſuos perpetua, & nunquam interrupta traditione prædicata fuit, quamque Ipſe uſque ad ſeculi conſumationem permanſuram eſſe promiſit.

Cum igitur ad Apoſtolatum noſtrum relatum fuiſſet quemdam Michaelem de Molinos prava dogmata tùm verbo, tùm ſcripto docuiſſe, & in praxim deduxiſſe, quæ prætextu Orationis quietis contra doctrinam, & uſum à Sanctis Patribus ab ipſis naſcentis Eccleſiæ primordiis receptum, Fideles à vera Religione, & à Chriſtianæ pietatis puritate in maximos errores, & turpiſſima quæq; inducebant. Nos, cui cordi ſemper fuit, ut Fidelium animæ nobis ex Alto commiſſæ, purgatis pravarū opinionum erroribus, ad optatum ſalutis Portum tutò pervenire poſſint; legitimis præcedentibus indiciis, prædictū Michaelem de Molinos carceribus mancipari mādavimus, deinde coram Nobis, & Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana Generalibus Inquiſitoribus Apoſtolica auctoritate ſpecialiter deputatis, auditis pluribus in Sacra Theologia Magiſtris, eorumque ſuffragiis, tùm voce, tùm ſcripto ſuſceptis, maturèque perpenſis, implorata etiam S. Spiritus aſſiſtentia, cum prædictorum Fratrum noſtrorū unanimi voto, ad damnationem infraſcriptarum Propoſitionum ejuſdem Michaelis de Molinos, à quo fuerant pro ſuis recognitæ, & de quibus Propoſitionibus, tanquam à ſe dictatis, ſcriptis, communicatis, & creditis ipſe convictus, & reſpectivè confeſſus fuerat, ut latiùs in proceſſu, & Decreto de mandato noſtro lato die 28. Auguſti præſentis anni 1687. devenire ut infra decrevimus.

PROPOSITIONES.

1 *OPortet Hominem ſuas potentias anihilare. Et hæc eſt Via Interna.*

2 *Velle operari activè, eſt Deum offendere, qui vult eſſe ipſe ſolus Agens; & ideò opus eſt, ſe ipſum in Deo totum, & totaliter derelinquere, & poſteà permanere velut Corpus exanime.*

3 *Vota de aliquo faciendo ſunt perfectionis impeditiva.*

4 *Activitas naturalis eſt Gratiæ inimica, impeditq; Dei operationes, & veram perfectionem, quia Deus operari vult in Nobis ſine Nobis.*

5 *Nihil operando Anima ſe anihilat, & ad ſuum principium redit, & ad ſuam originem, quæ eſt eſſentia Dei, in qua transformata remanet, ac divinizata, & Deus tunc in ſe ipſo remanet; quia tunc nō ſunt ampliùs duæ res unitæ, ſed una tantùm: & hac ratione Deus vivit, & regnat in nobis, & Anima ſe ipſam anihilat in eſſe operativo.*

6 *Via Interna eſt illa, in qua non cognoſcitur nec lumen, nec Amor, nec reſignatio, & non oportet Deum cognoſcere; & hoc modo rectè proceditur.*

7 *Non debet Anima cogitare, nec de præmio, nec de punitione, nec de Paradiſo, nec de Inferno, nec de Morte, nec de æternitate.*

8 *Non debet velle ſcire, an gradiatur cum voluntate Dei, an cum eadem voluntate reſignata maneat, nec ne; nec opus eſt, ut velit cognoſcere ſuum ſtatum, nec proprium nihil, ſed debet ut Corpus exanime manere.*

9 *Non debet Anima reminiſci nec ſui, nec Dei, nec cujuſcunque rei; & in Via Interna omnis reflexio eſt nociva, etiam reflexio ad ſuas humanas actiones, & ad proprios defectus.*

10 *Si propriis defectibus alios ſcandalizet, non eſt neceſſarium reflectere, dummodò non adſit voluntas ſcandalizandi; & ad proprios defectus non poſſe reflectere gratia Dei eſt.*

11 *Ad dubia, quæ occurrunt, an rectè procedatur nec nè, non opus eſt reflectere.*

12 *Qui ſuum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere; nec de Inferno, nec de Paradiſo; nec debet deſiderium habere propriæ perfectionis, nec virtutum, nec propriæ Sanctitatis, nec propriæ ſalutis, cujus ſpem purgare debet.*

13 *Reſignato Deo libero arbitrio, eidem Deo relinquenda eſt cogitatio, & cura de omni re noſtra, & relinquere, ut faciat in*

nobis

nobis ſinè nobis ſuam Divinam voluntatem.

14 Qui Divinæ voluntati reſignatus eſt, non convenit, ut à Deo rem aliquam petat; quia petere eſt imperfectio, cum ſit actus propria voluntatis, & electionis, & eſt velle, quod Divina voluntas noſtra cõformetur, & non quod noſtra Divina. Et illud Evangelii: Petite, & accipietis: non eſt dictum à Chriſto, pro Animabus Internis, quæ nolunt habere voluntatem. Immò hujuſmodi Animæ eò perveniunt, ut non poſſint à Deo rem aliquam petere.

15 Sicut non debent à Deo rem aliquam petere; ità nec illi ob rem aliquam gratias agere debent; quia utrunq; eſt actus propriæ voluntatis.

16 Non convenit Indulgentias quærere pro pœna propriis peccatis debita; quia melius eſt Divinæ Juſtitiæ ſatisfacere, quàm Divinam miſericordiam quærere; quoniam illud ex puro Dei amore procedit, & iſtud ab amore noſtri intereſſato, nec eſt res Deo grata, nec meritoria, quia eſt velle Crucem fugere.

17 Tradito Deo libero arbitrio, & eidem relicta cura, & cognitione Animæ noſtræ, non eſt ampliùs habenda ratio tentationum, nec eis alia reſiſtentia fieri debet, niſi negativa, nulla adhibita induſtria; & ſi natura commovetur, oportet ſinere, ut commoveatur; quia eſt natura.

18 Qui in Oratione utitur Imaginibus, Figuris, Speciebus, & propriis Conceptibus, non adorat Deum in ſpiritu, & veritate.

19 Qui amat Deum eo modo, quo ratio argumentatur, aut Intellectus comprehendit, non amat verum Deum.

20 Aſſerere, quòd in Oratione opus eſt ſibi per diſcurſum auxilium ferre, & per cogitationes, quando Deus Animam non alloquitur, ignorantia eſt. Deus nunquam loquitur, ejus locutio eſt operatio; & ſemper in Anima operatur, quando hæc ſuis diſcurſibus, cogitationibus, & operationibus eum non impedit.

21 In Oratione opus eſt manere in fide obſcura, & univerſali, cum quiete, & oblivione cujuſcunq; cogitationis particularis, ac diſtinctæ Attributorum Dei, ac Trinitatis, & ſic in Dei præſentia manere ad illum adorandum, & amandum, eique inſerviendum, ſed abſque productione actuum; quia Deus in his ſibi non complacet.

22 Cognitio hæc per fidem non eſt actus à Creatura productus, ſed eſt cognitio à Deo Creaturæ tradita, quam Creatura ſe habere non cognoſcit, nec poſtea cognoſcit illam ſe habuiſſe; & idem dicitur de Amore.

23 Myſtici cum S. Bernardo in ſcala Clauſtralium, diſtingunt quatuor gradus, Lectionem, Meditationem, Orationem, & Contemplationem infuſam. Qui ſemper in primo ſiſtit, nunquam ad ſecundum pertranſit. Qui ſemper in ſecundo perſiſtit, nunquam ad tertium pervenit, qui eſt noſtra contemplatio acquiſita, in qua per totam vitam perſiſtendum eſt, dummodò Deus Animam non trahat, abſq; eo quod ipſa id expectet, ad contemplationem infuſam, & hac ceſſante, Anima regredi debet ad tertium gradum, & in ipſo permanere, abſque eo quod amplius redeat ad ſecundum, aut primum.

24 Qualeſcunque cogitationes in Oratione occurrant, etiam impuræ, etiam contra Deum, Sanctos, Fidem, & Sacramenta, ſi voluntariè non nutriantur, nec voluntariè expellantur; ſed cum indifferentia, & reſignatione tolerentur, non impediunt Orationem Fidei; immò eam perfectiorem efficiunt; quia Anima tunc magis Divinæ voluntati reſignata remanet.

25 Etiamſi ſuperveniat ſomnus, & dormiatur, nihilominus ſit Oratio, & contemplatio actualis; quia Oratio, & reſignatio, reſignatio, & Oratio idem ſunt; & dum reſignatio perdurat, perdurat, & Oratio.

26 Tres illæ viæ, Purgativa, Illuminativa, & Unitiva, ſunt abſurdum maximum, quod dictum fuerit in Myſtica; cum non ſit niſi unica via, ſcilicet via Interna.

27 Qui deſiderat, & amplectitur devotionem ſenſibilem, non deſiderat, nec quærit Deum, ſed ſe ipſum, & malè agit, cum eam deſideret, & eam habere conatur Qui per viam Internam incedit tàm in locis Sacris, quàm in diebus ſolemnibus.

28 Tædium rerum ſpiritualium bonum eſt; ſiquidem per illud purgatur amor proprius.

29 Dum Anima Interna faſtidit diſcurſus de Deo, & virtutes, & frigida remanet, nullum in ſe ipſa ſentiens fervorem, bonum ſignum eſt.

30 Totum ſenſibile, quod experimur in Vita ſpirituali, eſt abominabile, ſpurcum, & & immundum.

31 Nullus Meditativus veras virtutes exercet internas, quæ non debent à ſenſibus co-

cognoſci. Opus eſt amittere virtutes.

32 *Nec ante, nec poſt Communionem alia requiritur praparatio, aut gratiarum actio (pro iſtis Animabus Internis) quàm permanentia in ſolita reſignatione paſſiva, quia modo perfectiore ſupplet omnes actus virtutum, qui fieri poſſunt, & fiunt in Vja Ordinaria. Et ſi hac occaſione Communionis inſurgunt motus bumiliationis, petitionis, aut gratiarum actionis, reprimendi ſunt, quoties non dignoſcatur, eos eſſe ex impulſu ſpecsali Dei; aliàs ſunt impulſus natura, nondum mortuæ.*

33 *Malè agit Anima, qua procedit per hanc Viam Internam, ſi in diebus ſolemnibus vult aliquo conatu particulari excitare in ſe devotum aliquem ſenſum, quoniam Animæ interna omnes dies ſunt aquales, omnes feſtivi: Et idem dicitur de locis Sacris, quia hujuſmodi Animabus omnia loca aqualia ſunt.*

34 *Verbis, & lingua gratias agere Deo non eſt pro Animabus Internis, quæ in ſilentio manere debent, nullum Deo impedimentum apponendo, quod operetur in illis; & quò magis Deo ſe reſignant, experiuntur ſe non poſſe Orationem Dominicam, ſeù Pater noſter recitare.*

35 *Non convenit Animabus hujus Via Interna, quòd faciant operationes, etiam virtuoſas, ex propria electione, & activate, aliàs non eſſent mortua: nec debent elicere actus amoris erga B. Virginem, Sanctos, aut Humanitatem Chriſti; quia cum iſta objecta ſenſibilia ſint, talis eſt amor erga illa.*

36 *Nulla Creatura, nec B. Virgo, nec Sancti ſedere debent in noſtro corde, quia ſolus Deus vult illud occupare, & poſſidere.*

37 *In occaſione tentationum etiam furioſarum, non debet Anima elicere actus explicitos virtutum oppoſitarum; ſed debet in ſupradicto amore, & reſignatione permanere.*

38 *Crux voluntaria mortificationum pondus grave eſt, & infructuoſum; ideoque dimittenda.*

39 *Sanctiora opera, & pœnitentiæ, quas peregerunt Sancti, non ſufficiunt ad removendam ab Anima vel unicam adhaſionem.*

40 *Beata Virgo nullum unquam opus externus peregit, & tamen fuit Sanctis omnibus ſanctior. Igitur ad Sanctitatem perveniri poteſt abſque opere exteriori.*

41 *Deus permittit, & vult, ad nos humiliandos, & ad veram transformationem perducendos, quòd in aliquibus animabus perfectis, etiam non arreptitiis, Damon vjolentiam inferat eorum corporibus, eaſque actus carnales committere faciat, etiam in vigilia, & ſine mentis offuſcatione, movendo phyſicè illorum manus, & alia membra contra earũ voluntatem. Et idem dicitur quo ad alios actus per ſe peccaminoſos, in quo caſu non ſunt peccata; quia in his non adeſt conſenſus.*

42 *Poteſt dari caſus, quòd hujuſmodi vjolentia ad actus carnales contingant eodẽ tempore ex parte duarum perſonarum ſcilicèt maris, & fœmina, & ex parte utriuſque ſequatur actus.*

43 *Deus prateritis ſeculis Sanctos efficiebat Tyrannorum miniſterio; nunc verò eos efficit Sanctos miniſterio Damonum, qui cauſando in eis prædictas vjolentias, facit, ut illi ſe ipſos magis deſpiciant, atq; anihilent, & ſe Deo reſignent.*

44 *Job blaſphemavit, & tamen non peccavit labiis ſuis, quia fuit ex Damonis vjolentia.*

45 *Sanctus Paulus hujuſmodi Damonis vjolentias in ſuo corpore paſſus eſt; unde ſcripſit*, non quod volo bonum, hoc ago, ſed quod nolo malum, hoc facio.

46 *Hujuſmodi vjolentiæ ſunt medium magis proportionatum ad anihilandum animam, & ad eam ad veram transformationem, & unionem perducendam, nec alia ſupereſt via. Et hac eſt facilior, & tutior.*

47 *Cum hujuſmodi vjolẽtia occurrunt, ſinere oportet, ut Satanas operetur, nullam adhibendo induſtriam, nullumque proprium conatum; ſed permanere debet homo in ſuo nihilo; & etiam ſi ſequantur pollutiones, & actus obſcæni propriis manibus, & etiam pejora, non opus eſt ſe ipſum inquietari; ſed foras emittendi ſunt ſcrupuli, dubia, & timores; quia anima fit magis illuminata, magis roborata, magiſque candida, & acquiritur ſancta libertas. Et præ omnibus, non opus eſt hac confiteri, & ſanctiſſimè fit, non confitendo, quia hoc pacto ſuperatur Damon, & acquiritur theſaurus pacis.*

48 *Satanas, qui hujuſmodi vjolentias infert, ſuadet deindè, gravja eſſe delicta, ut anima ſe inquietet, ne in Via Interna ulterius progrediatur; undè ad ejus vires enervandas, melius eſt ea non confiteri, quia non ſunt peccata, nec etiam venialia.*

49 *Job ex vjolentia Damonis ſe propriis manibus polluebat, eodem tempore, quo* mundas habebat ad Deum preces *(ſit interpretando locum ex cap. 16. Job.)*

50 *Da-*

50 *David, Hjeremias, & multi ex Sanctis Prophetis hujuſmodi vjolentias patiebantur harum impurarum operationum externarum.*

51 *In Sacra Sriptura multa ſunt exempla vjolentiarum ad actus externos peccaminoſos. Uti illud de Samſone, qui per vjolentiam ſe ipſum occidit cum Philiſtais, conjugium iniit cum alienigena, & cum Dalila meretrice fornicatus eſt, quæ aliàs erant prohibita, & peccata fuiſſent. De Juditta, quæ Holopherni mentita fuit. De Eliſeo, qui pueris maledixit. De Elia, qui combuſſit Duces cum turmis Regis Achab. An verò fuerit vjolentia immediatè à Deo peracta, vel Dæmonum miniſterio, ut in aliis animabus contingit, in dubio relinquitur.*

52 *Cum hujuſmodi vjolentiæ, etiam impuræ abſq; mentis offuſcatione accidunt, tunc Anima Deo poteſt uniri, & de facto ſemper magis unitur.*

53 *Ad cognoſcendum in praxi, an aliqua operatio in aliis perſonis fuerit vjolentia; regula, quam de hoc habeo, ne dum ſunt proteſtationes Animarum illarum, quæ proteſtantur ſe dictis vjolentiis non conſenſiſſe, aut jurare non poſſe, quòd in iis conſenſerint; & videre, quòd ſint Animæ, quæ proficiunt in vja interna, ſed regulam ſumere à lumine quodam actuali, cognitione humana, ac Theologica ſuperiore, quod me certò cognoſcere facit cum interna certitudine, quòd talis operatio eſt vjolentia; & certus ſum, quòd hoc lumen à Deo procedit, quia ad me pervenit conjunctum cum certitudine, quod à Deo proveniat, & mihi nec umbram dubii relinquit in contrarium, eo modo, qui interdum contingit, quòd Deus aliquid revelando, eodem tempore animam certam reddit, quòd ipſe ſit, qui revelat, & Anima in contrarium non poteſt dubitare.*

54 *Spirituales vitæ ordinariæ in hora mortis ſe deluſos invenient, & confuſos, cum omnibus paſſionibus in alio Mundo purgandis.*

55 *Per hanc Vjam Internam pervenitur, etſi multa cum ſufferentia, ad purgandas, & extinguendas omnes paſſiones, ità quod nihil amplius ſentitur, nihil; nihil; nec ulla ſentitur inquietudo, ſicut corpus mortuum, nec Anima ſe amplius commoveri ſinit.*

56 *Duæ leges, & duæ cupiditates, Animæ una, & amoris proprii altera, tamdiù perdurant, quamdiu perdurat amor proprius; unde quãdo hic purgatus eſt, & mortuus, uti fit per vjam Internam, non adſunt ampliùs illæ duæ leges, & duæ cupiditates, nec ulterius lapſus aliquis incurritur; nec aliquid ſentitur amplius, nequidem veniale peccatum.*

57 *Per contemplationem acquiſitam pervenitur ad ſtatum non faciendi amplius peccata, nec mortalia, nec venialia.*

58 *Ad hujuſmodi ſtatum pervenitur nõ reflectendo amplius ad proprias operationes; quia defectus ex reflexione oriuntur.*

59 *Via interna ſejuncta eſt à Confeſſione, à Confeſſariis, & à Caſibus conſcientiæ, à Theologia, & à Philoſophia.*

60 *Animabus provectis, quæ reflexionibus mori incipiunt, & eò etiam perveniunt, ut ſint mortuæ, Deus confeſſionem aliquando efficit impoſſibilem, & ſupplet ipſe tanta gratia præſervante, quantam in Sacramento reciperent; & ideò hujuſmodi Animabus non eſt bonum in tali caſu ad Sacramentum Pœnitentiæ accedere; quia id eſt illis impoſſibile.*

61 *Anima cum ad mortem myſticam pervenit, non poteſt amplius aliud velle, quã quod Deus vult, quia non habet ampliùs voluntatem, & Deus illi eam abſtulit.*

62 *Per Viam Internam pervenitur ad continuum ſtatum immobilem in pace imperturbabili.*

63 *Per Viam Internam pervenitur etiã ad mortem ſenſuum; quinimmò ſignum, quod quis in ſtatu nihilitatis maneat, ideſt mortis myſticæ, eſt ſi ſenſus exteriores non repræſentent ampliùs res ſenſibiles, ac ſi non eſſent; quia non perveniunt ad faciendum, quòd intellectus ad eas applicet.*

64 *Theologus minorem diſpoſitionem habet, quàm homo rudis, ad ſtatum Contemplativi. Primò quia non habet fidem adeò purã. Secundò quia non eſt adeò humilis. Tertiò quia non adeò curat propriam ſalutẽ. Quartò quia caput refertum habet phantaſmatibus, ſpeciebus, opinionibus, & ſpeculationibus, & non poteſt in illum ingredi verum lumen.*

65 *Præpoſitis obediendum eſt in exteriore, & latitudo voti obedientiæ Religioſorum tantummodò ad exterius pertingit. In interiore verò aliter res ſe habet, quò ſolus Deus, & Director intrant.*

66 *Riſu digna eſt nova quædam doctrina in Eccleſia Dei, quòd Anima quoad Internũ*

g abernari debeat ab Epiſcopo; quòd ſi Epiſcopus non ſit capax, Anima ipſum cum ſuo Directore adeat. Novam, dico, doctrinam, quia nec Sacra Scriptura, nec Concilia, nec Canones, nec Bullæ, nec Sancti, nec Auctores eam unquam tradiderunt, nec tradere poſſunt; quia Eccleſia non judicat de occultis, & anima Jus habet eligendi quemcunque ſibi bene viſum.

67 Dicere, quòd internum manifeſtandum eſt exteriori Tribunali Præpoſitorum, & quòd peccatum ſit id non facere, eſt manifeſta deceptio; quia Eccleſia non judicat de occultis; & propriis Animabus præjudicant his deceptionibus, & ſimulationibus.

68 In Mundo non eſt facultas, nec Juriſdictio ad præcipiendum, ut manifeſtentur Epiſtolæ Directoris quò ad internum Animæ; & ideò opus eſt animadvertere, quòd hoc eſt inſultus Satanæ &c.

Quas quidèm Propoſitiones tanquàm hæreticas, ſuſpectas, erroneas, ſcandaloſas, blaſphemas, piarum aurium offenſivas, temerarias, Chriſtianæ diſciplinæ relaxativas, & everſivas, & Seditioſas reſpectivè, ac quæcunque ſuper iis verbo, ſcripto, vel typis emiſſa, pariter, cum voto eorundem Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, & Inquiſitorum Generalium damnavimus, circumſcripſimus, & abolevimus: deque eiſdem, & ſimilibus omnibus, & ſingulis poſt hac quoquo modo loquendi, ſcribendi, diſputandi, eaſque credendi, tenendi, docendi, aut in praxim reducendi facultatem quibuſcunq; interdiximus, & contrafacientes omnibus Dignitatibus, Gradibus, Honoribus, Beneficiis, & officiis ipſo facto perpetuò privavimus, & inhabiles ad quæcunq; decrevimus, vinculoq; etiam anathematis eo ipſo innodavimus, à quo niſi à Nobis, & à Romanis Pontificibus Succeſſoribus noſtris valeant abſolvi: præterea eodem noſtro decreto prohibuimus, & damnavimus omnes libros, omniaq; opera quocunque loco, & idiomate, impreſſa; nec non omnia manuſcripta ejuſdem Michaelis de Molinos, vetuimuſque, ne quis cujuſcunq; gradus, conditionis, vel ſtatus, etiam ſpeciali nota dignus, audeat ſub quovis prætextu, quolibet pariter idiomate, ſivè ſub eiſdem verbis, ſivè ſub æqualibus, aut æquipollentibus, ſivè abſq; nomine, ſeu ficto, aut alieno nomine ea imprimere, vel imprimi facere, neque impreſſa, ſeu manuſcripta legere, vel apud ſe retinere, ſed Ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus ſtatim tradere, & conſignare teneantur ſub eiſdem pœnis ſuperiùs inflictis; qui Ordinarii, & Inquiſitores ſtatim ea igni comburant, & comburi faciant. Tandem, ut prædictus Michael de Molinos ob hæreſes, errores, & turpia facta prædicta debitis pœnis in aliorum exemplum, & ipſius emendationem plecteretur, lecto in eadem noſtra Congregatione toto proceſſu, & auditis dilectis filiis Conſultoribus Noſtri Sanctæ Inquiſitionis Officii, in Sacra Theologia, & in Jure Pontificio Magiſtris, cum eorundem Venerabilium Fratrū noſtrorum S. R. E. Cardinalium unanimi voto, dictum Michaelem de Molinos tanquam reum convictum, & confeſſum reſpectivè, & uti hæreticum formalem, licèt pœnitentem in pœnam arcti, & perpetui carceris, & ad peragendas alias pœnitentias ſalutares, prævia tamen abjuratione de formali per ipſum emittenda, ſervato Juris ordine, damnavimus: mandantes, ut die, & hora præfigendis in Eccleſia Sanctæ Mariæ ſupra Minervam hujus Almæ Urbis præſentibus omnibus Venerabilibus Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, & Romanæ Curiæ noſtræ Prælatis, univerſoq; Populo ad id etiam per conceſſionem Indulgentiarum convocando, ex alto tenor proceſſus, ſtante in ſuggeſto eodem Michaele de Molinos unà cum ſententia inde ſequuta legeretur, & poſtquam idem de Molinos habitu pœnitentiæ indutus prædictos errores, & hæreſes publicè abiuraſſet, facultatem dedimus dilecto filio noſtri Sancti Officii Commiſſario, ut eum à Cenſuris, quibus innodatus erat, in forma Eccleſiæ conſueta abſolveret; quæ omnia in exequutionem dictæ noſtræ ordinationis die 3. Septembris labentis anni ſolemniter adimpleta ſunt,

Et licèt ſupranarratum decretum de mandato Noſtro latum ad majorem fidelium cautelam typis editum publicis locis affixum, & divulgatum fuerit, nihilominùs, ne hujus Apoſtolicæ damnationis memoria futuris temporibus deleri poſſit, utque Populus Chriſtianus Catholica veritate inſtructior per via ſalutis incedere

valeat, Prædeceſſorum noſtrorum Summorum Pontificum veſtigiis inhærentes, hac noſtra perpetua valitura Conſtitutione ſupradictum decretum denuò approbamus, confirmamus, & debitæ executioni tradi mandamus, iterum ſupradictas Propoſitiones diffinitivè damnâtes, & reprobantes, libroſque, & manuſcripta ejuſdem Michaelis de Molinos prohibentes, & interdicentes ſub eiſdem pœnis, & cenſuris contra tranſgreſſores latis, & inflictis.

Decernentes inſuper præſentes literas ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere: ſicque per quoſcunq; Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, & functuros ubique judicari, & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter cõtigerit attentari. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem fides prorſus adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, damnationis, reprobationis, punitionis, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autẽ hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo ſeptimo, duodecimo Kal. Decembris. Pontificatus Noſtri Anno duodecimo.

F. Datarius. I. F. Albanus.

Regiſtrata in Secretaria Brevjum.

Viſa de Curia S. de Pilaſtris. D. Ciampinus.

Anno à Nativitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1688. Indictione undecima, die verò 19. Feoruar. Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris, D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ XI. Anno eius duodecimo, præſentes literæ Apoſtol. affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Eccleſiæ S. Ioannis Lateranen. Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellaria Apoſtolica, & in acie Campi Floræ, & aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis, per me Franciſcum Perinum Sanctiſs. D. N. Papæ, & Sanctiſs. Inquiſit. Curſ.

Feria v. die 21. *Auguſti* 1690.

In Congregatione Generali S. Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palat. Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſs. D. N. Alexandro Divina Providentia Papa VIII. ac Eminentiſſimis, & Reverendiſs. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana adverſùs hæreticam pravitatem General. Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter Deputatis.

SAnctiſſimus D. N. Alexander Papa VIII., non ſine magno animi ſui mœrore audivit duas Theſes, ſeù Propoſitiones, unam denuò, & in majorem Fidelium perniciem ſuſcitari, alteram de novo erumpere; Et cùm ſui Paſtoralis Officii munus ſit, Oves ſibi creditas à noxiis paſcuis avertere, & ad ſalutaria ſemper dirigere, dictarum Theſium, ſivè Propoſitionum examen pluribus in Sacra Theologia Magiſtris, & deindè Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. Cardinalibus contra Hæreticam pravitatem Generalib. Inquiſitoribus ſedulò commiſit, qui pluries re maturè diſcuſſa infraſcriptis Theſibus, ſeù Propoſitionibus ſuper unaquaq; ipſarum ſua ſuffragia Sanctitati Suæ ſingillatim expoſuerunt.

1 *Bonitas objectiva conſiſtit in convenientia objecti cùm natura rationali: Formalis verò in conformitate actus cùm regula morum. Ad hoc ſufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimũ interpretativè. Hunc homo non tenetur amare, neque in principio, neq; in decurſu vitæ ſuæ moralis.*

2 *Peccatum philoſophicum, ſeù morale eſt actus humanus diſconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi. Theologicum verò, & mortale eſt tranſgreſſio libera Divinæ legis. Philoſophicum quantumvis grave in illo, qui Deum, vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, eſt grave peccatum, ſed non eſt*

offenſa Dei, neque peccatum mortale diſſolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum.

Quibus peractis, Sanctiſſimus omnibus plenè, & maturè conſideratis, primam Theſem, ſeu Propoſitionē declaravit hæreticam, & uti talem damnandam, & prohibendam eſſe, ſicuti damnat, & prohibet ſub Cenſuris, & pœnis contra Hæreticos, & eorum fautores in Jure expreſſis; Secūdam Theſem, ſeu Propoſitionem declaravit ſcandaloſam, temerariam, piarum aurium offenſivam, & erroneam, & uti talem damnandam, & prohibendam eſſe, ſicuti damnat, & prohibet, itaut quicunque illam docuerit, defenderit, ediderit, aut de ea etiam diſputaverit publicè, ſeu privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in Excōmunicationem à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunq; etiam Dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolvi. Inſupèr diſtrictè in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub intermminatione Divini Judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuſcunq; conditionis, Dignitatis, ac Status, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, nè prædictam Theſem, ſeu Propoſitionem ad praxim deducant.

Loco † ſigilli.

Alexander Speronus S. Rom., & univ. Inquiſ. Not.

Die 24. Auguſti 1690. ſupradictum Decretum affixum, & publicatū fuit ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Palatii S. Officii, in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Franciſcum Perinum Sanctiſs. D. N. Papæ, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

Feria v. die 7. Decembris 1690.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſs. D. N. D. Alexandro Divina Providen. Papa VIII. ac Eminentiſs., & Reverendiſs. DD. S. R. E. Cardinalibus, in tota Republica Chriſtiana contra Hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſit. à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

SAnctiſſimus D.N. Alexander Divina Providentia Papa VIII. prædictus: Pro Paſtorali cura Ovium Chriſto Domino ſibi commiſſa, de earum ſalute ſollicitus, ut inoffenſo gradu per rectas ſemitas poſſint incedere, & paſcua nimium pernicioſa in pravis doctrinis exhibita vitare, unius ſupra triginta Propoſitionum examen pluribus in Sacra Theologia Magiſtris, & deindè Eminentiſs. ac Reverendiſs. DD. Cardinalibus contrà Hæreticam pravitatem Generalib. Inquiſitorib. commiſit, qui tātum negotium diligentèr aggreſſi, eiq; ſedulò, ac pluriès incumbentes, ſuper unaquaq; ipſarum ſua ſuffragia Sanctitati Suæ ſingillatim detulerunt.

Propoſitiones autem ſunt infraſcriptæ videlicet.

1 *IN ſtatu naturæ lapſæ ad peccatum formale, & demeritum ſufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in cauſa ſua peccato originali, & libertate Adami peccantis*

2 *Tametſi detur ignorantia invincibilis juris naturæ, hæc in ſtatu naturæ lapſæ operantē ex ipſa, non excuſat à peccato formali.*

3 *Non licet ſequi opinionem, vel inter probabiles probabiliſſimam.*

4 *Dedit ſemetipſum pro nobis oblationem Deo, non pro ſolis Electis, ſed pro omnibus, & ſolis Fidelibus.*

5 *Pagani, Judæi, Hæretici, aliique hujus generis nullum omninò accipiunt à Jeſu Chriſto influxum, adeoque hinc rectè inferes in illis eſſe voluntatem nudam, & inermem, ſine omni gratia ſufficienti.*

6 *Gratia ſufficiens ſtatui noſtro, non tàm utilis, quàm pernicioſa eſt, ſic ut proindè meritò poſſimus petere;* à gratia ſufficienti Libera nos Domine.

7 *Omnis humana actio deliberata, eſt Dei dilectio, vel Mundi, ſi Dei, Charitas Patris eſt, ſi Mundi, concupiſcentia carnis, hoc eſt, mala eſt.*

8 *Ne-*

8 *Neceſſe eſt infidelem in omni opere peccare.*

9 *Re vera peccat, qui odio habet peccatum merè ob ejus turpitudinem, & diſconvenientiam cum natura rationali, ſine ullo ad Deũ offenſum reſpectu.*

10 *Intentio, qua quis deteſtatur malum, & proſequitur bonum, merè ut Cæleſtem obtineat gloriam, non eſt recta, nec Deo placens.*

11 *Omne quod non eſt ex Fide Chriſtiana ſupernaturali, quæ per dilectionem operatur, peccatum eſt.*

12 *Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam Fides, & etiamſi videantur credere, non eſt Fides Divina, ſed humana.*

13 *Quiſquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, charitate ſi caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licèt beatitudinis operatur.*

14 *Timor gehennæ non eſt ſupernaturalis.*

15 *Attritio, quæ gehennæ, & pœnarum metu concipitur, ſine dilectione benevolentiæ Dei, propter ſe, non eſt bonus motus, ac ſupernaturalis.*

16 *Ordinem præmittendi ſatisfactionem abſolutioni, induxit, non politia, aut inſtitutio Eccleſiæ, ſed ipſa Chriſti lex, & præſcriptio naturæ rei id ipſum quodammodo dictante.*

17 *Per illam praxim mox abſolvendi, ordo pœnitentiæ eſt inverſus.*

18 *Conſuetudo moderna quoad adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, etiamſi eam plurimorum hominum ſuſtentet auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Eccleſia non habetur pro uſu, ſed abuſu.*

19 *Homo debet agere tota vita pœnitentiam pro peccato originali.*

20 *Confeſſiones apud Religioſos factæ, pleræque, vel ſacrilegæ ſunt, vel invalidæ.*

21 *Parochianus poteſt ſuſpicari de Mendicantibus, qui eleemoſynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, ſeù ſatisfactione, ob quæſtum, ſeu lucrum ſubſidii temporalis.*

22 *Sacrilegi ſunt judicandi, qui jus ad Cõmunionem percipiendam prætendunt, antequàm condignam de delictis ſuis pœnitentiam egerint.*

23 *Similitèr arcendi ſunt à Sacra Communione, quibus nondum ineſt amor Dei puriſſimus, & omnis mixtionis expers.*

24 *Oblatio in Templo, quæ fiebat à B. V. M in die Purificationis ſuæ per duos pullos Columbarum, unum in holocauſtum, & alterum pro peccatis, ſufficientèr teſtantur, quòd indiguerit purificatione, & quòd filius, qui offerebatur, etiam macula Matris maculatus eſſet, ſecundum verba legis.*

25 *Dei Patris ſedentis Simulacrum nefas eſt Chriſtiano in Templo collocare.*

26 *Laus, quæ defertur Mariæ, ut Mariæ vana eſt.*

27 *Valuit aliquando Baptiſmus ſub hac forma collatus,* In nomine Patris &c. *prætermiſſis illis,* Ego te Baptizo.

28 *Valet Baptiſmus collatus à Miniſtro, qui omnem ritum externum, formamq; baptizandi obſervat, intus verò in corde ſuo apud ſe reſolvit,* Non intendo facere, quod facit Eccleſia.

29 *Futilis, & toties convulſa eſt aſſertio de Pontificis Romani ſupra Concilium Oecumenicum auctoritate, atquè in fidei quæſtionibus decernendis infallibilitate.*

30 *Vbi quis invenerit doctrinam in Auguſtino clarè fundatam, illam abſolutè poteſt tenere, & docere, non reſpiciendo ad ullam Pontificis Bullam.*

31 *Bulla Vrbani VIII.* **In eminenti,** *eſt ſubreptitia.*

Quibus maturè conſideratis, idem Sanctiſſimus ſtatuit, & decrevit 31. ſupradictas Propoſitiones tanquam temerarias, ſcandaloſas, malè ſonantes, injurioſas, Hæreſi proximas, Hæreſim ſapientes, erroneas, Schiſmaticas, & Hæreticas reſpectivè, eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, & prohibet, itaùt quicunq; illas, aut conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiàm diſputativè, publicè, aut privatim tractaverit, niſi forsàn impugnando, ipſo facto incidat in Excommunicationem, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunque etiam Dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſupèr diſtrictè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus, cujuſcunquè conditionis, Dignitatis, & Status, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota di-

ta di-

ta dignis, nè prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Non intendit tamen Sanctitas Sua per hoc Decretum alias Propoſitiones in majori numero ultrà ſupradictas 31. jam exhibitas, & in hoc Decreto non expreſſas approbare.

Loco † ſigilli.

Alexander Speronus S. Rom. & univ. Inquiſ. Not.

Anno à Nativitate D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo, Indict. 13. die 20. Decembris Pontificatus autem Sanctiſſ. D. N. D. Alexandri Div. Providentia Papæ VIII. anno ſecundo, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Palatii S. Officii, in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Franciſcum Perinum SS. D. N. Papæ, & Sanctiſs. Inquiſit. Curſor.

Io: Baptiſta de Comitibus Mag. Curſ.

F I N I S.

IN

INDEX

Copioſiſſimus Rerum, Verborum, ac Sententiarum Omnium, quę in toto hoc volumine continentur.

A

ABJURARE apud Antiquos, & Juris Pontificii peritos quid ſit. Pag. 2. num. 1. & 2. pag. 6. nu. 2. p. 515. nu. 2.

Abjurare qui teneantur. pag. 2. nu. 3. & 6. pag. 516. num. 3.

Abjurare debet ſuſpectus de hæreſi. pag. 4. num. 18. p. 516. nu. 3. & ſequen.

Abjurare cur cogatur ſuſpectus de hæreſi. pag. 5. num. 21.

Abjurare recuſans an Judicandus pertinax, & Impænitens. pag. 5. nu. 25. p. 516. nu. 13.

Qualiter cum eo ſit agendum. pag. 7. num. 25. pag. 516. nu. 13.

Abjurare an facere hæreticum, vel ſuſpectum poſſit Inquiſitor ſine Epiſcopo. pag. 5. num. 26. p. 7. nu. 26.

Abjurare Schiſmata debent Schiſmatici. pag. 4. nu. 15. p. 7. nu. 15. pag. 516. nu. 11.

Abjurare debet familiaritatem, qui illam cum hæreticis habuit. pag. 78. nu. 9.

Abjurare publicè qui non debeant. pag. 5. nu. 24. pag. 7. nu. 24.

Abjurare an plures ſimul poſſint. pag. 516. n. 14.

Abjurantis libelli ad quos mitti poſſint. pag. 3. num. 11.

Abjurans quas hæreſes abjurare debeat. pag. 4. nu. 12. p. 516. nu. 9.

Abjurans ob vehementem ſuſpicionem an ſit Relapſus, ſi reperiatur hæreticus. pag. 4. nu. 19. p. 516. nu. 5.

Abjurans ob levem ſuſpicionem an ſit Relapſus, ſi reperiatur hæreticus. pag. 5. nu. 20. p. 6. nu. 12. p. 516. nu. 5.

Abjurans errores, jurare quoque debet ſe nunquam ad eoſdem reverſurum. pag. 3. nu. 8. p. 516. nu. 8.

Abjurandi ſunt errores nominatim. pag. 4. num. 13. p. 516. nu. 10.

Abjurandi Schiſmatis forma. pag. 4. nu. 17. p. 7. num. 17.

Abjuratio ab Apoſtolis orta. pag. 2. nu. 3. p. 516. num. 8.

Abjuratio olim in Conciliis. pag. 5. n. 23. p. 516. num. 12.

Abjuratio hodie coram Clero. pag. 5. num. 23. p. 516. nu. 12.

Abjuratio hodie coram Fidei Judicibus. pag. 7. num. 23.

Abjurationis formula. pag. 6. nu. 30. p. 7. nu. 30. p. 517. nu. 15.

Abjurationis de eſſentia an ſit ſcriptura. pag. 6. num. 4.

Abjuratio an manu abjurantis ſcribenda. pag. 6. nu. 9. p. 516. nu. 8.

Abjuratio an etiam ſecretò facienda. pag. 7. nu. 23. p. 516. nu. 12.

Abjuratio ante ſententiam non facienda. pag. 6. nu. 29. p. 7. nu. 29.

ABOLITIO quid ſit. pag. 15. nu. 6.

ABSENS ſuſpectus de hæreſi à quocunque excuſari poteſt coram Judicibus. pag. 375. nu. 4. *Ibidem* nu. 4.

Abſens damnatus, cujus ſtatua etiam fuit combuſta, an audiendus. pag. 10. num. 20. p. 502. nu. 16.

Abſens, de cujus hæreſi planè Judicibus conſtat, miſſo Executore, in carcerem eſt conjiciendus. pag. 9. nu. 6.

Abſens tribus edictis adeſſe juſſus, ſi non compareat quo pacto puniendus ſit. pag. 9. nu. 7. p. 501. nu. 3. & trib. ſequen. p. 502. nu. 3.

Abſens hæreticus non planè convictus, ſed juſta aliqua ſuſpicione preſſus, in judicium vocatus,

catus, quomodo plectendus, ſi non compareat. pag. 9. nu. 9.

Abſens hæreticus, miſſis literis requiſitoriis, in aliena Provincia comprehendi poteſt. pag. 9. nu 13.

Abſens hæreticus, qui intra annum ſe ipſum coram Judicibus exhibuerit, ita audiri debet, ut ejus Bona non publicentur. pag. 10. num. 21.

Abſentis hæretici Cauſa qua in Provincia tractanda. pag. 9. num. 12. p. 501. num. 9. & duob. ſequen.

Abſentem in hæreticum à quibuſnam Judicibus ſit inquirendum. pag. 502. nu. 14.

Abſentis hæretici Cauſa, quem in aliis Provinciis hæreticum eſſe conſtat, quibus Inquiſitoribus in ſua Patria ſit committenda. pag. 10. num. 18.

Abſentis hæretici Cauſa, qui nullibi domicilium habet, quo in loco tractanda. pag. 10. num. 19. pag. 502. nu. 15.

Abſentes Judicum edictis non obtemperantes, an damnandi. pag. 8. nu. 3.

Abſentes an in non gravem pœnam damnandi, ut ſentit Ulpianus. pag. 8. nu. 4.

Abſentes in criminibus damnari non debent, & cur id ſtatutum ſit. pag. 8. n. 1. p. 500. n. 1.

Abſentes non eſſe damnandos ſummorum Virorum auctoritatibus comprobatur. p. 8. n. 2.

Abſentes contumaces olim etiam damnabantur. pag. 8. nu. 5. pag. 501. nu. 5.

Abſentium Cauſas quilibet allegare poteſt. pag. 499. nu. 2.

ABSOLUTIO hæreticorum ab excommunicatione, an, & cui reſervetur. pag. 12. nu. 1.

Abſolvere hæreticos ab excommunicatione non poteſt Confeſſarius ex vi diplomatis Pontificii cum clauſula generali. pag. 12. nu. 2. pag. 509. nu. 4.

Abſolvere hæreticos ab excommunicatione an poſſit quilibet Sacerdos approbatus in articulo mortis. pag. 12. nu. 3. p. 509. nu. 6.

Abſolvi, & Eccleſiæ reconciliari poteſt poſt mortem hæreticus, qui mortis tempore ſigna pœnitentiæ dedit. pag. 12. nu. 4.

Abſolvere hæreticos occultos in foro conſcientiæ an hodie poſſint Epiſcopi. pag. 12. nu. 6. p. 13. nu. 6. p. 509. nu. 5.

Abſolvere Reum de hæreſis crimine an poſſit Inquiſitor ſine Epiſcopo, & è contra Epiſcopus ſine Inquiſitore. pag. 18. nu. 8. p. 509. num. 2.

Abſolvere hæreticos, quoties hæreſis eſt manifeſta, in foro tantum exteriori, & Judicia-li poſſunt Epiſcopi, & Inquiſitores. pag. 13. num. 1.

Abſolutus à Papa an hæreticus ſit tutus in foro Inquiſitorum. pag. 12. nu. 7. p. 13. num. 7. p. 509. nu. 3.

Abſolutus iterum inquiri poteſt, ſi nova emergant indicia. pag. 404. nu. 8. pag. 405. nu. 13.

ACTA quæ in S. Officio à Notario non ſcribuntur, nulla ſunt. pag. 285. nu. 7.

Acta in judicio cum hæretico occulto ipſo jure nulla non ſunt. pag. 290. nu. 17.

ACTIONES in Rem ubi ſint. pag. 43. nu. 130.

Actiones in Perſonā ubi nam ſint. pag. 43. n. 131.

Actiones quædam humanæ malæ, accedente mandato Dei, juſtificantur. pag. 196. nu. 5.

ACCUSANDI ab omnibus ſunt hæretici. pag. 14. nu. 2. p. 15. nu. 2. p. 485. nu. 1.

Accuſās hæreticos quomodo ſe gerere debeat Promotor fiſcalis. pag. 15. nu. 12.

Accuſari poteſt poſt mortem hæreticus, etiamſi fuerit bonæ famæ. pag. 14. nu. 4.

Accuſari debet Reipublicæ pernicioſus, dummodo ejus crimen teſtibus idoneis probari poſſit. pag. 14. nu. 1.

Accuſari nequeunt poſt mortem hæreticorum fautores, Receptores &c. niſi & ipſi hæretici fuerint. pag. 14. nu. 5.

Accuſari poſt mortem poſſunt erroribus hæreticorum credentes. pag. 15. nu. 5.

Accuſator hæreticorum impunè ab accuſatione deſiſtere nequit abolitione petita. pag. 14. num. 7. p. 15. nu. 7.

Accuſator falſus hæreticorum talionis pœnam non incurrit. pag. 14. nu. 8. p. 15. nu. 8.

Accuſator hæreticorū eſt Promotor fiſcalis. pag. 485. nu. 2.

Accuſator publicus quare poſitus ſit hæreticis. pag. 14. nu. 8.

Accuſationis libellus quomodo proponendus. pag. 14. nu. 9. p. 15. nu. 9. p. 485. nu. 4.

Accuſationis adverſus hæreticum libelli forma. pag. 15. nu. 11.

Accuſationis libelli copia an Reo edēda. pag. 485. num. 5.

Accuſationis circunſtantiæ an Reo petenti poſſint declarari. pag. 15. nu. 10.

ADMONITIO qualis eſſe debeat, ut hæreticum pertinacem faciat. pag. 356. nu. 17.

Admonitio legitima quæ cenſenda ſit. pag. 356. n. 18. p. 482. nu. 8. p. 483. nu. 9.

Admonitionem legitimam eſſe Inquiſitoris aſſertionem dicentis errare aliquem contra Fidem Catholicam nonnulli cenſent. pagina 356. nu. 19.

An id

An id verum. pag.359. nu.19.

Admonitionem legitimam eſſe Inquiſitoris aſſertionem prædictam perperam negat Alfonſus Caſtrenſis. pag.356. nu.20.

Admonitiones ſunt Reis facienda. Quomodo, & Quando. pag.298. nu. 16. & ſequen. pag. 299. nu.20. p.480. nu.1. & duob. ſequen. pag.484. nu.2.

ADORANS aliquem hæreſiarcam cenſetur hæreticus. pag.496. nu.5.

Adoratio alicui ſub imagine Crucifixi, aut Deiparæ Virginis, vel Sanctorum apparenti, quibus nam conditionibus ſit facienda. pag. 225. nu.9.

Adorationis Genus triplex. pag.222. nu.4. pag. 224. nu.4.

ADVLTERIVM gravjus eſſe crimen, quàm homicidiũ quidam Scævolam ſenſiſſe ajunt pag. 282. nu.23. p. 285. nu. 23.

Adulterii crimen gravjus eſſe quàm homicidium Scævola non ſenſit. pag. 282. num. 24. & duob. ſequen.

ADVOCARI hæreticis an poſſint pro libito Advocati. pag.16. nu.1. p.97. nu.12.

Advocatus an, & quando Inquiſitis etiam non petentibus ſit ab Inquiſitoribus dãdus. pag. 16. nu.2. p.17. nu.2.

Advocatus quilibet an in defenſionem Reorum ſit ab Inquiſitoribus admittendus. pag.16. nu.3. p.17. nu.3. p.499. nu.2.

Advocatus Reorum quid in S. Inquiſitionis tribunali præſtare debeat. pag. 16. num. 4. pag. 17. nu.4.

Advocatus Reorum in S. Inquiſitionis tribunali ex qua pecunia ſtipendiandus. pag.16. n.6.

Advocatus ſecularis an, ut Reo cuipiam patrocinetur, poſſit ab Inquiſitore compelli. pag. 17. num.6.

Advocatus quæ allegat præſente Reo, an ſint habenda tanquam ſi à Reo proferantur. pag. 17. nu.8. pag.499. nu.3.

Advocatus, qui ſcienter defendit hæreticos, & Tabellio, qui facit illis inſtrumenta, infamia notandi ſunt, & puniendi. pag 94. nu. 12. p. 469. nu.4.

Advocatus quo tempore in S. Inquiſitionis Tribunali Reis ſoleat concedi. pag. 113. nu.2.

Advocatus in cauſa Fidei eſſe nequit qui ab hæretico eſt procreatus. pag.17. nu.3.

Advocatus pro hæretico Inquiſito quando non admittatur. pag.17. nu.1.

Advocatus garrulus, & cavilloſus in cauſa fidei ab Inquiſitoribus non admittendus. pag. 17. nu.1.

Advocatum, & Defenſiones Reo etiam non petenti concedere ſupremæ Inquiſitionis eſt ſtylus. pag.17. nu.2.

Advocatus Reo manifeſtè hæretico non conceditur. pag.17. nu.2.

ALCIBIADES, & Demoſthenes accuſati aufugerunt. pag.442. nu.30. p. 511. num.16. & ſequen.

ALEXANDRI Severi in eligendis Magiſtratibus prudentia, & integritas. pag.277. n.2.

ALFONSI Caſtri ſententia in quæſtione illa: Vtrum Hæreticus, nec damnatus, neque accuſatus Bona ſua fiſco offerre teneatur in foro Conſcientiæ. pag.47. nu.158.

Alfonſi Caſtri tria argumenta, quibus prædictã quæſtionẽ difficilem reddit. pag.47. n.159.

Alfonſi Caſtri alia Argumenta in hanc eandem ſententiam. pag.47. nu.160.

Alfonſi Caſtri de hac re primum duntaxat Argumentum fortiſſimum. pag. 47. nu. 161.

Alfonſi Caſtri tertium Argumentũ prorſus inane. pag.49. nu.171.

Alfonſi Caſtri confirmatio, quæ tertium fulcit Argumentum. pag.49. nu.172.

Alfonſus Caſtrus perperam pro ſe Innocentium, & Baldum adducit. pag.50. nu.179.

Alfonſi Caſtri quartum Argumentum debile, & Infirmum. pag.50 nu 181.

Alfonſus Caſtrus fortius urget illis verbis, quæ in fine quarti Argumenti adducit. pag.51. num. 182.

Alfonſi Caſtri quartum Argumentum quomodo primo dilui poſſit. pag.51. nu.183.

Alfonſi Caſtri quartum Argumentum quo pacto ſecundò diluatur. pag. 51. nu.184.

Alfonſo Caſtro in quarto argumento quomodo poſſit occurri. pag.51. nu.185.

Alfonſus Caſtrus quid ſexto ſuo argumento nitatur probare. pag 52. nu.189.

Alfonſi Caſtri opinionem qui Authores ſequantur. pag.52. nu. 190.

Alfonſi Caſtri argumento primo, & Omnium fortiſſimo reſpondetur. pag. 52. nu.191.

Alfonſus Caſtrus cenſet legem ferri poſſe, qua Reus ad pœnam ſubeundam obligatur in foro Conſcientia. pag.52. nu.192.

Alfonſo Caſtro quomodo primò reſponderi poſſit. pag.52. nu.193.

Alfonſo Caſtro quomodo reſpondeatur ſecundò. pag.52. nu.194.

Alfonſus Caſtrus aſſerit Eccleſiam poſſe leges cõdere de quacunque Re, quæ non ſit contra Jus naturale, aut Divinũ. pag.52. nu.195.

Alfonſi Caſtri opinio reiicitur. dum exiſtimat

Eccleſiam poſſe leges condere de quacunque Re, quæ contra Jus Naturale, aut Divinum non ſit. pag. 53. num. 197.
Alfonſus Caſtrus quomodo ſuam opinionem corroboret. pag. 53. nu. 198. & trib. ſequen.
Alfonſus Caſtrus quo pacto quintum Argumentum corroboret. pag. 54. nu. 202.
Alfonſus Caſtrus quid ſextò afferat ad defenſionem ſuæ ſententiæ. pag. 54. 205.
Alfonſi Caſtri opinio quomodo ſeptimò probetur. pag. 54. nu. 206.
Alfonſi Caſtri octavum argumentum parvi ponderis. pag. 54. nu. 207.
Alfonſi Caſtri primum argumentum. pag. 58. num. 228.
Alfonſo Caſtro multifariam reſponderi poteſt. pag. 58. uu. 229.
Alfonſi Caſtri ſententiam qui Doctores ſint ſecuti. pag. 69. nu. 158.
ALIENA in re qui magnas facit impenſas, quo pacto Rei Domino debeat ſatisfacere. pag. 42. uum. 118.
Aliena in Re cum quis magnas facit impenſas quid cum rei Domino ſit agendum Judicis arbitrio committitur. pag. 42. nu. 119.
ALIMENTA non publicantur. pag. 37. nu. 63.
Alimenta Uxori hæreticæ, & ob id perpetuo carceri mancipatæ an maritus teneatur præbere. pag. 101. nu. 18. p. 104. nu. 18. pag. 101. nu. 19.
Alimenta filiis hæreticorum parvulis ſolent ab Inquiſitoribus dari. pag. 187. nu. 12. pag. 197. nu. 12.
AMADÆI Guimenii liber prohibetur. pag. 555. Bull Alex. VII. p. 571. Bull. Innocen. XI.
AMORE nimio inſaniens, ſi imaginem Amicæ ſuæ adoret, aut quidpiam ſimile committat, defendi poteſt. pag. 111. nu. 44.
Amore Amaſiæ qui ſortilegia qualificata committunt, abjurare ſolent de vehementi. pag. 115. nu. 43.
Amoris furore percitus, licèt hæreticum aliquid dicat, defendi nonnunquã poteſt. pag. 111. uum. 43. pag. 505. nu. 22.
ANDREÆ Piſſini Philoſophia damnatur. pag. 565. Bull. Clem. X.
ANIMA rationalis ex traduce in hominum generatione non habetur. pag. 257. nu. 20.
APOSTASIA quid. pag. 19. nu. 1. p. 461. nu. 1.
Apoſtaſia quomodo ſe habeat in ordine ad hæreſim. pag. 20. nu. 2.
Apoſtaſia, quâ tota fides deſeritur, eſt hæreſi omni deterior. pag. 19. nu. 2. p. 461. nu. 2.
APOSTATÆ pænitentes an recipiendi. pag. 20. nu. 3. p. 461. nu. 3.
Apoſtata an formales hæretici. pag. 20. nu. 5.
Apoſtatæ pænitentes, & converſi cur recipiendi. pag. 20. nu. 4.
Apoſtatæ pænitentes ſunt recipiendi; pertinaces verò Curiæ ſeculari relinquendi. pag. 20. num. 5.
Apoſtata Cauſa eodem ordine, atque hæretici eſt tractanda. pag. 20. nu. 6.
Apoſtatæ a Fide ſunt etiam hæretici. pag. 20. n. 5.
Apoſtata an ſit cenſendus Infans baptizatus, qui captus ab Infidelibus, eorum didicit impietatem. pag. 207. nu. 7. p. 219. nu. 7.
APPELLARE an poſſint Hæretici, & eorum Fautores, & Acceptatores. pag. 18. nu. 1. p. 19. nu. 1. p. 532. nu. 1.
Appellare an poſſint hæreticorum hæredes. pag. 18. nu. 7. p. 19. n. 8. p. 532. n. 6. & ſequen.
Appellare poſſunt hæretici, de quorum crimine non ſatis conſtat, & ad quem Judicem. pag. 18. nu. 3. p. 532. uu. 2. & ſequen.
Si appellet Promotor Fiſcalis, aut Reus, vel ejus Hæredes; quid ab Inquiſitoribus ſit agendum. pag. 191. nu. 9.
Appellationes frivolæ, & vanæ non ſuſcipiuntur. pag. 18. nu. 4. p. 19. nu. 4.
Appellationes frivolæ, quæ dicantur. pag. 532. num. 5.
Appellationes fruſtratoriæ, & quæ non habent cauſam probabilem, ſunt reiiciendæ. pag. 532. nu. 4. p. 18. nu. 5.
Appellationes admittere in re dubia tutius eſt. pag. 18. nu. 6.
De Appellatione hæretici damnati ad Judicẽ ſuperiorem exploditur Felini ſententia. pag. 18. nu. 2.
ARMA deferendi privilegium Miniſtris S. Inquiſitionis non ceſſat, ſi eo abutantur. pag. 241. nu. 23.
Armi ſuti generaliter cuicunq; vetitum eſt. pag. 237. nu. 27.
ARRHÆ, & donationes propter nuptias uxori datæ, marito hæreſis damnato, non conſiſcantur. pag. 38. nu. 72.
ARRIANA peſtis quot mala olim invexerit. pag. 321. nu. 24.
ASSESSORES, ſeu Conſultores ab Inquiſitoribus ſunt convocandi. pag. 279. nu. 11.
Aſſeſſores quales eligendi. pag. 280. uum. 12. p. 472. nu. 4.
Aſſeſſores ab Inquiſitoribus vocati, conſilium gratis præbere debent. pag. 280. nu. 13.
Aſſeſſores ſimul cum Inquiſitoribus deliberare debent, & ea tenenda ſententia, cui major illorum pars adhæſerit. pag. 280. nu. 14.
Aſſeſ-

Aſſeſſores Juramentum ſecreti ſervandi præſtare debent. pag.472. nu.4.

ASTROLOGI, qui futura prædicunt, qua pœna puniantur. pag.133. nu. 14. p.137. n.14.

ATRITIO requiſita ad Sacramentum pœnitentiæ an aliquẽ actum dilectionis Dei requirat non eſt diſputandum. pag. 559. Bull. Alex. VII.

AUGURIA obſervare, & futurorum eventus ex ſtellarum curſu rimari quàm impium ſit docet D. Hieronymus. pag. 412. nu.8.

S. AUGUSTINI in hæreticos pulcra ſententia pag.459. nu.12.

B

S. Baſilii ſcitum dictum ad Valentis Imperatoris Coquum. pag. 402. nu.4.

BLASPHEMARE quid ſit, & quotmodis quis in Deum Blaſphemus dicatur. pag.21. nu. 1. p.23. nu.1. p.465. nu.2.

Blaſphemia qualibet falſitatem continet ſaltem in affectu Maledici. pag.21. num. 2. p.23. num. 2.

Blaſphemia in Deiparam Virginem maxima, & duplo majori pœna punienda. pag.21. n.8.

Blaſphemia quæ omnium leviſſima cenſetur. pag. 21. nu.7. p.24. nu.7.

Blaſphemia maxima quæ ſit. pag.21. nu.8.

Blaſphemia peccatum an ex parvitate materiæ diminuatur. pag.24. nu.7.

Blaſphemia levjoris pœna, qua Rei nudo capite, & ſine chlamide in Eccleſia eſſe jubentur, unde derivata. pag.22. nu.12.

Blaſphemiarum diſcrimina inter ſe, & ad quos Judices cognitio uniuſcujuſque pertineat. pag.21. nu.6. p.24. nu.6.

Blaſphemum quilibet accuſare poteſt, & tenetur. pag.21. nu.3. p.23. nu.3.

Blaſphemus quilibet an ſit ab Inquiſitoribus puniendus. pag.21. nu.6. p.24. nu.6.

Blaſphemus ab uno Judice jam punitus, an poſſit poſtea ab alio puniri. pag.21. num. 5. p. 23. nu. 1.

Blaſphemus à quovis Judice puniri debet. pag. 21. nu.4. Et qua pœna. pag.465. nu.3.

Blaſphemus Sacerdos quomodo puniendus. pag. 23. nu.16. p.24. nu.15.

Blaſphemo Sacerdoti publica pœnitentia non eſt iniungenda. pag.22. nu. 13. p. 24. nu.14. & quare. pag.23. nu.14.

Blaſphemus in foro conſcientiæ abſolutus an poſſit in Judicii foro puniri. pag.23. nu. 17. p.24. nu.17. p.23. nu.18.

Blaſphemus, qui plures uno impetu blaſphemias profert, an duplici pœna mulctandus. pag. 23. nu.19. pag.24. nu.19.

Blaſphemi acriter à Deo puniti. pag. 22. num. 8. pag. 24. nu.8.

Blaſphemos qua pœna ſoleant afficere Regiæ leges. pag. 22. nu.9.

Blaſphemi quo pacto puniantur pro atrocioribus Blaſphemiis in judicio Inquiſitorum. pag. 22. nu.10. p.24. nu.10.

Blaſphemi de levjoribus blaſphemiis cõvicti qua pœna afficiendi. pag.22. nu.11.

BONA hæreticorum jure optimo publicantur. pag.31. nu.1. p.67. nu.1. p. 32. num.7. p. 520. num.1.

Bona hæreticorum publicantur etiam ſi filios Catholicos habeant. pag.520. nu. 2.

Bona hæreticorum cur opporteat publicari. pag. 31. nu.2. p.520. nu.1.

Bona hæreticorum eorum filiis Catholicis olim relinquebantur. pag.31. nu.3.

Bona filiis hæreticorum adimere acerbum, & inhumanum non eſt. pag.31. nu.5. p.67. n.5.

Bona filiis Reorum læſæ Majeſtatis adimuntur per legem, quæ non eſt abrogata. pag. 32. num.6.

Bona hæreticis debita ex contractu conditionali quomodo ad fiſcum pertineant. pag. 32. nu. 11. p.67. nu.11.

Bonorum omnium jactura ſolet morti æquiparari. pag.57. nu.123.

Bona hæreticorum ab ipſis cauſa mortis donata cum cæteris eorum Bonis ad fiſcum pertinent. pag.32. nu.9. p.67. nu.9.

Bona Uxoris hæreticæ, & hæreſis damnatæ publicantur. pag.32. nu.12. p.67. nu.12.

Bona Caſtrenſia filii hæretici an confiſcētur. pag. 32. nu.13. p.32 nu. 15. p. 67. nu. 15.

Bona materna filii familias hæretici ad fiſcum pertinent, tametſi ille in Patris ſit poteſtate. pag.33. nu.16.

Bonis Patris hæretici damnati publicatis, peculium profectitium, quod Patris eſt, publicàtur. pàg.33. nu.17. p. 67. nu.17.

Bonis filii familias publicatis, uſus fructus Patri debitus confiſcatur. pag.33. nu. 18. p. 67. num. 18.

Bonorum eorum, quæ rogatus erat hæreticus poſt mortem reſtituere, uſus fructus confiſcatur, quoad hæreticus moriatur. pagina 33. num.19.

Bona hæretici an publicentur ab eo die, quo in hæreſim incidit. pag.33. nu.21. p.67. nu.21. p.520. num.4.

Bona ſua ex quo hæreſis crimen quis contraxit, alienare non poteſt. pag.33. nu.25.
Bona illius, qui in purgatione defecit, ſive propter contumaciam damnatus eſt, non publicantur, niſi ab eo die, quo hæreticus eſſe præſumitur. pag.33. nu.26. p.67. nu. 26.
Bonorum ab occulto hæretico venditorum pretiū an Emptori reſtituendum, cum à fiſco vindicantur. pag.33. nu.27. p 67. nu. 27.
Bona ſua dum vendit occultus hæreticus, an peccet. pag.34. nu.28. p.67. nu.28.
Bonorum ab occulto hæretico venditorum pretiū quando nam emptori reſtituendum à fiſco. pag.34. nu.29. p.67. nu.29.
Bona alienata in fraudem S. Inquiſitionis, & fiſci, revocantur. pag.67. nu.56.
Bona quandonam dicantur ab hæretico in fraudem fiſci alienata. pag.68. nu.56.
Bona ab occulto hæretico alienata à quo tempore ſint revocanda à fiſco. pag.36. nu.56.
Bona ab hæreticis alienata cum fructibus reſtituere tenentur malæ fidei poſſeſſores. pag. 37. num.58.
Bonorum ab hæretico venditorum quæcunq; pars numorum, apud illum reperiatur, eſt emptori reſtituenda. pag.34. nu.30.
Bonorum ab hæretico venditorum pecunia, eſt reddenda Emptori, quoties illa hæreticus res ſuas meliores fecit. pag.34. nu.32.
Bonorum ab hæretico venditorum pecunia eſt emptori reddenda, ſi ex ea occultus hæreticus ſuis creditoribus ſatisfecerit. pag.34. n.33.
Bonorum ab hæretico vēditorum pretium emptori reſtituitur, cum in rem hæretici eſt verſa pecunia, vel tantundem erat ille ex bonis ſuis conſumpturus. pag.34 nu. 34.
Bona futura non confiſcantur. pag.37. nu.61. p. 68. nu.61. p.520. nu.5.
Bonorum hæretici confiſcatio non debet aliis eſſe damnoſa. pag.37. nu.64.
Bona aliena inter hæretici Bona reperta, legitimis Dominis ſunt reddenda. pag. 37. num.65. pag. 520. nu.6.
Bona parapherna ſunt Uxori reſtituenda. pag. 37. nu.70.
Bona quæſita conſtante Matrimonio inter conjuges, an dividenda ſint inter fiſcum, & Uxorem, quæ ſciens nupſit hæretico. pag. 38. nu.74.
Bona filii familias, quæ poſt Patris mortem ei debentur, publicari non poſſunt. pag.38. n.79.
Bona Eccleſiæ publicanda non ſunt propter hæreſim Clerici. pag. 39. nu.88. p.68. nu.88.
Bona Clerici hæretici, quæ ex Eccleſia, vel ejus reſpectu acquiſierit; publicari non debent. pag.39. nu.89.
Bona Clerici hæretici ad fiſcum pertinent. pag. 39. nu.92.
Bona reſtitutioni ſubjecta, quæ poſſidebat Hæreticus, non publicantur. pag. 40. nu.93.
Bona hæretici ad Regem illius Regni pertinent, in quo ipſa reperta fuerint. pag. 43. nu.129. p. 520. nu.8.
Bona hæreticorum quo pacto olim dividebantur. pag.43. nu.132. p.69. nu.132.
Bona hæreticorum uſucapi poſſunt etiam contra Eccleſiam Romanam tempore 40. annorū. pag. 44. nu.133. p.69. nu.133.
Bona, quæ in ſingulos Annos hæretico debentur, quando confiſcari poſſint. pag.44. nu.135. & ſequen.
Bona, quæ in ſingulos Annos hæretico debentur, quando publicari non poſſint. pag. 44. nu. 135. & ſequen. p.69. nu.135.
Bona, matrimonio conſtante quæſita cum confiſcantur, Domicilii ne, an loci, ubi contractum fuit matrimonium, habenda ſit ratio. pag 44. nu.138.
Bona ſua fiſco tradere quid ſit, quod Reum obliget. pag. 48. nu.167.
Bona hæretici ante latam ſententiam fiſcus occupare non poteſt. pag.49. nu.174.
Bona ſubjecta reſtitutioni, quæ alieni, certaque perſona relicta ſunt, quare non confiſcantur. pag.64. nu.262.
Bona etiam reſtitutioni ſubjecta, & alienari prohibita, quando poſſint alienari. pag.64. nu. 264. An obſtet lex Regia. pag.64. n.265.
Bona majoratus quando non poſſe publicari quidam aſſeverabant. pag.66. nu. 272.
Bona fratris Franciſcani hæretici poſſe publicari opinio, quæ aſſerit, reprobatur. pag.68. nu. 88.
Bona hæretici, ſi pæniteat, & convertatur, an publicentur. pag.69. n.126. p.541. cap.14.
Bona hæreticorum confiſcata hodie Officio S. Inquiſitionis applicantur. pag.69. nn. 132.
Bona hæretici, quę tantùm ad hęredes extraneos remitti poſſunt, confiſcantur. p.69. n.135.
Bona Matrimonio conſtante acquiſita, ſi alter ex Conjugibus labatur in hæreſim, non omnia confiſcantur. pag.69. nu.138.
Bonis Defuncti publicatis, an teneantur ſucceſſores ad fructuum reſtitutionem. pag.119. nu.18. p.123. nu.18.
Bonorum publicatorum Judex qui eligendus, quod ejus munus, & ad quem ab eo liceat provocari. pag.278. nu.4.

De

De Bonis publicatis nihil emant Inquiſitores, & S. Inquiſitionis Miniſtri. pag. 283. nu. 29.

Bona aliena conſcripta cum Bonis hęreticorum, propriis Dominis ſunt reſtituenda, ęs etiam alienum protinus ſolvendum eſt. pag. 292. num. 8.

Bona Reorum, quę ſervari poſſunt, locanda ſunt à Receptore, & Sequeſtro. pag. 293. nu. 10.

Bona Reorum vendi non debent, niſi auctione conſtituta, quod & in locatione ſervandum eſt. pag. 293. nu. 11.

Bona hęretici, poſtquam ille fuerit damnatus, cui, & quomodo tradenda. pag. 293. n. 13.

Bona Reorum, de quibus lis eſt, & quę pignori nexa ſunt, quando, & quomodo vendi poſſint. pag. 293. nu. 14.

Bonorum publicatorum diſtractio propter temerarias lites differēda nō eſt. pag. 293. n. 15.

Bona fiſco, & aliis communia, ſi commodè dividi nequeant, à quo vendenda ſint. pag. 293. num. 16.

Bona Reorum ęſtimari debent antequam vendātur, & pręconia in celebri loco facienda. pag. 294. nu. 26.

Bonorum ſequeſtratio quandonam ab Inquiſitoribus facienda. pag. 294. nu. 3. p. 478. n. 7.

Ex Bonis publicatis hęreticorum an aliquid teneatur Fiſcus ſolvere creditoribus eorundem. pag. 520. nu. 7.

BREVIA, quę à pleriſque Fidelium ſolent collo alligari, quandonam ſuperſtitioſa non ſint. pag. 416. nu. 19.

C

CADAVERA Punitorum inſepulta relinquenda non ſunt. pag. 117. nu. 4.

Cadavera, & Oſſa hęreticorum punienda cur ſint. pag. 117. nu. 5.

Cadavera hęreticorum non ſunt inter Chriſtianorum corpora ſepellienda. pag. 117. nu. 7. p. 528. nu. 4.

Cadavera hęreticorum inter Chriſtianorū corpora non eſſe ſepellienda Joſię, & aliorum exemplis comprobatur. pag. 117. nu. 8.

Cęremonię quid ſint, & cur talem quis Religionem tenere creditur, qualibus cęremoniis utitur. pag. 72. nu. 9. p. 75. nu. 9.

De Cęremoniis Eccleſiaſticis qui ſcripſerunt. pag. 74. nu. 4.

Cęremoniarum laus, & fructus ex Evangelica lege demonſtratur. pag. 71. nu. 3.

Cęremoniarum fructus ex Apoſtolorum, & SS. Patrum traditione declaratur. pag. 71. nu. 4. p. 74. nu. 4.

Cęremoniarum dignitas Eccleſię Catholicę authoritate perſpicuè probatur. pag. 71. num. 5. p. 74. nu. 5.

Cęremonias ab ipſo Deo, ab Apoſtolis, à Sanctiſſimis Patribus inſtitutas fuiſſe concluditur, & quare in uſu ſint. pag. 72. nu. 6.

Cęremonię magni momenti ſunt ad deponendam ſuperbiam, & ad alia bona innumera. pag. 72. nu. 7. p. 74. nu. 7. p. 75. nu. 7.

Cęremonias fidelium cordibus multum pietatis ingerere Luitprandi Longobardorum Regis monſtrat exemplum. pag. 74. nu. 6.

Cęremoniarum pravitas hęreſis indiciū eſt. pag. 73. nu. 11.

Cęremonię cur tanti momenti ſint ad conjectandū cui quilibet Religioni ſit addictus. pag. 73. nu. 10. p. 496. nu. 6.

Cęremonias Eccleſię quantopere deteſtentur Lutherani, & quantus earum ſit fructus. pag. 71. nu. 1. p. 74. nu. 1.

Cęremonias, quas damnant, habent Lutherani. pag. 74. nu. 5. p. 71. nu. 4.

De Cęremoniis execrandam hęreticorum opinionem qui confutarunt, Authores. pag. 72. nu. 8. p. 75. nu. 8.

CARCER ſpecies tormenti eſt. pag. 449. nu. 65.

Carcer Reis aſſignandus pro criminum, & perſonarum qualitate. pag. 99. nu. 5. p. 103. num. 5.

Carcer pœnitentium, qui ad perpetuum carcerem damnantur, qualis eſſe debeat. pag. 99. nu. 6. pag. 104. nu. 6.

Carceris hęreticorum Cuſtodes quot, & quales eſſe debeant. pag. 99. nu. 7. pag. 104. nu. 7.

Carceris Cuſtodes quot hodie in unaquaque Provincia ponantur. pag. 99. num. 8. p. 478. num. 2.

Carceris cuſtodes quales eligendi. pag. 99. nu. 9. A quo creari ſoleant. pag. 278. nu. 6.

Carceris cuſtodes quid coram Epiſcopo, & Inquiſitoribus jurare debeant. pag. 100. nu. 10. pag. 479. nu. 3.

Carcerem hęreticorum nemo Officialium ſolus, neque ipſemet Judex ingrediatur, & quis, & quomodo eos alloqui poſſit. pagina 100. num. 11.

Carceribus ſecretis hęreticos coerceri quantoperè expediat, & Plato multis retro ſeculis pręſenſit. pag. 100. nu. 12. p. 478. nu. 1.

Carcer jure Civili ad quid habeatur. pag. 100. nu. 14. pag. 521. nu. 1.

Carcer Jure Pontificio ad quid habeatur. pag. 100. nu 15. p. 521. nu. 2.

Carceri perpetuo qui damnari non debent. pag. 101. nu.

301. nu. 17. p. 104. nu. 17. p. 522. nu. 7. & ſequen.

Carceris perpetui pœnam minuere, vel commutare ad quem pertineat. pag. 101. nu. 20.

Carceris perpetui pœna quomodo ſoleat aliquando condonari. pag. 101. nu. 21. p. 104. nu. 21. p. 521. nu. 3.

Carceris irremiſſibilis pœna quando ſoleat remitti. pag. 102. nu. 22.

Carcer ſemper eſt ignominioſus, & infamat. pag. 104. num. 14. & pro crimine hæreſis. pag. 478. nu. 3.

Carcerem, ubi Reus in S. Officio loci horrore, & malitia moreretur, Judex, qui decreverit, fieret irregularis. pag. 104. nu. 15.

Carceri non mancipatur Confeſſarius obſolam mulieris depoſitionem aſſerentis ſe fuiſſe in Confeſſione ſollicitatam, niſi prius ſuprema Inquiſitio moneatur. pag. 104. nu. 29.

Carceres detentorum Reorum bis ſingulis Menſibus tenentur Inquiſitores viſitare. pagina 100. nu. 13. p. 104 nu. 13. p. 479. nu. 4.

Carceris Cuſtos, qui mulierem in S. Officio cognovit carnaliter, ad triremes damnatur. pag. 104. nu 7.

Carcerandi ſunt hæretici, ubi Judicibus viſum fuerit. pag. 478. nu. 1. & ſequen.

Carcerari poſſunt Maritus, Uxor in eodem Conclavi. pag. 104. nu. 6.

Carcerati biduo, aut triduo poſt capturam ſunt ab Inquiſitoribus examinandi. pag. 479. num. 1.

CARDINALES publicam pœnitentiam agere debent, ſi hæretici ſint. pag. 349. nu. 76.

Carnes qui diebus vetitis edunt, ſuſpecti redduntur de hæreſi. pag. 75. nu. 9.

CARNES, Vinum, & alia hujuſmodi qui exe crantur, & ab Inquiſitoribus moniti, guſtare nolunt, quo numero ſunt habendi. pag. 73. nu. 14. pag 75. nu. 14.

CAROLUS Magnus arcanum Concilium integerrimorum hominum ſine provocatione inſtituit. pag. 235. nu. 8.

CATHECUMENUS, qui cōſtanti animo Baptiſmum ſuſcipere ſtatuit, & poſtea in hæreſim lapſus fuit, an ſit propriè dicendus hæreticus. pag. 207. nu. 6. p. 219. nu. 6.

CATHOLICUS quid facere debeat, ſi ſe aliqua Eccleſia particula ab univerſalis fidei communione præciderit. pag. 138. num. 2. pag. 145. nu. 2.

Catholici Scriptores quibus in rebus, ſalva fide, poſſint diſſentire. pag. 199. nu. 6.

CAUSA hæreſis an ſimpliciter, & de plano tractanda. pag. 301. nu. 30. p. 302. nu. 30.

Cauſæ hæreticorum quantā fieri poteſt brevitate tractari debent. pag. 301. nu. 32.

Cauſa hæreticorum non ſunt ab Inquiſitoribus differendæ, ut Reos complures ſimul puniant. pag. 301. nu. 33.

Cauſæ Reorum quandonā terminandæ. pag. 509. num. 1.

Cauſa Fiſci quomodo agendæ. pag. 293. nu. 24.

Cauſæ hæreſis ab Eccleſiaſticis Judicibus ſunt tractandæ. pag. 462. nu. 1. pag. 247. n. 1.

CHRISTUS Salvator noſter cur Dæmones veritatem dicentes loqui prohibuit. pag. 260. num 18.

CHRISTUS multis in locis nobis præcipit, ut Unum ſimus. pag. 397. nu. 11.

Chriſti membrum efficitur quiſquam, non ſolùm per Sacramentum fidei, ſed per fidem etiam Sacramenti. pag. 272. nu. 32.

Chriſtiani quid explicitè credere teneantur. pag. 178. nu. 9. p. 181. nu. 8.

Chriſtianis quid implicitè credere permittitur. pag. 178. nu. 10.

Chriſtiani, ad quos ex officio, aut profeſſione pertinet, alios erudire, tenentur explicitè credere multo plura, quàm reliqui. pagina 179. nu. 11. p. 182. nu. 11.

Chriſtiani, non ſolùm, quæ in Sacris literis ſunt, ſed quæ etiam ex illis legitimè deducuntur, credere debent. pag. 180. num. 16. p. 182. num. 16.

Chriſtianis grave, & nefarium jugum eſt eum hæreticis ſocietatem conjungere. pag. 272. num. 30.

Chriſtianum cum hæretica conjungi non licere docet Canon 72. ſextæ Synodi Generalis. pag. 273. nu. 37.

CITATIO Realis quid ſit, & quid verbalis. pag. 297. nu. 12.

Citandi ſunt præſentes, & certi ad defenſionem Defuncti; Abſentes verò, & incerti Edictis Generalibus vocandi. pag. 119. n. 17.

CLERICUS, qui in hæreſis crimine ſe purgare recuſat, officio, & beneficio privatur. pag. 389. nu. 4.

Clerici in S. Inquiſitionis Tribunali jurantes, tactis Sacroſanctis Evangeliis jurare ſolent. pag. 435. n. 8.

Clerici Blaſphemi qua pœna puniantur. pag. 24. num. 15.

Clerici hæretici Patrimonium, & alia Bona an ad Epiſcopum pertineant. pag. 39. nu. 91.

Clerici hæretici Bona ad fiſcum pertinent. pagina 39. nu. 92.

Clerico, qui per ſex menſes pratermiſerit lectionem officii Canonici, quam pœnam imponat Lateranenſe Concilium. pag. 55. nu. 208.

Clerici ad perpetuum Carcerem damnati hodie degradari nou ſolent. pag 104. nu. 15.

Clerici, qui uxorem ducunt, eodem ſtylo ac Monachi coercendi ſunt. pag. 269. num. 12. p. 276. nu. 12. p. 467. nu. 3.

Clerici nuptiis inceſtis inquinati qua pœna ſint afficiendi. pag. 269. nu. 13. p. 276. nu. 13.

Cleri, & Populi convocatio ab Inquiſitoribus facienda in Italia diſſuevit. pag. 301. nu. 2.

Clericus, qui ſit hareticus pertinax, relapſus, vel Impœnitens, quo pacto ſit puniendus. pag. 331. nu. 69. p. 336. nu. 69.

Clericus hareticus an Beneficio privandus, ſi pœniteat. pag. 540. cap. 12.

Clericorum hareticorum degradatio, ſive Exauguratio quo pacto facienda ſit. pag. 331. nu. 70. p. 337. nu. 70. p. 534. nu. 7.

Clerici haretici Bonis Omnibus tẽporalibus, Eccleſiaſticiſque, & dignitatibus ſunt privandi. pag. 331. nu. 71. p. 534. nu. 8. Quid ſi hareſes abiiciant. pag. 337. nu. 71.

Clerici haretici an Beneficiis Eccleſiaſticis ſint ipſo jure privati. pag. 331. nu. 72. p. 336. nu. 63. Et quid de illis vacantibus. p. 337. num. 71.

Clericis cur non ſoleat publica Pœnitentia injungi. pag. 348. nu. 74.

Clericis in gravioribus criminibus publica pœnitentia injungi debet. pag. 348. nu. 75.

Clerici non ſunt carceribus mancipandi, niſi adverſus eos duo, vel tres teſtes dixerint teſtimonium. pag. 478. nu. 5.

COLLOQUIA, & Verba hareticorum vitanda. pag. 76. nu. 6.

COMPENSATIO meliorationum cum fructibus perceptis quatenus ſit facienda. pag. 41. num. 114.

COMMUNICATIO cum hareticis cur vitanda. pag. 76. nu. 1.

Communicationem cum hareticis qua Concilia probibeant. pag. 76. nu. 2.

Communicatione hareticorum multa adducuntur cauſa cur Chriſtianis ſit interdictum. pag. 76. nu. 4.

Communicantes cum hareticis plus, minuſve ſuſpecti ſunt habendi, conſiderata perſonarũ, loci, atq; temporis qualitate. pag. 77. n. 9.

Communicare cum hareticis quando liceat. pag. 78. nu. 10.

Communicare cum hareticis neque in teſtamentis licet, neq; in Contractibus. pag. 78. n. 11. p. 79. nu. 11.

De Communicatione hareticorum vitanda quinam Authores ſcripſerunt. pag. 78. nu. 1.

CONCILIUM quid ſit. pag. 79. nu. 1.

Conciliorum Genera plura. pag. 79. nu. 2. p. 83. num. 2.

Concilii Univerſalis Authoritas. pag. 79. nu. 3. p. 83. nu. 3.

Concilii Univerſalis Authoritas oſtenditur ex S. Scriptura. pag. 80. nu. 4. p. 83. nu. 4.

Concilii Univerſalis Authoritas ex SS. Patribus declaratur. pag. 80. nu. 5. p. 83. nu. 5.

Conciliorum Generalium utilitas. pag. 80. nu. 6. pag. 82. nu. 16. p. 84. nu. 16.

Concilia Univerſalia legitimè congregata qua ſint. pag. 80. nu. 7.

Concilia Univerſalia authoritate Papæ congreganda. pag. 80. nu. 8. p. 81. nu. 10.

Concilium Generale abſque Papa authoritate quando liceat congregare. pag. 81. num. 9. p. 84. nu. 9.

Concilium Generale Papam condemnare non poteſt. pag. 81. nu. 12.

Concilium Sacerdotale quid ſit, & quale robur habeat. pag. 82. nu. 15. p. 84. nu. 15.

Concilia Sacerdotalia antiquiora, & frequentiora ſunt, quàm Generalia, nec minus utilia. pag. 82. nu. 16.

Concilia Provincialia quam habeant authoritatem. pag. 82. nu. 17.

Concilia Provincialia quoties ſingulis annis debeant celebrari. pag. 82. nu. 18.

Concilia Provincialia hodie non admodum frequentari utilia. pag. 83. nu. 19.

Concilia nihil ſtatuunt, niſi priùs Scripturam Sacram, & SS. Patres expendant. pag. 83. nu. 4.

Concilia Univerſalia per Imperatores, & Epiſcopos fuiſſe tantùm congregata perperam Calvinus aſſerit. pag. 83. nu. 7.

Concilia Univerſalia, Romano Pontifice veniam non concedente, & reluctante ſunt nulla. pag. 84. nu. 8.

Concilium primum ab Apoſtolis celebratum, fuit Sacerdotale. pag. 84. nu. 15.

Concilii Univerſalis definita de fide, à Catholicis amplius in dubium revocantur. pagina 84. num. 16.

Concilia Provincialia nedum à Papa, ſed ab ejus Vicario poſſunt retractari. pag. 84. nu. 17.

Conciliorum Provincialium crebra celebratione Mediolanenſem Eccleſiam D. Carolus Borrhomæus reformavit. pag. 84. nu. 19.

Conciliorum, & Sanctorum ſententiam amplectendam eſſe multis exemplis comprobatur pag. 140. nu. 12.

Con-

Concilia, quæ Matrimonium inter Catholicos, & hæreticos prohibent, à Pontificibus Maximis ſunt approbata. pag.271. nu.21.
Conciliorum Provincialiũ decreta nedum à Papa, ſed & ab ejus Vicario poſſunt revocari. pag. 314. nu.32.
CONFESSARIVS *quomodo ſe gerere debeat cũ hæretico ſibi crimen hæreſeos ſacramentaliter confitente. pag.12. nu. 5. p. 13. nu.5.*
Confeſſaris copia quando facienda iis, qui in Carcere ob hæreſis crimen detinẽtur. pag. 103. nu.30. p.105. nu.30.
CONFESSIO *Fidei Catholicæ ab hæretico converſo eſt facienda. pag.3. nu.7.*
Confeſſio illorum recipi non debet, qui poſt plenã confeſſionem ſibi manus inferunt. pag.122. num.32.
Confeſſio Reorum qualis ſit juſta, & vera cenſenda. pag. 345. nu.51.
Confeſſio obſcura, & dubia eſt parùm ad judicandum idonea. pag.88. nu.2.
Confeſſio qualibet in continenti revocari poteſt. pag. 86. nu.10.
Confeſſio in carcere emiſſa nullis præcedentibus inditiis revocari poteſt. pag.86. nu. 11.
Confeſſio mixta quanam ſit. pag.89. nu.20.
Confeſſionis revocatio quocunque tempore admittitur in Judicio S. Inquiſitionis. pag. 87. num. 14.
Confeſſionem revocare poteſt minor 25. annis. pag.86. nu.9. p.481. nu.5.
Confeſſionem revocari non poſſe, cum eam accuſator admiſerit, an vera ſit opinio. pag. 88. num. 30.
Confeſſionem revocari non poſſe, poſt quam eſt ab altera Parte accepta multi exiſtimant. pagina 88. nu.29. p.89. nu.29.
Confeſſionis factæ in foro contentioſo à Confeſſione facta in foro pœnitentiali diſcrimen. pag. 89. nu.22.
Confeſſio criminis extra Judicium facta ad Reum torquendum ſufficere creditur. pagina 442. nu.27.
Confeſſio in tormentis extorta nihil Reo nocere poteſt, ſi Reus expoſitus fuerit tormentis iniquè. pag. 449. nu.64. pag.513. nu. 34.
Confeſſio tormentis extorta an ſatis ſit ad Reum condemnandum, ſi ab eo non ratificetur, & in ipſa non perſeveret. pag. 449. nu. 67. p. 453. nu.67.
Quid de ea, quæ tormentorum metu extorquetur. Ibidem. & pag.514. nu.36.
Confeſſio tormentis extorta parùm efficax eſt, niſi poſt tormenta à Reo fuerit confirmata. pag.450. nu.70. p.453. nu.70.
Confeſſio ob tortura metum facta an ſit ejuſdem conditionis, ut poſtea egeat ratificari. pag. 453. nu.67.
Confeſſio tormentis extorta quomodo nocere poſſit Reo confitenti. pag.450. nu.71.
Confeſſio tormentis extorta, indiciis non præcedentibus, nulla eſt, etiam ſi poſtea ſubſequerentur indicia, & ratificaretur à Reo. pag. 453. nu.13.
Confeſſionis ratificatio an neceſſaria, quando Reus, vel Teſtis in tormentis contra alios teſtificatur. pag.450. nu.73. p.453. nu.73.
Confeſſio vi tormentorum extorta quanam dicatur. pag.88. nu.8. pag. 450. nu. 71.
Confeſſio Fidei neceſſaria eſt loco, & tempore. pag. 91. nu.8.
Confeſſio potiſſima eſt probationis ſpecies. pag.85. num. 1.
Confeſſione ſola hæreſis probari poteſt, ſed pœna ordinaria non eſt punienda, niſi aliter probetur. pag.86. nu.2.
Confeſſio quæcunque contra confitentem Reum plenam probationem non facit. pag.86. nu. 3. p.480. nu.2.
Confeſſio non uſq; adeo Generalis pro ſpeciali haberi poteſt. pag.86. nu.4.
Confeſſionibus, quibus natura repugnat, ſtandum non eſt. pag.86. nu.5. p 481. nu.3.
Confeſſioni non veriſſimili fides adhibenda facilè non eſt. pag. 86. nu.6.
Confeſſiones ſuas revocare nequeunt Rei. pag.86. nu.7. p.481. nu.4.
Confeſſiones Reorum quæ poſſint revocari, & quæ non. pag.86. nu.8. p.481. nu. 5. 6. & 11.
CONFESSVS *pro judicato habetur. pag.480. num. 1.*
Confeſſus crimen, impunitate ſibi à Judice propoſita, ſuam confeſſionem poteſt revocare. pag. 86. nu.12. p.89. nu.12.
Confeſſus aliquid per errorem, id revocare poteſt, errore probato. pag.87. nu.13.
CONFITENS *factum, & negans impiam intentionem an ſit audiendus. pag. 87. num.15. pag.89. nu.15. pag.481. nu.7.*
Confitens ſe Judæorum, Lutheranorum ve ritus ſervaſſe, & id bono animo ſe fuiſſe dicens, puniendus eſt, ut impœnitens. pag. 87. nu. 16. p 89. nu.16.
Confitens Crimen, ſed prava id intentione ſe commiſiſſe negans, quando, & quomodo audiendus. pag.87. nu.17.
Confitens impietatẽ, & intentionem negans quando ut impœnitens nõ dãnandus. p.87. n.19.

Con-

Confitens ſuas hæreſes indicare etiam debet Authores, & Conſcios illarum. pag. 87. n. 21.
Confitens Inquiſitoribus hæreſim prorſus occultã, occultè ab eis eſt abſolvendus. pag. 87. n. 22.
Confitens hæreſim prorſus occultam bonorum publicatione non punitur. pag. 87. nu. 23.
Confitens hæreſim non prorſus occultam quo pacto ſit tractandus. pag. 88. nu. 24.
CONFISCATIONIS *executio quando facienda ſit in bonis hæreticorum.* pag. 43. nu. 126.
Confiſcationis jus, ſi duo ſunt Domini temporales, alter inferior, alter ſuperior, utri eorum pertineat. pag. 43. nu. 127.
Confiſcationis jus quando Inferiori Domino pertinere poſſit. pag. 43. nu. 128.
CONFRATERNITAS *nuncupata* Grex Boni Paſtoris *ſupprimitur.* p. 564. *Bull. Clē. X.*
Confraternitas nuncupata Mãcipiorum Matris Dei *aboletur.* pag. 563. *Decr. S. Congr. S. Inquiſit.*
CONGREGATIONES *Cardinalium in Urbe in rebus gravibus, & Doctrinalibus decernendis Scripturam Sacram, & SS. Patres expendunt.* pag. 83. nu. 4.
CONIECTURA *quæ ſit.* pag. 497. nu. 16.
CONSANGUINEI *Reorum utrum defenſiones allegare poſſint, & ad earum probationem admitti.* pag. 113. nu. 57. pag. 115. nu. 57.
Conſanguinei Reorum admittendi non ſunt ad probandas exceptiones contra teſtes Accuſatoris. pag. 431. nu. 82.
CONSUETUDO *antiqua, qua tormentis, purgatione, abjuratione, tandem arbitrariis pœnis Rei coercebantur, crudelis, & iniqua erat.* pag. 387. nu. 23.
Conſuetudinis, & Amicitiæ vis. pag. 366. nu. 14.
Conſuetudo ne loci, in quo Bona inter Conjuges multiplicata ſunt, an loci, ubi domicilium habent, inſpici debeat in Bonorum confiſcatione. pag. 45. nu. 147.
Conſuetudo loci, ubi Matrimonium fuit contractum, quando conſideranda in lucris inter Virum, & uxorem quæſitis. pag. 44. n. 140.
Conſuetudo loci quando abſque dubio vim habet. pag. 45. nu. 141.
Conſuetudinem loci, in quo Matrimonium fuit contractum, tametſi poſtea Conjuges in aliã Provinciam migraverint, aſpiciendam eſſe, l. Regia Generaliter cautũ eſt. p. 46. n. 152.
Conſuetudo Cordubenſis, qua quicquid alter ex Conjugibus acquirit, ſibi ſoli acquirit, odioſa non eſt. pag. 46. nu. 153.
Conſuetudinem, qua lucra fiunt communia, exorbitãtem, & contra Ius eſſe nonnulli tenent, pag. 46. nu. 154.
Conſuetudo favorabilis quando extendenda. pag. 47. nu. 156.
Conſuetudinem hæreticorum cur vitare oporteat pag. 76. nu. 5. p. 77. nu. 7.
Conſuetudines, & leges Territorii eſſe terminatas, exemplis illuſtratur. pag. 46. nu. 151.
Conſuetudines, & leges Provinciarum, in quibus Prædia ſunt, eſſe ſervandas, Juris-Periti Omnes tradunt. pag. 46. nu. 149.
Conſuetudines, & leges non extendunt vim ſuam extra Territorium. pag. 46. nu. 150.
Conſuetudines, & leges illarum Provinciarum ſervari debent in Bonorum confiſcatione, in quibus prædia, & alia Bona omnia conſiſtunt. pag. 45. nu. 148.
CONSULTORES *ab Inquiſitoribus ſunt convocandi.* pag. 279. nu. 11.
Conſultores quales eligendi. pag. 280. nu. 12. p. 285. nu. 12. p. 472. nu. 4.
Conſultores ab Inquiſitoribus vocati conſilium gratis præbere debent. pag. 280. nu. 13.
Conſultores ſimul cum Inquiſitoribus deliberare debent, & ea tenenda ſententia, cui major illorum Pars adhæſerit. pag. 280. nu. 14. p. 285. nu. 14.
Conſultores eligendi, & in caſu repugnantiæ cogendi Inquiſitores jus habent. pagina 285. num. 11.
Conſultores juramentum ſecreti ſervandi præſtare debent. pag. 472. nu. 4.
CONTESTATIO *litis cur in hæreſis cauſa neceſſaria non ſit.* pag. 422. nu. 20.
CONTINUO, *& confeſtim ad Eccleſiæ unitatem reccurrere quomodo quis dicatur.* pag. 345. num. 47.
CONTUMACES *qui ſint.* pag. 90. nu. 1. pag. 91. nu. 1. p. 501. nu. 7.
Contumaces hæretici, & in contumacia damnati ex Barcinonen. Decreto non ſunt audiendi quoad Bona, ſi poſt annum compareant. pagina 11. nu. 20.
Contumaces hæretici ſponte comparentes, & quo ad perſonas, & quo ad Bona Romæ ſemper audiuntur. pag. 11. nu. 21.
Contumacia efficit Abſentē, ut præſens. p. 8. n. 3.
Contumaciter abſentis annus quomodo computãdus. pag. 92. nu. 3.
Contumax eſt dãnandus. p. 500. n. 2. p. 502. n. 1.
Contumax convictus, ſi citatus, in termino non compareat, damnatur, excõmunicatione nõ præcedēte, & Anno nõ expectato. p. 91. n. 4.
Contumax, niſi poſt integrum Annum à die excommunicationis computandum, non eſt tanquam hæreticus damnandus. p. 90. n. 4.

Contumax ſuſpectus de hæreſi an ſit citandus. pag.502.nu.3.& an in perſonam. pag.90. num. 5.

Contumax, ſi latitet, ſatis eſt, ſi per edicta ſolemniter vocetur, ut multorum eſt ſententia. pag.90. nu.6.

Contumax in reſpondendo, & articulos Fidei confiteri nolens, in quibus ſuſpectus eſt, ut convictus damnari poteſt. pag. 90. num.7. p. 503. nu.6.

Contumax quocunque tempore compareat, an audiendus. pag.91. nu.10. p.502. nu.17.

Contumax per annum in excommunicatione etiã perſeverans, quando non eſt judicandus convictus. pag. 91. nu.2.

Contumax, ſi mortus fuerit intra annum, non eſt ut hæreticus damnandus. pag.502. nu.2.

CONVERSANTES cum hæreticis dicũtur hæreticorum fautores. pag. 78. nu. 9.

CONVERSI qui dicantur. pag.350. num.81. p. 351. nu.81.

Converſi, & eorum liberi an veteribus Chriſtianis in omnibus æquandi. pag.350. nu.82.

Converſorum, atque Chriſtianorum veterum non par habenda ratio in honoribus, & dignitatibus. pag.350. nu.83.

Converſi recenter, & nondum ſatis Catholicam fidem edocti, ſi labantur in hæreſim, quomodo ſint tractandi. pag.351. nu. 84.

Converſis ex Infidelibus quid præcipiendum. pag. 352. nu.81.

CREDERE quid ſit. pag.177. num.6.

Credere hæreticis qui cenſeantur. pagina 93. num. 5.

Credere hæreticis non dicitur qui eos Viros eſſe probos tantùm aſſerit. pag.96. nu.4.

Credere hæreticis non dicitur qui ſemel, vel iteratò ad eorum conciones audiendas pergit, quamvis de hæreſi ſit ſuſpectus. pagina 96. num. 5.

Credentes hæreticis qui dicantur, & eorum ſpecies quot ſint. pag.92. nu.1. & 2. p.93. nu. 4. & 5. p.96. nu.1.

Credentes hæreticis, & nulli eorum errori ſcienter adhærentes quo in numero ſint habendi, pag.93. nu.6. p.97. nu.6.

Credentes Magiſtris hæreticis Diſcipuli an puniendi. pag.94. nu.7.

Credens Magiſtris hæreticis in his, quæ nemo tenetur explicitè credere; ſi ſit Idiota, & ſimplex, nedum poteſt ab omni culpa vacare, ſed aliquando mereri. pag. 97. nu.7.

Credentes hæreticis, eorumq; probantes errores, hæretici ſunt. pag. 468. nu.1.

Credentes aliquam hæreſim quandonam non dicantur hæretici. pag.92. nu.2. p.468. n.2.

Credentes hæreticis generaliter, quamvis nullam ſpecialem hæreſim credant, puniri tamen debent. pag.468. nu.3.

CREDITORIBUS hæretici ante ejus hęreſim fiſcus ſatisfacere debet ex bonis publicatis. pag.42. nu.121. p.69. nu.121.

Creditoribus hęretici quantopere Fiſcus teneatur ſatisfacere. pag.42. nu.122.

Creditoribus tenetur ſatisfacere hęreticus Eccleſię reconciliatus de bonis poſt reconciliationem acquiſitis, quoties bona publicata non fuerunt ad ſolvendum ſufficientia. pagina 69. nu.122.

CREDULITAS hęreticorum non eſt ex fide. pag.177. nu.6.

CRIMINA occulta puniri ſine accuſatore non poſſunt. pagina 56. num. 217. pagina 56. num.218.

Crimina omnia etiam ſi publica ſint, legibus puniri non oportet. pag.57. nu.219.

Crimina, in quibus, neque partibus conſentientibus, pręſtatur abolitio, quęnam ſint. pag. 14. num.6.

CRUCEM Domini conſpurcantes, ſive frangẽtes qualiter ſint puniendi. pag. 466. nu. 1.

CURIÆ ſeculari tradendus, eſt prius de Animę ſalute admonendus. pag.527. nu.10.

CURIOSIS hominibus quibus noxiis artibus illuſerint Dęmones. pag.132. nu. 8.

CUSTOS Carceris, qui mulierem in S. Officio cognovit carnaliter ad triremes dãnatur. pag.104. nu.7.

Cuſtos Carceris à quo hodie creari ſoleat. pagina 278. nu.6.

De Cuſtodia Reorum qui tractant Authores. pagina 103. nu.1.

D

DÆMONES *invocare quando nam hęreſim ſapiat manifeſtam. pag. 136. nu. 13. pag. 204. nu. 16.*

Dęmones invocare per modum imperii, aut eis cominandò pręcipere homines poſſe, fieri non poſſe cenſet D. Auguſtinus. pag. 202. num.17.

Dęmones qui vocant ad cognoſcenda futura, tanquam hęretici ab Inquiſitoribus ſunt puniendi. pag.133. nu.12.

Dęmonem qui invocat ad mulieris pudicitiam tentandam, tanquam vehementer ſuſpectus inquiri poteſt. pag.133. nu.13.

Dæmo-

Dæmones an fieri poteſt, ut ſint Incubi, & Succubi. pag. 251. nu. 4. p. 256. nu. 4.
Dæmones interdum corpora aſſumunt, & fiunt incubi, & ſuccubi. pag. 251. nu. 5. p. 256. num. 5.
Dæmones multa ſapè cum lamiis perpetrare Concilium Ancyranum non negat. pagina 353. nu. 9. p. 257. nu. 9.
Dæmones ſervilibus notis ſagas ſolent notare. pag. 257. nu. 13.
Dæmones ab homine cogi non poſſunt, ut inviti in annulo, aut pixide trahantur. pag. 415. nu. 30. p. 417. nu. 30.
Dæmones fingunt ſe captos, & vinctos à Magis, ut eos ita capiant. pag. 415. nu. 31.
Dæmones à nulla re corporea pati poſſunt. pagina 415. nu. 32. p. 417. nu. 32.
Dæmones an Defunctorum animas poſſint ab Inferis revocare. pag. 417. nu. 29.
DEBITORIBUS Fiſci quodnam ſpatium temporis concedi poſſit, ut comparent pecuniã, quam fiſco ſolvant. pag. 294. nu. 25.
DECIUS, & Montanus quomodo rectè dixerint neminem cogendum reſtituere in foro conſcientiæ quod pœna nomine à quoquam exegerit. pag. 50. nu. 178.
DEFENSORES hęreticorum qui dicantur. pagina 97. nu. 8.
Defendere hæreticos vivos præter Advocatum concedi ſolitum, nullus poteſt. pag. 123. nu. 16. p. 505. nu. 27.
Defendentes hæreticorum errores ſcienter, ſunt pertinaces. pag. 94. nu. 8.
Defendentes hæreticos ignorantes illos eſſe impios, & qui eos ſcienter, non eorum errores defendunt, quibus pœnis ſint afficiendi. pag. 94. nu. 9.
Defendentes hæreticos, ſi quoquomodo negotium S. Inquiſitionis impediant, quo pacto puniendi ſint. pag. 94. nu. 10.
Defendentes hæreticorum perſonas tantùm, & non errores, verè hæretici non ſunt dicendi. pag. 97. nu. 9.
Defenſores hæreticorum an, & quando puniantur. pag. 468. nu. 1. & ſequen.
Defendentium hæreticos pœna. pag. 97. nu. 10.
DEFENSIONES Rei quæ. pag. 504. n. 6. & ſeq.
Defenſio quid ſit, & quomodo hæreticis pertinacibus denegetur. pag. 106. nu. 1.
Defenſio prima, & potiſſima Reorum Innocentiũ qualis ſit. pag. 106. nu. 2. p. 113. nu. 2.
Defenſio ſufficiens quare non ſit innocentibus objecta crimina tantùm negare. pag. 107. num. 5.
Defenſio optima quæ ſit. pag. 107. nu. 6.
Defenſio etiam magna eſt teſtes refutare. pagina 107. nu. 9.
Defenſiones aliæ, quibus Rei omninò excuſantur. pag. 107. nu. 10.
Defenſiones nec Diabolo deneganda. pagina 537. cap. 3.
Defenſiones negantur illis, qui probare volunt non eſſe hæreſim, quæ ab Eccleſia damnatur. pag. 113. nu. 1.
Defenſionibus an poſſit Reus renunciare. pagina 112. nu. 53. p. 537. cap. 4.
DEFICERE in purgatione Canonica qui dicatur. pag. 386. nu. 15. p. 518. nu. 13.
Deficiens in purgatione an recipiendus, ſi pœniteat. pag. 518. nu. 14.
DEFUNCTI hæretici memoria quando damnanda. pag. 118. nu. 2. p. 123. nu. 11.
Defuncti hæretici memoria, & fama jure damnatur. pag. 118. nu. 11. p. 528. nu. 5.
Defuncti, qui ſuſpectus de hęreſi, lite pendente, obiit, quo pacto cauſa tractanda ſit. pag. 118. nu. 13. p. 123. nu. 13. p. 528. nu. 6.
Defunctus hęreticus accuſari poteſt, atque damnari etiam poſt 40. annos. pag. 118. num. 14. p. 123. nu. 13. p. 528. nu. 7.
Defuncti memoriam qui defendere poſſint coram Judicibus. pag. 118. nu. 15. p. 123. nu. 15. p. 528. nu. 8.
Defuncti cauſa ab inſtantia Judicii abſoluti, ſi adverſus eum alii teſtes ſupervenerint, denuò tractari poteſt. pag. 119. nu. 20. p. 123. num. 20.
Defunctorum hęreticorũ cauſa quomodo ſit tractanda colligitur ex octava ſeſſione Concilii Conſtantienſis. pag. 122. nu. 33. pag. 123. nu. 33. p. 529. nu. 11.
Defuncti hęretici memoria damnata, an ejus oſſa exhumentur, & comburantur. pag. 122. num. 6.
Defuncti hęretici cadaver qui ſepelierunt, an ſemper excõmunicatione ſint innodati. pag. 122. nu. 7. p. 528 nu. 4.
Defuncti memoriam volentes defendere quomodo citandi. pag. 528. nu. 9.
Contra Defuncti memoriam procedi non poteſt, niſi adſit plena probatio. pagina 123. num. 12.
DELICTUM ubi fuit commiſſum, ibi de eo agi debet. pag. 501. nu. 10.
Delictum in dubio non prǽſumitur. pag. 470. n. 6.
DENUNCIARE quid ſit apud Juriſperitos. pag. 124. nu. 1.
Denunciare Judicibus hęreticos etiam occultos

quilibet fidelium tenetur. pag. 124. num. 2. p. 126. nu. 8. p. 127. nu. 12. p. 475. n. 1.

Denunciandos hæreticos occultos qui Authores cenſeant. pag. 124. nu. 6. p. 125. nu. 7.

Denunciandos hæreticos occultos perſuadet Leo Magnus, & alii S. Patres. pag. 125. nu. 8. p. 126. nu. 8. p. 476. nu. 3. & ſequen.

Denunciandos hæreticos occultos docent Authores quoq; Ethnici. pag. 125. nu. 9. p. 475. num. 2.

Denunciationi hæretici occulti correctionem præmittendam non eſſe, qui Authores cenſeant. pag. 125. nu. 10. p. 126. nu. 10. p. 476. nu. 5. & ſequen.

Denunciationi hæretici occulti correctionem præmittendam qui cenſeant. pag. 125. nu. 11. p. 126. nu. 11.

Denunciandi ſtatim, non verò corrigendi cur ſint hæretici occulti. pag. 125. nu. 12.

Contra hæreticos non denunciantes pœna. pag. 126. nu. 16.

Denuncians hæreticum aliis teſtibus annumeratur. pag. 126. nu. 17. p. 127. nu. 17. p. 475. num 7.

Denunciationis hæreticorũ materiam Authores, qui tractant. pag. 126. nu. 1.

Denunciandum hæreticum occultum nulla correctione præmiſſa decrevit Alexander VII. pag. 126. nu. 10.

Denunciare omittens hæreticum, tanquam hæreticorũ fautor non punitur. pag. 127. n. 16.

Denunciandus eſt ſtatim Judicibus, qui hæreticus eſt. pag. 542. nu. 2. Etiam nulla correctione præmiſſa. pag. 545. nu. 29.

DEPRECATIO quid ſit, & apud quos locum habeat. pag. 339. nu. 3.

Deprecatio in Sacro Inquiſitorum foro locum habet, & in eo Juris clementia eſt. pag. 339. nu. 4. p. 351. nu. 4.

DISCIPULI, qui Magiſtris ſuis hæreticis credunt, an ſint puniendi. pag. 49. nu. 7.

DISPUTANDUM quomodo ſit cum hæreticis. pag. 400. nu. 11.

Diſputare cum hæreticis quando liceat. pag. 484. nu. 2. p. 129. nu. 7. p. 130. nu. 7.

Diſputandum publicè non eſt cum hæreticis pertinacibus. pag. 127. nu. 1. p. 130. num. 1. p. 484. nu. 1.

Diſputandum non eſſe publicè cum hæreticis ex Pauli doctrina colligitur. pag. 127. nu. 2. p. 128. nu. 3.

Diſputare publicè de Fide Catholica, & de his, quæ ſemel definita ſunt, multis conſtitutionibus, atque Decretis prohibitum fuit. pag. 129. nu. 6. p. 130. nu. 6.

Diſputare inter ſe quomodo debeant Viri Catholici. pag. 129. nu. 9. p. 130. nu. 9.

Diſputantes cum hæreticis quo pacto ſe gerere debeant. pag. 129. nu. 8.

Diſputationes cum hæreticis vitandas eſſe docent etiam Tertullianus, & alii Sancti Viri. pag. 128. nu. 4.

DIVINATIO quid ſit, & quomodo per naturam haberi non poſſit. pag. 131. num. 1. p. 136. num. 6.

Divinationes, Incantationes, & Vaticinia per Dæmones hominibus concedi dubitandum non eſt. pag. 132. nu. 6.

Divinationis peſtiferas artes quo pacto Dæmones docere ſolent. pag. 132. nu. 7.

Quibus in rebus divinabant homines vani. pag. 132. nu. 9. p. 136. nu. 9.

De Divinationibus an Inquiſitores Apoſtolici cognoſcant. pag. 133. nu. 10. & ſequen. pag. 465. nu. 9. p. 136. nu. 10.

Divinans ſiderum inſpectione ea, quæ ſunt homini cognitu impoſſibilia, puniri poteſt. pag. 133. num. 14.

De Divinatoribus Pacuvii dictum. pagina 134. num. 17.

Divinatores quibus pœnis ab Inquiſitoribus ſint afficiendi. pag. 135. nu. 22.

Divinationis materiam qui latè pertractent. pag. 136. nu. 1.

Divinationis licitæ ab illicita diſcrimen. pagina 136. nu. 2.

Divinandi Genus unde dimanaverit. pag. 136. num. 6.

Divinationes reddit qualificatas Sacramentorũ, ſeu Sacramentalium, aut verborum Sacrorum abuſus. pag. 136. nu. 11.

Divinationem reddit qualificatam hoſtia non conſecratæ uſus. pag. 136. nu. 11.

Divinationis malitia. pag. 136. nu. 12.

DIVITIAS, ſi cum ſapientia conjuncta ſint, multi ſapientes Viri meritò laudant. pag. 312. num 31.

DOCTI Viri cur multis in rebus vehementer ſint ſuſpecti de hæreſi, in quibus ſuſpecti non eſſent homines imperiti. pag. 179. nu. 12.

DOCTORUM Sanctiſſimorum dicta, ſeu ſcripta contemnens, maximè ſi concordi, & unanimi ſententia ſint ſcripta, hæreticus eſt judicandus. pag. 138. nu. 1. p. 145. n. 1.

Doctorum, ſive Majorum ſententiæ ſunt congregandæ, cum aliquid profanum in Eccleſia erumpere cœpit. pag. 138. nu. 3.

Doctores Eccleſiæ in opus miniſterii ad quid dederit

derit Deus. pag.139. num.5.

Doctorum, ſivè Majorum ſententia non eſt recedendum, cum aliquid in Eccleſia profanum inſurgit. pag.140. nu.9.

Doctorum, ſive Majorum ſententia non recedendum multi ex S. Patribus docent. pag. 140. *nu.*10.

Doctores Sancti, quos Catholici ſequuntur in Eccleſiæ procellis, laudātur. pag.141. n.14.

Doctorum Sanctorum ſententiam unanimem, eſſe viam certam, & tutam ad convincendos hæreticos demonſtratur. pag 141. nu. 15.

Doctorum Sanctorum authoritas, & miracula multis exemplis comprobata laudātur. pagina 141. nu.16.

Doctorum Sanctorum doctrinam cur Eccleſia Catholica juſtè comprobaverit. pag. 142. num. 17.

Doctoribus Sanctis indubia fides, & authoritas eſt tribuenda. pag.142. nu.18.

Juxta Doctorum Sanctorum expoſitionem omnis controverſia ad Sacram Scripturā pertinens excitata, exponi debet. pag. 142. nu. 19. p.145. nu.19.

Doctoribus, & Sanctiſſimis Viris quantum in religione ſit tribuendūm. pag. 143. nu. 20.

Doctoribus Sanctis Fides eſt adhibenda, eo quod validiſſimum eſt argumentum ab authoritate Sapientum. pag. 143. nu.21.

Doctoribus Sanctis, Apoſtoliciſq; Viris, per quos Deus Eccleſiam illuminavit, magna cum ratione fides eſt tribuenda. pag.143. n.22.

Doctoribus Sanctis Eccleſiæ, qui pleni ſunt Spiritu Sancto, non autem Schiſmaticis, credendum eſt. pag.143. nu.23.

Doctoris Sancti cujuslibet plus valet apud Catholicos authoritas, quàm omnium Hæreticorum. pag.143. nu.24.

SS. Doctorum miracula ſanam, & Orthodoxam fuiſſe eorum doctrinam probant. pag. 145. num 16.

S. Doctores diſtributivè ſumptos errare non potuiſſe, nullus unquam Catholicorum aſſeruit. pag.146. nu.27.

Quæ Doctores Sanctiſſimi ſcripſerunt, contemnentes, puniendi ſunt. pag.146. nu.1.

DOCTRINA, quam ſequi debeant fideles, quibus ſignis agnoſcatur. pag.139. nu.6.

Doctrinas novas, & ſingulares Petrus, & Paulus, & Omnes Sancti ſemper ſunt excerati. pag.113. nu.30.

DOGMATISTA hæreticus, ſi convertatur, an recipiendus. pag.346. nu.54. p.351. num. 54. p.524. nu. 1. & ſequen. p. 525. nu. 5. & ſequen.

DOLOR repentinus, & inexpectatus ab hæreſi nonnunquam excuſat. pag.111. nu.46.

Dolor magnus an excuſet ab hæreſi. pagina 505. num. 23.

DOMINIA rerum quo pacto ſunt acquirenda, pag. 59. nu.233.

Dominium duplex ejuſdem rei inveniri poteſt. pag. 60. num. 242.

DOMINI temporales, qui adverſus hæreticos Inquiſitoribus non auxiliantur, quibus pœnis ſint afficiendi. pag.148. num.8. p.149. nu.8. p.473. nu.4.

Domini temporales in territorio ſuo Pontificias Conſtitutiones in hæreticos latas obſervare nolentes quomodo puniantur. pag.148. n.9.

Dominorum temporalium materiam, qui tractant, Authores. pag.149. nu.1.

DOMUS, in quam hæretici conveniebant ad hæreſes docendas, olim à Fiſco vindicabatur. pag. 335. nu.88. pag.535. nu. 13.

Domus aliena, in quam conveniunt hæretici Domino domus permittente, confiſcatur, & Dominus punitur. pag.335. nu.89. Eccleſiæ Catholicæ adjudicatur. pag.335. n.13.

Domus iſta hodie, aut publicatur, ſi hæretici eſt, aut funditus evertitur, ſi aliena. pag.335. nu.91. p.337. nu.91. p.535. nu.14.

DONATIO cauſa mortis facta, ſi donans in hæreſim incidat, & ejus Bona publicentur, revocatur. pag.32. nu.9. p.67. nu. 9. & 22.

Donatio facta Uxori à Marito hæretico, ſi poſt mortem ejus memoria damnetur, revocatur. pag.32. nu.10. p. 67. nu.10.

Donatio facta filio arrogato, & uni ex ſociis, non publicatur propter alterius hæreſim. pagina 38. nu.77.

Donatio legatis facta, ſi ipſi in hæreſim incidant, publicanda eſt, niſi expreſſè aliud ſit adjectum donationi. pag.38. nu.78.

Donationes occultæ ab hæretico factæ non valent. pag. 33. nu.2.

Donationes, & arrhæ propter nuptias uxori datæ, marito hæreſis damnato, non confiſcantur. pag.38. nu.72.

Donationes factæ uxori à Conſanguineis Viri ſui, quando publicari poſſint propter hæreſim mariti, & quando non. pag. 38. nu. 76. p. 68. nu.76.

DORMIENTES eodem in numero reponendi ſunt cum Infantibus, ac Dementibus. pag. 108. nu.16. p.504. nu.13.

Dormientes hæreſim proferentes ſunt aliquo modo ſuſpecti. pag.115. nu.16.

DOTES filiis à Patre hæretico datæ an revocentur.

tur. pag. 33. num. 23. p. 67. num. 23.
Dotes filiis Sanctimonialibus à Patre hæretico datæ an revocentur. pag. 33. *nu.* 24. *p.* 67. *num.* 23.
Dotes Uxoribus ſunt à Fiſco reddendæ, Maritis impietatis damnatis. pag. 37. *nu.* 66.
Dotes Uxorum hæreticorum quomodo illis reſtituendæ. pag. 37. *nu.* 68.
Dotes Uxorum ob hæreſim Maritorum quo in caſu fiſco vindicentur. pag. 68. *nu.* 66.
Dotis non numeratæ exceptione adverſus Uxorem uti poteſt Fiſcus, qui ſucceſſor eſt Mariti damnati. pag. 37. *nu.* 69.

E

EBRIETAS *quando excuſare poſſit ab hæreſi. pag.* 108. *nu.* 17. *p.* 114. *nu.* 17. *pag.* 114. *nu.* 50. *pag.* 505. *nu.* 14.
ECCLESIA *quid ſit, & unde dicatur. pag.* 151. *nu.* 1. *p.* 162. *nu.* 1.
Eccleſia quotupliciter accipi ſoleat, & in qua acceptione hic ſumatur. pag. 151. *nu.* 2.
Eccleſia qua ratione ſit una, & in quo unitas ejus conſiſtat. pag. 151. *nu.* 3.
Eccleſia qua ratione ſancta dicatur. pag. 151. *nu.* 4. *p.* 162. *nu.* 4.
Eccleſia qua ratione dicatur Catholica. pag. 152. *nu.* 5. *& ſeq. p.* 162. *nu.* 5.
Eccleſia quo tempore cœperit, & quibus temporibus incrementum, & augmentum aſſumpſerit. pag. 152. *nu.* 7.
Eccleſia nedum ortum habuit ab Apoſtolis, ſed continuatam quoq; ſucceſſionem. pag. 162. *num.* 6.
Eccleſia quæ nunc eſt, eadem extat, quæ ab initio Mundi fuit. pag. 162. *nu.* 7.
Eccleſiæ proprietates quot ſint. pag. 162. *nu.* 3.
Eccleſia hæreticorũ qualis nam ſit. pag. 153. *n.* 9.
Eccleſiam ſuam qualem eſſe dixerint, tàm veteres, quàm recentiores hæretici, quorum opinio eſſe cæca probatur. pag. 153. *nu.* 10.
Intra Eccleſiam quomodo Boni, & mali contineantur, & miſceantur, exemplis probatur. pag. 153. *nu.* 11.
An Eccleſia à temporibus Apoſtolorum uſque ad Lutherum fuerit, interrogãdi ſunt Lutherani, ut convincantur. pag. 154. *n.* 12.
Eccleſiam Chriſti ſemper duraſſe, & nunquam Lutheri dogma docuiſſe, Lutherani negare non poſſunt; ex quo colligitur eos eſſe deceptos. pag. 154. *nu.* 13. *p.* 162. *nu.* 13.
In Eccleſia una non ſunt hæretici. pagina 154. *num.* 14.
Eccleſiæ primitivæ dogmata per Patrum ſucceſſionem ad nos uſque tranſmiſſa amplectuntur, qui vera volunt audire. pag. 155. *n.* 16.
In Eccleſia illa eſt permanendum, quæ fuit ab Apoſtolis fundata, & uſque ad hunc diem durat. pag. 156. *nu.* 22.
Eccleſiam veram in quinto circiter ſeculo defeciſſe perperam dictitant Lutherani, & Calviniſtæ. pag. 162. *nu.* 12.
Eccleſia traditionibus Lutheranorũ hæreſes planè confutantur. pag. 157. *nu.* 26.
Eccleſiam contemnit qui ejus antiquam conſuetudinem ſpernit; ideo hæreticus contumax eſt. pag. 159. *nu.* 34.
Eccleſia vetuſtiſſima conſuetudines ab Apoſtolis, & Chriſti doctrina dimanarunt. pag. 163. *num.* 34.
Eccleſia Regimen Monarchicum eſſe ipſum Summi Pontificis nomen oſtẽdit. pag. 313. *n.* 11.
Eccleſia Catholica vera docet, ac proinde eſt feſtinandum ad eam. pag. 154. *nu.* 14.
Ab Eccleſia Catholica qui recedit, & adulteræ jungitur, proculdubio non ſalvabitur. pag. 152. *nu.* 8.
Eccleſia Catholica in rebus fidei nequit errare, quia à Spiritu Sancto regitur. pag. 157. *nu.* 25. *p.* 163. *nu.* 25.
Eccleſia Catholica nulla modo conſiſtere poſſet abſque uno ſupremo Capite, cum quo in Terris communicaret. pag. 306. *nu.* 11.
Eccleſia Catholica in quem finem Hæreticos punire ſoleat. pag. 323. *nu.* 36.
Eccleſiæ prima intentio eſt, ut hæretici convertãtur. pag. 324. *nu.* 37.
Eccleſia Univerſalis primatus an cum Epiſcopatu Romano ſit jure Divino conjunctus. pag. 163. *nu.* 23.
Eccleſia Romana eſt omnium Eccleſiarum Mater, & Magiſtra. pag. 155. *nu.* 15. *p.* 163. *num.* 15.
Eccleſiæ Romanæ qui Primatum detrahit, eſt hæreticus. pag. 163. *nu.* 15.
Eccleſia Romana Radix eſt Eccleſiæ Catholicæ, nec ab illa unquam hæreſis aliqua ſumpſit exordium. pag. 155. *nu.* 17.
Eccleſia Romana lumen Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei exhibet; Quod ſi in illa aliquid (quod abſit) fuerit extinctum; credendum eſt rebus finem adveniſſe. pag. 155. *nu.* 18.
Eccleſiam Romanam Matrem eſſe omnium Eccleſiarum, & nunquam erraſſe in fide probatur authoritate Sanctorum. pagina 155. *num.* 19.
Eccleſiam Romanam omnium errorum eſſe expertem

pertem concluditur cum Patribus Lateranenſis Concilii. pag.156. nu.20.
Ab Eccleſia Romana recedere nunquam licet. pag.156. nu.21.
Eccleſię Romanę primas partes non dare ſummũ impietatis eſt genus. Ibidem.
De Romana Eccleſia quęcunq; dicta ſunt, illi competere exiſtimandum eſt; quia ibi Sedes Apoſtolica erat voluntate Divina permanſura. pag.156. nu.23.
Eccleſię Romanę conſuetudo, & diſciplina ab omnibus Eccleſiis eſt tenenda. pagina 163. num.35.
Eccleſia ſuper actus ſolos internos poteſtatem non habet. pag.287. nu.4. & ſequen.
Eccleſia quos actus interiores ſoleat prohibere, pag.287. nu.6.
Eccleſia non poteſt condere legem, quę ſub pœna peccati mortiferi praecipiat Reo, ut meram pœnam in ſe ipſum exequatur. pagina 55. num.210.
Eccleſię res in emphyteuſim data an tranſire poſſit ad hæredem extraneum. pag.40. nu.99.
Eccleſia poteſt rem ſuam in emphyteuſim datam recuperare. pag.40. nu.104.
Eccleſia optio datur, ut intra biennium deliberet an velit habere fiſcum in emphyteutam.pag. 40.nu.105. p.68. nu.105.
Eccleſia utrum poſſit reſtitui adverſus lapſum hujus biennii. pag.41. nu.106. pagina 68. num.106.
ECSTASIS, & Raptus quomodo fiant. pagina 253. nu.11.
EDUCATIO bona, vel prava quantùm valeat in filiis. pag.366. nu.13.
EMPTORI, qui bona fide cum hæretico occulto contraxit, quando nam pretium ſit reſtituendum. pag.34. nu.29.
Emptori quæcunque pars nummorum reperiatur, eſt reſtituenda. pag.34. nu.30.
Emptori eſt reddenda pecunia, ſi ex ea hæreticus factus ſit locupletior. pag.34. nu.31.
Emptori eſt reſtituenda pecunia, ſi ex ea occultus hæreticus ſuis creditoribus ſolverit. pag.34. num.33.
Emptori reddendi ſunt nummi, ſi illis hæreticus res ſuas meliores fecit. pag.34. nu.32.
Emptori pretium reſtituitur, cum in hæretici rem verſa eſt pecunia, vel tantundem conſumpturus eſſet hæreticus ex bonis ſuis. pag.34. num.34.
Emptor, qui ſervatis ſolemnitatibus emerit ab hæretico, nihil præterea probare tenetur. pag.34. nu.39.
Emptori, qui bona fide ab occulto hæretico aliquid emit, quid ſufficiat probare, ut ei nummi ſoluti reſtituantur. pag. 34. nu.40. pag. 36. num. 51.
Emptori eſt reddenda pecunia, ſi ea hæreticus ędificaverit, aut ſimile quid fecerit. pagina 34. num.36.
Emptori ut pecunia reſtituatur, in qua re ſufficit eſſe impenſam ab hæretico. pag. 34. nu. 38.
Emptori, & Creditori cur in aliquibus caſibus eſt reſtituenda pecunia. pag.36. nu.52.
Emptoribus, & Creditoribus ſola rei confeſſio nocere non poteſt in probatione temporis, ex quo in hæreſim incidit. pag.37. nu.60.
EMPHYTEOTICARIJ de bonis quid ſentiendum. pag.68. nu.97.
EMPHYTEUSIS hominis privati in fiſcum tranſit propter hæreſim emphyteutæ. pagina 40. nu.97.
Emphyteuſis Eccleſiaſtica an tranſeat in fiſcum, publicatis bonis emphyteutæ. pag.40. n.98.
Emphyteuſis Eccleſiæ ad extraneos ſucceſſores pervenire non poteſt. pag.40. nu.100.
Emphyteuſim Eccleſiæ ad extraneos ſucceſſores pervenire poſſe alii opinantur. pagina 40. num. 101.
Emphyteuſis rei Eccleſiaſticæ quando ad extraneos hæredes, & fiſcum non tranſeat. pag. 40. nu. 102. & quando non. p.40. n.103.
Emphyteuſis an reddenda ſit Eccleſiæ cum meliorationibus, ita ut nihil pro eis fiſco ſolvat. pag.41. nu.107.
Emphyteuſis quando ſit Eccleſiæ reſtituenda cum meliorationibus. pag.41. nu.108.
Emphyteuſis propter hæreſim poſſeſſoris confiſcata cur ad Eccleſiam cum meliorationibus redire debeat. pag. 41. num. 109.
Emphyteuſis Dominus quid reddere teneatur, cũ ei fundus cum meliorationibus traditur. pag. 41. nu. 110.
Emphyteuſis Dominus, cum fundus ei redditur cum meliorationibus, an compenſare debeat impenſas cum fructibus perceptis. pag. 41. nu. 111.
Emphyteuſis Dominus non debet compenſare impenſas cum fructibus perceptis, ſi is, qui fecit impenſas, bona fidei poſſeſſor erat. pagina 41. nu.112.
EPISCOPI Apoſtolorum ſunt ſucceſſores. pagina 462. nu.2.
Epiſcopi ſunt judices ordinarii adverſus hæreticos. pag.462. nu.2.
Epiſcopi cur quadrageſimum annũ attingere non debent, ſicuti Inquiſitores. pag.463. nu.3.

Epiſcopi accuratiſſimè ſtudere debent, ne aliquid hæreticum dogma ſuam diœceſim inficiat. pag.164. nu.2. p.167. nu.1.

Epiſcopi jure Divino obligantur, ut gregem ſibi commiſſum diligentiſſimè cuſtodiant. pag. 165. num.3.

Epiſcopi, & Inquiſitores quo pacto ſe gerere debeant apud Hiſpanos in hæreticorum cauſis. pag 165. nu.5. p.167. nu. 5.

Epiſcopi hæretici ab omnibus accuſari poſſunt. pag.165. nu.7.

Epiſcopi titulares an verè Epiſcopi ſint. pag.168. num. 12.

Epiſcopi, quos titulares vocant, à quibus puniri debeant. pag.166. nu.12.

Epiſcopi Diœceſim ſuam ab hæreſibus purgare negligenses, ſunt deponendi. pag. 167. nu. 1. pag.463. nu.3.

Epiſcopi olim erant Inquiſitores. pag. 167. nu.4.

Epiſcopi, Cardinales, & cæteri hujuſmodi publicam pœnitentiam agere debent, ſi hæretici ſint. pag.349. nu.76.

Epiſcoporum munus proprium, & præcipuum. pag.164. nu.1.

Epiſcoporum cauſæ ad Summum Pōtificem omni jure pertinent. pag.166. nu.10.

Epiſcoporum conſecratorum cauſa, aut eorum, quos ipſe Summus Pontifex elegit, Papæ committenda eſt, non autem eorum, qui à Capitulis, vel ab aliis electi ſunt, pag.166. nu.11. p.167. nu.11.

Epiſcoporum ab Inquiſitoribus diſcrimen, cum in cauſa Fidei procedunt. pag. 167. nu. 3.

Epiſcoporum hæreticorum cauſas hodie Eminentiſſimi Cardinales Generales Inquiſitores cognoſcunt. pag.167. nu.10.

Epiſcopum hæreticum an carceri mancipare poſſit Inquiſitor. pag.167. nu.7.

Epiſcopus an ſine Inquiſitore poſſit Reum abſolvere. pag.12. nu.8. p. 13. nu. 9. Ibidem nu. 8. & ſequen. p.536. cap.1.

Epiſcopus an in foro conſcientiæ hæreticum poſſit abſolvere. pag.12. nu.6. p. 13. nu.6.

Epiſcopus quando non debeat fugere mortis periculum. pag.111. nu.40.

Epiſcopus hæreticus cur ſit privandus Epiſcopatu. pag.166. nu.9.

ERRANS in fide malitia, hæreticus pertinax, & conſumatus vocari poteſt. pag.171. nu. 2. p. 506. nu.4.

Errans ignorantia an excuſari poſſit ab hæreſi. pag.507. nu.1.

ERRARE quid ſit, & quot modis errare in fide contingat. pag. 168. nu.1. p. 506. num.1. & ſeq.

Errare malitia in fide quot modis unuſquiſq; poſſit. pag.168. nu.2. p.506. nu.3. & ſequen.

ERRORES ab hæretico converſo in ſcriptis an abjurandi. pag.3. nu.9. & ſequen.

Errores ab hæretico converſo an nominatim abjurandi. pag.4. nu.13.

Errores ejus, qui aliquando erravit, quibus modis agnoſcantur. pag.145. nu.28.

Erroris diſcrimen ab hæreſi. pag.171. num. 1. p. 170. nu.1.

EVANGELISTÆ miſſa fecerunt multa, quæ ad noſtram pertinent Religionem, neque ejus integram hiſtoriam tradiderunt. pag.160. num. 36.

Evangeliſtas non omnia ſcripſiſſe, quæ ad Eccleſiæ inſtitutionem, & Sacramenta pertinēt, cum maxima pars unctioni Spiritus Sancti reſervata fuit, probatur rationibus. pagina 160. nu.37.

EVMOLPIDARVM munus. pag.234. nu.2.

EXACTIO aliquando juſta eſſe poteſt, & illum à quo invito pecunia exigitur, eam reſtituere non teneri in foro conſcientiæ. pagina 51. num. 186.

EXCEPTIONES, quæ admitti debeant adverſus Teſtes. pag.431. nu.80.

Exceptiones ſi juſtè adverſus teſtes obiiciantur, ad earum probationem Reus eſt admittendus. pag.431. nu.81.

Excipere ea, quæ exceptione non indigent, cur Juriſperiti nunquam ſoleant. pag.107. n.11.

EXCOMMVNICARI nemo poteſt poſt mortem, niſi hæreticus fuerit. pag.174. n.7. p.519. num. 3.

EXCOMMVNICATIO eſt ultimum Eccleſiæ remedium. pag.175. nu.3.

Excommunicatio prima hæreticorum pœna. pag. 519. nu.1.

Excommunicatio non incurritur ab hæretico merè interno. pag.175. nu.1.

Excommunicationis ab Anathemate diſcrimen. pag.174. nu.7. p.175. nu.7.

Excommunicationis pœna maxima, & formidāda. pag. 172. n.2. p.175. n.3. p. 519. n.1.

Excommunicationem quid impius Lutherus eſſe ſentiat. pag.173. nu.3.

Excommunicationes Prælatorum qui docet non eſſe timendas, hæreticus eſt. pag.175. n.2.

EXCOMMVNICATI ab Eccleſiæ gremio non excluduntur. pag.162. nu.11.

Excommunicati ſi per annum in excommunicatione pertinaci animo permanſerint, an in hæreſis ſuſpicionem incurrant. pag. 173. nu.4. p.175. nu.4. p.519. nu.2.

Excom-

Excommunicati nō prius abſolvendi ſunt, quàm Eccleſiæ plenè ſatisfaciant. pag. 173. nu. 5.

Excommunicati qui per menſem in excommunicatione permanſerint, Regiis legibus cautū eſt, ut à Judice ſeculari puniantur. pagina 174. nu. 6.

EXECUTIO ante latam ſententiam facta, reproba eſt, & injuſta. pag. 50. nu. 180.

EXECUTOR quis ſit, & quot nominibus ſoleat appellari, ejuſque munus qua in re verſetur. pag. 278. nu. 5.

Executores, ſeu Apparitores pro Reis comprehendendis habere debent Inquiſitores. pag. 472. num. 3.

EXPERIENTIA Rerū magiſtra. p. 459. n. 13.

F

FABII geſtum inſigne. pag. 549. nu. 52.

FACULTATIS Pariſienſis Theologiæ Cenſura quadam auctoribus Jacobo Vernant, & Amadæo Guimenio prohibetur. pagina 555. Bull. Alex. VII.

FAMA unde ortum habeat. pag. 445. nu. 41.

Fama quàm mendax, & vana plerunq; ſit. pag. 445. nu. 38.

Fama quo pacto à Fabio deſcribatur. pag. 445. num. 39.

Fama crebra, & conſtantie vis. pag. 444. nu. 35.

Famæ mala à Tertulliano, & Hieronymo enumerantur. pag. 445. nu. 40.

FAMILIARIUM, ſive ſtipatorum S. Inquiſitionis munus, & numerus, & quales ſint eligendi. pag. 280. nu. 15. p. 285. nu. 15.

Familiaribus immunitates quædam nuper conceſſæ fuerunt juſſu Regis, & eorum numerus præfinitus. pag. 280. nu. 16.

Familiarium numerus quo pacto præfinitus. pag. 281. nu. 17.

Familiarium cathalogus in una quaque Provincia dandus eſt Conſiſtoriis Civitatum. pag. 281. nu. 18.

Familiares in Cauſis Criminalibus eximuntur à Juriſdictione Judicum ſecularium, exceptis nonnullis criminibus. pag. 281. nu. 19.

Familiares comprehendi poſſunt à Judicibus ſecularibus. pag. 281. nu. 20.

Familiarium cauſa quando ad Regiam Curam referenda. pag. 281. nu. 21.

Familiaris, qui ſimplex homicidium cōmittit, ab Inquiſitoribus eſt puniendus. p. 282. nu. 22.

Familiaribus S. Inquiſitionis quæ privilegia conceſſa. pag. 285. nu. 16.

Familiares S. Inquiſitionis in Regno Valentiæ etiā in Cauſis civilibus ſunt de foro Inquiſitorum. pag. 285. nu. 18.

FAUTORES hæreticorum qui dicantur. pag. 469. nu. 2.

Fautores hæreticorum in eadem eſſe cauſa cēſendi ſunt, cum eorum Defenſoribus. pag. 94. nu. 11. p. 469. nu. 1.

Fautores hæreticorum quo pacto Magiſtratus, & quomodo privati homines cenſeantur. pag. 94. nu. 13. p. 97. nu. 13. p. 469. nu. 3.

FESTORUM agendorum in Sanctorum memoriam Ritus eſt vetuſtiſſimus in Eccleſia. pag. 122. nu. 1.

FEUDUM quod hæreticus habuit, quo pacto confiſcari non poſſit. pag. 42. nu. 120. p. 68. num. 120.

FIDES Catholica quid ſit. pagina 176. nu. 1. p. 181. num. 1.

Fidem Catholicam eam eſſe, quam S. Doctores uno ore conſentiunt, probatur. p. 144. n. 25.

Fides bona, & ignorantia in dubiis præſumitur. pag. 39. nu. 84.

Fides multas, eaſq; impias comenti ſunt Lutherani, & alii hæretici. pag. 176. nu. 2.

Fides hæreticorum qualis ſit: pag. 176. nu. 3.

Fides multifariam diduci ſolet. pag. 176. nu. 4. p. 181. nu. 4.

Fidei obiectum formale quid ſit, & quo pacto qui eam falſam putat in aliquo, vacillat in reliquis. pag. 177. nu. 5. p. 181. nu. 5.

Fides Catholica conſtantiſſimè eſt tenenda. pag. 177. nu. 6.

Fidem Catholicam qui non tenet firmiſſimè, ſed dubitat an vera ſit, eſt infidelis. p. 178. n. 7.

Fidei Symbolum explicitè ſcire tenentur Chriſtiani unà cum præceptis Decalogi, & Oratione Dominica. pag. 178. nu. 8.

Fidei confeſſio quando neceſſariò fieri debet. pag. 179. nu. 15. p. 182. nu. 15.

Fides rationibus humanis probari nequit. p. 180. nu. 17. p. 182. nu. 17.

Fide conſtanter recepta, veritas ejus ratione eſt munienda. pag. 180. nu. 18.

Fides noſtra cur Catholica, & Orthodoxa. pag. 181. nu. 3.

Fidei meritum per rationes fidem probantes non diminuitur. pag. 182. nu. 18.

FIGURAS, aut ſtigmata fieri quomodo prohibeatur in Levitico. pag. 413. nu. 22.

FILII, & hæredes defendere poſſunt per Procuratorem cauſam Defuncti: pag. 375. nu. 5. p. 118. nu. 15.

Filiis natis ante hæreſim Patris favet Conſtitutio Bonifacii VIII. pag. 191. nu. 32.

De Filiis natis ante, vel poſt Patris hæreſim nullam continet quæſtionem Bonifacii VIII. Cõſtitutio. pag. 191. nu. 33.

Declaratur eadem Conſtitutio. ibidem nu. 34.

Filiis hæreticorum, cum erant Catholici, paterna bona olim relinquebantur. pag. 31. nu. 3.

Filiis hæreticorum bona adimere acerbum, & inhumanum non eſt. pag. 31. nu. 5. p. 67. n. 5.

Filiis eorum, qui ſunt læſæ Majeſtatis, lex, quæ decernit paterna bona eſſe adimenda, non eſt abrogata. pag. 32. nu. 6.

Filii familias bona, quæ poſt Patris mortem ei debentur, publicari non poſſunt. pag. 38. n. 79.

Filiis hæreticorum an legitima ſit relinquenda. pag. 67. nu. 4.

Filii apud Hebræos, & alios olim à Parentibus vendebantur. pag. 186. nu. 8.

Filiis hæreticorum etiam Catholicis hodie nihil relinquitur. pag. 67. nu. 6.

Filiis hæreticorum natis, ſive conceptis ante hæreſim Patris an aliquid relinquatur. pagina 67. nu. 6.

Filii hæreticorum parvuli cautum eſt à Majoribus, ut educentur, & alantur Inquiſitorum cura. pag. 187. nu. 12. p. 197. nu. 12.

Filii hæreticorum Catholici ad nullum Eccleſiaſticum Beneficium, ſeu publicum officium ſunt admittendi. pag. 187. nu. 13. p. 197. nu. 13. p. 529. nu. 3.

Filii hæreticorum Catholici an ad ſacros Ordines ſint promovendi. p. 187. n. 14. p. 197. n. 14.

Filii hæreticorum Catholici, quorum Parentes fuerint Eccleſiæ reconciliati, & unitati reſtituti, benignius tractantur. pag. 187. nu. 15. p. 529. nu 4.

Filii hæreticorum tam legitimi, quàm adulterini infamia notantur. pag. 188. nu. 16. p. 197. nu. 16. p. 530. nu. 5.

Filii, & Nepotes eorum, qui in hæreſim relapſi, Curiæ ſeculari ſunt relicti, quo in numero habendi. pag. 188. nu. 17. p. 197. nu. 17.

Filii hæreticorum Catholici an ſanguinis nobilitate priventur. p. 188. n. 18. p. 197. n. 18.

Filii hæreticorum ullo modo privandi ſunt illis Beneficiis, quę antea obtinuerunt, quàm eorum Parentes hęretici declararentur. pag. 188. nu. 20. p. 197. nu. 20. p. 530. nu. 9.

Filii, & hęredes hęreticorum an, & per quos teſtes admittantur ad defunctorum Parentum innocentiam probandam. pag. 188. nu. 21. p. 197. nu. 21. p. 530. nu. 12.

Filii, qui nati ſunt antequam Parentes hęretici eſſent, an pœnis contra filios hęreticorum ſtatutis comprehendantur. pag. 189. n. 22. p. 197. nu. 22. p. 530. nu. 10. & ſequen.

Filiis hęreticorum Catholicis ante Parentum hęreſim natis Imperatoris Conſtantini lex favet. pag. 189. nu. 24.

Filiis non imputantur Parentum peccata, quę poſt eos natos à Parentibus committuntur. pag 189. nu. 25.

Filiis hęreticorum Catholicis ante Parentum hęreſes natis Hiſpani Legiſlatores, & Septipartitę leges favent. pag. 190. nu. 26.

Filiis hęreticorum Catholicis ante Parentum hęreſes natis non obeſt quòd hęreſis vitium ſit merè ſpirituale. pag. 190. nu. 27.

Filii innocentes ante Patris hęreſim geniti benignè ſunt excipiendi. pag. 190. nu. 29.

Filii Parentes hęreticos occultos ad Judices deferentes, cur non ſubjaceant pœnis in filios hęreticorum ſtatutis. pag. 194. nu. 47. pag. 197. num. 47.

Filii Judęorum, & Infidelium utrum baptizari debeant parentibus invitis. pag. 194. num. 51. p. 197. nu. 51.

Filii, qui lędunt Parentes, quomodo puniendi. pag. 552. nu. 69.

Filii an in jus vocare poſſint Parentes. pag. 552. nu. 71. & ſequen.

Filii quàm debeant venerari Parentes. pag. 550. nu. 54. & ſequen. p. 551. nu. 58. & ſequen. p. 552. nu. 64. & ſequen.

Filii Infidelium, quibus liberum eſt arbitrium, non ſunt inviti baptizandi, etiamſi Parentes eorum id velint. pag. 195. nu. 54.

Filii Infidelium, ſi ſponte ad Baptiſmum venerint, invitis etiam Parentibus ſunt baptizandi. pag. 195. nu. 55.

Filii Minores viginti annis, qui de ſe ipſis, parentibus, & aliis, quos hęreticos eſſe ſciunt, plenam Judicibus dixerint veritatem, benignè excipi debent, etiam poſt gratię tempus. pag. 195. nu. 56.

Filii Parentũ prįceptis imbuti, plęrunq; ad eorũ hęreſes, moreſq; deducuntur. p. 195. n. 57.

Filii, qui incerto Patre naſcũtur, propter Patris delictũ nullã pęnã incurrunt. p. 197. n. 16.

Filii Judęorum ante rationis uſum baptizati, ſi poſtea ad Judaiſmum adulti revertantur, ut hęretici an ſint puniendi. p. 197. nu. 51.

Filios natos ante hęreſim Patris puniendos eſſe, cui fundamento innixi probent, qui id ſentiunt. pag. 191. nu. 31.

Filios hęreticorum egeſtate laborare Reipublicę intereſt. pag. 31. nu. 4.

Filio familias impietatis damnato, nõ publicatur peculiũ profectitiũ ei à Patre conceſſũ. p. 38. nu. 80.

Filio

Filio hæretici eſt reſtituendum à fiſco ſi quid Pater illi rogatus ſit reſtituere. pag.40. n.94.
Filios interdum punire propter Parẽtum ſcelera juſtiſſimum eſt. pag.184. nu.1. p.196. n.1.
Filios nonnunquam Deus ipſe punire ſolet propter peccata Parentum. pag. 184. nu.2.
Filium propter Patrem Deus nunquam pœna æterna punivit. pag. 184. nu.3.
Filios in quartam Generationem ſe puniturum propter Parentes quo pacto intelligi opportet Deum dixiſſe. pag.184. nu. 4.
Filios Deum occidiſſe propter Parentum ſcelera juſtiſſimum fuit. pag.185. nu.5.
Filium ob crimen Patris, aut quempiam alium ob crimen alterius interficere, aut quavis corporali pœna afficere non licet. pag. 185. nu.6. p.196. nu.6.
Filium ob Patris Crimen qua pœna punire liceat pag.185. nu.7. p.196. nu.7.
Filios æquum eſſe ob Parentum ſcelera puniri, oſtendit Cicero ad Brutum ſcribens. pagina 186. nu.9. p.529. nu.1.
Filiorum pœna magis terrentur Patres, quàm propria. pag.186. nu.10.
Filios nobilium, ut in pretio haberi æquum eſt propter Parentum merita; ità eos, qui ſceleratis Parentibus nati ſunt, puniri decet ob Parentum ſcelera. pag.186. num.11. p. 529. nu.2.
Filios hæreticorum Catholicos ante Parentũ hæreſes natos, neq; infames eſſe, neq; pœnis obnoxios, eſt multorum ſentẽtia. p.189. n.23.
Filios Judæorum, & Infidelium, cum ipſorum Parentes ſub noſtro dominio degunt, an liceat baptizare. pag.194. nu.52.
Filios Infidelium parvulos ab invitis parentibus abduci poſſe ad Baptiſmum plurimi aſſerunt. pag.195. nu.53.
Filios multis de cauſis poſſunt Parentes exhæredare. pag.552. nu.70.
Filius Arcis cuſtos an Patrem oppugnantem occidere teneatur. pag.543. n.11. p.547. n.38.
Filius an teneatur Patrem accuſare, ſi Principem velit occidere. pag.543. nu.10. p.547. num.37.
Filius Principis feudatarius an Principem contra Patrem adjuvare teneatur. pag. 545. nu.12. p.547. nu.39.
Filius an accuſare teneatur Patrem, ſi ille fuerit occultus hæreticus. pag.192. nu.35. p.197. nu.35. p.542. nu.1. p. 546. nu. 31.
Filius eſt accuſandus à Patre; ergo Pater à filio, par ratio nõ eſt. pag.192. n.39. p.546. n.33.
Filius cur Patrem occultum hæreticum prodere non debeat. pag.193. nu.40. p.546. nu.31. & ſequen. p. 547. nu. 37. & ſequen.
Filius impium Parentem relinquere, accuſare autem non debet. pag.193. nu. 41. p. 547. num.40.
Filius an teneatur Patrem Patriæ proditorem judicibus indicare. pag.543. nu 9.
Filius, vivo Patre hæretico, cur ad ejus defenſionem non admittitur. pag.119. nu.16.
Filius hæreticus exhæredari poteſt à Patre. pag. 531. nu.13.
Filius natus ante Patris dignitatem, ut ejus prerogativas, & honores non conſequitur; ita illi nocere non debet ſcelus Patris poſt ejus nativitatem commiſſum. pag. 190. nu.28.
Filius accuſare debet Patrem proditorem; ergo hæreticum; non eſt par ratio. pagina 193. num. 42.
A Filio non prodendo de Patre hæretico occulto Toſtadi ſententia generaliter eſt veriſſima; eget tamen interpretatione. pag.193. n.43.
Filius quibus in cauſis Patrem occultum hæreticum prodere debeat. pag.193. nu. 44. pag. 197. nu.44.
Filius prodere tenetur Patrem occultum hæreticum, ſi ejus hæreſis Reipublicæ ſit pernicioſa. pag.193. nu.45.
Filius Judicibus indicans Patrem hæreticum an eximendus ſit ab infamia, & ab aliis pœnis filiis hæreticorum impoſitis. pag. 193. nu.46. p.197. nu.46.
Filius hæreticus à Patre ad Judices delatus, & Pater à filio, an mitius puniri debeat. pag. 194. nu.50. p.197 nu.50.
Filius an Patrem hæreticum alere teneatur. pagina 545. nu.21.
Filius an Patrem proſcriptum impunè poſſit occidere. pag.545 nu.22.
Filius, & Pater unum cenſentur. pagina 545. num. 24.
Filius an Patrem hæreticum poſſit, ſi velit, accuſare. pag.547. nu.41.
Filius an Patrem hæreticum corripere teneatur. pag.546. nu.30.
Filius magis tenetur Patrem diligere, quam filium Pater. pag.546. nu.32.
Filius hæretici pertinacis ſit ſui juris. pag. 547. num 40.
Filius ſi Patrem hæreticum accuſet, quo premio afficiendus. pagina 547. num. 42. pagina 553. Annot.
Filius Patrem hæreticum accuſare quando nam teneatur. pagina 548. num. 43. & tribus ſequen.

Filius minor 20. annis doli capax, ſi hæreticus pertinax fuerit, perinde ac ſi major eſſet, Judici Seculari eſt relinquendus. pag. 195. num. 58.

FISCUS ſimplum duntaxat præſtabit pro evictione, quamvis duplum, vel triplum Receptor promiſerit. pag. 293. nu. 12.

Fiſci in dubiis quæſtionibus non eſt magna ratio habenda. pag. 36. nu. 53.

Fiſcus ſub Optimo Principe ſæpe numero vincitur. pag. 36. nu. 54.

Fiſco in rebus certis favere decet. pag. 36. nu. 55.

Fiſcus ante latam ſententiam Bona hæretici occupare non poteſt. pag. 49. nu. 174.

Fiſci poſſeſſio in Bonis hæretici ante latam ſententiam violenta, & injuſta eſt. pagina 50. num. 175.

Fiſcus, ſi ante latam ſententiam Bona occulti hæretici invaderet, teneretur furti actione, pag. 50. nu. 176.

Fiſcus propter actionem competentem ad petenda hæreticorum bona, intelligi quodammodo poteſt eſſe Dominus illorum Bonorum ipſo jure. pag. 60. nu. 241.

Fiſcus quo ad hæreticorum Bona eſt Eccleſia Romana. pag. 69. nu. 132.

Fiſci cauſas qui defendere teneatur. pagina 376. nu. 11. ibidem nu. 11.

Fiſci advocatum quis primus inſtituit. pag. 376. num. 11.

FORNICATIONEM ſimplicem qui credit non eſſe peccatum verè hæreticus eſt. pag. 455. num. 5.

FORUM conſcientiæ quantum differat à foro civili. pag. 61. nu. 248.

FRUCTUS Beneficiorum Curatorũ propter hæreſim Clerici non omnes publicantur. pagina 68. nu. 90.

Fructus Beneficiorum, quos Clerici poſſident, propter ipſorum hæreſim publicari poſſunt. pag. 39. nu. 90.

Fructus percepti à malæ fidei poſſeſſore, ſi plures ſint, quàm meliorationes, quo pacto compenſatio ſit facienda. pag. 41. nu. 115.

Fructus percepti à bonæ fidei poſſeſſore poſt litem conteſtatam quo pacto non ſint reſtituendi, ut quidam ſentiunt. pag. 42. nu. 116.

Fructus percepti à bonæ fidei poſſeſſore poſt litem conteſtatam quando ſint reſtituendi. pagina 42. nu. 117.

FUGERE è carcere an is licitè poſſit, qui injuſtè damnatus eſt, & ille etiam qui ad mortis pœnam juſtè condemnatur. pag. 102. n. 26.

Fugere è carcere ruptis vinculis, & foribus effractis, an liceat ei, qui juſtè morte affici poteſt. pag. 102. nu. 27. p. 104. nu. 27.

Fugere è carcere licitè poſſe Reum, ipſo, & Vinculis ruptis, ſententia eſt Cajetani. pagina 103. nu. 28.

Fugere vincula multi ex Antiquis ſuo exemplo docuerunt. pag. 511. nu. 16. & ſequen. p. 442. nu. 30.

Fugientes è cuſtodia quo pacto puniri debeant. pag. 102. nu. 23. p. 104. nu. 23. p. 479. nu. 5. p. 539. cap. 8. & 9.

Fugientes è carcere, ad quem perpetuò erant damnati, puniri debent, tanquam relapſi, ut multi ſentiunt. pag. 102. nu. 24. pag. 521. num. 4.

Fugientes è carcere, ad quem perpetuò erant damnati, impœnitentes, non relapſi habendi ſunt. pag. 102. nu. 25. p. 104. nu. 25. pag. 521. nu. 5.

Fugientes antequam accuſentur de commiſſo crimine, non ſemper vehementer ſuſpecti ſunt. pag. 442. nu. 29.

Fugientes è carcere an videantur crimen fateri. pag. 479. nu. 5.

Fugientes è carcere an ob fugam torqueri poſſint. pag. 442. nu. 28. p. 511. nu. 16.

FUNDO ſervienti propter hæreſim publicato, vel illo, cui ſervitus debetur, durant ſervitutes. pag. 32. nu. 8.

De FUNERIBUS priſcorum Chriſtianorum remiſſivè. pag. 123. nu. 10.

FURIOSUS ſi quid hæreticum dixerit, an impius cenſeri debeat. pag. 504. nu. 9. p. 107. nu. 12. p. 113. nu. 12.

Furioſus ſi evadat hæreticus, quid agendum. pag. 504. nu. 10. p. 107. nu. 13. p. 113. nu. 13.

G

GARCIAS Sanctius Poeta in furorem verſus eſt, eo quia Job lectiones profanis amoribus accomodavit. pag. 402. nu. 18.

GEORGII Saxoniæ Ducis in Lutheranos egregium dictum. pag. 214. nu. 36.

H

HÆREDITAS Matris, ſuperſtite filio, inter bona adventitia filii reſpectu Patris enumeratur. pag. 67. nu. 16.

Hæreditas adita ab occulto hæretico an aquiratur fiſco. pag. 42. nu. 124.

Hæreditas, quæ defertur hæretico ex die, qua ad fidem reſipiſcens redit, non eſt fiſco reſtituen-

ſtituenda. pagina 69. num. 125.
Hæreditatem an hæreticus adire poſſit, quæ ei defertur, cum jam hæreſim confeſſus eſt, quãvis nondum ſit abſolutus. pag. 43. nu. 125. pag. 69. nu. 125.
HÆREDES eorum, qui ſuſpecti erant de hæreſis crimine, condemnari non debent ad pœnas pecuniarias præſtãdas. pag. 332. n. 77.
HÆRESIARCHA multorum malorum eſt cauſa, & ut talis puniendus. pag 347. nu. 62.
Hæreſiarchæ, & Magiſtri errorum durius puniendi ſunt. pag. 333. nu. 80. p. 535. n. 11.
Hæreſiarcharum pœna in Inferno erit graviſſima. pag. 334. nu. 83.
Hæreſiarcham non recipit Lucii III. conſtitutio. pag. 346. nu. 55. & ſequen. p. 524. nu. 1.
Hæreſiarchæ ſeveriſſimè ſunt puniendi, etiamſi veniam petant pag. 346. nu. 57.
Hæreſiarchæ, & Doctores errorum non una morte ſunt digni. pag. 346. num. 58. pag. 524. num. 4.
Hæreſiarchæ, & errorum Magiſtri Curiæ ſeculari ſunt relinquendi. pag. 347. nu. 60.
Hęreſiarchę cur ignoſcere non oporteat. pag. 347. num. 61.
HÆRESIS qualis vox ſit, quid ſignificet; & ejus opera. pag. 198. nu. 1. p. 203. nu. 1. p. 460. num. 1.
Hæreſis Definitiones. pag. 199. nu. 2. p. 203. n. 2. p. 460. nu. 2.
Hæreſis quid habere debeat, ut conſumata dicatur. pag. 199. nu. 3. p. 204. num. 3. p. 460. num. 3.
Hæreſis conſumata explicatur. pag. 199. nu. 4.
Hæreſis in fidei Catholicæ materia committitur. pag. 199. nu. 5. p. 204. nu. 5.
Hæreſis quàm impium ſit crimen, & quot mala importet. pag. 200. nu. 7. p. 204. nu. 7.
Hæreſis aliæ cauſæ recenſentur. pag. 200. nu. 9. p. 460. nu. 4.
Hæreſis ex quibus amplius cauſis procedat. pagina 201. nu. 10.
Hæreſis quare multis modis fiat. pag. 201. nu. 11.
Hæreſis Doctrina Catholica vocari nequit. pagina 203. nu. 1.
Hæreſis eſſe conſumata non poteſt ſine intellectus errore. pag. 207. nu. 8. p. 220. nu. 8.
Hæreſis potiſſima ratio in eo conſiſtit, ut hæreticus conſultò ſeipſum ſeparet ab Eccleſia. pag. 208. nu. 11.
Hæreſis ab Apoſtaſia diſcrimen. pag. 220. nu. 13.
Hæreſis purè mentalis, quæ nunquam in actum exteriorem prodiit, Inquiſitorum abſolutione non eget. pag. 288. nu. 11.
Hæreſis in confeſſione dicta quando à Confeſſario valeat indicari. pag. 289. nu. 15.
Hæreſis alicui nota ſub ſigillo naturalis ſecreti, & quæ patet ſub confeſſionis Sacramentalis ſigillo, in quo differant. pag. 290. nu. 14.
Hæreſis, & Schiſma unitatem, & amicitiam Civitatum, & Populorũ miſerabiliter diſſipant. pag. 320. nu. 20.
Hæreſis crimen cur ſumma cura, & prudentia examinari oporteat. pag. 371. nu. 1. p. 374. nu. 1. p. 485. nu. 1.
Hæreſis cauſa Civitates, & Regna percutiuntur. pag. 458. nu. 6.
Hæreſis cognitio ad ſolum Judicem Eccleſiaſticum ſpectat. pag. 247. nu. 1. p. 533. nu. 1. pag. 462. nu. 1.
Hæreſis ſerpit ut cancer. pag. 546. nu. 36.
Hæreſis à furioſo dicta impunita cur eſſe debeat. pag. 107. nu. 12. p. 113. nu. 12. p. 504. n. 9.
Hæreſis qua in re differat ab aliis criminibus. pagina 110. nu. 35.
Hæreſis crimen non extinguitur morte Rei. pag. 122. nu. 5.
Hæreſes qui docere voluit, & nulli nocuit, an recipi poſſit. pag. 348. nu. 72.
Hæreſes unde oriri ſoleant. pag. 200. num. 8. p. 204. nu. 8.
Hæreſes qui primus invenit. pag. 206. num. 1. p. 219. nu. 1.
Hæreſes eſſe cur oporteat. pag. 218. nu. 49. p. 221. num. 49.
Hæreſes quid afferant utilitatis. pag. 218. nu. 50. p. 221. nu. 50.
Hæreſes nonnunquam Idola appellantur. pagina 222. nu. 3. p. 458. nu. 5. p. 124. nu. 5.
Hæreſes qui docet, an recipiendus ſit, ſi velit redire. pag. 346. nu. 54. p. 351. n. 54. p. 524. nu. 1. & ſequen. p. 525. nu. 5. & ſequen.
Hæreſum Authores, & Magiſtros ſeveriſſimè puniendos eſſe Paulus docet. pag. 347. nu. 64.
Hæreſum remedia. pag. 201. nu. 12. p. 204. n. 12.
Hæreſim manifeſtam quæ crimina præſeferant. pag. 202. nu. 14.
Hæreſim, qui dixit, aut fuit hęreticus ante multos annos, mitius puniendus eſt, ſi correctus fuerit. pag. 335. nu. 87.
HÆRETICA peſtis igne eſt extirpanda, ne nobis Deus iraſcatur. pag. 326. nu. 48.
HÆRETICI, ne ſimulatè converti videantur, quot pręſtare debeant. pag. 2. nu. 4.
Hęretici ſunt tanquam adulteri in Eccleſia. pag. 5. nu. 22.
Hęretici univerſam Eccleſiam lędunt. pagina 10. num. 16.

Hęre-

Hæretici quot annis à Summo Pontifice excommunicantur. pag. 12. nu. 1.

Hæretici cur tuti non ſint in ea Provincia, ubi nihil commiſerunt, cum id cæteris facinoroſis concedatur. pag. 10. nu. 16.

Hæretici, antequam hæreſeos dirum virus evomant, ſunt puniendi. pag. 10. nu. 17.

Hæretici dicuntur ubiq; delinquere, & per conſequens ubiq; puniendi. pag. 11. nu. 18.

Hęretici procaces devitandi ſunt, tanquam peſtis. pag. 154. nu. 14.

Hæretici an ſint de Eccleſia. pag. 161. num. 41. p. 163. nu. 42.

Hæretici verè non ſunt de Eccleſia, licèt ad Eccleſiam pertinere videantur. pag. 161. nu. 42.

Hæretici omnes ipſo jure ſunt excommunicati, & tantùm à Summo Pontifice, vel ab ejus delegato abſolvi poſſunt. pag. 172. nu. 1. pag. 175. num. 1.

Hæretici tanquam excommunicati devitari ſolent, etiam priuſquam hæretici declarentur, & à miſſa audienda repelluntur. pag. 175. nu. 9.

Hæretici cur ubi puniuntur ſoleant eſſe occulti. pag. 290. nu. 16.

Hæretici quare in foro conſcientiæ non obligantur, ut antequam condemnentur, bona ſua fiſco offerant. pag. 56. nu. 215.

Hæretici, qui in furorem incidit, quomodo peragenda ſit cauſa. pag. 107. num. 13. p. 113. nu. 13. p. 504. nu. 10.

Hæretici non ſunt qui coacti aliquid impium patraverunt. pag. 109. nu. 29.

Hæretici impii pravis rationibus innitentes, non ſunt audiendi, & ubi Sanct. Doctores, ibi Chriſtus, & Veritas eſt. pag. 144. nu. 26.

Hæretici procaces quibus rationibus S. Patrum doctrinam, & authoritatem reiiciant. pag. 144. nu. 27.

Hæretici ob quam cauſam devitandi, & Doctores Sancti ſequendi, & amplectendi. pag. 145. num. 29.

Hæretici unde poſſint cognoſci. pag. 209. nu. 14. p. 220. nu. 14.

Hęretici hujus temporis ex ipſorum peſtiferis moribus cognoſcuntur. pag. 209. nu. 15.

Hæretici Conviciatores, & Procaces ſunt. pagina 209. nu. 16. p. 220. nu. 16.

Hæretici Lutherani Deum, atque homines irridont. pag. 209. nu. 17.

Hæretici mendaces perverſorum dogmatum cultores, & pleni ſermonibus ſunt. pag. 210. nu. 18. p. 220. nu. 18.

Hæretici obſcænis, & noxiis animalibus in Sacris Scripturis comparantur. pag. 210. nu. 19. p. 220. nu. 19.

Hæretici Lutherani jejunia, abſtinentiam, & Virginitatem odio habent. pag. 210. nu. 20. p. 220. nu. 20.

Hæretici prudentiæ ſuæ innituntur. pagina 211. num. 25.

Hæretici ſuperbi ſunt. pag. 211. num. 26. p. 221. num. 6.

Hæretici novitatis dulcedine homines allicere ſolent. pag. 212. nu. 28.

Hæretici Chriſtianorum titulum ſervant, ſed nomine ſuorum Præceptorum, aut errorum gaudent. pag. 215. nu. 38.

Hęretici, cum ſint iniquiſſimi, ſpeciem pietatis nonnunquam pręſeferunt. pag. 215. num. 39. p. 221. nu. 39. Quantum detrimenti afferant. pag. 461. nu. 3.

Hęretici, qui Virtutis ſpeciem pręſeferunt, multò magis ſunt vitandi. pag. 215. nu. 40.

Hęretici quid Catholicis obiiciunt. pagina 216. num. 42.

Hęretici, cum in carcere ſunt detruſi, nedum ſunt à Judicibus admonēdi, ſed & à Theologis convincendi. pag. 484. nu. 2.

Hęretici, licèt videantur benè vivere, propter hoc unum ſcelus vitam ęternam nō poſſidebunt pag. 217. nu. 45.

Hęretici mulierculas ſibi adjutrices in ſuis ſceleribus ſemper ſoliti ſunt aſſumere. pag. 217. nu. 46. p. 221. nu. 46.

Hęretici intra breve tempus innumerabiles perditionis ſectas pro ſua libidine introduxerunt. pag. 217. nu. 47.

Hęretici noſtri temporis omnibus ſe flagitiis adiiciunt, & Divina pręcepta contemnunt. pagina 218. nu. 48.

Hęretici, & impii homines apud omnes Nationes, & potiſſimùm apud Athenienſes ſeveriſſimè puniebantur. pag. 234. n. 1. p. 457. n. 3.

Hęretici propter multas cauſas juſtiſſimè puniūtur. pag. 317. nu. 7. p. 457. nu. 1.

Hęretici puniendi ſunt, ne multos ſibi ſimiles faciant. pag. 318. nu. 8.

Hęretici maxima adhibita diligentia puniri debent. pag. 318. nu. 9. p. 457. nu. 1.

Hęretici aſſerunt neminem propter hęreſes eſſe puniendum. pag. 318. nu. 10. p. 336. num. 10. p. 458. nu. 8.

Hęretici majori quodam jure puniri debent, quàm falſarii. pag. 319. nu. 16.

Hęretici quot malorum cauſa extiterint ſemper in Republica. pag. 321. nu. 23.

Hęretici, cum muros Catholicę Eccleſię violent,

multo

multo majori ſupplicio ſunt digni, quàm qui muros Civitatum demoliuntur. pagina 322. nu. 25.
Hæretici, cum in Clericos, & Monachos immaniſſimi ſint, puniri debent. pag. 322. n. 26.
Hæretici juſtiſſimè puniuntur, quia fures ſunt, & latrones, & per Oſtium Eccleſiæ non intrant. pag. 322. nu. 32.
Hæretici impiiſſimi ultimi ſupplicii pœna jure optimo damnantur. pag. 325. nu. 43.
Hæretici jure optimo comburuntur. pag. 325. nu. 45. p. 336. nu. 45. p. 458. uu. 7.
Hæretici, qui igni tradendi ſunt. pag. 326. n. 49. p. 336. nu. 49.
Hæretici ab omnibus judiciorum actibus repelluntur. pag. 329. nu. 57. p. 534. nu. 4.
Hæretici judices eſſe non poſſunt. pag. 329. n. 58.
Hæretici non poſſunt aliquod Officium publicum agere. pag. 329. nu. 61.
Hæretici nullam Eccleſiaſticam poteſtatem habere poſſunt. pag. 329. nu. 62.
Hæretici Beneficiis, & Juribus Eccleſiaſticis frui non poſſunt. pag. 329. uu. 63. p. 336. n. 63.
Hæretici perpetua notantur infamia. p. 330. nu. 66. p. 534. nu. 5.
Hæretici non modo pœnis temporalibus, ſed æternis etiam puniuntur. pag. 333. num. 82. p. 535. nu. 17.
Hæretici, qui redeunt ad Eccleſiam, non ſolùm publicam pœnitentiam agunt, ſed eorum etiam Bona confiſcantur. pag. 341. uu. 15. p. 522. uu. 2. & ſequen. Quid in Italia. pag. 351. nu. 15.
Hæretici, quos lex Pontificia exigit, ut ſponte ſua convertantur, qui ſint. pag. 344. num. 42. p. 523. uu. 13.
Hæretici, qui Reginam, aut Filias, aut Regis ſorores, hæreſum venenis inficere conantur, ſeculari Judici ſunt relinquendi. pag. 348. nu. 69. & 71. p. 525. nu. 9.
Hæretici, qui errores omnes, de quibus manifeſtè convincuntur, confiteri nolunt, meritò Curiæ ſeculari relinquuntur. pag. 358. nu. 27.
Hæretici recentes non unum ſunt, ſed variis ſectis, & opinionibus ſe addicunt. pag. 397. num. 12.
Hæretici novi ajunt nihil eſſe credendum, quod in S. Scripturis non ſit expreſſum. p. 400. num. 7.
Hæretici, quorum nullus eſt, qui Sacræ paginæ teſtimoniis ſuos errores non tueatur, Diabolum Patrem ſuum in hoc imitantur. pag. 400. nu. 10.
Hæretici, cũ Evangelicos ſe eſſe glorientur, Evangelii verba ad nefaria dogmata confirmanda perperã interpretantur. pag. 401. n. 14.
Hæretici cur læti tendant ad mortem. pag. 483. n. 3. & ſequen. pag. 353. un. 3.
Hæreticis familiariter ſcribere non licet. pag. 77. num. 8.
Hæreticis vitia Catholicorum culpantibus reſpõdetur. pag. 216. nu. 43.
De hæreticis qui pertractarunt, remiſſivè. pagina 219. uu. 1.
Hæreticis cum Catholicis nulla pax, neque amicitia eſſe poteſt, neque inter ipſoſmet hæreticos. pag. 321. nu. 22.
Hæreticis pertinacibus, & manifeſtis Bellum inferre licet, illoque indicto, eos occidere, & ſpoliare. pag. 327. nu. 50.
Hæreticis data fides ſervanda non eſt. pag. 327. un. 52. & quare. pag. 327. nu. 53. p. 336. num. 52.
Hæreticis fides à Principe, vel publica Poteſtate data, an ſit ſervanda. pag. 328. uum. 54. pag. 336. nu. 54.
Hæreticis quare omnia comercia ſint interdicta. pag. 328. nu. 55.
Hæreticis qua legata fuerit, quando ad fiſcum pertineant. pag. 328. nu. 56 p. 336. nu. 56.
Hæreticis manifeſtis eorum Vaſſalli obedire non tenentur; nec quiſquam eis depoſitum reddere, aut fidem, & obſequjum præſtare debet. pag. 331. nu. 73. p. 534 nu. 9.
Hæreticis ad Eccleſiam redeuntibus quanti olim temporis pœnitentia præfiniebatur, & quãti hodie. pag. 340. uu. 7.
Hæreticis, etiam ſi millies in hæreſes labantur, parcendum eſſe, quidam hæretici contendunt. pag. 392. uu. 13.
Hæreticis an aliquando etiam in primo lapſu Eccleſia non pareat. pag. 394. uu. 10.
Hæreticis ad tormenta damnatis ſententiæ copia facienda eſt, ut, ſi velint, poſſint appellare. pag. 441. uu. 20.
Hæreticorum noſtri temporis ſcelerati Magiſtri, qui fuerint. pag. 210. num. 21. pag. 220. num. 21.
Hæreticorum conſuetudo periculoſior eſt, quàm Infidelium. pag. 272. nu. 29.
Hæreticorum punitionem rem eſſe Reipublicæ ſaluberrimã Hiſpania teſtis eſt. p. 324. n. 41.
Hæreticorum diſſidia, & variæ inter ſe opiniones pag. 397. nu. 13.
Hæreticos obligatos eſſe ad rerum ſuarum reſtitutionem variis argumẽtis probare volunt nonnulli. pag. 61. nu. 245.
Hæreticos obligari ad rerum ſuarum reſtitutionem

nem ſecundò probatur. pag. 61. nu. 246.
Hæreticos, qui nequiſſimi cum ſint, Catholicorum vitiis reprehendunt, quomodo Hieronymus, Auguſtinus, & alii convincant. pag. 217. num. 44.
Hæreticos puniri debere ex Evangelica lege deducitur. pag. 319. nu. 13. p. 458. nu. 7.
Hæreticos puniri oportere multis Sanctorum teſtimoniis probatur. pag. 319. nu. 14.
Hæreticos multò magis puniri oportet, quàm Adulteros. pag. 319. nu. 15. p. 459. n. 10.
Hæreticos quantum puniri oporteat, docet experientia. pag. 324. nu. 40.
Hæreticos ultimo ſupplicio affici debere, ex Numerorum libro deducitur. pag. 325. n. 43.
Hæreticos igni tradi Juri Divino conſonat. pag. 325. nu. 46. p. 336. nu. 46.
Hæreticos quàm ſit æquũ punire. pag. 397. n. 14.
Hæretico quot monitiones fieri debeant. pag. 299. nu. 18. p. 480. nu. 3.
Hæretico tres monitiones fieri debere, quare verior ſit ſententia. pag. 299. nu. 19.
Hæreticum adhuc non damnatum, neque accuſatum debere Bona ſua fiſco offerre in foro conſcientiæ cui fundamento innitatur. pag. 47. nu. 162.
Hæreticum non teneri ante latam ſententiam bona ſua in foro conſcientiæ fiſco offerre duobus argumentis convincitur. pagina 59. num. 234.
Hæreticum quomodo definiant Auguſtinus, & alii Doctiſſimi, ac Sanctiſſimi Viri. pagina 206. num. 3.
Hæreticum propriè eum eſſe pleriſque placet, qui totam fidem Catholicam non deſerit. pag. 208. nu. 13.
Hæreticum quempiam eſſe ingenere quomodo intelligendum. pag. 492. nu. 11.
Hæreticum multò magis punire oportet, quàm ſicarium, & homicidam. pag. 320. nu. 17. p. 459. nu. 11.
Hæreticum quouſq; nonnulli aſſerant admittendum eſſe. pag. 343. nu. 37. p. 351. nu. 37.
Hæreticus qua in Provincia comprehendi poſſit, & puniri. pag. 9. nu. 12. p. 501. num. 9. & duob. ſequen.
Hæreticus Animal peſtilentiſſimum. pag. 10. nu. 17. p. 501. nu. 13.
Hæreticus cur ad Provinciam, in qua crimen commiſit, ſit remittendus, & in ea puniendus. pag 9. nu. 14.
Hæreticus comprehendi, & puniri poteſt in ea Provincia; in qua fuerit repertus, quàmvis ibi nihil dixerit, aut fecerit impium. pag. 9. nu. 15. p. 501. nu. 11.
Hæreticus in Sacro Pęnitentiæ foro errores ſuos confitens, quo pacto à Parocho, vel ab alio Sacerdote tractandus. pag. 12. nu. 5.
Hæreticus Eccleſiæ reconciliatus, cujus Bona ſunt publicata; an partem dimidiam lucrorum, quæ uxori ejus adjudicata ſunt, ipſa invita, alienare poſſit. pag. 39. nu. 87.
Hæreticus. ſi rogatus ſit aliquid filio ſuo reſtituere, id à fiſco eſt illi reſtituendum. pag. 40. num. 94.
Hæreticus contumax eſt, qui antiquam Eccleſiæ conſuetudinem ſpernit. pag. 159. nu. 34.
Hæreticus occultus an ipſo jure ſit excommunicatus. pag. 287. nu. 2. p. 290. nu. 2.
Hęreticus purè mentalis an in ſententiam excõmunicationis incurrat. pag. 287. nu. 3.
Hęreticus, qui hęreſim; quam corde incipit, verbo, aut ſcripto parit, licèt occultiſſimè, in ſententiam excommunicationis incidit. pagina 287. nu. 7.
Hęreticus purè mentalis inveniri poteſt contra Pighium. pag. 288. nu. 8.
Hęreticus purè mentalis, qui hęreſim occultiſſimam amico detegit; petens conſilium ab eo, an incidat in excommunicationem. pagina 288. nu. 9. p. 290. nu. 9.
Hęreticus purè mentalis an incidat in excommunicationem, tametſi per jocum dixerit, ſe aliquando hanc, aut illam hęreſim crediſſe. pag. 288. nu. 10. p. 290. nu. 10.
Hęreticus occultus, qui alios inficit, debet ſtatim judicibus indicari. pag. 289. nu. 12. pagina 290. nu. 12.
Hęreticus occultus an ſe ipſum prodere teneatur. pag. 289. nu. 13.
Hęreticus ſe in foro Pęnitentię accuſans, ſed pęnitentiam agere, & alios hęreticos ſibi notos accuſare recuſans, an ſit à Confeſſario indicandus. pag. 289. nu. 14.
Hęretici cur ubi puniuntur; ſoleant eſſe occulti. pag. 290. nu. 16.
Hęreticus ſecretus quis ſit. pag. 291. nu. 1.
Hęreticus nondum à Judice condemnatus, neq; ab aliquo accuſatus; utrum teneatur in foro conſcientię bona ſua omnia fiſco offerre. pag. 47. nu. 157.
Hęreticus, licèt ſibi ipſi ſit conſcius, non tenetur ad executionem pœnę in ſe faciendam in foro conſcientię, donec à Judice jure ſit damnatus. pag. 49. nu. 170.
Hęreticus verum, atque naturale dominium habet Bonorum ſuorum. pag. 51. nu. 187.
Hęreticus manifeſtus quando à privato homine com-

comprehendi poſſit. pag. 99. num. 5. p. 103. nu. 3. p. 478. nu. 6.

Hæreticus non eſt, qui errat ſine pertinacia contra aliquam veritatem fidei, quam explicitè ſcire non tenebatur. pag. 108. nu. 20.

Hæreticus non eſt, qui victus ſuppliciis Deum ſermone tenus abnegat. pag. 110. nu. 36.

Hæreticus non eſt, qui magna animi perturbatione quidpiam hæreticum dixerit. pag. 111. nu. 41. p. 505. nu. 22.

Hæreticus poſt mortem condemnatur, ac ſi vivus eſſet. pag. 117. nu. 6. p. 528. nu. 2.

Hæreticus an ſit, qui errorem, quem docet, non credit. pag. 540. cap. 13.

Hæreticus quis ſit, & qui propriè dicatur. p. 206. nu. 2. p. 219. nu. 2. p. 461. num. 2. p. 486. num. 6.

Hæreticus ut quis propriè dici poſſit, debet eſſe Chriſtianus Baptizatus. pag. 207. num. 4. p. 219. nu. 4.

Hæreticus an ſit cenſendus; qui hæreſi infectus, ſe baptizatum fuiſſe putat, cum baptizatus non ſit. pag. 207. nu. 5. p. 219. nu. 5.

Hæreticus ut efficiatur Chriſtianus Baptizatus, opus eſt, ut erret in fide Catholica. pag. 208. nu. 9. p. 220. nu. 9.

Hæreticus ſcientiam habere debet, vel notitiam contrariæ Veritatis, ut hæreticus cenſeatur. pag. 208. nu. 10. p. 220. nu. 10.

Hæreticus an ſit, apud quem hæreticorum libri reperiuntur. pag. 261. nu. 23. p. 494. nu. 2. & trib. ſequen.

Hæreticus dici poteſt infidelis. pag. 274. nu. 42.

Hæreticus pernicioſiſſima ſeditionis cauſa eſt in Republica. pag. 320. nu. 19.

Hæreticus ad Eccleſiam fugiens an defendatur præſidio ſanctitatis loci. pag. 330. nu. 65. pag. 336. nu. 60.

Hæreticus privatus eſt omni dominio, naturali, Civili, & Politico. pag. 332. nu. 74.

Hæreticus manifeſtè deprehenſus, niſi continuo poſt deprehenſionem veniam ſponte petat, ſeculari Judici eſt relinquendus. pag. 343. nu. 34. p. 523. nu. 9.

Hæreticus ut admittatur, quando ſe convertere debeat. pag. 343. nu. 37. p. 351. nu. 37.

Hæreticus, qui errores confitetur ante ſententiam definitivam, an, & quomodo ſit admittendus. pag. 345. nu. 48. p. 523. num. 15. p. 524. nu. 17. & ſequen.

Hæreticus, qui Regi, aut Principi hæreſes perſuadere tentaverit, Judici ſeculari ſine ulla miſeratione eſt relinquendus. pag. 348. nu. 68. p. 525. nu. 9.

Hæreticus, qui Judici ſeculari traditus, & ab eo Inquiſitoribus eſt reſtitutus, eo quod dixit ſe pœnitere velle, & alios hæreticos indicare, an Judici ſeculari iterum ſit relinquendus, ſi pleniſſimè confeſſus fuerit. pag. 348. nu. 73.

Hæreticus quandonam dicatur confeſtim, & continuò converti. pag. 351. nu. 41. pag. 523. num. 15.

Hæreticus incorrigibilis quis ſit dicendus. pagina 357. nu. 23.

Hæreticus, qui abjurare recuſat, proteſtatur tamen, ſe fuiſſe, & eſſe Catholicum, an Curia ſeculari relinquendus. pag. 357. nu. 25. p. 359. nu. 25.

Hæreticus in carcerem conjectus per Procuratorem cauſam ſuam tueri poteſt, ſi neget. pag. 375. nu. 3. ibidem nu. 3.

Hæreticus eſt qui impias hæreticorum propoſitiones defendit. pag. 481. nu. 8.

Hæreticus eſt qui ad Judæorum, Mahumetanorum, ſive hæreticorum ritus pertranſit. pagina 481. nu. 8. p. 495. nu. 3.

HECTOR Polydamantem augurem quomodo irrideat apud Homerum. pag. 414. nu. 27.

HISPANIA felix appellanda, quòd ab hæreſibus eſt intacta. pag. 265. nu. 5. p. 459. nu. 14. p. 471. nu. 3.

HOMINUM imbecilitas, & ignorantia. pag. 212. nu. 27.

HONOR, qui Principibus, & Superioribus exhibetur; an inter ſpecies adorationis connumerandus. pag. 224. nu. 4.

HOSTIAM non conſecratam tempore mortis petere, an hæreſim ſapiat. pag. 203. nu. 19. p. 204. nu. 19.

Hoſtiam conſecratam ſurripientes, vel apud ſe retinentes ab Inquiſitoribus ſunt brachio ſeculari tradendi. pagina 566. Bull. Innocen. XI.

I

IDOLOLATRIA quid ſit, & quid etiam Idolum. pagina 222. num. 2. pagina 224. num. 2.

Idololatria maxima quæ ſit. pag. 223. nu. 6.

Idololatria ex orationibus cognoſci poteſt. pagina 223. nu. 8. pag. 225. nu. 8.

Idololatriam quis primùm docuerit. pag. 221. nu. 1. p. 224. nu. 1.

Idololatra non eſt qui hoſtiam non conſecratam, vel Dæmones in Angelos lucis transfiguratos bona fide adorat. pag. 223. nu. 9.

Idololatræ lege Divina Veteris Teſtamenti mortis pœna afficiebantur. pag. 223. nu. 10. pag. 458. nu. 4.
Idololatræ quomodo puniantur. pag. 224. nu. 11. pag. 225. nu. 10.
Idololatra acriter in ſacris literis, & Sanctis Doctoribus reprehenduntur. pag. 224. nu. 12.
Idololatra omnis an hæreticus. pag. 224. nu. 3.
JEJUNIUM in Eccleſia Dei ſemper viguiſſe SS. Patrum teſtimonia demonſtrant. pag. 75. nu. 15.
JEZABELIS facinus. pag. 434. nu. 97.
IGNEI temeritas, & procacitas notatur. pagina 249. nu. 9.
IGNIS pœna adverſus impios, & hæreticos eſt antiquiſſima. pag. 225. nu. 47.
IGNORANTIA quot modis erretur in fide. pag. 169. nu. 3. p. 172. nu. 3. p. 507. num. 1. 4. & ſequen.
Ignorantia craſſa errans in fide parum abſt, ut hæreticus conſumatus habeatur. pag. 169. nu. 4. p. 507. nu. 2.
Ignorantia probabili errans in fide abſq; pertinacia, hæreticus cenſendus non eſt. pag. 169. nu. 5. p. 507. nu. 3.
Ignorantia inſuperabili errans in fide culpa caret. pag. 170. nu. 6. p. 507. nu. 4.
Ignorantia errans in fide, negligentia peccatum, non hæreſim incurrit. pag. 170. nu. 7. pag. 507. nu. 5.
Ignorantia errans, cum hæreticus non ſit, pœnis hæreticorum puniri non debet. pag. 170. nu. 8. p. 172. nu. 8. p. 507. nu. 6.
Ignorantia ſancta curioſitati contraria virtus maxima eſt. pag. 170. nu. 9.
Ignorantia Viri Docti vix poſſunt excuſari. pag. 171. nu. 10.
Ignorantia Juris naturalis, & Divini neminem excuſare poteſt. pag. 171. nu. 11.
Ignorantia craſſa, qua quis à pœnis excuſatur, quæ ſit. pag. 172. nu. 4.
Ignorantia in quibus aliis rebus Chriſtianum hominem non excuſat. pag. 179. nu. 4.
Ignorãtia in facto alieno præſumitur. p. 470. n. 5.
Ignorantiam Viris Doctis allegantibus in foro externo non creditur. pag. 172. nu. 10.
Ignorantia prætexta quandonã excuſetur Chriſtianus. pag. 179. nu. 13.
IMAGO Salvatoris noſtri ab ipſo Nicodemo facta eſt, & ſtatua ad ejus ſimilitudinem à muliere profluvio laborante, illæ recta memoratur. pag. 226. nu. 4. p. 231. nu. 4.
Imaginem Chriſti, & Sacratiſſimæ Matris ejus, & Principum Apoſtolorum Lucas Evangeliſta depinxit. pag. 227. num. 5. p. 231. num. 5.
Imagines Sanctas colendas eſſe, & in templis collocandas ſeptima Synodus Generalis præcipit. pag. 227. nu. 8. p. 232. nu. 8.
Imagines Sanctorum dupliciter afficere poſſunt Animos eorum, qui eas inſpiciunt. pag. 228. num. 10.
Imagines Sanctorũ improbandæ non ſunt propter periculum, quod hæretici confingunt. pag. 228. nu. 11.
Imagine aliqua ſi Populus abuteretur, aut periculum Idololatriæ imineret, quid eſſet faciendum. pag. 229. nu. 12. p. 232. nu. 12.
Imagines deformes, & profanæ in templo Dei pingendæ non ſunt. p. 229. n. 13. p. 232. n. 13.
Imagines Deorum, & Pſeudoprophetarum confringi debent, & eorum templa diruenda, aut in alium uſum ſunt commutanda. pag. 229. nu. 14. p. 232. nu. 14.
Imagines deorum, & eorum tẽpla multi combuſſerunt in Veteri Teſtamento. p. 229. n. 15.
Imagines, & templa deorũ multi Chriſtiani olim diruerunt, & combuſſerũt. pag. 230. n. 16.
Imaginibus Sanctis injuriam inferens à quibuſcunque puniri debet. pag. 230. num. 17. p. 232. num. 17.
Imaginibus Sanctis injuriam faciens ab Inquiſitoribus eſt puniendus. pag. 230. nu. 18. p. 232. nu. 18. p. 466. nu. 1.
Imaginibus eadem veneratio exhibenda eſt, quæ Sanctis ipſis. pag. 228. nu. 9. p. 232. nu. 9.
Imaginum Sanctorum violatores, & irriſores, qua pœna ſint coercendi. pag. 230. nu. 19. p. 232. nu. 19.
Imaginum Sanctorum irriſores quomodo à Judicibus Eccleſiaſticis ſint puniendi. pag. 231. nu. 20. pag. 466. nu. 2.
Imaginum Sanctorum contemptores quo pacto ab Inquiſitoribus ſunt coercendi. p. 231. n. 21.
Imaginum uſus novus non eſt, neque ab hominibus inventus. pag. 226. num. 1. pag. 231. num. 1.
Imaginum uſus jam erat Moyſis tempore. pagina 226. nu. 2.
Imaginum Sanctarum uſus in Evangelica lege vetuſtiſſimus eſt. pag. 226. nu. 3. pag. 231. num. 3.
Imaginum Sanctarum uſum Catholica Eccleſia induxit, docuit, & ſervavit. pag. 227. nu. 6. p. 231. nu. 6.
Imaginum Sanctarum uſus quæ commoda Chriſtianis hominibus importet. pag. 227. nu. 7. p. 232. nu. 7.

IMPOENITENS qui dicatur. pag.357.n.25. p.359.nu.25. p.526.nu.1.
Impœnitentes heretici, qui ſuos errores negare, quàm confiteri malunt, jure optimo comburuntur. pagina 357.nu.26. pagina 526. num. 2.
Impœnitentes diminuti qui dicantur. pagina 358. nu.28. p.527.nu.4. & ſeq.
Vt Impœnitentes an puniantur qui pœnitentiam ſibi impoſitam non agunt. pagina 527. num. 6.
INCONTINENTIÆ binæ ſpecies numerantur ab Ariſtotile. pag.111.nu.45.
INDICIA urgentia ubi benè probata fuerint, eorum exemplum Reo eſt exhibendum. pagina 441.nu.16.
Quid, ſi non pet.st. pag.537.cap.4. pag. 538. cap.5. & 6.
Indicia non ita perſpicua, & evidentia eſſe poſſunt, ut fallere ſæpe non queant. pag. 452. num. 84.
Indicia ad torturam quæ ſufficiant. pag.453.nu. 14. & 15.
Indicium ad torturam an ſit ſocii criminis depoſitio. pag.453.nu.26.
INFAMIA publica an ſufficiat ad inquirendum, & procedendum contra aliquem in hæreſis crimine. pag.389. nu.6.
INFANTES ſi quid impium dicant, cur puniendi non ſint. pag.107.nu.14. pag. 504. num.11.
INNOCENTIA non ſemper eſt tuta. pag. 504. num. 3.
Innocentiæ, & Veritatis vis. pag.106.nu.4.
INNOCENS, qui metu, aut carceris tædio confeſſus eſt, ſe hæreticum fuiſſe, quid facturus ſit. pag.88. nu.27.
Innocens, qui teſtes refutare nequit, neque Confeſſionem juſtè revocare, fateatur id peccatum Parocho ſuo. pag.88. nu.28.
Innocens conſtantiſſimè negare debet objecta crimina. pag.106.nu.3.p.504. nu.2.
INQVISITIO duplex. pag.475.nu.3.
Inquiſitio Generalis quando fieri ſoleat. pag.297. nu.7. p.475. nu.4.
Inquiſitio ſpecialis quid ſit, & quando fiat. pagina 297. nu.8.
Inquiſitio ſpecialis quando fieri poſſit in hæreſis crimine. pag.297. nu.9. p.475. nu.6. & 7.
Inquiſitio ſpecialis quomodo differat à Generali. pag.302. nu.8.
S. Inquiſitionis origo. pag. 240. nu. 1.
S. Inquiſitionis Senatus Conſiliarios quis eligat, & eorum munus quod ſit. pag.235.nu.7.
S. Inquiſitionis Generalis Emin. Cardinalibus Omnes Magiſtratus, & Judices obedire tenentur. pag.240. nu.48.
S. Inquiſitionem adverſus hæreticos Ferdinandus, & Iſabella Reges Catholici in Hiſpania induxerunt. pag.234. nu.5.
INQVISITOR Generalis quis ſit, & quod munus exerceat. pag.235. nu.6.
Inquiſitor antiquus quomodo ſit præferendus etiā ſi ſit ab una Provincia in aliam translatus. pag.236. nu.20.
Inquiſitor an ſine Epiſcopo abjurare facere poſſit hæreticum, vel ſuſpectum. pag. 5. num. 2. p. 6. num.1.
Inquiſitor an ſine Epiſcopo poſſit Reum abſolvere. pag.12. nu.8. p. 13. nu. 9. Ibidem nu. 8. & ſequen. p.530. cap.1.
Inquiſitor an contra hæreticum ſimpliciter, & de plano procedere debeat. pag.16. nu. 1. pag. 17. nu.1.
Inquiſitor ſine Epiſcopo, & Epiſcopus ſine Inquiſitore hæreticum in cuſtodiam mittere poteſt. pag.99. nu.4. p.478. nu.4.
Inquiſitor ſine Epiſcopo, & Epiſcopus ſine Inquiſitore Inquiſitum poteſt carceri duro, aut arcto, poſtquam captus fuerit, mancipare. pag.103. nu.4.
Inquiſitor, ſi ſuſpectus ſit, magna Reorum defenſio eſſe poterit. pag.112. nu.51.
Inquiſitor Apoſtolicus, cum apud Hiſpanos recuſatur, arbitri non eliguntur, ut de ſuſpicione cognoſcant. pagina 112. nu. 52. p. 505. num. 26.
Inquiſitor vocatus ab Epiſcopo, vel Epiſcopus requiſitus ab Inquiſitore pro Cauſa expeditione, ſi renuerit; quid agendum. pag.241. num. 22.
Inquiſitor alter ſine altero ad Reorum capturam nequit procedere. pag.239. nu. 37.
Inquiſitor, qui prius cognoſcere cœpit de aliqua cauſa, aliis in eadem præferendus eſt Inquiſitoribus. pag.300. nu.29.
Inquiſitores an Juriſperiti, an verò Theologi eligendi. pag.278. nu.3. p.285. nu.3. pagina 537. cap.2.
Inquiſitores, & Judices qua in virtute potiſſimū excellere oporteat. pag.235. nu. 10.
Inquiſitores ſatis eſſe 30. annos eſſe natos, Pontificis Max. Generali decreto conſtitutum eſt. pag.236. nu.12. pag.241. nu.12.
Inquiſitores Apoſtolici in cauſarum cognitione parum diſtant ab Ordinariis Judicibus. pag.236. nu.13. pag.463. nu.4.
Inquiſitores ſi arduum aliquod negocium, & diffi-

& difficile ſe obtulerit, ad Senatum, vel ad Summum Pontificem id debent deferre. pag.236.nu.15.p.241.n.15.p.464.n.6.

Inquiſitores ſex horis quotidiè ſedeant in tribunali pag.236.nu.16.

Inquiſitores aſſiduè eos libros tenentur legere, in quibus teſtimonia contra hæreticos ſcribuntur.pag.236.nu.17.

Inquiſitores, ſi inter ipſos aliqua contentio mota fuerit, eam occultare debent, & ad Generalem Inquiſitorem refferre.p.236 n.18.

Inquiſitores conſanguinei in eadem Provincia duo creandi non ſunt.pag. 236.nu. 21.

Inquiſitores quid ſine Epiſcopo, & Epiſcopus ſine Inquiſitoribus facere poſſint; & quid non. pag.337.nu.22.p.241.nu.22.& 38.pag. 464.nu.7.p.465.nu.4.p.531.nu.1.pag. 536.cap.1.

Inquiſitores uti poſſunt familiaribus armatis ad ſuam juriſdictionem tuendam. pag. 237. nu.23.p.464.nu.8.

Inquiſitores quorumcunque Principum, & Magiſtratuum auxilium invocare poſſunt.pagina 237 nu.24.p.241.n 24.p.464 n.9.

Inquiſitores, vel ambo ſimul, vel alter eorum ſeparatim in tota Provincia ſibi commiſſa contra hæreticos poſſunt inquirere.p. 237. nu.25.p.241.nu.25.

Inquiſitores quo pacto bis ſingulis menſibus vinctos teneantur viſitare, & carcerem commodum unicuique aſſignare. pag.100. nu. 13.p.104.nu 13.p.479.nu.4.

Inquiſitores cum Ordinariis an diſpenſandi in commutatione pœnæ perpetui carceris arbitrium habeant extra Hiſpaniarum S. Inquiſitiones. pag.104.nu.20.

Inquiſitores quo pacto ſe gerere ſoleant cum Reis, qui defenſionibus ſuis renunciant. p. 113. num.55.

Inquiſitores Apoſtolici an poſſint, ut ſuſpecti recuſari.pag.115.nu.51.p.505.nu.25.

Inquiſitores quomodo ſe debeant habere cum illis, qui hæreticos receptaverint.pag 148.n.10.

Inquiſitores per ſe ipſos officiis inſerviant. pag. 284.nu.35.

Inquiſitores quando nam fuerint inſtituti. pag. 240.nu.4.

Inquiſitores quid poſſint, & quid non poſſint. pagina 241.nu.26.

Inquiſitores prohibere poſſunt ne ſuſpecti armis utantur. pag.237. nu.26.

Inquiſitores punire poſſunt illos, qui factis, aut verbis ſibi injuriam faciunt.pag.237.nu. 28.p.463.nu.13.

Inquiſitores vices ſuas committere poſſunt. pag. 237.nu.29.p.464.nu.14.

Inquiſitores cognoſcere poſſunt ubi ſcandalum fuerit ortum ex aliqua Catholicæ fidei quæſtione.pag.237.nu.30.

Inquiſitores quemcunque, & cujuſcunque ſit Ordinis, & dignitatis punire poſſunt, ſi in hæreſim inciderit.pag.238.num.32.p.464. num. 15.

Inquiſitores quid facere debeant in negotiis gravioribus, quæ legibus comprehenſa non ſunt.pag.238.nu.35.

Inquiſitores in quos nequeant inquirere.pag.239 nu.36.p.241.nu.36.p. 464.nu. 1.

Inquiſitores ſine Epiſcopo ordinario non poſſunt hæreticos duro, & arcto carceri tradere, nec illos torquere. pag.239.nu.38.p.241. nu.38.p.465.nu.4.

Inquiſitores ſoli non poſſunt Vinctos inedia cogere ad veritatem aperiendam.pag.239.n.39.

Inquiſitores ſi ſuſpectum non coerceant, aut Innocentem infament, quibus pœnis mulctentur.pag.239.nu.40.p.241.nu.40.

Inquiſitores an munera accipiāt.pag.239.n.41.

Inquiſitores, qui pecuniam extorquent, quomodo ſoleant puniri. pag.239.n.44.p.465.n.5.

Inquiſitores, qui dona accipiunt quo pacto puniri debeant.pag.240.nu.45.

Inquiſitores quid in memoria, & ante oculos habere debeant.pag.240.nu.46.

Inquiſitores Curiæ ſeculari relinquentes hæreticos pertinaces, in irregularitatem non incidunt. pag.240.nu.47.p. 241.nu. 47.

Inquiſitores non poſſunt ſe ingerere in recipiendis redditibus S.Inquiſitionum. pag. 294. num.1.

Inquiſitores quid facere debeant, cum primùm Provinciam aliquam, aut Civitatem ingrediuntur, quas nunquam ingreſſi fuerunt.pag.296.nu.1.p.474.nu.1.

Inquiſitores Clerum, & Populum præconio convocare debent, ubi primùm aliquam Civitatem ingrediuntur.pag.296.n.2.p.301. nu.2.p.474.nu.2.

Inquiſitores, ubi primùm ad aliquam Provinciā perveniunt, quale edictum proponere debent.pag.296.nu.3.p.475.nu.3.

Inquiſitores viciſſim facere debent viſitationem, & Generalem Inquiſitionē.pag. 296.n.5.

Inquiſitores, & eorum miniſtri, quorum hoſpitio uti non poſſint. pag.296.nu.6.

Inquiſitores an procedere poſſint adverſus hominem bona fama propter literas ſecretas alicujus, vel libellos famoſos. pag. 296. nu. 10.pag.

10.pag.302.nu.10. p.475.nu.8.
Inquiſitores quando ad ſententias, vel interlocutiones procedere debeant.pag. 300.nu. 26.
Inquiſitores generaliter interrogare debent Reos de ſociis criminum, & de iis, à quibus hæreſes didicerunt. pag. 300. nu. 27.
Inquiſitores multis, prudentibuſq; interrogationibus uti debent. pag.301.nu.35.
Inquiſitores, quoties opus eſt, poſſunt edicta, locorum etiam Ordinariis inconſultis, contra hæreticos publicare. pag.301.nu.3.
Inquiſitores Hiſpaniæ, ſi ſcandalum timeatur ex qualitate, aut multitudine eorum, qui de hæreſi ſuſpecti ſunt, quid facere debeant. pag.312.nu.33.
Inquiſitores moderari non poſſunt tempus ab eis præfinitum adveſtitum pœnitentiæ ferendum.pag 341.nu.12.
Inquiſitores cur in prima parte actorũ Reos tam diligenter interrogent de eorum Natione, Patria, Familia &c.pag.367.nu.17.
Inquiſitores ad miſericordiam, & clementiam quàm ad crudelitatem, & ſeveritatem proniores eſſe debent. pag.349.nu.79.
Inquiſitores cognoſcere poſſunt, an pœnitentes injunctam pœnitentiam agant.pag.358. nu. 30.p.359.nu.30.p.527.nu.7.
Inquiſitores contra illos procedere debent, qui ad Eccleſiam redeuntes de ſe ipſis, aut de aliis plenam veritatem non dixerunt. pag. 358. num. 31.
Inquiſitores non debent ſtatim prædictos homines Curiæ ſeculari relinquere. pag.358.n.32.
Inquiſitores in Italia non cognoſcunt de inceſtu. pag.371.nu.30.
Inquiſitores Apoſtolici ſortilegos, & ſuperſtitioſos quando punire poſſint. pag.416.nu.34. p.417.nu.34.p.465.nu.7.& trib.ſequen.
Inquiſitores advocant teſtes, ſive trahunt ultra duas dietas.pag.464.nu.10.
Inquiſitores compellunt quoſcunque judices, ut acta contra hæreticos ad ſe mittant. pagina 464.nu.11.
Inquiſitores in quacunq; parte Provinciæ ſibi decretæ jus dicere poſſunt. pag.464.nu.12.
Inquiſitores an cognoſcant de factis horrendis. pag.465.nu.12.
Inquiſitores an poſſint cõtra Epiſcopos teſtes examinare. pag.464.nu.2.p.166.nu.8.
Inquiſitoris munus quibus committendum. pag. 135.nu.9.p.240.nu.9.p.463.nu.2.
Inquiſitoris officio functurus, ut Clementis conſtitutione cavetur, quadrageſimum annum attingere debet. pag.235.nu.11.
Inquiſitoris quænam ſint partes erga Damnatorum filios, & filias. pag.67.nu.4.
Inquiſitoribus cur datum ſit hæreticorũ damnãdi munus, quod olim ſolis Epiſcopis jungebatur. pag.165.nu.4.p.463.nu.1.
Inquiſitoris jurisdictio hodie etiam ab Epiſcopis non receſſit. pag.167.nu 4.
Inquiſitoribus Hiſpaniæ præſcriptum eſt, ut de plano, & abſque ſtrepitu in hæreticorum cauſis procedant. pag.301.nu.31.
Inquiſitorum alter viſitare debet Provinciam, alter verò in Civitate, ubi ſedes eorum conſtituta ſit, manere. pag.296.nu.4.
Inquiſitorum juriſdictio an etiam poſt ſententiã duret in Reum. pag.351.nu.37.
Inquiſitorum officium cur non finiatur morte Pontificis Max., à quo ipſi ſunt delegati. pag.236.nu.14.p.241.nu.12.pag.463. num.5.
Inquiſitorum arbitrio eſt quãdo nam ſit ad Reorum capturam deveniendum. p.103.n.2.
Inquiſitorum juriſdictio quandonam cœperit. pag.167.nu.4.
Inquiſitorum Apoſtolicorum munus. pag.234.n. 4.p.240.nu.4.
Inquiſitorum ætas 40. Annorum hodie non attenditur aliquando. pag. 240. nu. 11.
Inquiſitorum juriſdictionem nulla prærogativa tollere poteſt. pag.237.nu.31.
Inquiſitorum arbitrio multa relinquuntur, potiſſimùm illa, quæ non inveniuntur jure, aut inſtructionibus definita. p.238.n.33.
Inquiſitorum, & aliorum Judicum arbitrio quid relinquatur. pag.238.nu.34.
INTERCESSIO efficax cur pro Reo ſeculari brachio tradito ſit à judice Eccleſiaſtico facienda. pag.337.nu.70.
INTERROGATORIA Reis facienda ab Inquiſitoribus, quæ ſint. pag.302. num.14. pag. 479.nu.1.& ſequen.
Interrogatus de fide, qui nec aſſerit, nec negat, ex mente eſt cenſendus hæreticus. pag.91. nu.7.p 533.nu.2.
JOCUS, & facetia quando ab hæreſi excuſare poſſint. pag.108.nu.22.p.114.num.22. p.505.nu.18.
Jocus, & facetia impiè ſonans impunè præteriri non debent. pag.108.nu.23.
IRÆ vis, & impetus. pag.112.nu.47.
Ira inflammati licèt hæreticum quid dixerint, hæretici tamen cenſendi non ſunt. pag.112. nu.48.p.505.nu.23.
Iraſcentes ludi cauſa, & ob id hæreticaliter blaſphemantes, blaſphemorum pœna puniuntur.

tur. pagina 115. num. 48.
JUDÆI an juſtè expelli poſſint ex Chriſtianorum Provinciis. pag. 243. nu. 6. pag. 246. num. 6.
Judæi quandoque per indirectum poſſunt excommunicari. pag. 246. nu. 10.
Judæi hodie in quibuſdam caſibus Inquiſitorum Juriſdictioni ſubduntur. pag. 246. nu. 11. pag. 471. nu. 1. & duob. ſequen.
Judæi ad fidem Catholicam ſuſcipiendam non ſunt cogendi. pag 245. nu. 13.
Judæi falſa, & vana ſpe perpetuò torquentur. pag. 243. nu. 3.
Judæi, qui ſunt genere, aut Mahumetani, ſi carne ſuilla, aut vino abſtineant, cur ſuſpecti habeantur. pag. 73. nu. 12.
Judæi cur in nonnullis Provinciis tolerentur, & quid in eos in Concilio quodā Toletano ſancitum ſit, eo quod in Hiſpaniarum Regem olim conſpiraverint. pag. 243. num. 5. pag. 246. nu. 5.
Judæi quam retributionem reddant Chriſtianis. pag. 471. nu. 4. & ſequen.
Judæi cum baptizati non ſint, hæretici, vel Apoſtatæ dici non poſſunt. pag. 244. nu. 10.
Judæi, niſi hæreticos receptaverint, aut Inquiſitorum Officium impediverint, ab Inquiſitoribus nequeunt puniri. pag. 244. nu. 11.
Judæi cujuſdam in Augurem quendam ſcomma pag. 415. nu. 28.
Judæis Uxores, aut Concubinas Chriſtianas habere non licet. pag. 245. nu. 14. p. 246. num. 14.
Judæis, Mauris, & aliis hujuſmodi in Hiſpania degere prohibetur. pag. 244. nu. 9.
Judæorum perfidiam qui confutarunt. pag. 246. num. 4.
Judæorum Gens quàm indigna. pag. 246. nu. 5.
Judęorum ritibus nemo ſe adiicit, niſi qui ex Judæis deſcendit pag. 245. nu. 15.
Judæorum ſuperſtitiones multi Authores Chriſtiani, & Ethnici irrident. pag. 245. n. 16.
Judæorum materiam qui tractant. pag. 246. n. 1.
Judæorum cæcitas. pag. 242. nu. 1.
Judæorum cæcitatem Patres Toletani Concilii ſunt execrati. pag. 242. nu. 2.
Judæorum perfidia Veteris Teſtamenti teſtimoniis convincitur. pag. 243. nu. 4.
Judæorum expulſionis ab Hiſpania elegāter meminit Joannes Picus Mirandulanus. pag. 244. nu. 8.
Judæorum, qui ab Hiſpania pulſi ſunt numerus, & quid olim Sexto Concilio Toletano decretum ſit de non permittendis Judæis, Mauris, & aliis hujuſmodi in Hiſpania degere. pag. 244. nu. 9.
Judæos Philippus Galliarum Rex expulit è Regno ſuo. pag. 246. nu. 7.
Judæos jure optimo Reges Catholici ab Hiſpania expulerunt, pœna indicta, ne amplius ad eam reverterentur. pag. 244. nu. 7. p. 471. num. 5.
Judæus baptizatus ſi ad Judaicam ſuperſtitionem redierit, ab Inquiſitoribus puniri poteſt. pag. 245. nu. 12. p. 471. nu. 3.
Judæus Idololatra an ab Inquiſitoribus puniri poſſit. pag. 224. nu. 11. p. 225. nu. 11.
JUDEX Eccleſiaſticus tantùm poteſt cognoſcere de hæreſi. pag. 247. nu. 1. p. 462. num. 1. p. 533. nu. 1.
Judex ſecularis olim de hæreſis crimine cognoſcebat. pag. 240. nu. 1.
Judex nihil facere debet ad privatā utilitatem, niſi is, cujus intereſt, id prius poſtulaverit. pag. 59. nu. 236.
Judex, quando, & quomodo alloqui debeat illū, quem adit, ut Confeſſionem ab ipſo tormentis extortam ratam habeat. pag. 450. n. 72.
Judex an poſſit arbitrio ſuo pęna mortis aliquem afficere. pag. 333. nu. 81. p. 337. nu. 81.
Judex, cum Cauſa id exigit, pœnas etiam legibus præfinitas augere, vel temperare poteſt. pag. 333. nu. 79.
Judex quo pacto ſe gerere debeat in pœnis arbitrariis. pag. 332. nu. 78.
Judices plures, & diverſi eodem tempore contra eundem hæreticum procedere poſſunt. pag. 339. nu. 64.
Judices quali animo eſſe debent ad judicandum. pag. 334. nu. 85.
Judices ordinarii, cum delicti perpetrati veniam quis petit, eam concedere non poſſunt. pag. 339. nu. 2.
Judices expectare uſque ad ſententiam definitivam, non longum tempus alicui videri debet. pag. 345. nu. 49. p. 523. nu. 16.
Judices, qui ſeveritatis gloriam affectant, & crudeles, & atroces ſunt, pernicioſè errant. pag. 350. nu. 80.
Judices quid in quæſtionibus habendis debeant conſiderare, ut poſſint veritatem explorare. pag. 452. nu. 83.
Judices poſſunt adverſus exemptos à ſua Juriſdictione delinquentes, examinare teſtes, & crimen ſuperiori referre. pag. 465. nu. 3.
Judices violata Religionis Sacerdotes ante bis mille annos Athenis fuere. pagina 234. num. 3.

Judices, & Conſultores quid debeant conſiderare. pag. 515. nu. 46.

Judices ſeculares cognoſcere non poſſunt de Cauſis civilibus, aut criminalibus, quarum cognitio pertinet ad Inquiſitores. pagina 247. num. 2.

Judices ſeculares punire debent quos Inquiſitores hæreticos declaraverint. pag. 247. num. 3. p. 249. nu. 3. p. 533. nu. 2.

Judices ſecnlares an ſententiam Judicis Eccleſiaſtici in hæreſis cauſa exequi teneantur, nulla de juſtitia ipſius cognitione, vel ſide facta. pag. 247. nu. 4. p. 249. nu. 4. p. 533. nu. 4. & ſequen.

Judices ſeculares de hæreſis crimine hodie non cognoſcunt. pag. 247. nu. 1. p. 462. nu. 1. p. 533. num. 1.

Judices ſeculares propter alia crimina punire non poſſunt lamias ſibi relictas, niſi cognita cauſa. pag. 255. nu. 18.

Judicem ſecularem in hæreſis cauſa merum eſſe executorem multorum opinio eſt vera. pag. 248. nu. 5.

Judicem ſecularem aliquando exequi non teneri ſententiam Judicis Eccleſiaſtici quorundã falſa eſt opinio. pag. 248. nu. 6.

Judicem ſecularem de nullitate ſententiæ Inquiſitoris cognoſcere poſſe quidam ſentiunt. pagina 248. nu. 7. & ſequen. p. 249. num. 8. p. 533. nu. 4.

Judicibus Regiis legibus vetitum eſt, ne eſculentum, aut poculentum quid accipiant. pag. 239. nu. 43.

Judici ſuſpectus Reus eſſe non debet, ubi jura omnem ſuſpicionem purgatã eſſe declarant. pag. 387. nu. 22.

Judicum diſcordia quot incommodorum ſit cauſa. pag. 236. nu. 19.

Judicum arbitrio nonnulli aſſerunt relinquendum eſſe tempus hæreticum admittendi. pagina 343. nu. 38.

Judicum arbitrio relinquendum eſſe tempus admittendi hæreticum, periculoſa eſt opinio, & exploſa. pag. 343. nu. 39.

JULIUS Cæſar, & Cicero ejus ſententiam exornans, quid olim faciendum cenſuerint de illis, qui cum Catilina conjurarunt. pagina 101. nu. 16.

JUSPATRONATUS Eccleſiaſticum, Patroni Bonis Publicatis, utrum ad fiſcum pertineat. pag. 40. nu. 95.

Juſpatronatus non confiſcatur. pag. 40. nu. 96. p. 68. nu. 96.

Jura conditionalia ex ultima voluntate pendentia; ſi conditio extiterit poſt hæretici condemnationem, ad fiſcum non tranſeunt. pagina 37. nu. 62. p. 68. nu. 62.

JURAMENTUM quid. pag. 3. nu. 8.

Juramentum ab hæretico converſo præſtandum. ibidem.

Juramentum deferendum non eſt accuſatori in hæreſis crimine ad ſuplementum imperfectæ probationis. pag. 372. nu. 4.

Juramentum à ſuſpecto, quando purgatur, de veritate dicenda præſtari debet, à teſtibus verò de credulitate. pag. 389. nu. 30. pag. 518. nu. 15.

Juramenti in S. Inquiſitionis tribunali præſtandi forma. pag. 435. nu. 8.

Jurare tenentur ſe arcana omnia fideliter celaturos Inquiſitores, Conſultores, & cœteri. pag. 283. nu. 31.

L

LACRYMÆ nonnullis nihil profuerunt. pagina 346. nu. 52.

LAMIÆ quæ ſint. pag. 466. nu. 1.

Lamiæ plerunque mulieres eſſe ſolent, raro Viri in hoc crimine deprehenduntur. p. 250. n. 3.

Lamiæ an fieri poſſit, ut à Dæmonibus per aera deferantur. pag. 252. nu. 6. p. 257. nu. 6.

Lamiæ cum à Dæmonibus falſis illuſionibus decipiuntur, quomodo fiat, ut earum corpora nihil ſentiant. pag. 253. nu. 2.

Lamiæ quo pacto puniendæ ſint, ſi conſtet eas hæreticas fuiſſe. pag. 255. nu. 16.

Lamiæ, quas Infantes occidiſſe conſtat, ſi redire volunt ad pœnitentiam agendam, an ab Inquiſitoribus relinqui poſſint Curiæ ſecnlari. pag. 255. nu. 17. pag. 257. nu. 17.

Lamiæ quandonam Judicibus ſecularibus ſint tradendæ. pag. 255. nu. 19.

Lamiæ plecti debent. pag. 466. nu. 2.

Lamiæ, quas à Dæmonibus patiuntur, non ſemper ſunt illuſiones. pag. 466. nu. 3.

Lamiæ cum Dæmonibus paciſcuntur, multaq; inferunt mala. pag. 467. nu. 4.

Lamiarum nomina, & unde ſic dictæ. pag. 250. num. 1.

Lamiarum cauſa cur ad Inquiſitores pertineat. pag. 254. nu. 14. p. 467. nu. 4.

Lamiarum filias in vitium materinum ſuccedere falſa eſt opinio. pag. 256. nu. 20.

Lamiarum confeſſiones circa acceſſum ad diabolicos luſus per verificationem nonnullarum circunſtantiarum ſunt verificandæ. pagina 257. nu. 16.

La-

Lamiarum pœna qua. pag. 257. nu. 16.
Lamiarum materiam Authores qui pertractant. pag. 256. nu. 1.
Lamias non verè ferri per aera, ſed mẽte tantùm, & cogitatione quidam aſſerunt. pag. 252. num 7.
Lamias interdum verè, & corporaliter ferri per aera veriſſimum eſt. pag. 252. nu. 8.
Lamias per aera à Dæmonibus ferri facilius eſt credita, quàm eaſdem pro veris falſas illuſiones habere. pag. 253. num. 10. pag. 257. num. 10.
Lamiis qui ſit, ut fides habeatur contra ſe ipſas, aut contra cęteras; ſi in ſolo ſpiritu illuſiones patiuntur. pag. 254. nu. 14. p. 467. n. 4.
Lamiis quomodo fides ſit adhibenda adverſus alias maleficas. pag. 254. nu. 15. pag. 257. num. 15.
LATRIÆ cultus ſoli Deo debetur. pag. 222. nu. 5. p. 225. nu. 5.
Latriæ actus ſemper non ſunt genua flectere, pectus tundere &c. pag. 225. nu. 5.
LEGISLATOR nunquam exiſtimandus eſt velle, niſi quod poſſibile, juſtum, bonum, & æquum fuerit. pag. 58. nu 227.
Legislator non obligat nominatim hæreticum in foro conſcientiæ ad offerendum ſponte bona ſua fiſco, neque id facere poteſt. pagina 62. num. 251.
LEX Regia de lucris factis inter Virum, & uxorem quo pacto intelligenda. pag 46. n. 155.
Lex, qua ſancitum eſt, ut filii eorum, qui rei ſunt, læſæ Majeſtatis, Parentum bonis priventur, non eſt abrogata. pag. 32. nu. 6.
Lex condemnans univerſos hæreticos, nihil aliud eſſe videtur, quàm generalis quædam ſententia Principis adverſus omnes hæreticos. pag. 48. nu. 168.
Lex humana non habet majorem poteſtatem, quàm Princeps. pag. 48. nu. 169.
Lex, aut Magiſtratus occulta crimina punire non poſſunt ſine accuſatore. pag. 56. n. 217. & ſequen.
Lex duriſſima eſſet, quæ Reum cogeret in foro cõſcientiæ ad offerenda fiſco omnia bona ſua. pag. 57. nu. 222.
Lex condenda non eſt de re nimium difficili, ſicuti nec de impoſſibili. pag. 57. nu. 224.
Lex nulla jubet Hęreticum corrigere, priuſquam denuncietur. pag. 125. nu. 13.
Lex Charitatis Hæreticum occultum corrigere, & non prius indicare non patitur. pag. 126. num. 15.
Lex, quæ obligat Reos in foro conſcientiæ ad offerenda fiſco omnia ſua bona, cur, vel ferri non poteſt, vel certè nullo modo ferri debet. pag. 58. nu. 226.
Lex fieri non poteſt, per quam hæreticus obligetur in foro conſcientiæ, ut ante ſententiam teneatur omnia ſua bona tradere fiſco. pag. 58. nu. 230.
Lex, quæ inquit: ſtatim dominium bonorum deſinat ejus eſſe, qui crimen commiſit, & fiſco acquiratur, quomodo intelligenda. pagina 59. nu. 232.
Lex non invenitur, quæ prohibeat hæretico ne bona ſua retineat. pag. 61. nu. 244.
Lex ſacra quid illum facere præcipiebat, qui ab alio ſollicitabatur, ut Diis alienis ſerviret. pag. 124. nu. 3.
Lex, quæ de aliquo crimine ſimpliciter loquitur, ſervanda non eſt, cum alia concurrunt crimina. pag. 347. nu. 59.
Lex pœnalis non debet extendi ad eum caſum, in quo non eadem ratio prorſus invenitur. pagina 391. nu. 7.
Legem condere, quæ Reum obliget in foro conſcientiæ ad magnam aliquam pœnam in ſeipſum exequendam legislatori non licet. pag. 55. num. 211.
Legem condere, quæ hæreticus obligetur in foro conſcientiæ bona ſua omnia non accuſatus offerre fiſco, licèt id fieri poſſit, Legislatori tamen non expedit. pag. 55. nu. 212.
Legem hanc quare condere non conveniat. pagina 56. nu. 213.
Legis, quæ Reos obligaret in foro conſcientiæ ad offerẽda fiſco omnia ſua Bona, durities oſtẽditur. pag. 58. nu. 225.
Legis Pontificiæ Verba, quæ decernit Bona hæreticorum ipſo jure confiſcata eſſe, expenduntur. pag. 58. nu. 231.
Legis hæc verba Ipſo jure *non tantam vim habent, ut executio ſtatim à lege fiat, Parte non petente. pag. 59. nu. 237.*
Legis hæc verba : Ipſo jure *quid valeant, & ſignificent. pag. 60. nu. 238.*
Legis hæc verba : Hæreticorum Bona ipſo jure decernimus confiſcata, *quid ſignificent. pag. 60. num. 240.*
Legis hæc Verba: Ipſo jure *ſi aliter intelligantur; quid inde ſequatur. pag. 60. nu. 239.*
Legis Sacræ Deuteronomii 13. verba obſervanda. pag. 124. nu. 4.
Legem juſtam quomodo intelligendum obligare in foro conſcientiæ. pag. 61. nu. 247.
Legis officium. pag. 224. nu. 39.
Legibus, & conſuetudinibus Antiquis multum ſem-

ſemper tribuerit Plato, & ſapientes omnes. pag. 214. nu. 34.

Leges, & Conſuetudines illarum Provinciarum, in quibus prædia ſunt, eſſe ſervandas Juriſperiti omnes tenent. pag. 46. nu. 149.

Leges, & conſuetudines non extendunt vim ſuam extra territorium. pag. 46. nu. 150.

Leges, & conſuetudines territoriis eſſe terminatas exemplis illuſtratur. pag 46. nu. 151.

Leges quare fieri non poſſunt de quacunq; re, quæ non ſit contra jus naturale, aut Divinum. pag. 53. nu. 196.

Leges non ſunt condendæ, niſi de his tantùm rebus, quæ neceſſariæ ſunt ad Reipublicæ trãquillitatem. pag. 56. nu. 218.

Leges quales condere oporteat. pag. 57. nu. 220.

Leges quid amplius continere debeant. pagina 57. num. 221.

Leges Magiſtratibus egent, aliiſque Miniſtris; neque enim ſufficit aliquid per legem ſtatutũ eſſe, ut illud ſtatim fiat, nemine petente. pag. 59. nu 235.

LEGITIMA an hæreticorum filiis relinquenda. pag. 67. nu. 4.

Legitima an cadat ſub confiſcatione, ſi pater eam filio aſſignavit, & tradidit. pagina. 68. num. 79.

LEONIS Papæ memorabile factum. pagina 481. num. 14.

LIBER Gallico ſermone conſcriptus, cujus titulus eſt: Le novveav Teſtament de noſtre Seigneur Jeſus Chriſt &c. probibetur. pagina 560. Bull. Clem. IX.

Liber Gallico ſermone conſcriptus, cujus titulus eſt: Rituel Romain du Pape Paul V. à l'uſage du dioceſe d'Alet. probibetur. pagina 559. Bull. Clem. IX.

Libellus Gallico ſermone conſcriptus, cujus titulus eſt: Recit de ce qui s'eſt paſsè au Parlament au ſvjet de noſtre Sainor Pere le Pape Alex. VII. &c. probibetur. pag. 558. Decret. Alex. VII.

Libri malè ſcripti perperam præmeditati præſumuntur. pag. 497. nu. 13.

Libri, quos reiiciunt hæretici, pro ſacris habendi ſunt. pag. 399. nu. 3. p. 402. nu. 3.

Libri hæreticorum, niſi eorum nomen ſupprimatur, legi non poſſunt. pag. 261. nu. 22.

Libri Lutheranorum in Pont. Max. & Catholicam Eccleſiam ſunt libelli famoſi. pag. 262. num. 27.

Libri ſacri qui ſint. pag. 163. nu. 39.

Libri multi cremati ſunt ab Antiquis eo quod pernicioſi viderentur. pag. 258. nu. 2.

Libri noxii jure optimo comburuntur. pag. 259. num. 5.

Libri hæreticorum inquirendi ſunt à Catholicis, & inventi concremandi. pag. 259. nu. 6. p. 495. nu. 5.

Libri, quorum Authores damnantur, ſimiliter damnati intelliguntur. pag. 259. num. 7. p. 263. nu. 7. p. 495. nu. 5.

Libri fontibus comparantur, & cur plus noceant hæreticorum ſcripta, quàm eorum prava colloquia. pag. 259. nu. 10.

Libri Sancti ab hæreticis depravati ſunt comburendi. pag. 260. nu. 13.

Libri Sanctorum, ne ab hæreticis corrumpantur, quo pacto curandum ſit. pag. 260. nu. 14.

Libri hæreticorum vitandi, & comburendi ſunt, etiam ſi aliqua in illis eleganter tractata reperiantur. pag. 260. n. 17. p. 263. n. 17.

Libris hæreſum convinci poſſunt qui eos ediderunt. pag. 262. nu. 25. p. 494. nu. 1.

Libri hæreticorum in multis Conciliis, & à quàm plurimis Sanctis Viris fuerunt combuſti. pag. 259. nu. 9.

Librorum probibitorum materiam Authores, qui tractant. pag. 263. nu. 1.

Libros probibitos legendi licentiam SS. Congregationes S. Officii, & Indicis tradunt. pag. 263. nu. 21.

Libros hæreticorum quomodo, & qui legere poſſint. pag. 261. nu. 20. p. 203. nu. 20.

Libros hæreticorum eos præſertim, qui Religionis non ſunt, permiſſu Summi Pontificis legere poſſunt Viri ſapientes. pag. 261. nu. 21.

Libros hæreticorum habentes quo in numero ponendi ſint. pag. 262. nu. 24. p. 263. nu. 24. p. 494. nu. 2. & duob. ſequen.

Libros hæreticorum retinentes quomodo ſint puniendi. pag 262. n. 26. p. 263. n. 23. & 27.

Libros hæreticorum damnandi poteſtas non eſt apud Principes ſeculares. pag 263. nu. 8.

Librorum imprimendorum licentia in fronte libri ponenda. pag. 263. nu. 16.

Libros noxios tam Catholici, quàm Ethnici damnare ſolent. pag. 258. nu. 1.

Libros Vaticinios à Prætore Romano combuſtos Livius eſt Author. pag. 258. nu. 3.

Libros Veteris Teſtamenti edicto pœnali Rex Antiochus probibuit, putans eſſe noxios. pag. 258. nu. 4.

Libros impiorũ multis legibus Principes Religioſi condemnant. pag. 259. nu. 8. p. 263. nu. 8.

Libros Sanctorum quomodo veneno ſuo inficere conantur hæretici. pag. 260. nu. 11.

Libros Poetarum non emittendos in lucem ante

conſtitutorum Judicum cenſuram ſtatuit Plato quadam in lege. pag. 260. nu. 15.
Libros excudi priuſquam ab Epiſcopo, & Apoſtolico Inquiſitore ſint examinati, vetant Lateranenſe, & Tridentinum Concilium. pag. 260. nu. 16. p. 263. nu. 16.
Libros hæreticorum ob curioſitatem legentes reprehenduntur. pag. 261. nu. 19.
LICENTIA, & impunitas homines deteriores reddit; correctio autem, & virga bonos. pagina 319. nu. 12.
LINGUÆ lapſus puniri non debet. pag. 108. nu. 19. p. 505. nu. 16.
LITERÆ Sacræ non ex ſuis ſcriptoribus habent authoritatem, ſed ab ipſo Deo. p. 160. n. 39.
Literis ſine nomine vulgo cæcis an fides ab Inquiſitoribus ſit adhibenda. pag. 302. nu. 10.
LOCUM contractus non inſpici debere, ſed locum Domicilii Mariti ſpeciale eſſe in contractu matrimonii, communis eſt fere omnium ſententia. pag. 45. nu. 144.
LOQUI prohibitus cum Moniali, nec Epiſtolam mittere poteſt. pag. 77. nu. 8.
LUDOVICUS Vives reprehenditur, quòd tormentorum uſum iniquum eſſe dixit. pagina 439. nu. 7.
LUTHERANI Eccleſiæ prohibitione contempta, aſſerunt licere quibuslibet cibis ſine delectu uti. pag. 74. nu. 1.
Lutherani, & alii ſcelerati hæretici quibus technis homines imperitos irretiverint. pagina 211. nu. 24.
Lutherani hodie omnes fere libros Chriſtianæ Religionis corrumpunt. pag. 260. nu. 12.
Lutherani Sedis Apoſtolicæ, & Pontificis Max. authoritatem, ac poteſtatem negant. pagina 307. nu. 15.
Lutherani quomodo Pont. Max. authoritatem, & poteſtatẽ ſtudeant elevare. pag. 307. n. 16.
Lutherani, cum Sanctimoniales, & Virgines rapiant, & violent, gravi ſupplicio ſunt afficiendi. pag. 322. nu. 27.
Lutherani multo gravius, quàm ſacrilegi puniri debent. pag. 322. nu. 28.
Lutherani cum Sacram Dei militiam deſerant, gravius puniendi ſunt, quàm militiæ profanæ deſertores. pag. 322. nu. 29.
Lutherani gravius quàm transfugæ puniri debent. pag. 322. nu. 30.
Lutherani, cum occidant Eccleſiam matrem regenerantem, gravius, quàm parricidæ puniri debent. pag. 322. nu. 31.
Lutherani non modo peſtiferi hæretici ſunt, ſed etiam ſeditioſi, atque everſores Reipublicæ. pag. 347. nu. 66.
Lutheranorum mos cum argumentis convincitur. pag. 128. nu. 5.
Lutheranorum levitas Græcorum ſuperat levitatem. pag. 214. nu. 35.
Lutheranorum libertas peſſima. pag. 318. n. 11.
Lutheranorum hæreſum Magiſtris cur nullo pacto ſit ignoſcendum. pag. 347. nu. 63.
Lutheranorum hæreſum Magiſtri merito Curiæ ſeculari relinquuntur. pag. 347. nu. 65.
LUTHERI errores ubi nam numerentur. pag. 74. nu. 1.
Lutheri flagitia. pag. 211. nu. 22. p. 220. nu. 22.
Lutherus, & alii impiiſſimi hæretici fere omnes à Sanctiſſimis Religionum Ordinibus, quibus ſeipſos ſacraverant, defecerunt. pagina 211. nu. 23. p. 220. nu. 23.
Ex Luthero quot ſectæ pullularint. pag. 220. num. 21.
Lutheri hæreſis aſſerentis Monacos uxorem ducere poſſe, jam olim fuit damnata. pag. 269. nu. 11. p. 275. nu. 11.
Lutherus Eccleſiarum, & Pontificum Bona diripiẽda eſſe, impiiſſimè docebat. p. 311. n. 27.

M

MAGICÆ artes an ex pactis Dæmoniorum conſtent. pag 412. nu. 14. p. 416. n. 14.
Magicæ artes quàm vanæ, & pernicioſæ ſint, docet Gratianus. pag. 413. nu. 18.
Magicas artes quibus verbis deteſtentur Cyprianus, & Auguſtinus. pag. 412. num. 16. p. 413. nu. 18.
Magos peregrinos Tiberius Cæſar morte affecit. pag. 412. nu. 15.
Magos, & Excantatores quomodo cenſeat Plato puniendos eſſe. pag. 416. nu. 35.
Magis, Ariolis, & Aruſpicibus quam Deus pœnam imponat. pag. 134. nu. 20.
MAGISTRATUS quantum deceat arcana celare. pag. 283. nu. 32.
MAHUMETANORUM appellatio quos cõplectatur. pag. 264. nu. 1. p. 265. nu. 1.
Mahumetani ad Inquiſitorum juriſdictionem non pertinent, niſi fuerint baptizati. pag. 265. nu 4 ibidem nu. 4.
Mahumetani converſi ad fidem Catholicam, ſi deinde duas habeant Uxores, puniri debent. pag. 467. nu. 4.
Mahumetanorum progenie licèt innumerabiles ſint in Hiſpania, quotidie tamen pœnis legitimis coercentur. pag. 471. nu. 2.
MAHUMETIS vitia, & ſecta ab eo introducta turpitudo. pag. 264. nu. 2. p. 265. n. 2.

Mahumetis ſectam, ridicula cum ſit, cur tot homines ſequantur. pag.264. nu.3.
Mahumetis ſecta ſi Chriſtianus ſe adiiciat, quomodo puniendus. pag.265. n.6. p.471. n.1.
Contra Mahumetem, & Alcoranum qui ſcripſerunt. pag.265. nu.6.
MAIMBURG Hiſtoria de Pontificatu S. Gregorii Magni prohibetur. pagina 572. Bull. Innocen. XI.
MALUS ſpecie Boni fallens duplici pœna eſt dignus. pag.216. nu.41.
MARANATHA qua dictio ſit, & quid ſignificet. pag.174. nu.8. p.175. nu.8.
S. MARCELLINUS Papa, & Martyr ab hæreſis labe vindicatur. pag. 114. nu. 35.
MARITUS an poſſit alienare partem dimidiã lucrorum, quæ legibus Regiis ad uxorem pertinent, ſi tempore alienationis uxor hæretica ſit. pag.39. nu.82. & ſequen.
Maritus donare non poteſt ea lucra, quæ legibus Regiis ad uxorem pertinent. pag. 39. n.86.
Maritus, qui uxore viva, abſque eius juſto conſenſu ad Sacros Ordines promovetur, qua pœna ſit afficiendus. pag. 270. num. 14. p. 276. num. 14.
Maritus an habitare teneatur cum Uxore hæretica Eccleſiæ reconciliata, & Uxor cum Marito. pag.270. nu.16. p.276. nu. 16.
MARTYRIUM temere appetendum non eſt. pag.110. nu.39. p.115. nu.39.
MATRIMONIA Catholicorum cum hæreticis à Conciliis damnantur. pag.76. nu.2. p. 78. num. 2.
Matrimonium contractum inter Catholicos, & hæreticos an ratum ſit. pag.270. nu.17. & duob. ſequen.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos multa Concilia prohibent. pag.271. nu.20.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos vetitum eſt pœnis etiam ad jeſtis. pag. 271. n. 22. p. 272. nu.24.
Matrimonium inter Chriſtianum, & hæreticum qui dixerit ratum eſſe, probare debet exceptionem, cum regula ſit ei contraria. pagina 271. nu.23.
Matrimonia legitima, & juſta propter hæreſim ſupervenientem ſeparantur. pagina 272. num. 25.
Matrimonium, & Societas cum hæreticis Divino jure prohibetur. pag. 272. nu.26.
Matrimonium iiſdem de cauſis, quibus irritum eſt inter Infideles, & Chriſtianos, inter hæreticos, & Fideles irritum cenſetur. pagina 272. nu.27.
Matrimonium cum Infideli contractum cur potiſſimum irritum eſſe debere quidam Theologus aſſeverabat. pag.272. nu.31.
Matrimonium Cathecumeni, aut Apoſtatæ cum Catholica, vel Infideli an ratum ſit. pagina 273. nu.33. & duob. ſequen.
Matrimonium inter fidelem, & Infidelem prohibet Tertullianus. pag.273. nu.36.
Matrimonium inter Chriſtianos, & Infideles, aut hæreticos leges ſeptipartita prohibent. pag. 274. nu.41.
Matrimoniũ inter Chriſtianos, & hæreticos cur non liceat contrahere. pag.274. nu. 43.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos, vel Infideles, & Chriſtianos quibus verbis improbet D. Hieronymus. pag.274. nu.44.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos multa Concilia, & SS. Viri damnant, & prohibent. pag.275. nu.45.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos quantum diſtet à juſto, & ſancto conuubio docet Tertullianus. pag.275. nu.46.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos quibus rationibus adducatur Author, ut irritum putet. pag.275. nu.47.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos contractum jure optimo irritum eſſe cenſeri debet. pag.275. nu.48.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos eſſe illicitum, ſed non irritum eſt communis ſententia. pag.276. nu.17.
MATTHÆUS monacus Græcus de Canone Sextæ Synodi Generalis magnificè ſentit. pag.274. nu.40.
MEDICI, & Januarum cuſtodes quales in S. Inquiſitione eligendi. pag.279. nu.10.
MEMORIAM ordinatam non habens, furioſus præſumitur. pag.497. nu.14.
METUS vis, & potentia. pag. 449. nu. 68.
Metu qui ſe finxit hæreticum quomodo puniẽdus. pag. 505. nu. 21.
Metu deficientium à fide par culpa non eſt, nec eadem pœna. pag.109. nu. 33.
MICHAELIS de Molinos prava doctrina damnatur. pag.573. Bull. Innoc. XI.
MINISTER nemo S. Inquiſitionis eſſe debet in ea Provincia, in qua Inquiſitor ſit ejus Cõſanguineus, vel Dominus. pag.284. n. 38.
Miniſtri S. Inquiſitionis quot ſint, & eorum nomina. pag. 278. nu.3. p.285. nu.1. pagina 472. nu.5.
Miniſtri S. Inquiſitionis oportet ut interdum ſuorum munerum rationem reddant. pag. 282. nu.27.

constitutorum Judicum censuram statuit Plato quadam in lege. pag. 260. nu. 15.
Libros excudi priusquam ab Episcopo, & Apostolico Inquisitore sint examinati, vetant Lateranense, & Tridentinum Concilium. pag. 260. nu. 16. p. 263. nu. 16.
Libros hæreticorum ob curiositatem legentes reprehenduntur. pag. 261. nu. 19.
LICENTIA, & impunitas homines deteriores reddit; correctio autem, & virga bonos. pagina 319. nu. 12.
LINGUÆ lapsus puniri non debet. pag. 108. nu. 19. p. 505. nu. 16.
LITERÆ Sacra non ex suis scriptoribus habent autoritatem, sed ab ipso Deo. p. 160. n. 39.
Literis sine nomine vulgo ejectis an fides ab Inquisitoribus sit adhibenda. pag. 302. nu. 10.
LOCUM contractus non inspici debere, sed locum Domicilii Mariti speciale esse in contractu matrimonii, communis est fere omnium sententia. pag. 45. nu. 144.
LOQUI prohibitus cum Moniali, nec Epistolam mittere potest. pag. 77. nu. 8.
LUDOVICUS Vives reprehenditur, quòd tormentorum usum iniquum esse dixit. pagina 439. nu. 7.
LUTHERANI Ecclesia prohibitione contempta, asserunt licere quibuslibet cibis sine delectu uti. pag. 74. nu. 1.
Lutherani, & alii scelerati hæretici quibus technis homines imperitos irretiverint. pagina 211. nu. 24.
Lutherani hodie omnes fere libros Christianæ Religionis corrumpunt. pag. 260. nu. 12.
Lutherani Sedis Apostolicæ, & Pontificis Max. autoritatem, ac potestatem negant. pagina 307. nu. 15.
Lutherani quomodo Pont. Max. autoritatem, & potestatē studeant elevare. pag. 307. n. 16.
Lutherani, cum Sanctimoniales, & Virgines rapiant, & violent, gravi supplicio sunt afficiendi. pag. 322. nu. 27.
Lutherani multo gravius, quàm sacrilegi puniri debent. pag. 322. nu. 28.
Lutherani cum Sacram Dei militiam deserant, gravius puniendi sunt, quàm militiæ profanæ desertores. pag. 322. nu. 29.
Lutherani gravius quàm transfugæ puniri debent. pag. 322. nu. 30.
Lutherani, cum occidant Ecclesiam matrem regenerantem, gravius, quàm parricidæ puniri debent. pag. 322. nu. 31.
Lutherani non modo pestiferi hæretici sunt, sed etiam seditiosi, atque eversores Reipublicæ. pag. 347. nu. 66.
Lutheranorum mos cum argumentis convincitur. pag. 128. nu. 5.
Lutheranorum levitas Græcorum superat levitatem. pag. 214. nu. 35.
Lutheranorum libertas pessima. pag. 318. n. 11.
Lutheranorum hæresum Magistris cur nullo pacto sit ignoscendum. pag. 347. nu. 63.
Lutheranorum hæresum Magistri merito Curiæ seculari relinquuntur. pag. 347. nu. 65.
LUTHERI errores ubi nam numerentur. pag. 74. nu. 1.
Lutheri flagitia. pag. 211. nu. 22. p. 220. nu. 22.
Lutherus, & alii impiissimi hæretici fere omnes à Sanctissimis Religionum Ordinibus, quibus seipsos sacraverant, defecerunt. pagina 211. nu. 23. p. 220. nu. 23.
Ex Luthero quot sectæ pullularint. pag. 220. num. 21.
Lutheri hæresis asserentis Monacos uxorem ducere posse, jam olim fuit damnata. pag. 269. nu. 11. p. 275. nu. 11.
Lutherus Ecclesiarum, & Pontificum Bona diripienda esse, impiissimè docebat. p. 311. n. 27.

M

MAGICÆ artes an ex pactis Dæmoniorum constent. pag 412. nu. 14. p. 416. n. 14.
Magicæ artes quàm vanæ, & perniciosæ sint, docet Gratianus. pag. 413. nu. 18.
Magicas artes quibus verbis detestentur Cyprianus, & Augustinus. pag. 412. num. 16. p. 413. nu. 18.
Magos peregrinos Tiberius Cæsar morte affecit. pag. 412. nu. 15.
Magos, & Excantatores quomodo censeat Plato puniendos esse. pag. 416. nu. 35.
Magis, Ariolis, & Aruspicibus quam Deus pœnam imponat. pag. 134. nu. 20.
MAGISTRATUS quantum deceat arcana celare. pag. 283. nu. 32.
MAHUMETANORUM appellatio quos cōplectatur. pag. 264. nu. 1. p. 265. nu. 1.
Mahumetani ad Inquisitorum jurisdictionem non pertinent, nisi fuerint baptizati. pag. 265. nu 4 ibidem nu. 4.
Mahumetani conversi ad fidem Catholicam, si deinde duas habeant Uxores, puniri debent. pag. 467. nu. 4.
Mahumetanorum progenie licèt innumerabiles sint in Hispania, quotidie tamen pœnis legitimis coercentur. pag. 471. nu. 2.
MAHUMETIS vitia, & secta ab eo introducta turpitudo. pag. 264. nu. 2. p. 265. n. 2.

Mahumetis ſectam, ridicula cum ſit, cur tot homines ſequantur. pag.264. nu.3.
Mahumetis ſecta ſi Chriſtianus ſe adiiciat, quomodo puniendus. pag.265. n.6. p.471. n.1.
Contra Mahumetem, & Alcoranum qui ſcripſerunt. pag.265. nu.6.
MAIMBURG Hiſtoria de Pontificatu S. Gregorii Magni prohibetur, pagina 572. Bull. Innocen. XI.
MALUS ſpecie Boni fallens duplici pœna eſt dignus. pag.216. nu.41.
MARANATHA quæ dictio ſit, & quid ſignificet. pag.174. nu.8. p.175. nu.8.
S. MARCELLINUS Papa, & Martyr ab hæreſis labe vindicatur. pag. 114. nu. 35.
MARITUS an poſſit alienare partem dimidiã lucrorum, quæ legibus Regiis ad uxorem pertinent, ſi tempore alienationis uxor hæretica ſit. pag.39. nu.82. & ſequen.
Maritus donare non poteſt ea lucra, quæ legibus Regiis ad uxorem pertinent. pag. 39. n.86.
Maritus, qui uxore viva, abſque ejus juſto conſenſu ad Sacros Ordines promovetur, qua pœna ſit afficiendus. pag. 270. num. 14. p. 276. num. 14.
Maritus an habitare teneatur cum Uxore hæretica Eccleſiæ reconciliata, & Uxor cum Marito. pag.270. nu.16. p.276. nu. 16.
MARTYRIUM temere appetendum non eſt. pag.110. nu.39. p.115. nu.39.
MATRIMONIA Catholicorum cum hæreticis à Conciliis damnantur. pag.76. nu.2. p. 78. num. 2.
Matrimonium contractum inter Catholicos, & hæreticos an ratum ſit. pag.270. nu.17. & duob. ſequen.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos multa Concilia prohibent. pag.271. nu.20.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos vetitum eſt pœnis etiam adjectis. pag. 271. n. 22. p. 272. nu.24.
Matrimonium inter Chriſtianum, & hæreticum qui dixerit ratum eſſe, probare debet exceptionem, cum regula ſit ei contraria. pagina 271. nu.23.
Matrimonia legitima, & juſta propter hæreſim ſupervenientem ſeparantur. pagina 272. num. 25.
Matrimonium, & Societas cum hæreticis Divino jure prohibetur. pag. 272. nu.26.
Matrimonium iiſdem de cauſis, quibus irritum eſt inter Infideles, & Chriſtianos, inter hæreticos, & Fideles irritum cenſetur. pagina 272. nu.27.
Matrimonium cum Infideli contractum cur potiſſimum irritum eſſe debere quidam Theologus aſſeverabat. pag.272. nu.31.
Matrimonium Catechumeni, aut Apoſtatæ cum Catholica, vel Infideli an ratum ſit. pagina 273. nu.33. & duob. ſequen.
Matrimonium inter fidelem, & Infidelem prohibet Tertullianus. pag.273. nu.36.
Matrimonium inter Chriſtianos, & Infideles, aut hæreticos leges ſeptipartitæ prohibent. pag. 274. nu.41.
Matrimonii inter Chriſtianos, & hæreticos cur non liceat contrahere. pag.274. nu. 43.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos, vel Infideles, & Chriſtianos quibus verbis improbet D. Hieronymus. pag.274. nu.44.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos multa Concilia, & SS. Viri damnant, & prohibent. pag.275. nu.45.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos quantum diſtet à juſto, & ſancto connubio docet Tertullianus. pag.275. nu.46.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos quibus rationibus adducatur Author, ut irritum putet. pag.275. nu.47.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos contractum jure optimo irritum eſſe cenſeri debet. pag.275. nu.48.
Matrimonium inter Chriſtianos, & hæreticos eſſe illicitum, ſed non irritum eſt communis ſententia. pag.276. nu.17.
MATTHÆUS monacus Græcus de Canone Sextæ Synodi Generalis magnificè ſentit. pag.274. nu.40.
MEDICI, & Januarum cuſtodes quales in S. Inquiſitione eligendi. pag.279. nu.10.
MEMORIAM ordinatam non habens, furioſus præſumitur. pag.497. nu.14.
METUS vis, & potentia. pag. 449. nu. 68.
Metu qui ſe finxit hæreticum quomodo puniẽdus. pag. 505. nu. 21.
Metu deficientium à fide par culpa non eſt, nec eadem pœna. pag.109. nu. 33.
MICHAELIS de Molinos prava doctrina damnatur. pag.573. Bull. Innoc. XI.
MINISTER nemo S. Inquiſitionis eſſe debet in ea Provincia, in qua Inquiſitor ſit ejus Cõſanguineus, vel Dominus. pag.284. u. 38.
Miniſtri S. Inquiſitionis quot ſint, & eorum nomina. pag. 278. nu.3. p.285. nu.1. pagina 472. nu.5.
Miniſtri S. Inquiſitionis oportet ut interdum ſuorum munerum rationem reddant. pag. 282. nu.27.

Miniſtri omnes S. Inquiſitionis jurare tenentur coram Inquiſitoribus, & Epiſcopo quòd officia ſibi commiſſa fideliter exercebunt. pag. 283. nu. 30. p. 472. nu. 5.
Miniſtri S. Inquiſitionis per ſe ipſos officiis inſerviant. pag. 284. nu. 35.
Miniſtri S. Inquiſitionis, ſi iter facere velint, à quo veniam petere debeant, & quot dies poſſint abeſſe. pag. 284. nu. 36. p. 286. nn. 36.
Miniſtri S. Inquiſitionis ſint ſuis ſtipendiis contenti, & munera non accipiant. pag. 284. num. 37.
Miniſtri S. Inquiſitionis à quibus puniendi ſint. pag. 284. nn. 39.
Miniſtri dati ſunt Inquiſitoribus, ut eorum munus peragere poſſint. pag. 472. nu. 1.
Miniſtros S. Inquiſitionis qui lædit, quomodo, & à quo ſit puniendus. pag. 472. nu. 5. p. 285. num. 41.
Miniſtros Reipublicæ optimos, & idoneos eligi per magni intereſt. pag. 277. nu. 1.
Miniſtrationum diviſiones, quas Apoſtolus poſuit Epiſtola ad Corinthios, memorantur. pag. 138. nu. 4.
MINOR 20. Annis, qui in hæreſim inciderit, & major factus convictus fuerit de crimine, quomodo puniendus. pag. 196. nu. 59. pag. 500. nu. 4.
Minor 20. annis doli capax, ſi pertinax fuerit in hæreſi, non ſecus ac ſi major eſſet, eſt judici ſeculari relinquendus. pag. 195. nn. 58. p. 197. nu. 58. p. 500. nu. 3.
Minor pertinax nullum ex minori ætate beneficium reportat. pag. 114. nn. 26.
Minores rectè pœnitentes benignè ſunt recipiendi. pag 500. nu. 2.
Minores 20. annis, quiſe, Parentes, aut alios hæreticos accuſant, benignè excipiuntur etiam poſt gratiæ tempus. pag. 195. nu. 56. p. 197. nu. 56.
Minoribus 25. annis in hæreſis cauſa an curator ad litem ab Inquiſitoribus ſit decernendus. pag. 196. nn. 60. p. 197. nu. 60. p. 500. n. 1.
MIRACULA vera tantùm in Eccleſia Catholica ſunt. pag. 182. nu. 21.
Miracula vera Divinam habent auctoritatem ad ea probanda, in quorum confirmationem ſunt facta. pag. 180. nu. 19.
Miracula vera Divinam habere auctoritatem ex multis locis Sacræ Scripturæ probatur. pag. 181. nu. 20.
Miraculorum auctoritas ex Sanctorum Virorũ ſcriptis, & veris Theologorũ placitis oſtenditur. pag. 181. nu. 21.
Miraculis ſuam Doctrinam probanti non eſt ſtatim credendum. pag. 182. nn. 19.
MOECENATIS conſilium ad Auguſtum Cæſarem in novarum Religionum Authores. pagina 321. nu. 21. p. 525. nu. 8.
Mœcenatis conſilium quod Auguſto dedit de Religione ſervanda. pag. 348. nu. 67.
MONACUS poſt profeſſionem ſolemnem contrahens matrimonium, ſi occultè id faciat, an ab Inquiſitoribus ſit puniendus. pagina 268. nu. 8. & 9. p. 269. n. 10. p. 275. n. 9.
Monacus, qui poſt ſolennem profeſſionem matrimonium contraxit, eſt ſuſpectus de hæreſi. pag. 467. nu. 1.
Monacus, qui poſt ſolennem profeſſionem matrimonium contraxit, quomodo puniendus pagina 467. nu. 2.
MONARCHIA regimen omnium aliorum optimum eſt. pag. 305. nu. 9.
MONIALIS, quam ſibi copulavit Lutherus, quæ pag. 210. nu. 22.
MONITIO legitima quæ ſit. pag. 482. nu. 8. pag. 483. nu. 9.
Monitiones faciendæ ſunt Reis, & quomodo, & quando. pag. 298. nu. 16. & ſequen. p. 299. nu. 20. p. 480. nn. 1. & duob. ſequen. pag. 484. nu. 2.
MORIENTIUM voluntates quo tempore valeant, & quomodo. pag. 65. nu. 267.
MORTIS metu, vel alterius mali qui impium quidpiam dicit, aut facit, mitius eſt puniendus. pag. 109. num. 30. p. 114. num. 30. p. 505. nu. 20.
Mortis metus excuſare eum non poteſt, qui fidem abnegat. pag. 109. nu. 31.
Mortis metu fidem abnegare quàm impium facinus ſit. pag. 109. nu. 32.
Mortis, & tormentorum metu, an timore Infamiæ, vel exilii, vel minoris mali quis deficiat, multùm intereſt. pag. 110. nu. 34.
Mortis metu Deum verbis tãtùm abnegans, quid facere debeat, ne hæreticus cenſeatur. pag. 110. nu. 37. p. 114. nu. 37.
Mortis metu lapſi, ſi ſtatim reſipiſcant, humanè ſunt recipiendi. pag. 110. nn. 38.
Mortis tempore, qui ab hæreticis petit conſolationem, condemnatur à jure, tanquam conſummatus hæreticus. pag. 495. nn. 3.
Morte Reorum crimen cum pœna extinguitur, ſed fallit in hæreſi. pag. 528. nu. 1. & duob. ſequen.
Mortem Juſtorum Eccleſia laudare cur ſoleat; Improborum verò, & hæreticorum memoriam damnare. pag. 116. nu. 1.

Mortem ſibi conſciſcere non licet cuipiam, & cur. pag.119.nu.21.p.120.nu.23.
Mortem ſibi conſciſcere quàm horrendum, & execrandum facinus ſit. pag.120.nu.22.
Mortem ſibi voluntariam inferre nulla Authoritas eſt, qua Chriſtianis concedatur. pagina 120.nu.24.
Mortem ſibi inferre non licet ; Multa tamen licent, ex quibus mors, vel ſequitur, vel accelleratur. pag.121.nu.30.p.123.nu.30.
Mortem cur aliquando non paveant hæretici. pagina 353.nu.3.& ſequen.p.483.num.3, & ſequen.
Mortem qui ſibi in carcere detruſus infert, an ut impœnitens, & planè convictus ſit puniendus. pag.529.nu.10.p.121.nu.31.p.123. num.31.
MULIER prægnans, & ſi hæretica ſit, non eſt punienda, donec pariat. pag.327.nu.51.
Mulieres cur facilius excuſari, & mitius puniri debeant, quàm Viri. pag.109.num.28.p. 505.nu.19.
Mulieres, & alii Idiotæ quandonam etiam in iis, quæ explicitè tenentur credere, poſſint ab hæreſis ſuſpicione excuſari. pag.114.n.28.
Munera accipere quàm ſit periculoſum Judicibus, probatur multorum Sanctorum auctoritatibus. pag.239.nu.42.

N

NAtalis Alexandri hiſtoria ſeculi XV., & XVI. damnatur. pag.572. Bull. Innocen. XI.
NEGANS ſe hæreticum eſſe, & juſtis defenſionibus uti volens, eſt audiendus. pag.503, num.1.
Negare crimen falsò obiectum eſt prima defenſio. Ibidem.
Negare conſtantiſſimè debet qui Innocens eſt. pag. 504.nu.2.p.106.nu.3.
NEOPHYTI an poſſint ordinibus initiari. pag. 352.nu.85.
NEPOTES hæreticorum retinent jus eligendi. pag.188.num.19.
Nepotes hæreticorum nullo modo privandi ſunt illis Beneficiis, quæ antea obtinuerũt, quàm eorũ Parentes hæretici declararentur. pag. 188.nu.20.
Nepotes Catholici ſuccedunt Avo Catholico, licèt Pater hæreticus vivens ſit. pag.197.n.19.
NOBILIS in hæreſim incidens, an infamis, & vilis habeatur, & Plebe jorũ pœna puniendus. pag.330.nu.68. p.336.nu.68.
NOTARII S.Inquiſitionis qui eligendi, & eorum officium quod ſit. pag.279.nu.7.pag. 472.nu.2.
NOVITATES ſuſpectæ ſunt, & periculoſæ potiſſimum in rebus Fidei. pag.213.nu.33.
Novitates, & mutationes ob quam rem gratæ ſint. pag.214.nu.37.
NUNCII S.Inquiſitionis qui. pag.279.nu.10. p.285.nu.10.

O

OCCIDERE ſeipſum quivis prohibetur Divino illo præcepto : Non occides. pag. 120.nu.25.
Occidere ſeipſum contra naturalem inclinationẽ eſt. pag.120.nu.26.
Occidere ſeipſum differt ab occiſione alterius. pag. 123.nu.29.
Occidendo ſeipsũ injuria ſit Reipublicæ, & Deus læditur. pag.120.nu.27.
Occiſor ſui multo magis peccat, quàm miles, qui injuſſu Ducis à ſtatione diſcedit. pag.121. num.28.
Occidentes ſeipſos in carcere, ubi propter hæreſim coercebantur, quales cenſendi ſint. pagina 121.nu.31.p.123.nu.31.p.529.nu.10.
Occidentes ſeipſos quaſnam pœnas incurrant. pagina 123.nu.22.
OCCULTORUM criminum ſpecies variæ. pagina 286.nu.1.
OFFICIALEM S.Inquiſitionis qui ſe finxerit, quomodo hodie puniri ſoleat. pagina 335. num.93.
Officialem S.Inquiſitionis qui ſe ſinxerit, quomodo ſit puniendus. pag.335.nu.92.
Officialem S.Inquiſitionis qui vulnerat, aut occidit, à quibus puniri debeat. pag.285.nu. 41.p.472.nu.5.
OMNIPOTENTIAM ſuam Deum nobis donare, ut ea utamur, ſicuti aliquis donat alteri villam, vel librum, eamque nobis ſubiicere prohibitum eſt aſſerere. pag.571.Bull. Innocen. XI.
OPERA bona extra charitatem, & unitatem facta quid proſint. pag.334.nu.84.
OPINIONES novas aſſerens in materia morali, eaſque pertinaciter defendens, ſuſpectus in fide meritò cenſetur. pag.370.nu.31.
ORATIO quid ſit, & quot modis fiat. pag. 223. num.8.
De Ordine procedendi in Fidei cauſis Authores. pag.301.nu.1.

P

PACTA, & conventa cum Dæmone quomodo diſtingui ſoleant. pag.202. nu.16.
Pacta couventa iu contractu matrimonii de lucris, couſtante matrimonio, acquireudis, omuinò ſervauda ſunt. pag.44. uu.139.
Pacta cum Dæmone facta reſcindi non poſſe, niſi Dæmou ipſe conſeutiat, Vulgus imperitum falsò credit. pag.412. nu.13.
Pactum cum Dæmone facere quàm impium ſit. pag.412. nu.11.
Pactum cum Dæmone, non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè ſit. pag.412. uu 12.
Pactum cum Dæmone habere qui ſint judicandi. pag.415. nu.29.
PAPA eſt Chriſti Vicarius ſub Cœlo. pag. 303. nu.2. p.462. nu.3.
Papa cur vocetur quoque Petri Vicarius. pagina 313. uu.2.
Papa eſt omuium Chriſtianorum Pater, & Doctor. pag.314. nu.12.
Papa judicari ab aliis non poteſt. pag.81. nu.11. & ſequeu.
Papa hæreticus mauifeſtus au per Univerſale Concilium poſſit puuiri. pag. 82. num. 13. pag.84. uu.13.
Papam hæreticum uullum fuiſſe, neque in futurum eſſe poſſe pia, & erudita Alberti Pighii, & Hoſii eſt ſeuteutia. pag.82. uu.14.
Papam Lutherani, & Sacramentarii conviciis, & meudaciis Primatu conantur expellere. pag. 303. nu.1.
Papa, ſi concedat reſcriptum, ſeu privilegium in præjudicium officii S. Iuquiſitiouis, quomodo obtemperandum. pag.313. uu. 34.
Papa, ſi hæreticus eſſet, quomodo obvjam ire oportet. pag.313. nu.35.
Papæ nomen ſolus Romauus Pontifex retiuuit. pag.313. nu.36. p.314. uu.36.
Papæ dignitatem quinam Doctores contra hæreticos tueantur. pag.313. uu.1.
Papam hunc numero eſſe verum Pontificem an teneamur de fide credere. pag.396. num.9. p.398. nu.9. p.461. nu.3.
PARABOLA de zizauiis, de qua in Sacro eloquio, declaratur. pag.459. nu.9.
PATER quamnam authoritatē iu filium habuerit apud Romanos. p.552. n.66. & ſequen.
Pater filium hæreticum poteſt exhæredare, & Filius Patrem. pag.194. nu.48. pag.197. num. 48.
Pater au filium hæreticum exhæredare poſſit, & Filius Patrem, etiam ſi hæreticus ad ſinum Eccleſiæ redierit. pag.194. nu.49.
PATRIA eſt Patri præferenda. pag. 548. num. 47. & ſequeu. p.549. uu.53.
PAULI doctrina, qua docet: hæreticum hominem poſt unam, & alteram correctionem devita. quomodo interpretanda. pag. 126. uu.14.
PAUPERTAS neque ex ſe ipſa quidpiam habet magua commendatione dignum; neque vituperaudum Divitiæ. pag.311. nu.30.
Paupertas quantum authoritatem Antiſtitum, & Presbyterorum dimiuuat. p.311. n.29.
PECCATA omnia iu tres claſſes D. Auguſtinus diſtribuit. pag.109. nu. 25.
Peccata, quæ ſine electione ab invitis committuntur, digna ſunt clementia, & venia. pag. 112. nu.49.
Peccata in Deum gravjus punire debemus, quā quæ in uos committuntur. pag.392. nu.12.
PECULIUM profectitium filii inter bona Patris cenſetur. pag.69. nu.121.
Peculium profectitium filio à Patre conceſſum non publicatur, filio familias impietatis damnato; etiam ſi filius haberet adminiſtratiouem à Patre. pag.38. nu.8. pag. 68. num. 80.
Peculium profectitium, quod Patris eſt, bonis Patris hæretici publicatis, publicatur. pag. 33. nu.17.
Peculium Caſtreuſe filii hæretici couſiſcatur. pagina 32. uu.13. & 15. p.67. uu.15.
Peculium Caſtrenſe proprium eſt filii familias. pag.32. nu.14.
PECUNIA mutuo data hæretico occulto, qua ſe ipſum, & familiam aluit, reſtitui debet creditori. pag.34. uu.35.
Pecunia redenda eſt emptori, ſi ea hæreticus ædificaverit, aut ſimile quid fecerit. pag. 34. uum. 36.
Pecunia, quam in ſuam, aut ſuorum valetudinem occultus hæreticus impendit, eſt reddenda. pag.34. nu.37.
Pecuuia, quam hæreticus mutuo accepit, eſt mutuario reſtituenda, ſi hæreticus factus ſit locupletior. pag.34. nu.31.
Pecunia occulto hæretico inopia laboranti mutuata quaudo ex bonis hæretici publicatis reſtitui debet. pag.35. nu.43.
Pecunia eſt reddeuda Creditori, ſi is probarit occultum hæreticum, quo tempore illam ab eo mutuatus eſt, ea indiguiſſe. pag.35. nu.44.
Pecunia cur Emptori, & creditori in aliquibus caſibus reſtituenda. pag. 36. nu.52.
Pecuniam iu qua re ſufficit impenſam eſſe ab hæretico

retico occulte, ut emptori reſtituatur. pag. 34. nu. 38.

Pecuniam qui mutuo dederit Civitati, & Eccleſia, an ſit perſpicuè probaturus in earũ utilitatem verſam eſſe. pag. 35. nu. 41.

Pecuniam qui ignorantia inſuperabili occulto hæretico mutuo dedit, eſt ſatis, ſi probabili conjectura oſtendat in rem hæretici verſam eſſe. pag. 35. nu. 42.

Pecuniam verſam eſſe in utilitatem hæretici, creditorem ius nunquam gravandum eſſe præcipit, ut probet. pag. 35. nu. 46.

Pecuniam in rem hæretici verſam eſſe quando ſit veriſſimile. pag. 35. nu. 49.

Pecuniam creditoris in Rem hæretici eſſe verſam quibus conjecturis fiat probabile. pag. 35. num. 50.

PERSCRUTANTES illicita, & finem alienæ ſalutis inquirentes qua pęna puniantur. pagina 134. nu. 22.

PERTINACIA conſumatum facit hæreticum, & qua in re conſiſtat. pag. 208. num. 12. p. 220. nu. 12.

Pertinacia quid. pag. 353. nu. 1. p. 359. nu. 1. p. 482. nu. 1.

Pertinacia nonnullorum hæreticorum. pag. 353. num. 2.

Pertinacia quæ conſummatum facit hæreticum, cujuſmodi ſit. pag. 354. nu. 7. p. 359. nu. 7. p. 482. nu. 2.

Pertinacia quare in dubio præſumenda non ſit. pag. 357. nu. 24.

Pertinacia conſummata quandonam præſumatur. pag. 482. nu. 4.

Pertinaciam in dubio probare ad fiſcum incumbit. pag. 359. nu. 24.

Pertinacem eſſe qui credit contrarium ejus, quod ſcit Eccleſiam tenere, probatur ratione. pag. 355. nu. 8.

Pertinaces hæreticos quomodo deſcribat Bernardus, & Albertus Campenſis. pag. 353. nu. 4. p. 483. nu. 4.

Pertinaces hæretici Dæmonibus ſunt pejores. pagina 354. nu. 5.

Pertinaces quomodo ſint puniendi. pag. 354. nu. 6. p. 483. nu. 1. & duob. ſequen.

Pertinaces ex juris præſumptione qui ſint. pag. 355. nu. 9.

Pertinacium hæreticorum furorem eleganter exprimit Auguſtinus. pag. 353. nu. 3.

Pertinax hæreticus eſſe cenſetur, qui aſſerit aliquam hæreſim, cujus contrariam veritatem Catholicam prius docuerat. pag. 355. nu. 10. p. 482. nu. 5.

Pertinax prædictus hæreticus quando non cenſetur. pag. 355. nu. 11.

Pertinax hæreticus eſſe præſumitur qui diu perſiſtit in errore, cujus contrariam veritatem Catholicam explicitè ſcire non tenebatur. pag. 355. nu. 12. p. 482. nu. 6.

Pertinax in dicta cauſa judicandus non eſt qui aſſerit propoſitionem aliquam hæreticam, cujus contrariam veritatem Catholicam explicitè ſcire non tenebatur. pagina 356. num. 14.

Pertinax cenſetur, qui licèt ignorantia probabili erret, legitimè tamen admonitus non reſipiſcit. pag. 356. nu. 15. p. 482. nu. 7.

Pertinax is præſumitur, etiamſi minus legitimè admoneatur, ſi ſtatim cauta ſollicitudine veritatem non quærit. pag. 356. nu. 16.

Pertinax quãdo cenſendus eſt qui probabili ignorantia errat. pag. 357. nu. 21.

Pertinax quomodo cenſendus non eſt qui probabili ignorantia ductus, jurat ſe nunquam ab aliqua hæretica propoſitione diſceſſurum pag. 357. nu. 22.

PERTURBATIONUM animi potentiſſima quæ ſit. pag. 111. nu. 42.

PETRI primatus ex pluribus locis Evangelicæ Hiſtoriæ oſtenditur. pag. 303. nu. 3. p. 313. num. 3.

Petri prærogativæ ex multis Evangeliorum locis demonſtrantur. pag. 304. nu. 4.

Petro plus eminentiæ datum eſt in Actis Apoſtolorum, quàm cęteris omnibus. pag. 304. n. 5.

Petro non tanquam Piſcatori, & homini privato, ſed tanquam Apoſtolorum Principi, & Antiſtiti Maximo promiſit Chriſtus claves Regni Cœlorum. pag. 306. nu. 13.

Petro non tanquam piſcatori, claves Regni Cœlorum relictas eſſe probatur. pag. 306. n. 13.

PHILIPPUS Pater Magni Alexandri quendam Judicem officio privavit, eo quod ſibi capillos inficeret. pag. 329. nu. 59.

PHYSIOGNOMONICI, Circulorum vates, manuſpices quicquid dixerint, putandum eſt falſum. pag. 134. nu. 18.

PIETAS Marii Coriolani laudatur. pag. 549. num. 49.

PLEBIS vitia. pag. 446. nu. 43.

Plebis inſipientia, & temeritas. pag. 446. nu. 42.

POENA pecuniaria an pro hæreſis crimine poſſit imponi. pag. 173. nu. 5. p. 175. nu. 5.

Pęna, quæ duntaxat tendit ad illius emendationẽ, qui peccavit, cujuſmodi ſit. pag. 317. n. 2.

Pęna, quæ damnum illatum reſarcitur, qualis ſit. pag. 317. nu. 3.

Pęna unius metus multorum eſt. pag. 317. nu. 5.
Pęna eorum, qui delinquunt, documentum, doctrina, & exemplum eſt aliorum. pag. 317. num. 6.
Pęna eadem in Plebejos, & Nobiles conſtituta eſt in hæreſis crimine. pag. 330. nu. 67. p. 534. nu. 6.
Pęna cur publica eſſe debeat. pag. 335. nu. 86. p. 535. nu. 12.
Pęna hæreticorum publicæ intereſt utilitati. pag. 335. nu. 1.
Pęna ejus, qui in purgatione defecit. pagina 386. num. 13.
Pęna duplex pro eodem crimine infligi non debet. pag. 387. nu. 18.
Pęna aliqua hæreticorum pertranſit ad filios. pagina 529. nu. 1.
Pęna hæreticorũ, nedum eſt temporalis, ſed æterna. pag. 323. nu. 82. p. 535. nu. 17.
Pęna ignis in hæreticos antiquiſſima. pag. 325. n. 47. p. 534. nu. 2.
Pęnam in ſe ipſum exequendam neminem teneri docuerunt ſæpiſſimè Juriſperiti. pagina 62. num. 249.
Pęnam in foro conſcientiæ præſtare ad duas Regias leges, quæ obligant expreſsè, reſponſio. pag. 62. nu. 250.
Pęnarum diviſio poſita à Bonifacio VIII. pag. 55. num. 209.
Pęnæ magnæ pars hæreticis debitæ in Bonorum publicatione conſiſtit. pag. 65. nu. 268.
Pęnæ triplici de cauſa à ſceleratis hominibus repeti ſolent. pag. 317. nu. 1.
Pęnas à ſceleratis hominibus repetere, Reipublicæ intereſt. pag. 317. nu. 4.
Pęnis cur impios affici oporteat. pag. 324. nu. 38.
Pęnæ, quibus hæretici mulctari ſolent. pag. 336. nu. 7. remiſſivè. pag. 519. nu. 1. p. 534. n. 1.
POENITENS, qui confeſſus non eſt, niſi vi, & tormentis adhibitis, an ſit admittendus. pagina 344. nu. 45. p. 523. nu. 14.
Pęnitens confeſſionem tormentis extortam ultro poſt ratam faciens, loco ſponte fatentis habendus eſt. pag. 344. nu. 46.
Pęnitens ſtatim ac fuit in hæreſim manifeſtè deprehenſus, qua pœna mulctandus. pagina 523. nu. 10.
Pęnitens, qui publicè in alio Regno hæreticus, vel Apoſtata fuit, & priuſquam ab alio accuſaretur, veniam petit, quomodo ſit admittendus. pag. 342. nu. 28.
Pęnitens, qui metu imminentium probationum ad Inquiſitores venit, quomodo excipiendus. pag. 342. nu. 29.
Pęnitens, qui in carcere veniam petit, quomodo tractandus. pag. 343. nu. 30.
Pęnitens, qui admonitus hæreſes confitetur, prius quam ei dicta teſtium edantur, quomodo excipiendus. pag. 343. nu. 31.
Pęnitens, qui poſt editam accuſationem cõfitetur, quomodo admittendus. pag. 343. nu. 32.
Pęnitens, qui poſt quam teſtibus ſe convictum videt, confitetur, quomodo admittendus. pag. 343. num. 33.
Pęnitens errores confitens, prius quam, teſtibus publicatis, convincatur, non eſt ad perpetuum carcerem damnandus. pag. 343. nu. 35. p. 522. nu. 7.
Pęnitentes quomodo admittendos Lucii conſtitutio decernat. pag. 340. nu. 41. p. 351. nu. 41. p. 523. nu. 9.
Pęnitentes hæretici an Bona publicata recuperent. pag. 522. nu. 3.
Pęnitentes benignè ſunt ſuſcipiendi. pagina 345. num. 50.
Pęnitentes, poſtquam fuerunt in carcere mancipati, an recipiendi. pag. 522. nu. 6.
Pęnitentes publici quo veſtitu induti eſſe debent, & cur. pag. 340. nu. 9. p. 351. nu. 9. & 11. p. 522. nu. 2.
Pęnitẽtes an ſint exempti à Regia Juriſdictione. pag. 341. nu. 18. & ſequen. p. 342. nu. 20. & ſequen.
Pęnitentes hæretici quo tempore, & quomodo admittantur. pag. 342. nu. 27. & ſequen.
Pęnitentes hæreticos uſque ad definitivam ſententiam admitti poſſe ſapienter majores noſtri decreverunt. pag. 344. n. 40. p. 351. n. 40.
Pęnitentibus hæreticis benignè, ſed non omninò parcit Eccleſia. pag. 351. num. 4. p. 522. nu. 1. & 2.
Pęnitentibus hæreticis nõ ſolùm Pontificiæ leges, ſed Cæſareæ etiam veniam concedere ſolent. pag. 340. nu. 6.
Pęnitentibus, qui ad rectam fidem redeant intra tempus ab Inquiſitoribus præfinitum, quid conceſſerint Reges Catholicè. p. 341. n. 17.
Pęnitentibus Eccleſiæ reconciliatis, & filiis, ac Nepotibus damnatorũ quibus rebus interdicatur. pag. 342. nu. 22. & duob. ſequen. Ibidem nu. 25. & ſequen. p. 523. num. 11. & ſequen.
Pęnitentium Bona interdum non confiſcantur; quod non ipſo jure, ſed Principum indulgentia fit. pag. 341. nu. 16. p. 522. nu. 4.
POENITENTIA poſt crimen admiſſum nihil prodeſt ad veniam, & impunitatem coram judicibus ſecularibus. pag. 339. nu. 1.

Pęnitentia, & vera peccati confeſſio magni momenti eſt ad veniam facilius conſequẽdam. pag. 339. nu. 5.

Pęnitentia hæreticis impoſita publicè eſt agenda. pag. 340. nu. 8.

Pęnitentia ab Inquiſitoribus diligẽti conſideratione præcedente, eſt imponenda. p. 349. n. 78.

Pęnitentia injuncta qui non ſatisfaciunt, quomodo ſint puniendi. pag. 358. nu. 29.

Pęnitentię injuncta qui plenè non ſatisfecerit, quomodo ſit puniendus. pag. 349. num. 77. p. 351. nu. 77.

Pęnitentię vera optimum ſignum humilitas eſt. pag. 346. nu. 53.

Pęnitentiam olim agentes cilicio, & ſacco induebantur. pag. 340. nu. 10.

Pęnitentiæ inſignia qui furantur, quomodo puniri debeant. pag. 341. nu. 14.

POLYGAMIÆ delictũ hodie ab Inquiſitoribus cognoſcitur privativè. pag. 275. nu. 1.

PONTIFEX MAX. in ordine ad finẽ ſpiritualem ampliſſimam habet poteſtatem in omnes Principes Orthodoxos. pag. 310. num. 25. pag. 314. nu. 25.

Pontifex Summus quomodo eligẽdus eſſet ab Eccleſia, etiamſi Petrus nihil olim de ſucceſſore providiſſet, aut hodie Cardinales omnes periiſſent. pag. 308. nu. 19.

Pontificem Max. Petro ſucceſſiſſe in Apoſtolica Sede apertiſſimè oſtenditur. pag. 304. num. 6. p. 313. nu. 6.

Pontificem Max. Petro ſucceſſiſſe probatur, ſumpta ſimilitudine ab Eccleſia triumphante ad militantem. pag. 305. nu. 7.

Pontificem Max. Petri ſucceſſorem eſſe probatur ſumpto argumento à Synagoga ad Eccleſiã. pag. 305. nu. 8.

Pontificem Max. unum eſſe debere, penes quem ſumma Eccleſiæ poteſtas ſit, probatur; quia Regimẽ Monarchiæ optimũ eſt. p. 305. n. 10.

Pontificem Max. unum eſſe oportet in Eccleſia, aliter enim multa incommoda orirentur. pag. 306. nu. 12.

Pontifici Summo unà cum Eccleſia ſic, vel ſic de rebus Fidei ſentienti extra Gen. Concil. Definitionẽ adverſari, hęreſis eſt. p. 163. n. 25.

Pontifices Maximi à Lutheranorum conviciis aſſeruntur. pag. 307. nu. 17.

Pontificum Max. ſucceſſio. pag. 308. num. 18. p. 314. nu. 18.

Pontifices Maximi, ut nunquam defecerunt à fide Catholica; ſic nunquam defecturos eſſe multi Sanctiſs. Viri docent. pag. 308. n. 20.

Pontifices Maximi ſemper in fide Catholica permanſiſſe, & permanſuros Synodi quam plurimæ teſtantur. pag. 309. nu. 21.

Pontifices Max. ſẽper in fide Catholica permãſuros probatur ex verbis Chriſti. p. 309. n. 22.

Pontifices Max. ſemper in fide Catholica permanſuros probatur rationibus. pag. 309. n. 23.

Pontificis Summi poteſtas ampliſſima, & quomodo ab ea incœperit, & pendeat Romanorum Imperium. pag. 310. nu. 25. p. 314. nu. 25.

Pontificis Max. hæc poteſtas ampliſſima probatur rationibus. pag. 310. nu. 26.

Pontificum eſt Laicos admonere, ut fidem teneãt. pag. 147. nu. 7.

Pontificibus, & Epiſcopis neceſſarius eſt rerum externarum ſplendor, & affluentia. pag. 311. nu. 28.

POSSESSOR Malæ fidei, & is, qui bona fide poſſidebat, poſt litem conteſtatam cum fructibus perceptis compenſare debet meliorationes. pag. 41. nu. 113.

Poſſeſſores bonæ fidei poſt litem conteſtatam, & controverſiam motam incipiunt malæ fidei poſſeſſores eſſe. pag. 37. nu. 59.

Poſſeſſio hæretici ante ſententiam non eſt injuſta. pag. 49. nu. 173.

Poſſeſſio hæretici juſta eſt, & jure Pontificio illis relinquitur, & defenditur. p. 51. nu. 188.

PRÆCOGNOSCERE futurorum eventum ſolius Dei eſt. pag. 131. nu. 3.

Pręcognoſcere pręterita, & futura opus eſt Dei, & humanę prudẽtię captũ excedit. p. 132. n. 4.

Præcognoſcunt Dæmones aliqua eventura naturæ ſuæ ſubtilitate, & longa rerum experiẽtia. pag. 133. num. 5.

Præcognitionis rerum futurarum cauſæ proponuntur. p. 131. nu. 2.

PRÆDICARE nullus audeat, qui examinatus, & approbatus nõ ſit. p. 360. n. 1. p. 362. n. 1.

Prædicare publicè non debent Laici, neq; Fœminæ. p. 360. nu. 2. p. 362. nu. 2.

PRÆDICATOR examinatus, & approbatus ſi aliquid ſcandaloſum, aut ſuſpectũ dixerit, quomodo ſit coercendus. p. 360. nu. 3. pag. 362. nu. 3.

Prædicator qualis eſſe debeat. pag. 360. num. 4. pag. 362. nu. 4.

Prædicatori quid ſit fugiendum. pag. 360. nu. 5.

Prædicator debet ſeipſum accomodare ingenio diſcentium. pag. 360. nu. 6.

Prædicator irreprehenſibilis eſſe debet, & vita, & doctrina inſignis. p. 360. nu. 7.

Prædicatoris vitam verbis ſuis debere conſonare multi, & Sapientiſſimi Auctores aſſerunt. pag. 361. nu. 8.

Prædicatores, qui dum concionãtur, Epiſcopos reprehendunt, perperam faciunt. p.361.n.9.

Prædicatores, qui temerè Epiſcopis detrahunt, ſeverè puniendi ſunt. pag. 361. nu.10.

Prædicatoribus in Conc. Lateran. præcipitur, ne Epiſcopis publicè detrahant. pag. 361. nu. 11. p.362. nu.11.

PRÆDICENS effectum liberum ab humana voluntate pendentem, an Inquiſitorum judicio ſubiiciatur. pag.137. nu.23.

PRÆDIUM, quod cenſũ debet Eccleſiæ, propter hæreſim Domini cõfiſcatur, ſalvo jure penſionis Eccleſiæ præſtãdæ. p.33. n.20. p.67. n.20.

PRÆSAGIENTES futura nequaquam ſunt conſulendi. pag.134. nu.19.

PRÆSCRIPTIONES quinquennii, aut certe viginti annorum, utrum fiſcus ſubmovere poſſit. pag.44. nu.134.

PRÆSUMPTIO ſola non ſufficit, ut quiſpiam, ut hæreticus puniatur ſaltem pœna ordinaria. pag.355. nu 13.

Præſumptionis etymologia, & definitio. pag.363. nu.4. p.370. nu.4. p.495. nu.2.

Prſũptionibus, & cõjecturis nõ eſt locus in rebus evidentibus, & planè probatis. p.363. nu. 1.

Præſumptionibus, & conjecturis in rebus dubiis, & occultis temerè credẽdũ nõ eſt. p.363. n.2.

Præſumptionibus non magis credere Judex debet, quàm leges ipſæ credunt. p. 363. nu. 3.

Præſumptiones, quæ veritatẽ ipſam demonſtrare videntur, cujuſmodi ſint. pag.364. nu.5.

Præſumptiones violentæ quæ. pag. 496. nu.4.

Præſumptio Juris, contra quam probatio admittitur, quomodo definiatur. pag.364. nu.6. p.495. nu.2. p.496. nu.8.

Præſũptionibus in ipſis plurimũ tribuendũ eſt perſonarũ, rerumq; circumſtantiis. p.498. n.8.

Præſumptiones ex diverſis perſonarum, & rerũ, circumſtantiis ortæ. p.364. n 7. p.495. n.3.

Præſumptionum ſpecies variæ. pag. 496. nu. 9.

Præſumptiones ex natione, & Patria. p.364. n.8.

Præſumptiones ex natione, & Patria parum efficaces ſunt. pag.364. nu.9. p.370. nu.9.

Præſumptio ex Parentibus. pag.365. num.10. p. 370. n.10. p.496. n.10. (365. n.11.

Præſumptio ex Parentibus non ſemper eſt vera. p.

Præſumptio ex educatione quam vim habeat. pag. 365. nu.12. p.371. nu.12. p.496. nu.11.

Præſũptio ex moribus. p.367. n.15. p.371. n.15.

Præſũptio ex malefactis, & maledict. p.368. n.18.

Præſumptio ex malefactis, & maledictis cur nocere ſoleat Reis. pag. 368. nu. 19.

Præſumptio hæreſis potius ex malo, quàm ex bono homine deducitur. pag. 496. nu. 12.

Præſumptiones efficaciores ſunt, quæ veriſſimiliores. p.368. nu. 20. p.497. nu. 15.

Præſumptiones, & conjecturæ an ſatis ſint, ut aliquis condemnetur, præſertim in hæreſis crimine. p.368. n.21. p.371. n.21. p.497. n.17.

Præſũptio non levis eſt contra illos, qui ex Mahumetanis deſcendentes, vinum non bibunt, & ſuillam carnem non edunt. p. 370. nu. 32.

PRESBYTERI in carcerem quando conjiciendi. pag. 103. nu.29.

PRIMOGENITA tripliciter fieri ſolent, ex quibus quæ Principis conceſſu fiunt, confiſcari paſſunt propter hæreſim poſſeſſoris. p. 62. n. 254. p.70. nu.253.

Primogenita, licèt Rex nominatim cõcedat, ut publicari nequeãt propter hæreſim, Galindus tamen cenſet poſſe confiſcari. pag.63. num. 254. p.70. nu.254.

Primogenita legis Regiæ conceſſu ſub ea conditione relicta, ut ne propter hæreſim primogeniti confiſcari queant, an poſſint confiſcari. p. 63. nu.257. p.70. nu.257.

Primogenita prædicta confiſcari poſſunt propter hæreſim poſſeſſoris. p.63. nu.258.

Ad Primogenita rectè valet Feudi argumentum pag.63. nu.260.

Primogenita ſi confiſcari non poſſent, quæ abſurda ſequerentur. pag. 65. nu.270.

Primogenita confiſcari poſſe in damnum filiorum qui concedunt, & minimè in præjudicium tranſverſalium, improbãtur. p.65. n.271.

Primogenita an confiſcentur, cum de origine illorum non conſtat; tranſactio ſupervacanea eſt. pag.66. nu.273. pag. 70. nu.273.

Primogenita confiſcari non poſſe quando nonnulli ſentiant. p.66. nu.274. p.70. nu.274.

Primogenita quo caſu confiſcari non poſſint. pag. 66. nu.275.

Primogenitorũ Bona vulgo Majorata an propter hæreſim valeant confiſcari. p.62. nu. 252. p. 69. nu.252.

Primogenitis aliquando relinquuntur bona in teſtamento, aut contractu ſine Principis decreto. pag.63. nu.255.

Primogenitorum inſtitutor, ſi hæreticus deprehendatur, privabitur illicò illis, & aliis bonis. pag.63. nu.256. p.70. nu.256.

Primogenitus verè Dominus, eſt illorum bonorũ, perinde atq; aliorum, quæ pleno jure acquiſierit. pag.63. nu.261.

Primogenitorum ſeu majoratus inſtitutores quid in illis inſtituendis præcipiant. p.64. n.263.

PRINCEPS qui facultatem condendi Primogenita tribuit, ſemper excipere ſolet, ut propter hære-

hæreſim, & laſa Majeſtatis crimen ea publicari poſſint. pag. 64. nu. 266.
Princeps, qui facultatem dat, ut Primogenita obligentur, & alienentur, ea poteſt confiſcare in hæreſis vindictam. pag. 65. nu. 269.
Principes hæreticos defendentes qua pœna puniũtur. pag. 469. nu. 5.
Principes tẽporales qui adverſus hæreticos Inquiſitoribus non auxiliantur, quibus pœnis ſint afficiẽdi. p. 143. n. 8. p. 149. n. 8. p. 473. n. 4.
Principes temporales hæreſes extirpare debent. pag. 146. nu. 1.
Principes ad Eccleſiæ præſidium, & veram pacem ſunt dati. pag. 473. nu. 3.
Principes Chriſtiani in animum ducere debent, ut hæreſes tollant. pag. 147. nu. 3.
Principes Chriſtiani pati non debent hæreticos eſſe in eorum Provinciis. pag. 473. nu. 3.
Principes, & Superiores pro ſe, & pro peccatis Populi tenentur rationem reddere. p. 147. n. 4.
Principes Officium S. Inquiſitionis impedientes puniuntur. pag. 473. nu. 5.
Principes pii, qui Eccleſiæ Catholicæ faverint, & impios fuerint perſecuti, quomodo ſuſcipiant mercedem à Deo. pag. 147. nu. 5.
Principes hæretici, & omnes, qui alios inficere poſſunt authoritate ſua, duriſſimè ſunt puniendi. pag. 149. nu. 13.
Principes ſeculares de hæreticorum cauſis nequaquam cognoſcere poſſunt. pag. 149 nu. 6.
Principũ eſt Eccleſ. Præpoſitis obedire. p. 147. n. 7.
PROBARE probitatem ſuam, & actus religionis ab eis factos contrarios erroribus objectis, Reis quid afferat utilitatis. pag. 113. n. 58.
Probare cur difficile poſſit Reus impetatis accuſatus ſe bono animo feciſſe. pag. 87. nu. 18.
Probatis extremis, media quoque probata eſſe videntur. pag. 35. nu. 45.
Probandi onus lex Regia in eum transfert, qui dixerit alienationẽ lucrorum dolo, aut fraude à marito eſſe factam. pag. 39. nu. 85.
Probari quomodo poſſit hæreſis ſcriptis hæretici. pag. 373. nu. 14.
Probari an poſſit hæreſis per inſtrumentum. pag. 374. nu. 14.
PROBATIO, ut concludat indirectè defenſionem, fieri poteſt, & quomodo. pag. 504. nu. 5.
Probatio nulla magis directa eſt, quàm negare factum per rerum naturam. pag. 504. nu. 4.
Probatio minus plena ad quid ſufficiat. pag. 373. num. 12.
Probatio indirecta cõtra violẽtã Juris, & à jure præſũptionẽ quomodo recipiẽda. p. 373. n. 13.
Probatio, quæ teſtibus ſit, cur inartificialis dicatur apud Rhetores. pag. 419. nu. 2.
Probatio impoſſibilis nũquã exigitur. p. 35. n. 47.
Probationẽ debere neceſſariò concludere quomodo ſit intelligendum. pag. 35. nu. 48.
Probatio firmiſſima quæ dicatur. pag. 487. nu. 1.
Probatio ſufficiens requiritur, ut aliquis ob crimẽ hæreſis in carcerem mittatur. pag. 98. nu. 1.
Probationes factæ in Generali Inquiſitione an abſque nova repetitione ſatis ſint, ut quiſpiam damnetur. pag. 538. cap. 7.
Probationes in hæreſis crimine luce clariores eſſe debent. pag. 372. nu. 2. p. 485. nu. 1.
Probationes imperfectæ, aut ſemiplenæ, & ſi multæ concurrant, non ſufficiunt ad plenam fidem faciendam in hæreſis crimine. pagina 372. nu. 5. p. 486. nu. 3.
Probationes in hæreſis crimine leviores, quàm in aliis criminibus ſufficere, falſa eſt opinio. p. 373. n. 11. p. 374. n. 11. p. 486. n. 6. & ſeq.
Probationum, argumentorum, & Indiciorum inter ſe conſenſus plurimum refert in omnibus Reorum cauſis. pag. 372. nu. 15.
PROCESSUS communicatio tam ab Inquiſitoribus, quàm ab Epiſcopis eſt ſibi mutuo facienda, cum ſeorſim procedunt. p. 167. n. 4.
Proceſſus contra defunctum brevi tempore fiat. pag. 119. nu. 19.
PROCURATOR fruſtra intervenit ad gravjora abſentium crimina defendenda. pagina 374. nu. 1. p. 499. nu. 1.
Procurator eos defendere poteſt, qui ſunt in vinculis. pag. 374. nu. 2.
Procurator quãdo non admittatur in hæreſis crimine. pag. 499. nu. 1.
Procurator Gen. ral. S. Inquiſit. Hiſpaniæ in Romana Curia quis ſit eligendus. p. 375. n. 6.
Procurator intervenit in hæreſis cauſa mota contra memoriam Defuncti. pag. 499. nu. 3.
PROMOTOR fiſcalis qualis ſit eligendus. p. 376. nu. 1. ibidem nu 1. p. 473. nu. 2.
Promotor fiſcalis quomodo accuſationis libellum legere debeat. pag. 15. nu. 12.
Promotor fiſcalis quãdo, & quomodo proponere debet accuſationẽ reis. p. 299 n. 21. p. 485. n. 4.
Promotor fiſcalis an eſſe poſſit quis in ea Provincia, ex qua originem ducit. pag. 376. nu. 2. ibidem nu. 2.
Promotoris fiſcalis munus. p. 376. nu. 3. ibidem nu. 4. p. 473. nu. 2.
Promotor fiſcalis cõprehenſis, & admonitis Reis, eos accuſare debet. pag. 376. nu. 4.
Promotor fiſcalis Reos etiam confeſſos accuſare debet. p. 376. nu. 5.
Promotor fiſcalis quomodo libellũ accuſatoriũ judicibus edere teneatur. pag. 376. n. 6 p. 15, nu. 12.

Promotor fiſcalis quid facturus ſit, ubi à Judicibus conceſſa fuerit dilatio ad probandum pag. 376. nu. 7.
Promotor fiſcalis quocunque tempore teſtes aliarum hæreſum ſupervenerint, Reos de his accuſare debet. pag. 376. nu. 8.
Promotor fiſcalis diligẽter perſerutari debet Reorum confeſſiones, & eorum dicta, & reſponſa. pag. 376. nu. 9.
Promotor fiſcalis quando abeſſe debeat, & quando adeſſe. pag. 376. nu. 10. ibidem nu. 10.
Promotor fiſcalis inſtare debet, ut teſtes coram Religioſis Viris ſua dicta repetant, & teſtimonia iterent. pag. 422. nu. 22.
Promotoris fiſcalis munus, cum Rei, neque interrogationibus, neq; monitionibus ſuos errores nolunt confiteri. pag. 485. nu. 3.
Promotor fiſcalis an pœnam talionis timeat. pag. 485. nu. 2.
PROPOSITIO hæretica quæ. pag. 476. nu. 2.
Propoſitionem hæreticam eam tantùm eſſe, quæ ab hæretico prolata ſit, perperam quidam putant. pag. 377. nu. 3. p. 477. nu. 3.
Propoſitio fidei contraria à quocunq; proferatur, hæretica propriè dici poteſt. pag. 377. nu. 4.
Propoſitio multis modis hæretica eſſe poteſt. pag. 378. nu. 5. p. 380. nu. 5.
Propoſitio quæ dicenda ſit hæreſim ſapere. pagina 378. nu. 6. p. 380. nu. 6. p. 476. nu. 4.
Propoſitiones ſapientes hæreſim quomodo Canus examinandas eſſe exiſtimet. pag. 378. n. 7.
Propoſitiones examinare ad quos pertineat. pag. 377. nu. 1. p 380. nu. 1. p. 476. nu. 1.
Propoſitiones erroneæ, & variæ de illis Theologorum ſententiæ. pag. 378. nu. 8. p. 477. n. 5.
Propoſitiones erroneas quomodo ab hæreticis Canus diſtinguat. pag. 378. nu. 9.
Propoſitio pias aures offendens quæ ſit. pag. 477. num. 6.
Propoſitio malè ſonans quæ ſit. pag. 379. nu. 10.
Propoſitionum malè ſonantium aſſertores quomodo coercendi. pag. 379. nu. 11.
Propoſitio temeraria quæ ſit. pag. 379. nu. 12. p. 477. nu. 7.
Propoſitio ſcandaloſa quæ ſit. pag. 379. num. 13. p. 477. nu. 8.
Propoſitio ſchiſmatica quæ ſit. pag. 379. num. 14. p. 477. nu. 9.
Propoſitio ſeditioſa quæ ſit. pag. 379. nu. 15. pag. 477. nu. 10.
Propoſitio blaſphema, vel maledica quæ ſit. pag. 379. nu. 16. p. 477. nu. 11.
Propoſitio hæreticis favens quæ ſit. pag. 379. nu. 17. pag. 477. nu. 12.
Propoſitio eadem varias habere poteſt qualitates. pag. 379. nu. 19. p. 477. nu. 14.
Propoſitio injurioſa quæ ſit. pag. 379. nu. 18. pag. 477. nu. 13.
Propoſitiones in fide ambiguæ à quibus definiri poſſint. pag. 379. nu. 20.
Propoſitionum interpretationes diligẽter ſunt attendendæ, cum eas Rei in ſuam gratiam exponunt. pag. 379. nu. 21.
Propoſitionum interpretationes quas admitti non deceat. pag. 380. nu. 22.
Propoſitio hæretica quomodo differat ab erronea. pag. 380. nu. 8.
Propoſitiones 17. ex morali ab Alexandro VII. damnatæ. pag. 557. Bull. Alex. VII.
Propoſitiones 65. ex morali ab Innocentio XI. damnatæ. pag. 568. Bull. Innoc. XI.
Propoſitiones duæ Theologicæ de Bonitate obiectiva, & Peccato Philoſophico, ac Theologico ab Alexandro VIII. damnatæ. pagina 579. Bull. Alex. VIII.
Propoſitiones 31. ex morali ab Alexandro VIII. damnatæ. pag. 580. Bull. Alex. VIII.
PROTESTATIO Authoris. pag. 381. nu. 2.
Proteſtationis definitio. pag. 381. n. 3. p. 508. n. 2.
Proteſtatio quocunque loco, & tempore fieri poteſt, & quam vim habeat. pag. 381. nu. 4. p. 383. nu. 4. p. 508. nu. 3.
Proteſtatio quando ſoleat excuſare. pag. 381. n. 5.
Proteſtatio excuſare non poteſt ſcienter errantem contra Catholicam fidem. pag. 381. nu. 6. p. 508. nu. 5.
Proteſtatio contraria facto nihil proteſtanti prodeſt. pag. 381. nu. 7.
Proteſtatio non omninò excuſat eum, qui per ignorantiam errat in his, quæ explicitè ſcire tenetur. pag. 382. nu. 8. p. 383. nu. 8. pagina 508. nu. 6.
Proteſtatio plurimùm prodeſt in rebus difficilibus, & ambiguis, etiam ſi ad fidem pertineant. pag. 382. nu. 9. p. 508. nu. 4. & 7.
Proteſtatio aliquando excuſat apud homines, & non apud Deum, & è contra. pag. 382. nu. 10. p. 508. nu. 8.
Proteſtatio quomodo excuſet apud Deum, & homines illum, qui ignorãtia errat in his, quæ explicitè ſcire non tenetur. pag. 382. num. 11. p. 508. nu. 9.
Proteſtatio plus, minuſve prodeſt ex perſonarum, & rerum circumſtantiis. pag. 382. nu. 12. p. 508. nu. 10.
Proteſtatio nonnunquam nocere poteſt, quamvis aliquando nil proſit. p. 382. nu. 13. p. 508. num. 10.

Pro-

Proteſtationis materiam qui tractant Doctores. pag. 383. nu. 1.

PROVIDENTIAM Diuinã qui negat, impius, & nefarius eſt. pag. 457. nu. 2.

PSEVDOPROPHETA quibus ſignis cognoſcatur. pag. 135. nu. 27.

Pſeudoprophetæ examinandi ſunt, & puniendi. pag 135. nu. 29.

Pſeudoprophetas venerantes videntur eos illorũ nomine venerari, à quibus miſſi putantur. pag. 73. nu. 13.

Pſeudoprophetiſſa Cordubenſis hiſtoria. pag. 135. num. 24.

PVERI, & impuberes cur vix hæretici cenſeri debeant. pag. 109. nu. 26.

PVRGARE ſe debet ſuſpectus de hæreſi, cum id ſibi à Iudice legitimè fuerit iniunctum. pag. 384. nu. 4. p. 389. nu. 4.

Purgare qui ſe non potuit, & defecit in purgatione, an tanquam hæreticus conſumatus ſit puniendus. pag. 386. nu. 14. p. 390. nu. 14. p. 518. nu. 11. & ſequen.

Purgare ſe volens ab hæreſi, & in ipſa purgatione ſuccumbens, an ſtatim ſit Curiæ ſeculari relinquendus. pag. 386. nu. 16.

PVRGATIO canonica diluit ſuſpiciones. pagina 384. nu. 3. p. 517. nu. 2.

Purgatio Canonica quid ſit. pag. 384. n. 3. p. 389. nu. 3. p. 517. num. 2.

Purgationis Canonicæ origo. pag. 389. nu. 29.

Purgatio Canonica in ſacro Inquiſitorum foro an etiam nunc ſit in uſu. pag. 384. num. 1. p. 389. nu. 1. p. 390. nu. 12.

Purgandus quid iurare debeat, & quid Purgatores. pag. 389. nu. 31. p. 518. nu. 15.

Purgatione multi etiam Pontifices Maximi uſi ſunt. pag. 385. nu. 5. p. 518. nu. 9.

Purgatione canonica an Pontifices Maximi uti teneantur. pag. 389. nu. 5.

Purgatio canonica quando ſit indicẽda. pag. 385. nu. 6. p. 389. nu. 6. p. 517. nu. 3. p. 518. nu. 8. & ſequen.

Purgatio illis non eſt indicenda, qui ab inimicis, vel malevolis, vel levibus hominibus infamia afficiuntur. pag. 385. nu. 7. pag. 517. num. 4.

In purgatione deficere quiſnam dicatur. pag. 386. nu. 15. p. 518. nu. 13.

Purgatio recto Iudicis arbitrio relinquitur quãdo Reis ſit indicenda. pag. 385. n. 8. p. 518. num. 5.

Purgatio cur illis indicenda non ſit, qui ex Partibus Iudæis, aut Mahumetanis nati ſunt. pag. 385. nu. 12.

In purgatione deficiens, an recipiendus ſit, ſi pœniteat. pag. 518. nu. 14.

Purgatio canonica an à ſolo Inquiſitore ſine Epiſcopo, vel eius Vicario indicenda. pag. 390. nu. 27. p. 388. nu. 27.

Purgatio, vel quæcunque alia pœna in ſuſpectos de hæreſi ſtatuta per ſe efficax eſt ad quaſlibet ſuſpiciones purgandas. pag. 387. nu. 20.

Purgatio Canonica quo ordine, & ritu indici ſoleat. pag. 388. nu. 25.

Purgatione Canonica non temerè Iudices nunquam debent examinare. pag. 389. nu. 31.

Purgatorum numerus iudicis arbitrio relinquitur. pag. 385. nu. 9. p. 389. num. 9. p. 518. num. 6.

Purgatores qui dicantur. pag. 385. nu. 10. p. 390. num. 10.

Purgatores quales ſint eligendi. pag. 385. nu. 11. p. 518. nu. 7.

Purgatorum numerus augeri poteſt; ſi purgandus reus ſit, & idem acerbiſſimè torqueri poteſt, ſi torquendus ſit pro magnitudine ſuſpicionis. pag. 387. nu. 21.

Purgatores tot nominare tenetur Reus, quot in ſententia Inquiſitorum continentur. paginâ 388. nu. 26.

Purgatoribus revocatis in auditorio Inquiſitorũ, & Reo ad Tribunal ducto, interrogatur ab Inquiſitoribus Reus, an illos homines agnoſcat. pag. 388. nu. 27.

Purgatores quomodo admonere, & interrogare ſoleant Inquiſitores. pag. 388. nu. 28.

Q

QVADVS Manichæos omnes ſuæ dictionis occidit. pag. 348. num. 70. p. 525. num. 8.

QVÆSTIO quid ſit. pag. 438. nu. 1. p. 511. nu. 1. & ſequen.

Ad Quæſtionem quandonam deveniendum. pag. 511. nu. 1. & 5.

Quæſtionum, & tormentorum uſum multi non approbant. pag. 438. nu. 2. p. 511. nu. 2.

Quæſtionibus reſiſtendum docet Cicero. pag. 438. num. 3. & ſequen.

Quæſtiones dubiæ de fide, quæ ad Papam refferri debent, quando ab inferioribus Prælatis decidi poſſunt. pag. 312. nu. 32.

R

RATIO quid ſit. pag. 180. nu. 18.

RATIHABITIO an neceſſaria, quando Reus,

Reus, vel Teſtis in tormentis contra alios teſtificatur. pag.450. nu. 73. p.453. num. 73. p.514. nu.39.

Ratihabitio an neceſſaria, cum ventum eſt ad tormenta, probatis inditiis maximis, vel antecedente Confeſſione extra judiciali geminata. pag. 514. nu.37.

RECEPTANS Uxor Maritum, Filius Patrē, Frater fratrem hæreticum, an Receptatorum pœnis teneantur. pag.470. nu.8.

Receptans hæreticos per vim coactus, aut illos neſciens, non cenſetur hæreticis facere. pagina 95. nu.17 p.470. nu.3.

Receptans ſcienter Conſanguineum hæreticum, an excuſetur omninò à pœna Receptatoris. pag.96. nu.20. p.470. nu.4.

Receptator filius Patris hæretici, aut Uxor Viri, aut Frater fratris, vel leviſſimè, vel puniendi non ſunt. pag.96. nu.21. p.97. n.21.

Receptatum hæreticum eſſe quoties notoriè non conſtat, ignorantia præſumitur in Receptāte. pag.97. nu.18.

Receptatores hæreticorum non ſunt ſemper in pari culpa. pag.470. nu.2.

Receptatores hæreticorum tanquam hæreticos puniendos eſſe Baldus, & multi putant. pag. 95. num.15.

Receptatores hæreticorum eiſdem pœnis coercentur, quibus Defenſores, & Fautores. pag. 95. nu.14. p.97. nu.14. p.470. nu.1.

Receptatores quo pacto puniendos eſſe ſentiat Plato. pag.95. nu.16.

Receptator hæretici an teneatur probare ignorantiam, an verò ejus ſcientiam Accuſator. pagina 95. nu.18. p.470. nu.4.

Receptator, qui jurejurando affirmat ſe quem receptavit hæreticum eſſe ignoraſſe, abſolvi debet, niſi ſcientia probetur. pag.96. nu.19.

RECEPTORIS officium in S. Inquiſitione quid ſit. pag.292. nu.1. p.294. nu.1.

Receptor qualis eligendus. pag.292. nu.2.

Receptor Bonorum ſequeſtrationibus adeſſe debet. pag.292. nu.3.

Receptor quæ Bona Reorum diſtrahere debet. pag. 293. nu.9.

Receptorum pœna, ſi ſecus fecerint, ac tenentur in iis, quæ ſui muneris ſunt. pag.293. n.17.

Receptor ſi aliquid emerit ex pecunia fiſci ſuo nomine, an Fiſco, vel ſibi acquirat. pag.294. nu.27. ibidem nu. 27.

Receptor ſi rem alienam vendidit, putans eſſe hæretici, tenetur Domino pretium reſtituere. pag. 294. nu.28.

Receptores, & alii Officiales non poſſunt quicquā emere ex Bonis publicatis. pag.293. nu.18.

Receptores unius Provinciæ non debent occupare Bona hæreticorum, quæ ad alios pertinent Receptores. pag.393. nu.19.

Receptores pecuniam à ſequeſtro receptam, vel ex Bonorum venditione coactā intra tres dies proximos deponere debent in arcam publicam. pag.293. nu.20.

Receptores debitoribus Fiſci nequeunt remittere, aut donare pecunias. pag.294. nu.21.

Receptores nequeunt facere tranſactionem. pag. 294. nu.22.

Receptores quo pacto ſe gerere debeant cum debitoribus fiſci. pag.294. nu.23.

RECONCILIATUS Eccleſiæ, qui ſe hæreticum fuiſſe negat, ſed metu confeſſum eſſe, ait, quæ non commiſit, quomodo puniendus. pagina 88. nu.25.

Reconciliatus Eccleſiæ, qui ſe hæreticum fuiſſe negat, ſed metu confeſſum ait, quomodo impœnitens non judicandus. pag.88. nu.26.

REFERENTES aliorum hæreſes quando puniri non debeant. pag. 108. num. 18. p. 114. nu.18. p.505. nu.15.

REGULA illa: Delicta punienda ſunt ubi ſunt commiſſa, non alibi. *fallit in hæreſis crimine. pag.11. nu.13.*

Regula Juris, quæ habetur, quòd à quocunque pœnæ nomine &c. quo pacto intelligenda. pag. 50. nu.177.

RELAPSUS an ſit, qui poſt abjurationem reperitur hæreticus. pag.4. nu.19. p.5. n.20.

Relapſus an ſit qui poſt alicujus hæreſis particularis abjurationem, hæreticos diverſæ hæreſeos fovet, & converſatur. pag.78. nu.9.

Relapſus an ſit, qui poſt abjurationem hæreticos converſatur. pag.77. nu.9.

Relapſus dupliciter quiſpiam dici poteſt. pagina 391. nu.2.

Relapſus ſecundo modo is eſt, qui poſt abjurationem in eandem hæreſim incidit. pag. 391. num. 3.

Relapſus an ſit ille, qui poſt hæreſes abjuratas, de quibus vehementer ſuſpectus erat, cum hæreticis communicat. pag.391. nu.5. p.526. num. 3.

Relapſus an judicandus ſit ille, qui poſt abjuratam aliquam hæreſim planè probatam, communicavit cum iis, qui alias diverſas hæreſes ſequebantur. pag. 391. nu. 6. p. 394. num. 7.

Relapſus an ſit, qui poſt quam detruſus eſt in perpetuum carcerem, aufugerit. pag. 392. num. 8.

Rela-

Relapſus an ſit cenſendus, qui iterum Dæmones invocat, poſtquam ob vehementem de ea re ſuſpicionem abjuraverit. pag. 392. nu. 9. p.394. nu.9. p.526. nu.4.

Relapſi pœna. pag.392. nu. 10. p. 526. nu. 5.

Relapſus nullus judicari poteſt, niſi bis fuerit cõvictus de hæreſi. pag. 393. nu. 19.

Relapſus hæreticus, ſi ſeipſum accuſet, & veniam prius à Judicibus patat, quàm accuſetur ab aliis, an puniendus ſit ut Relapſus. pag. 393. nu. 21. p.526. nu.6.

Relapſus cenſendus eſt ille, de cujus hæreſi poſt abjurationem de vehementi ob ſolam ſuſpicionem vehementem planè conſtat, ſi iterum in eandem hæreſim relabatur. p.394. nu.5.

Relapſus an ſit qui pœnitentias ſibi impoſitas non adimplet. pag.394. n.8. p.527. n.8. & ſeq.

Relapſus audiendus eſt, cum de ejus ſcelere non conſtat. pag.394. nu.23.

Relapſi qui dicantur. pag.391. nu.1. p.394. nu. 1. p.526. nu.1. & ſequen.

Relapſi qui ſint. pag.391. nu.4. p.394. num.3. p. 526. nu.2.

Relapſis veniam non eſſe concedẽdam ex Gratiani verbis deducitur. pag. 392. nu.11.

Relapſis hæreticis parcendum non eſſe probatur. pag. 392. nu.14.

Relapſis pœnitentibus quæ bona concedat Catholica Eccleſia, & quæ auferat. pag.392. n.15.

Relapſis pœnitentibus cur Unctio Extrema denegetur. pag. 393. nu.16.

Relapſis verè pœnitentibus an concedenda ſit Eccleſiaſtica ſepultura. pag. 393. num. 17. p. 394. num.17.

Relapſis hæreticis interdum veniam concedi poſſe, ſunt qui aſſerant. pag.393. nu. 18. Et quando. pag.394. nu.18.

Relapſis cur Eccleſia non parcat. pag. 394. num. 10. p.393. nu.22.

Relapſis pœnitentibus an Sacramenta neganda. pag. 392. nu.16. p.394. nu. 16.

RELIGIO vera quærenda eſt apud eos, qui Chriſtiani Catholici, & integritatis cuſtodes nominantur. pag.140. nu.11.

Religioni novæ inſervire nemo cogendus; ſed ut in ea permaneat, qua ſemel fuit obſtrictus utique poteſt. pag.458. nu.8.

Religionis violatores apud omnes Nationes ſeveriſſimè ſemper puniti ſunt. pag. 322. n.35. p.457. num. 3.

Religionum novarum Authores, in quos graviſſimè animadverſum eſt, nonnulli adducuntur. pag. 323. nu.34.

Religionis contemptores, qui ea de cauſa puniti ſunt. pag. 323. num. 35.

Religionis contemptores Reos eſſe mortis, omnes Philoſophi ſenſerunt. pag. 325. nu.44.

RENUNCIATIO, qua Reus defenſionibus ſuis renunciat, nullius momenti eſt. pag. 112. num. 53. pag.537. cap.4.

Renunciatio Rei quando ex nonnullorum ſententia robur habere credatur. pag.115. n.54.

Renunciare termino pro ſuis Defenſionibus ſibi aſſignato poteſt Reus. pag. 115. nu. 53.

RESERVATIO caſuum nulla reperitur in mortis articulo. pag.13. nu.3.

REVELATIONES fatui, aut improbi ſuſpectas eſſe debere exemplo demonſtratur. pagina 135. nu.24.

Revelationes cur majori ex parte Mulieres, quàm homines habere ſoleant. pag. 135. nu.25.

Revelationes illæ, quæ Sacra Scriptura non probantur, præſertim cum ſupernaturales ſint, debent eſſe ſuſpectæ. pag.135. nu.26.

Revelationes, quæ ſunt à Deo, quibus ſignis cognoſcantur. pag.135. nu.28.

Revelationes inutiles nõ ſunt à Deo. p.135. n.29.

Revelationes Montaniſtarum Dæmoniacas eſſe quibus ex ſignis Apollonius cenſuerit. pag. 137. nu.25.

Revelantes occulta præſentia, vel præterita, puniendi ſunt. pag.133. nu.15.

Revelantium S. Inquiſitionis ſecreta quæ pœna. pag. 285. nu.31.

REUS negans factum quo pacto id probare queat. pag.107. nu.7. p. 113. nu. 7.

Reus ſi pluribus, & melioribus teſtibus probet ſe nihil eorum feciſſe, aut dixiſſe eo loco, & tempore, quo crimen commiſiſſe accuſatur, abſolvi debet. pag.107. nu.8.

Reus quandonam Judici interroganti ſuum crimen teneatur fateri. pag.290. nu. 13.

Reus citatus ex diverſis locis, & eodem tempore ab Epiſcopo, & ab Inquiſitoribus, coram quibus ſe ſiſtere debeat. pag. 298. nu.13.

Reorum de aliis criminibus ab hæreſi cur cadavera puniri non ſoleant. pag.116. nu.3.

Rei ſe ipſos prodere in publicum non tenentur. pagina 56. nu.216.

Rei de hæreſi quare non ita facilè in carcerem conjici debeant. pag.99. nu.2.

Reis vita functis in aliis criminibus ab hæreſi crimen cum pœna extinguitur. p. 116. nu. 2.

Rei quid ab Inquiſitoribus ſint prius interrogandi. pag.298. nu.14.

Reos quid amplius oporteat interrogare. pagina 298. nu.15. pag.481. nu.12.

Rei decem primis diebus poſt eorum capturam beni-

benignè ſunt admonendi, ut veritatem fateantur. pag. 298. nu. 16. p. 480. nu. 3.
Rei admonendi ſunt, ut relictis, & abjuratis erroribus convertantur. pag. 298. nu. 17.
Rei ter admoneri ſolent, antequam à Promotore fiſcali accuſentur. pag. 299. nu. 20.
Reis accuſationis copia fieri ſolet. pag. 299. num. 22. p. 485. nu. 5.
Rei, ſi ſuſpicione aliqua præmantur, interrogari debent de ſociis, & ſceleribus ſuis, adhibitis etiam tormentis. pag. 300. nu. 28.
Reos in carcere incluſos aquum eſt, aut quàm citiſſimè puniri, ſi pœna digni ſint, aut abſolvi, ſi careant culpa. pag. 301. nu. 34.
Reos vehementer ſuſpectos prius tormentis, deinde purgatione, mox abjuratione, tandem arbitrariis pœnis oprimendos eſſe, vetus, & iniqua conſuetudo docebat. p. 386. nu. 17.
Rei pluribus pœnis an ſimul puniendi ſint. p. 387. nu. 19. p. 518. nu. 16. p. 519. num. 17. & duob. ſequen.
Reum poſt tormenta purgandum, aut poſt purgationem puniendum, neque lege, neq; ratione probari poteſt. pag. 388. nu. 24. p. 390. num. 24.
Rei cur in hæreſis cauſa ad teſtium ratificationem citandi non ſint. pag. 423. nu. 28.
Rei etiam non interrogati ſocios criminis indicare tenentur. pag. 481. nu. 13.
Rei ſingulis Accuſationis articulis debent reſpondere. pag. 485. nu. 5.
Reis non petentibus an indiciorum copia ſit danda. pag. 537. cap. 4. p. 538. cap. 5. & 6.
REX hæreticus non ſolùm eiicitur Regno, ſed & e jus filii à Regni ſucceſſione pelluntur. pag. 63. num. 259.
Regis munus quid ſit, & propter quam rationem hæretici ſint puniendi. pag. 146. nu. 2.
Reges, & Principes Chriſtiani, ſi facti ſint hæretici, ſubjecti, Vaſalli, & ſervi quoq; liberi ab eorum dominio manent. pag. 148. num. 11. p. 474. nu. 9.
Reges, & Principes hæretici gravjus quàm alii delinquunt, & ideo majori ſupplicio ſunt digni. pag. 148. nu. 12.
Reges Hiſpaniarum cum apicem Regni ſortiuntur, hæreticos ſe non permiſſuros habitare in ſuo Regno pollicentur. pag. 149. num. 1. p. 474. nu. 6. & ſequen.
Regis hæretici Regnum cum ſuperiorem non habeat, an poſſit confiſcari. pag. 332. nu. 75.
Reges ad Eccleſiæ pacem, & præſidium ſunt dati. pag. 473. nu. 3.
RUSTICITAS nimia excuſare poteſt ab hæreſi. pag. 108. nu. 21. p. 505. num. 17.
Ruſticitas nimia quando non excuſet ab hæreſi. pag. 114. nu. 21.

S

SACERDOS, qui filiam ſpiritualem nefario inceſtu contaminaverit, quomodo ſit puniendus. pag. 270. nu. 15. p. 276. nu. 15.
Sacerdotis eſt munus hæreticos admonere, Laicis verò convenit eoſdem punire. p. 147. nu. 6.
Sacerdotum dignitas etiam Ethnicorum exemplis veneranda. p. 23. nu. 14. p. 24. nu. 14.
Sacerdotibus publica pœnitentia non eſt imponenda. pag. 22. nu. 13. p. 23. nu. 14.
SACRIFICIIS Paganorum utentes, & hi, qui haruſpicē, aut Ariolum conſulunt, acerbiori ſupplicio ſunt puniendi. pag. 133. nu. 16.
SALARIA Miniſtris S. Inquiſitionis, & ſtipendia Inquiſitoribus à quibus ſolvenda, & quomodo. pag. 283. num. 33. & ſequen. p. 286. nu. 33.
SALOMONEM qui Authores damnatum dicant, qui verò ſalvum aſſerant. p. 199. u. 6.
SALUS Patriæ eſt præferenda ſaluti Patris à filio. pag. 548. num. 47. & ſequen. p. 549. num. 53.
SAMSON, qui ſeipſum occidit, qua ratione defendatur. pag. 121. nu. 29.
SAPIENTUM authoritas quanti ſit facienda. pag. 143. nu. 20. & ſequen.
SCANDALUM ex hæreticorum pœna accipiēdum non eſt. pag. 527. nu. 3.
SCHISMA quid ſignificet. pag. 395. u. 1. p. 397. nu. 1. p. 462. nu. 1.
Schiſma ſoror eſt hæreſis. pag. 395. nu. 2.
Schiſma quàm grave ſit malum. pag. 395. nu. 3. p. 398. nu. 3.
Schiſmata à Diabolo inventa. pag. 460. nu. 1.
Schiſma an ſemper errorem intellectus involvat. pag. 398. nu. 5.
Schiſmaticorum genera quot. pag. 395. nu. 4. p. 398. nu. 4. p. 462. nu. 2.
Schiſmaticorum genus ſecundum. pag. 396. n. 5.
Schiſmatici ſecundi Generis parùm ab hæreticis diſtant. pag. 396. nu. 6.
Schiſmaticorum tertium Genus. pag. 396. nu. 9.
Schiſmaticorum communicationem fugere debent Catholici. pag. 396. nu. 8.
Schiſmatici eiſdem ferè pœnis, quibus hæretici coercentur. pag. 396. nu. 7. p. 398. nu. 7. p. 462. nu. 4.
Schiſmatici, & hæretici Theodoſii, & Valentiniani lege à Catholicorum communione ſunt

ſunt expellendi. pagina 396. num. 10.

Schiſmatici pertinaces ipſo jure excommunicantur. pag. 462. num. 5.

Schiſmatici pœnitẽtes, & ad Eccleſiæ unitatẽ recepti, an ſint irregulares, & ad Eccleſiaſticas dignitates poſſint promoveri. pag. 398. n. 8.

Schiſmatici ad unitatem Eccleſiæ ex corde redeuntes ſunt recipiendi. pag. 462. nu. 6.

Schiſmatici abjurare ſchiſma tenentur. pag. 4. num. 15. & ſequen.

Schiſmatis abjurandi forma. pag. 4. nu. 17. pag. 7. num. 17.

SCIPIONIS Affricani celebre dictum. pagina 549. nu. 50.

SCRIBENTIUM in hæreticos laus. p. 130. nu. (10.

Scribere hæreticis, & eorum literas accipere non licet. pag. 78. num. 8.

SCRIPTA S. Inquiſitionis, & actorum quomodo ſint cuſtodienda, & quibus eorum cura demandanda. pag. 279. nu. 9.

Scripturas Divinas veraces credere debet quiſq; Catholicus. pag. 399. nu. 1. p. 402. nu. 1.

Scripturas Divinas adulterare ſolent hæretici. pag. 399. nu. 2.

Scripturam Divinã à ſuo tantùm Luthero fuiſſe intellectam impii aſſerunt Lutherani. pag. 399. nu. 4.

Scripturam Divinam quilibet de Plebe, & Idiota interpretari audet apud Lutheranos. pag. 399. num. 5.

Scripturas Sacras quomodo interpretentur Lutherani. pag. 399. nu. 6.

Scripturas Sacras perperam, & obliquè in confirmationem ſuarum hæreſum adducere ſolent hæretici. pag. 400. nu. 8.

Scripturæ verbis paſſim abutuntur hæretici. pag. 400. nu. 9.

Scripturæ Divinæ intelligentia unde ſumenda. pag. 400. nu. 12.

Scripturam Sanctam in alium ſenſum, quàm ſolet Eccleſia Catholica interpretari, prohibet Synodus Tridentina. pag. 401. nu. 13.

Scripta Sacra viri docti, & pii frequenter legere debent. pag. 401. nu. 15.

Scripturæ Sacræ verba ad profanas Res non eſſe detorquenda, cavetur in 4. Seſſione Tridentini Concilii. pag. 401. nu. 16.

Scripturas Sacras qui profanis rebus admiſcent, graviſſimè à Deo puniri ſolẽt. p. 401. n. 17.

Scriptura Sacra eſt tota plena myſteriis. p. 399. nu. 2. p. 402. num. 2.

Scripturæ Sacræ expoſitio ad ſolam ſpectat Eccleſiam. pag. 400. nu. 12. p. 402. nu. 6.

Scripturæ Sacræ ſenſus verus apud hæreticos eſſe non poteſt. ibidem.

Scripturam Sacram qui ſciens aliter ac exponit Eccleſia interpretatur, hæreticus eſt. pag. 402. nu. 12.

Scripturæ Sacræ verba qui obſcœnis, & profanis immiſcent, ſubduntur Inquiſitorum judicio. pag. 402. nu. 16.

Scripturæ Sacræ authoritaſq; p. 482. nu. 3.

SEDEM Apoſtolicam quare non fuit conveniens Hieroſolymis collocari. pag. 156. nu. 24.

Sedis Apoſtolicæ definitiones ſunt de fide tenendæ. pag. 308. nu. 20. p. 314. nu 20.

SEDITIO quàm peſtifera, & pernicioſa ſit Reipublicæ. pag. 320. num. 18.

SEMIEBRIUS, ſi blaſphemias, aut hæreſes dixerit, puniendus eſt, mitius tamen. p. 112. num. 50.

SENES decrepitæ ætatis, qui ſuæ mentis compotes non fuerint, eodem in loco, atque Infantes, & dementes habendi ſunt. p. 107. n 15.

Senes ſumma ſenectute confecti, pueri cenſendi. pag. 109. nu. 27. p. 504. nu. 12.

SENTENTIA in abſentem, & contumacem hæreticum latam, coram omni Populo eſt recitanda, ejus que ſtatua comburenda, & Bona publicanda. pag. 9. nu. 8.

Sententia declaratoria in hæreticum quo pacto accipienda. pag. 47. nu. 163.

Sententia declaratoria vim habet expreſſæ condemnationis. pag. 48. nu. 164.

Sententia declaratoria propter quid requiratur. pag. 48. nu. 165.

Sententia neceſſaria eſt in crimine notorio. pagina 48. nu. 166.

Sententia condemnatoria quomodo ab Inquiſitoribus ſit formanda. pag. 403. nu. 2. p. 405. nu. 2. p. 531. num. 2.

Sententia cõdemnatoria continere debet tempus, ex quo Reus in hæreſim incidit. p. 403. n. 3.

Sententia, qua in hæreſim lapſi Eccleſiæ reconciliantur, an debeat continere illos eſſe, aut fuiſſe hæreticos. pag. 403. nu. 4. & ſequen. p. 405. n. 5. p. 531. nu. 3.

Sententia condemnatoria quid debeat continere. pag. 403. nu. 6. p. 405. nu. 6.

Sentẽtia reconciliationis jam lata, quomodo poſſit Reus iterum examinari. pag. 404. nu. 8.

Sententia reconciliationis ſit ne magis interlocutoria, quàm definitiva. pag. 404. nu. 9.

Sententia quomodo eſt ferenda, cum Inquiſitores diſſentiunt. pag 404. nu. 10.

Sententias per alios proferre poſſunt Inquiſitores. pag. 403. num. 1. Qualis S. Officii praxis. pag. 405. nu. 1.

Sententiæ forma contra Relapſum unde ſumi poſſit.

ſit. pagina 404. num. 7. pag. 531. nu. 4.

Sententia cum publicè proferuntur adverſus hæreticos, quis ordo in illis ſervari ſoleat. pagina 404. nu. 11. p. 531. nu. 5.

Sententia contra hæreticos deſcendentes ex Judæis, & ex Mauris quomodo in Hiſpania proferebantur. pag. 404. nu. 12.

Sententia abſolutoria in favorem occultorum hæreticorum nunquam in rem judicatã tranſeunt ex conſtitutione B. Pii V. pagina 405. num. 13.

SEPULTURA privari debent non ſolùm hæreticorum cadavera, ſed etiam Cineres, & Oſſa. pag. 118. nu. 10.

Sepultura Eccleſiaſticæ privatio ab hæreticorum excommunicatione deſcendit. pagina 117. num. 9.

Sepultura Eccleſiaſtica carent, qui Eccleſiis decimas, cum teneantur, non ſoluunt. pagina 122. nu. 9.

Sepultura nedum Eccleſiaſtica olim carebãt, qui in crimine decedebant notorio, ſed etiam anathemate feriebantur. pag. 122. nu. 9.

Sepultura Eccleſiaſtica an Relapſis pœnitentibus concedenda, & cur. pag. 393. nu. 17. pag. 394. nu. 17.

SEQUESTRATIO, & Depoſitum quomodo differant. pag. 292. nu. 4.

Sequeſtratio quomodo fieri debeat. pag. 292. n. 5.

Sequeſtro quomodo tradenda ſint Bona Reorum. pag. 292. nu. 6.

Sequeſtro quando non tradantur Bona Reorum. pag. 292. nu. 7.

SERVI quales fuerint apud Antiquos. pag. 405. num. 1.

Servi Chriſtianorum non efficiuntur Chriſtiani bello capti. pag. 406. nu. 2. & ſequen.

Servi ex quo genere hodie, & quales ſint. pagina 406. num. 4.

Servorum Genus cur nequam, & perverſum ſit. pag. 406. num. 5.

Servi quo pacto debeant educari. pag. 407. nu. 6.

Servorum libertas cur neque pia ſit, neque utilis noſtris temporibus. pag. 407. nu. 7.

Servi eorum, qui labuntur in hæreſim, ſi Chriſtiani ſint, libertate ipſo jure donari ſolent. pag. 407. nu. 8.

Servis libertas ſemel conceſſa, an ſit adimenda, ſi eorum Domini hæretici ad fidem Catholicã redeant. pag. 407. nu. 9. p. 408. nu. 9.

Servi Chriſtiani poſſideri non debent ab hæreticis, Judæis, aut Mahumetanis. pag. 407. n. 10. Quas pœnas incurrant. p. 408. n. 10.

Servi hæretici quomodo ſint puniẽdi. p. 408. n. 11.

Servus, ſi juſſu Domini ſui imagines Sanctorum fregerit, mitius puniri debet. pagina 408. num. 12.

Servus quibus in cauſis contra Dominum ſuum teſtis eſſe poteſt. pag. 408. num. 13. ibidem num. 13.

SEXTÆ Synodi Generalis Canones magnam habent auctoritatem. pag. 273. nu. 38. pag. 276. nu. 38.

SIGNA levia Judicis animum movere non debent. pag. 497. nu. 6.

SORORES peccatricis Hieruſalem, quarum meminit Ezechiel, quæ ſint. pagina 395. num. 2.

SORTES divinatoriæ præter ſuperſtitionis malitiam, alia quoque gravia crimina habent admixta. pag. 416. num. 10.

SORTILEGI qui ſint. pag. 409. num. 1. Ibidem num. 1.

Sortilegi quando ab Inquiſitoribus poſſint puniri, pag. 409. num. 2. Ibidem nu. 2. pag. 465. num. 8.

SORTILEGIA, quæ manifeſtam hæreſim ſapiant pag. 409. num. 3. ibidem nu. 3.

Sortilegia qui agunt ad bonum finem, an ſint puniendi. pag. 316. nu. 19.

Sortilegia facere amoris impatientia, & cereas imagines, quo pacto ſuperſtitioſum, non hæreticum ſit. pag. 203. nu. 18.

Sortilegiorum, & divinationum cognitionem, niſi manifeſta in eis hæreſis ſit, ad Inquiſitores non ſpectare, eſt multorum ſententia. p. 203. nu. 20. p. 465. nu. 7. & duob. ſequen.

De Sortilegiis, & Divinationibus Inquiſitores cognoſcere debent. pag. 203. nu. 21. pag. 204. nu. 20.

SPIRIDON concionantem Thryphillium reprehendit, quòd lectum pro grabato dixiſſet. pag. 213. nu. 32.

SPIRITUS SANCTUS loquitur in illis, qui Catholicam Eccleſiam defendũt. pag. 139. num. 7. & 8.

SPONTE comparentibus quænam pœnitentia imponantur. pag. 351. nu. 27.

Sponte ſua confiteri quis dicatur. pag. 344. num. 44. pag. 523. nu. 12.

Sponte non ſemper ſignificat liberam voluntatem ſine reſpectu cujuſquam. pag. 344. nu. 43. pag. 523. nu. 13.

SPORTULAS proferendis ſententiis in cauſis fidei accipere Inquiſitores non poſſunt. pag. 286. nu. 33.

STILPONIS, & Theodori facacia de Minerva. pag. 108. nu. 24.

STRIX

STRIX quid ſit, & nnde dicatur. pag. 250. nu. 2. pag. 466. num. 1.
SUPERSTITIO quid ſit. pag. 410. nu. 1. pag. 416. nu 1.
Superſtitionum plures ſunt ſpecies. pagina 410. num. 2.
Superſtitio in Deuteronomio vehementer improbatur. pag. 410. nu. 3.
Superſtitiones execratur Origenes. pagina 411. num. 4.
Superſtitioſum, & impium eſt ſomniis credere. pag. 411. nu. 5.
Superſtitioſum, & illicitum an ſit ſomniorum cauſas indagare. pag. 416. nu. 5.
Superſtitioſi ſunt qui quoſdam dies fortunatos, alios infelices eſſe putant. pag. 411. nu. 6.
Superſtitioſi an ſint qui ex ſideribus, & cometis futura prædicunt. p. 411. nu. 7. p. 416. n. 7.
Superſtitioſum eſt per ſortes de futuris, aut occultis inquirere. pag. 412. nu. 10.
Superſtitionibus annumerantur ligatura, & remedia, quæ Medicorum etiam diſciplina condemnat. pag. 413. nu. 19.
Superſtitioſa remedia quibus verbis reprehendat Chryſoſtomus. pag. 413. nu 20.
Superſtitionibus qui ſe addicunt, Chriſtianæ fidei, & Baptiſmi prævaricatores ſunt. pag. 413. nu. 23.
Superſtitiones quomodo irrideant Terentius, Cicero, & M Varro. pag. 414. nu. 24.
Superſtitioſos quibus ſcommatibus multi Veteres irriſerint. pag. 314. nu. 25.
Snperſtitioſos quomodo irrideat in comœdia Philemon. pag. 314. nu. 26.
Superſtitioſum eſſe aliquid, quomodo poſſit cognoſci. pag 416. nu. 33.
Superſtitioſum aliquid agens, ſed omni pacto facto cum Dæmone renuncians, an peccet. pagina 416 nu. 12.
SUSPECTUS de hæreſi, an ſola ſuſpicione poſſit interrogari. pag. 498. nu. 7.
Suſpectus de hæreſi debet abjurare. pag. 4. num. 18. p. 516. nu. 3. & ſequen.
Suſpectus hæreticus citandus eſt, ut verus contumax cenſeatur. pag. 9. nu. 10.
Suſpectus hæreticus, ſi fugiat, & latitet, quid in eum conſtituendum ſit. pag. 9. nu. 11.
Suſpectus hæreticus eſt perſonaliter citandus, ad hoc ut poſſit condemnari. pag. 11. nu. 10.
Suſpectus eſt vehementer de hæreſi, qui literas, aut Nuncios hæreticis mittit. p. 78. nu. 8.
Suſpectus de hæreſi, ſi vocatus ſubterfugiat, aut abſit, & excommunicationem per annum negligat, ut hæreticus eſt condemnandus. p. 90. nu. 2.
Suſpecti de hæreſi quando puniri poſſunt pœnis pecuniariis. pag. 332. num. 76. pagina 534. num. 10.
SUSPICIO quomodo differat à præſumptione, & ejus Definitio. pag. 368. nu. 22. p. 371. nu. 22. p. 497. nu. 1.
Snſpicio vehemens ſola iterata tranſit in violentam. pag. 7. nu. 20.
Suſpicionum varia ſpecies, & earum Definitiones, & unde augeantur, & quomodo ſoleant infirmari. p. 369. nu. 23. p. 497. nu. 2.
Suſpicio levis unde oriatur. pag. 369. num. 24. p. 371. nu. 24.
Suſpicio vehemens unde ſumatur. pag. 369. nu. 25. pag. 498. nu. 3.
Suſpicio violenta unde deducatur, & quæ. pag. 369. nu. 26. p. 498. nu 4.
Suſpiciones etiam vehementes Reorum morte extinguuntur. pag. 332. num. 77.
Suſpicio de hæreſi an ſumi poſſit ex ſignis, & indiciis levibus. pag. 369. num. 27. & 28. pag. 498. nu. 5.
Suſpicioni levi adhærendum eſſe in hæreſis crimine nonnulli falsò exiſtimant. p. 37. nu. 29.
Suſpicio de hæreſi an aliquando ex graviſſimis criminibus perpetratis oriatur. pag. 370. nu. 30. p. 371. nu. 30.
Suſpicio ex levibus indiciis non ſufficit ad ſuſpectum inquirendum, examinandum &c. niſi illa plenè probentur. pag. 371. nu. 27.
Suſpicio nulla in hæreſis, & impietatis crimine eſt ferenda. pag. 384. nu. 2. p. 515. nu. 1.

T

TABELLIONEM aliū poſſent Inquiſitores creare ſi neceſſitas poſtularet. p. 279. n. 8.
TALIONIS pœna non uti debent Inquiſitores, niſi ob maximam cauſam. pag. 433. nu. 93. pag. 436. nu. 93.
Talionis pœnam Promotor fiſcalis non timet. pag. 485. nu. 2.
TEMPUS, & locus an ſint circumſtantiæ neceſſaria ad probandam hæreſim. pag. 431. nu. 76. p. 436. nu. 67.
TESTAMENTUM an facere poſſint ad perpetuum carcerem damnati. pag. 103. num. 31. p. 105. nu. 31. p. 521. nu. 6.
Teſtamentum hæretici factum ante declaratoriam ſententiam an ipſo jure ſit nullum. pag. 336. num. 55.
TESTES an mendacia proferant animadvertendum diligentiſſimè, & ideo de multis interrogandi. pag. 487. nu. 4.

Teſtes in cauſa Reorum de hæreſi qui non admitti debeant. pag. 113. nu. 36.
Teſtes quomodo ab Inquiſitoribus excipi debent, cum ad illos veniunt teſtificandi gratia. pagina 297. nu. 11.
Teſtes, cum ſibi, & prioribus teſtimoniis non conſtant, quomodo ſint tractandi. pag. 300. num. 24.
Teſtes duos non ſufficere in hæreſis cauſa ad plenam, iuſtam quæ probationem nonnulli putant. pag. 372. nu. 7. pag. 374. nu. 7.
Teſtes duos non ſufficere falſa eſt opinio. pag. 372. num. 8.
Teſtes duo quales eſſe debeant, ut plenè Iudici fidem faciant. pag. 372. nu. 9. p. 486. nu. 4.
Teſtes excommunicati, & ſocii criminis in hæreſis cauſa recipiuntur, & cur. pag. 373. nu. 10. pag. 488. nu. 17.
Teſtes unde dicantur, & Teſtimonium quid ſit. pag. 419. nu. 1.
Teſtes cuiuſmodi ſint conſiderare opportet, ut docet Cicero in partitionibus. pag. 420. nu. 4.
Teſtes eſſe nequeunt quatuor genera Perſonarum pag. 420. num. 6.
Teſtes quid ab Inquiſitoribus debeant admoneri. pag. 420. nu. 7. p. 487. nu. 3.
Teſtes an, & quomodo, & coram quibus ſint ab Inquiſitoribus examinandi. pag. 421. nu. 9. & 11. pag. 435. nu. 9. & 11. p. 487. nu. 5.
Teſtes probant hæreſis crimen. pag. 435. num. 7. pag. 487. nu. 1.
Teſtes de auditu quòd non probent, quomodo intelligatur. pag. 489. num. 19.
Teſtes vocati, ut ratificent, poſſunt examinari, etiam prioribus teſtimoniis non oſtenſis. pagina 488. nu. 10.
Teſtes quales cogi poſſint ab Inquiſitoribus, ut coram ſe ſiſtant. pag. 421. num. 12. pag. 464. nu. 10. p. 475. nu. 5. p. 488. nu. 7.
Teſtes, ſi egregiæ perſonæ ſint, quomodo ad teſtimonium perhibendum ſint coercendi. pag. 421. num. 13.
Teſtes quando in hæreſis cauſa ſint recipiendi. pagina 421. nu. 15. p. 488. nu. 8.
Teſtes cur nihil refert in hæreſis cauſa utrum ante accuſationem, vel poſt litem conteſtatam repetantur. pag. 422. nu. 21.
Teſtes quando repeti poſſint ante litem conteſtatam. pag. 422. nu. 23.
Teſtes iterum ab Inquiſitoribus vocandi, & rurſum interrogandi ſunt, cum obiecta crimina Reus negat. pag. 422. nu. 24.
Teſtes iterum examinare, & interrogare an Iudices debeant, quamvis Reus dicat ſe eos haberi velle pro ratificatis. pag. 422. n. 25. pag. 435. nu. 25. p. 488. num. 11.
Teſtes duo, vel tres neceſſarii ſunt ad plenam cuiuſq; Rei probationem. pag 424. nu. 32.
Teſtes duo an neceſſarii ſint ad plenam hæreſis probationem. pag. 424. n. 36. p. 435. n. 36.
Teſtes an ſint cum Reis confrontandi. pag. 488. num. 16.
Teſtes approbatores, ſeu laudatores produci ſolent. pag. 504. nu. 7.
Teſtes participes criminis qualem faciant probationem. pag. 425. nu. 37. & 38. p. 435. nu. 38. p. 537. cap. 2.
Teſtes de alieno auditu quale pondus habeant. pagina 425. nu. 39. p. 435. nu. 39.
Teſtes oculati magnum pondus habent ad fidem faciendam. pag. 425. nu. 40.
Teſtes eſſe nequeunt Heretici contra Catholicos. pag. 425. nu. 41. p. 489. nu. 21.
Teſtes eſſe poſſunt heretici contra Hæreticos. pag. 426. nu. 42.
Teſtes conſanguinei intra quartum gradum an ad hæreticorum defenſionem, & ad probandas exceptiones cõtra Promotoris teſtes admittantur. pag. 489. nu. 24.
Teſtes etiam publicatis teſtimoniis ſemper in cauſa hæreſis ſunt admittendi. pag. 426. n. 50.
Teſtes cur ſemper in hæreſis cauſa poſſint admitti pag. 427. nu. 51.
Teſtes eſſe debent concordes, ut fides eis haberi queat. pag. 427. nu. 52. p. 490. nu. 31.
Contra Teſtes an in cauſa hæreſis exceptiones recipiantur. pag. 489. nu. 23.
Teſtes ſingulares, qui contrarii ſunt, fidem ſibi ipſis abrogant. pag. 428. nu. 62.
Teſtes plurimi ſingulares, & prorſus diverſi, perinde ſunt, ac ſi unus tantummodo teſtificetur. pag. 429. nu. 63. pag. 436. num. 63. p. 491. nu. 3.
Teſtes diverſi, & ſingulares, ſi de rebus connexis teſtimonium dixerint, pluſquam ſemiplenam probationem faciunt. pag. 429. n. 64.
Teſtes ſingulares, qui de ſingulis ſpeciebus teſtimonium dicunt, an ad probandum aliquid generale ſufficiant. pag. 429. nu. 66. & 67.
Teſtes in ſpecie debent ſui teſtimonii rationẽ reddere. pag. 430. nu. 73. p. 436. nu. 73.
Teſtes de eadem hæreſis ſpecie teſtificantes, quamvis ſingulares ſint in loco, & in tempore, concordant in eiuſdem hæreſis probatione. pag. 430. nu. 75. p. 492. nu. 8.
Teſtes quomodo idonei probari poſſint. pag. 431. num. 78.
Teſtes quomodo poſſit Reus refutare. pag. 431. num. 79.

num.79.pag.504.num. 8.
Teſtes falſi qui ſint. pag.433.num.89.pag.436. num.89.
Teſtes falſi quot malorum ſint cauſa. pagina 432. num. 84.
Teſtes falſi qua pœna in cauſis civilibus poſſint coerceri. pag.432.nu.85.
Teſtes falſi in cauſis criminalibus talionis pœna ſunt coercendi. pag.432.nu.86.pag.493. num. 2.
Teſtes falſi quomodo lege 12. Tabularum puniendi ſint. pag.432.nu.87.
Teſtes falſi hodie non ſic damnantur, ut à ſaxo præcipitentur. pag.432.nu.88.
Teſtes falſi, qui Virum Catholicum hæreticum eſſe teſtantur, omnium peſſimi ſunt. pagina 433.nu.89.pag.493.nu.1.
Teſtes falſi in hæreſis cauſa quomodo puniri debeant. pag.433.nu.90.p.436.nu.90.& ſequen.pag.493.nu.3.
Teſtes falſi, qui ſuo teſtimonio parùm nocuerunt, qua pœna ſint afficiendi. pag.433.nu.91. pag.493.nu.4.
Teſtis falſi, qui combuſtus fuit, utrum filii, & nepotes infames ſint, & iiſdem pœnis afficiantur. pag.433.nu.92.p.436.num.92. p.493.nu.5.
Teſtis falſus in hæreſis cauſa, an ad pœnitentiam ſit admittendus, ſi prius veniam petat, quàm Curiæ ſæculari relinquatur. pag.434.nu. 94.p.493.nu.6.
Teſtis falſus, qui ſe ipſum detulit mitius puniendus eſt. pag.434.nu.95.pag.494.num.7. Quid ſi falſitatem depoſitam ſponte detegat. pag.436.nu.95.
Teſtem qui auro, aut quovis alio modo corrupit, ut falſum diceret teſtimonium, quo pacto puniendus ſit. pag.434. num.96.pag.494. num.8.
Teſtes ſi teſtibus adverſentur, qui aliis ſint præferendi. pagina 434.num.98.pagina 436. num.98.
Teſtium juramentum in S. Inquiſitionis tribunali quàm ſit neceſſarium. pagina 435. num.8.
Teſtium repetitio poſt conteſtatam litem an neceſſaria. pag.435.nu.16.
Teſtes quandonam dicantur in ſubſtantia rerum non convenire. pag.436.nu.53.
Teſtes Reorum an ſint juxta Advocatorum interrogatoria examinandi. pagina 490. num.30.
Teſtes, an publicatione facta in cauſa, ſuper iiſdem articulis accipiantur. pag.489.num. 28.& ſequen.
Teſtium ratihabitio an fieri poſſit ante dilationem ad probandum conceſſam. pagina 488. num.9.
Teſtium receptio ab ipſiſmet Inquiſitoribus eſt facienda, nec cuiquam, niſi magna ex cauſa, eſt committenda. pagina 487. num. 6.
Teſtis ſe retractantis cui nam dicto ſit ſtandum. pagina 490.num.1.& ſequen. pag.491. num.3.& ſequen.
Teſti, qui ſit criminis ſocius, an ſit fides præſtanda contra ſocium abſque tormentis. pagina 489.nu.18.pag.537.cap.2.
Teſtium fiſci repulſio eſt in S. Inquiſitionis Tribunali maxima Defenſionis ſpecies. pagina 113.num.9.
Teſtium ratificatio quomodo, & coram quibus fieri debet. pag.299.nu.23.
Teſtis unus cum fama publica non ſufficit ad plenam probationem in hæreſis crimine. pag. 372.nu.3.pag.485.nu.2.
Teſtibus in hæreſis cauſa quando plena fides adhibenda non ſit. pag.372.num.6.pag.491. num.1.
Teſtis ſingularis ad quid ſufficiat. pag.374.nu. 3.pag.485.num.2.pag.491.num.1.pag. 538.cap.7.pag.540.cap.11.
Teſtibus omnibus non eadem fides eſt habenda. pag.419.nu.3.
Teſtium mores, naturam, fortunam, animum, & ſtatum humanæ leges ſolent conſiderare. pag.420.nu.5.
Teſtibus in ipſis multa exploranda, & quæ. pag. 487.num.2.
Teſtis quid in primis jurare debeat coram Judicibus. pag.420.nu.8.
Teſtium publicatio an, & quando nam fieri debeat, & eorum exemplum quomodo Reis ſit exhibendum. pagina 422.num.26.pagina 488.nu.12.
Teſtium nomina an Reis ſint retegenda. pag.423. num.27.pag.488.nu.13.
Teſtium nomina Reis edenda ſunt in aliis criminibus ab hæreſi. pag.423.nu.29.
Teſtium nomina, qui in Inquiſitionibus, & viſitationibus adverſus Judices, & eorum miniſtros dicunt, ipſis ſunt aperienda. pag. 423.num.30.
Teſti, qui contra hæreticum dixit, & moriens teſtimonium ſuum revocat, quomodo credendum ſit. pag.427.num.56.& 57.pag. 491.num.5.
Teſtis, qui contrarium dicit ejus, quod prius

prius teſtificatus erat in hæreſis cauſa, audiendus iterum eſt. pag. 428. nu. 58.

Teſti morienti cur magis credendum ſit. pagina 428. nu. 59.

Teſtibus ſingularibus, ſeu diſcordibus, tametſi plurimi ſint, hæreſis probari plenè nequit. pag. 428. nu. 61.

Teſtibus ſingularibus ſufficit probare partes, ad probandam rem individuam, vel actum continuum. pagina 429. nu. 65. pag. 491. num. 5.

Teſtibus ſingularibus an probari poſſit aliquem hæreticum eſſe. pag. 429. nu. 68. & duob. ſequen. pag. 430. num. 71. p. 485. num. 2. pag. 492. nu. 6. & ſequen. Ibidem nu. 10. & ſequen.

Teſtibus ſingularibus probari poſſe aliquem hæreticum eſſe in genere, ineptiſſimè nonnulli dicunt. pagina 430. num. 72. pagina 436. num. 72.

Teſtibus ſingularibus neque in genere, neque in ſpecie probatur hæreſis. pagina 430. num. 74.

Teſtium examinandorum pro Matrimoniis contrahendis inſtructio. pag. 501. Bull. Clemen. X.

Teſtibus ſingularibus, cum ad eundem finem tendunt, & plures ſunt, & fide digni, fides plenè poteſt haberi. pagina 431. num. 77. pagina 492. num. 4. Ibidem num. 10. & duob. ſequen.

Teſtis perjurius, qui teſtimonium ſuum, quod juraverat ſe celaturum, patefacit, quomodo puniendus ſit. pagina 432. nu. 83. pag. 490. nu. 34.

TESTIMONIA ſi inter ſe cohæreant quomodo, & quando Reis edenda ſint. pagina 300. num. 25.

Teſtimonium hæretici ad accuſationem alterius an admittendum. pag. 336. num. 57. pag. 489. nu. 22.

Teſtimoniorum fidem diligenter perſcrutari debent Inquiſitores. pag. 421. nu. 10. pagina 435. nu. 10.

Teſtimonia quando dicenda ſint in cæteris criminibus ab hæreſi. pag. 421. nu. 14.

Teſtimonia recepta, inquirente Judice, aut informatio ſummatim facta, nemini damnare debent. pag. 422. nu. 16.

Teſtimoniorum recognitio quando in hæreſis crimine fieri debeat. pag. 422. nu. 17.

Teſtimonia in hæreſis cauſa nihil refert, hoc, an illo tempore rata fiant. pagina 422. num. 18.

Teſtimonio unius hominis an plena fides habenda ſit. pag. 423. num. 31. p. 424. num. 33. & duob. ſequen. p. 435. nu. 31.

Teſtimonium hæreticorum quando nam admittendum. pag. 426. num. 43. & duob. ſeq. p. 435. nu. 45.

Teſtimonium contra ſuos conſanguineos dicere in Cauſis criminalibus nemo cogi poteſt. pagina 426. nu. 46.

Teſtimonium dicere tenetur, & cogi poteſt quilibet adverſus Conſanguineos ſuos in hæreſis cauſa. pagina 426. num. 47. pag. 489. num. 25.

An poſſit in favorem eorundem examinari. pagina 436. nu. 47.

Teſtimonium Conſanguineorum adverſus Conſanguineos cur validiſſimum ſit. pag. 426. num. 48.

Teſtimonium falſum qui contra Conſanguineum dixerit, ſeverius puniri debet, quàm qui contra extraneum. pag. 426. nu. 49. pag. 489. nu. 27.

Teſtimoniis illorum plena fides habenda eſt, qui concordant in rerum ſubſtantia. pag. 427. nu. 53. p. 490. nu. 32.

Teſtimonium illorum ſuſpectiſſimum eſt, qui eundem, præmeditatumque ſermonem afferunt. pagina 427. num. 54. pagina 490. num. 33.

Teſtimonio ſuperiori fidem habendam non eſſe qui putant, audiendi non ſunt. pag. 428. nu. 60. p. 436. nu. 60.

THEODORETUS errores ſuos in magna Synodo Calcedonenſi nominatim abjuravit. pag. 4. nu. 13.

THEODORICUS Afſer Diaconum ſuum occidit, quòd ad Arrium defeciſſet. pag. 329. num. 60.

THEODORUS Balſamon Antiochenus Patriarca Canoni Sextæ Synodi Generalis multum tribuit. pag. 274. nu. 39.

THEOLOGORUM reſponſa, quibus Propoſitionum qualitates continentur, ab eiſdem ſubſcripta, actis judiciarii proceſſus ſunt inſerenda. pag. 377. nu. 2.

TORMENTA improbant D. Auguſtinus, Ludovicus Vives, & alii. pag. 439. num. 5. pag. 511. nu. 2.

Tormentorum uſum multi Viri Sapientes non probant. pag. 438. nu. 2.

Tormentorum uſus neceſſarius. pag. 439. nu. 8. pag. 511. nu. 3.

Tormenta Rhetores non condemnant. pag. 440. num. 9.

Tor-

Tormentorum uſum multi Viri Sanctiſſimi probant. pag. 440. nu. 10.

Tormentis exponere neminem Judices debent, niſi prius, an id jura permittant, accuratiſſimè expendant. pag. 440. nu. 12.

Tormentis qnando utendum. pag. 440. num. 13. p. 453. nu. 13. p. 511. nu. 11.

Tormentis ut quiſpiam condemnetnr, dno potiſſimùm ſnnt neceſſaria. pag. 441. num. 14. p. 511. nu. 6. & ſequen.

Tormentis quiſpiam condemnari non debet, niſi indicia magna ſint, & vehementer urgentia. pag. 441. nu. 15.

Tormentis ocenlta crimina debet Judex diligentius explorare. pag. 447. num. 51. p. 513. num. 26.

Ad tormenta, qua quis damnatur, ſententia, notificanda eſt Promotori fiſcali. pag. 447. num. 53.

Tormentis, ſeu dum quæſtio habetur, intereſſe Judex, ſeu Inquiſitor debet. pagina 447. num. 54. pagina 453. nnm. 54. pag. 513. num. 28.

Tormentis Condemnati benignè à Judicibus, ut veritatem ſimpliciter fateantur, ſunt admonendi. pag. 448. nu. 56.

Tormentis condemnati quomodo à Judice ſint interrogandi. pagina 448. nn. 57. pag. 513. num. 29.

Tormentis hæretici condemnati quomodo ab Inquiſitoribus ſint interrogandi. pagina 448. num. 58.

Tormentis damnati hæretici, non de ſe tantùm, ſed de aliis etiam poſſunt interrogari. pag. 448. nu. 59. p. 513. nu. 30.

Tormentornm metu extorta confeſſio an valeat ad condemnandum. pag. 514. nu. 36.

Tormeuta quomodo ſint adhibenda. pagina 448. num. 61. pagina 453. num. 61. pag. 513. nnm. 32.

Tormeuta neque ſemper, neque in omni cauſa, & perſona ſunt exercenda. pagina 449. num. 62.

Tormenta pro criminum, & indiciorum gravitate ſnnt infligenda. pag. 449. nn. 63. pag. 513. nn. 33.

Tormentis extorta confeſſio, non ſatis eſt, ut Reus condemnetur, niſi eam poſtea ratam habeat, & perſeveret in ea. pag. 449. nu. 67. pag. 514. nu. 35.

Tormenta qui pernegans vicit, hoc ipſo objecta crimina diluit. pag. 450. nu. 74. pag. 514. num. 40.

Tormenta ſæpius olim repetita injuſtiſſimè aliquando fuerunt. pag. 451. num. 78.

Tormenta in hæreſis cauſa an repeti poſſint, cum Reus, quod tortus confeſſus fuerat, negat. pag. 451. nu. 80. pag. 514. num. 43.

Tormenta quando fortaſſis tertiò repeti poterunt. pag. 452. nu. 82. pag 514. nu. 45.

Tormeutorum genera varia remiſſivè. pag. 452. num. 8.

Tormentis Reos olim Inquiſitores non vexabant. pag. 452. nn. 11.

Tormentis extorta Confeſſio quandonam Reo nocere non poſſit, etiam ſi ab eo ratificetnr. pag. 513. nu. 34. p. 449. num. 64.

Tormentorum metu extorta confeſſio an egeat ratificari. pag. 514. nn. 39.

TORQUERI poteſt Reus, ut reſpondeat. pag. 91. nu. 9. Sed juxta indiciorum qualitatem. pag. 91. nn. 9.

Torquere vehementer ſuſpectos Inquiſitores poſſunt, & debent. pag. 440. num. 11. pagina 452. nu. 11.

Torquere hominem inauditum iniquum eſt. pag. 441. nu. 17. pag 511. nu. 9.

Torqueri ut quiſpiam poſſit, exigitur, ut Accuſator id poſtulet pag. 441. num. 18. pagina 511. nn. 10.

Torqueri poſſunt hæretici cum id Judicibus expedire videbitur. pag. 441. nu. 19.

Torqueri ſi debet hæreticus, ſententiæ copia eſt ei facienda, ut, ſi velit, poſſit appellare. pagina 441. num. 20. pag. 511. nu. 8. & 11. p. 537. cap. 3. & 4.

Ad torquendum quænam indicia requirãtur, judicis arbitrio ſunt æſtimanda. pag. 442. nn. 22 p. 511. nu. 12.

Torqueri poteſt Reus, ſi unius hominis fide digni teſtimonio infametur, niſi ipſe ſit bonæ famæ. pagina 442. num. 23. & 24. pagina 512. nu. 13.

Torqnendus nemo eſt ſolo teſtimonio ejus, qui criminis particeps fuit. pag. 442. nu. 26. pag. 512. num. 14.

Torqueri an poſſit Reus ob confeſſionem factam extra judicium. pag. 442. nu. 27. pagina 512. nu. 15.

Torqueri an poſſit qui poſt commiſſum crimen fugit. pagina 442. num. 28. pagina 511. num. 16.

Torqneri poteſt ſuſpectus de hæreſi, ſi interrogatus reſpondere non velit, aut apertè non reſpondeat. pag. 503. num. 5.

Torqueri an poſſit Reus, qui ſuſpectus cum ſit, vacillat, mentitur, & pejerat. pag. 443. nu. 31. pag. 512. nu. 18.

Tor-

Torqueri non poſſunt Rei propter ſola ſigña exterua vultus, aut ſimilia. pag.444.nu.33. p 453.nu.33.

Torqueri nou poſſe Reum, cum ab co crimen fuiſſe commiſſum publica fama eſt, ſunt, qui teneut. pag.444.nu.34.

Torqueri propter ſolam famam Reus nou debet. pag.444.nu.36.p.512.nu.19.

Torqueri ut quiſpiam poſſit propter famam, quid requiratur. pag.444.uum.37.p.453.nu.37.p.539.cap.10.

Torqueri poſſunt iu hæreſis crimine omnes, qui torqueri poſſunt iu crimiue læſæ majeſtatis. pag.446.num.44.p.512.nu.20.

Torqueri poſſunt Minores 25. aunis ob hæreſis ſuſpicionem. pag.446.num.45.pag.512.num.21.

Torqueri poſſuut ob hæreſis crimen Monachi, Sāctimoniales, & Religioſi omues. pag.446.num.46.pag.512.nu.22.

Torqueri an poſſint Clerici, & Religioſi, abſque eo quod ſiut infamati. pagina 447.num.47.pagiua 512.num.23.pagiua 513.num.24.

Torqueri poſſunt Clerici ob vehemeutem ſuſpicionem. pag.447.nu.48.

Torqueudi ſuut Monaci, & Clerici, ſed rarius, & mitius. pagiua 447.num.49.pag.513.num.25.

Torqueri à Miniſtro, ſeu tortore Laico an debeant Clerici. pag.447.nu.50.

Torqueri poteſt, qui confitetur ſe dixiſſe, aut feciſſe aliquid hæreticum, negat tamen intentiouem hæreticam. pagina 447.num.52.pag.513.nu.27.

Torqueri publicè nou ſolent. Rei apud Hiſpanos. pag.448.num.55.

Torqueri poteſt ſuſpectus de hæreſi, & plenè etiam convictus in caput alieuum. pag.448.nu.60.p.513.nu.31.

Torquendi ſi multi ſiut, à quo iucipiendum. pag.449.num.66.p.453.nu 66.

Torqueri quoties poſſit Reus. pag.451.num.76.pag.514.nu.42.

Torqueri iterum quandonam Reus debeat. pag.451.nu.75.p.514.nu.41.

Torqueri ter Reus non debet. pag.451.num.77.p.453.nn.80.

Torqueri an iterum poſſit Reuì, qui poſtquam in tormentis confeſſus eſt, ſequenti die confeſſionem factam negat. pag 451.nu.79.

Torqueri an poſſit tertiò Reus, ſi bis confiteatur, & revocet. pagina 451.num.81.pag.514.num.44.

Torqueudi an mitius ſiut Nobiles, & in Dignitate conſtituti. pag.453.nu.44.

Torqueri au impuberes poſſiut iu hæreſis crimine pag.453.nu.45.

Torqueri an poſſit Reus deuuò, ſi nova ſupervenìaut iudicia. pag.453.nu.80.pag.514.num.41.

Torqueri an poſſint Rei in rebus dubiis, ut ſuam inteutiouem proferant. pag.481.nu.10.

TORTOR alicujus, vel per imperitiam, vel dolo malo, qua pœna Judex afficiendus. pag.441.nu.21.

TORTURA quamdiu durare debeat. pag.453.num.61.

Tortura non eſt locus, quoties Rei aliunde convicti ſunt. pag.89.nu.19.

TRADITIONES SS. Apoſtolorum, & Conciliorum localium ſervanda ſunt, & cuſtodienda. pag.140.nu.13.

Traditioues Eccleſiaſticæ ejuſdem eſſe authoritatis, ac Scripturæ, Doctores Eccleſiæ uno ore confiteutur, Teſtimouia numerautur. pag.157.num.27.& ſequen. pagina 163.nu.27.

Traditiones Eccleſiaſticæ eandem vim retinent cum Scripturis, & ita ſunt obſervandæ, ſicuti à Majoribus tradita ſunt. pag.156.uum.29.

Traditiones Eccleſiaſticæ, & Scripturæ æqualem eſſe authoritatem, nominautur Authores, qui ſeutiunt, & loci etiam indicantur. pag.158.uu.30.

Traditiones Eccleſiæ ſervandas eſſe innumera teſtantur Concilia. pag.158.nu.31.

Traditiones Eccleſiaſticas ſpernere hæreticum eſt. pag.159.nu.32.

Per traditionem Apoſtolicam multa reperiuntur in Eccleſia ſuſcepta, & cuſtodita, quæ ſcripta Apoſtolorum literis non inveniuntur. pag.159.uu.33.

Traditiones Eccleſiaſticas ab homiue Chriſtiano nou neceſſariò teneudas iu hæreticos negautes nounulla argumenta adducuntur. pag.159.nu.35.

Traditionibus Eccleſię quomodo cognoſcamus qui libri ſint Canonici, & Spiritu Sancto ſpirante conſcripti. pagiua 160.num.38.pag.163.uu.38.

Ob Eccleſiaſticas traditiones ſacris literis credimus. pag.160.nu.39.

Traditioni Eccleſiaſticæ hæretici, qui authoritatem detrahere conantur, inſaniunt. pagina 161.nu.40.

Traditiones Majorum probare non eſt ſolius Eccle-

cleſia. pagina 163. num. 26.
TRANSACTIO nulla eſt, quæ de crimine hæreſis à quocunque facta fuerit. pag. 201. nu. 13. p. 204. nu. 13.
TUTORE confiſcato, aut prodigi, vel furioſi Curatore, adverſus fiſcum cui danda ſit actio. pag. 42. nu. 123.

V

VATICINATORES, qui ſe Deo plenos aſſimulant, quibus ſint puniendi ſuppliciis. pag. 134 nu. 21.
VENIA quibus ſit concedenda. pagina 357. num. 26.
VERBA impropriè accipi tolerabilius, immò etiam rectius, & juſtius eſt, quàm quod operentur abſurdum. pag. 60. nu. 243.
VERITATIS, & Innocentiæ vis. pagina 106. num. 4.
VESPASIANUS, cum æger eſſet, de cometa quodam quid dixerit. pag. 412. nu. 9.
VESTITUM pœnitentiæ qui abjecerit, aut occultaverit, puniendus eſt, ut impœnitens. pag. 340. nu. 11.
Veſtitus Pœnitentium, & Saccus hæreticorum damnatorum ſuſpendendus eſt in Eccleſia, in cujus Paræcia habitarunt. pagina 341. num. 13.
VICARIUS Epiſcopi, vel Capitulum ſede vacante, an aſſiſtere poſſint Inquiſitoribus loco Epiſcopi. pagina 165. num. 6. pag. 167. num. 6.
VINCENTII Lirinenſis explanatio illius loci Pauli: O' Timothee depoſitum cuſtodi &c. pag. 212. num. 29.
VISITATORIS munus quale in S. Inquiſitione, & qualis eligi debeat. pagina 282. num. 28.
Vita præſens cur ex ante acta ſpectari ſoleat. pag. 367. nu. 16.
VOCES Eccleſiæ innovare non decet. pag. 213. num. 31.
ULPIANI reſponſum, quo ait inſpiciendum eſſe locum domicilii Mariti, non illum, ubi contractum fuit Matrimonium, aut dotale inſtrumentum conſcriptum. pagina 45. num. 142.
Ulpianus quid hoc reſponſo voluerit. pagina 45. num. 143.
Ulpiani ſententia de loco Domicilii Mariti aliter explanatur. pag. 45. num. 145.
Ulpiani prædictum reſponſum quando locum non habeat. pag. 45. nu. 146.
USUCAPIO ad quid fuerit introducta. pagina 54. num. 204.
Uſucapionis, & Præſcriptionis leges pœnales eſſe nullo jure probatur. pag. 54. nu. 203.
USURÆ quas ob cauſas vitandæ ſint. pagina 454. num. 2.
Uſuras jure optimo Omnes ſemper ſunt exeerati. pag. 454. num. 1.
Uſurarum cognitio ad quos Judices pertineat. pag. 454. num. 3.
Uſuram illicitam, & peccatum eſſe mortale apud Omnes eſt in confeſſo. pagina 455. num. 1.
Uſuram exercens, quando nam Inquiſitorum judicio ſubiiciatur. pag. 455. nu. 4.
Uſurarios quando nam Inquiſitores punire poſſint. pag. 454. nu. 4. p. 465. nu. 6.
Uſurariis quænam pœna ab Inquiſitoribus ſit imponenda. pag. 455. nu. 4.
USUSFRUCTUS Patri debitus confiſcatur, quoties filii familias hæretici bona ſunt publicata. pag. 33. num. 18. pag. 67. num. 18.
Uſusfructus Bonorum, quæ rogatus erat hæreticus reſtituere poſt mortem ſuam, fiſco adjudicandus eſt, quoad hæreticus moriatur. pag. 33. nu. 19.
Uſusfructus, quem habuit Pater in Bonis adventitiis filii, non confiſcatur, Patre familias impietatis damnato. pag. 38. nu. 81.
Uſusfructus eorum Bonorum, quæ alienari prohibentur, an ad fiſcum, vivente hæretico ſpectent. pag. 67. nu. 19.
VULTUS, & coloris mutatio ſignum eſt animi ſibi malè conſcii. pag. 443. nu. 32.
UXOR, ſi Viro inſcio aliquid alienaverit, & in hæreſim poſtea inciderit; id omne Fiſcus revocabit. pagina 36. num. 57. pagina 68. num. 57.
Uxori dimidia pars lucrorum, quæ Regiis legibus communia ſunt conjugum, reſtituenda eſt. pag. 37. nu. 71.
Uxor, quæ ſciens nupſit hæretico, an, ſicut privatur dote, ſic etiam privetur arrhis. pag. 38. num. 73.
Uxor an fundum Dotalem repetere poſſit à Fiſco, quem Maritus, ea conſentiente, & jurante, vendidit, deinde fiſcus vindicavit. pag. 38. nu. 75. pag. 68. nu. 75.
Uxorem propter hæreſim ad perpetuum carcerem damnatam an Maritus illic alere teneatur. pagina 101. num. 18. & ſequen. pag. 104. nu. 18.
Uxores duas, aut plures habens à judice ſeculari

lari eſt puniendus. pagina 267. *nu.* 1. *pag.* 275. *num.* 1.

Uxores plures habentium cauſas cur ſepè Inquiſitores cognoſcant. pag. 267. *nu.* 2.

Uxores plures habentium cauſas quatenus Inquiſitores cognoſcere debeant. pagina 267. *num.* 3.

Uxores plures contra illos, qui habent, quando debeant procedere Inquiſitores. pag. 267. *num.* 4.

Uxorem alienam qui ſciens ducit, & mulier quæ ſcienter nubit alterius Viro, à quibus puniendi ſint. pag. 268. *nu.* 5.

Uxores plures habentes qua pœna ab Inquiſitoribus affici ſoleant. pag. 268. *num.* 6. *& ſequen. p.* 275. *nu.* 6. *p.* 467. *nu.* 6.

Uxores duas habentes puniuntur, & in eos Inquiſitores in Hiſpania inquirunt. pagina 467. *num.* 5.

Z

Z*Elotypia quid. pag.* 111. *num.* 43.

Zizaniorum parabola, de qua in Sacro Eloquio, declaratur. pag. 459. *nu.* 9.

FINIS.

Errata gravjora ſic Corrigenda.

Pagina	*Colum.*	*Linea.*	*Errata.*	*Corrige.*
pag.4.	col. 1.	lin. 4.	omnis	omnes
pag.19.	col. 1.	lin. 38.	quidem	quidam
pag.22.	col. 1.	lin. 29.	corpori	corpore
pag.23.	col. 2.	lin. 29.	judicario	judiciario
pag.30.	col. 1.	lin. 9.	dominum	dominium
pag.41.	col. 1.	lin. 4.	reddit	redit
pag.45.	col. 1.	lin. 26.	lucrorum	locorum
pag.46.	coi. 2.	lin. 44.	indicandum	judicandum
pag.51.	col. 1.	lin. 1.	oblata	ablata
pag.57.	col. 2.	lin. 4.	videdetur	videtur
pag.64.	col. 2.	lin. 9.	quæ	pro
pag.65.	col. 2.	lin. 24.	Sacrilegium de Principis poteſtate.	Tollenda penitus.
pag.65.	col. 1.	lin. 40.	à Republica	è Republica
pag.65.	col. 2.	lin. 30.	pænæ	penè
pag.68.	col. 2.	lin. 13.	ju	in
pag.69.	col. 2.	lin. 62.	ſententiam	ſententia
pag.70.	col. 1.	lin. 25.	hæreſium	hæreſim
pag.76.	col. 2.	lin. 24.	ſimplicites	ſimplices
pag.78.	col. 1.	lin. 12.	publici	publicis
pag.88.	col. 1.	lin. 17.	his	is
pag.98.	col. 1.	lin. 27.	ut Plato	& Plato.
pag.104.	col. 1.	lin. 40.	co	eos
pag.110.	col. 2.	lin. 41.	ceteras	cetera
pag.111.	col. 1.	lin. 2.	Pheophyla:	Theophyla:
pag.115.	col. 1.	lin. 35.	Eccl.	Eminentiſs.
pag.115.	col. 2.	lin. 59.	Ioſeæ	Ioſiæ.
pag.116.	col. 1.	iin. 50.	ſtatu	ſtatus
pag.117.	col. 2.	lin. 23. & 24.	quinimio ſepolturæ	quinimò ſepulturæ
pag.118.	col. 2.	lin. 43.	ab hereſibus	ab heredibus
pag.121.	col. 1.	lin. 24.	inuſſu	injuſſu
pag.122.	col. 1.	lin. 50.	empietatis	impietatis
pag.124.	col. 1.	lin. 24.	judice	indice
pag.131.	col. 1.	lin. 8.	enim	in
pag.136.	col. 1.	lin. 36.	caſiſtas	caſuiſtas
pag.140	col. 2.	lin. 29.	veteras	veteres
pag.144.	col. 1.	lin. 42.	indicati	judicati
pag.144.	col. 2.	lin. 37.	errarre	errare
pag.147.	col. 1.	lin. 10.	ſolvantur	ſolvatur
pag.149.	col. 1.	lin. 40.	apuer	apicem
pag.149.	col. 2.	lin. 20.	malè	malæ
pag.155.	col. 2.	lin. 3.	exiorta	exorta
pag.159.	col. 1.	lin. 23.	cęterorum	cereorum
pag.166.	col. 1.	lin. 5.	næc	nec
pag.170.	col. 2.	lin. 47.	jugenii	ingenii
pag.178.	col. 1.	lin. 20.	ſit	ſcit
pag.182.	col. 1.	lin. 8.	Vide apud Locatum	vide Locatum
pag.190.	col. 2.	lin. 38.	per quam	per quem
pag.195.	col. 1.	lin. 1.	cum plurimū	complurium
pag.196.	col. 1.	lin. 49.	poſſe	poſſunt
pag.196.	col. 2.	lin. 49.	caſiſtas	caſuiſtas
pag 198.	col. 2.	lin. 40.	ſurdas	ſvidas
pag.200.	col. 2.	lin. 16.	te	ſe

Pagina	*Colum.*	*Linea.*	*Errata.*	*Corrige.*
pag.201.	col. 1.	lin. 41.	Præcedentiæ	prudentiæ
pag.203.	col. 1.	lin. 2.	idolatriæ	idololatria
pag.203.	col. 2.	lin. 1.	angibitur	ambigitur
pag.204.	col. 2.	lin. 16.	Silveſtri	Silveſtrum
pag.204.	col. 2.	lin. 35.	quæ	que
pag.206.	col. 2.	lin. 46.	generalis	generalius
Ibidem.	In Margine.		Iuſtinianus	Iuſtinianum
pag.219.	col. 1.	lin. 35.	Silveſter	Silveſtrum
pag.222.	col. 2.	lin. 28.	dignor	dignior
pag.223.	col. 1.	lin. 12.	utilitate	vilitate
	Ibidem.	lin. 32.	deorm	decorum
Ibidem	col. 2.	lin. 22.	præcipirur	præcipitur
pag.224.	col. 1.	lin. 26.	pænul.	penut.
Ibidem	col. 2.	lin. 20.	oratiene	oratione
pag.233.	col. 2.	lin. 36.	poulentum	poculentum
pag.241.	col. 1.	lin. 48.	curere	currere
pag 255.	col. 2.	lin. 32.	maleficos	maleficos
pag.258.	col. 2.	lin. 27.	pænes	penes
pag.290.	col. 1.	lin. 1.	deterrentur	deterrerentur
pag.296.	col. 2.	lin. 16.	relatum	revelatum
	Ibidem	lin. 23.	corum	eodem
pag.303.	col. 1.	lin. vlt.	ali	ad
pag.332.	col. 2.	lin. 11.	miniſtri	miniſtris
pag.333.	col. 1.	lin. 16.	æxiſtimantur	exiſtimantur
pag.334.	col. 1.	lin. 36.	parva	prava
pag.337.	col. 1.	lin. 14.	à Iudice	Iudici
pag.343.	col. 1.	lin. 40.	confiteretur	confitetur
pag.363.	col. 1.	lin. 7.	falſi	falsò
pag.370.	col. 2.	lin. 39.	ſectas	ſecta
pag.370.	col. 2.	lin. 26.	viſu	uſu
pag.386.	col. 1.	lin. 10.	purgatione	purgationem
pag.400.	col. 1.	lin. 22.	hæres	hæreſes
pag.414.	col. 2.	lin. 22.	cujuſquam	cujuſdam
pag 415.	col. 1.	lin. 22.	qua re	quare
pag.425.	col. 2.	lin. 22.	ipſe·	ipſæ
pag.436.	col. 2.	lin. 49.	Advicem	adinvicem
pag.437.	col. 1.	lin. 36.	ſemiplenæ	ſemiplenè
pag.441.	col. 2.	lin. 36.	condemnari	condemnare
pag.442.	col. 2.	lin. 52.	probatur	probantur
pag.444.	col. 2.	lin. 52.	dignus	dignis
pag.445.	col. 1.	lin. vlt.	repelere	replere
Ibidem	col. 2.	lin. 15.	jvvit	vivit
	Ibidem	lin. 44.	favetur	fovetur
pag.449.	col. 2.	lin. 36.	extorquant	extorqueant
pag.450.	col. 2.	lin. 8.	Bucero	Bucere.
pag.452.	col. 1.	lin. 7.	quæſtione	repetitione
pag.453.	col. 2.	lin. 27.	Abacc:	Abau:
pag.479.	col. 1.	lin. 36.	ſinu unum	ſin unum
pag.512.	col. 2.	lin. 20.	certiſſima	incertiſſima
pag.541.	col. 1.	lin. 34.	mos	morem
pag.549.	col. 1.	lin. 12.	unus	unum
pag.552.	col. 1.	lin. 20.	percipit	pręcipit
pag.573.	col. 2.	lin. 7.	ad	ab
pag.569.	col. 1.	lin. 47.	fuſe	fuſte
pag.570.	col. 1.	lin. 2.	priucipale	principale